



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



MENTEM ALIT ET EXCOLIT



K. K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

56.N.1

I. N. J. —

22. Vol.

RERUM ITALICARUM
SCRIPTORES
TOMUS PRIMUS.



Masucci Delin.

Girolamo Frezza scul. Roma con lic de super

RERUM ITALICARUM SCRIPTORES

AB ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ QUINGENTESIMO
AD MILLESIMUMQUINGENTESIMUM,

QUORUM POTISSIMA PARS NUNC PRIMUM IN LUCEM PRODIT

EX AMBROSIANÆ, ESTENSIS,
ALIARUMQUE INSIGNIUM

BIBLIOTHECARUM CODICIBUS.

LUDOVICUS ANTONIUS
MURATORIUS

SERENISSIMI DUCIS MUTINÆ BIBLIOTHECÆ PRÆFECTUS

*Collegit, ordinavit, & Præfationibus auxit,
NONNULLOS IPSE, ALIOS VERO*

MEDIOLANENSES PALATINI SOCII

*Ad MSorum Codicum fidem exactos, summoque labore, ac diligentia castigatos, variis Lectionibus,
& Notis tam editis veterum Eruditorum, quam novissimis auxere.*

ADDITIS

Ad plenius Operis, & universæ Italicae Historiæ ornamentum, novis Tabulis Geographicis,
& variis Langobardorum Regum, Imperatorum, aliorumque Principum Diplomatibus,
quæ ab ipsis autographis describere licuit, vel nunc primum vulgatis,
vel emendatis, necnon antiquo Characterum specimine,
& Figuris Æneis.

CUM INDICE LOCUPLETISSIMO.

TOMUS PRIMUS.



MEDIOLANI, MDCCXXIII
EX TYPOGRAPHIA SOCIETATIS PALATINÆ
IN REGIA CURIA.
SUPERIORUM FACULTATE.







H. Ferroni inuenit.

Bertoli Vulturn Expressit.

Andreas Zucchi Venet. Sculp.



H. Ferroni inv.



PHILIPPUS ARGELATUS BONONIENSIS
LECTORI S. P. D.



Olventi mibi s̄a penumero veteres codices, quos Itali nostri typographicis praelis post Germanos primi Literatorum boninum commodo castigatissimos, venustosque forma vulgarunt, in mentem venit felix illorum temporum recordatio, quæ bonarum artium studia, & assiduos nostrorum labores, non sine maxima, diuturnæque commendationis præmio, velut oculos proponebat. Dolebam verò nos eo desidia venisse, ut à propositis majorum exemplis desciverimus, & in hac industria quidem arte palmarum cæteris nationibus ut plurimum concedere cogamur, et si nobis rerum omnium copia suppetat, quæ ornandis librorum editionibus, vel Eruditorum ingeniis, vel artificum operâ sint adjuvento: quin ipsi nos, quasi desperatâ nostrorum elegantiâ, remotis è regionibus maximo pretio libros comparamus: contra verò vetustioris notæ nostros anxiè petentibus exteris omnes divendimus, è recenter editis unum, aut alterum brevi concinniori forma expolitum repetituri. Absit invidia, & sua cuique laus jure tribuatur, viris

a

potis-

potissimum de literis , & antiquitate optimè meritis : at liceat nobis aliquando vestigiis majorum inhaerentibus operas nostras decori suo restituere.

Hæc ego desideria , ut in somnio thesaurum , jamdiu mente fovebam , & quæ se præbuisset occasio , fortunas omnes impendere , ac debilem qualcumque manum tentandæ rei audacter admoveare meditabar . Inter hæc ultro se mibi exhibuit ; nam cum fortè Cl. virum LUDOVICUM ANTONIUM MURATORIUM Estensi Bibliothecæ Præfectum veteris amicitiæ novis obsequiis colendæ gratiâ convenissem , eò tandem incidit sermo , ut de edendis Italicarum rerum Scriptoribus , quos ille per multos annos , variasque Italiae nostræ urbes maximâ curâ , & ære multo collegerat animo intento cogitarem , & si quid bene de Italico nomine sentirem , acceptissimo etiam hoc opere benemererer.

Incitabat ipsa per se auctoritas hominis , cui quantum literæ debeant hoc ævo , boni omnes noverint , ne ipse meritis laudibus illius modestiæ displiceam : incitabat etiam rerum nostrorum probatissimum argumentum , Italis utile , Nationibusque cæteris minimè injucundum ; sed abhuc animo barebam timens , ne si nostra hæc series in alteram incideret , quam Illustris GRÆVIUS designaverat , & accuratissimum VANDERA^a propediem vulgaturum fuisse noveram , irritam ipse operam navasse post eversas fortunas omnes frustra cognoscerem : at omnem sustulit scrupulum , nul-

nullamque dubitationem reliquit catalogus auctorum, qui nostram in banc seriem concesserunt; collatum enim Batavo-Lugdunensi ita diversum ab eo, dissimilemque comperi, ut vix editorum paucos uterque contineret, quibus optimo consilio Muratorius locum dederat, cum rariissimi plerique sint, & ad continuandam temporum successionem necessarii; centum vero & supra MSS. Codicum numerum in nostro admiratus, ingenti animi gaudio ad operam illico festinabam. Hinc factum est ut velut in re praesenti multa, quae ad ordinem editionis pertinent, ab ipso Muratorio percontarer, blandiente spe, labori socios minimè defuturos; cùmque nil supra castigationem, & exemplarium fidem sibi cordi futurum respondisset, eam novi maximam difficultatem, ut si quandoque mancus, dubius, aut minus emendatus librarii locus occurreret, ni præsto essent veteres autographi codices, operam omnem & diligentiam typographi perdidissent; at ille suam in Estensi Bibliotheca operam pollicitus, emendatæ lectionis eorum, quos illic transcribendos curaverat, vadim se post novam collationem præbebat, partem vero maximam in Ambrosiana servatam alterius diligentiae commendandam asserebat, ne sincerae fidei laus nostro huic operi excideret.

Quidni ego, Mediolani editionem banc instruere modis omnibus tentem, fretus opportunitate celebratissimæ illius Bibliothecæ, ac doctissimorum hominum frequentia, quos urbs ampli-

*plissima atque ornatissima semper aluit, & in dies
educat studiosissimè ; aut quis usquam aptior
operi locus , quām ea in urbe, in qua bis com-
modis præstiterit Principis optimi beneficentia ?
Eo enim suis CÆSAR Clementissimus vi-
ctoriis ubique gentium pace restituta felicitati
publicæ consuluit , ut veluti renascentes iterum
bonas artes amore foveat , excitetque liberalitate
præmiorum.*

*Spe igitur eximia ductus , bonis avibus , Me-
diolanum veni , quò me ad Excellentissimum
Comitem CAROLUM ARCHINTUM vetus
invitabat clientela , immovero trabebat . Quid
enim præsidii mibi non sperandum fuisset à be-
nignissimo patrono , tantæque auctoritatis viro ,
avitæ nobilitatis splendore , amplissimisque bono-
ribus decorato , cui nil carius quām literæ , nul-
lusque sermo jucundior , quām qui de philo-
phicis , cæterisque doctrinis , vel de antiquitate
sit institutus . Quippe noveram exinde procli-
vem , & ceu anhelantem animum ad hæc stu-
dia , cùm ad insignem Bibliothecam suam or-
nandam , adeo meam sæpespius urgeret operam
in comparandis undequaque selectissimis libris ,
ut vinceret impatiens moræ desiderio diligen-
tiam , mirarerque nullum pretio modum adhi-
bendum , gratiamque me maximam initurum
certò scirem , si rarioris codicis inexpectato quasi
munere donarem . Quamobrem facile mibi sua-
debam consilium meum de edendis rerum Itali-
carum Scriptoribus illico probaturum , modisque
omni-*

omnibus juvaturum : nec mea mē fefellit opiniō ; nam , ut communi fertur adagio , novos currenti stimulos addidit , ingentibus benefactis , bospitalioque me bumanissimo acceptum decoravit . Et optima quæque in ipsa mea tentati operis desperatione bortatus , tandem eō rem adduxit , quō nil supra mibi honoris , Et operi felicitatis , audacissimo cuique ne quidem fuisset optandum . Quippe dum re infēcta brevi me discessurum cōbibuisset , factum est ut quas à typographis honestæ societatis conditiones obtainere minimè potuerim , NOBILISSIMI VIRI meliores ultro exhibuerint , præsidioque suo tantæ moli sustinendæ suffecerint vires .

Amor Italicarum rerum (quas inter potissima pars maximæ buic in occidente universo post Romanam urbi , iis præcipue temporibus , quibus , concutientibus Barbaris Romanum Imperium , in deterius abierunt) amor inquam iste , quod fortuna mæ tribuo , verè Patriis viris invaluit , Et laudato MURATORII nostri consilio , desiderium operis excitavit , verentibus ne si nostra bæc series , in quam tot ex Ambrosiana Biblioteca MSS. Codices sunt illati , aliorum typis , in vulgus prodiret , sua Mediolanensibus sordere videretur : immo ne quid ad absolutissimum opus deesset , collata cum stipe libraria suppellectile , suos quisque lubens probatissimos codices , varia omnes eruditiois ornamenta in unum congesserunt , Pa-

latino Sociorum nomini tribuentes, quod à publicis hisce scholis acceperunt, convenientissimum rati Patriæ, ac sibi eo de loco appellari, unde nihil invidiae, solumque literarum, & antiquitatis amorem præferrent.

Accessit ad hæc præsidia novum alterum splendidissimum, & perficiendæ rei maximè necessarium ab Excellentissimo Comite HIERONYMO COLLOREDO eximiâ Cæsarî providentiâ moderandis Insubrum rebus iterum dato, cuius in administranda publica re prudentiam, privatorum justitiam, & levandis pauperum miseriis pietatem, sola Mediolanensium felicitas justis laudibus exequarit: commerciis enim civium universorum commodo restitutis, labentibus in dies artibus reparatis, ac literis vel domestico nobilissima familie exemplo expolitis, cultisque, sentiet æternum Insubria in Colloredo nomine CÆSARIS beneficentiam. Audiverrat ille ab Excellentissimo Comite CAROLO ARCHINTO meum de edendis hisce scriptoribus consilium, eoque lætatus, inde me de inita societate verba facientem benignissime accepit, lectisque precibus sociali nomine datis, paratos jam typographorum labores in suam suscipere tutelam non dedit, ne quid ultra desiderandum superesset, aptissimum locum in ipsis regiis ædibus dedit, præsentiaque sue omne felicissimo prospera cuncta est auspicatus.

Eaque

Eaque bene ac feliciter evenisse comperi-
mus, cùm amplissimum patrocinium Excel-
lentissimi & Reverendissimi D. Fr. ANTO-
NII FOLCH de CARDONA Valentiae
Archiepiscopi SACRÆ CÆSA-
REÆ CATHOLICÆ MA-
JESTATI à penitioribus consiliis, &
maximi Hispaniarum Confessus in eadem Aula
Præsidis laboribus nostris comparatum est. Li-
teris enim id honoris, & pretii tribuit inter
præcipuas maximisque Imperii curas, ut do-
ctissimus licet, novo semper ardenteri deside-
rio colat, consiliorumque præstantiâ uberrimos
eos vigiliarum fructus Immortalitati Princi-
pis, & populorum commodo tulerit, quos
nulla futurorum temporum invidia sit ereptu-
ra. His fusijs recensendis, neque locus hic,
neque par stylus: id tamen unum minime
dissimulavero, quod ejus beneficio in album
officiorum Sacri Cæsarei Palatii adscriptus,
comparandis Cæsareae Bibliothecæ codicibus
honore maximo sim electus, eruditique mu-
neris decorem uni mibi, et si omnium impe-
ritissimo tribuerit CÆSARIS Cle-
mentia; unde perpetuum animi obsequium
nullo umquam satis argumento profitear.

Has optimas operis nostri sortes in ipso ve-
luti primo vestibulo novisse non injucundum
tibi fore lector humanissime putavi, mibique
necessarium, ut si quid utilitatis, vel com-
modi ab ipsius lectione acceperis, acceptu-

b 2 rumque

rumque te plurimum non dubito, meritas iis
animo grates rependas, quibus jure debentur.
Nunc verò quæ PALATINI SOCII in
opere ipso præstiterint accipe.

Expetebat longa bæc mille annorum series,
quam V. Cl. MURATORIUS noster, erutis an-
tiquorum monumentis, in tanta rerum cali-
gine illustrandam suscepérat, novum alterum
etiam ornamentum, immo vero lucis augmen-
tum à geographicis tabulis, ut pari gressu per
temporum spatia, & locorum intervalla proce-
dat Historia; eas autem, et si Geographi plu-
res Italiam nostram describentes jam ante de-
derint, peritus tamen quisque regionis, vel
improbaverit, vel integræ huic historiae mini-
mè accomodas noverit: quippe beatissima olim
regio eas passa est calamitates, & rerum vi-
cissitudines, iis præcipue temporibus, que no-
stra serie percurrimus, ut miserè Barbari la-
ceraverint, & auream ceu raptam vestem
partiti sint, plures infelicissimas urbes ab imo
solo eradentes, novasque arbitrio suo excitan-
tes, vel abrogatis, mutilatisque veterum no-
minibus, nova, fastu, ac sermone proprio plu-
rimis locis imponentes. Hinc triplicem Italiae
aspectum triplici tabula designarunt, primum
illum, & Romano Imperio decorum, sed nu-
tante ipso quasi pallentem, lacerum alterum,
& Barbarorum saevitiam cadavericum, novissi-
mum tandem Summ. Pontificum, Imperatorum,
Regum, cæterorumque Principum cura, &
pie-

pietate reviviscentem, ac ferme decori suo restitutum: quantoque labore, ac diligentia commodo tuo consultum sit, collatis aliis Lector agnosces, easque singulis tomis temporum ordini convenientes præposuimus.

Additum etiam est eorum operâ præstantissimum alterum antiquitatis monumentum è re diplomatica, quæ quantum lucis afferat Historiæ nemo est qui ambigat, eoque consilio varia Longobardorum Regum, & qui iis successerunt Imperatorum diplomata, vel castigata, vel nunc primùm è tenebris eruta coronidis loco apposuerunt. Atque atinam cæteris etiam tantus in hac amor ne pretiosissima majorum lipsano blattis, ac tineis brevi erodenda maximâ Historiæ jacturâ relinquenterunt: utque majorem Eruditorum gratiam inirent, iis omnibus, quæ ab ipsis autographis transcribere licuit, præpositum est specimen characteris: olet enim peritis hæc aspicientibus nescio quod sinceræ fidei argumentum, eaque de causa pluribus nostrorum Scriptorum historiis, Ambrosianæ Bibliothecæ, aliisque antiquissimis codicibus iterum collatis, & variantibus lectionibus auctis suum quibusque specimen characteris est additum. Ad hæc potissimam operam dederrunt Vir Cl. JOSEPH ANTONIUS SAXIUS eidem Bibliothecæ Præfectus, cuius eruditione nostrum opus est absolutum, & HORATIUS BLANCUS Romanus, quo adnitente græca literæ jamdiu typis nostris obsoletæ iterum invaluerunt, &

uterque nostram editionem patientissimè curavit.
Quæ si minus quām fieri potuisset characterum
venustate splendeat, ne tribuas vēlim typographorum oscitantiæ, vel meæ, sed præte-
riorum temporum infortuniis, quibus acta
præstantissima Civitas, tantam bujus artis,
in qua primum magistra jacturam fecerat, ut
vix ullus formandis novis characteribus arti-
fex superesset: nec patiebatur commune desi-
derium diuturniorem operis moram. Cæterum
conductis jam peritissimis, nullum in sequen-
tibus tomis elegantius ornamentum desideran-
dum sincera fide promitto. Et si prima bæc
nostra experimenta libenter acceperis, meliora,
& solida quæque in dies expecta. Vale.

IN

INSCRIPTORES RERUM ITALICARUM.

PRAEFATIO

LUDOVICI ANTONII MURATORII.



Liquot ante annos in Libro , cui titulus *del buon Gusto* Tom. 2. Cap. 13. optaveram , ut e nostris quisquam sibi fulciperet in unum colligere , quotquot habemus veteres *Rerum italicarum Scriptores*. Quod mihi in votis tunc erat, numquam mihi tentandum putabam ; verum ut consiliorum rerumque vicissitudo fert , en ille ego , qui alias ad tantum opus sollicitabam , hoc ipsum nunc aggredior . Spem certe aliquam hujusmodi laboris sibi sumendi olim mihi fecerat Cl. Vir Apostolus Zenus ; sed ille aliis pressus curis , & ex Italia ad Germanicum coelum , Aula inque Caesaream postea accitus , hanc molem majore otio fruentibus dereliquit . Non multum certe otii mihi , uti neque valetudinis . Attamen & hanc spartam adornare animo stetit , nullique parcere labori , quo Italiae parenti meae commodum hoc , & decus , quibus possem viribus pararem . Et quidem reliquae per Europam Nationes fere omnes jamdiu hoc sibi praestitere . Veteres Scriptores Francicos coacervarunt *Pithoeus* , *Freherus* , *Labbeus* , *Sirmondus* , *Dacherius* , *Duchesnii* . Germanicos , & Alamannicos idem *Freherus* , *Pistorius* , *Reuherus* , *Goldaeus* , *Lindenbrogius* , *Reineccius* , *Meibomius* , *Urtisius* , *Leibnitius* , & alii . Anglicos *Galeus* , *Savilius* , *Cambdenus* , *Tuysdenus* , ut alios omittam . Nobis etiam dedit *Corpus Scriptorum Hispanicorum* *Andreas Schottus* , uti & Gothicorum *Grotius* , Normannicorum *Du Chesnus* , Bohemicorum *Freherus* . Reliquos enumerare superfluum puto . Et tamen inter tot exempla Literatorum hominum una Italia , illa nempe bonarum Literarum olim parens , & prae reliquis nutritrix , & tot ingeniosis doctissimisque Viris semper abundans , numquam ejusmodi studio exarsit , & hanc laudem in se adhuc desiderat . Quibus autem ratiunculis diuturnam ejusmodi aut negligentiam , aut socordiam excusemus , certe non video . Sed quod meum erat , experiri jam tamdeni ego constitui , an completere possem , quod reliqui neglexerunt hucusque . Quid vero nunc effecerim , jam habeant Lectores .

Quum rerum dominaretur Italia , Romanique Populi Imperium se longe lateque protenderet , uberrima Historicorum phalanx identidem erupit , quorum studio descripta sunt publica eorum temporum acta . Ingenia sane felicia neque ex Latio solum , sed & ex Graecis Urbibus , simul certantia , ut gentis dominatricis monumenta ad posteros transmittenentur . Hos Italicarum rerum Scriptores si congerere in animum induxissem , superfluum , aut saltem parum utilem ludum mihi visus fuisset . Quaenam enim tam exilis Bibliothe ca est , quae *Polybium* , *Dionysium Halicarnassum* , *Appianum* , *Dionem Cassium* , *Plutarchum* , *Herodianum* , ut alios Graecos Historicos praeteream , in suis pluteis non capiat ? Et rursus cui ad manum , non sunt *Sallustius* , *Julius Caesar* , *Liccius* , *Tacitus* , *Suetonius* , *Spartianus* , *Capitolinus* , *Lampridius* , *Vopiscus* , *Am-*

Tom. I.

d

manus,

mianus, Florus, Eutropius, aliique id genus Historici? Horum Libri celebres, vulgati, & centies, ut ita dicam, recusi, imo nonnulli in unum corpus redacti; quos proinde rursus colligere ac typis tradere, hominis esset, paene dixi, tempore & charta abutentis. Itaque dimissis Imperii Romani florentissimis Seculis, consilium meum se illuc contulit, ut subsequentium tantummodo Seculorum Historiam atriperem illustrandam; hoc est, in animum induxi conjungere quotquot potui Historicos, qui ab anno Christianae Aerae Quingentesimo ad annum usque Millesimum & quingentesimum, sive ab initio Seculi a Christo nato Sexti ad finem usque Decimi Quinti, res Italicas scriptis manda- runt. Hic Operis mei scopus, haec moles.

Sed ut laboris hujus utilitas omnibus mentibus se melius ingerat, praeoccupa- punda est hec nonnullorum malefana opinio, quae fortasse Eruditionis pro- gressum apud Italos haec tenus non modicum tremorata esse videtur. Sunt enim, quibus ii tantum Scriptores in admiratione ac pretio habentur, qui dum res Graeca, & Romana stetit, floruere. Nulla proinde alia Eruditio eos delecat, quam quae veterum Graecorum, Romanorumque facta, mores, ac opera exhibet. Subsequuta vero Secula, ex quo nempe Romanum declinavit Imperium, eorum oculis nil nisi barbariem, horrorem, ac vitia sive in Literis, sive in moribus spirant. Hinc in Historiam, Scriptoresque inferioris aevi praecipit contemtus, ne dicam nausea, & aversus animus ad attingendam, nedum elu- cidandam infelicium illorum Seculorum Eruditionem. Et ne quid dissimu- lem, olim & ego adolescens in ea eram sententia, quam tamen subinde exui, atque ab ea recessum puto, quicumque rem serio & acie mentis adhibita secum tacite versaverit. Nam aut nimium superbientis, aut delicati, dicam etiam ingratii animi est, Italiam tantummodo victricem, ac triumphantem velle nosse, victam vero atque ab exterritis Nationibus subiectam averlari. Ea- dem est in utroque rerum statu nostra, atque illius non minus felicem, quam adversam fortunam cognoscere ad filios potissimum spectat. Eoque ma- gis, quod ex iis ipsis gentibus, quarum fatigente Romano Imperio Italia do- minationem sensit, & quas Barbaras appellare consuevimus, ut verisimilis conjectura fert, plerique originem trahimus. Cur ergo tam anxie reliquarum Nationum gesta perquirimus, Majorum vero nostrorum negligimus, immo si Superis placet, contemnimus? Nam quod ab anno Quingentesimo occurrat nimis afflita, & lacerata Italiae facies atque fortuna, & vitia innumera, & bella perpetua, intestinaeque factiones, ingentium malorum origo ac fomen- tum, in oculos incurvant, & praeter haec ignorantia late regnans, & non Lai- corum solum, sed & Clericorum deformati mores: tanti non sunt haec, ut ab eorum temporum Historia averttere mentem nostram possint, aut debeant. Etenim ea quoque cognoscere, pars est non exigua Eruditionis; quae si in nobis desideretur, facile videbitur curta nostra supellex, & semieruditus, immo elingues videbimus, ubi de tot rebus ad ea Secula pertinentibus sermo recur- ret. Ceterum si barbaros, si crudeles Principes posteriorum Seculorum His- toria nobis objicit, ne iis quidem caret veteris Romani Imperii Historia. Et vi- cissim iis ipsis temporibus, quae nonnullorum oculis nunc sordent, non de- fuere egregii Principes, & magna exempla Fortitudinis, Sanctitatis, cetera- rumque Virtutum. Quid? quod eventuum, rerumque facies varia, ipsorum- que monstrorum, dummodo nocere non possint, aspectus, delectationem se- cum adferre semper solet. Certe ea ipsa Secula, licet ferrea, justam legemque curiositatem mirifice pascunt, dum tot diversos casus, nostrarumque Civitatum ac Populorum fortunam multiplici varietate nobis depingunt, & Eruditis major- rem forsitan occasionem emergendi, gloriaeque parandae praebent, si illustren- tur, quam ipsa Romanarum rerum indago jam pene exhausta. Postremo, ut alia omittam, legenti rudium ac infelicium Seculorum Historiam, praesta- simus

simus ille fructus obveniet, nempe comparatione instituta sentire nos posse, & manu, ut ita dicam, tangere, quam felicia sint tempora nostra p[re] illis. Nunc enim pace diuturniore, aut saltē intellītina, plerique fruuntur; & bella ipsa plerumque non sine animi moderatione peracta; & Reges ac Principes aequiores, & mores Christiano nomine digni; Literae vero ac Scientiae fulgentiores quam umquam fuerint; & denique Clerus, ipsique Ecclesiae Primates magnam partem Virtutibus illustres. Nemo dona haec Dei optimi maximi benignitate aeo nostro collata tam bene novit, ac sentit, quam qui diligenter scrutatur, perspectamque habet calamitatum seriem, quae retroactis Seculis cum reliquias Provincias, tum Italiā potissimum ab honoris ac felicitatis culmine in ima dejecerant.

Quamobrem nulla se nobis justa causa offert, cur Historiam aversemur, quae a Romani Imperii declinatione ad Seculum usque Decimum sextum Italicas res describit; imo multae sunt, quare eam amplexari, & amare debeamus. Ac propterea nullus dubito, quin omnibus, & non Italis solum, sed etiam exteris bonarum Literarum cultoribus probetur, & ambabus excipiatur vlnis, quod ego in Eruditorum commodum, & incrementum Eruditionis faciendum suscep[ti] & hactenus nostris intentatum fuit. Quod etiam me in id consilii vehemens impulsus, intriebar exteros ipsos, dormientibus, ima stercentibus nobis, de gloria nostra sollicite cogitasse, multumque aurum, ac labores non modicos impendisse, ut divitias nostras colligerent, nobisque iterum divenderent, facileque efficerent. Jam cum anno 1602 in unum Tomum collecti Italiae Illustratae Scriptores varii Francofurti prodiere. Exinde vera aetate nostra, hoc est anno 1704 apud Batavos celeberrimus Vir Johannes Georgius Graevius tribus Tomis editis complexus est multos Rerum Italicarum Historicos sub nomine *Thesauri Antiquitatum & Historiarum Italiae*. Eodem autem Graevio illi Operi immortuo, multis nominibus laudandus Petrus Vanders Typographus, majori etiam animi contentione idem Opus aggressus Lugduni Batavorum, plures sine comparatione, quam antea Italicae Gentis Historias nobis pollicetur, quarum Syllabum amplissimum jam vidimus circumquaque evulgatum, eruditissimo ac celebri Viro Petro Burmanno in id operam suam conferente. Atque his quidem non vulgares gratiae debentur, quod erū nihil rei cum Italia habeant, ab ea nūmum disti, neque in ea nati, nostra tamen tam studiose curant, atque illustrant; eorumque idcirco Libris apud nostrates exoptanda est quaeque secunda fortuna. Verum ubi cor Italorum, quām haec cernimus? Nostrum erat Eruditioni Italiae consulere, neque committere, ut ex aliorum dono nostra haberemus. Ac proinde mihi acrius insistendum duxi, quo Opus a me suscep[ti]um, quamquam magnae molis, in Italiae subsidium & decus tandem absolverem. Neque enim Italicorum Scriptorum Collectiones a nuper laudatis viris institutae (multum quidem commendandae) consilium meum, Collectionisque hujus aut necessitatem, aut utilitatem quidquam minuere possunt. Illi plerumque solos concessere Scriptores, qui post annum 1500. Libris conscriptis in Italia floruerunt. Ego contra ad eos tantum Historicos me contuli, qui ante illum annum Italicas res literis consignarunt, ut uno conspectu habeant Lectores quidquid Historiarum per decem Secula Italia tulit, sive ut rectius loquar, quidquid invenire mihi hactenus aut editum, aut ineditum licuit. Itaque illi conquiserunt recentiores Rerum Italicarum Scriptores, ego veteres. Utrisque sua laus: utrique Literarum studiosis usui esse possunt. Attamen si verum amamus, facile quisque intelligat, longe majora in Republicam Literariam effluere posse beneficia ex nostro, quam ex illorum conatu atque consilio. Nos enim fontes damus Historiae, illi rivulos. Et recentiores quidem quae multa habent de Historia Seculorum praecedentium, potissimum ex hoc nostro penu, scilicet ex

iisdem desumere fontibus, quos in posterum hac nostra Collectione integros sub manibus habebit unusquisque Eruditionis amator? Ad haec praefat, praeteritos rerum eventus ex iis ipsis intelligere, qui aut aequales, aut proximi fuere antiquorum temporum; neque enim subsequuti homines praeteritarum rerum faciem tam exacte perspectam habere possunt, uti qui viventes aderant. Denique in hac nostra Collectione tot in lucem proferentur numquam antea editae Historiae, ut certe hoc unum constituere labori meo pretium non vulgare, imo singulare, apud Eruditos possit. Cur vero ultra annum 1500. non perrexerim colligere Historicos, in causa fuit nimius eorum numerus, qui duabus proxime praeteritis Seculis Italicam Historiam contexuerunt. Tanta haec turba, cui non sufficienter in Bibliotheca multi plutei, nedum Typographum, Lectores ipsos terruisset. Quare illos insalutatos omnino dimisi, & praecipue quum eorum exemplaria jam edita non difficile sit Literatis Viris sibi comparare. Imo quamquam *Italicarum Rerum Scriptores* ad annum usque 1500. me collecturum professus fuerim, attamen ne in me quidem recipio, omnes & singulos in Collectionem nostram inferre, qui Seculo XV. hoc est ab anno 1400. usque ad 1500. Historiam quampiam literis consignarunt. Quum eorum numerus aut editorum, aut ineditorum, modum fortasse excedat, erit & in his delectus; & certe ii praferentur, qui delitescentes in tenebris nondum publici juris sunt facti.

Venio nunc ad censum Historiarum, ex quibus constabit ipsa nostra Collectione. Et primo non sine molestia fatebor, imparem dignitati Italiae messem occurrere ab anno Quingentesimo ad Centesimum ferme supra Millesimum. Seculum nempe Sextum vix *Jordanem*, sive *Jornandem* offert. *Procopium* enim Caesariensem non nobis Italia dedit, sed nos e Graecia in supplementum adscivimus. Ex Septimo nullum proferre possumus. Egregium deinde Scriptorem *Paulum Diaconum* exhibet Seculum Octavum, eique proximus in subsequenti Nono accedit *Miscellae Auctori*, qui tamen Orientis potius, quam Italiae res persequitur? Hoc eodem Seculo floruere *Agnellus Ravennas*, *Erchemperus*, & *Anastasius Bibliothecarius*, sed quum singuli unius aut Ecclesiae, aut Provinciae acta literis mandarint, universalis Historia parum ex illorum monumentis subsidii capit. Tum Seculo Decimo *Liupeandi Ticinensis* una fere Historia, summe profecto commendanda, legendam se praebet. Tum pergit Historicorum penuria apud Italos ad finem pene Seculi Undecimi. Quae si consideremus, utique patebit, in Italorum Historia veteri multos effluere annos, quorum nullus e nostris aut aequalis, aut proximus Scriptor, qui extet, monumenta nobis servavit, & ad exterios confugiendum, atque ad quisquilias literarias, ut lacunae in Historia nostra aliqua ex parte impleantur. Ac praecipue id cernere est a tempore subactae per Carolum Magnum Langobardorum gentis, hoc est ab anno 784. ad annum circiter 888. quo in Italia Imperium Francorum Regum desit. Nam quae illa tempestate in Italia contigere, quis Italicorum ex professo literis mandavit? Tunc sane Franci dominatores Scriptoribus abundarunt, sed Italia caruit; & si quidem Historicos tunc & ipsa dedit, eos postea eripuit ac invidit nobis vorax aetas. Ita ab anno circiter 950. ad annum usque 1050. Historia coaevis Scriptoribus apud nos destituta est, & in magna nocte jaceret, nisi ab exteris, aut a posterioribus nostris aliquid lucis mutuaretur. Et tantae quidem sterilitati, ut puto, causam dedere corrupti mores, turbidus nimium rerum status, & non vulgaris ignorantia, neglectis tunc ab Italica gente bonarum Literarum studiis, quibus tamen eo ipso tempore fortunatior Germania, & Gallia satis florebat. Sub fine postea Seculi Undecimi emergere coeperunt & in Italia Historici frequentiores; sed tum maxime ad res publicas literis consignandas se contulere nostratum Ingenia, quum instauratae per Italicas Urbes seu Theologiae, seu Medicinae, ac Juris Scho-

Scholae , animos quoque ad mitiores Artes , ac humaniores Literas excolendas sensim excitarunt : quod Seculo Tertiodecimo potissimum contigit . Sed ineunte Seculo subsequenti hoc est post annum 1300. veluti foedere inito soliciti fuere complures in suarum Urbium contexendis Historiis , quibus etiam finitimarum Populorum gesta , non sine legentium delectatione & commodo admiscuerunt , pars Latino sermone usus , pars Italico vulgari . Eo autem usque nostrorum Historicorum numerus post annum 1400. excrevit , ut jam non de congerendis , sed de feligendis ex eo Seculo , ut supra innui , mihi tamdem fuerit cogitandum .

Et haec quidem Italicae Historiae per plurium Seculorum seriem fortuna . Quae tamen ita dicta nolim , ut aut desidia intolerabilis , aut ignorantiae nimiae Majores nostros accusare velim . Plures profecto Historias quam habeamus ii reliquerunt ; siquidem uti fert humanarum rerum infelix conditio , multae jam prorsus exciderunt , quarum tantummodo nomen novimus ; nonnullae vero fortassis adhuc superstites delitescunt , quas utinam ventura aetas , & posterorum cura e tenebris aliquando eripiat . Juvat heic unum consulere *Gualvaneum Flammam* Mediolanensem Scriptorem . Florebat hic anno 1325. multorum Librorum Auctor , qui adhuc manu tantum exarati in Ambrosiana Bibliotheca servantur , uno *Manipulo Florum* excepto , cui in hac nostra Collectione locus erit . Commendabili more laudat ille identidem Scriptores , quibus utebatur ad consarcinandam Historiam Patriae suae , & nonnullorum catalogum , scilicet minus obviorum , heic intueri non ingratum Lectoribus futurum mihi persuadeo . Itaque in Libro , cui titulus *Politia Novella* praeter alios memorat *Gayfredum in Historia Anglicana* , *Benzii Chronicum cum Glossa* , *Legendam S. Kalimeri* , in qua dicitur , quod *Mediolanum Alba* appellabatur , *Glossam Gasgapini Cremonensis in Chronica* , *Johannem Taurinensem in Chronicis* . Rursus etiam testem advocat *Gasgapinum Cremonensem in Chronica* , quae dicitur *Legisflorum* , & *Sicardum Cremonensem Episcopum in Chronicis* , quod nos Deo salvante evulgabimus . Non semel etiam commemorat *Bonvexinum in Chronica* , & *Historiam S. Barnabae* , eamdem fortassis , quae heic per me edenda est , & *Chronicon Datii* , videlicet *Landulphi Senioris Mediolanensis Historiam* , quam complectetur Collectio nostra . In altero Libro , cui titulus , *Chronica Extravagans* , laudat Gualvaneus praeter notos Auctores *Chronicam Athlantis Philosophi* , *Vivianum Theologum* , *Librum Extractionum* , *Chronicam Constantianam* , *Chronicam Danielis* , hoc est , fabulosam Historiam Comitum Angleriae , quam justa censura exagitavit Clariss . Saxius Ambrosianae Bibliothecae Praefectus in Vindiciis SS. Martyrum Gervasii , & Protasii . Tum citat *Chronicam Karini* , & *Chronicam Trojanam* (fortasse Dyctis Cretensis , aut Daretis Phrygii) , & Jacobum de Varagine in *Legendis tertiae correctionis* , *Chronicam Benzensis Episcopi Albensis* , quae diversa videtur a supra laudata Benzii Historia , ut infra dicam , & *Historiam Henriri Barbaenigrae* . At in *Chronicis Majori* Gualvaneus majori etiam Historicorum copia abundat ; memorantur enim ab illo *Mitrale Imperatorum* , quod alibi Sicardo Episcopo Cremonensi tribuitur , *Chronicon Desiderii contra Karulum* , *Chronica Federici Barbaerubeae* , *Chronica Pagani* , *Chronica Atlantis Philosophi* (superius etiam laudata) apud *Magnificum Matthaeum de Vicecomitibus* , *Chronica Galliana* , *Chronica Coloniensis* , *Chronica Philippi de Castro Seprio* , *Chronica Benzii de Alexandria* , quae superius quoque commendata fuit , *Chronica Martyrum de Mediolano* , *Chronica B. Barnabae* , *Privilegia Communis bullata* , *Historia Guerrae de Modoceria* , *Petrus de Palude de potentia Papae* , *Jacobus de potentia Papae* , *Liber Extractionum cuiusdam Fratris Minoris* , *Jacobi Chronicorum Laudense* , *Historia Legati ad Matthaeum Vicecomitem* , *Gothofredus de Buffero* , cuius Opera Hagiologica adhuc MSta vidi olim in Bibliotheca Capituli Mediolanensis , *Chronica Kalendaria* , *Alexander de Jure Imperii* ,

Nicolaus super Boetium de Consolatione, *Historia Africana*, *Chronicon Pauli de la Sala*, *Hugo Floriacensis in Chronicis*, *Historia seu Registrum Civitatis Laudae veteris*, *Henaldus (fortasse Helinandus) Cordus*, *Dexippus*, *Chronicon Oberti*, *Historia Adelberti Imperatoris*, *Chronicon de Bresanono*, *Crotonus in Chronicis*, *Chronica Florentinorum*, *Chronicon Ricobaldi*, idem fortasse, quod heic publici juris faciam, *Chronicon Guliermi*, *Chronicon Marchi Turriani*, *Chronicon Bonaccorsi*, & tandem *Chronica Martiniana novae correctionis*. Ut hoc obiter moneam, in Ambrosiana Bibliotheca *Chronicon Martini Poloni*, quod heic laudatur, in tribus MStis Codicibus exstare vidi. Primus fere in omnibus cum editione Basileensi anni 1559. & Antuerpiensi 1574. concors erat, ibique fabulosa Johanna Papissae mentio occurrit. In aliis duobus Codicibus, iisque vetustioribus nullum quidem vestigium putidae hujus fabellae. Ad Clementem usque Papam IV. in uno ex iis Historia deducitur: quod & in Praefatione pollicitus fuerat Auctor, non autem ad Johannem XXI. ut editi habent. In altero continuatur usque ad Honorium IV. Neque modica rerum & verborum est diversitas inter memoratos, editosque Codices, ut non male de Republica Literaria mereretur, qui consultis hisce MStis novam Martini Poloni editionem institueret. En ergo quam multos Scriptores, & fere omnes Italicos, & plerosque aut haec tenus frustra desideratos, aut omnino deperditos, unus Scriptor ante quadringentos annos in una Urbe possideret. Alios mitto, quorum quidem nuda nomina heic aut illic supersunt, at Libri ja^ctura numquam reparanda perierunt. Inter hosce non paucos Historicos fuerint quidam fabulosi, inepti, ridendi, non abnuo: at certe multos quoque aetas illa tulerit, utilia, & rara complectentes, dignosque plane qui ad seros posteros suis elucubrationibus transirent. O Majorum nostrorum incuriam, & inexplebilem temporis voracitatem!

Sed quid vetustis ac inanibus querelis insisto? Illud potius curandum erat, ut quae ex tanto naufragio hucusque evasere, quantum fieri poterat, spe diurnae vitae aut immortalitatis donarentur. Itaque continent studio collegi quotquot *Italcarum Rerum Scriptores* jam typis editos invenire potui, qui ab anno 500. ad annum usque 1400. efforuerentur: nam quod est ad reliquos subsequentis Seculi Historicos, ut jam professus sum, minime singulos in coetum hunc adsciscere animus fuit. Tum nulli labori pepercit, nullam diligentiam omisi, ut editis conjungerem quoscumque potui conquirere mihi nondum evulgatos Italicae gentis Scriptores. Neque sane aversam in ejusmodi conatu fortunam sensi. Ueberimus est illorum cenus, atque inter illos non pauci plurimum commendandi. Ea autem omnia cum edita, tum inedita, in unum Corpus coacta, Bibliothecam, ut spero, constituent Historicam, quae non Italicae tantum, sed universae Reipublicae Literariae utilitati sit, decori, ac voluptati. Evidem nolim extollere merces meas, operamque in iis colligendis a me positam. Attamen dicam, non omnium esse intelligere, quid laboris & curarum constet tantae molis opus, mihi in commune bonum a nonnullis annis, quamquam parum secunda valetudine utenti suscepit. Nam ut mittam quid temporis ac toedii secum ferat tanta describere, conferre cum aliis Codicibus, ac emendare, illud in primis difficile est abditas detegere hujusmodi Historias; majoraque etiam occurunt obstacula, ubi ad jam detectas impetrandas progrederis. Nonnulli, una infirmitia ac imperitia suadente, ex his monumentis, si evulgentur, aut sibi, aut Familiae cuiquam, aut Principis juribus undique timent, & paene exitium somniant. Aliis, quos non ignorantia solum, sed & viles avaritia, aut turpis invidia occupat, placet suis incubare opibus; hoc est Libros, quos fortasse ne legunt quidem aut intelligunt, sepultos amant, neque sibi, neque ulli alii propterea profuturos. Nos pecuniae avaros detestamur: simili & fortasse graviori centura inurendi illi, qui quum Literatorum Reipublicae tan-

tantopere prodesse possint, nolunt; & desperditum sibi stulte putant, quidquid e MStis Codicibus evulgatur: quamquam evulgare in eorum gloriam, omniumque commodum cedat, nec ipsis Codicis possessoribus idcirco depereat. Alia heic dicenda succurrerent, sed properandum est.

Duo autem potissimum in oculos incurrit legentibus Historias, quas nunc primum producimus, parum ut fulpicor grata, & fortassis etiam molesta. Alterum est, nonnullas prodire non integras, quippe in anteriori parte mutilatas. Alterum, alias non solum humili, ac plebejo stilo conscriptas fuisse, sed etiam res nudas ac vulgares nobis exhibere, nullo sententiarum pondere graves, nullis politicis arcanis detectis, rerumque causis fere semper in densa nocte relictis. Ad primum quod attinet, animadvertisendum est, apud non paucam superiorum, sive rudium Seculorum Ingenia fuisse in more, quum Historiam conscribendam assumerent, eam a remotis Seculis deducere, hoc est a Nativitate Christi, imo ab ipso Mundi exordio. Tunc rari Codices MSti, quia caro emendi; atque inde multorum inscitia, aut curta literatura fluebat. Bene itaque de Republica se meritum quique sperabat, simul ac aut paucis aut multis Codicibus sibi paratis, universalem Historiam texere, sive consarcinare poterat, eamque ab Adamo ad sua usque tempora deducere. Hercle apud imperitos, si conjicere licet, homo hic eximium sibi pollicebatur nomen, quando per tot populos, per tot aetates, ac rerum eventus Lectorem stupentem se trahere posse arbitrabatur: & porro trahebat, dum ei brevem facilemque in uno Libro aperiebat Bibliothecam. Et fortasse magnum aliquid iis ignorantiae Seculis visus fuit ejusmodi Historiae conatus; neque enim satis perspiciebant indocti, tantam plerumque verborum ac rerum molem exiguo labore partam, quum Historici illi ex octo aut decem summum praecedentibus, & vulgo ignotis Libris, potiorem suorum Chronicorum partem efformarent; & quod frequentius erat, mutato nomine de papiro in chartam alienos Libros describerent. Ensebit praincipue *Chronicon*, *Historia Tripartita*, ac *Miscella* ad tantos volatus eos incitabant. At nunc cuinam tanta patientia, aut bonorum Librorum inopia, ut res ante Christum natum gestas ab hisce barbaris & semidoctis Magistris ediscere velit? Imo paucos reperias, aut neminem, qui apud Historicos, exempli causa, Seculi XIII. aut XIV. legere sustineat vel ipsam Historiam priorum Seculorum Aerae Christianae. Et profecto, dum abundant aut primaevi & antiqui Scriptores, quos prae manibus habemus, aut recentiores quidem, sed exquisita Eruditione, Ingenioque Critico celebres, cur tempus teramus in iis insullis, ineptisque Centonibus evolvendis? Parcant igitur *Godefridus Viterbiensis*, *Petrus Trecensis cognomento Comestor*, *Vincentius Belluacensis*, *Lucas Tudensis*, *Richardus de Sancto Victore*, modo ejus *Chronicon* non perierit, *Petrus de Riga*, cuius Historia Veteris ac Novi Testamenti metro ligata in Ambrosiana Bibliotheca adhuc MSta superest, *S. Antoninus*, *Naucleanus*, *Bergomensis*, aliquique id genus Scriptores, qui nascentem Mundum initium Historiae suae constituerunt, si nos quidquid in eorum Libris antiqua Secula respicit, fastidimus, & fugimus. Unum, quod in ejusmodi Scriptoribus libenti animo excipiendum est, & ad eruditionem nostram aut aliquid aut multum conferre potest, in eo situm est, ut quum de suo, aut de proxime elapsis Seculis scribunt, consulendi sint, & nisi meliora documenta obtinent, mereantur & ipsi eamdem fidem, quam reliquis adhibemus Historiam suorum, aut propriorum temporum pertractantibus. Quamobrem si qui ex Historicis, quos nunc primum e tenebris educo, chartæ non pepercerunt, deducta a remotissimis Seculis Historia sua, equidem Lectoribus & chartae ego parcendum censui, iisque propterea tantum servatis, quae aliquot solum Seculis aetatem eorum praecedunt, reliqua in suis jacere tenebris dimisi. Id in *Romualdo Salernitano*, *Ricobaldo*, *Scriptoribus Rerum Bononiensium*, *Malvitio*, ac aliis factum videas.

Quod

Quod si me *Sicardo*, *Gualvaneo Flammae*, ac *Dandulo* indulgentiorem prae-
bui, eorum dignitati ac eruditioni tribuendum; nam & in antiquis nonnulla
nos docent, quae fortassis aliunde non haurias, & Libris abundabant, quo-
rum nonnullos nunc frustra desideramus.

Venio ad alterum, si licet dicere, vitium, quo non pauci ex hisce Histori-
cis per me collectis, ac potissimum ex nunc primum evulgatis, laborare viden-
tur; nempe nullum colorem Historiae, ut ita dicam, masculae & solidae eo-
rum scriptis inesse, ipsolque incedere sermone pedestri, eaque tantummodo
referre interdum, quae vulgaria erant, nihil vero ex abditis rerum hominum-
que penetralibus. Evidem haec inficiari non ausim: sed simul nimium mo-
rolus sit oportet, qui in alperis montibus elegantes hortos, & splendida palatia
exigat, atque in rusticorum tuguriis delicata fercula, aut opiparas vestes con-
quirat. Quae Secula mihi sumsi illustranda, Secula fuere barbara; jacebant
tunc in Italia Literae, rara Eruditio, rarior etiam Eloquentia, atque elegantia
sermonis. Frustra ex hac infelici temporum conditione Polybios, Xenophon-
tas, Sallustios, Livios, ac Tacitos expectes; sed quidem fructus ii, quos dare
poterat ager, sunt libenti animo amplectendi. Praeterea etsi in ejusmodi mo-
numentis plura desiderentur, quae ornatam ac nobilem efficiunt Historiam,
attamen in iis fere semper invenias quidquid Historiae nucleus constituit,
nempe dilucidam rerum gestarum narrationem cum Veritatis amore conjun-
ctam. Ipla illa simplicitas, & popularis forma describendi quaecumque con-
tingebant, suum quoque pretium habet; neque enim artem & colores ibi in-
tueare, quibus Veritas infuscetur, & quaedam etiam minuta ibi occurunt,
quae Ingenia majora transiluiscent, & tamen nostra interest cognovisse. Certe
Romanus Populus, quamquam Potentiam ac Eloquentiam ad sublime fasti-
gium evexisset, non tamen veteres Scriptores suos alpernabatur, nam ut de iis
Varro scripsit, etsi *allium*, & *caepas eorum verba olerent*, tamen *optime animati erant*, hoc est, vera scribebant, & recte sentiebant. Ceterum in Diariis con-
scribendis, quorum nonnulla heic dabimus, illud saepe accidit, ut levia quae-
dam interferantur, quae negligere consueverunt justae Historiae Artifices. Ve-
rum & harum levium notionum, dum in antiquis versemur, suus est quoque
ulus in Eruditione; quippe Antiquitatum amator non grandia solum venatur,
sed oculos convertit ad totam faciem, multiplicemque varietatem rerum, ex
quibus constabat praeteritis Seculis hominum vita, ac regimen; & interdum
non minus delectationis afferunt illustria, quam minutiora facta, studio Histo-
ricorum nobis servata. Sed de his satis.

Ut autem haec nostra Collectio magis ac magis Literatorum genio respon-
deat, & veterum monumentorum amatoribus utilis fiat, quos potui *Libros edi-*
tos cum *Manuscriptis Codicibus* contuli, & conferendos curavi. Qua in re con-
sentientem mihi, & strenue animatum habui Clarissimum Virum *Josephum An-*
tonium Saxum, Bibliothecae Ambrosianaे Praefectum, cui multa debeo, &
hoc in primis, quod tantae molis opus meum, veluti rem suam, totis lacertis
promoverit, nil intentatum relinquens, quo haec nostra Editio, quantum fieri
potest, comtior & castigatior exsurgeret, seque ipsam universae Eruditorum
Reipublicae luculentius commendaret. Quotquot ergo antiquos MStos Codi-
ces suppeditare potuit amplissima Bibliotheca illa, ab aeterni nominis Viro Fri-
derico Bonromaeo S.R.E. Cardinali, & Archiepiscopo Mediolanense in com-
mune bonum excitata, hos adhibuimus, multis variantibus Lectionibus, &
emendationibus collectis, quas additas non paucis jam evulgatis Libris denuo
edendis Lector habebit. Id in *Eutropio* potissimum, *Jordane*, seu *Jornande*,
Paulo Diacono, ac *Ottone Morena* factum noscetur. Sed ne suo quidem honore
heic fraudanda est Bibliotheca Eistensis, quandoquidem & ipsa Codicibus
manu exaratis praesto mihi fuit, ut *Agnelli Ravennatis*, *Arnulphi Mediolanensis*,

Rolan-

Rolandini, Musati, & Cortusiorum Historias locupletiores, & castigatores darrem. Cetera vero, quae in recudendis aliis editis Libris praestitero, Praefationes sigillatim praemissae indicabunt.

Attamen quod est ad Historias per me nunc primum publici juris factas, laudatae jam duae Bibliothecae *Ambrosiana*, ac *Estantis*, majoribus nos oblitrixere beneficiis. Nam inde potior pars obvenit eorum, quae proferam, ut suo loco Lectorem monebo. Certe utraque, properea quod Chronicis multis nondum editis abundaret, mihi consilium arripienda Collectionis hujus injicit. Tum ab amicis circumquaque petii opem, nullumque apud eos lapidem non movi, ut si quam veterem Historiam noscent cum tenebris adhuc & blattis pugnantem, pro honore Patriae suae communem mihi facerent, & edendam sinerent. Vix autem ulla est splendidi alicujus nominis in Italia Civitas quae unum saltem, aut plures ostendere non possit suarum rerum antiquos Scriptores. Ostendunt & complures ex ipsis inferioris subsellii Urbibus. Atque utinam sicuti nonnullis gratias immortales debo, quod me pro Italiae gloria laborantem amicis studiis, & collata ope juverint, ita pluribus deberem. Sic venia mihi, si heic de nonnullis expostulem, qui quum possent, nihil tamen conferre voluerunt ad exornandam veterum Seculorum, ac suae Patriae Historiam. Non de me, qui nihil quidquam enixius cupiebam, quam singulis Civitatibus Italicis decus augere, sed de se profecto, ac Patria sua male meriti sunt, quicumque aut celarunt haec tenus, aut denegarunt, quae ipsorum potius offerre, quam mea intererat ab ipsis efflagitare. Reliqui Civis homini Patriam, Majorumque suorum gesta illustrare volenti, praemia decernunt. Idem mihi studium fuit; munera autem loco id unum poscebam, ut sinerent me habere, ac edere quidquid ad eorum gloriam pertinere putassent. Dicam autem, imo praedicam: quae Historiae nunc apud illos tam coeca avaritia abundantur, & neque in Patriae, neque in ullius commodum cedunt, aliquando, & fortasse brevi, omnino excident. Incendia, bella, pestilentiae, potentes viri, fures, atque etiam amici, indocti heredes, aliquique humanarum rerum ne ex cogitati quidem eventus, ejusmodi monumentis necem quotidie minantur. Peribunt & ista, ut periere tot alia. Nullus melior ea tutandi modus est, isque eorum Patriae decus & nomen additur, quam publicis typis tradere; ita enim multiplicatis exemplaribus, & per tot Bibliothecas divisis, perennem sibi vitam polliceri poterunt. Vix ulla est Civitas, quae non memoret, simulque doleat jam deperditam aliquam suarum rerum Historiam manu exaratam; imo cunctas sublatas nonnullae deflent, exemplo reliquis futurae, ut mature ab hisce infastis eventibus sibi caveant. Sed quod me piget, querelas hasce meas Eruditi quidem viri legent, consilio meo plane concordes, & plura, si haberent, daturi: ii vero ipsis non legent, de quibus nunc conqueror; neque enim ad haec studia accedunt homines ignavia, aut literarum pravo sapore, aut etiam imperitia, quae in eorum animis placide sedet, ad otium, sive ad studia meis contraria delati.

Illud ergo potius edendum est, ubi Collectio haec mea prodierit, quae ad aliquot Tomos, Deo dante, assurget, posse alios bonaे mentis alia addere, eosque a me quanta possum animi contentione rogari, ut addant. Germanica gens, quae reliquas procul dubio in ejusmodi aemulatione post se reliquit, illustre nobis exemplum ac documentum paravit, quid possit, & simul quid debat Eruditorum Respublica ad suae Nationis ornamentum, & laudem. Tot ac tantae veteranum Scriptorum utilissimae Collectiones ibi factae posteros minime deterruerunt, quo minus nova in dies additamenta facerent, & adhuc faciant successu plane laudabili. Paria quoque a multis annis moliuntur, & praestant erudita Gallicae gentis Ingenia, ac praecipue celebris Benedictinorum S. Mauri Congregatio, quae jam ex tot veterum Scriptis evulgatis, aut

illustratis, aeternum sibi nomen quaesivit. Una Italia, quaeſo, aeternum iner-
tissima dormiet? Edidit *Caracciolus* quatuor veteres Chronologos, quibus mul-
ta addidit *Camillus Peregrinus*. Plures alios collegit *Felix Ofius*, post ejus tan-
tum mortem editos, nonnullos etiam *Ughellius*; quae omnia in hac editione
iterum typis committentur. Sed quam pauca haec erant ad honorem Italiae,
& ad amplificandam gentis nostrae Eruditionem! Ex suis quoque Scriptori-
bus Italica Lingua usis nonnullos *Tusci* dederunt; & *Venetos* non paucos con-
gessere ad publicum bonum nati *Apostolus Zenus*, ejusque frater aequus eruditus
ex Somascheni Congregatione *Petrus Catherinus*. Imo nunc etiam, dum haec
scribo, collecti in unum *Scriptores Rerum Sicularum* nescio cujus Eruditi homi-
nis cura, Panormi in Sicilia proelum exercent, & VVechelianam Collectio-
nem anno 1579. editam, plurimis additis longe superabunt: quo etiam ex Ope-
re si quid novi, mihiique ignoti prodibit, itidem in Collectione nostra recude-
tur; Italiae quippe partem Siciliam esse satis exploratum est. Sed quod ii mo-
liti sunt, aut moliuntur conatu commendando, nemo alias pro totius Italiae
honore faciendum suscipiet? Addam quoque: ne tot quidem voluminibus, ex
quibus haec mea Collectio constabit, exhausta est universa veterana Italicorum
Scriptorum supellex. Multa adhuc latent in Bibliothecis, multa in privatis
laribus, quae dum jam collecta eduntur, opportune mihi suppeditari possunt,
& ut suppeditentur rogo atque obtestor. Iis fortasse non tam facile fuerit Hi-
storias, etiamsi velint, typis evulgandas tradere; at facillimum mihi ad hanc
spartam adornandam pro omnium honore incumbenti, & subsidiis non levibus
ad ingens opus aggrediendum instruendo.

Atque heic res poscit, ut tamdem explicem, cuius beneficio tot Historia-
rum editionem, tantamque voluminum molem Literario orbi polliceri ac tra-
dere cooperim: quod etiā extra Italiam minime rarum sit, certe in Italia rarif-
sum non injuria dicendum est. Dicam ergo: hos animos mihi fecit & facit
illa mea, amplissima illa, mihiique velut altera Patria summe dilecta Urbs, ubi
adhuc *antiqui*, hoc est aurei *mores* ab Ausonio ante tot Secula laudati vigent,
inlyta Inlubrum Metropolis Mediolanum. Illa nempe, quae me juvenem
amplexata est, amat, & honoribus auxit, eadem & nunc me ad illustrandas
Italicas Antiquitates currentem juvandum suscepit. Vix enim a *Philippo Argi-
lato* Bononiense, qui primus novit, & avide excepit, ac deinde totis lacertis
promovit, illuc allatum est consilium meum, quum continuo exarserunt No-
biles ii Viri cupiditate praestandi tam insigne beneficium Literis, & subinde
neque diligentiae, neque pecuniae pepercerunt, ut publicum bonum, mecum
inito foedere, non solum apud Italos, sed & apud remotas gentes propagarent.
Neque id mirum; nam in praeclarissima illa Urbe nostris potissimum tempo-
ribus complures Cives Nobilitati generis amorem & peritiam Literarum sin-
gularem conjungunt: cuius rei luculentum specimen, ut spero ac ominor, fu-
tura est apud praesentes & posteros eadem haec per ipsos procurata insignis
Editio. Nunc autem eorum nomen aperiendum foret, singulisque reddendas
essent gratiae, & totius quidem Reipublicae Literariae verbis: verum quae il-
los Modestia ornat, meo quoque calamo compedes hactenus injecti; quos ta-
men si quando frangam, ignoscant illi, quod hanc unam viam rependendi
aliqua ex parte beneficii mihi penitus erectam noluerim. Interea flagitare
quisquam possit, qua ratione Mutinae quum degam, tam grande Opus aeneis
formis describendum Mediolani sumserim. Quid sperandum in re, quae to-
tum hominem non solum praealentem, sed etiam oculatissimum poscit? Bonae
tamen fortunae meae tribendum, quod in ea Urbe vices meas sustinuerint
duo ex sua Eruditione, editisque Libris Clarissimi Viri, nempe supra laudatus
Vir *Josephus Antonius Saxius* Ambrosiana Bibliothecae Praefectus, ejusque
germanus frater *Franciscus Heronymus Saxius* Metropolitanus Capituli Canoni-
cus

cus Ordinarius, ut ejusmodi Opus prodiret, simulque prodiret quantum fieri poterat castigatum, atque ornatum. Accessit etiam ad idem pondus sustinendum doctissimus & numquam fatigatus Vir *Horatius Blancus* Romanus *Lignum*, Historiae, ac graecae Linguae peritia Clarissimus, qui ad hoc negotium perficiendum totum se contulit, & laudabili contentione animi, ut omnia recte procederent, nihil intentatum reliquit. Denique praecipua quidem laus supramemorato *Philippo Argelato* pro cuius eximia librorum eruditione *Augustissimus Romanorum Imperator Carolus VI.* eum a comparandis Codicibus Sibi & Caelareae Bibliothecae amplissimo Diplomate nuper delegit: honore praefatissimo, & vel ipsis doctissimis Viris, Manutiis, aut Stephanis tribuendo. Ad hoc ergo ingens Opus urgendum, cum suis fortunis, tum incredibili studio, summaque alacritate advolavit & ille, nullum non movens lapidem, ac omnia praesidia excogitans, quo haec editio emendata, non minus quam elegantissima exlurgeret, neque tantum in Italia, sed & apud exteris, multis nominibus, Populi ac meliorum suffragia promereretur.

Sed ita me Deus amet, fortasse mirabuntur ex Lectoribus nonnulli, dum me audiunt grandibus buccis extollere quotquot habui Editionis hujus patrones & curatores: quasi heic ageretur de magnifico aliquo foedere atque expeditione ad Vellus aureum, sive ad Regnum quodpiam occupandum. At ii soli stupebunt, qui Typographiam de nomine tantum norunt. Ubique magnum est rem tantae molis aggredi; ubique grandi animo, gravibusque expensis est opus ad praeparandam perficiendamque tot voluminum editionem; sed in Italia praelertim, ubi multa, si fas est dicere, desiderantur, quae alibi affluunt. Futurum autem spero, ut se omnium oculis commendet editio nostra; quandoquidem supra quam fieri soleat parati sint elegantes typi, & in emendando cura non levis adhibita, ut profecto parem diligentiam ac audaciam, quum de vasto Opere agatur, inter plerisque Italiae Typographos optare quidem possimus, sperare autem non tam facile liceat. Ad haec *Praefationes* singulis Historiis sunt additae, quibus Lector expeditum ad ipsas adiutum sibi faciat. Et quandoquidem praefat semper Libros Lingua illa, qua primum efformati sunt, edere, aliquot heic occurrent Italico sermone conscripti. Profecto quum nostra haec Lingua in exteris quoque regionibus late floreat, plane supervacuum videbatur de Interprete cogitare. Illud tantummodo curae nobis fuit ad illorum subsidium, qui Italicas quasdam Dialectos vix intelligerent, si quod forte Opusculum se nobis obtulit iis Dialectis conscriptum, Latinam versionem apponere: ad quam curam, atque laborem delectus est egregius & nuper commendatus *Vir Horatius Blancus*, nunc Mediolanensis incola, ut videoas nihil praetermissum, quo Italicae Historiae sua dignitas staret, simulque augeretur.

Sed quod Collectioni nostrae pretium super omnia auxit, & augere in futura tempora potest, nunc edicendum. Scilicet consilium ac editionem illius probavit, imo & suo patrocinio dignatus est Augustissimus Romanorum Imperator, ac Hispaniarum Rex *CAROLUS VI.* Et quidem noverint posteri, magnanimum Principem non Pietate solum, & Justitia, & Fortitudine animi, ceterisque Heroicis Virtutibus jam longe lateque inclaruisse, quibus sibi & celebres in bello victorias, & Regna amplissima conquisivit, sed & meliorum Literarum peritia, & Literatorum amore excellere, qualis in unoquoque summe laudetur, sed in Principe tanto ad miraculum accedat. Atque ita ille cum Belli, tum Pacis Artibus, omnes perfecti Principis numeros implere pergit, eamque sibi multiplicare gloriam, ut jam ab iis ipsis Literis, quas tantopere amat ac fovet, plenam possit sibi immortalitatem Nominis polliceri. Bene autem mihi cessit, quod paucis ab hinc annis idem Augustissimus Caesar viorum ac meritorum justissimus aëstimator, ad regendam Urbem, Provinciam.

ciamque Mediolanensem miserit, atque in ea nuper confirmarit Illusterrimum & Excellentissimum Comitem *Hieronymum Colloredum*, eumque non exoratus, sed sponte selegerit munus tantum minime cogitantem : quae res nescio, in majorem ne Sapientissimi Principis, an praeclarissimi hujus Viri gloriam cesserit. Dicam paucis: & expectationi Caesaris, & votis Populorum, & vetustae Familiae suae Nobilitati illo successu hactenus respondit amplissimus Comes, ut a cunctis ex probitate diligatur, ex prudentia commendetur, atque ad regendos fortiter suaviterque Populos a Natura simul ac Virtute efformatus videatur. Igitur & iste consilio meo animum, imo & calcaria addidit, editionem suscepit sibi protegendarum, Regiam quoque Typographiam lubentissime ad utendum concessit. Quid plura? Omnia in admirabilem concordiam convenere, quo *Rerum Italicarum Scriptores* in unum collectos tibi, Lector, denique sisterem. Tu meo labore fruere, & si quid mendosum occurret in hac editione, scias diligentiam illorum, qui eamdem curavere multiplici rerum solitudine distractam omnibus accurate emendandis minime sufficere potuisse, simulque memineris neque esse hominis liberaliter educati, imo neque probi, in alienis laboribus, eoque minus in beneficiis, id tantum quaerere, quod culpes.

E L E N C H U S

T O M I P R I M I.

PALATINI SOCII de Tabula Geographica ad Lectorem.

HISTORIA MISCELLA ab incerto Auctore consarcinata complectens
Eutropii Historiam Romanam, quam *Paulus Diaconus* rogatu Adelbergæ
Beneventanæ Ducis, à Valentiniani Imperio, usque ad tempora Justi-
niani, deduxit, & *Landolphus Sagax*, seu quisquam alias continuavit
usque ad annum Christi 806. nunc primùm exacta, & castigata ad
MSS. Codices Ambrosianæ Bibliothecæ; additis Notis, & variis Lectionibus *Hen-
rici Canisi*.
pag. 1.

LANDULPHI SAGACIS supramemorati additamentum ad Historiam Miscellam
ex MS. Bibliothecæ Ambrosianæ nunc primùm editum.
pag. 179.

JORDANIS, seu JORNANDIS Historia de Getarum, sive Gothorum origine, &
rebus gestis à P. Joanne Gareto Monacho Ordinis S. Benedicti, è Congregatione
S. Mauri edita, & Notis illustrata. Nunc verò ad fidem antiquissimi Codicis MS.
Bibliothecæ Ambrosianæ accuratissimè collata, atque emendata curâ & studio *Jose-
phi Antonii Saxii* ejusdem Bibliothecæ Præfecti.
pag. 187.

EJUSDEM de Regnorum, & temporum successione juxta exemplar editum ex Mu-
seo Nicolai Blankardi.
pag. 222.

PROCOPII CÆSARIENSIS Historiarum sui temporis de Bello Gothicō Libri IV.
ex interpretatione *Claudii Maltreti* Societatis Jesu Historiæ Byzantinæ insertâ. Ac-
cessit in hac editione *Ugonis Grotii* explicatio nominum & verborum Gothicorum,
Vandalicorum, & Langobardicorum.
pag. 243.

EXCERPTA EX AGATHIAE Historia *Hugone Grotio* Interprete.
pag. 379.

PAULI VARNEFRIDI Langobardi Diaconi Forojuliensis de Gestis Langobardorum
Libri VI. ad MSS. & veterum Codicum fidem editi à *Friderico Lindembrogo Belga*.
Quibus in hac editione additæ sunt variæ Lectiones pervetusti Codicis Ambrosiani,
& alterius Modoëtiensis, nec non Annotationes *Horatii Blanci* Romani.
pag. 395.

INDEX rerum, & nominum.
pag. 513.

P A L A T I N I S O C I I
A D L E C T O R E M
D E T A B U L A G E O G R A P H I C A .

Amplissimam Scriptorum Italicæ Historiæ seriem edituri Lectorum commodo consultum iri non dubitavimus, si geographicam Italicæ tabulam operi præfigeremus, ut illius ope varios locorum aspectus, montium situs, fluviorumque cursus, urbes, portus, emporia qua olim sede jacerent, quibusve distarent intervallis cognoscere liceat. Et sanè, (quæ rerum humanarum conditio, in tanta varietate temporum & factorum!) Quisnam innumeros tot gentium exercitus per universam Italiam hac illac bellico furore discurrentes mente prosequi, aut quis nobilissimas urbes immanni Barbarorum sævitia deletas in arena investigare potuerit, cùm vix nomina supersint, nisi Geographia duce, veterumque monumentorum indiciis regionem exploraverit? Quinimmo & si nota satis regio fuerit, nonne commodum à geographicis tabulis Historias legentibus accedet? Altius enim hæc memoriaræ insident, quia velut in rem præsentem contemplari, atque oculis percurrire possumus loca omnia, in quibus vel prælia conlerta, vel habita stativa, & cætera id genus, notantes, quo flumine hostiles olim acies dividerentur, unde irruerint, quæ victrices bacchatæ sint, quod victæ se receperint: hinc cœli clima, marium opportunitatem, limitelque regionum cognoscere, montium obstatula, & sylvarum ambitus, planitiem camporum, itinerum difficultates ac longitudines facile metiri: quibus luminibus Historia destituta, obscura nimium ac enervis videtur. Hæc autem omnia longo sèpius Historicorum labore descripta, nec satis mente percepta, unico ad tabulam oculorum obtutu perpetuò retinemus; quippe, ut diverso parumper sensu Horatius ait

Segnius irritant animos demissa per aures,

Quam que sunt oculis subiecta fidelibus

Verum enim vero cùm optimæ artis inventum Historiæ cūilibet elucidandæ conducat, collectioni huic nostræ maximè necessarium duximus, quòd ab inclinata Imperii Romani fortuna initio factō, scriptores eos ut plurimum complectatur, qui miseris iis vixere temporibus, quibus Italia exterarum Nationum armis undequaque petita, & domesticis agitata dissidiis, non opes tantum & libertatem, sed ipsas etiam scientias atque artes amiserat. Hinc factum est ut rudiori plerumque stylo Historici nostri res nobis tradiderint, ac minùs accurata locorum descriptione; quamobrem demissi quandoque de nubibus exercitus videantur, ea oboritur confusio, quam sola Geographiæ manuductio sustulerit, eaque destitutis difficillimum sit in ipsa Italia nostra, velut in labyrintho, enormiter non errare, accedente, potissimum vario illius aspectu; nam si alia usquam regio vel temporum vel fortunæ frequentes passa est injurias, nostra hæc felix olim, inde infelicissima, innumeræ dolet etiam nunc à doméstico furore, ac hostium armis illatas, quarum vi, ne lapis quidem unus loco suo non motus, stratis ubique nobilissimis urbibus, novisque aliis vel opportunitate locorum, vel exercituum commodo, vel ipsa demum ambitione Principum, & faciosorum hominum potentia suadente, non semel excitatis; multis etiam, quæ opibus olim & civium numero florebant, excusso decore, ad ignobilium pagorum censum redactis, nonnullis contra de humiliori fortuna ad in-

signeti amplitudinem & dignitatem elevatis munificentia Principum , & non raro incolarum industria.

Hæc varia pluribus in locis pro ratione temporum Italæ facies ; at major etiam varietas nobis apparet ex mutato in universum antiquorum naminum usu : vitiata quippe ob barbararum gentium consuetudinem latini sermonis puritate, efferti primùm septemtrionali dialecto nativas nostrorum voces, inde sœviūs decurtari, & corrumpi cœperunt, Græcorum etiam frequentiâ in Exarchatum Ravennæ non exiguum verborum copiam inserente, ne quid de Græcis urbibus in Italia nostra dicamus , atque iis maximè regionibus , quæ nunc integrum ferme Neapolitanum regnum constituunt , quibus de causis ipsa etiam Italorum lingua in alteram eam degeneravit, quam usu retinemus, literatorum hominum curâ sœculo potissimum XV. expolitam , qua urbibus & locis diversa penitus à primis illis Latinorum indita sensim sunt nomina , ut ex unico sono , nonnili per divinationem , eorum etymologiam assequi liceat, quod quanti sit in perlegendis historiis incommodi quisque facile animadvertiset .

His accedit quòd aliam etiam ab ipsa natura Italia nostra mutationem accepit : varius enim à primævo illo nunc maris ambitus, quasi everso Romano Imperio, fugerit infelicia litora ferro flammisque vastata ; unde veterum navalia, portusque aratro nunc sulcari, & segete flavescere urbes plurimas, & villarum rudera , quas pelagus olim alluebat latissimo intervallo distantes aspicimus.

Ad hæc omnia incommoda tollenda triplicem Italæ aspectum exhibendum nobis proposuimus, quodammodo per varias ipsius ætates; (nam arduum nimis fuerit in una tantum tabula veterem novamque formam delineare), atque ita distinximus, ut prima tabula senescentis Imperii Romani ævo respondeat, unde Muratorius noster collectioni suæ initium fecerat ; altera medio, ut ajunt, ævo, nempe Langobardico regno ; postrema restauratæ sub Imperatoribus, atque Italis aliis Principibus Italorum fortunæ : iis verò inter le collatis, non sine voluptate lineamenta materni vultus vel regio fastu conspicui, vel servili condizione pallentis cognoscemus. En tibi primam , in qua Italiam antiquam descripsimus, cuius usus perlegendis primis hilce tomis aptior : alias Deo juvante suo loco dabimus, sed quæ fuerit in iis construendis ratio nostra , priùs accipe ; superfluum enim fortasse videbitur, quòd cùm jamdiu viri doctissimi regioni huic describendæ, longævæ peregrinationis observatione, ac multiplicis lectionis apparatu non inutilem operam locaverint, nos novam ex integro tabulam adornare maluerimus, quæ unam ex jam editis recudere. Verùm labori huic sanè non exiguo parcendum minimè duximus ob desiderium commodi tui; satis namque competum est, homines accuratissimos, et si totis viribus in exactam descriptionem regionis hujus incubuerint, plures nihilominus in errores incidisse, adeout si exercitum, exempli gratiâ, pari cum Historia gressu varia per itinera in tabulis prosequi velis , non semel ambigas , & immotus hæreas , nescius quòd vertas obtutum, urbem scilicet, vel alterum aliquem locum post emensa Historiæ spatia frustra querens, quem deinde, vel prætermisum, vel præpostorè collocatum comperias.

Hæc & plura graviora etiam incommoda , quæ consultò enumerare prætermittimus, ne ab aliorum offensione commendationem nostram affectare videamur, nil mirum in veterum tabulis occurgere ; in iis quippe componendis, & locorum distantias assignandis ea plerumque methodo utebantur, ut non tam ex antiquis itinerariis , quæ fallaci ut plurimum incolarum opinione spatiam metirentur , non animadvententes milliare spatium post occupatam à Barbaris Italiam non idem semper ubique locorum fuisse, sed modò longius, modò brevius pro diversa provinciarum ratione : vias etiam pro variis montium , flumi-

num

num & sylvarum impedimentis à recta linea declinare , quæ maxima in assi-
gnandis locorum positionibus errorum occasio , atque in eos frequenter addu-
cti , nonnullas Italizæ partes arctiùs quam par erat contrahentes , cæteras prolixiori
spatio elongantes , omnia extra ordinem posuerunt . Nondum enim eò res ad-
ducta fuerat ut cœlestium observationum ope , accurata satis methodo , unicui-
que loco sub astronomica polarium altitudinum , & latitudinum regula cer-
tam sedem definire liceret , atque ita mutuam ipsorum distantiam securiori cal-
culo indagare . Neque statim per astronomicas hæcæ observations Geographiæ
satis consultum ; quippe cum ab inicio longitudines eas ex sola lunarium atque
solarium eclipsium inspectione arguere liceret , penumbra intercedente , vix
umquam certum phasium tempus assignari poterat , atque hinc determinatæ
mensuræ difficultas oriebatur . Latitudines etiam , quin exactè cognoscerentur , in-
strumentorum minus apta constructio , refractiones plerumque neglegitæ , ac
(si dicere fas est) observatorum non raro imperitia plurimùm obstatabant . Post-
quam vero celeberrimus *Casinus* è Bononiensi Licæo Lutetiæ Parisiorum à
Ludovico XIV. Galliarum rege accersitus ephemerides edidit , satellitum Jovis
motus diligentius indicantes , amplior observationibus locus est factus , atque
inde facilior corrigendæ Geographiæ opportunitas accessit ; siquidem immersio-
nes , ac emersiones satellitum Jovis , quæ uno ferè instanti , nulla præcedente
vel subsequentे penumbra , ac longè frequentius , quam luminarium eclipses
contingunt , tollendis erroribus , quos solis lunæque defectus admittebant , opti-
mè conducere probatum est , admittentibus præsertim doctissimis Academiæ So-
ciis , quam communi bono scientiis atque artibus perficiendis munificentia suâ
Rex instituerat , eorumque ingenio aptioribus constructis instrumentis , &
oscillatoriis machinis , varias jam syderum altitudines exactius metimur , & mi-
nimæ cujuscumque temporis particulæ rationem habemus . Datæ ulterius per-
fectiori methodo refractionum exactissimæ tabulæ , ac per universum ferè terra-
rum orbem delegati sunt viri doctissimi , quorum observationibus cum Pari-
sienibus comparatis , eò tandem ventum est , ut brevi medii sæculi spatio plus
quam cæteris omnibus præcedentibus Geographia profecerit , eamque magis
magisque in dies profectionem dubitandum non sit , ubi par cæterorum Princi-
pum amor in hæc studia Eruditorum animos excitaret ac foveret labores .

Nec tanti facienda sunt argumenta , quibus *Isaacus Vossius* de emendatione
longitude , & *Vallemontius* in elementis Historiæ methodum hanc imperi-
verunt , ut nos ab ejus usu absterrent : propugnantibus enim *DD. Casinio* , *G-
odela Hire* in opere observationum Physicarum , & Mathematicarum *Paris*
Guyè S. J. communem Eruditorum sententiam in suam traxere , ac omnibus
jam persuasum est astronomicas observationes corrigendæ Geographiæ maximè
conducere : quinimmo *D. de L'Isle* , qui veteres Romanorum mensuras ad
Geographiam pertinentes cum astronomicis observationibus locorum distan-
tiam determinantibus comparavit , utrasque sibi exactè respondere animadver-
tit , ut fusè probat in dissertatione sua inserta in Historia Regiæ Academiæ
scientiarum anni MDCCXIV. atque hinc etiam *Vessii* & *Vallemontii* obje-
ctiones oīnnino enervantur .

Cum igitur ex novis hisce observationum argumentis Geographia procul
dubio emendationem acceperit , Italiam antiquam exhibere volentibus , recen-
tiorum tabulæ nobis erant antiquioribus præferendæ . Præ cæteris vero com-
mendatas non ignorabamus posteriores eas , quas publici juris fecerant *Chris-
tophorus Cellarius* & *D. de L'Isle* , & sicuti facillimum erat eas iterum recudere , ita
satis Lectorum commodo provisum putabamus ; sed attentiùs regionem magna
ex parte à nobis lustratam percurrentes in Cellarii tabula , cognovimus virum
cæteroqui diligentissimum , & antiquitatis peritiæ celeberrimum non uno in
loco à veritate aberrasse , vel id illi sit vicio vertendum , vel quod credere ma-

lumus, delineatoris, aut calchographi oscitantiae. Cellarius siquidem Cluverium plerumque fecutus, ut candidè profitetur in præfatione, errores eos nequaquam vitare potuit in quos ille inciderat; nam licet Cluverius Italiam univerlam præsens inspexerit, & litora exactius descripsiterit, non eadem diligentia mediterraneas regiones peragravit, quippe qui plures præterierat locos ab Historicis memoratos, plures alios perperam collocaverat, & veterem millenniam passuum mensuram, cum nova non raro confuderat, non sine magno Geographiae detimento. His Cluverii mendis graviora etiam sua Cellarius addidit, sed ne in viros laudatissimos acerbius insurgere dicamus, paucos solum istius errores notabimus. Pagina 641. primæ partis *Geographie plenioris* editæ Lipsiæ anno 1701. tabulam is exhibet, in qua Janua civitas sub XLIV. laticudinis gradu collocatur, eaque sub gradu prædicto, & minutis XXV. fuerat collocanda, argumento probatarum observationum Casinii. Ostium etiam Abdus fluvii, quo in Larium Lacum influit, ponitur sub latitudine gradus XLV., & m. XLVI. circiter, cum ex observatione D. Petit latitudo Trahonæ in Valle Bellina, quæ vix uno, vel altero minuto septentrionem versus à dicto ostio declinat, sit grad. XLVI. min. X. unde sequitur dicendum universam ferè Langobardiae plagam, quæ urbe Janua ad meridiem, Trahona ad septentrionem terminatur, perperam in prædicta tabula fuisse collocatam. In eadem tabula gradus XLIII. latitudinis per medianam urbem Potentiam describitur, parte vero II. pag. 709. in altera tabula idem gradus latitudinis XLIII. infra urbem prædictam minutis circiter XV. designatur; cum autem reliqui latitudinis gradus ab eo æqualibus hinc inde intervallis distent, aperte demonstratur loca omnia, vel nimis versus septentrionem in prima tabula, vel nimis versus meridiem in secunda disposita fuisse, ut utramque tabulam conferenti patebit. Nulla insuper graduum dimensione locorum longitudinem indicat, neque id per millenniam passuum mensuram in scala, ut ajunt, proportionis indicatam supplet, adeout quæ sit mutua locorum distantia ex Occidente in Orientem in Cellarii tabulis nullo modo cognoscere liceat. Præterea ne à vicinia nostra discedamus, in Traspadana Gallia Laudem Pompejam à Mediolano spatio semisse longiori quam Ticinum urbem distinguit, satisque compertum est urbem illam, cuius rudera visuntur adhuc in loco vernaculè appellato *Lodi vecchio* tribus circiter nostræ regionis milliaribus Mediolano proximorem fuisse, quam Ticinum. Moguntiacum pariter oppidum, quod nunc Modoëtiam vocamus, in Occidentali fluminis Lambri ripa collocavit, & in Orientali fuerat collocandum: constat enim pluribus argumentis antiquitus ibi fuisse constructum, oppositamque ripam nullum ædificium, sed aptissimum venationi nemus occupavisse, ubi postea Theodolinda Langobardorum Regina Basilicam in honorem S. Joannis Baptiste à fundamentis erexit.

Cellario exactior longè fuit *D. de L'Isle*, qui felici conatu antiquam Italiam pristinæ formæ restituere tentavit, ac magna ex parte communis eruditorum suffragio præstítit, sed, ut in abundanti messe accidere solet, spicilegium non exiguum ceteris reliquit, utcumque Astronomorum observationibus adhibitis, maris litora præcipuasque urbes, ac adjacentia loca satis congrue disposuerit, adeout ejus tabulam ceteris omnibus accuratiorem pronunciare non dubitemus; atque ob id etiam nobis facile persuadeamus loca plura urgente necessitate omisisse ob angustiam tabulæ, quæ cunctorum nomina fortasse non admittebat.

Ad evitanda igitur hæc vicia novam ex integro tabulam adornare suscepimus, & hoc ordine distribuimus, ut loca omnia, quorum situs ex cœlestium observationum comparatione nobis innotescere potuit, certis sedibus collocemus; atque ad id non modicum opis contulerunt ex quæ in Historia Academæ Regiæ Scientiarum Parisiensis continentur, atque aliæ plures, quarum nobis

pro

pro sua humanitate copiam fecit Vir. Clar. D. Eustachius Manfredus in Bononiensi Licæo publicus Matheœos Professor, & quas in Appendice geographicâ D. Cajerani Fontanæ Mutinensis, atque apud alios probatos Auctores offendimus: cætera verò loca, in quibus, vel nullæ sunt habitæ observationes, aut ad nos minimè venerunt, hac methodo collocavimus. Indagato priùs milliarium numero, qui medius intercederet inter duo loca certa sede per astronomicas observationes posita, inquirebamus quot pariter milliaribus loca inter duo illa certæ sedis, tum ab ipsis, cum inter se distarent, & mox adhibita parte proportionali cuilibet distantia respondentem, singula in sua sede disponebamus: exempli gratiâ, si locus aliquis à prædictis duobus locis notæ sedis, æquali milliarium spatio hinc inde distaret, in sede media descripsimus; si duplo majori milliarium numero, duplice distantia ab uno è notioribus locis dissitum erat quam ab altero, proportionali semper distantia signavimus, & sic de cæteris: ita tamen, ut in locorum distributione, si duo illa datæ sedis in diversis Provinciis jacerent, diversæ millenarii spatii mensuræ rationem haberemus, quod etiam prædictimus quoties, vel ob montium asperitates, vel ob fluviorum sylvarumque impedimenta vias à recta linea deflecti cognovimus. Ubi verò loca plura simul occurserent, quorum recta positio per astronomicas observationes nobis non innotuisset, minimè discedendum putavimus à tabula D. de L'Isle, quam præ cæteris omnibus accuratam probamus, ut jam supra dictum est. Hoc autem nobis maximè faciendum fuit in describendis *Brutis*, *Calabria*, *Apulia*, & *Lucania*; deficientibus enim recentiorum observationibus, vel ad nostram notitiam nondum perductis, vix aliquid habuimus, quod ad eam Italæ partem ilustrandam conduceret.

Monitum etiam Lectorem volumus, nos quoque millenariæ mensuræ scalam, ut ajunt, proportionis nullam dare, tum quia ex sola graduum dimensione locorum distantias facile unicuique sit, saltem proximè cognoscere, tum etiam quia inutilis plerumque foret, nam, ut supra innuimus, milliare spatiū non idem ubique in cunctis Italæ partibus, sed modò longius, modò brevius pro diversa Provinciarum ratione, tum denique, quod in tabula, cœlestium observationum ope potissimum adornata, qualem damus, determinandum priùs foret quot cujusque regionis millaria unicuique gradui respondeant, hoc autem adhuc incertum est. Laudatus D. de L'Isle in prædictata dissertatione unicuique latitudinis gradui septuagintaquinq[ue] antiquorum millaria respondere pluribus experientiis sibi compertum asserit, quod & nos variis argumentis permoti non multum à verò aberrare credimus. D. Picard ex Regia Parisiensi Scientiarum Societate in tractatu de *Terra mensurazione* experimentum refert ejusdem Societatis ad indagandum spatiū superficie terræ respondens uno gradui maximi circuli cœlestis, ex quo emersit unicuique gradui prædicti circuli respondere, 57060. mensuras, quas Galli *Toises* vocant, seu *Leucas* mediocres Gallicas vigintiquinq[ue], quibus cum hodiernis Florentinorum milliaribus comparatis, uno ex prædictis gradibus millaria LXIII.²₁₀ tribuit. Nos certioris aliquid circa hæc propediem explorare posse confidimus, cùm aboluta fuerit universæ Mediolanensis Provinciæ chorographicâ descriptio, quam Prætorianâ tabulâ, jussu AUGUSTISSIMI CÆSARIS Illusterrimus D. VINCENTIUS DE MIRO Patri-
tius Surrentinus Regiam Regens Cancellariam, & Censor Maximus, dum hæc scribimus penè absolvit, eà diligentia, ut veterum artem tanti operis brevitate ac certa methodo superaverit. Ex hac etenim nova, & accuratissima regionis nostræ mensura illud etiam Eruditis commodum comparabimus, obser-
vantes iterum quale terrestris superficie spatiū unicuique Cœli gradui respon-
deat, & milliarium nostrorum convenientem quantitatem definiemus, notantes
etiam, quæ sit inter hæc & veterum Romanorum millaria præcisa proportio;
cùm enim cœlestibus observationibus facilè cognoscamus quot gradibus, vel



minutis duo loca , vel in longitudinem , vel in latitudinem inter se discrepent , ubi accurata terrestris distantia nobis pariter comperta sit , ac notum quot antiquis milliaribus eadem Romani se junxerint , haec omnia clare patebunt . Sed de his fusius fortasse alibi , cum praedictae descriptionis opportunitate , Mediolanensis Provincie tabulam dabimus , in qua prater alia loca , regias Langobardorum Regum , atque Imperatorum Villas , Monasteria , ceteraque ad Historiam medii ævi spectantia collocabimus , & quidem exactissime , videlicet post accuratam universæ Provincie dimensionem .

Sed hactenus dicta de graduum dimensione sufficient , quo usque propriis experimentis observationes etiam nostras proferre liceat , idque in componendis aliis tabulis pro viribus curatuos esse promittimus , & ad eamdem operam in sua quoisque regione capessendam Italos omnes Geographie studiosos invitamus , imò & enixè rogamus , gratiam profecto maximam pro collatis observationibus , & alio quovis operæ nostræ adjumento nominatim habituri . Si quid verò in praesenti tabula prætermissum , vel incongrue collocatum invenerint , aut quid certius circa medii ævi Geographiam exploraverint , ad nos rescribere instantissimè precamur , ut eorum auxilio , si opportuerit , hanc tabulam omnibus numeris absolutam iterum recudere , ac sequentes alteras exactiores commodo publico dare possumus . Vale .



HISTORIA MISCELLA

AB INCERTO AUCTORE CONSARCINATA,

C O M P L E C T E N S

E U T R O P I I HISTORIAM ROMANAM,

Quam PAULUS DIACONUS multis additis, rogatu Adelbergæ
Beneventanæ Ducis, à Valentiniani Imperio usque ad tempora
Justiniani deduxit, & Landolphus Sagax, seu quisquam alias
continuavit usque ad Annum Christi DCCCVI.

N U N C P R I M U M

Exacta & castigata ad MSS. Codices
AMBROSIANÆ BIBLIOTHECÆ,
Additis Notis, & variis Lectionibus
HENRICI CANISII.

IN HISTORIAM MISCELLAM. P R A E F A T I O LUDOVICI ANTONII MURATORI.

Primum locum in Collectione nostra dare mihi placuit Historiae, quae vulgo *Miscella* dicitur. Quum enim consilium meum fuerit eos aggregare Scriptores, qui ab anno ferme quingentesimo post Christum natum Italicam Historiam sunt persequuti, Scriptor hic vius est viam reliquis, ut ita dicam, sternere posse, quando usque ab Urbe condita res gestas in Italia enarrare pergit, easque ad finem usque Seculi Aerae Christianae Octavi ducit. Ita Lectores conjuncta habebunt cum veteri Romanorum Historia subsequentium Seculorum gesta, eaque ab antiquo Scriptore collecta, quo & rerum series ordinatior evadet, uno nempe narrationis filio comprehensa, & a vetustis temporibus ad recentiora facilior, atque amoenior fiet legentium progressio. *Miscellam* autem Historiam ideo appellarunt Eruditi, quod decerpta sit e variis Auctoriis, mixtis eorum narrationibus in unum corpus. Sed quis istius *Miscellae* Auctor fuit? Vossum audiamus Lib. 2. Cap. 30. de Histor. Latin. Primi, inquit ille, undecim Libri iidem sunt, ac decem Libri *Eutropii*, nisi quod aliqua subinde de suo addat Paullus (nempe Diaconus) quod ab eo iussu factum est Adelbergae, sive Adhilbergae Beneventi Duetrice, cui maritus erat Arichis, pater Desiderius ultimus Longobardorum Rex. Exinde *Eutropium* continuat Paullus, cuius sunt quinque Libri sequentes. Ceteri, nempe septimus decimus, & qui consequuntur, a Landulpho Sagace additi sunt, in primis ex Theophane, sive Anastasio Bibliothecario, qui Theophanem vertit. Paria Caveus habet. Dupinius vero in Biblioth. Auctor. Ecclesiastic. Tom. 6. de Paulo Diacono agens, haec scribit: *Ei quoque, sed perperam, tribuitur compendium Historiae Romanae deductae e pluribus Scriptoribus; quamvis enim is additionem fecerit ad Breviarium Historiae Romanae ab Eutropio compositum, Auctor tamen non est huius Collectionis, quae potius Anastasiū Bibliothecarium auctorem habuit.* Contra magnum Annalium parens Baronius ad ann. 719. citat *Annales Graecorum*, Auctore Theophane, qui Graece scripsit Historiam illam, quae inscribitur *Miscella*, & sub titulo Pauli Diaconi errore circumfertur.

Verum cautius, aut accuratius procedendum erat tantis Viris in investigando Auctore *Miscellae*. Primo siquidem a veritate longe abiit Baronius, qui *Miscellam* integrum Theophani tribuit. Eum quidem ab hujusmodi opinione absolvere nititur Vollius, inquiens, ipsum Baronium post Frontonem Ducaem non hoc de tota Historia *Miscella* Theophani, vel Anastasio tribuenda sensisse, sed *de postremis dumtaxat Libris*. Sed aperta sunt Baronii verba ad annum 719., quae supra citavimus. Exstat autem Theophanis Chronographia Graeca, ac ejus versio, simulque Historia Ecclesiastica e Graeco per Anastasium conversa: & luce meridiana clarus eluet, *Miscellam* in postremis quidem porissimum Libris ex eodem Theophane, atque Anastasio coauisile, simul vero superiores Libros aliunde fuisse consarcinatos. Quod vero Dupinius ejusce Collectionis Auctorem potius arbitretur *Anastasium*, id quoque sine tabulis affirmatum video. Nam ut ut ex Historia, quam de Graeco in Latinum vertit Anastasius, posteriores *Miscellae* Libri sint, & plerumque de verbo ad verbum deduci: attamen Scriptorem neminem vetustum, nullumque Codicem habemus testantem, Anastasiī Bibliothecarii studio *Miscellam* Historiam deberi. Sed numquid dicendus ejusdem Auctor Paulus Diaconus, quod sensere non pauci? Ne hoc quidem, si de integro Opere sit sermo, sustineri potest. Perducitur enim Historia illa ad annum usque 813. nempe ad annum I. Leonis Armeni Imperatoris, non autem ad 806. ut Canilius scripsit, minime animadvertis, septem annis Aeram Dionysianam ab Alexandrina, qua usus est Theophanes, discordare. At Paulus Diaconus circiter annum Ch. 799. e vivis excessisse creditur, ac proinde recentiori Auctori tribuendam esse intelligimus *Miscellae* structuram. Accedit, quod a Libro XVII. ad XXIV. omnia fere desumpta sunt ex translatione Graecae Historiae, quae extra omnem dubitationem ab Anastasio Bibliothecario conciunata est, hoc est ab Auctore, qui post mortem Pauli Diaconi ultra sesquiculum vixit, & scripsit. Quei ergo totius *Miscellae* consarcinationem Paulo tribuas? Parum dixi. Et in iis Libris, qui Eruditorum con-

sensu parentem habuisse Paulum creduntur, nempe XII. & sequentibus, uti ex collatione didici, multa occurunt ex laudata versione Anastasii desumpta. Ergo ne illa quideni portio Miscellae, quam Eruditi *Appendicem ad Eutropium* appellant, & Paulo Diacono inscribunt, ejus nomini, & curae attribuenda videtur.

Inter hasce difficultates opinionem, quae mihi magis probatur, Eruditi accipient. Statuendum primo est, negari nequaquam posse, quia Paulus Warnefridi, sive Diaconus, nonnulla additamenta ad Breviarium Eutropii contulerit. Hac de re dubitare nos vix sinit Leo Marsicanus Episcopus Ostiensis, Scriptor plane antiquus, atque Eruditus. Ita vero scribit ille Lib. I. Cap. 15. Chron. de Paulo Diacono agens: *Eiusdem Adelpergae* (quam filiam Desiderii Regis supra appellaverat) *rogatu in Historia Romana*, quam *Eutropius breviter composuerat*, plurima hinc inde de Historiis Ecclesiasticis addidit. *Ad ultimum vero duos libellos a tempore Juliani Apostatae, in quem ipsam Historiam Eutropius terminaverat, usque ad tempora primi Justiniani Imperatoris eidem annexuit*. Secundo quum & in iisdem Libris, quos Eutropio Paulus adjecisse de suo penu dicitur, occurrant nonnullae laciniae ex Anastasiana versione desumptae, certum mihi videtur, *Miscellam* hanc Historiam compactam fuisse non a Paulo Diacono, non ab Anastasio Bibliothecario, sed quidem ab aliquo, vetustissimo sane, posteriore tamen Scriptore, qui & Eutropii, & Pauli, & Anastasii laboribus, aliisque antiquis Libris defloratis compagem totius *Miscellae* perfecerit. Imo, liceat mihi dicere, miror, cur nondum Eruditi animadverterint a Libris, quos Eutropio Paulus addidit, nullum discedere vulgatos *Miscellae* Libros. Habeo *Eutropii Breviarium integratam suac restitutum per Eliam Vinetum*, atque editum Amstelodami anno 1625. una cum aliis Romanae Historiae Breviatoribus. Ibi post decem Eutropii Libros, a quibus absunt multa, quae contra in *Miscella* leguntur, sequitur *Pauli Diaconi de gestis Romanorum ad Eutropii Historiam additus Liber XI.* Procedit autem Paulus usque ad Librum XVII. quem ita concludit. *Quia vero restant adhuc, quae de Justiniani Augusti felicitate dicantur, in sequenti, Deo praeſule, Libello promenda sunt.* Liber XVIII. subsequens narratione ad Leonem usque Isauricum pertingit; sed nihil adfert, quod in Historia Langobardica non occurrat hic illuc sparsum, ut dubitari possit, utrum Paulus haec a se scripta in Historiam quoque Langobardicam intulerit, an alias quisquam ex illic decerpit Librum XVIII. *Miscellae* confecerit. Attamen quum in antiquissimo Codice MS. Bibliothecae Ambrosiana in fine Libri XVII. legantur verba, quae ante retuli, indicantia nempe Librum subsequitur, quamquam is in eodem Codice desideretur, conjici potest a Paulo compositus, isque esse, qui a Vineto est editus, quem postea aut ipse Paulus, aut quisquam alias per frusta divisum in Langobardorum Historia rursus exhibuerit. Itaque in editione Vineti continetur germana, ac primigenia Pauli *Appendix ad Eutropium*, quam subinde *Miscellae* Auctor aliis additis pinguiorem effecit. Ac proinde maxima diversitas, quae inter *Appendicis Paulinae* editionem a Vineto procuratam, & *Miscellae* Libros ab Eruditis Paulo Diacono inscriptos, intercedit, jam tamdem evincit, ne ullam quidem *Miscellae* ejusdem portionem uni Paulo Diacono posse tribui. Ad hujus etiam rei certiorem indaginem consulendum curavi laudatum Codicem Ambroianum per doctissimum Saxum Bibliothecae Praefectum, qui ad me scripsit, cum Vineti editione quidem, non autem cum editis *Miscellae* Libris concordare ibi *Additamenta ad Eutropium*, Librumque XI. ita incipere: *Anno ab Urbe condita Millefimo centesimo octavo decimo* (Vinetus habet MCXIX.) *Valentinianus tricesimus octavus e Pannonia Cibalensi editus &c.*

Postremo itaque loco tamquam verosimilius statuendum puto, *Miscellam Historiam*, aliquo curante, post Anastasii Bibliothecarii tempora ex diversis Auctoriis coaluisse, nempe ex Eutropii, Flori, Suetonii, Victoris, Eusebii, Rufini, Orosii, Jordanis, aliorumque Libris, ac potissimum ex Historia Ecclesiastica, quam e Graeco conversam ad posteros emisit supralaudatus Anastasius. Collectorem autem istum fuisse Landulphum cognomento *Sagacem*, sunt qui scribant, alicujus fortasse MSti Codicis auctoritate freti. Ciacconius contra in Vitis Romanorum Pontificum Auctorem *Miscellae* vocat *Paulum*, vel potius *Johannem Diaconum*. Sed quicumque is fuerit, sive *Landulphus Sagax*, sive *Jobannes Diaconus*, nihil de hujusmodi Auctore dicendum restat, quum praeter nudum illius nomen nil aliud de ipso veterum monumenta nobis reliquerint. Id solum monere juvat, temporibus supra memorati Anastasii, hoc est circiter ann. 875. floruisse *Johannem Ecclesiae Romanae Diaconum*, inter Scriptores Ecclesiasticos recensitum, cuius studio habemus S. Gregorii Magni Vitam IV. Libris comprehensam, ac saepe recusam. Is potuit esse Auctor *Miscellae*; sed num fuerit, incertum puto. Ac proinde meliori fortasse consilio utemur in posterum, si quum occasio se tulerit adhibendae hujus Historiae, praetermisso nomine, tantummodo Auctorem *Miscellae* citabimus. Ambrosiana Bibliotheca, ut supra innuimus, MStum Codicem membranaceum possidet, magni sane faciendum, ut pote, qui, ni mea me conjecto-

conjectura fallit , ante octingentos annos , aut saltem septingentos , scriptus fuisse videtur , minutis ac rotundis characteribus . Ibi primo occurrit *Historia Anglorum* Auctore *Beda Presbytero* ; tum *Dicitis Cretensis de bello Trojano* , absque Epistola illa ad Rufinum , quae in editis habetur . Deinde sequitur *Historiae Romanae Liber primus* . *Primus in Italia* , ut quibusdam placet , regnavit *Janus &c.* Haec ad Eutropium minime ibi nominatum spectant . Subinde annexuntur Libri a Paulo Diacono additi , & a *Miscellae* textu diversi , ipsius etiam Pauli nomine omisso . Porro ex his conjunctis conficiuntur Libri XVI. desinentes in mortem Justini I. Augusti , post quem Paulus se loquutur pollicetur de Imperio *Justiniani I. Augusti* ; sed hic Liber ibi desideratur . Post haec ejusdem Pauli *Historia Langobardorum* legitur , desinens in Cap. LV. Lib. VI. tum *Incipit Prologus Historiae Gotorum* , sed tacito *Jordanis* , sive *Jordanis* nomine , quod tamen recenti manu Puricellius Vir Cl. addidit . In fine habentur praeter fictas *Senecae Epistolas* ad Paulum Apostolum *Gesta Apollonii Tyrii* , Romanensibus fabulis accensenda . Hae autem non eadem manu , ac superiora , atque adeo minus antiqua , scripta fuerunt .

Ceterum *Miscellae Historiae* dignitatem , atque utilitatem nihil attinet pluribus commendare . Habet ibi Eruditorum Respublica universalis *Historiae* , & *Romanae* in primis , atque Italicae continuatam seriem , collectaque in unum , quae ex aliis Auctorebus cum labore , & frustra interdum , petantur . Neque enim ideo parvi facienda est Collectio ista , quod Auctorem habeat a florente Romanorum Respublica remotum nimis . Nam & vetustissimus est ipse consarcinator , iisque temporibus scripsit , quibus complures *Historiae* supererant , quarum irreparabilem interitum nos serius nati inani querela dolemus . Excidere profecto tot Livii , Taciti , Trogi Pompeji , aliorumque Chronographorum Libri ; at fortasse non exciderant omnes , quum ad *Miscellam concinnandam* Scriptor iste se contulit . Sicubi ergo nos deficiunt egregia veterum monumenta , ad illos confugere juvat , qui quamquam nonnullis post Seculis floruere , veterum tamen Libros felicius quam nos terere manibus potuerunt . Itaque *Miscellae* quoque suus honor futurus est , eamque , ubi vetustiores *Historiae* aut silent , aut inter se dissentunt , advocare testem , atque illius ope uti , erit eruditissimulque prudentis Critici . Edita autem haec *Historia* fuit Parisiis anno 1531. tum Basileae anno 1569. Prodiit deinde Ingolstadii Henrici Canisii cura cum variantibus lectionibus anno 1603. , & cum emendationibus , & notis Jani Gruteri Hanoviac anno 1611. Illata quoque est in Tomum XIII. Bibliothecae Patrum Lugdunensis anno 1677.

LECTO-

LECTORI MONITUM.

Quanta sint Historiae huic, quam Miscellam appellavere, decursu temporum superaddita nonquam melius didicimus, quam cum paranda fuit nova isthac editio: quinque nos enim Codices pergamenos antiquæ notæ in refertissima Bibliotheca Ambrosiana servatos ad manus habuimus, omnesque diligenter perlustratos, uno ferme contextu exaratos invenimus, quin immensam illam rerum seriem è Græcis potissimum Auctòribus decerpitam contineant, quæ in editis ut plurimum occurrit. Ea de causa collationi nostra vetusticrem selegitissimum Codicem à Doctiss. Muratorio in Prefatione ad hanc Historiam laudatum, & Eruditorum gratiam inire credidimus, integrum illius lectionem exhibentes, ut uno ferme istu oculi lector dignosceret quidquid subsequentibus temporibus Miscellæ huic accesserit. Id verò ita ordinavimus, ut quod in nostro Codice legitur, antiquo, ut vocant, communi charactere, reliqua Italico, vulgo corsivo imprimenterentur. Si quid autem in editis omissum est, & in nostro legebatur, id omne adjectis in calce cuiuscumque pagelle Notis una cum variis Lectionibus, ubique inseruimus. Atque ita factum est ut integer Ambros. Codex editus sit continuata per notas nostras, & antiquam characterum formam illius lectione. Quoniam verò in altero ex Codicibus Ambrosianis reperimus partem eam quæ Landulpho Sagaci tribuitur, atque omnino diversam ab impressa observavimus, ideo ad calcem Historie dire placuit, ne lectores longo notarum numero fatigarentur. Hoc minime silentio prætereundum Landulphum Sagacem, vel quemquam aliud in hujusmodi additamento nibil aliud egisse, quām Pauli Diaconi Historiam compendiario repetere, illius ut plurimum verbis. Demum ne quid ad complementum deesset, specimen characterum memorati Codicis Ambrosiani ære incidi curavimus, ut illius antiquitatem facile quisque dignoscere valeat.

Literæ initiales, que notas antecedunt hoc ordine distributæ sunt, ut litera A. Codicem Ambrosianum designet, B. Bongarsii Bodryæi varias Lectiones. H. Hersfeldense MS. à Canisio editum, cuius prefatiunculam in suas varias Lectiones hic de scribimus.

Varias Lectiones in Miscellam notavit Cl. Jacobus Bongarsius Bodryæus ex MS. Paulo Diacono, item ex MS. Pithœi, & aliorum. Quas varias Lectiones nacti sumus. Et quia etiam Pauli Diaconi membranas MS. Monasterii Hersfeldensis habui, ideo illas etiam contuli. Ut autem quis videre poslit, quid ultimus auctor Miscellæ addiderit, ideo notamus in variis Lectionibus quomodo differat Eutropius, & Paulus Diaconus, & nostra Miscella: & hoc potissimum quoisque finit Eutropius. Nam cæteri Libri Pauli Diaconi quibus Eutropium continuat, ibique sunt obvii. Nam Paulus Diaconus primus est, qui Historiam Miscellam collegit, & Eutropium pœne descriptis, additis subinde quibusdam ex aliis auctòribus, deinde Landulphus Sagax auxit.

MS. Hirsfeld. de P. Diacono hæc habet:

Hic Paulus Monachus erat montis Cassini Ordinis S. Benedicti, qui etiam contextuit vitam S. Gregorii Papæ, ut idem dicit in Libro de Longobard. composuit etiam idem hymnum ut queant laxis, & quedam alia non inutilia.

Tom I. ad Monitum Hist. Miscellæ ante pag. I.

SPECIMEN CHARACTERVM HISTORIAE

MISCELLAE

ex Codice Ambrosiano pergameno Sig. lit. C. n. 2

HICPI T HISTORIÆ ROMANÆ LIB PRIMVS
RJOMVS initialia ut quibusdā placet. regnauit
Janus. Deinde Saturnus. Louē filium egressa fugi-
ens. inciuitate que ex ei' nomine S aturnia dicta est.
Ecce ruine h actenus cernuntur. infinib; tuscic; aut
peul aburbe; Hic saturnus quia initialia latuit. ab ei'
latebra latum appellataest; Ipse & em' adhuc rudes populos domos
edificare. terras incolere. plantare vineas docuit. dtq; humani
morb; uiuere. cū antea semiferi glandū tantūmodo alimentis
uitā sustentarent. Et aut inspeluncs. aut frondib;. uirgultosq; conrex-
tas casulis habitarent. Ipse & iam eis numinos aere o prim' instituit; fro-
quib; meritis. ab indocibili & rusticā multitudine dī appellatus est;
Post hunc pucus ei' filius: de quo fabulose dicit. quod aquadā famosil
ficta maga Circe nomine. ob contemptū ei' amore in aue sui nominis
firmitatus; Post hunc ei' filius Faunus. qui fuit pater latini. cui'
mat̄ carmentis nicostrata. credit' latinas litteras repperisse;

Trad italiā uement. magno cū guthil
certamine conflixit; Quib; ad uit' incionē pene coluptus. regē totidā q' ultra
ia decē annos regnauerat inē fecit uniuersaq; italiā ad rei publice uira reduxus;
Quia u' restat odīnū quis deuistimam augusti felicitate dicant' in sequenti
dō p'sule libello, p' in dasur — T;



EUTROPII⁽¹⁾ HISTORIA. CUI PAULUS AQUILEGIENSIS DIACONUS ADDIDIT

ROGATU ALDEBERGÆ⁽²⁾ BENEVENTANÆ DUCIS, DEINDE IDEM PAULUS EX
DIVERSIS AUCTORIBUS COLLIGENS A' VALENTINIANI IMPERIO, USQUE
AD TEMPORA JUSTINIANI PERDUXIT: QUEM LANDULPHUS SAGAX
SEQUUTUS, PLURA ET IPSE EX DIVERSIS AUCTORIBUS COL-
LIGENS IN EADEM HISTORIA ADDIDIT, ET PERDUXIT
USQUE AD IMPERIUM LEONIS, IDEST ANNUM
DOMINICÆ INCARNATIONIS DCCCVI.
INDICTIONE VII.

INCIPIT LIBER PRIMUS.



Rimus in Italia, ut quibusdam placet, regnauit Janus, deinde Saturnus, Jovem filium è Græcia fugiens in civitatem, quæ ex ejus nomine Saturnia dicta est, latuit: cuius ruinæ haec tenus cernuntur in finibus Tusciae hand procul ab Urbe. Hic Saturnus, quia in Italia latuit, ab ejus latibra Larium appellata est. Ipse etenim adhuc rudes populos domos ædificare, terras incoleare, plantare vineas docuit, atque humanis mo-

Tom. I.

(1) Codex Ambrosianus ita inscribitur: *Eutropii Breviorum Historia Romana*.

(2) Alter Adelbergo.

A ribus vivere, cum antea semiferi glandium tantummodo alimentis vitam sustentarent, aut in speluncis, aut frondibus, virgultisque contextis casulis habitarent. Ipse etiam eis nummos æreos primus instituit. Pro quibus meritis ab *incolarum* (3) rustica multitudine deus appellatus est. Post hunc Picus (4) ejus filius, de quo fabulosè dicitur, quod à quadam famosissima maga, Circe nomine, ob contemptum ejus amorem in avem sui nominis sit mutatus. Post hunc ejus filius Faunus, qui fuit pater Latinus, cuius mater Carmentis Nicostrata creditur Latinas literas reperisse. Quibus regnantiibus centum quinquaginta anni referuntur evoluti. Regnante tamen Latino, qui Latinam linguam correxit, & Latinos de suo nomine appellavit, Troja à Græcis capta est, cum apud Hebreos Labdon tertium sui principatus an-

B guam correxit, & Latinos de suo nomine appellavit, Troja à Græcis capta est, cum apud Hebreos Labdon tertium sui principatus an-

A

num

(3) In A. & H. leg. ab indocili, & rus. B. ab indocili inc.

(4) Haec verba usque ad illa. Post bunt ejus filius Faunus, defunctus in M. S. Paulo Diacono Henfeld.

num ageret, & apud Assyrios Teutanes, (5) apud Ægyptios Thoos (6) regnaret, expletis à mundi principio annis quatuor millibus, & decem & novem, à diluvio mille septingentis septuaginta septem, (7) à nativitate Abrahæ (8) tertio anno, Nini regis Assyriorum anno octingentesimo quinto, à nativitate Moysi annis quadragesimis decem, ante Urbem autem conditam annis quadragesimis quatuor, ante primam quoque Olympiadem annis quadragesimis sex. Captæ igitur Trojæ, Æneas Veneris, & Anchisæ filius ad Italiam venit, anno tertio post Trojæ excidium, cum Turno Dauni Tuscorum regis filio dimicans eum interermit, ejusque sponte Laviniam regis Latini filiam in conjugium accepit, de cuius etiam nomine Lavinium oppidum, quod construxerat, appellavit. Regnavit igitur Æneas Latinis annis tribus.

Quo vitâ decadente regnum suscepit Ascanius, qui & Julius, ejusdem filius, quem apud Trojam ex Creusa conjugi *filia Priami regis* (9) genuerat, & secum in Italiam veniens adduxerat. Qui Ascanius, relicto novercæ suæ Laviniae regno, Albam longam condidit, & Silvium Postumum fratrem suum, qui post eum regnavit, Æneas ex Lavinia filium summa pietate educavit, deosque Penates patris sui Æneas ex Lavinio in Albam longam transstulit. Simulacra vero Lavinium sponte redierunt. Rursus transducta in Albam longam, iterum repetivere antiquiora delubra. (10) Ascanius deinde Julum filium (11) procreavit, à quo familia Juliorum exorta est, parvulum, (12) & qui necdum regendis civibus curis idoneus erat. Cum autem triginta & octo (13) annis regnasset Ascanius, Silvium Postumum fratrem suum regni reliquit hæredem.

Silvius ergo Postumus regnavit ann. XXIX., (14) qui Postumus inde appellatus, quia post mortem patris est natus, Silvius, quia ruri fuerat educatus: à quo omnes Albanorum reges Silvii vocati sunt. Post quem regnavit Æneas Silvius annis triginta uno. Deinde Latinus Silvius regnavit annis L., quo etiam tempore apud Hebræos David regnabat. Post cujus obitum Alba Silvius regnavit (15) annis XXXIX. Post hunc Ægyptus, sive Atys ejus filius annis XXIV. Deinde Capis Silvius superioris regis filius annis XXVIII., qui Capuam in Campania condidit. Item Capetus (16) Silvius Capis filius, annis XIII. Post Tyberinus Capeti filius annis IX. Ab hujus nomine Tyberinus fluvius dictus est, eo quod in eum decidens extinctus est, qui prius Albula dictus est. Successit huic Agrippa Silvius regnans annis XL., cujus temporibus Homerus fuisse in Græcia perhibetur. Dehinc Remus Silvius Agrippæ superioris regis filius regnavit annis XIX. Iste præsidium Albanorum inter montes, ubi nunc Roma est, posuit, qui

(5) A. B. & H. Tautanes.

(6) B. & H. Thous.

(7) H. à diluvio annis MDCLXXXII.

(8) A. & H. à nativitate Abramæ & quadragesimo tertio anno Nini regis Assyriorum annis DCCCLXXXV.

(9) Non leg. in citatis MS. A. B. & H.

(10) Item haec omnia diverso charactere notata.

(11) B. Julium suum.

(12) A. parvulus, & qui necdum regendis civibus idoneus erat. B. & H. Parvulus, quia necdum regendis civibus idoneus erat. Ascanius cum XXXVIII. annis.

(13) A. XXXIX.

(14) A. XXXIX. item B. & H.

(15) regnavit. Ita corrigo ex B. & H. MS. cum vulg. vitiis regnum suscepit. Canis.

(16) A. B. & H. Carpentus.

(17) A. & B. Aremuli. H. Remuli.

(18) A. XXIII. B. Adventini fil. qui regnat ann. XXIII. H. cum A.

(19) B. Sidon. H. Fidon.

A ob impietatem fulmine ictus interiit. Post hunc regnavit Aventinus Silvius annis XXXVII., qui fuit Remi (17) superioris regis filius, qui in eo monte, qui nunc pars urbis est, mortuus, ac sepultus æternum loco vocabulum dedit. Successor *bujus* extitit Procas Silvius, ejusdem Aventini filius, qui regnavit annis XXII. (18) Quo regnante Phidon (19) Argivus mensuras, & pondera reperit, cum apud Hebræos Aza in Judæa, & Hierusalem regnaret. (20) Et dum Procas obiisset, testamentum suum ducibus filiis suis Amulio, & Numitori reliquit, ut unus pecuniam protinus, alter regnum susciperet. Amulius vero fratri suo Numitori electionem dedit, ut quod desideraret, acciperet: Numitor vero pecuniam tulit, Amulius autem regnum obtinuit, in quo regnavit annos XLIII. Et dum regnum obtineret, consuluit deos, responsumque est ei, quod ab stirpe fratribus sui occideretur, & regnum perderet. Statimque eum de regno expulit. Numitor autem abiens, in agro suo vixit. Erant autem ei duo filii. Sergestus, & Rhea, quæ & Ilia dicta est. Metuens ergo Amulius Rex responsum, Sergestum secum ad venationem duxit, & eum in sylva occidit. Rhea vero, quæ & Ilia, adimendi partus gratiâ, virginem vestalem fecit. Quæ cum septimo patrui anno geminos edidisset infantes, juxta legem in terra viva defossa est. Verum parvulos propè ripam Tyberis (21) expositos, Faustulus regii pastor armenti ad Accam Laurentiam uxorem suam detulit, quæ ob pulchritudinem, & rapacitatem corporis quæstus lupa à vicinis appellata est. (22) Unde & ad nostram usque memoriam meretricum cellulæ lupanaria dicuntur. Pueri cum adolevissent, collectâ pastorum, & latronum manu, intersectoque apud Albam (23) Amulio, avum Numitorem in regnum restituunt.

Romanum igitur imperium, (24) quo neque ab exordio ullum ferè minus, neque incrementis toto orbe amplius humana potest memoria recordari, à Romulo habet exordium, qui Rhea Silviae vestalis virginis, ut præmissum est, filius, & quantum putatus est Martis, cum Remo fratre uno partu editus est. Is cum inter pastores latrocinaretur XVIII. annos natus, urbem exiguum in Palatino monte constituit X. Kalendas Majas, Olympiadis sextæ anno quarto, CCCXIX. (25) post Trojæ excidium, sive, ut placet Orosio, CCCIV. ante sex annos, quam decem tribus Israel à Sennacherib rege Chaldaeorum transferrentur in montes Medorum. Condita ergo civitate, quam ex nomine suo Romanum vocavit, à qua & Romanis nomen inditum est, hæc ferè egit. Condito templo, quod Asylum appellavit, pollicitus erat cunctis ad eum confugientibus impunitatem. Quam ob causam multitudinem finitimorum, qui aliquam apud

(20) In A. B. & H. Azarias in Iuda, & Hieroboam in Israel (A. Hierusal.) regnarent. Ipsi quoque Amulius succedens ejus junior filius regnavit annis XLIII. Numitor Proce regis major filius a fratre Amulio regno pulsus in agro suo vixit. Filia ejus, adimendi partus gratiâ, virgo vestalis electa est &c.

(21) A. fluminis.

(22) A. qui ob pulchritudinem, & rapacitatem corporis lupi à vicinis appellabantur. B. lupica vicini appellabantur.

(23) A. intersecto Alba Amulio.

(24) Ab his verbis incipit Historiam Eutropius major. unde patet præcedentia à Paulo Diacono addita. Canis.

(25) MS. codex Pithœi habet ita ut vulgo editum est.

MS. vero Fr. Fabr. legit CCCXIV. MS. A. B. & H. convenienter etiam cum vulgata editione: nisi quod vocem quarto non habeant. Eutropius Metula ita legit: XI. Kalendas Maji, Olympiadis sextæ anno tertio: post Troje excidium, ut qui plurimum minimumque tradunt CCCXCIV.

apud suos cives offendam contraxerant, ad se coniugientem in civitatem recepit. Latini denique, Tuscique pastores, etiam transmarini Phryges, qui sub Aenea, & Arcades, qui sub Evandro duce venerant, (26) influxerunt. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum, populumque Romanum effecit. Centum ex senioribus elegit, quorum consilio omnia ageret, quos Senatores propter senectutem, Patres ob similitudinem curae nominavit. Mille etiam pugnatores elegit, quos à numero milites appellavit. Tum, cum uxores ipse, & populus ejus non haberent, invitavit ad spectaculum ludorum vicinas urbis Romæ nationes, atque virginis ecarum rapuit anno ab Urbe condita quarto. (27) Tunc virginum pulcherrima, cunctorum acclamatione rapientium, Thalassio duci Romuli decernitur. Unde in nuptiarum adhuc (28) solennitatibus Thalassio vulgo clamitant, quod scilicet talis nupta sit, quod Thalassium habere mereatur. Commotis bellis propter raptarum injuriam, Ceninenses (29) vicit, Antemnates, Crustumios, Sabinos, Fidenates. (30) Hæc omnia oppida urbem cingunt. Tunc etiam Tarpeja virgo Sabinorum clypeis in monte obruta est, qui ab ejus nomine Tarpejus est appellatus, in quo postea Capitolium est constructum. Pepergere tamen Romani cum Sabinis, quorum filias rapuerunt, amicitias: adeò ut Sabinorum rex Titus Tatius senex regnaret (31) pariter cum Romulo, quem mox, ut in societatem regni ejus assumpst, occidit: Sabini quoque, & Romani unus populus efficerentur. Quo tempore Romani ad confirmandam conjunctionem nomina illorum suis præponebant nominibus, & invicem Sabini Romanorum. Et ex illo consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absque prænomine. Propter hanc etiam societatem, cùm Sabinorum more Romulus hastam longam ferret, quæ eorum lingua quiris (32) appellatur, Quirinus est dictus. Romani verò sive à quiribus, idest hastis longis, sive à Quirino, Quirites nominari coeperunt. Reimus denique à Fabio duce Romuli fratri sui, (33) ejusdem, ut fertur, voluntate, rutro pastorali extintus est. Causa autem interitus ejus hæc fuit, quod ad tutelam novæ urbis vallum, quem fecerant, (34) nō posse sufficere increpaverat, ejusque angustias saltu transilierat. Cum Vejentibus populis adhuc prælium parvo nomine, sed magnis viribus agitatum, Ceninensium captum, ac dirutum oppidum: assumptis semel armis nunquam quies, quippe quibus egestas turpis, atque obscaena fames domi timerentur, si unquam acquievissent paci, aut fæderi. Romulus verò, cùm VII. Kalendas Tom. I.

- (26) In H. non legitur. A. habet Latinus denique, iusque pastores, etiam transmarinus Phryges, qui sub Aenea, Arcades, qui sub Evandro duce influxerant, ita ex variis quasi elementis congregavit corpus, ut unum Pop. Rom. efficeret.
 (27) H. tertio. Dionysius lib. 2. ait hoc contigisse anno quarto Romuli, numerumque fuisse 683. virginum. Canis.
 (28) In MS. B. & H. hæc vox abest.
 (29) In A. Cenenses.
 (30) B. & H. Fidenates, Bicentes. Item A. noster. Canis. leg. Vejentes, sicut & Eutropius.
 (31) A. legit: regnaret cum Romulo; Sabinique &c. B. & H. regnaret, pariter cum Romulo, Sabinique &c.
 (32) A. Ciris, & Cirinus. B. & H. Cyrus appellabatur, Quirinus. B. tamen habet Cirinus.
 (33) A. & B. dubium an fratri voluntate, rutro &c.
 (34) Hæc duo verba absunt in B. H. & A., sicut & sequentia cum Vejentibus usque Romulus verò.
 (35) B. & H. Romulus vero, cùm apud Paludem Capra nungui comparuisset. Vide Dionysium lib. 2., & Valerium lib. 5. cap. 3.
 (36) Hæc non sunt in cit. MSS.

A Augusti apud paludem Capræ (35) fulmine ictus nūquā comparuisset, anno regni XXXIX. ad deos transisse creditus est, & Quirini nomine consecratus. Deinde Romæ per quinos dies Senatores imperaverunt, & his regnantibus annus unus expletus est.

Postea Numa Pompilius rex creatus est, cùm apud Hebræos Ezechias regnaret. Qui bellum quidem nullum gessit, sed non minus civitati, quam Romulus prosuit. Nam & cultus deorum, (36) & leges Romanis, moresque constituit, qui consuetudine præliorum jam latrones, & semibarbari videbantur; & annum descriptis in decem menses, prius sine aliqua suppuratione confusum, (37) & infinita Romæ sacra, ac templum constituit. Morbo decessit XLI. imperii anno. Regnante Numa Glaucus primus ferri inter se glutinum excogitavit.

Huic successit Tullus Hostilius, qui primus Romanorum purpura, & fascibus usus est, Manasse in Judæa regnante. Hic bella reparavit. (38) fiduciā bene exercitæ juventutis, & Anis bellum, qui nunc Albani dicuntur, & qui ab urbe XII. milliario sunt, intulit, eosque vicit sexta confratratione, pessima clade. Vejentes, & Fidenates, quorum alii sex milliaria ab urbe Roma absunt, alii XVIII. bello superavit. Rursus pace disrupta, (39) Metius Suffitius Fidenate bello meditatus dolum, dum contracta temporali pace ascitus fuerat à Romanis, ita eos deservit, ac decepit infidus, ut in medio certamine cum exercitu suo in proximo colle consideret. Tum ingenio usus est rex Romanus Tullus Hostilius, ut diceret suo eum secessisse consilio, ob hoc ut dato signo hostilibus superveniret agminibus. Sic erexitis suorum animis, qui jam iam deservaverant, separatione subsidii, & Albanis terris, vicit Fidenates. Metium verò Suffitium curribus illigatum, pro animi infidelitate divisi. Hic Urbem ampliavit adjecto Cœlio monte. Cùm verò XXXII. annis regnasset, fulmine ictus cum domo sua ars. His temporibus Byzantium civitas condita est à Pausania rege Spartanorum, (40) quæ postea Constantinopolis appellata est.

Post hunc Ancus Martius Numæ ex filia nepos, suscepit imperium, quo etiam tempore Josias regnabat apud Hebræos. Hic contra Latinos dimicavit, & vicit omnes finitimos, & potentes tunc Tusciae XII. potulos innumeris condens conflictibus. Aventinum montem civitati adjecit, & Janiculum. Hostiam (41) civitatem supra mare XVI. milliario ab urbe Roma condidit. Vigesimoquarto anno imperii morbo perii. Hoc etiam regnante Epidamnus (42) est condita, quæ postea Dyrachium est appellata.

A 2 Dein-

(37) Vitiosa hujus loci interpunctio Vincet impoluit hoc loco, eam tamen agnoscit MS. Bongarhi. Sed H. ita: descriptis in decem menses. Pruis sine aliqua suppuratione confusus erat, & m' m'ta &c. Eutropius, & ex hoc Paulus Numæ tribut, quod omnes Romulo. Nam Romulus divisit annum in X. mensibus. Numa duos adjecit. Vide Macrob. 1. Saturnal. cap. 1.

(38) In A. & H. post verbum reparavit legitur, Albanos vicit, qui ab urbe Roma XII. milliario sunt, Vejentes, & Fidenates, quorum alii XVIII. milliario absunt ab urbe Roma, alii XVI. bello superavit. Urlem ampliavit &c. B. habet pro Vejentis, Vigentis.

(39) In B. & H. sicut & in Eutropio hæc non sunt usque ad urlem ampliavit.

(40) Hæc absunt in A. B. & H., sicut & illa paulo post: vicit omnes finitimos usque Aventinum.

(41) B. & H. apud Hostiam civitatem supra mare XVI. milliario ab urbe Roma condidit. XXXIII. anno. A. pariter XXIII.

(42) B. Epidaurus est condita, que postea Diratum est nominata. H. Epidamus est condita que postea Lyrratum est nominata. A. Liratum.

HISTORIÆ

Deinde regnum Priscus Tarquinius accepit. Hic numerum Senatorum duplicavit, Circum Romæ ædificavit, Ludos Romanos instituit, qui ad nostram usq; memoriam (43) permanent. Vicit idem etiam Sabinos, & non parum agro-rum sublatum idem Romæ (44) urbis territorio junxit, primusque triumphans Romam intravit. Muros fecit, & cloacas, Capitolium inchoavit. Trigesimo-septimo imperii anno per Anni filios occisus est. regis ejus, cui ipse successerat. Regnante Tarquinio Arion Methymnæus à Delphino in Tenerum (45) dicitur transportatus. Tunc etiam Massilia condita est. Eo tempore Hierusalem à Nabuchodonosor rege Chaldaeum subversa est.

Post hunc Servius Tullius suscepit imperium, genitus ex nobili fœmina, captiva tamen & ancilla. regnavitque annos XXXIV. (46) *Huic Tarquinii priuci gremio dormienti, caput ardere visum est. Quod prodigium cum Tanaquil uxor regis vidisset, eum inter liberos educavit, pro qua re ad regnum pervenit.* Quo regnante Balthassar imperabat Chaldaeis, (47) sub quo Daniel scripturam mysticam in pariete legit, & interpretatus est. Hic quoque Sabinos subegit, (48) *Venientes prælio viatos, nec domitos fregit, Montes Quirinalem, Viminalem, Esquilinum Urbi adjunxit, fossas circum murum duxit: primus omnium censum ordinavit, qui adhuc per orbem terrarum incognitus erat. Sub eo Roma omnibus in censem delatis, habuit capita LXXXIV. millia civium Romanorum cum his, qui in agris erant. Occisus est scelere generi sui Tarquinii Superbi, filii ejus regis cui ipse successerat. & filiae, quam Tarquinius habebat uxorem. (49) *Eodem tempore Claudia quinta virgo vestalis ob crimen stupri accusata est. At illa se purgare dignata humaniter in vado Tyberis adiit navem, eamque ascendit. Ligavit zonula proram, & ait, Si virgo sum, sequere me. Moxque navis mota, ingressaque est Romam.**

Lucius deinde Tarquinius Superbus septimus, atque ultimus invasit imperium. Quo tempore ad relaxationem Cyri regis Persarum reversi sunt Hierusalem (50) XLII. millia quadrangenti. Ille excogitavit primus vincula, taureas, fustes, & laminas, (51) compedes, catenas, exilia, metalla. carceres. Volscos, quæ gens ad Campaniam euntibus non longè ab Urbe est, vicit: (52) *oppida valida in Latio, idest Oriculum, Gabios. Sueßamque, Pometiamque subegit. Cum Tusci pacem fecit, ac templum Jovi in Capitolio ædificavit. Postea Arream oppugnans in XVIII. millario ab urbe Roma positam civitatem, imperium perdidit. Nam, cùm filius ejus (53) Sextus Tarquinius nocte armatus nobilissimam Lucretiam Triciritini filiam., Collatini uxorem per vim stuprasset, ea de injuria maritum, patrem, & amicos accivit & casulis, vimque, quam offrissa fertur, flens ac pudicundus conquesta est. Solantibus illis non pertinere ad pudicitiam illatæ violentiæ crimen.*

(43) Sunt verba Eutropii.

(44) B. H. & Eutropius niflēm.

(45) A. inter marum. B. in tūrmarum. H. internarum.

(46) Reliqua non leguntur in A. & cit. MSS.

(47) B. Caledus. A. Chaldaeus.

(48) B. Salinos fulgit, nantes tres Quirinalem, Viminalem, Erculimum. H. Sal. subegit, montes tres Quir. Hum. Ecul. A. pro Eculimum, Culimum & mox pro circ. citra.

(49) A. Hierosolymam Iudei XLIIIm. &c.

(50) Reliqua non leg. in MS. & Eutropio.

(51) A. B. & H. pro laminas lautimas.

(52) A. habet post vicit. Gabiu[m] civitates & Sueßam & Pometiam sublegit. Similiter H.

(53) A. B. H. & Eutropius: filius ejus, & ifse Tarquinius

MISCELLÆ

A extraneum: non enim animum honestæ, sed corpus tantum fuisse corruptum: nulla, inquit, impudica ex in Lucretia se defendet exemplo. Tum ferrum, quod ueste celabat, subito visceribus immersit. Propter quam causam Brutus parens etiam ipsius Tarquinii populum concitavit, & Tarquinio ademit imperium. Mox exercitus (54) eum quoque reliquit, qui civitatem Ardeam cum ipso rege impugnabat, veniensque ad urbem rex portis clausis exclusus est. Cumque imperasset annis XXXV. cum uxore, & liberis fugit. Ita Romæ regnatum est per VII. reges amissis CCXLIII., cum adhuc Roma, ubi plurimum, vix usque ad XV. milliarium possideret. Tarquinii sanè temporibus, castissima Judith Holophernem peremisit. His etiam temporibus Pythagoras Philosophus claruit, qui Samo oriundus Crotonæ (55) deguit, novissimè Metapontum adiit, ibique sepultus est. Sed Romani quanta mala per CCXLIII. annos continua illa regum dominatione pertulerint, non solum unius regis expulsio, verum etiam abjuratio regis nominis & potestatis ostendit. Nam si unius tantum superbia fuisset in culpa, ipsum solum oportueret expelli, servata dignitate melioribus.

B Igitur regibus Urbe propulsis, Romani consulendum sibi, quam cuiquam sue libertati dominandum rati, consules creaverunt. Pro uno rege duo hac causa creati, ut si unus malus esse voluisse, alter eum, habens potestatem similem, coerceret.

C Et placuit ne imperium longius quam annum haberent, ne per diurnitatem potestatis insolentiores redderentur, sed civiles semper essent, qui se post annum scirent esse privandos. (56) Fuerunt ergo primo anno expulsis regibus (57) L. Junius Brutus, qui maximè egerat, ut Tarquinius pelleretur: & Luc. Tarquinius Collatinus maritus Lucretiae. Sed Tarquinio Collatino statim sublata est dignitas. Placuerat enim ne quisquam proorsus in urbe maneret, qui Tarquinius vocaretur. Ergo accepto omni patrimonio suo, ex urbe migravit, & in loco ipsius factus est P. Valerius (58) Publicola consul. Commovit tamen bellum urbi Romæ rex Tarquinius, qui fuerat expulsus: & collectis multis gentibus maxime Hetruscorum,

D & Vejentum, ut in regnum posset restitui, dimicavit. In prima pugna Brutus consul, & Aruns Tarquinii filius invicem se occiderunt: Romani tamen ex ea pugna taliter (59) victores recesserunt. Uno plus Hetrusco adente Romanus vicerit. Brutum Romanæ Matronæ defensorum pudicitia sue quasi communem patrem per annum luxerunt. Valerius Publicola Sp. Lucretium Tricipitimum collegam sibi fecit, Lucretiae patrem. Quo morbo mortuo, iterum Horatium Pulvillum collegam sibi sumpsit. Ita primus annus V. consules habuit, cùm Tarquinius Collatinus propter nomen Urbe cessisset, Brutus in prælio periisset, Sp. Lucretius morbo mortuus esset. Secundo quoque anno, iterum Tarquinius, ut regnum reciperet, bellum Romanis intu-

junior nolil sūmam Collatini uxorem stuprasset, aque de injuria marito, & patri, & amicis quæsta fuisse, in omnium consp. itu se occidit, propter quam causam Brutus parens & ifse Tarquinii &c. A. semper Collat.

(54) A. mox exercitus quoque eum, qui civitatem Ardeam cum ipso rege oppugnabat, reliquit. H. oppugnavit.

(55) A. B. & Crotone deguit, novissimè Metapontum adiit, iisque sepultus est. Hinc Consules capere pro uno rege duo bac causa creari.

(56) H. & Eutropius: privatos.

(57) A. post regulus leg. Consules.

(58) A. B. & H. Lucius Valerius.

(59) A. B. H. & Eutropius: ex ea pugna victores recesserunt. Brutum Rom.

intrulit, auxilium ei ferente Porsena (60) Hetru-
ria rege, tribusque continuis annis trepidam ur-
bem terruit, conclusit, obfedit: & nisi hostem.,
vel Mutius, qui ad feriendum Porsenam ad ejus
castra, atque tentorium descenderat, & subregu-
lum ejus stipendia dividentem habitu purpurato
occidit, regem arbitratus, captusque illico, loquu-
lus est cur venisset, dextram denique, qua erra-
verat, igni qui in ara erat urendam superposuit:
vel virgo Clelia, qua post exiguum temporis in-
tervallum ruptis vinculis admirabili transmeatu
Tyberis fluminis, audacia permovissent, profecto
Romanis perpulsi forent perpeti, aut captivitatem
hoste insidente superari, aut servitutem receptio
rege subjecti. Eadem Clelia obses fuerat Porsena
data, qua vigiles fessellit, & consenso equo per
Tyberim Romanam rediit. Statua ei equestris ex Se-
natusconsulto data est. Quadam die cùm Hetru-
sci in urbem Romanam irruerent per pontem Subli-
cum Tyberis, quidam Horatius Cocles in pontis
fronte eis oblitus solus, donec dissoluto ponte pars
ejus dirueretur: & statim cum armis se in Tybe-
rem dedit, ac pariter & hostium vitor, & flumi-
nis, superj etia Hetruscorum tela vitavit. Tertio
anno post reges exactos, Tarquinius, cùm suscipi-
non posset in regnum, neque ei Porsena, qui pa-
cem cum Romanis fecerat, p̄stare auxilium,
Tusculum se contulit, qua civitas non longè ab
Urbe est, atque ibi per XIV. annos privatus
cum uxore consentuit. Quarto anno post reges
exactos, Sabini (61) undique corrasis coiis ma-
gno apparatu belli Romam contendunt: quo metu
confernati Romani bellum paraverunt, & de his
trionphatum est. Quinto anno post reges exactos
P. Valerius ille Brutus collega, & quater
Col. fataliter mortuus est adeò pauper, ut col-
lectis à populo nummis sumptum habuerit se-
pulturæ. Quem matronæ, sicuti Brutum, per
annum luxerunt. Nono anno post reges exactos,
cùm gener Tarquinii ad injuriam socii vindicandam
ingentem collegisset exercitum, nova
dignitas Romæ creata est, qua Dictatura appelle-
atur, major quam Consulatus. Eodem anno
etiam Magister equitum factus est, qui Dictatori
obsequeretur. Nec quicquam similius potest
dici, quam Dictatura antiqua huic imperiali po-
testati, quam nunc tranquillitas vestra (62) ha-
bet, maximè cum Augustus quoque Octa-
vius, de quo postea dicemus, & ante eum C.
Cæsar sub Dictatura nomine, & honore impe-
raverint. Dictator autem Romæ primus fuit
M. Valerius: (63) Magister equitum primus
Sp. Cassius. Sextodecimo anno post reges exactos,
(64) sequitur discessio plebis à patribus,
cùm M. Valerio Dictatore deletum militum agen-
te, variis populus stimulatus iniuriis, tanquam à
Senatu, atque Coss. premeretur, Sacrum montem
infelix armatus. Qua pernicie, quid atrocius?
cum corpus à capite defectum perditionem ejus per-

A quod spirabat, meditabatur. Tum populus sibi
tribunos plebis quasi proprios judices, & de-
fensores creavit, per quos contra senatum, &
Coss. tutus esse posset. Eodem tempore Ne-
mias concedente Xerxe Persarum rege, Judæam
venit, muros, urbemque restituit. Sequenti anno
Volsci contra Romanos bellum præparaverunt,
(65) & victi acie etiam Coriolos civitatem perdi-
dissent, quam habuerunt optimam. XVIII. anno
postquam reges ejecti erant, expulsus ab urbe
Romanus dux C. Martius, (66) qui Coriolos
ceperat Volsorum civitatem, ad ipsos Volscos
contendit iratus, & auxilia contra Romanos ac-
cepit. Romanos sèpe vicit, usque ad quintum mil-
liarium Urbis accessit, oppugnaturus etiam pa-
triam suam, legatis, qui pacem petebant repudiatis,
nisi ad eum mater Veturia, & uxor Volum-
nia ex Urbe venissent. Quarum etiam precatione
(67) removit exercitum, quem submoveare armis
Roma non poterat. Atque hic secundus post Tar-
quinium fuit, qui dux contra patriam suam esset.
In loco autem ubi oraverant, à marito suo ara
facta est Fortuna Muliebri. T. Geganio & P.
Minutio Coss. duo vel maxima omnium malorum
abominamenta famæ, & pestilentia fessam Urbem
corripiere. Cessatum est paulisper à præliis, sed
tamen à mortibus non est. Vejentes, & Hetrusci
graves hostes, adjunctis sibi finitimorum coiis in
bella surgentes, obviis M. Fabio, & Cn. Man.
Coss. excipiuntur. Ubi post sacramentum juratio-
nis, quo se Romani devoverant, nonni post victo-
riam ad castra redituros, adeò atrox certam n-
fuit, & vicit, vitoribusque par fortuna, ut amissio
plurimo exercitu, occisoque in pugna Minio
Consule, M. Fabius Consul oblatum sibi à Senatu
triumphum suscipere recusaret, eo quod frater
suis fortiter faciens in illa prælii tempestate ceci-
disset, inquiens, Quia tantis Reip. detrimentis
luctus potius debetur, quam triumphus. C. Fabio
& L. Virginio Coss. gloriofissima illa numero, &
viribus Fabiorum familia Vejentanum sortita
certamen, quantam Reip. orbitatem occasu suo
intulerit, infamibus usque adhuc vocabulis testes
sunt fluvius Cremera, qui perdidit, & porta que
misit. Nam cum CCCVI. Fabii, verè clariſſima
Romani status lumina, speciale sibi adversus ho-
stes Vejentes decennii bellum expetivissent, promittentes
Senatui, & populo per se omne certam n-
implendum, ita sunt profecti omnes nobiles, &
qui singuli magnorum exercituum duces esse debe-
rent. Dehinc deducti in insidias circumventique
ab hostibus omnes ibidem trucidati sunt, uno tan-
tum ad denunciandam cladem reservato, qui tro-
pter etatem puerilem duci non poterat ad pugnam.
Post hæc census in Urbe habitus, & inventa per
censum sunt (68) ibi centum & decem & sep-
tem millia trecenti XVIII. Eodem tempore Por-
phyria virgo vestalis ob stupri crimen viva defossa
est. Romæ ergo post Urbem conditam an. CCCLIX.
su-

desiderantur in utroque, usque ad C. Flavio, & L.

Virginio Coss. Inde sequuntur trecenti nobiles homines,
qui ex Fabia familia erant contra Vejentes bellum su-
sciperunt soli, promittentes S. natu, & pop. per se
omne certam n-implendum; ita sunt profecti omnes no-
biles, & qui singuli magnorum exercituum duces esse
deberent, in prælio conciderunt. Unus omnino superfuit
ex tanta familia, qui propter etatem puerilem duci
non poterat ad pugnam. Simile quid de Leonida La-
cedæmoniorum rege Herodotus lib. 7. ubi N. B.
quod auctor sequitur hic Livium, quem tamen re-
futat Dionysius lib. 9.

(68) A. legit: inventa sunt civium CXVIIIm. CCCXIX.
Sequenti tamen anno, c. i. in Algidio monte ab Urbe XII.
fere millario Romanus obfederetur exercitus L. Q. Cin-
cinnatus Dictator est factus, qui agrum 4. jug. possidens
manibus suis colebat. H. verè centum & decem &
septem millia trecenti XIX. in reliquis cum Ambros.

- (60) A. B. H. & Eutropius Porsenna rege Tuscia, & Ro-
manum pene cepit, verum tum quoque vicitus est. Ter-
tio anno post reges exactos, Tarquinius &c. Cætera
enim, qua interjecta sunt, absunt.
(61) A. H. & Eutropius: cum Sabini Romanis bellum intulis-
sunt vici sunt, & de his triumpbatum est. Quinto
anno Lucius Valerius ille.
(62) Ita ex B. & H. & ex Eut. corrigo: vulgo vitiosè legebatur
noster (ut in A.) Valentem Imperatorem intelligit Eu-
tropius major, ex quo hec Paulus Diaconus. Canif.
(63) A. H. & B. primus fuit Largus, Eutropius Largus.
(64) A. habet seditionem populus Roma fecit; cinqm à Se-
natu, atque à Coss. opprimeretur, tum & ipse tribunos
plebis. B. & H. concordant mutato cinqm in tanquam.
(65) A. H. & Eutropius: expulsus ex Urbe. Q. Martius
dux Romanus, qui Coriolos ceperat Volsorum &c.
(67) A. habet: deprecatione superatus, ut Hersfeld. Cæstra

suspento ad modicum bellò, gravis pestilentia, que semper ibi inducias, aut factas interceptit, aut ut fierent coegit, per universam civitatem incanduit violenter, ut merito precedente immanni prodigio cælum ardere visum sit, quando caput gentium tanto morborum igne flagravit. Nam eo anno Ebutium, & Servilium ambos Coss. pestilentia consumpsit, militares copias plurima ex parte conficit, multos nobiles, præcipueque plebem, fœda tabe delevit, quamvis jam etiam superiore quarto anno oborta lues eundem populum depopulata sit. Proximo debinc anno cives exulcs, servique fugitiui, duce Herdonio viro Sabino, Romam invaserunt, incenderuntque Capitolium. Ubi fortissimè quidem Valerio Consule, & imperatore obstitire juniores, sed adeo atrox, & grave discriminem prælii fuit, ut ipse quoque Consul Valerius ibi fuerit occisus, & indignam de servis victoriam insuper etiam sua morte fœderaverit. Sequitur annus, in quo cum victo exercitu Consul obseus est. Nam Minutium Cos. congreſſi prælio populi Equi, Volsisque superarunt, & fugientem in Algido monte, qui ab Urbe XII. fermè millario abest, fame, ferroque cinxerunt: acutumque inflicteret foret, ni Quintius Cincinnatus præcipuus ille Dictator, arctatam obſidionem, oppreſſo hoſte, solviſſet. Qui repertus in rure, quatuor jugerum agrum possidens manibus suis colebat. Is cum in opere, & arans effet inventus, sudore deterſo, ab aratro accersitus ad fasces, togam (69) prætextam accepit. Mox sumpto honore, instruendoque exercitu, cæſis hostibus victor effectus liberavit exercitum, jugumque boum equis imposuit, victoriamque quasi stivani tenens, subjugatos hostes præ se primus egit. Anno, qui proximus trecentesimo ab Urbe condita fuit, dum legati ab Atheniensibus propter Solonis leges deferendis missi expectabantur, arma Romana famæ, pestilentiaque compescuit.

Iſo autem trecentesimo & altero anno ab Urbe condita imperium consulare celiavit, & pro duobus Consulibus decem facti sunt, qui summam potestatem haberent constituendarum legum Atticarum gratia, qui à numero Decemviri sunt nominati, quod magnam Reip. perniciem invexit. Nam primus ex Decemviris, cedentibus cæteris, solus Ap. Claudius sibi continuavit imperium. Statimque aliorum conjuratio subsecuta est, ut more contempto, quo insigne imperii penes unum, potestas autem communis erat omnibus, omnia propriis libidinibus agitarent. Itaque inter cætera, que in jal nitissime cuncti præsumebant, repente singuli cum duodecim fascibus, cæterisque imperatoriis insignibus processerunt. Et novo improbae ordinantis in epto, allegata legatione Consulū emicuit agmen Tyrannorum, duabus tabulis legum ad decem priores additis, agentes insolentissimo fusu plurima. Et die quo deponere magistratus mos erat, cum

A iisdem insignibus processerunt. Secundo anno ex his Ap. Claudius Virginii (70) cuiusdam, qui honestis jam stipendiis contra Latinos in monte Algido militabat, filiam virginem nomine Virginiam (71) stupravit. Quam ob rem adactus Virginius pater dolore libertatis, & pudore dedecoris, protractam ad servitutem filiam, in conspectu populi pius parricida prostravit. Qua populus necessitatibus atrocitate permotus, & periculo libertatis admonitus, montem Aventinum occupavit armatus, nec tueri armis libertatem destitit, nisi postquam à Decemviris potestas ablata est, ipsique damnati sunt. Anno ab Urbe condita CCCXV. (72) per totum ferè annum tam crebri, tamque etiam graves in Italia terræmotus fuerunt, ut de innumeris quassationibus, ac ruinis vilarum oppidorumque assiduis Roma nuncius fatigaretur. Dehinc ita jugis, & torrida siccitas fuit, ut praesentis tunc, futurique anni spem gignendis terra fructibus abnegat. Et his denique temporibus Fidenates contra Romanos rebellaverunt maximum auxiliorum manu stipante. Auxilium his præstabunt Vejentes, & rex Vejentum Tolumnius, Quæ ambæ civitates tam vicinæ Urbi sunt, ut Fidenæ, & Vejentum XVIII. millario ab Urbe absint. Conjunxeruntque se his & Volsci. Sed à M. Æmilio dictatore, & L. Quintio Cincinnato magistro equitum vieti, etiam regem perdidere. Fidenæ capte, & excisiæ. (73) Tanta in ipsis Fidenis erat malorum, animorumque contentio, ut vel domesticas clades superfusa fornicatus bella oblitterarent, vel post damna bellorum inducias relaxatas diverse pestes cælo, terraque excandescentes incessibili infestatione corrumperent. His denique temporibus gravissimo terræmotu concussa Sicilia insula, exstuantibus Aetna montis ignibus, favillisque calidis, cum detramento plurimo agrorum, villarumque vastata est. Tunc etiam Atlante civitas Locridis adhærens terre, continuo repentina maris impetu abscissa, atque in insulam defolata est. Atheniensium quoque civitatem misera pestis invasit, diuque depopulata est. Post XX. annos iidem Vejentani rebellaverunt. Dictator contra illos missus est Furius Camillus, qui primū eos vicit acie: mox etiam civitatem diu obſidens, cuniculis clam cepit, antiquissimam Italiam, atque ditissimam. Inventamque ibi statuam Junonis Moneta jussit Romam transfirri. Unus autem è militibus per jocum interrogavit simulacrum an vellet ire Romam: respondit, volo. Postea cepit & Faliscos non minus nobilem civitatem, sed commota est ei domi invidia, quasi prædam male divisisset, damnatusque ob eam causam expulsus est ex civitate. (74)

Dehinc irruptio Belgicorum Gallorum, & incendium Urbis insequitur. Cui cladi audiat quispiam si potest motus hujus temporis comparare, quam-

(69) H. habet: pretextatam, & sequitur cum A. accepit, & cæſis hostibus liberavit exercitum, jugumque boum equis imposuit, victoriamque quasi stivam tenens subjugatos hostes præ se primus egit. Anno trecentesimo & altero ab Urbe condita imperium consulare cessavit, & pro duobus Coss. decem facti sunt, qui summam potestatem haberent, ac Decemviri nominati sunt. H. habet viri, pro Xviri. Sed cum primo anno bene egissent.

(70) H. pro Virginio habet viri.
(71) A. & H. pro stupravit: corruptere voluit, & omis. cæſ. seq. quam pater occidit, ne stuprum ad Decemviroſ sustincret, & egressus ad milites mox tumultum. Sublata est igitur Decemviri &c.

(72) In A. & H. intermedia non leguntur usque ad Fidenates, & habent. Anno ab U. C. CCCXII. Fidenates &c. usque ad Tolumnius. Ita etiam penè ad verbum Eutropius, ut inde facile conjectere sit, Miscellam meritò dici, ubi tam multa hic inserta, & non xta. Canis.

(73) Ii c non leg. exētra in A. H. B. & in Eutropio usque ad: Post XX.

(74) B. & H. ad verbum convenit cum Eutropio: expulsus est ex civitate. Statim Galli Sines ad Urbem veniunt, & viatos Romanos XI. militari a Roma apud flumen Alliam sicuti, etiam urbem occupaverunt, neque desidiū quicquam nisi Capitolium fecerunt. Quod cum diu oſſidierunt, & jam Romani saine laborarent, à Camillo, qui in vicina civitate exulabat, Gallis supervenient, gravissimeque vici sunt. Postea tamen accepto etiā auro mille librarium, ne Capitolium oſſiderent, recellerunt, sed secutus est eos Camillus, ita cedit, ut aurum quod bis datum fuerat, & omnia que c. perant militaria signa revocaret. Ita tertio triunfibus Urbem ingressus est, & appellatus secundus Romulus, quasi et ipse patrie conditor. Circa hæc tempora Hatr. putatur batoria conscripta. Plato quoque platonibus his temporibus fuisse peribetior. Eutropius tamen finit primum lib. his verbis: patriæ conditor. Cætera non habet. Canis.

Ambros. cum iisdem concord. Manuscriptis.
In Hersfeld. explicit lib. primus de histor. Roman.

quamvis non æquè pendeat preteriti mali fabula, & presentis injuria. Igitur Galli Senones ducebrem, exercitu copioso freti, & robustioribus, cum urbem Clusum obfiderent, obfidence dimissa totis viribus Romanam contendunt. Hos ita dire irruentes Fabius cum exercitu Consul excepit, nec tamen obficit: imo potius hostis ille impetus Romanos quasi aridas segetes succidit, stravit, & transvicit. Testatur hanc Fabii cladem fluvius Allia, sicut Cremera Fabiorum. Non enim facile aliquis similem Romano militiae ruinam recenseret, etiam si Roma insuper inconsusa non eſſet. Patentem Urbem Galli penetrant, trucidant rigentes simulacrum modo in suis sedibus Senatores, eosque incendio domorum crematos, lapsu culminum fūrorum sepeliunt universos. Cumque jam humanae vires eis omnino resistere non posse, Apollinem Delphicum consuluerunt. Respondit, deos secum, & candidas puellas Gallis pugnaturas. Tunc in Alpibus nivibus oppressus Brenno cum omni ſuo exercitu deletus eſt. Igitur reliquam juventutem, quam conſtat vix mille hominum tunc fuſſe, in arce Capitolini montis lati-

A tantem obſidione concludunt, ibique infelices reliquias fame, & peste, desperatione, & formidine terunt. Captumque illico Capitolium fuerat, niſi clamore anſeris excitatus Manlius refitifet. Qui cum diu eos obfiderent, & jam Romani fame laborarent, fragmenta panum pro lapidibus Galli projeſcerunt. Quamobrem accepto auro mille librarum, ne Capitolium obfiderent, ex Urbe recesserunt, ſed ſecutus eos Camillus ita cecidit, ut & aurum, quod his datum fuerat, & omnia, que ceperant militaria ſigna revocaret, quamvis pridem eos gravissime cecidifet. Ita tertio Camillus triumphans. Urbem ingressus eſt, & appellatus eſt ſecundus Romulus, quaſi & ipſe patriæ conditor. Igitur cum iudicem Galli Capitolium obfiderent, C. Fabius Dorſuo flamen Quirinalis ſolenni die Gabinatus ſacra perferens, per hostium tentoria ad Quirinalem montem contendit, & celebrato ſacrificio redit. Circa haec tempora Esdræ putatur historia ſcripta. Plato quoque philoſophus hiſ temporibus fuſſe perhibetur.

Explicit Liber Primus.

INCIPIT LIBER SECUNDUS.

Anno ab Urbe condita CCCLXV. (1) ſerviſſimo terræmotu Achaja universa commota eſt, & due tunc civitates, Bura, (2) & Helice abruptis locorum devoratae. Igitur post captam Urbem primò dignitates mutatae ſunt, & producibus Consulibus tacti Tribuni militares consulari potestate. Hinc jam coepit Romana res crescere. Nam Camillus eo anno Volscorum civitatem, quæ per LXX. annos bellum geſſerat, vicit, & Equorum urbem, & Sutrinorum, atque omnes deletis earundem exercitibus occupavit, & tres ſimul triumphos egit. Titus etiam Quintius Cincinnatus Prenestinos, qui uſque ad Urbis Romæ portas cum bello venerant, perſecutus ad fluſum Alliam vicit: octo civitates, quæ ſub iſpis agebant, Romanis adjunxit, ipsam Prenestem aggressus in deditiōnem accepit. Quæ omnia ab eo geſta ſunt viginti diebus: triumphus iſpi decretuſ eſt. Verū dignitas Tribunorum militarium non diu perſeveravit. Nam post aliquantum nulos placuit fieri, & quadriennium in Urbe ita fluxit, ut potefates ibi maiores non eſſent. Praefumpserunt tamen Tribuni militares consulari potestate iterum dignitatem, & triennio perſeverarunt. Rurſus Coſſ. facti. L. Genutio, & Q. Servilio Consulibus mortuus eſt Camillus, honorque ei ſecondus post Romulum delatus eſt. (3) Anno ab Urbe condita CCCLXXXIV. His temporibus ingens universam Romanam pestilentia corripuit: non, ut affolet, plus minusve ſolito tempore turbata tempesties, hoc eſt, aut intempeſtiva byemis ſiccitas, aut repentinus calor veris, aut incongruus humor aſtatis, vel autumni divitis pinguis, & indigēſta illecebra, insuper etiam expirata de Calabria ſaltibus aura corrumpens, & repentinus acutarum infirmitatum afferre ſolita transcurſus; ſed gravis diurnaque, & in nullo diſpar ſexu, in nulla ſtate diſſimilis, generali cunctos per biennium jugi-

C ter rabe conſecit, ut etiam quos non egiſ in mortem, turpi macie exinanitos, affictosque dimiſerit. Sequenti anno ſecutum eſt ſatis triste prodigium. Siquidem in medio Urbis foro (4) terra diſſiliuit, vastoque prærupto, hiantia ſubitò inferna patuere. Quod dum diutiū ita maneret, cunctisque terrorem inferret, tandem interpretantibus arufpicibus (5) claudi barathri amplitudinem poſſe, ſi in eo, quod eſſet Romæ preciоſiſſimum mitteretur, voluntariè diu jactatis inaniter monilibus matronarum, M. Curtius eques Romanus, domo clarus, militiae inſignibus ſumptis, cum equo ſe in id barathrum præcipitavir, ſicque conuolum eſt. (6) Post eum ſacrificantes in eundem locum jecere fruges, & mox terra in ſuam naturam rediit. Anno ab Urbe condita CCCLXXXVIII. iterum Gallorum terribilis inundatio juxta Anienem fluvium ad quartum ab Urbe lapidem conſedit, facile ſine dubio, & pondere multitudinis, & alacritate virtutis perturbatam occupatam civitatem, niſi otio, & lenitudo ſui torpuiſſet. Ubi atrocissimam pugnam singulariter inchoauit. L. Manlius juvenis nobilissimus de Senatoribus, provocantem Gallum ad ſingulare certamen progressus occidit, & ſublatā torque aureā, colloque ſuo impositā, in perpetuum Torquati, & ſibi, & posteris cognomen obtinuit. Statimque eos Quintius Dictator, cruentiſſima congreſſione conſecit. Fugati ex hoc prælio plurimi Galli, inſtauratis iterum copiis in bellum ruentes, à C. Sulpicio dictatore ſuperati ſunt. Post pauſulum quoque Tuscorum pugna ſub C. Martio conſecuta eſt, ubi conjici datur quantum hominum cæſum ſit, quando VIII. millia capta ſunt Tuscorum. Censuſ iterum habitus eſt. Tertio anno in iſdem diebus, Galli ſe in prædam per maritima loca, ſubiectosque campos ab Albanis montibus diſſuderunt. Et cum Latini, qui à Romanis ſubacti erant, milites præſtare nollent, à Romanis (7) novo militum delectu habito, tyrones electi

- (1) A. & H. omnino cum Eutropio conuenit; Anno 365. ab U. C., poſt captam autem primò, dignitates mutata ſum, pro duobus Coſſ. &c. Vide Livium lib. 6.
 (2) Aliter Hebra.
 (3) A. B. & H. delatus eſt. His temporibus immensa per continuum bicium Romanos peſlis adfixit, ſequenti que anno ſecutum eſt ſatis trife prodigium &c. Nam catena abſunt.
 (4) In A. non legitur foro.
 (5) A. H. & B. barufpicibus, quod vivi hominis ſepulturam expetere, M. Curtius eques Romanus ſe in barathrum

- armatus iniecit, ſicque &c.
 (6) In iſdem poſt conuolum eſt, ita legitur: Interea T. Quintius Dictator adverſus Gallos, qui in Italiam uerant, miſſus eſt. Hi ab Urbe quarto milliaro trans Anienem fluvium conſiderunt. Ibi nobilissimus de Senatoribus juvenis L. Mallius provocantem &c. & mox cognomen accepit. Galli fugati ſunt: mox per C. Sulpicium Dictatorem vieti. Niſi multo poſt à C. Marcio Tufci vieti ſunt: & octo millia capti vorum ex hiſ triumphata diuſta.
 (7) A. B. & H. poſt Romanis tantum tyrones &c.

electi sunt. Factæque legiones X., qui modus LX., vel amplius armatorum millia efficiebat, adversus eos processerunt : parvis adhuc Romanis rebus, tanta tamen in re militari virtus erat. (8) Quæ cùm profectæ essent adversus Gallos duce L. Furio, quidam ex Gallis unum ex Romanis, qui esset optimus provocabat. Tunc se M. Valerius Tribunus militum obtulit, & cùm processisset armatus, corvus ei supra dexterum brachium sedidit. Mox commissâ adversus Gallo pugnâ, idem corvus alis, & unguibus Galli oculos verberavit, ne rectum posset aspicere: Ita à Tribuno Valerio interfactus, non solum victoriam ei, sed etiam nomen dedit. Nam postea idem Corvinus est dictus, ac propter hoc meritum annorum XIII. (9) Consul est factus. Occiso enim provocatore Gallo, alii omnes territi, sparsimque fugientes, graviter trucidati sunt. Tunc siquidem dilata nox usque ad plurimam partem diei tendi visa est. Tunc etiam faxa grandini mixta (10) nubibus cecidere. Eodemque tempore Magnus Alexander, magnus verò ille gurges miserarum, atque atrocissimus turbo totius Orientis natus est. Anno ab Urbe condita CCCIX. Latini, qui noluerant milites dare, hoc quoque à Romanis exigere coeperrunt, ut unus Consul ex eorum, alter ex Romanorum populo crearetur. Quod cùm esset negatum, bellum contra eos (11) intulerunt, Manlio Torquato, & Decio Mure Consulibus, in quo bello unus Consul interfactus est, alter extitit impiè parricida. Manlius enim Torquatus filium suum juvenem viñorem, intersectorem Decii Tusculani nobilis equitis, & precipue provocantis, atque insultantis hostis occidit. Alius verò Consul cùm, iterato confictu, illud cornu cui præterat, cædi, at, ue affligi videret, inter confertissimos hostes fronte prolapsus occubuit. Manlius quamvis viñetor, occursum tamen nobilium juvenum Romanorum, qui legitimè exhiberi solet in triumphis, parricida non meruit. Statuæ Consulibus ob meritum victoriæ in rostris positæ sunt. Eo anno etiam Alexandria ab Alexandro Macedone condita est. (12) Anno autem post hunc sequente, Minutia virgo vestalis ob admissum incestum damnata est, vivaque obruta in campo, qui nunc Scelestatus dicitur. At verò exin tempore interjecto, horresco referre quod gestum est. Nam Claudio Marcello, & Valerio Flacco Coss. incredibili rabie, & amore scelerum Romanæ matrone exarserunt. Erat verò fædus ille, ac pestilens annus, infectæ jam undique catervatim strages mortuorum egerebantur. Et adhuc tamen penes ornes de corrupto acre simplex credulitas erat, cùm existente quadam arcilla in tice, & convincente, primùm multæ matronæ ut biberent venena, quæ coxerant compulsa: dein simul quæ haufere consumpta sunt. Tanta autem multitudine fuit matronarum in his facinoribus conscientia, ut trecentæ septuaginta damnatæ ex illis simul fuisse referantur. Anno ab Urbe condita CCCXLII.

(8) Ita nimis Paulus Diaconus MS. semper magis Eutropii verba retinet. Canif.

(9) A. X.X III. ita B. & H.

(10) A. faxa de mulibus &c.

(11) A. habet, contra eos suscepturn eit, & ingenti pugna superati sunt, ac de his perdomitis triumplatum est: Stat. &c. Concordant B., & H., præterquam in voce his, cuius loco habent suis perdom. &c.

(12) Hinc inferta omnia usque ad verba. Nam Romani in MSS. enim non leguntur, neque in Eutropio.

(13) A. Orlis.

(14) H. hic insigni accessione austior est: animosiores: deinde prinsquam cum Romanis configerent, Alexandrum regem Epirotarum, germanum Olympia matris Alexandri Magni, qui trajectis in Italianam copiis, bellum adversus Romanos parabat, Lucanis suffragium ferentes, maximo bello in Lucania vicere. In quo & ip-

A Alexander rex Epirotarum Alexandri illius Magn avunculus, transiectis in Italianam copiis, cùm bellum adversus Romanos pararet, & circa finitimas Roma urbes firmaret vices exercitus sui, auxiliaque vel sibi acquirere, vel hostibus subtrahere studens bellis exerceretur, à Samnitibus, qui Lucana genti suffragabantur, maximo bello in Lucania vietus, & occisus est.

B Anno ab Urbe condita CCCCXXVI. jam Romani potentes esse coeparent. Bellum enim in CXXX. ferè milliariorum ab Urbe gerebatur apud Samnitas, qui medii sunt inter Picenum, Campaniam, & Apuliam, gentem, si opulentiam eorum quæras, aureis, atque argenteis armis, & discolori veste usque ad ambitum ornatos: si insidiarum fallaciam, saltibus ferè, & montium fraude grassantes: si rabiem, atque furorem, sacrilegis, humanisque hostiis in exitium Urbis (13) agitatos: si pertinaciam, sexies rupto foedere ipsis hostibus animosiores. (14) Romani ergo adversum Samnitas pro Campanis, & Sidicinis bellum suscepere. Omnium siquidem, non modo Italæ tantum, sed penè toto orbe terrarum pulcherrima Campanæ plaga est. (15) Nullum hospitalius navibus mare. Hic illi nobiles portus, Cajeta, Misenum, (16) Lucrinus, & Avernus, quædam maris ostia. Hic amicti (17) vitibus montes, Gaurus, (18) Falernus, Massicus, & pulcherrimus cunctorum Vesuvius. Urbes ad mare, Formiae, Cumæ, Puteoli, Herculanum, (19) Pompeii, & ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas Romanæ, Carthaginemque nominata. Pro hac urbe, & pro (20) his regionibus populus Romanus Samnitas invadit. L. Papyrius Cursor cum honore Dictatoris ab bellum id profectus est. Qui cùm Romam redisset, Q. Fabio Maximo magistro equitum, quem apud exercitum reliquerat, præcepit, ne se absente pugnaret. Ille occasione reperta feliciss. dimicavit, & (21) viginti millia Samnitarum delevit. Ob quam rem à Dictatore capite damnatus, quod se vetante pugnasset, ingenti favore militum, & populi liberatus est, tantâ Papyrio seditione commotâ, ut penè ipse interficeretur. (22) Post hæc Samnites circumspetio cura, ac majore apparatu instruto, apud Caudinas Furculas confederunt, T. Veturio, & Sp. Postumio Coss., omnesque copias Romanorum ibidem angustiis locorum, armisque conclusas ingenti dedecore vicerunt. Quorum dux Pontius in tantum abusus est victoriæ securitate, ut Herennium patrem consulendum putaret, utrum clausos occideret, an parceret subjugatis: ut vivos tamen dedecori servaret, elegit. (23) Romanos enim ante sapissime vinci, & occidi, nunquam autem capi, aut ad deditiōnem cogi potuisse constabat. Itaque Samnites victoriâ potiti, universum Romanum exercitum turpiter captum, armis, vestimentisque nudatum, tantum singulis vilioribus operimentis ob verecundiam cor-

se Alexander Epiota extinctus est. Romani igitur adversus Samn. &c.

A. concordat cum H. usque ad in Italianam copiis, bellum: hinc sequitur in Lucania vicere, in quo &c.

(15) A. B. & H. Nihil hospitalius mari.

(16) In omnibus l. Misenum, repentes fontibus Baja, Lucr. &c.

(17) A. pro amicti, amici.

(18) A. Caurus. B. & H. Laurus.

(19) Hyrcolanum B. & H. Hircolanium.

(20) Hæc duo verba non sunt in B. & H.

(21) A. B. H. & Eutropius dimicavit, & Samnitas delerit.

(22) Postea Samnites Romanos T. Veturio, & Sp. Postumio Coss. apud Caudinas Furculas angustiis locorum conclusos ingenti &c.

(23) A. B. & H. omis. cęt. seq. nam universum.

corporum tegendam concessis, sub jugo missum, servitioque subjectum, longum agere pompæ orationem præceperunt. Sexcentis autem equitiis Romanis in obsidatum receptis, oneratos ignominia, cæteris rebus vacuos Consules remiserunt, sub tali tamen conditione pacis, quæ facienda Samnitibus placuit. Sed si fidei federis, quam sibi Romani servari à subjectis volunt, iphi subjecti Samnitibus servassent, hodie, aut omnino non essent, aut Samnio dominante servirent. Postiore siquidem anno jubente Senatu (24) infringunt Romani firmatam cùm Samnitibus pactionem, eosque in bellum cogunt. Quod Papyrio Cof. insidente commissum magnas strages utriusque populi dedit, cùm hinc ira recentis infamie, inde gloria proxima victoria pugnantes instimarent. Tandem Romani pertinaciter moriendo vicerunt, nec cœdi pariter, nec cædere defitierunt, nisi posteaquam vittis Samnitibus, & capto duce eorum cùm septem milibus jugum reposuerunt. Deinde Papyrius Satricum, expulso præsidio Samnitico, expugnavit, & cepit. Hic Papyrius adeò tunc erud Romanos bellicosissimus, ac strenuissimus habebatur, ut cùm Alexander Magnus disponere diceretur, ab Oriente descendens, obtinere viribus African, atque inde in Italianam transvehi, Romani inter cæteros duces, tunc in publica re sua optimos, bunc præcipuum fore, qui Alexandri imperium sustinere posset, meditarentur. Eo tempore Appius Claudius Censor ingens aquam Claudiā induxit, & viam Appiam stravit. Circa hæc tempora Ioaddus apud Hierosolymam pontifex exitit, cuius frater Manasses templum in monte Garizim construxit. (25)

Anno ab Urbe condita CCCCL. Fabio Maximo V. Decio Mure IIII. Coss. quatuor florentissimi, fortissimique Italæ populi in unum agmen, fædus que se collegerunt. Namque Hetrisci, Umbri, Sammites, & Galli uno agmine conspirantes, Romanos delere conati sunt. Tremefacti hoc bello Romanorum animi, & labefactata fiducia est, nec ausi sibi totum sperare de viribus, dole divisere hostes, natus rati pluribus se bellis implicare, quæ gravibus. Itaque, cùm quibusdam suis ad depopulandos hostiles agros, in Umbriam, Hetruriamque præmissi, Umbrorum, Hetruscorumque exercitum redire ad tuitionem suorum coegissent, cùm Samnitibus, & Gallis bellum inire properarunt. In quo bello, cùm Gallorum impetu Romanis premerentur, Decius Cof. occisus est, Fabius tamen post magnam Deciane partis stragam, tandem vicit. Eo prælio XL. millia Samnitum, sive Gallorum cœsa, Romanorum vero VII. millia ex Decii tantummodo parte, qui occisus est, extincta referuntur. Fuisse autem absque Hetriscis, & Umbris, quos astu Romanis bello avocaverant, Gallorum, & Samnitum peditionem CXL. milia CCCXXX., equitum vero XLVII. millia Livius refert, & carpentarios mille in armis contra eam stetisse Romanam. Sed, ut sèpe dictum est, semper Romanorum, aut domesticam quietem extraneis

Tom. I.

- (24) Post jubente Senatu omnes habent pax cum Samnitibus firmata soluta est. Luciusque Papyrius Consul adversus eos directus est. Qui adeò tunc apud Romanos bellicosissimus habebatur, ut cùm diceretur Alexander in Italianam transgredi, Romani inter cæteros duces buni præcipue eligerent, qui Alexandri imperium sustineret. Congressi itaque Sammites cum Papyro superati sunt. quorum septem mil. sub jugo missi. B. & H. sub jugum, Papyrius de Samnitibus triumphavit. Eo tempore Appius Claudius Censor aquam Claud. &c.
- (25) Hinc MSS. omnis. cat. usque ad verba P. Cornelius, Rufinus sequuntur cum Eutrop. Sammites reparato bello Q. Fulvium Max. vicerunt, tribus mil. bonum occisis. Postea cum pater ei Fabius Max. legatus datus fuisset, & Sammitas vicit, & plurima ipsorum oppida cepit. Deinde Pub. Cornelius &c.

A bellis interruptam, aut extraneos proventus morbis interioribus aggravatos, tantum ut omnimodis ingentes animi undecunque premerentur: hanc cruentam, tristemque victoriam pestilentia civitatis oneravit, & triumphales pompas obvia mortuorum exequæ polluerant: nec erat cui de triumpho gaudium suaderetur, cùm tota civitas, aut agris suspiraret, aut mortuis. Sequitur annus, quo instaurato à Samnitibus prælio vici sunt, atque in castra fugerunt. Postea vero Sammites novum animum, habitumque sumentes, hoc est, deargentatis armis, & vestibus, paratoque animo, ni vincant, mori, bello se se offerunt. Adversum quos Papyrius Cof. cum exercitu missus, cùm à preliariis auguribus conjectantibus, congregati protiberetur, irridens eos tam feliciter, quæ constanter arripuit bellum, consecvitque. Nam in hoc prælio XII. millia hostium cœsa, tria millia capta referuntur. Sed hanc quoque istius verè laudandam victoriam, quam aruspices impeditre non potuerunt, oporti subito corrumpere morbi. Nam tanta, ac tam intolerabilis pestilentia per triennium tunc corripuit civitatem, ut propter eam quacunque ratione sedandam libros Sibyllinus consulerent, quibus jubebatur, ut ab Epidauro Aesculapius exhiberetur. Missi sunt legati ad urbem Græcam, quos libenter Epidaurii, atque humaniter suscepserunt. Ibidem se legatis serpens ostendit, raro ab incolis nisi feliciter visus. Cumque per triduum familiariter apparuisset, cunctis inspectantibus subiit in triremem Romanam, & in tabernaculo legati Q. Burzonii collectus quietit. Urbe profecti Romani sunt, anguis in nave semper apparuit: Antium ventum est, descendit serpens ad limen templi Aesculapii, & triduo inter myrtos latuit, nec ad solitos cibos processit. Dehinc rediit ad navem. Cumque ventum esset ad Tyberim, enatavit in insulam, in qua illi templum est constitutum, & mox sanitas Romanis data est. Præterea altero ab hinc anno Fabius Gurges Cof. malè adversum Sammites pugnavit. Namque amissò exercitu, tribusque milibus perditis, victus in Urbem refugit. Itaque cùm Senatus de summonendo eo deliberaret, pater ejus Fabius Maximus ignominiam filii deprecatus, legatum se filio iturum ultrò obtulit, si illi depellenda ignominia, & gerendi iterum belli facultas daretur. Quæ impetrata, prælioque conserto, cùm subito pugnantem filium Cof. insidente Pontio Samnitum duce, & infestis hostium telis conclusum videret, in medium se agmen pius senex equo vectus ingessit. Quod factò permoti Romani, tota ibi incubuere acie, donec ipsum ducem Pontium deleto hostili exercitu victum, oppressumque ceperunt. Cœsa sunt in eo prælio XX. millia, capta autem IV. millia cum rege suo, plurimaque oppida. Deinde P. Cornelius Ruffinus, M. Curius Dentatus ambo Coss. contra Sammitas missi, ingentibus preliis eos consecere, ita ruinas ipsas urbium diruentes, ut hodie Samnum in ipso Samnio requiratur, nec inveniri facile possit. Tum bellum cum Samnitibus per an. XLIX. (26) multa Romanorum.

B clade

- (26) Ab hoc loco MS. Hersfel. ad verbum convenit cum Eutropio, quem Merula edidit, usque ad illa verba in Eutropio fol. 20. v. 7. armis occupaverunt, obtineret, post quæ verba paulum variat MS. Sic: obtineret. Cynæas legatus postera die, quæ ingressus Romam fuerat, & equestrem ordinem, & Senatorum propriis nominibus salutavit. Pax tamen, quæ offerebat, dispergit. Remandatum porro est a Senatu, eum cum Romanis, nisi ex Italia decessisset &c. Nam sequentia ad verbum item Eutropij sunt in MS. usq; ad illa verba in Eutropiana Merulae editione fol. 21. versu 15. Argos Græcie civitatem occisus est. Post quæ verba MS. H. subdit. Apud Judæos hoc tempore Pontifex Max., Simeon, Omne filius claruit, cui cognomentum justus fuit. Dehinc Tarentini Pyrri morte comperta &c. Canis,

glade actum, capti ducis destituzione finitum (27) est, neque ullus hostis fuit intra Italiam, qui Romanam virtutem magis fatigaverit. (28) Anno subsequentे cum Sabinis à Consule bellum gestum est, ubi quot millia hominum interficta sint, quorū capta, ipse Consul ostendit. Qui cùm in Senatu magnitudinem acquisiti agri Sabini, & multitudinem captivorum referre velle, numerum explicare non potuit. Anno ab Urbe condita CCCCLXIII. Dolabella, & Domitio Cos. Lucani, Brutii, Samnites quoque cum Hetruscis, & Senonibus Gallis facta societate, cùm redivivum contra Romanos bellum molirentur, Romani ad exorando Gallos misere legatos. Quos cùm Galli interfecissent, Cæcilius Praetor ob ulciscendam legatorum necem, & contrimendum tumultum hostium cum exercitu missus, ab Hetruscis, Gallisque oppressus interiit. Septem præterea Tribuni militum in ea pugna occisi sunt, multi nobiles ibidem trucidati, XIV. etiam millia militum Romanorum illo bello prostrata sunt.

Anno ab Urbe condita CCCCLXIV. Tarentini, qui in Italia ultimi sunt, Romanam classem fortè prætereuntem è spectaculo theatri prospectam hostiliter invaserunt, quinque tantum navibus vix per fugam elapsi: cætera retralba in portum classis, & profligata est, præfecti navium trucidati, omnes bello utiles cæsi, reliqui pretio venditi sunt. Continuò missi Tarentum à Romanis legati, ut de illatis quererentur injuriis, pulsati ab hisdem auctas injurias insuper retulerunt. His causis ingens bellum exortum est. Romanos, qui quantique hostes circumstrepereant permittentes, ultima adegit necessitas Proletarios quoque in arma eogere, hoc est eos, qui in Urbe semper sufficienda prolis causa vacabant, militia ascribere, quippe cùm frustra de prole cura est, nisi rebus præsentibus consulatur. Itaque irruit in universos Tarentinorum fines cum Æmilio Cos. Romanus exercitus, igne, ferroque vastat omnia, plurima expugnat oppida, injuriam insolenter acceptam crudeliter vindicat. Continuò Tarentinos plurimis summorum præsidis fultos, maximè Pyrrhus auctor Epri rex, qui ex genere Achillis originem trahebat, qui etiam in se ob magnitudinem virium, consiliorumque sumnam belli, nomenque transduxit. Nam Tarentum, utpote ex Lacedæmoniis conditam, cognatamque Græcia civitatem vindicaturus, totas vires Epri, Thessaliæ, & Macedoniæ, elephantos etiam usque in id tempus invisos Romanis numero XX. in Italiam primus invexit, terrâ, mari, viris, equis, armis, beluis, ad postremum viribus suis, dolisque terribilis; nisi quod Delphici illius spiritus, quem magnum ipsi vatem ferunt, responso circumvenetus, ambiguum exitum ejus fecit, qui non consuluisset. Tumque primum Romani cum transmarino hoste dimicarunt. Missus est contra eum Cos. P. Valerius Levinus. Qui cùm exploratores Pyrrhi cepisset, jussit eos per castra duci, & ostendi omnem exercitum, tumque dimitti, ut renunciarent Pyrrho, quæ cum Romanis agebentur. (29) Itaque apud Heracliam Lucania urbem fluviumque Urim prima inter Pyrrhum regem, & Levinum Cos. pugna commissa est. Consumpta est gravissimo certamine dies, utrinque omnibus mori intentis, fugere nesciis. Introdu-

A Etos autem inter currentia agmina elephantes, formâ truces, odore graves, mole terribiles, ut videre Romani, novo pugnandi genere circumventi, & territi, equis maxime pavitantibus diffugerunt. Sed postquam Minutius Centurio quarta legionis primus hastatus protentum in se tam ferocis belluo uncum, quam manum vocant, gladio desecuit, & conturbatam dolore vulneris avorti bello, atque in suos acriter savire compulit, ejusque immoderato discursu perturbari, atque permesceri ceperere, finis pugnae etiam de beneficio noctis impotitus. Levinus tamen per noctem fugit. Romanos viclos fuisse turpis fuga perdidit, quorum tunc cecidisse referuntur peditem XIV. milia octingenti viginti, equites autem cæsi ducenti quadraginta sex, capti septingenti XII. signa amissa XXII. Pyrrhus Romanos, quos ceperat, summo honore tractavit, occisos sepelivit. Quos cùm adverso vulnere, & truci vultu etiam mortuos jacere vidisset, tulisse ad cœlum manus fertur, cum hac voce, se totius orbis dominum esse potuisse, si tales sibi milites contigissent. Nam quantus ediverso numerus sociorum Pyrrhi fuerit extactus, memoria traditum non est, maxime quia scriptorum omnium veterum mos est ex ea parte, qua vicerat, occisorum non commendare numerum, ne victoriæ gloriam maculent damna victoris: nisi fortè cùm adeo pauci cadunt, ut admirationem, terrcremque virtutis augeat paucitas perditorum: sicut in prima congressione Persici belli apud Alexandria Magnum fuit, cùm inter quadrungenta ferme millia hostium interficta centum viginti equites, & novem tantummodo pedites in ejus exercitu defuisse referuntur. Sed Pyrrhus atrocitatem clavis, quam hoc bello exceperat, diis suis omnibus testatus est, affigens titulum in templo Tarentini Jovis, in quo hæc scripsit:

Qui invicti ante suere viri, pater optime Olympi. Hos & ego in pugna vici, victusque sum ab iisdem.

D Et cùm à sociis increparetur, cur se victimum dicaret qui vicisset, respondisse fertur. Ne ego, si iterum eodem modo vicero, sine ullo milite Epirum revertar. Interē Romanus exercitus postquam victimam fugit de castris, miserabilem bellum cladem gravioribus monstribus auctam, accumulatamque persensit. Nam pabulatores fortè digressos, velut hostilius quedam suborta tempestas, cum horribili fragore cœli correptos diris fulminibus excusit. Quippe triginta quartuor eorum idem turbo prostravit, duo & viginti semineces relicti, jumenta exanimata, & capta quam plurima, ut meritè contigisse non in signum vastationis future, sed ita vastatio referatur. Post id Pyrrhus conjunctis sibi Samnitibus, Lucanis, Brutisque, Romam perrexit: omnia ferro, ignique vastavit; Campaniam depopulatus est, atque Prænesti venit, milliario ab Urbe XVIII. Mox terrore exercitus, qui eum cum Cos. sequebatur, in Campaniam se recepit. Legati de redimendis captis ad Pyrrhum missi. Pyrrhus Lyconem, & Molossum obviam eis exire jussit. Ise autem cùm exornatis militibus processit ad portam, & ita ab eo honorifice suscepit, captivos sine pretio Romanum misit. Unum ex legatis Romanorum Fabricium sic admiratus, cùm eum pauperem esse cognovisset, ut quarta parte regni promissa sollicitare voluerit, ut ad se transfiret,

con-

(27) A. pro finitum, sublatum.

(28) A. Sequitur Interjelis aliquot annis iterum se Gallorion a pro contra Romanos Tufi is Samnitibus junxit; sed cùm Roman tendet in Gneo Cornelio Labeia Consuleti sunt, eod in tempore Tareatinis, qui jam in ultima Italia sunt, bellum indicem est, quia legatis Romanorum injuriam fecissent. Hi Pirum Epri regem contrà Romanos auxilio posuerunt, quia ex ge-

nere Achillis originem trahebat. Is mox ad Italiam venit, tumque &c.

(29) A. post agerentur. Commisso mox pugna, cùm jam Pirrus fugiat, elephantorum auxilio vicit, quis incognitos Romanos expaverunt; sed nox prælio finem dedit. Levinus tamen per noctem fugit. Pirus Romanus MDCCC. cepit, & eos.

contemptusque est à Fabricio. (30) Hincque cùm Pyrrhus propter legatos Romanorum ingenti admiratione teneretur, legatum *cum eis* misit, qui pacem æquis conditionibus peteret, præcipuum virum Cyneam nomine: ita ut Pyrrhus partem Italæ, quam jam suis armis occupaverat, obtineret. Cyneas legatus postero die quām ingressus fuerat Romam, & equestrem ordinem, & Senatum propriis nominibus salutavit, pax tamen quam offerebat displicuit. Remandatum est Pyrrho à Senatu, eum cum Romanis nisi ex Italia recessisset, pacem non posse habere. Tum Romanī jusserunt captivos omnes, quos Pyrrhus rediderat, infames haberi, eo quod armati capi potuissent, nec ante eos ad veterem (31) statum reversuros, quām sibi notorum hostium occisorum spolia retulissent. Ita legatus Pyrrhi reversus est. A quo cùm quereret Pyrrhus, qualem Romam comperisset, Cyneas dixit, regum se patriam vidisse: scilicet tales illic ferè omnes esse, qualis unus Pyrrhus apud Epirum, & reliquam Græciam putaretur. (32) Secunda inter Pyrrhum, & Romanos P. Sulpicio, & Decio Coss. pugna in Apuliæ finibus fuit, ubi clades belli ad utrosque, sed maxime ad Pyrrhum, victoria ad Romanos concederet. Nam cion diu, cunctis obnoxie in mutuam cædem ruentibus, ances bellū penderet eventus, Pyrrhus transfixo brachio saucius prior cessit è prælio. Sed & Fabricius legatus tunc vulneratus est. Elephanti primā pugnā sauciati, atque in fugam cogi posse deprehensi, deinde subjectis inter posteriora, & mollia ignibus exagitati, insuper ardentes machinas furore trepidi circumferentes exitio suis fuere. Cæsa sunt in ea pugna quinque millia Romanorum: de exercitu verò Pyrrhi viginti millia prostrata sunt: regis signa ablata sunt quinquaginta tria: Romanorum undecim annissa sunt. Pyrrhus Tarentum fugatus est. Interiecto anno contra Pyrrhum Fabricius est missus, qui prius inter legatos sollicitari non poterat quarta parte regni promissa. Tunc cùm vicina castra ipse, & rex haberent, medicus Pyrrhi nocte ad eum venit, promittens veneno se Pyrrhum occisurum, si sibi aliquid polliceretur. Quem Fabricius vincitum reduci jussit ad propriam domum, Pyrrhoque dici, quæ contra caput ejus medicus spopondisset. Tunc rex admiratus eum dixisse fertur: Iste (33) est Fabricius, qui difficius honestate, quām sol à cursu suo averti potest. (34) Pyrrhus verò fractus bello, Agathocle rege Syracusano mortuo, ad Siciliæ accersitus imperium Syracusā concessit. Fabricius vicitis Lucanis, & Samnitibus triumphavit. Sed Romanorum miseria nullis cessat induciis. Consumitur morborum malis intercedendo bellorum: & cùm foris cessatur à prælio, agitur introrsus ira de cœlo. Nam Fabio Gurgite iterum, C. Genutio Clefsina Coss. pestilenzia gravis Urbem, ac fines ejus invasit. Quæ cum omnes, tum præcipue mulieres, pecudesque corripiens, necatis in utero fetibus futura prole vacuabat, & immaturis partibus cum periculo matrum extorti abortus projiciebantur: adeò ut defutura successio, & defuturum animantium genus, adempto vitalis partus legitimo ordine crederetur. Consules deinde Curius Dentatus, & Cornelius Lentulus adversus Pyrrhum missi sunt. (35) Interea reversum ex Sicilia Pyrrhum Curius Dentatus Coss. exceptit, tertium-
Tom. I.

- (30) A. ob quæ cion Parus Rom. ingenti admirat. teneretur, legatum misit &c.
(31) A. verum.
(32) A. omis. cæt. habet. Missi sunt contra Pirrum ducem Pub. Sulpicius, & Decius Coss. certamine commissio Pirrus vulneratus est, elephanti interfici, XXm. cesa biftum, & ex Romanis tantum Vm. Pirrus Taren. &c.
(33) A. Ille pro Iste.
(34) A. potest. Tunc rex ad Siciliam profectus est. Fabricius ux. &c.

A que bellum contra Epirotas apud Lucaniam in Arunis campis gestum est. Itaque primo concursu cion Pyrrhi milites Romanorum impressione trepidarent, & circumspectantes fugam bello cedere molirentur, Pyrrhus elephantes ex subsidiis iussit induci. Romanī assueti jam pugnare cum belluis, cùm malleolos stuppa involutos, ac pice oblitos, uncis insuper aculeis tenaces præparavissent, eosque flammatos in terga belluarum, tressusque vibrarent, non difficile furentes, ardentesque belluas in eorum excidia, quibus subsidia fuerant, retrorsunt. Octoginta millia perditum in illo prælio habere regem dicunt, equitum vero sex millia. Ex his cæsa referuntur cinginti tria millia, capti autem sunt quadringenti. Ipse à Tarento fugatus, castra ejus capta sunt. Curius in consulatu triumphavit, primusque Romæ Elephantos quatuor induxit. Pyrrhus (36) XV. anno quām venerat ab Italia, vietus aufugit, qui post multa, gravissimaque bella, quæ gessit in Græcia, apud Argos Achajæ florentissimam urbem, Spartani regni aviditate seductus, saxo ictus occubuit. Cujus pollex de dextero pede remedio erat, si cuius renes tumentes eo tetigisset. Qui cùm ab Antigono vittore jussus esset exuri, sic arsit, ut idem pollex igni inveniretur intactus. Qui digitus aureo loculo inclusus est, & antiquissimo templo Dodonæi Jovis conditus est. Hoc tempore apud Judeos pontifex maximus Simon Onias filius claruit, cui cognomentum Justus fuit. (37) Tum quoque apud Romanos Sextilia virgo vistalis convicta, damnataque incesti, ad portam Collinam viva defossa est. Anno ab Urbe condita CCCCLXX. Tarentini, Pyrrhi morte comperta, iterum nova adversum Romanos arma sollicitant. Carthaginemque auxilia per legatos poscunt, & accipiunt. (38) Conserto prælio vicere Romani. Ibi jam tunc Carthaginenses quamvis nondum hostes adjudicati, vinci tamen à Romanis se posse senserunt. (39) Sequenti anno, magnam viscerum suorum partem severitas Romana concidit. Nam, adventante dudum Pyrro, octava legio diffidens Romanæ spei, novum scelus ausa, Reginenses omnes, quibus tunc subsidio præterat, interfecit, prædam sibi omnem, atque ipsum oppidum vendicavit. Hoc facinus in tam scleratos defectors puniendum. Genutio Cos. jussum est. Qui obessa Reginorum urbe, captisque omnibus, ipse quidem in reliquos perfugas, & latrones exercuit digna supplicia, Romanos verò milites integræ legionis Romam misit, qui jussu populi in medio foro virginis cæsi sunt, securique percussi. Tunc sibi visa est Roma vincere, cùm legionem suam integrum occidit, quæ profecto sine dubio victa fuisset, si eam hostili gladio perdidisset. C. Fabricio Luscino, C. Claudio Canina Coss. legati Alexandrini à Ptolomæo missi Romam venere, & à Romanis amicitiam, quam petierant, obtinuerunt. Anno ab Urbe condita CCCCLXXI. obscaena, & dira prodigia, vel visa Romæ, vel nunciata sunt. Ac ædes Salutis ictu fulminis dissoluta, pars muri sub eodem loco de cœlo, ut dicunt, tacta est. Lupi tres ante lucem ingressi Urbem senesum cadaver intulerunt, sparsumque membratim in foro ipsi strepitu hominum exterriti reliquerunt. Apud Formiam multis ictibus fulminum mænia undique ambusta, & dissoluta sunt. Apud agrum Calenum repente flamma scissa biatu terra eructata, tribus diebus, tribus-

B 2 bus-

- (35) A. omis. cæt. ita: missi sunt. Curius contra eum pugnat, exercitum ejus cecidit, ipsum Tarentum fugavit, castra cepit. Ea die cæsalvistum XXIII. Curius &c.
(36) A. Pirrus etiam à Tarento max rec s.t., & apud Argos Græcia civitatem occisus est. Apud Judeos bcc temp. &c.
(37) A. Justus fuit. Dubius Tarentini &c.
(38) A. post accipiunt Carthaginenses à Rom. vincuntur, quamvis &c.
(39) Reliqua usque ad C. Fab. non sunt in A. neque in duobus aliis MSS. B. & H. A. tamen pro vincit habet superari.

busque nostris terribiliter exæstuans, quinque agri jugera exhausto penitus ubertatis succo in cinereum extorruit, ita ut non solum fruges, sed & arbores cum imis stirpibus absumpsi se referatur. Sequenti ab hinc anno, Quintio Gulone, & Fabio Pictore Coss. Picentes bellum commovere. (40) Consules P. Sempronius, & Appius Claudius adversum Picentes duxerunt exercitum, & cùm directe intrajectum teli utræque acies constitissent, repente ita emaniter cum nimio, & horrendo fragore terra tremuit, ut stupore miraculi utrumque pavefactum agmen hebesceret. Diu attoniti utrique populi hæsita vere, præjudicata incepti conscientia. Tandem proculsu concitato inire certamen. Triste adeo istud bellum fuit, ut merito dicatur tantum humanum sanguinem suscepturna, etiam cum gemitu horrisono tunc terra tremuisse. Romani autem pauci admodum eo prælio, qui evasere, vicerunt, & de his triumphatum est. Conditæ à Romanis civitates Ariminum in Gallia, & Beneventum in Samnio. Tunc etiam à Romanis Croton (41) invaditur. Anno ab Urbe condita CCCCLXVI. I. inter multa prodigia sanguis è terra, sic visum est manare de cœlo. Nam & plurimis scatentibus fontibus crux effluxit, & de nubibus guttatum in speciem pluviae laete dimisso diri, ut ipsis visum est, terras imbræ irrigaverunt. M. Attilio Regulo, L. Julio Libone Coss. Salentinis in Apulia bellum indictum est, captique sunt cum civitate simul Brundusini, & de his triumphatum est.

(42) Cum jam clarum urbis Romæ nomen esset, arma tamen extra Italiam mota non fuerant. Ut ergo cognosceretur quæ copiæ Romanorum essent, census est habitus. Tum inventa sunt capita civium ducenta nonaginta (43) millia trecenta triginta quatuor, quanquam à condita Urbe nunquam bella cessassent. (44) Eo tempore Carthaginenses dato adversum Romanos auxilio Tarrentinis, cùm per legatos à Senatu arguerentur, turpis amissam rupti fœderis labem præsumpto accumulare perjurio. Tunc etiam Vulinienses Hetrusco um florentissimi luxuriae pœna perierunt. Nam, cùm licentiæ in consuetudine prærogatæ servos suos paßim liberos facerent, convivis allegarent, conjugiis honestarent, Libertini in partem potestatis recepti, plenitudinem per scelus usurpare meditati sunt: & liberati servitutis iugio, ambitu dominationis exarserunt: & quos dominos subditi æquanimiter dilexerunt, eos jam liberi, quos dominos fuissent meminerant, exerati sunt. Itaque conspirantes in facinus Libertini, quorun tanta manus fuit, ut sine controvèria superiores essent, correptam suo tantummodo generi urbem vendicant, patrimonia, conjugia dominorum sibi per scelus usurpati, extores dominos procul abigunt. Qui miseri excules, egestesque Romam deferuntur. Ubi ostentata miseria querelaque defleta, per Romanorum severitatem, & vindic-

cati sunt, & re tut. Anno ab Urbe condita CCCCLXXXI. pestilentia ingens apud Romanam conflagravit, cuius at oitatem significare contentus sum, quia verbis explicare non possum. Si enim spatium in temporis, quo mansit, inquiritur, ultra biennium vastando porrecta est: si depopulatio, quam egerit, census indictus est, qui non quantum hominum depeisset, sed quantum superfluisse, inquireret: si violentia, qua afficerit, Sibyllini libri testes sunt, qui eam cœlesti ira impositam respondebunt. Sed ne quenquam quasi tempestate cavillationis offendat, quod Sibylla quasi iratos deos dixerit, nos trax cœlestem dixisse videamur: & audiat, & intelligat, quia hæc, et si plerumque per aerias potestates fiunt, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omnino non fiunt. Eodem tempore Caparronia virgo vestalis incesti rea suspendio perit, corruptor ejus, consciusque servi suppliciis affecti sunt. Anno ab Urbe condita CCCCLXXXIII. Appio Claudio, Quinto Fulvio Consulibus Mamertinis, quorum Messana nobilis Siciliæ civitas erat, & auxilia contra Hieronem Syracusanum regem, & Pœnorum copias Hieroni junctas petierant, Appium Claudium Coss. cum exercitu misere Romani: pugnaque commissa, Appius Claudius de Pœnis, & rege Siciliæ triumphavit Hierone. In sequenti anno M. Valerio, & T. Otacilio Coss. in Sicilia à Romanis res magnæ gestæ sunt. Tauromintani, Catinenses, & præterea quinquaginta civitates in fidem acceptæ. Tertio anno in Sicilia contra Hieronem Siculorum regem, & Pœnos bellum paratum est, ab Appio Claudio Coss., qui tam celeriter Syracusanos, Pœnosque superavit, ut ipse quoque rex rerum magnitudine terribilis, ante se victum, quæ congressum fuisse trodi letit. Qui ex in fratris viribus, amissaque fiducia, cum omni nobilitate Syracusanorum pacem à Romanis supplex rogavit, jussuque Consulum deat argenti ducenta talenta. (45) Consul s. accepto argento, Agrigentum adierunt Siciliæ civitatem, ibique presidia Pœnorum operibus, vallo rive cinxerunt. Cumque inclusus ea obsidione senior Hannibal imperator Pœnorum ad summam egstatem redactus est, Hanno dux novus Cartaginem cum equitibus mille quingentis, & triginta millibus pedibus, triginta etiam elephantis ex improviso intercessit, expugnationemque civitatis paulisper distulit, sed continuus civitas capta est. Pœni maximo bello vieti, & profligati, undecim elephantis in potestatem redacti, Agrigentini sub corona omnes venditi sunt, & de his secundo Romæ trirumphatum est. Hannibal senior exinde facta eruptione cum paucis diffugit. Quinto anno Punici belli, quod contra Afros gerebatur. (46) Cn. Cornelio Asina, C. Duilio Coss. cum Hannibal senior oram Italæ maritimam instruæ septuaginta navium classæ vastaret, Romani & itæ classem fabricari, atque instrui præceperunt. Quod

Duis-

(40) A. & H. commovere, & ab insqvintibus Coss. P. Sempronio, Appio Claudio vici sunt, & de his triumpho. &c.

(41) Uterque præ Crotin habet Cotbrona invaditur. Eo tempore pluribus locis & fontibus crux fluxit, & de multis in specie pluvie lac descendit. Marc. &c.

(42) A. B. H., & Eutropius Anno CCCCLXXVII. cùm jam cl. &c.

(43) A. habet XCII.

(44) A. post cœsifient habet, & contra Afros bellum suscepsum est. Primum Appio Claudio, Q. Fulvio Coss. in Sicilia contra eos puenatum est, & Appius &c.

MS. B., & H. ad verbum in sequentibus convenient cum Eutropio editionis Merula, nisi quod hæpaulæ variae lectiones sint. MS. H. Luillum vocat, quem Eutropius Luillum. H. primam clipeam Africæ civitatis. Eutropius primam Clipeam Africæ civitatem. Cetera omnia sunt Eutropiana usque ad illa verba: sptuagintaquatuor civites in fidem accepti, quæ in Eutropiana edit. Merulae sunt fol. 23. vers. 17., post quæ verba in MS. B., & H. hæc

sequuntur. Inter eæ apud punum Bagdad s. us s. sp. item miræ magnitudinis occidit, cuius ceruum centum viginti pedum longitudinem habuit, Romanq; delatus, aliquandiu cunctis miraculo fuit. Tunc vici Cartaginenses pacem à Romanis petiverunt: quam cum Regulus nollet nisi durissimis conditionibus dare, Afri auxilium à Lacedæmoniis petiverunt, & à duce Xantippo, qui à Lacedæmoniis missus fuerat Romanorum dux Regulus vicit est ultima pernicie. Nam duo tantum ex omni Rom. exercitu refugerunt, quingenti cum Imp. Regulo capti sunt: triginta millia occisa. Regulus ipse in catenis conjectus. Hac temp. state Ptolomæus Philadelphus &c.

(45) A. omis. cœt. post talenta. Afri in Sicilia vieti sunt, & de his trirumphatum est. Quinto. &c.

(46) A. hinc legit. Primò Romara Gajo Luillio, & Gneo Cornelio Asina Coss. in mari dimicaverunt paratis navibus rostratis, quas Liburnas vocant. Consul Cornelius decanus est, Luillius commissio prælio Carthaginensem ducem vicit XXI. naues cepit XIV. meruit, VIIIm. lostum cepit IIIIm. occidit. Neque &c.

Duilius Cos. celeriter implevit. Nam intrà sexaginta dies quam arbores cæsaे essent, centum triginta novium classis deducta in anchoris stetit. Cornelius Afina alter Cos. cum sedecim navibus rostratis, quas Liburnas vocant, Liparen insulam petit: ubi ab Hannibale, quasi ad colloquium pacis evocatus, Punica fraude captus, atque in vinculis necatus est. Quod ubi mox Duilius alter Cos. audivit, & ipse cum triginta navibus rostratis, quas Liburnas vocant, adversus Hannibalem protectus est. Commissaque navalii prælio, Hannibal amissa novi, qua vehebatur, scapha subductus aufugit. Triginta & una naves ejus captae, tredecim mersæ, tria milia hominum occisa, septem millia capta referuntur. Neque ulla victoria Romanis gratior fuit, quòd invicti terrā, jam etiam mari plurimum possent. Postea Carthaginenses C. Aquilio Floro, L. Cornelio Scipione Cos. Hannonem in locum Hannibalis subrogatum pro Sardis, & Corsis defensandis navalii prælio præficerunt. Qui à Scipione Cos. vietus, amissò exercitu ipse confertiss. hostibus se immisit, ibique interfectus est. Scipio Coriscam, & Sardiniam vastavit, multaque millia inde captivorum abduxit, triumphum egit. Eodem anno tria millia servorum, & tria millia navalium sociorum in urbis Romæ excidium conjuraverunt, & nisi naturata proditio consilium prævenisset, definita prædio crux servili manu perisset. Anno ab hoc proximo Calatinus Cos. Camerinam Siciliæ urbem petens, temerè in angustias deducit exercitum, quas Pœnorum copie jamdudum præstruxerant. Cui cum omnino nulla, vel obſtendī, vel evadendi facultas est, Calphurnii Flammæ virtute, & opera liberatus est. Qui lecta trecentorum virorum manu infessum ab hostibus tumulum occupavit, & in se Pœnos omnes pugnando convertit, donec Romanus exercitus obſessas angustias hoste non urgente transiret. Cæsi sunt in eo bello omnes, solus Calphurnius, quamvis confoſsus vulneribus, & cadaveribus obiectus, evasit. Hannibal senior à Carthaginibus iterum classi præpositus, infeliciter cum Romanis navalii prælio congressus, & vicitus, ab exercitu seditione orta, etiam lapidibus coopertus interiit. L. Manlio Vulſone, M. Attilio Regulo Cos. bellum in Africam translatum est contra Amilcarem Carthag. ducem. (47) Attilius Cos. Liparen, Melitanque insulas Siciliæ nobiles pervagatus everit. Cos. in Africam bellum iusse transſerre, cum trecentis triginta navibus Siciliam petierunt. Quibus Amilcar Pœnorum dux, & Hannibal classi præfectus occurrit. Conserto navalii prælio, Cartaginem in fugam versi, sexaginta & quatuor naves perdiērunt: Romani viginti duas amiserunt. Víctores Cos. in Africam transvecti sunt, primamque omnium Clypeam urbem in ditionem receperunt. Inde Carthaginem petentes, trecenta, aut eo amplius castella depopulati sunt, infra Carthagini signa circumvulnunt. Manlius (48) Cos. Africā cum viētrice classe diſcedens, viginti & septem millia captivorum cum ingentibus spoliis Romam revexit. Attilius Regulus Cos. in Africa remansit, (49) bellum Car-

A thaginiensibus instruxit, contra tres Carthaginensium duces dimicans, id est, Asdrubales duos. & accitum ex Sicilia Amilcarem, atrocissimum cum eis bellum gessit, in quo cæsa sunt Carthaginensium decem & octo millia, captivavit quinque millia, decem & octo elephantes cepit, octoginta & duas civitates in ditionem accepit. Iter cum exercitu faciens, haud procul à flumine Bagrada castra posuit: ubi cum plurimos militum aquandi necessitate ad flumen descendentes, serpens miræ magnitudinis devoraret. Regulus ad expugnandam bestiam cum exercitu profectus est. Sed nihil in tergo ejus proficientibus jactis, atque omni telorum jactu irrito, quæ per horrendam squamarum cratem quasi per obliquam scutorum testitudinem labebantur, mirumque in modum, ne corpus laederent, ipso corpore pellebantur, cum insuper magnam multitudinem mortuum continuo impetu, propter anhelitum etiam pestiferum exanimari videret, balistas deferri imperavit, per quas murale saxum spine ejus incussum, compagem totius corporis solvit, ac mox circumventa telis facile oppresa est. Corium autem ejus Romanum devectum, quod fuisse centum viginti pedum spatio ferunt, aliquandiu cunctis miraculum fuit. Igitur Carthaginenses fracti bellis, & cladibus exinaniti, pacem à Regulo (50) poposcerunt. Sed cum intolerabiles, & duras pacis conditiones audissent, tutius rati sese armatos mori, quam miseris vivere, pretio non solum His anorum, vel Gallorum auxilia, quæ jamdudum plurima habebant, sed etiam Græcorum comparanda duxerunt. Itaque Xantippum Lacedæmoniorum regem cum auxiliis accessum, ducem bello præfecerunt. Xantippus inspectis Pœnorum copiis, atque in campum deductis, longè in melius mutato apparatu, pugnam cum Romanis conseruit. Ingens ibi Romanorum virorum multitudo fuit. Nam triginta millia Romanorum militum in illa tunc congruione prostrata sunt. Regulus ille dux nobilis cum quingentis viris cartus est, & in catenis coniactus. Decimo denum anno Punici belli, nobilem Carthaginibus triumphum præbuit. Xantippus tam audacis facti conscius, rerum instabilium mutationem timens, illico ex Africa migravit in Græciam. Hac tempestate Ptolemæus Philadelphus Judeos, qui in Ægypto erant, liberos esse permisit, & vasa Eleazaro pontifici Hierosolymorum votiva transmittens, divinas Scripturas in Græcam vocem ex Hebræa lingua per LXX. interpres transferri curavit, quas in Alexandrina bibliotheca habuit, quam sibi ex omni genere literaturæ comparaverat. Igitur M. Æmilius Paulus, (51) Servius Fulvius Nobilior Cos. audita captivitate Reguli, & clade exercitus Romani, transfere in Africam cum classe trecentarum navium iussi, Clypeam petunt. Eò confestim Carthaginenses cum pari classe venerunt, nec differri potuit navale certamen. Æmilius Cos. centum & quatuor naves Carthaginem dimisit, triginta cum pugnatoribus cepit, præterea triginta & quinque millia hostium, aut occidit, aut cepit, milites suos ingenti præda dedit. Romanorum autem novem navibus depresso, mille

Lacedæmoniis missus fuerat, Romanorum dux Regulus vicitus est ultima pernicie. Nam duo tantum ex omni Romano exercitu refugrunt, quingenti cum Imp. Regulo capti sunt XXVm. occisa. Regulus ipse in catenis coniactus. Hac temp. &c.

- (47) A. hinc sequitur in mari pugnauit, viciusque est; nam perditis LXIV. navibus retro se recipit.
 (48) A. Manlius vicit Romanum redit, & XXVII. captivorum reduxit. Attil. &c.
 (49) A. post remansit. Is contra Afros aciem instruxit, contra tres Carthaginensium duces dimicans vicitur fuit XVIIm. hostium cecidit Vm. cum 18. elephantis cepit, LXXIV. civitates in fidem accepit. Inter haec apud flumine Bagradam Regulus serpentem mira magnitudinis occidit, cuius corium 120. pedum longitudinem habuit, Romanumq. delatum aliquandiu &c.
 (50) A. pro Regulo Romanis petiverunt. Quam cum Regulus vollet nisi durissimis conditionibus dare, Afri auxilium à Lacedæmoniis petiverunt. Et duce Xantippo, qui à

Hersfeldensis codex. M. Æmilio, Paulo Servio Fulvio Nobiliore C. s. ambo Romani C. s. ad Africam profecti, & cetera, in quibus ad verbum cum Eutropio convenit, nisi quod MS. legit ex quadringtonis sexaginta navibus, ubi Eutropius 464. Item ubi Eutropius, & H. legit quindam mīlia hostium, aut occidit, aut cepit, Bongartii codex MS. legit: quintundecim hostium. A. pariter cum C. Bongartii omisla particula præterea.

mille centum periere milites. Consules apud Clypeam castra posuerunt. Duo Hannones Pœnorum duces, eò rursum cùm magno exercitu venerunt: prælioque commissso novem millia perdiderunt, & subiecta Africa tunc fuisse, nisi quod tanta fama erat, ut diutius exercitus expectare non posset. Consules, & vñtrices classes, cùm ad Italiam prædis onusti remearent, infandum naufragium circa Siciliam passi sunt. Nam de quadringtonitis sexaginta navibus, octoginta vix abjectis oneribus servari potuerunt, neque ullo tempore tanta maritima tempestas audita est. Romani tamen statim ducentas naves reparaverunt, neque in aliquo animus his *infra*^tior (52) clade fuit. Hoc tempore nummus argenteus primus in Urbe signatus est. (53) Deinde Amilcar dux Pœnorum cum exercitu in Numidiam, Mauritaniamque missus, postquam hostiliter, cruentiter in universos egit, quod Regulum libenter suscepisse dicerentur, mille argenti talentis, & viginti millibus boum reliquos condonavit: principes omnium populorum patibulo affixit. Tertio anno, sicut semper in omittus furor citò periculorum oblisiscitur, Servilius Cepio, & Sempronius Blefus Coss. cum ducentis sexaginta navibus (54) in Africam transvecti, universam oram maritimam, que circa Syrites jacet, depopulati sunt, atque in superiora progressi, captis, eversisque civitatibus plurimis, ingentem prædam ad classem duxerunt. Idem cùm ad Italiam redirent, circa Palinuri promontorium, quod à Lucanis montibus in altum excurrit, illisi scopulis centum quinquaginta naves onerarias, nobilisque prædam crudeliter acquisitam, infeliciter perdiderunt. Itaque cùm continuæ calamitates Romanis displicerent, decrevit Senatus ut à maritimis (55) recederetur, & tantum sexaginta naves ad præsidium Italæ salvæ essent. Quod quidem decretum continuo adacti indomita cupiditate ruperunt. Præterea Cotta Consul in Siciliam transgressus, plurimis præliis adversum Pœnos, & Siculos terra, marique pugnavit, & per totam Siciliam partim hostium, partim etiam sociorum inhumatas striges reliquit. L. Cæcilio Metello, C. Furio Placido (56) Consulibus, (57) Hasdrubal dux novus Carthaginensium cum elephanti centum & triginta, equitum, peditumque amplius triginta millibus Lilybæum vnit ex Africa, & continuo cum M. illius Coss. auid Panormum pugnam conseruit. Sed M. illius vim magnam belluarum timens, prius eas magno usus consilio, vel in fugam, vel in mortem egit, & sic facile, quanvis magnam vim hostium superavit. Viginti millia Carthaginensium in eo prælio cæsa sunt, elephanti quoque viginti & sex interfecti sunt: centum quatuor per Numidas errantes, quos in auxilium habebat, cepit, & per Ita-

(52) A. pro *infra*^tior *infra*^tius.

(53) Idem pro signatus est figuratus est, & omis. cest. Servilius &c. Ita pariter in B. & H., omnesque conveniunt cum Eutropio.

(54) A. post navibus habet ad Africam profecti naufragium passi sunt. Itaque &c.

(55) A. maritimis præliis rec. &c.

(56) Eutrop. C. Furio Pacillo. A. & H. C. Furio Placido.

(57) A. Hinc legit Metellus in Siciliam Afrorum ducem cum 130. elephanti, & magnis copiis uenientem superavit XXm. b. stium cecidit VI., & XX. elephantos cepit, reliquos errantes per Numidas, quos in auxilium habebat collegit, & Roman d. duxit ingenti pompa, cim CXXX. elephantorū numerus itineris omnia complebat. Post hanc mala Carthaginensium Regulum ducem, quem ceperant petiverunt, ut Roman proficeretur, & pacem à Rom. obtineret, ac permutationem captivorum faceret. Ille &c.

(58) A & H. Regressus iugur ad Africam, circumcisus palpebris, ut usque ad mortem cruciatu intolerabili, ac dolore vigilaret, demum omnibus suppliciis extinctus est. Post Claudio Pulcro, Gajo Junio Coss. (H. tamen non habet C.) Claudius contra auspicia pu-

liam duxit, qui maximum Italicis populis spectaculum præbuerunt. Hasdrubal cum paucis Lilybæum profugit, atque absens à Pœnis capite damnatus est. Post hanc fessi tot malis Carthaginenses, petendam esse à Romanis pacem, & permutationem captivorum decreverunt. Ad quam rem Attilius Regulum ante ducem Romanorum, quem jam per quinque annos captivum detinebant, inter ceteros legatos sub sacramento præcipue mittendum putaverunt. Ille Romam cùm venisset, inductus in Senatum, nihil quasi Romanus egit: dixitque se ex illa die, qua in potestatem Afrorum venisset, esse Romanum desiisse. Itaque & uxori a complexu suo removit, & Senatui persuasit, ne pax cum Pœnis fieret, illos enim fractos tot casibus spem nullam habere, tanti non esse, ut tot millia captivorum propter unum se & senem, & paucos qui ex Romanis capti erant, redderent, itaque obtinuit. Nam Afros pacem petentes nullus admisit. Ipse Carthaginem rediit, offerentibusque Romanis ut eum Romæ tenerent, negavit se in ea urbe mansurum, in qua postquam Afris servierat, dignitatem honesti civis ultra habere non posset. Igitur (58) regressum ad Africam, resecatis palpebris, ut usque ad mortem cruciatu intolerabili, ac dolore vigilaret, atque ut staret semper radium solis intuens, illigatum in machina necaverunt. Alter deinde Attilius Regulus, & Manlius Volso, ambo bis Coss. cum classe ducentarum navium, & quatuor legiōnibus Lilybæum profecti sunt, quod oppidum in promontorio situm Romani obsidere conati, superveniente Hannibale, qui Hamilcaris filius fuit, vitti, majore exercitus sui parte perdita, ipsi ægrè evaserunt. Post hos Claudio Coss. cum classe CCXX. navium ad Drepani portum contra hostem profectus est. Ubique mox exceptus classe Pœnorum, dum contra auspicio dimicasset, statim superatus est. Et i se quidem cum triginta navibus Lilybæum in castra configuit: reliquæ omnes, hoc est, LXXX. cum pugnatoribus capti sunt, ceteræ demersæ: novem millia militum cæsa, viginti millia carta referuntur. C. quoque Junius Coss. coll. ga Claudi Pulchri universam classem naufragio amisit, exercitum tamen salvum habuit, quia vicina littora erant. Anno etiam sequenti classis Punica in Italiam transiit, ejusque plurimas partes longè, latèque vastavit. Dum hæc agerentur, apud Judæam pontificatum post Eleazarum suscepit Manasses avunculus ejus. (59) Interea Lutatius Catulus cum classe trecentarum navium in Siciliam transvectus est, & ibi dum apud supradictum Drepanum civitatem pugna conseritur, dum inter primores pugnat, transfixo fæmore ægerrimè, cùm jam obrueretur eruptus est. Porro autem Pœni cum quadringtonitis navibus ma-

gnis-

gnavit, & à Carthaginensibus victus est. Nam ex 220. navibus cum 30. fugit, 90. cum pugnatoribus capti demersæ sunt. Alius quoque Consul naufragio classim amisit, exercitum tamen salvum habuit, quia vicina littora erant. Atque &c.

(59) A. Hinc sequitur Gajo Lutatio Catulo, Aulo Pestumio Allino C. s. anno belli Punici XXIII. à Catulo bellum contra Afros commissum est. Profectus est cum CCC. navibus in Siciliam, Afri contra ipsum CCCC. naves paraverunt: manuam in mari tantis copiis pugnatum. Lutatius Catulus nō ager ascidit, vulneratus enim in pugna superiore fuerat. Contra Lilybæum civitatem Sicilia pugnatum est in virtute Romanorum. Nam LXIII. Carthaginensium naves capti sunt, XXV. demersæ, XXXII. bottium capti, XIII. occisa, infinitum auris, argenti, præda in potestatem Romanorum redactum. Ex classe Rom. XII. naves submersæ. Pugnatum est VI. id. Mart. Statimque Cartaginenses petiverunt, tributaque est bis pax. Captivi &c.

H. concordat cum Ambrosiano, & uterque cum Eutropio, ut notavit Caninus, præterquam in numero navium demersarum, & hostium occisorum.

gnisque copiis ad Siciliam duce Hannone concurrunt. Nec Lutacius segnior, imò consilia Pænorum mira celeritate prævenit. Postquam proxima sibi utrorumque classes apud Aegades insulas contra Lilybæum civitatem Siciliae per totam noctem, intertextis propemodum anchoris, steterunt, ortâ luce prior Lutacius signum bello dedit. Crudescente pugna vietus Hanno navem avertit, & dux fugæ primus fuit. Aliquanta cum eo pars exercitus sui Africam petiit, aliis confugere Lylibæum: septuaginta & tres naves Punicae captae sunt: centum triginta demersæ: triginta & duo millia hostium capta, cæsa quatuordecim millia fuerunt. Nunquam in mari tantis copiis pugnatum est. Infinatum auri, & argenti prædæ in potestate Romanorum redactæ. Ex classe autem Romana duodecim naves mersæ. Pugnatum est VI. Idus Martii. Lutacius deinde ad Erycinam civitatem, quam Pæni tenebant, venit: ibique duo millia Carthaginensium confertâ pugna interfecit. Tunc Carthaginenses precipiti festinatione ad Lutacium Cof., ac deinde Romanam mittunt, orant pacem, quam illico consequuntur. Captivi Romanorum, qui tenebantur à Carthaginensibus, redditi sunt. Etiam Carthaginenses petivere, ut redimi eorum captivos liceret, quos ex Afris Romani tenebant. Senatus iussit sine pretio eos dari, qui in publica custodia essent: qui autem in privatis tenebantur, ut pretio dominis reddito Carthaginem redirent, atque id pretium ex fisco magis, quam à Carthaginensibus solveretur. Carthaginenses sanè sub hac conditione cum Romanis pacem fecerunt, ut Sicilia, Sardiniaque decederent, & per continuos viginti annos eis perfolverent puri argenti tria millia talentorum. His diebus Judæorum Pontifex Onias Simonis Justi filius clarus habebatur. (60) Anno ab Urbe condita DVII.

A repentina subversio ipsius Roma prævenit triumphum Romanorum. Neque enim temere dixerim, quando non vel modicam latitudinem Romæ supervenientis repente quam gravissimus luctus oppressit. Siquidem Q. Lutacio Catulo, A. Manlio Coss. diversæ ignis, aquarumque clades penè absumpse Urbem. Nam Tyberis insolitis auctus imbris, & ultra opinionem, & diuturnitatē, & magnitudine redundans, omnia Romæ adficia in plano posita delevit. Diversæ qualitates locorum ad unam convenire perniciem: quoniam, & quod seignior redundatio tenuit, madefacta dissolvit: & que cursus torrentis invenerit, impulsa dejecit. Aquarum gravissimam cladem, gravior ignis sequuta vastatio est. Qui ignis (incertum unde surrexit) plurimas civitatis partes pervagatus, cum hominum, domorumque miserabilem stragem fecit, tum etiam tantum opum uno consumpsit incendio, quantum plurimæ, & peregrinæ vitoriae conferre non possunt. Dehinc, cion omnia in circuitu fori depopularet, ædem Vestæ corripuit, unde etiam Metellus cum arfuros deos eripit, vix brachio semijustulatus aufugit. T. Sempronio Graccho, C. Valerio Falcone Coss. bellum Faliscis intulerunt. Quæ civitas Italæ opulenta quondam fuit, quam ambo Coss. intra sex dies, quam venerant, transierunt, XV. millibus hostium cæsis, pace concessa, agro tamen ex medietate sublatto. Eodem anno etiam Galli Alpini novi Romani extitere hostes, adversus quos sorte varia bellatum est. Nam in primo conflictu Vario Cof. tria millia cecidere Romanorum: secundo XIV. millia Gallorum cæsa, duo millia capta sunt. Sed ob priorem cladem triumphus (61) Consuli denegatus est.

Explicit Liber Secundus.

INCIPIT LIBER TERTIUS.

Finito igitur Punico bello, quod viginti tres (1) annos tractum est, jam Romanî clarissimâ gloriâ noti, L. Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco Coss. legatos ad Ptolomaum regem Aegypti misserunt, auxilia promittentes, quia rex Syriæ Antiochus ei bellum intulerat. Ille Romanis gratias egit, auxilia non accepit: jam enim fuerat illa pugna transacta. Eodem tempore potentissimus rex Siciliæ Hiero Romanum venit ad ludos, & ducenta millia modiorum tritici populo dono dedit. (2) T. Manlio Torquato, C. Attilio Balbo Coss. Sardinia rebellavit auctoribus Pænis: unde mox Sardi subacti, & oppressi sunt: Carthaginensis autem violatoribus pacis, quam ipsi poposcissent, inferri bellum decretum est. E contrâ

D Carthaginenses pacem suppliciter poposcere: & quum bis missis legatis nihil profecissent, postetiam eorum decem principibus bis æquè supplicantibus nil impetrarent: novissime Hannonis minimi hominis inter legatos oratione meruerunt. Hoc anno porta Jani Gemini clausa est, quia nusquam eo anno bellum erat: quod sub Numa Pomplilio rege provenerat. Anno ab Urbe condita DXVII. Hamilcar dux Carthaginensium ab Hispanis in bello, cum aliud bellum adversum Ro. claram pararet, occisus est. L. Postumius Albinus, Cn. Fulvius Centimalus Coss. bellum contra Illyricos sequenti gesserunt (3) anno, eo quod legati Romanorum ab Illyriis interfeci sunt. Post cum ipsis Illyriis atrocissimum bellum gestum est, in quo multis oppidis, oppidulisque deletis, reliqui se Fulvio, Postumioque Coss. dedi-

(60) A. & H. post babebatur. Tunc etiam Q. Emius poeta Tarenti nascitur; qui post Roma docuit, contentus unus ancilla ministerio. Q. Lutatius, A. Mallius Coss. creati sunt, bellum Faliscis intulerunt (que crux Italiæ opulenta quondam fuit) quod ambo Consules intra sex dies, quam venerant transigerunt, XVm. bofum cæsis, ceteris pace concessa, agro tamen ex medietate sublatto. Quibus verbis etiam finit Eutrop. lib. 2.

(61) In edit. Canis. viciose triumphans.

(1) A. & H. quod per XXII. annos transactum est, Romanî iam clarissimâ gloriâ noti, legatos ad Ptolomaum. Eutropius etiam habet annos XXII.

(2) A. pro dedit, exhibuit. Hinc Lucio Cornelio Lentulo, Fulvio Flacco Coss., quibus Hiero Romanum venerat, etiam contra Ligures intrâ Italiam bellum gestum est. Nam uidem Coss. primi trans Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum est iti cum Influbribus, & Liguribus, quorum interfecita sunt viginti tria millia, quinque millia capta, & de his triumphatum est. Sequenti anno in Piceno, flumine sanguis effluxit, & apud Tuscos coluna ardere visum est, & Arinimi nocte multa

luce fulgente tres simul Luna apparuerunt. Carthaginenses tamen bellum reparare tentabant, Sardinenses, qui ex conditione pacis Romanis parere debebant, ad rebellandum impellentes. Venit tamen Romanum legatio Cartbaginensium, & pacem impetravit T. Mallio Torquato, Cajo Attilio vulgo Coss. de Sardis triumphatum est, & pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt: quod bis post Romanî conditam semel tantum Numa Pomplilio rege contigerat. L. Postum. &c.

H. concordat cum Ambros. paucis exceptis, nam pro CCm. habet CC. etiam contra Ligures, legit etiam Ligures. In Piceno, flumine; in Piceno flumen &c.

(3) A. & multis civitatibus captis etiam reges in delitionem accepserunt: ac tum primum de his triumphatum est. Aenilio Coss. ingentes Gallorum copie Alpes transierunt, traditumque est à Fabio bistorico, qui eo bello interfuit DCCm. bominum parata ad id bellum fuisse. Sed res per Coss. tantum prosperè gesta 40m. &c.

H. pro 700m. habet 7em. in ceteris cum nostro.

dediderunt: ac tum prision ex Illyriis triumphatum est. Tertio deinceps anno miseram civitatem sacrilegis sacrificiis male petentes funestavere Pontifices. Nam Decennarii consuetudinem priscae superstitionis egressi, Gallum virum, & Gallam foemnam, cum muliere simul Graca in foro Boario vivos defoderunt. Sed obligamentum hoc magicum in contrarium continuo versum est. Namque diras illas, quas fecerant exterritorum mortes, fedissimis suorum cadibus expiavere. Siquidem L. Æmilio Paulo, C. Attilio Regulo Coss magna formidine consternatus est Senatus defectione Cisalpinae Galliae, cum etiam ex ulteriore Gallia ingens advenire exercitus nunciaretur, maxime Gesatorum, quod nomen non gentis, sed mercenariorum Galorum est. Itaque permoti Coss. totius Italie ad praesidium Imperii contraxere vires. Quo facto, in utriusque Coss. exercitu octingenta milia armatorum fuisse feruntur, sicut Fabius Historicus, qui huic bello interfuit, scripsit. Ex quibus Romanorum, & Campanorum fuerunt pedimentum CCCXLVIII. millia ducenti: equitum vero viginti sex millia sexcenti: cætera multitudo sociorum fuit. Commisso prælio apud Aretium Attilius Coss. occisus est. Octingenta milia Romanorum, nec saltem tantâ, quanta eos terrere debuit, cæsa suis parte, fugarunt. Nam tria milia eorum tunc interfecta Historici tradunt. Quod ideo ignominiosus, turpisque est, tam paucis annis tanta agmina diffugisse, quod se in aliis victoriis non viribus animorum pervaluisse, sed bellorum proventibus prodiderunt. Quisnam enim rogo in exercitu Romanorum credoret numerum istum fuisse saltem, non dico fugisse? Post hæc secundum cum Gallis prælium gestum est, in quo planè XL. millia Gallorum trucidata sunt, & triumphus Æmilio decretus est. Gallorum quidem animi feroce, corpora plusquam humana erant: sed experimento deprehensum est, quod virtus eorum, sicut primo impetu major, quam virorum est, ita sequens minor, quam foeminarum. Alpina enim corpora humecto cœlo educata habent quiddam simile nivibus suis: cum mox calore exarserint pugnæ, statim in sudorem eunt, & levi motu quasi sole laxantur. Hi Britomaro duce non prius posituros se battea juraverunt, quam Capitolium Romæ ascendissent. (4) Quod & factum est. Nam viatos eos Æmilius in Capitolo discinxit. Et quia dux eorum de Romano milite Marti suo torquem auream devorasset, de ipsis Ariobisonis, (5) reliquorumque Gallorum torquibus aureum trophyum Jovi erexit. (6) Sequenti anno Manlius Torquatus, & Fulvius Flaccus Coss. contra Ligures primù trans Padum Romanis duxere legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt viginti tria M. quinq; milia capta sunt. Eo deinde anno, qui huic proximus fuit, dira Urbem terruere prodigia. Namque in Piceno flumine sanguis effluxit: apud Faliscos cœlum visum est ardere: & Arimini noctem multa luce claram effulsiſſe: ac tres Lunas distantibus cœli regionibus exortas apparuisse: & Romæ Cn. Domitii bos locutus est, dicens: Cave tibi Roma. Carnes etiam è cœlo lapsæ sunt, quarum pars ab avibus intercepta est, pars incorrupta diu jacuit. Tunc quoque magno terræmotu Caria, & Rhodus insulae adeo concusse sunt, ut labentibus vulgo tellis ingens quoque ille Colossus rueret. Eodem anno

A Flaminius Coss. contemptis auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, adversus Gallos conflixit, & vicit. In quo bello novem millia Gallorum cæsa, septem, & decem milia capta sunt. Post hoc M. Claudio Marcellus, Cn. Cornelius Scipio, contra Gallos pugnaverunt. Marcellus Coss. deinde cum imprudens in manus Gallorum incidisset, omniaque infesta vidisset, nec evadere posset, in medium hostium irrupit. Quibus inopinatâ audaciâ perculsis, regem quoque eorum Viridomarum (7) nomine occidit. Atque ubi spes salutis vix fuerat, inde opima detulit spolia. Postea cum collega ingentes copias Gallorum peremis, & inter multa Insubrium, quos ad deditiōnem coegerat, oppida, Mediolanum quoque urbem florentissimam expugnavit, & cepit. Grandem prædam Romanam pertulit, ac triumphans Marcellus spolia Gallici (8) regis stipiti imposta humeris suis vexit. Minutio Rufo, P. Cornelio Coss. Histris bellum illatum est, quia latrocinati naves Romanorum fuerant, quæ frumenta exhibebant, ac multo Romanorum sanguine fuso perdomiti sunt. Hac tempestate Judæorum pontifex Simon Onus filius exitit. (9) Emergit hic paululum antiquus ille Romanorum improba laudis etiam de presumptis parricidiis appetitus. Nam Fabius Censorius Fabium Buteonem filium suum furti insimulatum interfecit: dignum scilicet facinus, quod pater, vel parricidio plectendum diceret, quod ne leges quidem insimulatum pecuniae, aut summi exilii circa quemlibet hominum scelus censuerunt.

B C D E

Armo ab Urbe condita DXXXIV. bellum Punicum secundum Romanis illatum est per Hannibalem Carthaginem ducem, qui jamdudum Hamilcar patri ad aras juraverat, cum adhuc novem esset annorum, se, ut primum posset, adversum Romanos pugnaturum: qui idem tamen hoc somnium præviderat: juvenem humanâ formâ augustinum, qui se hortaretur in excidium Italie, auctore Jove secuturum. Deinde post tergum respiciens intueri sibi visus est serpentem vastum cuncta populantem, audire etiam cœli fragorem, nec non & nimbus cum maligna luce cœli visere: interrogavitque juvenem præcuntem quid subsequatur? Ille ad hæc: Vides, inquit, excidium Italie, cætera permitte fatis. Hannibal ergo Saguntum florentissimam Hispaniæ civitatem Romanis amicam oppugnare aggressus est, annum ætatis agens vicecum. (10) Huic Romani per Legatos denunciavere, uti bello abstineret. (11) Is Legatos Romanorum ad se missos injuriosissime à conspectu suo etiam abstinuit. Romani etiam Carthaginem miserunt, ut mandaretur Hannibali, ne bellum contra socios Romanos populi gereret. Dura responsa à Carthaginibus data sunt. Saguntini interea fame vieti sunt, & octavo demum mensē capti ab Hannibale ultimis penit afciuntur. Quibus hoc ante portenderat triste prodigium. Nam quum penè mulier enixa esset, in uterum regressus infans civitatis excidium significavit. Hujus tantæ cladis Hannibal auctor poscit. Tergiversantibus Poenis, dux legationis Fabius: Quæ inquit mora est? In hoc ego sinu bellum, pacemque porto, utrum eligitis? Succlamantibus, bellum. Igitur, inquit, accipite. Et excusso in media Curia togæ gremio, non sine horrore, quasi planè sinu bellum ferret, effudit. Tum P. Cornelius Scipio cum

(4) A. & H. incendissent.

(5) A. Ariobisonis.

(6) A. continuat. Aliquot deinde annis post contra Gallos in Italia pugnatum est. Finitoque bello M. Claudio Marcello Cn. Corn. Scipione Coss. Marcellus, deinde cum impru. &c. H. pugnatum est, finitumque bello.

(7) A. & H. Viridomarum.

(8) A. Galli Stipici. H. Galli Stipiti.

(9) Hinc A. & H. Eodem anno bellum Punic. &c.

(10) A. & H. post vicinum, habent copias congregatis CLm. Huic &c.

(11) Ambo his legatos admittere noluit. Rom.

sum exercitu profectus est in Hispaniam, Tib. Sempronius in Siciliam. (12) Hannibal, relicto in Hispania fratre Hasdrubale, Pyrenæos montes transivit, (13) inter ferocissimas Gallorum gentes ferro viam aperuit, & nono post demum die à Pyreneo ad Alpes pervenit. Ubi dum montanos Gallos, repellere eum ab ascensu obridentes bello superat, atque invias rupes igni, aceto, ferroque rescidit, quatriduum conoratus, quinto demum die cum maximo labore ad plana pervenit. Traditur ad Italiam cum centum milibus peditum, & XX. milibus equitum, XXXVII. simul elephantes adduxisse. Interea multi Ligures, & Galli Hannibali se junxerunt. Sempronius Gracchus cognitus ad Italiam Hannibalis adventu, ex Sicilia exercitum Ariminum trajecit. P. Cornelius Scipio Hannibali apud Ticinum primus occurrit, commissoque prælio, fugatis suis, & penè omnibus extinctis, ipse à filio Scipione admodum pretexato, qui post Africanus cognominatus est, qui vix egressus pueritiam fuerat, ab ipsa morte liberatus est: saucius tamen in castra redit. Pugnatum est deinde eodem Cos. ad Trébiam flumen, iterumque Romani pari clade superati sunt. Sempronius Gracchus & ipse apud eundem amnum cum Hannibale conflixit, amissaque exercitu penè solus evasit. In eo tamen bello etiam Hannibal sauciatus est. Tunc se Hannibali multi Itali dedere: qui posteaquam in Hetruriam primò (14) transiret, in summo Apenino tempestate correptus biduò mansit, & continuò immobiliter nivibus cum exercitu conclusus est. Ubi magnus hominum numerus, jumenta quam plurima, elephanti penè omnes frigore perierunt. Diris tunc etiam Romani prodigiis territi sunt. Nam, & Solis orbis minui visus est, & apud Arpos parmae (15) in celo visæ. Sol quoque pugnasse cum Luna. Apud Capenas (16) interdiu duas Lunas ortas. Imbre saxatili Picena regio verberata. In Gallia sisdem temporibus lupus è vagina gladium sustulit vigili. In Sardinia sanguinem duo scuta sudant. Faliscis scindi cœlum, velut magno bia- tu visum est. Apud Antium quoque metentibus messoribus cruentas spicas in corbem decidisse visum est, & pluviae deciderunt cruenta. Igitur Hannibal ad Thusciam veniens, (17) scens Flaminium Cos. solum in castris esse, quo celerius imparatum obrueret, primo vere progressus eripiit propiorem, sed palusitem viam: & tum forte Sarnus fluvius luto redundans, pendulos, & dissolutos campos reliquerat, de quibus dictum est:

Et que rigat æquora Sarnus.

In quos cum exercitu progressus Hannibal, nebulis maximè, que de palude exhalabantur, prospexitum auferentibus, magnam partem sociorum, jumentorumque perdidit. Ipse autem uni elephanto, qui solus superfuerat, supersidens, vix difficultatem unius evasit. Sed oculum, quo jamdudum in Apib. ager erat, violentiâ frigoris, vigiliarumque, ac laboris amisit. Ubi vero proximus castris Flaminii Consulis fuit, vastatione circumiacentium locorum Flaminium in bellum excitavit. Hæc pugna ad Trasumenum lacum facta est, ubi exercitus Romanus infelicissima arte Hannibalis circumventus, fundatus trucidatus est: ipse quoque Cos.

Tom. I.

- (12) Post Siciliam uterque habet bellum Carthaginibus inditum est. Annibal &c.
- (13) Idem post transiit: alpes adhuc tum ea parte invias sibi patefecit. Traditur ad Italiam LXXXm. peditum, Xm. equitum, septem & trig. &c.
- (14) A. primo vere.
- (15) A. & H. palmae.
- (16) Utique duæ luna orta sunt. In Sard. &c.
- (17) Post unius leg. in A. & H. Flaminio Cos. occurrit,

A occisus, vigintiquinque millia Romanorum in eo prælio cæsa sunt, sex millia capta referuntur, & cæteri diffugerunt. De exercitu Hannibalis duo milia ceciderunt, tanta clade Romana: maxime cum ita ad pugnandum intentus ardor exiterit, ut gravissimum terræmotum, qui tunc fortè tam vehemens factus est, ut urbes diruissè, montes translusisse, discidisse rupes, & flumina retrorsum coegisse referratur, pugnantes omnino non senserint. Quo quidam miles Romanus ita vulneratus est, ut uti manibus non valeret, cui cùm quidam Numida detrahere spolia vellet, cervicem hostis invasit ulnis, eique nares, atque aures morsu detruncavit. Interea missus adversus Hannibalem postea à Romanis Q. Fabius Maximus, is eum, differendo pugnam, ab impetu fregit. Nam per summa montium juga, & abditos nemorum saltus castra ponens, Hannibalis fervorem elusit. (18) Ciamque in prælium eum evocare Hannibal non posset, vastatis agris Italæ, Maximi cunctatoris villa pepercit, ut vel sic proditionis suspicionem Romanis de eo afferret. Sed bene nota Fabii fides calliditatem Hannibalis irritam dedit Romanis. Interea Maximus inventa occasione pugnavit, & vicit. Vicitus quoque Hannibal, fertur de Fabio dixisse suis ita: Nunquid non dixi vobis, quod montana hæc nubes maximâ nos in campo vi tempestatis obrueret? Anno ab Urbe condita D. XL. L. Æmilius Paulus, P. Terentius Varro Cos. contra Hannibalem mittuntur, Fabioque succedunt. Qui Fabius ambos Consules monuit, ut Hannibalem callidum, & impatientem ducem, non aliter vincerent, quam prælium differendo. Verum cùm impatientiâ rerum Varronis Consulis, contradicente altero Consule, id est Æmilio Paulo, apud vicum, qui Cannæ appellatur, in Apulia pugnatum esset, ambo Cos. ab Hannibale vincuntur. Nam cùm comperisset Hannibal Aufidum (19) amnum ingentes auras proflare manè, quæ arenarum, & pulveris vertices agerent, sic directit aciem, ut tota vis à tergo suis, Romanis in ora, & oculos incideret. Eaque de causa Romanorum exercitum stravit. (20) Nam in ea pugna quadraginta quatuor millia Romanorum interficta sunt. De exercitu vero Hannibalis tria millia cæsa sunt, & magna pars sauciata, Nullo tamen Punico bello Romani adeò ad extrema intermissionis addicti sunt. Periit in eo Cos. Æmilius Paulus: qui dum saucius in quodam saxo resestit, offerente ei Lentulo equum, quo fuderet, ut cladi supereffet, noluit: arque ibi percedit, donec ab hostibus peremptus est. Perierunt autem ibi Consulares, aut Prætorii viginti, Senatores capti, aut occisi triginta, nobiliores (21) viri trecenti, pedestrum militum quadraginta millia, equitum tria millia quingenti. Varro Cos. cum quinquaginta equitibus Venusium (22) fugit. Nec dubium est ultimum illum diem Romani status futurum fuisse, si Hannibal mox ad pervadendam Urbem contendisset. Sed sic successu belli elatus est, ut neminem civium suorum in castra sua admitteret, sed responsa eis per interpretes daret: Machabalem quoque Lacedæmonium, & ipsum sæpe conteneret, quæ ei creberrimè pollicebatur brevi se in Capitolio cenaturum, si dispositio sua omnimodis audiretur. Interea Varro Romam rediit, gratiaeq;

C ei

- ipsum Flaminium interemit, Romanorum XXVm. cæsa sunt, cæteri diffugerunt. Missus &c.
- (18) A. & H. post elusit, moxq; inventa occasione vicit. Vicitus &c.
- (19) A. Fidem.
- (20) A. & H. inde continuant. In ea pugna tria millia Afrorum pereunt, magna pars de exercitu Hannibalis sauciatur. Nullo tamen &c. H. Nulla.
- (21) H. nobiles viri CCC. militum XL. mil.
- (22) A. Venefum.

ei à Senatu, & populo actæ sunt, quod Remp. non desperaret. (23) Non autem vita cupiditate, sed Reip. amore se superfluisse, reliquo ætatis sua tempore approbavit. Nam barbam, capillumque submisit, & postea nunquam recubans cibum cepit. Honores quoque, cum ei à populo deferrentur, renunciavit, dicens: felicioribus magistratibus Reip. opus esse. (24) Hannibal igitur Romanis obtulit, ut captivos redimerent: responsumque est ei à Senatu, eos cives non necessarios, qui cum armati essent, capi potuisserent. Ille omnes postea variis suppliciis interfecit. Idem quibusdam ima pedum amputavit, alios in castris binos inter seipso dominare compulit, maximè fratres, aut consanguineos: nec prius spectaculum finiebatur, quam unus cædibus superfluisse, sed & ipse jugulandus, & pro testimonio victoria sue tres modios annulorum aureorum Carthaginem misit, quos ex manibus intersectorum Romanorum equitum, senatorumque, & militum detraherat. Usque adeò autem ultima desperatio Reip. apud residuos Romanos fuit, ut Senatores de relinquenda Italia, sedibusque querendis consilium ineundum putarint. Quod auctore Cæcilio Metello confirmatione fuisse, nisi Cornelius Scipio Tribunus tunc militum, idem qui post Africanus est dictus, districto gladio deterruisset, singulis mortem inferre minans: ac potius pro patriæ defensione in sua verba onnes jurare coegit. Romani verò ad spem vitae, quasi ab inferis respirare ausi, Dictatorem Decium Junium creant, qui delectu habito, ab annis decem & septem immaturæ, inordinataque militia quatuor legiones undecunque contraxit. Tunc etiam servos spectati roboris, ac voluntatis, vel oblatos, vel si ita opus fuit, publico pretio emptos, sub titulo libertatis sacramento militiae adegit. Arma que deerant, templis detraherunt, egenti ærario privatae opes refusa sunt. Itaque equester ordo, ita plebs trepida, oblitera studiorum, in commune consuluit. Junius quoque Dictator antiquum Romane misericordia factum recolens, pro supplemento exercitus, editio velut asylo patefacto, homines, quicunque sceleribus, ac debitibus obnoxii essent, impunitate promissa militiae mancipavit, quorum numerus ad sex M. virorum fuit. Campania vero, vel potius omnis Italia ad Hannibalem, desperatâ penitus Romani status reparatione defecit. Post hoc L. Postumius Praetor adversum Gallos pugnare missus, cum exercitu cæsus est. Deinde Sempronio Gracco, Q. Fabio Max. Coss. Claudius Marcellus ex Praetore Proconsul designatus, Hannibalis exercitum prælio fudit primus. Qui post tantas Reip. ruinæ, spem fecit Hannibalem posse superari. Interea in Hispania, ubi Hasdrubal frater Hannibalis remanserat cum magno exercitu, ut eam totam Afris subjiceret, a duobus germanis Scipionibus Romanis ducibus vincitur. Perdit in ea pugna triginta quinque M. hominum. ex his capiuntur decem millia, occiduntur XXV. millia. Mittuntur ei à Carthaginensibus ad reparandas vires copiarum, XXII. (25) millia peditum, & IIIIm. equitum, elephanti XX. Celtiberos milites, quam primam externam manum Romani in castris habere cœperunt, pretio solicitos, ab ho-

A stium societate in sua castra duxerunt. Sempronius Gracchus Proconsul ab hospite suo Lucano quodam in infidias indactus occisus est. Centenius (26) Penula Centurio sibi ultrò bellum adversus Hannibalem petuit. A quo cum octo millibus militum, quos in aciem deduxerat, cæsus est. Post hæc Cn. Fulvius Praetor ab Hannibale vietus, amissus exercitu, vix evasit. (27) Hannibal multas civitates Romanorum per Apuliam, Calabriam, Brutianque occupavit. Quo tempore etiam Rex Macedoniae Philippus ad eum legatos misit, promittens auxilia contra Romanos, sub hac conditione, ut deletis Romanis, ipse quoque contra Graecos ab Hannibale auxilia acciperet. Captis igitur legatis Philippi, & re cognitar, Romani in Macedoniae M. Valerium Levinum ire jussérunt: T. Manlium Torquatum Proconsulem in Sardiniam. Nam etiam ea solicitata ab Hannibale Romanos deseruerat. Ita uno tempore quatuor locis pugnabatur. In Italia contra Hannibalem: in Hispania contra fratrem ejus Hasdrubalem: in Macedonia contra Philippum: in Sardinia contra Sardos, & alterum Hasdrubalem Carthag. Is à T. Manlio Proconsule, qui ad Sardiniam missus fuerat, vivus captus est: occisa cum eo XII. millia, capti mille quingenti: & sic à Romanis Sardinia subacta est. Manlius victor Hasdrubalem, & captivos Romam reportavit. Interea etiam Philippus à Levino in Macedonia vincitur, & in Hispania à Scipionib. Hasdrubal, & Mago tertius frater Hannibalis. Pudet recordationis. Quid enim dicam? improbitatem magis, an miseriam Romanorum? imò verius vel improbam miseriam, vel miseram improbitatem. Quis credat eo tempore, quo ærarium populi Romani egenam stipem privata collatione poscebat, miles in castris non nisi aut puer, aut servus, aut sceleratus, aut debitor, ne sic quidem numero idoneus erat, Senatus in curia omnis novitus penè videbatur: postremo quum ita immunitis, fractisque omnibus rebus desperabatur, ut consilium de relinquenda Italia subretur: eo tempore cum unum domesticum, ut diximus, bellum ferri nullo modo posset, insuper tria bella transmarina fuisse suscepta? unum in Macedonia contra Philippum potentissimum Macedonia regem: alterum in Hispania contra Hasdrubalem Hannibalis fratrem: tertium in Sardinia contra Sardos, & alterum Hasdrubalem Carthaginensem ducim: extra hoc quartum Hannibalis, quo in Italia premebantur? Et tamen fortis in alterutrum desperatio, in meliora proficit. Nam in his omnibus desperando pugnarunt, pugnando vicerunt. Ex quo evidenter ostenditur, non tempora tunc fuisse tranquilliora otii, sed homines miseri fortiores. Anno ab Urbe condita DCLIII. Claudius Marcellus Syracusam opulentissimam Urbem Siciliæ secunda oppugnatione vix cepit. Quam cum jamridem obseisset, Archimedis Syrusani civis mirabilis ingenio prædicti machinis repulsi expugnare non potuit. Decimo anno postquam Hannibal in Italiam venerat, Cn. Fulvio, P. Sulpicio (28) Coss. Hannibal de Campania movit exercitum, & cum ingenti clade omnium per Sedecinum, Suestanumque agrum viâ Latinâ (29) profectus, ad Anconem:

(23) A. & H. desperasset, & mox pro bonores, bonoribus.

(24) A. & H. post opus esse legunt. In omnibus his tamen malis nemo Romanorum pacis mentionem habere dignatus est. Servis, quod numquam ante, manumissis, & milites factis. Post eam pugnam multæ Italiae ciuitates, que Rom. paruerunt, sed ad Annib. transiulerunt: Annib. Rom. &c.

(25) A. H., & E. XIIIm.

(26) H. Centurius Penula cent. decerni sibi ultrò bellum. A. Centurius, &c.

(27) Hinc cetera desiderantur in MS. H. usque ad illa verba dimitit Hispanos fol. 19. lit. C.

A. verò sequitur. Anno 4. postquam ad Italiam Annib-

bal venit Gn. Ful. proconsulem, XI. praeterea tribunos, & XVIIIm. militum interfecit. Marcellus Consul cum Annibale apud Nolam triduum contumum dimicavit. Primo die pari pugna discessum est, sequenti victus Consul, tertio victor VIIIIm. bestium interfecit, ipsius Annibalem cum reliquis fugere in castra compulit. Annibal &c.

(28) A. Fulvio Sulpicio, Gneo Fulvio Coss.

(29) A. post latina legit ad IV. milliarium Urbis accessit. equites ejus usque ad portam: mox Consulum cum exercitu vementum metu Annibal ad Campaniam se recipit. In Hispania è fratre &c.

nem fluvium tribus milibus ab Urbe confedit, incredibili totius civitatis metu: cum Senatu, populoque diversis curis trepidi, matronæ quoque amentes pavore, per propugnacula current, & convehere in muros saxa, primeque pro muris pugnare gestarent. Ipse autem cum expeditis equitibus usque ad portam Collinam infestus accessit, deinde omnes copias in aciem direxit. Sed & Coss., Fulviusque Procos. non detraclavere pugnam. At ubi expositæ utrinque acies constiterunt in conspe-
ctu Romæ, premium victoria futura, tantus imber se subito è nubibus grandine mixtus effudit, ut turbata agmina vix armis retentis in sua se castra colligerent. Deinde cum, serenitate reddita, in campum copia, atque in aciem rediissent, rursus violentior fusa tempestas, majore mortalium me-
tu, audaciam coercuit, territosque exercitus refu-
gere in tentoria coegit. Tunc conversus in religio-
nem (30) Hannibal discisse fertur: Potiundæ sibi Roma, modò voluntatem non dari, modò vero dees-
se potestatem. At verò in Hispania à fratre Hasdrubale (31) ambo Scipiones fratres, qui per multos annos victores fuerant, interficiuntur, exercitus tamen integer mansit. Casu enim magis erant, quam virtute decepti. In Campania Capua capta est à Q. Fulvio Proconsule. Principes Campanorum veneno sibi mortem consicerant. Senatum omnem Capua, etiam prohibente Senatu Romano, Fulvius suppliciis necavit. Due autem fœminæ è Campanis partib., idest Vescia Oppia materfamilias, & Clivia Facula (32) meretrix, benignæ fuere pro statu Ro-
mano. Quippe una pro salute populi Romani semper deos precata est, altera militibus Romanis capti-
vis alimenta præbuit. Pro quibus meritis, & li-
bertatem in excidio Capua, & rem propriam re-
tentarunt, & optandi præmii privilegia asecutæ sunt. Quo tempore etiam Coss. Marcello Siciliæ magna pars capta est, quam tenere Afri ce-
perant, & nobilissima, ut dixi, urbs Syracusa-
na. Præda verò ingens Romanam perlata est. Le-
vinus in Macedonia cum Philippo, & multis Græciæ populis, & rege Asiae Attalo amicitiam fecit, & ad Siciliam profectus est. In qua Han-
nonem quendam Afrorum ducem apud Agrigen-
tum civitatem cum ipso oppido cepit, eumque Romam cum captivis nobilissimis misit: qua-
draginta civitates in ditionem accepit, viginti sex expugnavit. Ita omni Siciliâ receptâ, Ma-
cedoniâ tractâ, ingenti gloria Romam regressus est. Hannibal itaque in Italia Cn. Fulvium Coss. subito aggressus, cum IX. millibus hominum interfecit. Interea, interfectis in Hispania duobus Scipionibus (33) fratribus, & omnibus in-
cuso pavore cunctantibus, Scipio se admodum

Tom. I.

- (30) A. in regionem.
- (31) A. Hasdrubalis.
- (32) Aliter Falcula.
- (33) A. Interea ad Hispanias, ubi occisis duobus Scipionibus. Mallius Rom. dux erat P. Cornelius Scipio mittitur, fil. P. Sciponis, qui ibidem bellum gestarat annos na-
tus &c.
- (34) A. deliberarent, cùm Trib. militum esset distrito &c. Idem post vetuit, primusque jurans, ut patria defensor existret universos similiter jurare coegit, Romanosque ad spem vitæ, quasi ab infidis reduxit. Is Carthaginem Hispania caput, in qua omne aurum, argentum, & bellum apparatus Afri bablebat. Nobilissimos quoque obides, quos ab Hispanis accepérat, Magonem etiam fratrem Annibalis ibidem caput, quem Romanum cum aliis mitit. Rom. &c.
- (35) Hinc sequitur A. Interea in Italia Coss. Pub. Fabius Max. Tarentum recepit, in qua ingentes copias Ham-
balis erant, & ibi etiam ducem Carthalonem occidit. Trig. &c.
- (36) H. Anno IV. postquam ad Italianam Annibal venit, Cn. Fulvium &c.
- (37) Hersfeldensis habet in castra compulit. Annibal multas Civitates Rom. per Apuliam &c., quae ad ver-

A adolescens ultrò obtulit, & cum in aëario penuria esset pecunia, Claudio Marcello, & Valerio Levino auctoribus, qui tum Coss. erant, aurum, & argentum signatum ad Questores palam omnes Senatores in publicum contulerunt, itaut nihil præter annulos, bullasque, sibi, & filiis, ac deinde per filias, uxoresque suas singulas tantum aure uncias, & argenti non amplius quam singulas libras relinquenter. Scipio annos natus viginti quatuor, vir Romanorum omnium & sua ætate, & posteriore ferè primus. Ille est ille, qui, dum Senator ob metum Hannibalis, ut dixi, Italiam relinquere deliberarent, districto gladio id fieri vetuit. (34) Is imperium in Hispania proconsulare sortitus, ultionem præcipue patris, & patrui animo intendens, Pyrenæum transgres-
sus, primo impetu Carthaginem novam Hispaniæ cepit: ubi stipendia maxima, præsidia valida, copiae auri, argenteique magnæ Pœnorum habeban-
tur, & nobilissimi obides, quos ab Hispanis ac-
ceperant. Ibi etiam Magonem fratrem Hanniba-
lis captum cum ceteris Romanum misit. Romæ ingens lætitia post hoc fuit. Scipio Hispanorum obides parentibus reddidit. Denique dum quædam adulto flore virgo pulcherrima ab eo comprehensa fuisset, eam paterna pietate servavit, concedens parentibus, ut eam redimerent. Ad se etiam puellæ sponsum nobilissimi gene-
ris virum venire persuadens, ei ipsam quasi pius in matrimonio genitor tradidit, dotisque
C nomine puellæ pretium, quod à parentibus ejus acceperat, condonavit. Pro quibus factis maxi-
mè annitente puellæ sposo, ejusque parentibus omnes ferè Hispaniæ ad eum transierunt. Post quæ Hasdrubalem fratrem Hannibalis viculum fugat, & prædam maximam capit. (35) Præterea octo-
ginta civitates, aut ditione, aut bello in potesta-
tem redegit, Afrisque sub corona venditis, sine
pretio dimisit Hispanos. Hannibal in Italia (36)
Cn. Fulvium Procos. undecim præterea tribunos, & XVII. millia hominum interfecit, Marcellus Coss. cum Hannibale apud Nolam triduo continuo dimicavit, primo die pari pugna discessum est: se-
quenti victus Coss. tertio victor octo millia hostium interfecit. Ipsum Hannibalem cum reliquis fuge-
re in castra compulit. (37) Interea Coss. (38) Q. Fabius Maximus Tarentum, quod à Romanis de-
sciverat, iterum expugnavit, & cepit, ibique in-
gentes copias Hannibalis cum ipso duce ejus Car-
thalone delevit: triginta millia (39) homi-
num captivorum vendidit: prædam militibus dis-
pertivit: pecuniam hominum venditorum ad fis-
cum retulit. Tum multæ civitates, quæ ad Han-
nibalem transierant, rursus se Fabio Maximo

C 2 sub-

- bum conveniunt cum Eutrop. Merulæ f. 31. usque f. 33. parentibus reddidit, nisi quod ubi legit Eut.
P. Sulpitio Cn. Ful. Consulibus Hannibal usque ad IV. milliarium Urbis. MS. H. copiosius ita habet: Cn. Ful. Coss. Annibal de Camp. movit exercitum, & cum ingenti clade omnium, Pæsdecimum, Suissanumque agrum vñ Latinæ usque ad IV. milliarium Utris ac-
cessit, equites ejus usque ad portam &c. Et paulo post Eut. f. 33. legit: posteriori tempore scire primus. Is Carth. Hisp. capit, in qua omne aurum &c., & hic MS. H. copiosior est, & ita legit: scire. 1. Ille etenim, dum Senator ob metum Annibalis Italianam relinquere deliberarent, cùm trilunus mil. esset, districto gladio id fieri vetuit: primusque jurans, ut patria defensor existret, universos similitur jurare coegit, Romanosque ad spem vitæ quasi ab infidis reduxit. Is Carthag. Hispania caput, in qua omne aurum &c.
- (38) H. interea in Ital. Coss. &c., a quibus verbis MS. ad verbum cum Eutropio convenit usque fruviæ pu-
gnans occisus est, nisi quod ubi Eutropius fol. 34. apud Senam Piceni civitatem. MS. legit cum Milcel-
la apud Mætaurum fuvium.
- (39) A. XXXV.

subdiderunt. (40) Hannibal utrumque Consulē Marcellum, & Crispinum insidiis circumven-
tos cum exercitu interfecit. Tertio anno postquam Scipio ad Hispaniam profectus fuerat, rursus res inclitas gessit. Regem Hispanorum magno p̄elio
victum in amicitiam accepit, & primus omnium
à victo hoste obsides non poposcit. Deinde despe-
rauit Hannibal Hispanias contra Scipionem diu-
tiū posse retineri, fratrem suum Hasdrubalem
ad Italiam cum omnibus copiis evocavit. (41)
Is Ap. Claudio Nerone, & M. Livio Salinatore
Cos. ex Hispaniis per Gallias ad Italiam ve-
niens, magna secum auxilia Hispanorum, Gallo-
rumque sumpta deduxit. Et cū maturato ad-
ventu descendisse jam ex Alpib. Consulib. prodi-
tus fuisset, ab exercitu Romano, ignorante Han-
nibale, apud Metaurum fluvium in insidias com-
positas iuicidit: strenue tamen pugnans occisus
est. (42) Diu quidem incertus belli eventus;
elephantis maximè Romanam infestantibus aciem:
qui à militibus Romanis, quos à velitando veli-
tes vocant, quod genus militiae paulò ante reper-
tum fuerat, ut leēti agilitate juvenes cum armis
suis post terga equitum sederent, & mox cūm ad
hostem ventum esset, equis desilirent, & continuo
pedites ipsi, ex alia parte equitibus, per quos ad-
vesti fuerant, dūnicantibus, hostem proturbarent.
Ab his ergo velitibus elephantī retrō acti, quum
regi jam à suis non possent, ferro fabrili, id est,
scalpro inter aures adacto necabantur, id genus
occidentæ, cūm opus esset, belluae, idem dux Has-
drubal primus invenerat. Fuit hoc p̄elium penes
Metaurum fluvium, ubi Hasdrubal vicitus est, ut
Trasumenus lacus, ubi exercitus Romanus: ut
Cesena Piceni civitas, ut vicus ille Cannensis.
Nam quinquaginta & novem millia de exercitu
Hasdrubalis ibi grandi strage occisa sunt. Capta
quinque millia quadringenti. Quatuor autem millia
civium Romanorum inter eos reperta, atque revoca-
ta sunt, quod victoribus Consulibus solutio fuit.
Nam, & de exercitu eorum (43) octo millia ceci-
derunt. Magnum pondus aurii, atque argenti
Romam relatum est. Hannibali caput fratribus
sui Hasdrubalis ante castra projectum est. Quo vi-
so, & simul clade Pœnorum cognita, anno tertio-
decimo, quām in Italiam venerat, refugit in
Brutios. (44) Post hæc anno continuo inter Han-
nibalem, & Romanos quies à tumultu bellorum in-
tercessisse visa est: quia inquietudo morborum in-
castris erat, & gravissimā pestilentia uterque exer-
citus agebatur. Potius hæc Hannibal diffidere jam
de belli cœpit eventu, Romanis autem ingens
animus accessit. Itaque & ipsi evocaverunt ex
Hispania P. Cornelium Scipionem, (45) qui
jan universam Hispaniam à Pyrenæo, usque
Oceanum in provinciæ formam redegerat. Itur
Romam cum ingenti gloria venit. Per idem
tempus Hierosolymis Pontifex Max. Onias filius
Simonis fuit. Q. Cæcilio, L. Valerio Cos.
omnes civitates, quæ in Brutis ab Hannibale te-
nebantur; Romanis se tradiderunt. Anno XIII.

- (40) S. dñluerunt. A. deliderunt, & omis. cæt. legit. In
cogniti amo Scipio in Hispanias egr. giis res egit, &
per se, & per fratrem suum Lucium Scipionem, LXX.
civitates receperunt: in Italia tamen mās pugnauit:
Nam Claudius Marcus Consul ab Amibalo occisus est.
Tertio anno postquam Scipio ad Hispanias profectus
fuerat, rursus res inclitas gerit. Regem Hispanorum
magno p̄elio victum in amicitiam accepit, & primus
omnium à victo hoste obsides non poposcit. Lesperans &c.
(41) A. Is veniens à Consulibus Appio Claudio Nerone, & M.
Livio Salinatore apud &c.
(42) Post occisis est. A. habet LVIII m. de ejus exercitu pe-
rempta, V m. capta sunt, X LIV, cūrum Romanorum
intr eos reperta, & revocata sunt. Magnum pondus
auri, & argenti Romam delatum est. Anno &c.
(43) I, quinquaginta & octo millia de ejus exercitu capta

A posteaquam in Italiam Hannibal venerat. Scipio,
qui multa bene in Hispania egerat Cos. (46)
cum Licinio Crasso creatus, & in Africam missus
est: cui viro divinum quiddam inesse existi-
batur, adeo, ut putaretur etiam cum numini-
bus habere sermonem. Et revera, neque publi-
ca, neque privata negotia prius unquam attigit,
quām in cella Jovis Capitolini diutissime moraretur
antequam videretur a quoquam. Is in Africa
contra Hannonem Hamilcaris filium ducem.
Pœnorum pugnavit, eumque interfecit: exer-
citum ejus partim cœde, partim captivitate dis-
perdidit: castra ejus cepit. Nam in eo p̄elio,
cum quatuor millibus & quingentis militibus
undecim millia Pœnorum occidit. (47) Sem-
pronius Cos. cum Hannibale congressus, & vicitus
Romam refugit. Scipio in Africa aggressus hyber-
na Pœnorum, atque alia Numidarum, quæ utra-
que haud procul ab Utica erant, noctu concubia fe-
cit incendi. Poni trepidi, quum casu ignem acci-
disse putarent, inermes ad extingendum concur-
runt. Qua re facile ab armatis oppressi sunt. In
utrisque castris quadraginta millia hominum de-
Carthaginensibus, & Numidis igni, ferroque con-
sumpta sunt, capta quinque millia: duces issi
misericorditer ambusti sunt, & aegrè fuderunt.
Hasdrubal dux Carthaginem profugus venit. Ita-
que Syphax, & Hasdrubal mox plurimum refa-
ravere exercitum, atque iterum cum Scipione
congressi sunt, victorie fuderunt. Syphacem fu-
gientem Lælius, & Massinissa ceterunt. Porro
cætera multitudo ad Cirtam refrigit, quum Ma-
ssinissa oppugnatam in deditionem accipit, Sy-
phacem ad Scipionem ceteris vincium dedit.
Quem Scipio cum ingentibus soliis, plurimis-
que captiis perducendum Romanum Lælio tradi-
dit. Qui, cū Tiburi in custodia descessit, sum-
ptu publico juvit Senatus honorifice sepeliri. Qua
re audita omnis ferè Italia Hannibalem de-
seruit: ipse à Carthaginensibus redire in Afri-
cam jubetur, quam Scipio vastabat. Ita
anno septimo decimo Italia ab Hannibale libera-
ta est, quam flens dicitur reliquissime, omnibus
Italici generis militibus, qui scipi nollent interfe-
ctis. Legati Carthaginem pacem à Scipione
petierunt: ab eo ad Senatum Romanum mis-
sunt, & quadraginta quinque diebus his indu-
ciæ datæ sunt, quoique ire Romam, & regre-
di possent, & triginta millia pondo argenti ab
his accepta sunt. Senatus ex arbitrio Scipionis
pacem jussit cum Carthaginensibus fieri. Scipio
his conditionibus dedit, ne amplius quām tri-
ginta naves haberent, & quinquaginta millia
pondi argenti darent, captivos, & per fugas red-
derent. (48) Interea Hannibal ad Africanum littus
propinquans jussit cuidam è nauticis ascendere in
arborem navis, atque speculari in te quam regio-
num tenerent. Sepulchrum dirutum se prospexit
respondit. Abominatus dictum Hannibal, deflexo
cursu, ad Leptim oppidum copias exposuit. Qui
continuo refcta multitudine Carthaginem venit:
&

sunt CCCCIV. cūrum Romanorum inter eos reperta,
& revocata sunt. Magnum pondus aurii, atque argenti
&c, que ad verbum convenient cum Eutropio,
usque ad finem, nisi quid sub finem libri tertii legit
Eutropius pond. CC. mil. MS. ver. pondus XX.
mil., & linea ultimā Eutropius: post annūm & VII.
MS. post annūm XLIX.

- (44) A. pro Brutios Britiam, & omis. cæt. Post hæc An.
(45) A. post Scipionem. Is Rom. &c.
(46) A. Cos. ci. factus: cui viro &c.
(47) A. sequitur Syphacem Numidie regem, qui se Africis con-
juncerat cœpit, & castra eius intradit. Syphax cum No-
bitibus Numidis, & insigatis suis Romanum à Scipione
mittitur. Intra re &c.
(48) A. post redderent. Interim Annibale veniente ad Afri-
cam pax &c.

& pax turbata est, multaque hostilia ab Afri-
facta sunt. Legati tamen eorum ex Urbe ve-
nientes à Romanis capti, & jubente Scipione
dimissi sunt. Hannibal quoque frequentibus præ-
liis à Scipione vixit petere & ipse jam coe-
pit pacem, (49) & colloquium Scipionis. Ubi
cum se diu attoniti admiratione mutua duo cla-
rissimi duces torvè suspexissent, & colloquium in-
ter utrosque esset, Carthaginensibus conditiones
displacuerunt, eo quod bisdem conditionibus, qui-
bus prius, addita sunt quingentis millibus pon-
do argenti centum millia librarum propter no-
vam perfidiam: jusseruntque Hannibalem pu-
gnare (50) Hannibal tres exploratores ad ca-
stra Scipionis misit, quos captos Scipio circum-
duci per castra jussit, ostenditque eis totum
exercitum, nihil de hostibus percontatus. Mox
etiam prandium dari jussit, eisque refectis, ac
recreatibus equis redire permisit, ut renunciarent
Hannibali, quæ apud Romanos vidissent. Interea
prælium ab utroque duce consertum (51) est,
quod diu magnis ducum artibus dispositum, magnis
copiarum molibus gestum, quale vix ullâ memoriâ
fuit, cum peritissimi viri, ut diximus, copias suas
ad bellum educerent. Scipio vîctor redit, (52)
ostoginta elephanti ibi vel capti, vel occisi sunt.
Carthaginensium militum interficti sunt viginti
millia quingenti. Hannibal omnia, & ante præ-
lium, & in prælio expertus, primùm cum multis
equitibus, deinde cum viginti, postremo vix cum

A quatuor, inter tumultum elapsus Adrumentum
confugit. Postea Carthaginem post sex & triginta
annos, quam parvus exierat, venit. Inventa in-
castris Hannibalis argenti pondo viginti millia,
auri octoginta: cetera suppellectilis (53) copiosa.
Factet se licet Roma victoriis, Hannibalem ta-
men Campanie luxurii immorantem provincia-
delicosa superavit. Dum aquis innatat, dum
piscibus, atque ostreis passim inficitur, dum olet,
dum potat, dum dormit, aquarium resolutio mol-
livit Punicam feritatem: & quem alia durave-
rant, Seplasia Campanie oppidum unguentis odo-
ratis labefactavit, & solvit. Igitur post id certamen
Carthaginenses nullam esse residuam spem,,
nisi in petenda pace persuasi, ut pax daretur de-
nuo supplicaverunt. C. Cornelio Lentulo, P. Aelio
Pæto Cos. Carthaginensibus pax per Scipionem,,
voluntate Senatus, populi concessa est. Nam
etiam plusquam quingenta naves in altum produ-
cta in conspectu civitatis incensæ sunt. Scipio jam
tunc cognomento Africanus cum ingenti gloria
triumphans Urbem ingressus est. Quem Terentius,
qui postea comicus, ex nobilibus Carthaginensium
subactorum civibus captus, pileatus, quod insigne
indultæ libertatis fuit, post currum triumphantem
sequutus est. Anno ab Urbe condita quingentesi-
mo quadragesimo quinto bellum Punicum secundum
finitum est, post annum nonum decimum, quam
cooperat.

Explicit Liber Tertius.

INCIPIT LIBER QUARTUS.

Transacto igitur Punico bello secu-
tum est Macedonicum contra Re-
gem Philippum. Quingentesimo &
quinquagesimo primo anno ab Ur-
be condita T. Quintius Flaminius
adversus Philippum Macedonum Regem missus
est. (1) Qui post multa, & gravissima prælia,,
quibus Macedones vicit, pacem Philippo dedit, his
legibus, ne Græciæ civitatibus, quas Romani con-
tra eum defenderant, bellum inferret, ut captivos, &
transfugas redderet, L. solas naves ha-
beret, reliquas Romanis daret: per annos X.
quaterna M. pondo argenti præstaret, & ob sidem
filium suum Demetrium daret. (2) Deinde cum
Lacedemoniis pugnavit: villoque Nabide duce-
orum, & quibus voluit conditionibus in fidem
acepit, & ingenti gloria triumphavit. Duxit
ante currum nobilissimos obsides, Demetrium
Philippi filium, & Armenem Nabidis Ro. cap-
tivi. Qui sub Hannibale per Græciam venditi
fuerant, universi recepti, capitibus rasis ob deter-
sam servitutem, currum triumphantis secuti sunt.
Eodem tempore Insubres, & Boii, (3) à qui-
bus Ticinum condita est, atque Cenomanni,
contractis in unum viribus, Hamilcare Pœno-
rum duce, qui in Italia remanserat, Cremonam
urbem, Placentiamque vastantes, diffici-
mo bello à L. Fulvio Prætore superati sunt.
Consul Marcellus in Hetruria à Boiis oppres-

C sus magnam partem exercitus perdidit. Cui
postea Furius alter Cos. auxilio accessit, atque
ita universam Bojorum gentem igni, ferroque
vastantes propemodum usque ad nihilum dele-
verunt. (4) Postea Flaminius Procos. Philip-
pum regem, & cum eo Thracas, Macedonas, Il-
lyrios præterea, multaque gentes, quæ in auxi-
lium ei venerant, bello subegit. Vidi Macedones
castra amiserunt. Octo millia hostium eo die casæ,
quinque millia capta Polybius scribit. Valerius di-
cit quadraginta millia trucidata: Claudius vero
triginta duo millia interficta commemorat. Sed
hæc varietas scriptorum utique fallacia est. Falla-
cia autem causa profectione adulatio est, dum vi-
toris laudes accumulare, virtutemque patriæ extolle-
re, vel presentibus, vel posteris student. Alioquin,
si inquisitus non fuisset numerus, nec qualis cum
que fuisset expressus. Quod si gloriosum est duci,
& patriæ plurimos hostium peremisse, quanto ma-
gis læsum patriæ, & ducibus beatum potest vi-
deri, suorum, vel nullos, vel paucissimos perdi-
sse? Ita lucidissima re patet, quia simili impu-
dentia mentiendi, qua occisorum hostium nume-
ro adjicitur, sociorum quoque amissorum damna
minuntur, vel etiam omnino reticentur. Igitur
Sempronius Tuditinus in Hispania citeriore bel-
lo oppressus, cum omni exercitu Romano interfe-
ctus est.

Transacto bello Macedonio secutum est Sy-
ria-

cum Carthaginensibus facta est. Scipio Romam redit,
ingenti gloria triumphavit, & Africanus ex eo vocari
cepitus est. Finem accepit secundum Punicum bellum
post annum XIX. quam caperat.

(1) H. & Eutropius adversus Philippum regem præspè
gesse, & pax ei data est his legibus &c.

A. post Missus est, continuat, & pax ei data est lis
leg. &c.

(2) A. post daret. Titus Quintius etiam Lacedemoniis intulit
bellum, ducem eorum itidem vicit, & quibus &c.

(3) H. Insubres Boii.

(4) Hinc cetera non leg. in A., neque in H. usque ad

Transacto bello.

- (49) A. post verb. pacem, ci in ventum effet ad colloquium iisdem
conditionibus data est, quibus prius, additis quingentis
mil. ponderibus argenti centum millia libr. propter
novam perfidiam. Carthaginensibus conditions displicue-
runt, jusseruntque &c.
(50) Hinc A. Infertur à Scipione, & Massinissa rege alio
Numidarum, qui aviciniam cum eo fecerat Carthagini-
bellum. Annibal &c.
(51) A. instruclum, quale vix &c.
(52) A. pro redit, recedit, & sequitur penè ipso Annibale
capto, qui primi in cum multis equitibus, deinde cum
XX. postremo cum IV. evagit. Inventa &c.
(53) A. supplex copiosa, inde legit, Post id certamen pax

riacum: (5) L. Valerio Flacco, & M. Portio Catone Cos. Antiochus rex Syriae bellum contra populum Romanum struens in Europam transiit ex Asia. Tunc etiam Hannibal propter excitandi belli rumores, qui de eo apud Romanos ferebantur, exhiberi Romanis à Senatu jussus, clam ex Africa metu profectus, ne Romanis traderetur ad Antiochum migravit. Quem, cùm apud Ephesum cunctantem invenisset, mox in bellum impulit. Tunc etiam lex, quæ ab Oppio Tribuno plebis prolatæ fuerat, ne qua mulier plusquam semiunciam auri haberet, nève versicolori vestimento, nec vebiculo fer Urbem, nec foras uteretur plusquam mille passibus, nisi sacrorum causa exegisset, post XX annos abrogata est. Sublato hos editio in quantam licentiam matronæ venerint, quid attinet dicere, quum sicut & viri luxuriarentur? P. Cornelio Scipione, M. Acilio Glabrione Cos. Antiochus, quamvis Thermopylas occupasset, quarum munimine tutior propter dubios belli eventus fieret, tamen commisso bello à Cos. Glabrione in Achaja superatus. Castra ejus nocturna pugnâ sunt capta, ipse dux vix cum paucis, fugit è prælio, Ephesumque pervenit. Is habuisse fertur armatorum LXm., è quibus XL. millia cesa, plusquam V. millia fugisse referuntur. Alter Cos. Scipio cum Bæjorum gente conflixit, in quo prælio viginti millia interfecit. Philippo, quia contra Antiochum Romanis suissit auxilio, filius Demetrius redditus est. Deinde P. Scipione Africano iterum, T. Sempronio Longo Cos. apud Mediolanum Xm. Gallorum cæsa sunt. Sequenti autem prælio XI. millia Gallorum cæsa: Romanorum verò quinque millia occisa sunt. Minutius à Liguribus in extremum periculi adductus, & insidiis hostium circumventus, vix Numidarum equitum industriâ liberatus est. (6) Post hec Digitius Praetor Celtiberos cum proximis gentibus vicit, Regemque eorum cepit. In utraque Hispania per Flaminium, Fulviusque Praetores bella multum horrida, cruentaque utrisque populis gesta sunt. L. Cornelio Scipione, & C. Lælio Cos. Scipio Africanus fratri suo L. Cornelio Scipioni Cos. legatus contra Antiochum profectus est, (7) qui cum Hannibale colloqui: in familiare habuit. Sed infecto pacis negotio ab Antiocho discessit. Sequenti anno Scipio Africanus Hannibalem, qui cum Antiocho erat, navalı prælio vicit. Ipse postea Antiochus circa Sipulum Magnesiam Asiae civitatem à L. Cornelio Scipione Cos. ingenti prælio prostratus est. Auxilio suit in ea pugna Romanis Eumenes Attali regis frater, qui Eumeniam in Phrygia condidit. Quinquaginta M. peditem, & tria M. equitum in eo certamine ex parte regis occisa sunt. Tum rex pacem petiit, filiumque Afric-

A cani, quem utrum explorantem, an in prælio ce- pisset, incertum est, ultrò remisit. Pax autem iisdem conditionibus data est à Senatu, quanquam victo, quibus antea offerebatur, ut ex Europa, & Asia recederet, atque intra Taurum se contineret: Xm. talentorum, & XX. obſides præberet: Hannibalem concionatorem belli traderet: Eumeni Regi donatæ sunt à Senatu omnes Asiæ civitates, quas Antiochus bello perdiderat, & Rhodiis, qui auxilium Romanis contra Antiochum regem tulerant, multas concesserunt. Scipio Romam rediit, & ingeniti gloria triumphavit. Nomen & ipse, ad imitationem fratris, Asiatici (8) accepit, quia Asiam vicerat, sicut frater ipsius propter Africam Africanus appellatur. (9) Interea in Hispaniæ provincia ulteriore L. Emilius Procos. à Lusitanis cum omni exercitu cæsus interiit. Deinde L. Bebius in Hispaniam proficisciens, à Liguribus circumventus, cum universo exercitu occisus est: unde adeò ne nuncium quidem superfuisse constat, ut internacionem ipsam Romæ Massilienses nunciare curaverint. (10) Fulvius Cos. de Græcia in Gallogræciam, quo nunc est Galatia, transvectus, ad Olympum montem pervenit, ad quem universi Gallogræci cum conjugibus, & liberis configuerant, ibique acerbissimum bellum gessit. Namque de superioribus locis, sagittis, grandibus saxis, ceterisque telis Romani graviter contriti, tandem usque ad congressum hostium proruperunt. Quadraginta millia Gallogræcorum eo prælio interfecta referuntur. Marcius Cos. adversus Ligures profectus, superatusque quatuor M. militum amisit, (11) & nisi vietus celeriter refugisset in castra, eandem internacionis cladem, quam Bebius dudum ab iisdem hostibus acceperat, pertulisset. M. Claudio Marcello Cos. Philippus rex, qui legatos populi Romani interfecrat, propter Demetrii filii sui, quem legatum miserat verecundissimas preces veniam meruerat: eundem continuo velut Romanis amicum, siue proditorem, fratrem quoque ipsius parcidium patris ministro patrante, nihil de utroque misericordia suspicantem veneno necavit. Sp. Postumio Albino, Q. Marcio Philippo Cos. M. Fulvius de Ætolis triumphavit. (12) Eisdem etiam diebus Hannibal victo à Romanis Antiocho, ad Prusiam Bithyniæ Regem fugit, ne Romanis traderetur. Repetitus autem ab eo est per Q. Flaminium: & cùm tradendus esset Romanis venenum bibit, & apud Lybissam in finib. Nicomediensium sepultus est. (13) Philopæmenes dux Achivorum à Messanis captus, & occisus est. Eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi Urbe diu exulans, apud Liternum oppidum morbo perit, (14) iusitque sepulcro suo inscribi:

(10) Ab hoc verso usque ad Martius Cos. omnia absunt in H. & A.

(11) H. Martius Cos. adversus Ligures profectus, superatusque quatuor millia militum amisit. Spurio Postumio Albino, Marco Philippo Cos. Marcus Philippus de Ætolis triumphavit, & sequentia, in quibus cum Eutropio convenit usque ad sepultus est. A. pro Albino, Alcina.

(12) A. triumphavit. Amabal, qui viito Antiocho, ne Romanis traderetur, ad Prusiam Bithynie regem fugerat. Repetit. &c.

(13) Reliqua usque ad eodem anno absunt in A. & H.

(14) A. post perit continuat Tunc Vulcani. H. Amitarium oppidum morbo perit. Tunc Vulcani insula, que ante non fuerat, repente mari est edita. His quoque diebus actum est, quod de Herodoro in lib. Macab. narrat Iubioria. Philippo rege Macedonia mortuo, qui & adversus Rom. bellum gesserat, & postea Romanis contra Antiochum auxilium tulerat, filius eius Perseus in Macedonia rebellavit ingentibus copiis ad bellum paratis. Nam adjutores &c. In quibus cum Eutropio convenit ad verbum usque Nicomedem Senatu commendavit, ubi confer quas in Miscell. sat hinc inde immista, & addita. Canis.

- (5) H. & Eutropius lib. 4. P. Cornelio Scipione. M. Attilio Glabrione Cos. Huic Antiocho Hannibal se junxit, Cartaginem patriam suam ne Romanis tradictrictur relinques &c., in quibus MS. codex H. ad verbum convenit cum Eutropio, nisi quod ubi legit Eutropius fol. 38. XXXm. peditem, IVm. equitum eo certamine ex parte regis occisa sint legit. MS. H. Lm. peditem IIIm. equitum. Item Scipionem, quem Eutrop. vocat Agyptianum. H. vocat Agyptenm.
 A. etiam cum Hersfel. Nos vero notarius hic variam lectionem C. nostri post verbum relinquens, ne cum Canis lectores ad alterum laborem remittamus, relinquens. Aulus Glabrio in Achaja bene pugnavit, castra regis Antigono pugna nocturna capta sunt, ipse fugatus. Philippo quia &c.
 (6) A. post liberatus est. L. Corn. &c.
 (7) A. inde sequitur Amabal, qui cum Antigono erat navale prælio vietus est. Ipse &c. Post verbum petuit omnis. cęt. iisdem condit. &c.
 (8) A. etiam Agypten.
 (9) Ab hoc verso usque ad Deinde L. Bebius absunt in H. à quo loco MS. H. cum Miscella convenit usque ad curaverint.

bi: Ingrata patria, ne offa quidem mea habes. In Sicilia tunc Vulcani insula, quæ ante non fuerat, repente mari edita, cum miraculo omnium usque ad nunc permanet. His quoque diebus actum est, quod de Heliodoro in libro Machabaeorum narrat historia. (15) Q. Fulvius Flaccus Prator in citeriore Hispania maximo prælio XXIIIm. hominum fudit, IVm. captivavit. Tiberius Sempronius Gracchus in Hispania ulteriore centumquaque oppida vacuata, & quassata bello ad deditiam coegit. Eadem tempestate L. Postumius in citeriore Hispania XLm. hostium bello fudit: Gracchus Prator ibidem iterum ducenta oppida expugnavit, & cepit.

Igitur Philippo rege Macedoniam mortuo, qui adversum Romanos bellum gesserat, & postea Romanis contra Antiochum auxilium præbuit, filius ejus Perseus in Macedonia rebellavit ingenibus copiis adunatis. (16) Gens enim Basternum ferocissima Lepido, & Mutio Coss. spe prædorum sollicitata, & transiendi Istri fluminis facultate, sive illa pugna delata est. Nam tunc fortè Danubius, qui & Ister, crassa glacie superstratus pedem facile transitum patiebatur. Itaque, quam improvide toto, & maximo simul agmine inestimabilis multitudo hominum, & jumentorum transserent, enormitate posueris, & concussione gradientium concrepans gelu, & glacialis crux difficit, & universum agmen, quod diu sustinuerat, mediis gurgitibus vieta tandem, & comminuta destituit, atque eadem rursus fragmentis impediens superducta submersit: pauci ex omni populo per utramque ripam concisis visceribus vix evaserant. P. Licinio Crasso, C. Cassio Longino Coss. Macedonicum bellum gestum est, merito inter maxima bella referendum. Nam in auxilio Romanorum tota prius Italia: deinde Ptolemaeus rex Egypti, & Ariarates Cappadocia, Eumenes Asia rex, Mithridata Numidia fuerunt. Prusias autem Bithynia rex, quanquam Persei sororem haberet, utrisque tamen se æquum præbuit. (17) Itaque aduenti L. Licinio Crasso Coss. Perseus non Cotye (18) rege Thracie, & rege Illyrici Gentio nomine, quos in auxilio habebat, occurrit, commissaque prælio miserabiliter victi fugere Romani. Sequenti pugna pari clade partis utriusque in hyberna discessum. Deinde Perseus profigato multis præliis exercitu Romano in Illyricum transgressus, Huscanium (19) oppidum defensum à præsidii Romanis pugnando cepit. Ubi magnam Ro. præsidum multitudinem, coptam partim ecce idit, partim sub corona vendidat, partim secum in Macedoniam duxit. Mox missus est contra eum L. Æmilius Paulus Coss., & in Illyricum C. Anicius (20) Prator contra Gentium. Sed Gentius facile uno prælio victus, mox se dedidit. Mater ejus, & Uxor, & duo filii, frater quoque simul in potestatem Romanorum venerunt. Bello intra triginta dies peracto, ante cognitum est Gentium victimum, quam bellum coepit nunciaretur. Cum Perseo autem Æmilius Paulus Coss. tertio nonas Septemb. dimicavit, vicitque eum. Viginti millibus perditum ejus oocisis, equitatus cum rege interfugit. Romanorum exercitus C. milites amiserat:

A Macedones vero Romanis se dediderunt. Ipse rex, cum desereretur ab amicis, venit in Pauli potestatem. Sed honorem ei Æmilius Paulus Coss., non quasi victo præbuit. Nam, & volenter sibi cadere ad pedes non permisit, & juxta se in sella collocavit. Quin P. Vacienus ad Ursum Romanum nocte vadens, vidit duos juvenes albis equis sedentes, qui iusserunt, ut die sequenti Senatus nunciaret, Perseum regem Macedonum à Paulo esse captum. Vacienus quidem lata exequutus est, sed iussu senatus missus est in carcere, tanquam temerarius incertorum locutor. Mox literis Pauli de die, victoriaque certa res patuit. Vacienus statim de custodia solitus agrum dono accepit. Et Vacieno iudea gemini visi ad lacum posita futuræ sudorem suum, equorumque abluentes. Interea Macedoniis, & Illyriis à Ro. hæ leges datæ, ut liberi essent, & dimidium eorum tributorum præsentarent, quæ regibus præstisset, ut appareret populum Ro. pro æquitate magis, quam pro avaritia pugnare. Itaque in conventu finitiorum populorum Paulus hoc pronunciavit, & legationes multarum gentium, quæ ad eum venerant, magnificentiis convivio pavit, dicens ejusdem hominis esse debere, & bello vincere, & in convivii apparatu elegantem esse. Mox LXX. civitates Epiri, quæ contra se rebellaverant, cepit, prædam militibus distribuit, Romanum ingenti pompa rediit, in nave Persei, quæ nimis inusitatæ magnitudinis fuisse traditur, adeò ut XVI. ordines remorum habuisse dicatur: triumphavit autem magnificentissime in curru aureo cum duobus filiis utroque latere astantibus. Ducti sunt ante currum duo filii regis, & ipse rex Perseus XLV. annos natus: (21) & posita apud Albam in custodia defecit. Senatus Questorem misit ad ejus exequias, qui eum impensum populi Ro. regie sepeliret. Filius ejus junior fabricam ærariam ob tolerandam inopiam Roma didicit, ibique consumptus est. Post eum etiam Anicius de Illyriis triumphavit: Gentius rex cum fratre suo, & filiis ante currum ejus ductus. Ad hoc spectaculum reges multarum gentium Romanam venerunt, inter quos etiam Attalus, atque Eumenes reges Asiae: & Prusias Bithynia gratulatum venit, & magno honore (22) excepti sunt. Prusiae autem Senatus Questorem P. Cornelium Scipionem Capua jussit occurrere, hospitiumque Romæ, & largissimum præbuit sumptum, ut alii armis subdit, alii capti moribus deservirent. Igitur, permittente Senatu, dona, quæ reges attulerunt, in Capitolio posuerunt. Prusias etiam filium suum Nicomedem Senatui commendavit. Plurima præterea, & satis diversis provenibus bella multarum ubique gentium gesta sunt, que brevitatis causa prætermisi. Anno ab Urbe DC. Lucinio (23) Lucullo, A. Postumio Albino Coss. cum omnes Romanos ingens metus Celtiberorum invassisset, & ex omnibus non esset, qui in Hispaniam vel miles, vel legatus ire auderet, P. Scipio, qui posterior (24) Africanus erit, ultrò se militaturum in Hispaniam obtulit, quum jam in Macedonia forte deputatus esset. Itaque profectus in Hispaniam magnam stragem gentium dedit, saepius

(15) A. omis. cę. post verbum bisitoria sequitur. Igitur Philip. &c.

(16) A. adunatis. Nam adjutores habebat istum Tracie regem, & regem Illyrici Gentium nomine. Romanis autem in auxilio erat Eumenes Asia rex, Ariaratus Cappadocia, Antiochus Siria, Ptolemaeus Egypti, Mithridata Numidia. Prusias autem &c.

(17) A. post verbum præbuit legit. Dux Romanorum Publius Licinus Coss. contra eum missus est, & à rege gravii prælio vicitus; neque tamen Romani, quamquam superrati, regi pacem præstare voluerunt, nisi bis con-

dicionibus, ut se, & suos Senatus, & Pop. Rom. deret.

(18) Aliter Cotto.

(19) Aliter Sultanum.

(20) H. Gajonius.

(21) Hinc cetera non leg. in A. usque ad verba Post eum.

(22) A. pro excepti legit. suscepit sunt, & permittente &c.

(23) H. Lucio Lucinio Lucullo; Postumio Attinio Coss. A. Postumio Altino.

(24) H. post.

sæpius etiam militis, quām ducis usus officio. Nam & Barbarum se provocantem, singulariter congressus occidit. Sergius autem Galba Prætor a Lusitanis magno prælio vicitus est, universoque exercitu amissus, ipse cum paucis vix elapsus evasit. In sequenti anno L. Minutius in Lusitania bene pugnavit. Marcellus Cos. postea ibidem res prosperè gessit. (25) Eodem tempore Messala Censor primus theatrum in Urbe constitutus censuit. Quod ne tunc fieret, Scipio dictus Nasica gravissima oratione obstitit, dicens, inimicissimum bac fore bellatori populo ad nutriendam desidiam, lasciviamque commentum: adeoque morit Senatum, ut non solam omnia theatro comparata tolli jussit, sed etiam subsellia ludis prohibuerit ponit, ut neque urbani, neque qui à foris (26) mille passibus absentes, sedentes ludos spectarent, ne fortitudo illorum mollesceret. Igitur in Hispania Sergius Galba Prætor Lusitanos citra Tagum flumen habitantes, quum voluntarios in deditioinem receperisset, per scelus interfecit. Simulans enim de-commodis se ad turum fore, ac circumpositis militibus cunctos incimes, & incautos interfecit. Quae res postea universæ Hispanie propter Romanorum perfidiā causa maximi tumultus fuit. Eodem tempore Tuccia virgo Vesta arguebatur incesti. At illa, argumentis purgare se designata mortalibus, ad Tyberim cribrum detulit, ibique submersit, prece addita: O Vesta inquit si pia, & casta sum, hanc è Tyberi aquam ad templum tuum perferam, & pertulit.

Anno ab Urbe condita DCII. L. Manlio Censorino, & M. Manlio Cos. tertium Punicum bellum exortum est. Igitur cum Senatus delendam Carthaginem censisset, profecti in Africam Cos., & Scipio, tunc Tribunus militum, prope Uticam majoris Africani castra tenuerunt. Ibi Carthaginensis evocatis, jussisque ut arma, & naves traderent, (27) nec moratis, tanta copia armorum repente tradita est, ut facile tota ex his Africa potuisset armari. Sed Carthaginenses, postquam arma tradiderunt, & derelicta urbe, recedere procul à mari X. millibus passuum jussi sunt, dolorem ad desperationem contulerunt, aut defensuri civitatem, aut cum ipsa per ipsam sepeliendi. Mox Hasdrubales duos duces creaverunt, armaque facere aggressi, postquam æs, ferrumque defecit, aurea, argenteaque fecerunt. Cos. cum aliquantam muri partem machinis diruisserunt, tamen à Carthaginensis vici sunt, atque oppressi. (28) Quos fugientes Scipio tunc Tribunus militum, repulso intra muros hoste, defendit. Phanea (29) dux alius equitatu Carthaginem præterat. Igitur Scipio tunc Scipionis Africani nepos, tribunus, ut dictum est, militum ibi militabat. *Huic apud omnes gentes* (30) metus, & reverentia erat. Nam & paratissimus ad dimicandum, & consultissimus habebatur. Itaque per eum multa à Consulibus gesta sunt, nec quicquam magis

vel Phanea, vel Hasdrubal vitabant, quām contra eam partem Romanorum committere, ubi Scipio dimicaret. Per idem tempus Masinissa rex Numidarum per annos LX. ferè amicus populi Ro. anno vitæ nonagesimo septimo mortuus est, (31) valentissimo corpore semper perseverans. *Hic est vir, qui nunquam in imbre,* (32) vel maximo, caput texit, aut frigore. Tandiu in uno vestigio stetit, ut prius juvenes lassitudine cederent, quām ille loco, in quo steterat moveretur. Si stetisset, nec membrum quidem tota die movebat: si iter fuerat ingressus eques, non descendebat pedes, pedes non ascendebat. Solebatque equitans nocti sæpissime diem jungere, & sui custodiā tutelamque sævisimis canibus committebat. Post LXXXVI. annum filium genuit, cui nomen Mechinia fuit, nibil quod juvenis fecerat, aevi ultimo prætermisit. Igitur Masinissa mortuo XLIV. filiis relictis, Scipionem inter filios suos divisorem esse jussit. Scipio postquam Masinissa filiis Numidia regnum divisit, Carthaginem est reversus. Marcius Thegalam urbem expugnavit, atque diripuit, XIIIm. ibi Afrorum cæsa, sex M. capta sunt. Hasdrubal Pœnorum dux Masinissa nepos subselliorum fragmentis in curia à suis propter Scipionis proditionem occisus est. Anno ab Urbe cond. DCVI. id est, anno LI. post bellum Punicum secundum, Cn. Lentulo Cornelio, L. Memmio Cos. Quum igitur claram Scipionis nomen esset, juvenis adhuc Cos. factus, (33) & delere Carthaginem suppone (34) molitus Cottonem ingreditur, ubi cum sex diebus, noctibusque pugnaret, ultima Carthaginenses desperatio ad deditioinem traxit, petentes ut quos belli clades reliquos fecit, saltem servire liceret. Primum igitur (35) agmen mulierum satis miserabile, post virorum magis deformis descendit. Nam fuisse mulierum triginta quinque M. virorum triginta M. memorie traditum est. Rex Hasdrubal se ultro dedidit, (36) suam tantum salutem obtinuit. Transfugæ. qui Aesculapii templum occupaverunt, voluntario præcipitio dati, igne consumpti sunt. (37) Quosquos habere potuit Romanos transfugas, Scipio crucibus affixit, Latinos securi percussit. Uxor Hasdrubalis cum ardenter Carthaginem aspexisset, occurrit viro suo unà cum duobus liberis, eique dixit: *Vive tu, qui superstes esse Carthaginis potis es. Nam frustra pro nobis rogasti. Et tum cum volentibus filiis, virili dolore, furore foemineo, in medium se jecit incendium, eundem nunc mortis exitum faciens novissima regina Carthaginis, quem quondam prima fecisset, ipsa autem civitas XVII. continuis diebus arsit, miserumque spectaculum de varietate conditionis humanae victoribus suis præbuit.* (38) Diruta est autem Carthago omni murali (39) lapide in pulverem comminuto, cuius fuisse situs hujusmodi dicitur. Viginti duo M. passuum amplexa muro, tota penè mari cingebatur, absque fauibus, quæ à tribus (40) millibus passuum aperiebantur. Is locus

- (25) A. & H. post gessit. *Tertium deinde bellum contra Cartaginem suscipitur sexcentesimo, & altero anno ab V. C., Lucio Mallio Censorino, & M. Mallio Cos. anno LI. postquam secundum Punicum transactum. His projecti sunt Cartaginem. Carthaginensis &c.*
 (26) In editione Canisiana affris.
 (27) A. & H. post traderent. Tanta vis armorum repente tradita est, ut facile ex ea tota Africa potuisset armari. Qui postquam arma Rom. tradiderunt, relata urbe recedere procul à mari Xm. passuum jussi sunt. Carthaginenses dolorem ad desperationem contulerunt &c.
 (28) H. oppr. si, atque repulsi. A. vici sunt, atque repulsi.
 (29) A. Famea pro Phanea. Ita in H. & Eutrop.
 (30) A. Huius apud omnes ingens metus &c.
 (31) A. & H. mortuus XLIII. sic relicis &c., & post verbum jussit, omis. cęt. legunt. Cum igitur clar. &c.
 (32) In editione Canisiana ymbri.

- (33) Utrique post v. factus, & contra Cartaginem & misfus: contra quam dum six diebus, nocti usque pugnasset.
 (34) Suppoete. Locus vitiosus, & mutilus, forte legendum sub noctem Canis.
 (35) A. & H. Ac primum agmen mulierum satis miserabile, post virorum descendit. Nam fuisse mulierum XXVm. &c.
 (36) A. dedidit. Transfuge &c.
 (37) A. & H. consumpti sunt. Uxor Asdrubalis se, siusque filios secum foemineo furore in medium jecit incendium. Ipsa autem civitas XVI. diebus continuis arsit &c.
 (38) post verbum præbuit ambo leg. Multitudo omnis captivorum, exceptis paucis principibus venundata est. Diruta &c.
 (39) H. mirabili.
 (40) H. que tribus. Item A. noster.

locus murum XXX. pedes latum habuit, saxo quadrato, in altitudine cubitorum XL. (41) Arx cui Byrsa nomen erat, paulò amplius quam duo M. passuum tenebat. Ex una parte murus fuerat communis urbis, & Byrsæ, immens mari. Quod mare stagnum dicitur, quoniam objectu protentæ linguae tranquillatur. (42) Spolia ibi inventa, quæ variarum civitatum excidiis Carthago collegerat, & ornamenta urbium civitatibus Siciliæ, Italiæ, Africæ reddidit, quæ suæ recognoscabant. Ita Carthago DCC. annis postquam condita erat deleta est. (43) Multitudo omnis captivorum exceptis paucis principibus venundata est. In quarto, quām coepit, fuit, anno bellum Punicum tertium terminatum est. Scipio nomen, quod avus ejus acceperat, meruit, scilicet ut propter virtutem etiam ipse Africanus minor (44) vocaretur. (45) Igitur à Ro. Carthagine capta, spoliatus est à quibusdam Apollo veste aurea. Postea inventæ sunt cum cruciis tunicae manus eorum, qui abstulerant.

Interim in Macedonia quidam Pseudophilippus arma movit, & Ro. Prætorem Pub. Juventum contra se missum ad internacionem vicit. Post eum Q. Cecilius Metellus Dux à Romanis contra Pseudophilippum missus est, & viginti millibus (46) occisis, Macedoniam recepit: ipsum etiam Pseudophilippum in potestatem suam rededit.

Anno ab Urbe condita DCVII. (47) hoc est, eodem anno, quo Carthago deleta est, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummius Coss. ruinam Carthaginis, everso Corinthis subsequuta est: duarumque potentissimarum urbium parvo unius temporis intervallo per deversas partes mundi miserabile colluxit incendium. Nam cùm Metellus Prætor Achæos, Bœotiosque convictos duobus bellis, hoc est, primò apud Thermopylas, iterum postea in Phocide vicisset, eorum priore bello occisa esse viginti millia, secundo VII. millia cæsa Claudius Historicus refert. Valerius etiam Antias in Achæa pugnatum, & viginti millia Achæorum cum duce suo Dieuco cedisse confirmat. At verò Polybius Achivus, quavis in Africa cùm Scipione fuerit, tamen quia domesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achæa pugnatum Critolao duce afferit. Dieucum verò adducentem ex Arcadia milites ab eodem Metello oppressum cùm exercitu docet. Sed de varietate discordantium Historicorum aliquanta jam diximus, quorum sufficiat detecta hæc, & malè nota mendaciorum nota, quia parum credendum in ceteris evidenter ostendunt, qui in his quoque, quæ ipsi videre, diversi sunt. Igitur post extincta totius Achææ præsidia destitutarum eversionem urbium Metello Prætore meditante, Coss. Mummius repentinus cum paucis venit in castra. Qui dimissò statim Metello, Corinthum nobilissimam civitatem Græcia propter injuriam legatorum Romanorum sine mora expugnavit, toto tunc orbe longè clariss. Omnium enim artificum, atque artificiorum officina, & emporium commune Asiac, atque Europæ, per multis retro secula fuit. Permissa igitur crudeliter est captivos predandi licentia: sive omnia cœdibus, ignibusque consumpta sunt, ut de murorum ambi- tu, quasi è camino in unum apicem coarctatum exun-

Tom. I.

A daret incendium. Itaque plurimâ parte populi serro, flammisque consumptâ, reliqua sub corona vendita est. Urbe incensa, muri funditus diruti sunt, muralis lapis in pulverem redactus: præda vero ingens erecta est. Sanè, cùm propter multitudinem, & varietatem statuarum, simulacrorumque in illo civitatis incendio permixta in unum auri, argenti, atque æris, omnisque simul metalla fluxissent, novum genus metalli factum est. Unde usque in hodiernum diem, sive ex ipso, sive ex imitatione ejus, as Corinthium, sicut memoriale traditum est, & Corinthia vase dicuntur. Eodem tempore simul tres Romæ celeberrimi triumphi fuerunt: Africani ex Africa, & ante currum ejus ductus est Hasdrubal: Metelli ex Macedonia, cujus currum præcessit Andriscus, (48) idem qui, & Pseudophilippus: Mummius verò ex Corintho, antequam signa ænea, & pictæ tabulæ, & alia urbis clariss. ornamenta prælata sunt. Iterum in Macedonia Pseudoperseus, (49) qui se Persei filium esse dicebat, collectis servis rebellavit, & cùm jam XVIm. armatorum haberet, à Tremellio Quæstore superatus est. (50) Interea Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummius Coss. Virriatus in Hispania, genere Lusitanus, homo pastoralis, & latro, primum infestando vias, deinde vastando provincias, postremò exercitus Prætorum, & Coss. Romanorum vincendo, fugando, subigendo, maximo terrori Romanis omnibus fuit. Siquidem Hiberum, & Tagum, maxima, & diversissimorum locorum flumina, latè transgredienti, & pervaganti C. Vetelius Prætor occurrit. Qui continuò ad internacionem penè omni exercitu suo deleto, vix ipse Prætor cum paucis fugâ lapsus evasit. Deinde C. Plaucium Prætorem idem Virriatus multis præliis fractum fugavit. Post etiam Claudio Unimanus cum magno instruētu bellâ contra Virriatum missus, quasi pro abolenda superiori macula, turpiorem ipse auxit infamiam. Nam congressus cum Virriato, universas, quas secum deduxerat copias, maximisque vires Ro. exercitus amisit. Virriatus trabeas, fasces, cætraque insignia Romana, in montibus trophyum præfixit. Eodem tempore trecenti Lusitani cum mille Romanis in quadam saltu contraxere pugnam, in qua LXX. Lusitanos, Romanos autem trecentos viginti interfectos Claudio refert. Cum vîtores Lusitani sparsi, ac securi abirent, unus ex his longè à ceteris segregatus, cùm, circumfusis equitibus pedes ipse deprehensus, unius eorum equo lanceâ perfozzo, ipsius gladio ad unum iecum caput dessecuisse, ita omnes metu perculit, ut prospectibus cunctis, ipse liber, atque otiosus abscederet. Appio Claudio, Q. Cæcilio Metello Coss. Ap. Claudio adversus Salassos Gallos congressus, & vîctus V.m. militum perdidit: sequenti pugna V.m. hostium occidit. Sed cùm juxta legem, qua constitutum erat, ut quisquis V. millia hostium peremisset, triumpbandi potestatem haberet: iste quoque triumpbum expetisset, propter superiore vero damna non impetrasset, infami imprudentia, atque ambitione usus, è suis privatis sumptibus triumphavit. L. Cæcilio Metello, Q. Fabio Maximo Serviliano Coss. inter cetera prodigia Androgynus Romæ visus jussu haruspicum in marc-

D

mer-

(41) A. post XL. A. Saxo, cui nomen Byrsa erat.
(42) A. strangulatur.

(43) A. Hinc legit. Ita quarto quām coepit fuit bellum tertium &c.

(44) A. junior.

(45) A. & H. post vocaretur, omis. cœst. statim subdunt.

Interim &c.

(46) A. pro XX.m. habet XXV.

(47) Haec absunt in A. & H. qui breviter habent post ver-

bum redegit. Corinthis quoque bellum indicium est nobilissima Græcia civitati propter injuriam legatorum Rom. Hanc Mummius Consul cepit, & diruit. Tres igitur Roma simul celebr. &c.

(48) A. Andaristus. H. Andriscus.

(49) A. Pseudoperseus.

(50) A. & H. post verbum superatus est, omis. cœst. statim legunt. His diebus Androgynus &c.

mersus est. (51) Sed nihil impia expiationis procuratio proficit. Nam tanta subito pestilentia orta est, ut ministri quoque faciendorum funerum primiū non sufficerent, deinde non essent. Jamque etiam magna domus vacua vivis, plene mortuis remanserunt: largissima introrsum hæredates, & nulli penitus hæredes. Denique jam non solum in Urbe vivendi, sed etiam appropinquandi ad Urbem negabatur facultas: tam servi per totam Urbem tabescientium sub rectis, atque in stratis suis cadaverum putores exhalabantur. Expiatio illa crudelis, & viam mortis hominum, mortem hominis instruens, tandem Romanis inter miseras suas erubescientibus quam misera, & vana esset innotuit. Ante enim in suffragium præveniente clavis est habita, & sic pestilentia consecuta est: quæ tamen sine ulis sacrificiorum satisfactionibus tantummodo secundum mensuram arcani judicij expleta correptione sedata est. Quam si artifices illi circumventionum haruspices sub ipsa, ut afferat, declinatione morborum forte celebrassent, proculdubio sibi, diis, & ritibus suis reductæ sanitatis gloriam vendicassent. Igitur Metellus Cos. in Celtiberia contra Lusitanos, & Viriatus dimicans, Bacciam oppidum, quod Viriatus obsidebat, depulsis hostibus liberavit, & in ditionem cum pluribus aliis castellis recepit. Fecit autem facinus, etiam ultimis barbaris Scythiae, non dicam Romanæ fidei, & moderationi execrabile. Quingentis enim principibus eorum, quos societate invitatos ditionis jure suscepserat, manus praedit.

Q. Pompejus Cos. sequentis anni, fines Numantiorum ingressus, accepta maxima clade discessit, non solum exercitu pene profligato, verum etiam plurimi nobilium, qui ejus militia aderant intemperis. Viriatus autem cum per XIII. annos Romanos duces, atque exercitum protrivisset, insidiis suorum interfactus est: in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus, quod percussores ejus indignos premio judicaverunt, dicentes, Romanis nunquam placuisse à suis militibus interfici imperatores. (52) At ego non modo nunc, verum etiam saepe intertexere Orientis illa inextricabilia bella poteram, quæ raro unquam nisi sceleribus aut incipiunt, aut etiam terminantur, sed Romanorum, cum quibus nobis actio est, tanta sunt, ut jure fatidiantur aliena. Mithridates tunc siquidem rex Parthorum sextus ab Arsace, vieto Demetrii praefetto, Babylonem urbem, finesque ejus universos vicit invasit. Omnes præterea gentes, quæ inter Hydaspen fluvium, & Indum jacent, subegit. Ad Iniam quoque cruentum extendit imperium. Demetrium ipsum secundo sibi bello occurrentem vicit, & cepit. Quo capto Diodotus quidam cum Alexandro filio regnum ejus, & regium nomen usurpavit. Qui postea ipsum Alexandrum filium, quem participem periculi in pervadendo regno babuerat,

(51) A. & H. hinc legunt. Eodem tempore Metellus in Celtiberiam missus apud Hispanos res egregias gessit, successit ei Q. Pompejus, nec multò post Q. quoque Cæpia ad idem bellum missus est, quod quidem Viriatus contra Rom. in Lusitaniam gererat, quo metu Viriatus à suis interfelix est, cum XIV. anno Hispaniam adversus Romanos invaseret. Pastor frimò fuit, mox latronum dux, postremo tantos ad bellum populos concitatavit, ut assertor contra Romanos Hispanie putaretur. Huic namque primiū Sex. Vetus, H. Vecilius Praetor occurrit, qui toto exercitu cæso, vix fugâ lapsus evasit, deinde Gajum Plautium Praetorem id. m. Viriatus factum fugavit. Post boc Claudiūn Unianum, H. Urimannum, alii Unianum, cum omni exercitu superavit. Denique eum interfectores ejus primum à Cæpione (Eutropio Scipione) Cos. peterunt, responsum est, numquam Romanis placuisse Imperatores à suis militibus interfici. Hæc ad verbum pene cum Eutropio convenient, nisi quod plura MSS. habeant inserta, ut vides, quam Eutropius. Canit.

(52) Reliqua usque ad verba Romæ puer absunt in H. & A.

A ne in obtinendo consortem haberet, occidit. M. Æmilio Lepido, C. Hostilio Mancino Cos. prodigia apparuere diversa, & quantum in ipsis fuit, ex more curata sunt: sed non semper auctoribus, cœvtuum, & structoribus fallaciōnēs batuſpicioib⁹ opportuni casus suffragantur. Namque Mancinus Cos., postquam à Pompejo apud Numantiam suscepit exercitum, adeò infeliciter prælia cuncta gessit. atque in id suprena desperatione perductus est, ut turpissimum fædus cum Numantinis facere cogebatur: quamvis & Pompejus aliud æquè infame, fædus cum eisdem Numantinis paulò ante pepigisset. Senatus dissolue fædus, & Mancinum dedi Numantinis præcepit. Qui mudato corpore, manibusque post tergum revinctis, ante portas Numantinorum expositus, ibique usque ad noctem permanens à suis desertus, ab hostibus autem non suscepit, lachrymabile utrisque spectaculum præbuit. Is contra Numantinos bellum atturus, Laviniique sacrificaturus cum esset, emisit caveā pullarius pullos, qui in sylvam evolaverunt, nec reperti sunt diū, multūque quæstati. Navigaturus idem è portu Herculis, sine auctore vocis audivit: Mancine mane. Cumque scapham concendisset, immensum anguem illic exhorruit. Tribus prodigiis nunciata sunt infelicia tria, pugna, fædus, deditio. Interea Brutus in ulteriore Hispania LX.m. Gallegorum, qui Lusitanis auxilio venerant, asperrimo bello, & difficiili, quamvis incautos circumvenisset, opprescit. Quorum in eo prælio XL. millia occisa, sex M. capita referuntur, pauci fugâ evaserunt. In citeriore Hispania Lepidus Procos. Vacceos innoxiam gentem, & supplicem, etiam Senatu prohibente, pertinaciter expugnare tentavit, sed mox accepta clade gravissima, improbae pertinacia pœnas luit. Sex mil. quippe Ro. in hoc injusto bello prius invicti. cæsa sunt, reliqui, exustis castris, armis etiam perditis, evaserunt. Nec minus turpis hec sub Metello clades, quam sub Mancino fuit. Ser. Fulvio Flacco, Q. Calpurnio Pisone Cos. Romæ puer (53) ex ancilla natus, quadripes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natura virili duplex. In Sicilia mons Ætna vastos ignes eructavit, ac fudit, qui torrentum modo per prona præcipites, proxima quæque corripientibus exussere flammis: longinquiora autem favillæ calidis cum vapore gravi latè volitantibus torruerunt. Quod Siciliæ semper vernaculum genus monstri, non portendere malum afferat, sed inferre. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt. Igitur in Sicilia bellum servile ortum est, quod adeò atrocis, & grave multitudine servorum instrutum, magnitudine copiarum, & virium fuit, ut non dicam Prætores Romanos, quos penitus profigavit, sed Consules quoque terruerit; nam septuaginta milia servorum tunc in arma conspirantium fuisse referuntur, excepta urbe Messana, qua seruos

(53) Hæc quæ sequuntur usque ad verba. Tunc Scipio Tyreum longè aliter, & brevius habent Codices MSS. H. & A. his verbis. Eo tempore Romæ puer ex ancilla natus est quadrupes, quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natu ram virilem duplum habet. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ sunt. Q. Pomp. deinde Cos. à Numantinis, quæ Hispanie crinitas fuit opulentissima, superatus pacem ignobilis fecit. Post eum C. Hostilius Mancinus Cos. iterum cum Numantinis pacem fecit infamem, quam populus, & Senatus iusserunt infrangi, atque ipsum Mancinum hostibus tradi, ut in illo, quasi auctorem fæderis vindicarent. C. inquit per continuos annos XIV. Cos. IV. (H. cum solis IV. millibus) XL. millia Rom. prætrivissent; post tantam igitur ignominiam, quæ à Numantinis bis Romani exercitus fuerant subjugati Publius Scipio Africanus sec. Consul factus est, & ad Numantiam missus est. Is primiū militem vitiosum, & ignacum, exercendo magis, quam puniendo, sine aliqua aceritate correxit. Mox pugnâ cum Numantinis coniuncta, exercitus Rom. &

vos liberaliter habitos in pace continuuit. Ceterum in hoc solo Sicilia miseror, quia insula, & nunc erga pactum sui juris idonea, nunc tyrannis subjecta, nunc servis: vel illis dominatu improbo exgentibus servitutem, vel istis presumptione perversa commutantibus libertatem, maxime quia clausa undique mori, egerere foras non facile potest. Quae intestinum malum viperinam quoque conceptionem perditionis sua aluit, sua libidine austam, sua morte victuram. In hoc autem servis tumultus excitatio, quanto rorior extat ceteris, tanto truculentior est, quia qua intentione commovet libera multitudo, ut patriam augeat, ea servilis ut perdat. Anno ab Urbe condita DCXX. cum major penè infamia facta de fædere apud Numantiam facto, quam apud Caudinas quondam furculas, pudorem Romanæ frontis oneraret, Scipio Africanus consensu omnium tribuum secundò Consul creatus, atque ad oppugnandum Numantiam cum exercitu missus est. Numantia autem citeroris Hispaniae haud procul à Vacceis, & Cantabris in capite Galliae sita, ultima Celtoiberorum fuit. Hac per annos quatuordecim cum solis quatuor millibus suorum, quadraginta millia Romanorum, non solum sustinuit, sed etiam vicit, pudendisque fæderibus afficit. Post tantam igitur ignominiam, qua à Numantinis Romani exercitus bis fuerant subjugati, P. Scipio Africanus ad expugnandum, ut diximus, Numantiam missus est. In Hispaniam ingressus, non se illico ingessit hostibus, ut quasi incautos circumveniret, sciens nuncquam id genus hominum adeò in otio torpere, atque animo resolutum, ut non ipsa qualitate habitudinis sue apparatus aliorum præcelleret. Sed aliquandiu militem suum vitiosum, & ignoratum exercendo magis, quam puniendo, sine aliqua acerbitate, in castris, velut in scholis exercuit. Deinde omnia, que voluptatis causā haberentur in castris, severo submoveri jussit editio. Denique scortorum duo millia cum lxxix è procinētu loci ejus ejeta sunt. Tantunque subito sub districto duce profecti exercitus, ut Numantiam diu perniciössimam Romani brevè solo exæquarent. Igitur cum partem astatis, totamque hyemem, ne adeptā quidem pugnā transgisset, sic quoque parum proponendum hæc profecti industria. Namque ubi copia pugnandi facta est, exercitus Romanus oppresus impetu Numantinorum, terga convertit. Sed increpatione, & minis objectantis se Consulis, manuque retinentis, tandem indignatus in hostem rediit, & quem fugiebat, fugere compulit. (54) Difficilis tunc in relatu fides, Numantinos fugere, & fugientes videre Romani. Unde quamvis Scipio, quia præter spem acciderat, lætatus, & gloriatus esset, tamen ultra bellum adversus eos audendum non esse professus est. Itaque urbem obsidione conclusit, (55) fossā etiam circumdedit, cuius latitudo pedibus decem, altitudo viginti pedum fuit. Ipsum deinde vallum sudibus præstratum, crebris turribus communivit. Numantia autem in tumulo sita, haud procul è flumine Durio, tria millia passuum ambitu muri ample-

Tom. I.

- (54) Post compulit. In cit. MSS. A. & H. Unde quamvis &c. omis. cęt., quæ diverso charactere notavimus.
 (55) Post conclusi iudem legunt vallo circumdedit. Cianque diu conclusi fame laborarent, pugnaque facultatem expositerent, ut mori eis quæ viris liceret. Novissime larga prius potionē calefactio, qua madefactis frugibus confici solet, subito super Romanos irrupere. Atrox diu &c.
 (56) A. cedunt.
 (57) Post noluerunt uterque Codex, clausaque urbe, cuncti pariter &c.
 (58) Romani ex his nihil aliud, quam securitatem adepti sunt, seque magis evassisse Numantinos, quam viciisse dixerunt. Unum Numantinum vitoriis catena non tenuit, quicquid

xabatur, quamvis aliqui afferant, eam, & parvō sitū, & sine muro fuisse. Unde credibile est, quia hoc spatiū curā alendorum, custodiendorumque peccorum, vel etiam exercendi ruris commodo, cū Romano bello premerentur, incluserint, ipsi arcem parvam naturā munitam obtinentes: alioquin paucitatem hominum, tam amplum muri spatiū non munire magis, quam prodere potius videbatur. Igitur concolusione diu Numantini, & fame trucidati, deditiōnem sui obtulerunt, si tolerabilia jubarentur. Sepè enim orantes justæ pugnæ facultatem, ut tanquam viris mori liceret, ultimè omnes subito duabus portis erumpunt, larga prius potionē usi, non vini, cujus ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum à calefaciendo Cæliam vocant. Suscitatur enim ignea vis illa germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur, & post in farinam redicta molli succo admiscetur, quo fermento sapor austritatis, & calor ebrietatis adjicitur. Hac igitur potionē post longam famem recalescentes, bello sese obtulerunt. Atrox diu certamen, & usque ad periculum Romanorum fuit. Iterūmq; Romam, pugnare se adversū Numantinos fugiendo probavissent, nisi sub Scipione pugnassent. Numantini, interfectis suorum fortissimis, bello recedunt, (56) compositis tamen ordinibus, nec sicut fugientes in urbem revertuntur. Corpora interfectorum ad sepulturam oblata accipere noluerunt. (57) Novissima spe desperationis in mortem omnes destinati, clausam urbem ipsi introrsum succenderunt, cunctique pariter ferro, veneno, atque igne consumpti sunt. Romani (58) nihil ex his penitus habuere vici, præter securitatem suam. Neque eversa Numantiā, viciisse se magis Numantinos, quam evassisse dixerunt. Unum Numantinum vitoriis catena non tenuit, unde triumphi viderit Roma, quicquid supellectilis fuit, ignis absumpsi. Igitur ea tempestate, cum hæc atq; Numantiam gesta sunt, atq; Romam Gracchorum seditiones agitantur. Tunc Scipio Tyresium quandam Celticum principem consuluit, qua de causa Numantia prius invicta durasset, & post eversa fuisse. Tyresius respondit: Concordia victoram, discordia excidium præbuit. Quod Romani tanquam sibi, ac de se dictum exempli loco accepérunt. Quippe quibus de seditionibus discordantis totius Urbis nunciabatur. Hac tempestate apud Judæos, occiso Juda Machabæo, frater ejus Jonathas pontifex habetur. Tunc etiam claruit apud Brundusium Pacuvius Tragoëdiarum scriptor. Igitur Scipio multas Hispaniæ civitates, partim cepit, partim in deditiōnem accepit. Numantiam à solo evertit, reliquam provinciam in fidem accepit. Eodem tempore Attalus rex Syriae, (59) frater Eumenis, mortuus est, hæredemque populum Romanum reliquit. Ita Romano Imperio per testamentum Asia accessit. (60) Igitur Carthagine, Numantiaque delecta, oritur apud Romanos utilis de provisione collatio, & oritur infamis de ambitione contentio. Gracchus Trib. pl. irritus nobilitati, cur inter auctores Numantini fæderis

D 2

&c. Confer hæc lector cum Eutropio, & vi lebis quid Paulus Diaconus Eutropio, & quid auctor Miscellæ Paulo Diacono addiderit. Canul.

(59) Ambrosianus &c.

(60) Ambros. & Hersfel. hinc legunt. Mox etiam Decius Junius Brutus de Callici, & Lusitanis magnâ gloriâ triumphavit, & post Scipio Africanus de Numantina secundum triumphum egit XIV. anno postquam de Africa egerat. Interea in Sicilia bellum servile exortum, ac per Fulvium, & Rutiliū amplius quam XX.m. tunc servorum trucidata sunt. M. turnis CCCCL. servi in cruce suspensi sunt. Apud S. nessum verò IV.m. servorum à Q. Metello, & G. reo Servilio oppressa narrantur. Motum interim &c.

deris notatus esset, agrum à privatis eatenus posse sum, populo dividi statuit. Octavio Trib. pl. obssidente ademit imperium, & successorem Minutum dedit. His causis Senatum ira, populum superbia invasit. Gracchus gratiam populi pretio appetens, invidam legem tulit, ut pecunia, qua fuisse Attali, populo distribueretur. Obssidente Nasica etiam Pompejus sponspit se Gracchum, cum primiū magistratu abisset, accusaturum. Gracchus, cum niteretur, ut ipse Trib. pl. subsequenti anno permaneret, pullarium domi consuluit, & ab eo ire in campum prohibitus est. Sed cum pertinaciter pergeret, sic illi, it mox extra januam pedem, ut ejus excideretur articulus. Deinde prodeunti ei tres corvi cum vocibus adversis involvaverunt, & compugnantes regulam ante pedes ejus dejecerunt. Cumque in Capitolio consuleret, similia auspicia audivit. Et cion comitorum die seditiones populi accenderet, auctore Nasica inflammata nobilitas, fragmentis subselliorum plebem fugavit. Gracchus per gradus, qui sunt super Calphurnium fornicem, detraicto amiculo fugiens, ictus fragmento subsellii corruit: rursus que assurgens, alio ictu clavi cerebro impacti exanimatus est. Ducenti preterea in ea seditione interfeci, eorumque corpora in Tyberim projecta sunt. Ipsius quoque Gracchi inhumatum cadaver extabuit. Interea orta in Sicilia belli servilis contagio, multas latè infecit provincias. Nam & Minturnis quadringenti quinquaginta servi in crucem atti: & Sinuessa ad septem millia servorum à Q. Metello, & Cn. Servilio Cepione oppressi sunt. In Metallis quoque Atheniensium idem tumultus servilis ab Heraclito Praetore discussus est. Apud Delon etiam servi novo motu intumescentes, oppidanis prævenientibus, pressi sunt: absque illo primo Siciliensis mali somite, a quo istae velut scintillæ micantes, diversa hec incendia seminaverunt. In Sicilia enim post Fulvium Consulem Piso consul Mamerium oppidum expugnavit, ubi octo millia fugitivorum interfecit, quos autem capere potuit, patibulo affixit. Cui cum Rutilius Cos. successisset, idem quoque Taurominium, & Ennam, firmissima fugitivorum refugia, bello recepit: amplius quam viginti millia tunc servorum trucidata referuntur. Misera profecto talis belli, & inextricabilis causa pereundi utique dominis erat, nisi insolentibus servis ferro obviam iretur. Sed tamen in ipsis quoque infelici simis dannis pugna, & infelicitibus lucris victoris, quanti periere vici, tantum perdere videntur. Anno ab Urbe condita DCXXII. Motum interim in Asia bellum est ab Aristonicu Eumenis filio, qui ex concubina susceptus fuerat. Ipse Eumentes (61) frater Attali fuerat. Missus est (62) aduersus eum cum instructissimo exercitu P. Licinius Crassus Cos., & Pontifix Max., habens insuper infinita regum auxilia. Nam & Bithynia rex Nicomedes Romanos juvit, & Mithridates (63) rex Ponti, & Armenia, cum quo bellum postea gravissimum fuit, & Ariates Cappadox, & Pylemenes (64) Paphagon. (65) eorumque maximis copiis adjutus, confirmo tamen bello vicitus est Crassus, & cum exercitu post plurimam eadem in fugam aëto, ipse ab hostibus captus est: qui magis mori eligens,

(61) Ambros. legit Eumenis,

(62) Idem Missus est post L. Crassus babens infinita &c.

(63) A. Mridatus Ponticus, cum quo &c.

(64) Ambros., Hersfeld., & Eutropius habent Polemenses.

(65) A. brevius vicitus tamen Crassus, & ab &c.

(66) A. post inject, moxque ab eo confusus est.

(67) Reliqua diverso charactere notata non leguntur in Ambros., & Hersf.

(68) A. acceleravit, & acie vicitum Aristonicum apud Stratonianum civitatem, quo fuderat, fame ad deditiōnem compulit. Aristonicus &c.

(69) Ambros., & Hersf. hinc legunt. His diebus tanta per-

MISCELLÆ

A quām à barbaro abduci, virgam, qua equum agitabat, in oculum se tenentis injectit. (66) Barbarus autem, cum ira, & dolore exarsisset, latus Crassus gladio transverberavit. Ita ille excogitato genere mortis, effugit cum dedecore servitutem. Caput ejus ab Aristonicu sublatum, corpus Smyrnæ sepultum est. (67) Iste tamē citò Græce in castrenibus expeditionibus studuit, ut sociis Aristonicis Græcè omni parte illius linguis sine interprete responderet. Postea Perpenna Cos. Romanus, qui Crasso successor veniebat, auditā belli fortunā ad Asiam (68) properavit. Aristonicum recenti victoria feriatum, improviso bello adortus, nudatumque omnibus copiis in fugam convertit. Cumque Stratonicem urbem, ad quam ille confugerat, obsidione cinxisset, trucidatum fame ad deditiōnem coegit. Aristonicus jussu Senatus in carcere strangulatus est. Triumphari enim de eo non poterat, quia Perpenna Cos. apud Pergamum Romam rediens diem objerat. (69) Eodem anno Ptolemai Alexandrinorum regis misera vita miseriorem vitæ exitum dedit. Is enim sororem suam stupro cognitam, ac deinde in matrimonium assumptam, novissimè turpius quam duxit, abjecit. Privignam verò suam, hoc est, filiam sororis, & conjugis, conjugem ascivit: filium suum, quem ex sorore suscepserat, ne non & filium fratris occidit. Quam ob rem tantis incestis, parricidiis que execrabilis, ab Alexandrinis regno pulsus est. Isdem temporibus Antiochus non contentus Babylonia, atque Egbathana, totiusque Mœdie imperio, adversus Phrahatem Parthorum Regem congressus, & vicit est: qui cum in exercitu suo centum milia armatorum habere videretur, ducenta milia amplius calonum atque lixarum immixta scortis, & bistrionibus trahebat. Itaque facile cum universo exercitu suo Parthorum viribus oppressus interriit. C. Sempronio Tuditano, & M. Acilio Cos. P. Scipionem Africanum pridie pro concione de periculo salutis suæ contestatum, quod sibi pro patria laboranti ab improbis, & ingratis denunciari cognovisset, alio die manè examinem in cubiculo suo repertum, non temere inter maxima Romanorum mala recensuerim, praesertim cum tantum in ea urbe Africani vigor, & modestia valeret, ut facile vivo eo, neque sociale, neque civile bellum posse existere crederetur. Hunc quidam uxoris suæ Sempronie, Gracchorum autem sororis, dolo necatum ferunt, ne scelerata, ut credo, familia, ad perniciem patriæ sue nata, inter impias seditiones virorum, non etiam facinoribus mulierum effet immannior. Causa autem interitus ejus haec fuit: C. Carbo Trib. pl. cupiens necem vindicare Gracchorum, & excitare seditionem sopiañam, P. Scipionem Africanum erutā Numantia revertentem in concione interrogavit, quid de Gracchi morte sentiret? Cui Africanus, jure casum videri dixit. M. Æmilio, L. Oreste Cos. Ætna vasto tremore concussa exundavit igneis globis. Rursusque alia die Lipare insula, & vicinum circa eam mare intantum effebuit, ut adiutas quoque rupes dissoluerit, tabulata navionis liquefactis ceris extorquerit, exanimatos pesces, supernatantesque excoxit. Homines quoque nisi qui longius potuere diffugere, reciprocato anhelitu

totam Africam locistarum multitudo convaluit, ut simul fruges, herbas, arborum folia, corticesque corvolerent, quæ repente vento sublatæ, in Africam sunt pelago demersæ. Sed cum earum acervos fluctus per extensa littora pertulissent, pestiferum odorem putrefacta congeries exbalavit. Unde omnium animantium, animalium, peccatumque, ac bestiarum pestis existentis vitium corruptiōnis ampliavit, quæ pestilentia in Numidia DCCCm. bonum, circa Cartaginem verò plusquam CCm. perirent. Romanorum vero militum, qui ibi ad praesidium erant XXXm. extincta sunt. Lucio Metillo Cecilio, & T. Q. Flaviniu Cos. (H. L. Cecilio Metillo.

lent calidi aeris, adustis introrsum vitalibus, suffocabat. M. Plautio Hypso, M. Fulvio Flacco Coss. vix dum Africa à bellorum excidiis quiescente, horribilius, & inusitata perditio consecuta est. Nam cùm per totam Africam immanens locustarum multitudines convaluerint, & non modò jam cunctam spem frugum abrasissent, berbasque omnes cum parte radicum, folia arborum cum teneritudine ramorum consumissent, verùm etiam amaras cortices, atque arida ligna praeoderent, repente arrepta vento, atque in globos coacta, portataque diu per aerem, Africano pelago immersa sunt. Horum cùm immensos acervos, longè undas urgentibus, fluctus per extenta latè littora propulsissent, tetrum nimis, atque ultra opinionem pestiferum odorem tabida, & putrefacta congeries exhalavit. Unde omnium pariter animantium tanta pestilenta consecuta est, ut avium, pecudum, ac bestiarum corruptione aeris dissolutarum, putrefacta passim cadavera, vitium corruptionis augerent. At verò quanta fuerit hominum lues, ego ipse dum refero, toto corpore perhorresco. Siquidem in Numidia, in qua tuus Micipsa rex erat, octingenta millia hominum: circa oram verò maritimam, quæ maximè Carthaginensi, atque Uticensi littori adjacet, plusquam ducenta millia periisse traditum est. Apud ipsam verò Uticam civitatem triginta millia Romanorum militum, quæ ad praesidium totius Africe ordinata fuissent, extincta, atque abrasa sunt. Quæ clades tam repentina, ac tam violenta instituit, ut tunc apud ipsam Uticam sub una die per unam portam ex illis junioribus plusquam mille quingen-
tis mortuos elatos fuisse narretur. Veruntamen pace, & gratia omnipotentis Dei dixerim, de cuius misericordia, & in cuius fiducia hæc loquor, quamvis & temporibus nostris exoriantur aliquando, & hoc diversis terre partibus locuste, & plenius etiam, sed tolerabiliter lèdent, nunquam tamen temporibus Christianis tanta vis inextricabilis mali accidit, ut perniciès locustarum, quæ nullo modo ferri viva potuissent, mortua plus noceret: & qua diu vivente peritura erant omnia, ea perdita, pereuntibus magis omnibus, optandum fuit ne periret. Anno ab Urbe condita DCXXVII. L. Emilio Cæcilio Metello, & T. Quintio Flaminio Coss. Carthago in Africa (70) restitui-
juxta, vigesimo secundo demum anno, quā fuerat eversa, deductis ciuium Romanorum familiis, que eam incolebant, restituta, & repleta est, magno ante prodigo precedente. Nam cùm mensores ad limitandum Carthaginem agrum missi, stipites terminorum indices fixos nocte à lupis revulsi mor-
dicis, corosque reperissent, aliquandiu hæsitatum est, utrum Romane paci expediret, Carthaginem reformari. Eodem anno Caius Gracchus, Gracchi

A illius, qui jam occisus in seditione fuerat, frater, Tribunus pl. per tumultum creatus, magna Reip. perniciès fuit. Nam cùm sèpè populum Romanum largitionibus, promissisque nimis in acerbissimas seditiones excitavisset, maximè Legis agrariae causâ, pro qua etiam frater ejus Gracchus fuerat occisus, tandem à Tribunatu Minutio successore, decepsit. Minutius Tribunus plebis, quem maxima ex parte decessoris sui Gracchi statuta convulsius, legesque abrogasset, Gracchus cum Fulvio Flacco ingenti stipatus agmine, Capitolium, ubi concio agitabatur, ascendit. Ibi maximo tumultu excitato, quidam præco à Gracchianis interfec-
tus, velut signum bellè fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus, comitante etiam Graccho togato, brevemque gladium sub sinistra occultante, quamvis & præconem frustra præmisisset, qui servos ad libertatem vocaret, Dianaum, tamquam arcem, occupavit. E contra Decius Brutus, vir consularis, cum C. Publio, cum ingenti certamine irruit, ibique Flaccus diu obstinatissime dimicavit. Gracchus verò postquam in templum Minervæ secesserat, gladio incumbere volens, interventu Letorii retentus est. Itaque cùm diu anceps bellum agitaretur, tandem sagittarii ab Opimio missi, confertam multitudinem disturbaverunt. Duo Flacci pater, filiusque, cùm ex æde Luna in privatam quandam domum desiliuerint, foresque objecissent, resciuso craticeo pariete confossi sunt. Gracchus, diu pro se amicis pugnantibus, ac pereuntibus, agrè ad pontem Sublitium pervenit, ibique ne vienus caperetur, cervicem servo suo præbuit. Caput Gracchi excisum Consulē allatum est, corpus ad Corneliam matrem, Misenum oppidum, develetum est. Hæc autem Cornelia Africana majoris filia, Misenum, ut dixi, prioris filie morte secesserat. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factione Gracchi ducenti quinquaginta in Aventino monte, cæsi fuisse referuntur. Opimus Coss., sicut in bello fortis fuit, ita in questione crudelis. Nam amplius, quam tria millia hominum suppliciis necavit. Ex quibus plurimi, nec dicta quidem causa, innocentes interficiuntur, iisdem temporibus Metellus Baleares insulas bello pervagatus edomuit, & piraticam infestationem, quæ ab eisdem tunc exoriebatur, plurima incolarum cæde compressit. Cn. quoque Domitius Procos. Allobrogas Gallus juxta oppidum Vindalium gravissimo bello vicit, maximè cum elephantonum novâ formâ equi hostium, hostesque conterrâ diffugissent. Viginti millia ibi Allobrogum cæsa re-
firuntur, tria millia capta sunt. Eodem tempore Etna mons ultra solitum exarsit, & torrentibus ignis superfusis, latèque circumfluentibus, Catinam urbem, finesque ejus oppressit, ita ut tecta ædium calidis cineribus præsta, & prægravata corruerent:
cujus

(60) A., &c Hersfeld. paucis admodum inter se discordantes habent.
Carthago juxta Sinatus reparata est, que manet (Hersf. nunc manet) annis duobus, & XX. evolutis, postquam à Scipione fuit eversa. Deducti sunt tres Romani. Anno DCX XVII. ab U. C. Caius Cassius Longinus, & Sex. Domitius Calvinus Coss. (H. Calvi) Gallis transalpinis bellum intulerunt, & Arbenorum (H. Arbenorum) tunc nobilissime cœritati, atque eorum duci Vituito, infinitamque multitudinem juxta Rodanum fluvium interseruerunt. Enim cùm Vitutus paucitatem Romanorum vix ad escam canibus, quo in agmine babebat, sufficere posse jaclaret, & ipse CLXXXIm. armatorum baberet, consertâ pugna à Romanis superatus est, ex cuius exercitu partim in bello, partim submersi (H. submersa) cum ponte, quem sibi junxit navibus supra Rodanum extruxerant, CLm. perierunt. Prædicti ex torquis Gallorum ingens Romanam perlata est. Vitutus se Domitio dedidit, (H. dedit) atque ab eo Romanum dedulcis est, magnaque gloria Coss. ambo triumphaverunt. M. Portio Catone, & Q. Marca Rego (H. Martio) Coss. DCXXXIII. anno ab U. C. Narbona in Galia colonia dedulca est, annoque post à

Licinio Metello, & Q. Matio Scævola Coss. de Dalmatia triumphantum est. Anno ab U. C. DCXXXV. C. Cato &c. ubi H. iterum convenit cum Miscella per pauculas tantum lineas; convenit vero omnino ad verbum cum Europio, usque ad finem libri IV., quem his verbis concludit: duetus est catinatus: post quæ verba hæc codex MS. H. subjungit, & mox iussu Consulis in carcere strangulatus est. His apud Hierosolymam diebus Joannes dux Iudeorum, & Pontifex extinxit, qui ab eo, quod Hieronimus bello vicerat, Hieronimus nomen accepit. Per id etiam tempus Cicero Aspinis nascitur, matre Elvia nonnina, patre equestris ordinis ex regione Vulscorum genere. Eodemque tempore quedam virgo Romana in Apuliam pergens, isti fulminis examinata est, omnibus sine scissura aliquo vestimentis adembris ac pudoris, pedumque vinculis dislocatis, monilibus etiam, anulisque discussis, illesea corpore, nuda jacuit, equus quoque ejus pari modo tremis, & vinculis peremptis jacuit dissolutis.
Hac de suo Hersfeldi codice Canifius, quæ conveniunt etiam cum Ambrofiano. Nos vero lectionem nostri continuamus, ne lectoribus ad Europium remissis incommodi simus.

cujus levande cladis causâ senatus decem annorum vettigalia Catinensibus remisit. Anno ab Urbe condita DCXXVIII. Fabius Cos. Bituito regi Arvernorum Gallic civitatis bellum maximo instructu comparanti, adeò cum parvo exercitu occurrit, ut Bituitus paucitatem Romanorum via ad escam canibus, quos in agmine habebat, sufficere posse jactaret. Qui cùm sibi ad transferendas copias unum pontem Rhodani fluminis parum esse intelligeret, aliun compactis lintribus, catenisque conexum, superstratis, confixisque tabulis instruxit. Conseruat pugnā, & diu graviter agitatā vitti Galli, converisque in fugam, dum sibi quisque timet, coacervatis inconsultè agminibus, præpropero transitu pontis vincula ruperunt, ac mox cum ipsis lintribus mersi sunt. Centum quinquaginta octo millia armatorum in exercitu Bituiti fuisse traduntur, ex quibus centum quinquaginta millia, vel casa, vel mersa sunt. Q. Marcius Cos. Gallorum gentem sub radice Alpium sitam, bello aggressus est. Qui quum se Romanis copiis circumseptos viderent, belloque impares fore intelligerent, occisis conjugibus, ac liberis, in flamas sese projecterunt. Qui vero, præoccupantibus Romanis, peragendæ tunc mortis sue copiam non habuerant, captique fuerant, alii ferro, alii suspedio, alii abnegato sibi cibo sese consumpsierunt, nullusque omnino, vel parvulus superfuit, qui conditionem servitutis vita amore toleraret, & Narbone colonia dedueta est Romana, & de his triumphatum est. Anno ab Urbe condita DCXXXV. C. Cato Cos. Scordiscis (71) bellum intulit, ignominiosèque pugnavit, C. Cæcilio Metello, & Cn. Carbone Cos. duo Metelli fratres eodem die unum ex Thracia, alterum ex Sardinia triumphum egerunt. (72)

Publio Scipione Nasica. & L. Calphurnio Bestia Cos. Jugurthæ Numidarum regi bellum (73) consensu populi Ro. Senatus indixit. Igitur Jugurtha Micipse Numidarum regis adoptivus hæres inter naturales ejus filios factus, primū cohæredes suos Hiempalem occidit, Adrbalem bello viatum ab Africa expulit: deinde Calphurnium Bestiam Cos. aduersum se missum pecuniâ corruptit, atque ad turpis conditiones pacis adduxit, qua à Senatu improbata est. Præterea cùn ipse Romanum venisset, omnibus pecuniâ corruptis, aut attentatis, ad seditiones, dissensionesque male perniscuit. Quam cùm egredetur, infami satis notavit elogio dicens, O URBEM VENALEM, & mature perituran si emptorem inveniret. In sequenti anno Sp. Postumium Albinum Postumii alterius Cos. fratrem, quem is quadriginta million armatorum exercitui præfercerat, apud Calamam urbem thesauris regis ibi conditis inhiantem bello opprescit. Cui victo ignominiosum fœdus exegit, & universam penè Africam à Romanis deficientem regno suo junxit. Postea missus Q. Cæcilius Metellus Cos. Is exercitum ingenti severitate, & moderatione correctum, cùm nihil in quenquam cruentum faceret, ad disciplinam Romanam reduxit. Jugurtham duobus (74) præliis vicit, elephantes ejus occidit, vel cepit, multas civitates (75) ejus evertit. Et cùm jam vidit se præsente vaftari Numidiam suam, & non posse defendi, ab eo ad deditiōnem coactus, tre-

A centos obsides dedit: insuper frumentum, atque alios commeatus persoluturum se spopondit: tria millia amplius perfugiarum reddidit. Exin cùm incertus in pace improbos non prohiberet excursus, C. Marii Cos., qui non minore penè, quam ipse predictus erat astutia, Romanisque viribus fractus est, maximè postquam Marius urbem Capsam ab Hercule Phœnicio, ut ferunt, conditam, regis thesauris confertissimam, dolo circumvenit, & cepit. Diffidens deinde propriis rebus, & viribus Jugurtha societatem cum Boccho Maurorum rege fecit, cuius equitatu in immensum auctus Marianum exercitum creberimis incursionibus fatigavit. Postrem apud Cirtam urbem antiquam Masinissæ regiam adversum Romanos expugnationem eius parantes, sexaginta millibus equitum instructus occurrit. Nunquam ulla Romano militi tumultuosa pugna, & terribilior fuit, adeò ut discursu, & fremitu circumstantium, & impetentium equitum suscitatus fulvis cœlum obtexerit, diem ademerit, noctemque obduxerit: tantus autem telorum nimbus ingruevit, ut nulla pars corporis ab ictu tuta esset. Quippe quibus, & visus ad proficiendum impedimento caliginis, & expeditio ad cavendum compressione multitudinis deerat. Nec laborabat eques Maurus, ac Numida, ut bene collocatum hostem opportuno teli impetu rimaretur, sed potius in incertum tela mittebant, certi quod vulnera incerta non essent: ita coæcti in unum Romani equites, in unum pedites densabantur. Intercapedinem tanti periculi nox interveniens prælium direxit. Eadem posterā die, & belli periculi facie erupere in hostem, quamvis stricto miles gladio ferrire non valebat, enim jaculo repellebatur, fugeare non poterat; undique enim velocior ad persequendum eques incluserat. Jam tertia dies, & nullum unde unque suffragium, dira undique mortis facies objiciebatur. Tandem Marius Cos. fortis desperatione spei viam fecit, universo simul agmine proruit è vallo, campoque se simul, & prælio dedit. Et cùm iterum circumfusi hostes, non solum agminis extrema laniarent, verum etiam media excussis telis procul caderent, turbatosque Romanos, insuper etiam æstus solis, intolerantia sitis, mortis circumstantia, usque ad extremum desperationis defatigaret, subito notum illud Romanorum adversus Afros tempestatum, imbruumque suffragium cœlo missum inferatae saluti fuit; siquidem repentina pluvia sitientibus Romanis, & astuantiibus refrigerium, potumque prebuit. Porro autem Numidis hastilia telorum, que manu intorquere sine amentis solent, lubrica, ac per hoc inutilia reddidit. Scuta etiam, qua elephanti corio extento, atque durato habilia, & tuta gestabant, cuius ea natura est, ut acceptum imbre tanquam spongia ebibat, ac per hoc intractabile repantino pondere fiat, quia circumferri non poterant, defendere nequierunt. Ita ex insperato conturbatis, destitutisque Mauris, ac Numidis, Bocchus, & Jugurtha fugerunt. Post hoc nonaginta millia armatorum novissimo bello ab iisdem regibus sunt objecta. Hæc quoque usque ad internectionem vincentibus Romanis cesa referuntur. Ex hoc Bocchus spem belli abiiciens, pacem petivit, atque in pretium pacis Jugurtham dolo

(71) A. Cordicis.

(72) A. post egerunt, nunciatumque Roma est Cimbros è Galia in Italiam transisse. Post Scipione Naiaca &c.

(73) Idem post bellum illatum est, quod Adrbalem, & Hiempalam Micipse filios fratres suos reges, & Pop. Ron. amicos intermissit. Missus adversus eum Cos. Calpurnius Bestia, corruptus regis pecuniâ, pacem cum eo flagiti sifinam fecit, & à Senatu improbata est. Postea contra eundem in sequenti anno Sp. Postumius Albinus profectus est. Is quoque per fratrem ignominiosè contri Numidas pugnavit. Tertio missus est Q. Cecilius Metellus Cos. Is &c.

(74) A. variis.

(75) Noster legit, multas civitates ipsius cepit, & c. i. m. jam finem bello positus est, successum est ei à Cajo Mario. Is Jugurbam, & Boccum Mauritanie regem, qui auxilium Jugurba ferre cooperat, pariter superavit, XCm. armatorum ad internectionem occidit, aliquanta & ipse oppida Numidæ cepit, belloque terminum posuit, capto Jugurba per Quastorem suum Cornelium Sillam, ingentem virum, tradente Bocco, Jugurbam, qui pro eo ante pugnaverat. A M. Junio Sillano collega Q. Metelli Camtri in Gallia viti sunt, & à Minutio Rufo &c.

dolo captum, catenisque obrutum per Cornelium Syllam que ore legatum Marii, misit ad Marium. Interea nunciatum est Romae Cimbros è Gallia in Italiam transire meditari, qui à M. Junio Syllano Cos. collega Q. Metelli, in Gallia vici sunt. Ipso eodemque rursus tempore etiam à Minutio Rufo in Macedonia Scordisci, & Triballi, & à Servilio Cepione in Hispania Lusitani vici sunt, & duo triumphi de Jugurtha, primus per Metellum, secundus per Marium, acti sunt. Ante currum tamen Marii in triumphum Jugurtha cum duobus filiis ductus est catenatus, & mox iussu Cos. in carcere strangularus est. His diebus apud Hierosolymam Joannes dux Iudaorum, & pontifex exitit, qui ab eo quod Hircanos bello vicerat, Hircani nomen accepit. Per id etiam tempus Cicero Arpinii nascitur ex matre Elvia, patre equestris ordinis ex regio Volscorum genere. (76) Eodemque tempore obscenam prodigium, ac tristevisionem est. L. Cluvius eques Romanus cum uxore, & filia de Roma in Apuliam rediens, tempestate corruptus, cum filiam consternatam videret, ut citius propioribus teibz succederet, reliktis vehiculis, arreptisque equis, filiam virginem equo insidentem in medium agmen acceptit. Puella continuo ictu fulminis exanimata est: sed omnibus sine scissura aliqua vestimentis ademptis, ac pectoris, pedumque vinculis dissolutis, monilibus etiam, annullisque discutitis, ipso quoque corpore illæso, nisi quod obscenum in modum nuda, & lingua pa-

A lulium exerta jacuit. Equus quoque ipse quo uebatur, straturis, frenis, & cingulis dissipatis, phaleris quoque scissis passim, ac dispersis, exanimus procul jacuit. Parvoque post temporis intercessu L. Veturius eques Romanus Aemiliam virginem vestalem fastivo stupro polluit. Duas preterea virgines vestales eadem Aemilia ad participationem incesti solicitatas contubernalibus sui corruptoris exposuit, ac tradidit. Indicio per servum factio supplicium de omnibus sumptum est. Isdem præterea Jugurthini belli temporibus L. Cassius Cos. in Gallia Tygurinos usque Oceanum persequutus est. Rursusque ab eisdem insidiis circumventus, occisus est. L. quoque Piso legatus Cassii Cos., vir consularis occisus est. C. Publius alter legatus, ne residua exercitus portio, que in castra confugerat, deleretur, obsides, & dimidiam partem omnium rerum Tygurinis firmissimo fædere dedit. Qui Romanum reversus, à Cælio Tribuno pl. die dicta, eo quod Tygurini obsides dederat, in exilium profugit. Cepio Procos. è capta urbe Gallorum, cui nomen est Tholofa, centum millia pondo auri, & argenti centum decem millia è templo Apollinis sustulit. Quod cum ad Massileam amicam populi Romani urbem cum praefidiis mississet, interfectis clavis, sicut quidam contestantur, quibus ea custodienda, & pervehenda commiserat, cuncta per scelus furatus fuisse narratur: unde etiam magna quaestio post Romæ acta est.

Explicit Liber Quartus.

INCIPIT LIBER QUINTUS.

Dum bellum (1) in Numidia contra Jugurtham geritur, anno ab Urbe condita DCXLII. M. Manlius Cos. & Q. Cepio Proconsul, adversum Cimbros, & Theutonas, & Tygurinos, & Ambronias, Gallorum, Germanorumque gentes, que tum imperium Romanorum extinguere conspiraverant, missi, provincias sibi Rhodano flumine medio divisserunt. Ubi dum inter se gravissimâ invidiâ, & contentione discordant, cum magna ignominia, & periculo Romani nominis vici sunt. Siquidem in ea pugna M. Manlius Cos. captus, atque interfactus est, duoque filii eius casi: octoginta millia Romanorum, sociorumque ea tempestate trucidata, quadraginta millia calonum, atque lizarum interfacta Antias scribit. Ita ex omni penitus exercitu decem tantum homines, qui miserum nuncium ad augendas miseras reportarent, superfluisse referuntur. Hostes binis casris, atque ingenti præda potiti, nova quadam, atque insolita execratione, curta que ceperant possundederunt. Vestes scissa, aurum, argentumque in flumen abjectum, lorice virorum concise, phaleræ equorum dispersæ, equi ipsi gurgitibus immersi, homines laqueis in collo inditis ex arboreis suspensi sunt: ita ut nihil præde videretur, nihil misericordie vicitus, cognosceretur. Maximus tunc Roma non solum luctus, verum etiam metus fuit, quantus vix Hannibalis tempore Punicis bellis,

C (2) ne confestim Cimbræ alpes transgredenterur, Italiamque deterent. Isdem temporibus Q. Fabius Maximus filium suum adolescentem rure relegatum cum duobus servis parricidii ministris interfecit, ipsosque continuo servos in pretium sceleris manumisit. Die dicta, Cn. Pompejo accusante damnatus est. Igitur Marius post victoriam Jugurthinam, secundò Cos. est factus, bellumque ei contra Cimbros, & Theutones decretum est. Tertiò quoque ei, & quartò delatus est Consulatus, quia bellum Cimbricum protrahebatur. Sed in quarto Consulatu collegam habuit Q. Lutacium Catulū, (3) & cum iuxta Ifar, Rhodanique flumina, ubi in se se confluunt, castra posuissent, Theutones, Cimbri, & Tygurini, & Ambronias, postquam continuo tri-duo circa Romanorum castra pugnarunt, si quo patto eos excuterent vallo, atque in æquor effundenter, tribus agminibus Italiam petere destinarunt. Marius post digressum hostium castra movit, & collam occupavit, qui campo, & fluvio, ubi hostes se diffuderant, imminebat. Cumque exercitus ejus aquæ ad potandum deessent, querelisque omnium coargueretur, aquam quidem in conspectu esse respondit, sed eam ferro vindicandam. Primis itaque calonibus cum clamore in pugnam ruentibus, subsecutus exercitus; mox justo certamine compositis ordinibus bellum gestum est; & vicere Romani. Quarato die rursus productæ utrinque acies in campum, usque ad meridiem penè simili pugnavere discrimine.

dis fuit, quantus vix &c.

(2) A. & Eutropio Metula, ne iterum Galli Romanam venient. Ergo Marius post victoriam &c.

(3) Post Catulum. Cum Cimbris itaque confixit, & duobus præliis CC.m. hostium cecidit LXXX.m. cepit, & ducem eorum Teutomodum perpulit. Propter quod meritum absens Consul est factus. Interea Cimtri, & Theutones, quorum copia adhuc infinita erat ad Italianam transferunt. Iterum à Gajo Mario, & Q. Catulo contra eos dimicatum est, sed à Catuli parte feliciter, nam prælio, quod simul ambo gesserunt, CXL.m. aut in pugna, aut in fuga cesa sunt, LX.m. capta. Romani &c.

(76) A. prosequitur. Eodemque tempore quedam virgo &c. ut notavit Canis. in Hersfeldensi supra pag. 29.n.70. iis. demque verbis explicit in codice nostro lib. IV.

(1) In H. libri V. initium ad verbum convenit cum Eutropio, usque ad Catuli exercitus XXI.

A. nosfer quibusdam in locis variam habet lectionem ab utroque, unde notamus. Post agitur. Romani Consules M. Manlius, & Q. Cepio à Cimbris, à Theutonis, & Tugarinis, & Ambronibus, qui erant Germanorum, & Gallorum gentes vici sunt iuxta flumen Rodani, & ingenti interneccione etiam castra sua, & magnam partem exercitus perdiderunt. Timor Roma gran-

ne. Post ubi, incalescente die, fluxa Gallorum corpora, in modum nivium tabuerunt, usque in noctem cædes potius, quam pugna protracta est. Ducenta millia armatorum Gallorum in eo bello interfecta sunt, octoginta millia capta, vix tria millia fugisse referuntur. Dux quoque eorum Theutobodus occisus est. Mulieres eorum constantiore animo, quam si vivissent, consuluere Cos., ut si inviolata castitate virginibus, sacrisque diis serviendum esset, vitam sibi reservarent. Itaque cum petita non impetravissent, parvulis suis ad saxa collis cunctæ sese ferro, ac suspensio peremerunt. Hæc de Tyzurinis, & Ambronibus gesta sunt. Theutones autem, & Cimbri integris copiis alpium nives emensi, Italiae plana pervaserunt: quorum adeò feritas erat, lati perire in bello, in morbo cum lamentis, amissò duce vivere illicitum eis videbatur. Igitur cum plana Italia pervassissent, & ibi cum rigidum genus diu blandioribus auris, poculis, cibis, ac lavacris emolliretur, Marius V. Cos., & Q. Catulus aduersus eos missi sunt. Die ad pugnam, & campo dato, Hannibalis secuti ingenium, in nebula disposituere pugnam, in sole pugnarunt. Prima siquidem perturbatio Gallorum fuit, quod Romanam aciem prius offendere dispositam, quam adesse senserint: cumque illico vulnerati equites retro in suos cogerentur, totamque multitudinem indispositè adhuc adventantem contingerent, & sol cu[n] vento ortus emicuisse, ex alvero, visus eorum pulvis opplevit, & splendor hebetavit. Ita factum est, ut tanta, ac tam terribilis multitudo, minimi Romanorum clade, sua autem ultima internecione cæderetur. CXL. millia eorum tunc in bello cæsa, XL. millia capta dicuntur: Romani milites ex utroque exercitu trecenti periere. Tria & triginta Cimbris signa sublata sunt, ex his exercitus Marii duo reportavit, Catuli exercitus XXXI. (4) Sed ab eorum mulieribus graviorem penè, quam ab ipsis pugnam, Romani experti sunt. Hæc etenim plaustris (5) in modum castrorum dispositis, ipsæ desuper pugnantes, diu obstatere Romanis. Sed cum ab eis novo cædis genere terrorerentur: abscissis enim cum crine vertiibus, (6) inhonesta satis vulnere turpes relinquebantur, ferrum, quod in hostes sumperant, in se, suosque vertere. Namque, quædam (7) concursu mutuo jugulatae, aliæ apprehensis invicem fauibus (8) strangulatae; aliæ funibus (9) per equorum crura conservatis, insisque continuo equis extimulatis, postquam furs iisdem funibus, quibus equorum crura nexuerant indidere cervices, protractæ, atque exanimatae sunt; aliæ laqueo de subreptis plaustrorum testimonibus pependere. (10) Inventa est etiam quædam, quæ duos filios, trajectis per colla eorum laqueis, ad suos pedes vinxerit, & cum scipsa suspendio moritura dimisisset, secum traxerit occidentos. Inter hæc multa, & miserabilia mortis genera, Reguli quoque duo strictis in se gladiis concurrisse referuntur. Lucius, & Bojorix reges in aie ceciderunt. Clondicus, & Cesorix capti sunt. Ita in his duobus præliis CCCXL. millia Gallorum cæsa, & CXL. millia capta sunt, absque innumerâ multitudine mulierum, quæ se, suosque parvulos foemineo furore, vi autem virili, necaverunt. His bellis hic fuit finis: (11) triumphus: triique decretus est. (12) Igitur post tam Marii triumphum, Romanamque victoriam incre-

A dibile facinus, & nunquam antea auditum, vel cognitum Romæ perpetratum est, quod versum in horrorem, gaudium in tota Urbe funestavit. P. Malleolus quidam, servis annientibus, matrem suam interfecit, damnatusque parricidii, insutusque in culcum, in mare projectus est. Impleveruntque Romani & facinus, & poenam: undè & Solon Atheniensis decernere non ausus fuerat, dum fieri posse non creditit: & Romani, qui se ortos à Romulo scirent, etiam hoc fieri posse intelligentes, supplicium singulare sanxerunt. Anno post Urbem conditam, DCXLV. post Cimbricum, & Theutonicum bellum, & quintum Marii Consulatum quo status Imperii Romani jure conservatus judicatur, sexto consulatu ejusdem C. Marii ita labefactatus est, ut penè, usque ad extremum intestina clade conciderit. Evolvere, ac percurrere discordiarum ambages, & inextricabiles seditionum causas incommode simul, ac longum videtur. Sanè breviter medixisse sufficiat; quia primus L. Apulejus Saturninus excitati tumultus auctor extiterit. Q. Metello Numidico, viro sanè primario acerrimus inimicus, qui eum Censorem creatum protractum domo, atque in Capitolium fugientem, armata multitudine obsecrit. Unde Romanorum equitum indignatione dejectus est, plurimâ ante Capitolium cæde factâ. A. Numium deinde competitorum suum Saturninus, & Glaucia, fraude C. Marii Cos. occidere. Subsequenti anno Marius VI. Cos., & Glaucia Prætor, & Saturninus Trib. pl. conspiraverunt Metellum Numidicum in exilium quacunque vi agere. Diedicti, suppositis eisdem judicibus per scelus innocens Metellus damnatus, in exilium cum totius urbis dolore discessit. Idem Saturninus Memmium virum acrem, & integrum, fieri Cos. timens, orta subito seditione fugientem per P. Metium satellitem informi stipite comminutum interfecit. Fremente pro tantis Reip. malis Senatu, populoque Ro. Marius Cos. accommodato ad tempus ingeno, consensui bonorum se se immiscuit, commotamque plebem leni oratione sedarit. Saturninus infamibus ausibus concionem domi sue habuit, ibique ab aliis rex, ab aliis Imperator est appellatus. Marius manipulatim plebe conscripta alium Cos. cum praesidiis in colle dispositi, ipse portas communivit, in foro prælium commissum. Saturninus à Marianis foro pulsus, in Capitolium confugit. Marius fistulas, quibus eò aqua deducebatur, incidit. Bellum deinde in atrio Capitoli horrendum sat's actum est. Multi circa Saufejum, & Saturninum cæsi. Saturninus palam clamitans Marium esse auctorem omnium molitionum suarum contestatus est. Cum autem ipse Saturninus, & Saufejus, & Labienus, cogente Mario in Curiam confugissent, per equites Romanos effractis foribus occisi sunt. C. Glaucia extractus de domo Claudi trucidatus est. Furius Tribunus pl. bona omnium publicanda decrevit. Cn. Dolobella Saturnini frater per forum olitorium fugiens cum L. Geganio interfactus est. Itaque auctoribus tantæ seditionis occisis, quies populo fuit. Tunc Cato, atque Pompejus rogationem de redditu Metelli Numidici totius Urbis gaudio promulgarunt, que ne perficeretur, Marii Cos., & Furii Tribuni pl. factionibus intercessum est. Rutilius vir integerrimus adeò fidei, atque innocentiae constantia usus, ut die sibi ab accusatoribus dicta, usque ad cognitionem, neque capillum, barbanæ demiserit, neque sordida veste,

D

E

(4) A. XXXVI. m.

(5) Hæc sunt etiam in MS. Hersfeldensi.

(6) A. & Eutrop. cervicibus.

(7) A. alie.

(8) A. & Eutrop. faciebus.

(9) A. funibus ad suum collum ligatis, equorumque cruribus protractæ interierunt.

(10) A. pependerunt. Quædam dum se suspenderet, duos filios, trajectis per colla eorum laqueis, ad suos pedes

vinxit. Ita &c.

(11) A. brevius. Is belli finis fuit.

(12) A. hinc legit. Sex. Julio Cæsare, & Lucio Marci Phippoco. DCLIX. anno ab Urb. condita &c.

Hæc absunt in H. usque ad verba, Amo ab U.C. 649.

Sex. Julio, à quo loco convenit H. cum Eutropio, nisi quod, ubi legit Eutropius, Quinto decimo anno.

H. legit, quintodecimo anno finem accepit.

teſte, humiliue habitu ſuffragatores conciliarit, ini-
micos permulſerit, iudices tentaverit, orationem
quoque à prætore confeſſam, nibilè ſubmiſſiore ani-
mo habuerit: quum evidenti oppugnaretur calum-
nia, & opinione bonorum omnium jure abſolvendus
putaretur, perjurio iudicū condemnatus eſt. Qui
Smyrnam commigrans, literarum ſtudiis contentus
conſenuit.

Anno ab Urbe condita DCXLIX. Sex. Julio Cæſare, & L. Martio Philippo Cof., cùm pro-
pè alia omnia bella ceſſarent, (13) iñteſtinis cau-
ſis ſociale bellum totam commovit Italianam. Qui
cùm annis numerosis jam populo Romano obe-
dirent, tum libertatem ſibi æquam afferere coe-
perunt, pernicioſum admodum hoc bellum fuit.
Rutilius Cof. in eo occiſus eſt, & Cepio nobili-
is iuuenis, ac Portius Cato aliis Cof. (14)
Interea Livius Trib. pl. Latinos omnes ſpe liber-
tatis illeclos, quum placitum explere non poſſet,
in armo excitavit. Eò accessit, ut maſtam (15)
urbem prodigia dira terrorent. Nam ſub ortu fo-
lii globus igneus à regione Septentrionis cum
maximo fragore cœli emicuit. Apud Aretinos,
cùm panes in convivio frangerentur, cruor è me-
diis panibus, quaſi è vulneribus corporum flu-
xit. Præterea per ſeptem continuos dies grando
lapidum, immixtis etiam teſtarum fragmentis
terrā latiflame verberavit. In Samnitibus va-
ſiſſimo terræ hiatu flamma prorupit, & uſque
in cœlum extendi viſa eſt. (16) Complures præ-
terea in itinere videre Romani globum coloris aurei
de celo ad terram devolvi, majoremque factum,
rufus à terra oriente ſole in ſublime ferri, ac ma-
gnitudine ſua iſum ſolem obtexiſſe. Drusus tan-
tis malis anxius domi ſuæ, incerto quidem auctore
interfectus eſt. Igitur Picentes, Vestini, Marsi,
Peligri, Marsucini, Samnites, Lucani, cùm ad-
huc occultam defectionem meditarentur, C. Ser-
viniuſ Prætorem legatum ad ſe miſſum apud Ascu-
lum occiderunt, ſtatimque clauſa civitate omnes
Romanos ciues in diſta cede jugularunt. Continuo
atrociflame perniſiem infandiflame præceſſere pro-
digia. Namque omnium generum animalia, que
manus hominum blandè perpeti, atque inter homi-
nes vivere ſolita erant, relictis ſtabulis, paſcuſ-
que, cum balatu, hinnitu, mugituque miſera-
bili ad ſylvas, montesque fugerunt. Canes quo-
que, quorum natura eſt extra homines eſſe non
poſſe, lachrymosis ululatibus vagi luporum ritu
oberrarunt. Nec mora, poſt haec tam gravia
prodigia, civilia bella ſequuta ſunt. Ea tempe-
ſate apud Judeos primus Aristobulus Rex, (17)
& Pontifex pariter diadematis ſumpſit iſigne.
(18) Igitur Cn. Pompejus Prætor cum Picentibus
uſſu Senatus bellum geſſit, & vietus eſt. Poſt quo-
ſibi Samnites Papium Mutilium ducem præſecerant.
Marsi autem Agamemnonem archipiratam præoptar-
erant, Julius Cæſar Samnitium pugna vietus cæſo fu-
git exercitu. Rutilius Cof. Marium propinquum ſuum
legatum ſibi elegit, quem affidiue ſubmonentem moram
bello uilem fore, paulisper in caſtris exerceri mili-
tem oportere tyronem, dolo id agere ratus contem-
piſit, ſequente in iñſidias Marſorum cum universo ag-
mine exercitus ſui incautus injecit, ubi ipſe Cof.
occiſus eſt, & multi nobiles interfici, & octo

Tom. I.

- (13) A. & Eutrop. ceſſarent, in Italia grauiffimum bellum
Picentes, Marsi, Peligni mouerunt. Qui cim. &c.
(14) A. poſt Consul. Duceſ autem adverſis Rom. ex Picenti-
bus, & Mansiſ fuerunt Titus Veſcius, Hierius, Af-
ianus, Titus Legemius, Alvus Duuentius. A' Romanis
contra eos bene pugnatum eſt. A' Cajo Mario, qui ſex
Cof. fuerat, & a Gneo Pompejo, maximē tamen à
Lucio Cornelio Silla, qui inter alia egregia, ita Duuen-
tium boſtium ducem cum magnis copiis fudit, ut ex
ſuis unum amitteret. Quadriennio cum graui tamen
calamitate hoc bellum tractum eſt: quintodecimo anno

A millia milium Romanorum cæſa ſunt. Arma,
& corpora interfectorum, in conſpectu Marii Le-
gati Telonus fluvius pertulit, atque in teſtimoniū
cladis euerxit. Marius, raptis continuo copiis,
viētores inſperatus oppreſſit, octo millia & ipſe
Marſorum interfecit. Cepio autem à Viſtinis, &
Marſis deductus in iñſidias, cùm exercitu truci-
datus eſt. L. vero Julius Cæſar, poſt quam apud
Eſerniam vietus aufrigerat, contractis undique
copiis, adverſum Samnitas, & Lucanos dimicans,
multa millia boſtium interfecit. Cumque ab exer-
citu Imperator eſſet appellatus, Romamque nuncios
de victoria miſſiſſet, Senatus Saga, hoc eſt, ve-
stem mœroris, quam exorto ſociali bello ſumpferat,
hac ſpe arridente defoſuit, atque antiquum togæ
decorem recuperavit. Marius deinde VI. millia
Marſorum occidit, ſeptem millia armis exuit.
Idem Marius Syram mulicrem in caſtris habebat
ſacrificolam, ex cuius authoritate aſſerebat ſe om-
nia aggredi. Interea L. Cornelius Sylla Prætor
cum viginti quatuor cohortibus Eſerniam miſſus,
ubi arctiſſima obſidione Romani ciues, militesque
premebantur, maximo bello, & plurima cede boſ-
tium, urbem, ſociosque ſervavit. Cn. Pompejus Pi-
centes gravi prælio fudit, quā viſtoriā Senatus la-
ticularia, & cetera dignitatis iſignia recepit, cùm
togas tantummodo viſtoriā Cæſaris primō respiran-
te ſumpſiſſet. Fortius Cato Prætor Hetruscos, Plo-
tiuſ legatus Umbros, plurimo ſanguine impenſo,
& diſſicillimo labore vicerunt. Sylla fræliatus
ſimulacrum Apollinis Delphis ablatum ſuppliciter
orabat in conſpectu militum, ut promiſſa preſta-
ret, & videbatur fretus inire bellum. Igitur Cn.
Pompejo, L. Portio Catone Cof. Pompejus diu
obſedit Asculum civitatem, nec tamen exſugra-
viſſet, niſi populum in campum prorumpentem gra-
uiflame oppreſſione viſiſſet. Decem & octo millia
Marſorum in ea pugna cum Franco duce ſuo cæſa
ſunt, capta tria millia. Quatuor autem millia
Italici viři ex ea cede profugi jugum montis, coatto
in unum agmine, forte conſcenderant: ubi exani-
mati, oppreſſique niribus miſerabili morte rigue-
runt. Namq; ut attoniti timore boſtium ſteterant,
alii ſtipitibus, vel ſaxiſ reclines, alii armis ſuis
innitentes, patentibus cuncti oculis, dentibusque
nudatis, viuentium in modum viſebantur. Niſi ul-
lum erat procul intuentibus mortis iudicium, niſi
diuturna immobilitas, quam nullo modo humana
vitæ vegetatio diu perpeti potest. Eodem die Pi-
centes congreſſi, & vietiſ ſunt, quorum dux Ju-
daciſius convocatis ducibus ſuis, poſt magnificas
eſulas, largaque pocula cunctos ad exemplum ſui
provocans, baſto veneno abſumptus eſt, cunctis
factum ejus laudantibus, ſed nemine ſubsequente.
Anno ab Urbe condita DCLXI. cùm ad obſiden-
dos Pompejios Romanus exercitus iſſet, & Poſtu-
mius Albinus vir consularis, tunc L. Sylla legatus
intolerabili ſuperbia omnium in ſe militum odia fu-
ſicit, lapidibus occiſus eſt. Sylla Cof. civilem
cruorem nonniſi boſtili ſanguine expiari poſſe teſta-
tus eſt. Cujus rei conſcientiā motus exercitus, ita
pugnam adorſus eſt, ut ſibi unusquisque pereundum
videret, niſi viſiſſet. Decem & octo millia Samni-
tum in illo prælio cæſa ſunt. Juventium quoque
Italicum ducem, & magnum iſpiſi populum perſe-
cutus

E

- finem accepit per Lucium Cornelium Sillam Cof. cim
antea in eodem bello ipſe multa strenue, ſed Prætor
geſſiſſet. Ipo in tempore dira prodigia viſa ſunt. Nam
ſub &c.
(15) H. Ipo in tempore dira prodigia viſa ſunt. Nam ſub
ortu Solis &c.
(16) A. & H. poſt viſa eſt, omiſſ. cæt. habent, Tunc etiam
omnium generum anim. &c.
(17) A. Rex pariter & Pont. diadem. &c.
(18) A. & H. poſt iſigne, continuant, Anno U.C. DCLXIL
primum Rome.

cutus occidit. Portius Cato Cos. copias Marianas habens, cum aliquanta strenue gerisset, gloriatus est non majora C. Marium fecisse: & ob hoc, cum ad lacum Fucinum contra Maros bellum gereret, à filio C. Marii in tumultu belli, quasi ab incerto auctore prostratus est. C. Gabinius legatus in expugnatione hostilium castrorum interfecitus est. Marucini, Vestinique Sulpitio legato Pompeji persequente vastati sunt. Popediis, & Obsidiis Italici imperatores ab eodem Sulpitio apud flumen Theanum horribili pælio oppressi, & occisi sunt. Pompejus Asculum ingressus præfectos, centuriones, cunctosque principes eorum virgis cecidit, securisque percussit: servos, prædamque omnem sub hasta vendidit: reliquos liberos quidem, sed nudos, & egentes abire precepit: & cum de hac præda opulationem aliquam in usum stipendiū publici Senatus fore speraret, nihil tamen Pompejus ex ea egeniti arario contulit. Namque eodem tempore, cum penitus exhaustum esset ærarium, & ad stipendium frumenti deesset expensa, loca publica, que in circuitu Capitolii Pontificibus, Auguribus, Decemviris, & Flaminibus in possessionem tradita erant, cogente inopia vendita sunt, & sufficiens pecuniae modus, qui ad tempus inopie subsidio esset, acceptus est. Et quidem tunc in sinum ipsius civitatis eversarum omnium urbium, nudatarumque terrarum abrasæ undique opes congregabantur, quum ipsa Roma turpi adigente inopia præcipuas suas partes auctiabantur. Quam ob rem consideret tunc tempora sua, quum quasi inexplebilis venter cuncta consumens, & semper esuriens, cunctis urbibus, quas miseras faciebat, ipsa miserior, nihil relinquens, nihil habebat, & stimulo domesticæ famis ad continuacionem bellicæ inquietudinis trudebatur. Iisdem temporibus Rex Sothimus cum magnis Thracum auxiliis Græciam ingressus, cunctos fines Macedoniae depopulatus est, tandemque à C. Sentio prætore superatus redire in regnum suum coactus est.

Anno ab Urbe condita DCLXII. nondum finito sociali bello, quod per quinque annos gestum est, Romæ primum civile bellum commotum est. (19) Eodem anno etiam Mithridaticum. Caudam bello civili C. Marius sexto Consulatu (20) dedit. Nam quum Sylla Cos. contra Mithridatem gesturus bellum, qui Asia, & Achajam occupaverat, mitteretur: isque cum exercitum in Campania paulisper teneret, ut belli socialis, de quo diximus, quod intra Italiam gestum fuerat, reliquæ tollerentur, Marius afferavit septimum consulatum, & ut ipse ad bellum Mithridaticum mitteretur. Quo Sylla (21) cognito impatiens revera, & pertinax, intemperataque ira percitus, cum quatuor legionibus, primum ante Urbem consedit, ibi Gratidium Marii legatum quasi primam victimam belli civilis occidit. Mox Urbem cum exercitu irrupit, fasces ad flammandam Urbem poposcit, omnibus metu additis per sacram viam citato agmine in forum venit. Marius cum pernovere nobilitatem, inflammare plebem, equestrem denique ordinem perarmare frustra attentasset, postremo servis spe libertatis,

(19) A. post commotum est, addit. Exortum est eodem &c.

(20) A. Sexies Cos.

(21) A. post mitteretur. Quare Silla commotus, cum exercitu ad Urbem venit, illuc contra Marium, & Sulpicium dimicavit. Primus in Urbe armatus ingressus est; Sulpicium interfecit, Marium fugavit, atque ordinatus Cos. in futurum annum Gnejo Octavio, & Cornelio Cinna ad Asiam præfctus est.

Hersfeldensis ab hoc loco non cum Miscella, sed cum Eutropio ad verbum convenit usque ad illa verba, contra Marium juniorum, ubi H. legit, contra Marium juniorum dimicavit, & XV.m. ejus occisis. CCCC. de suis perdidit, & cetera, usque ad finem Hersfeld. est copiolior Eutropio, sed contractior tamen, quam Miscella.

& præde ad arma solicitatis, nequaquam pugnare ausus, tamen in Capitolium concessit. Sed cum in eum Syllanae cohortes irruissent, magna suorum cœde diffugit. Ibi tunc Sulpitius Maris collega seruo suo prodente prostratus est. Servum vero ipsum, quod hostem indicaverat, manumitti, quod domenum vero prodiderat, saxo Tarpejo dejici Cos. decreverunt. Marius fugiens, quem per sequentium insania circumseptus esset, in Minturnensium paludibus sese abdidit. E quibus infeliciter luto oblitus, ignominiosèque extractus, turpi autem spectaculo Minturnas deduclus, retrususque in carcerem, percussorem ad se missum solo vultu exterruit. Deinde lapsus è vinculis in Africam transfigit, solicitatoque ex Utica filio, ubi in custodia observabatur, continuò Romam regressus, Cornelio Cinna Cos. societate scelerum conjunctus est. Igitur Sylla ad Asiam proscitus est. Mithridates, qui Ponti rex erat, atque Armeniam minorem, & totum Ponticum mare in circuitu cum (22) Bosphoro tenebat, primò Nicomedem amicum populi Romani Bithyniâ voluit expellere, Senatuique mandavit, & populo Romano, bellum se ei propter injurias, quas passus fuerat, illatum. A Senatu responsum Mithridati est: si id faceret, quod bellum à Romanis, & ipse pataretur. Quare iratus Cappadociam statim occupavit, & ex ea Ariobarzanem regem, & amicum populi Romani fugavit. Mox etiam Bithyniam invasit, & Paphlagoniam, pulsis ex ea regibus amicis populi Romani Pylemene, & Nicomedem. Inde in Ephesum contendit, & per omnem Asiam literas misit, ut ubicunque inventi essent cives Romani, uno die occiderentur. Quod & factum est. Nam octoginta milia civium Romanorum per omne regnum morantium sub una die interfecta sunt. Quis mæror plurimarum provinciarum, quis gemitus occidendorum pariter, atque occidentium fuerat, quum singuli quaque, aut prodere innocentes hospites, & amicos, aut ipsi periclitari pœna hospitum cogerentur? Interea etiam Methone (23) civitas Achajæ ab Aristone Atheniense Mithridati tradita est. Misserat enim jam ad Achajam Mithridates Archebaum ducem suum cum centum, & triginta milibus (24) equitum, ac peditum, per quem etiam Athenæ, & reliqua Græcia occupata est. Sylla, cui post consulatum, Mithridaticum bellum obvenerat, Archelauum apud Piræum (25) Atheniensium portum septemplici muro communium diu obsedit, ipsam Atheniensium urbem vi cepit. (26) Postea justo pælio cum Archelao confixit. Centum decem millia de exercitu Archelai interfecta, vix decem millia superfluisse referuntur. Ex Sylæ exercitu, res mira, tredecim tantum homines interficiuntur. Comperta clade Mithridates leuisima septuaginta millia militum Archelao intersidium misit ex Asia. Secundo pælio quinquaginta millia ex his interfecta sunt, ibique Diogenes Archelai filius trucidatus est. Tertio bello omnes copiæ, quas Archelaus habebat, extinctæ sunt. Nam viginti millia militum ejus in paludem pubera,

(22) A. in.

(23) A. Matone.

(24) A. CXX.m.

(25) A. Piræum, non longè ab Athenis oſſidit, & ipsas cepit. Postea &c.

(26) A. cepit. Postea commissio pælio contra Archelauum, ita eum vicit, ut ex CXX.m. vix X. Archelao supercessit. Ex Sylæ exercitu XIV. tantum homines interficiuntur. Hac pugna Mithridates cognita LXX.m. eleclissima ex Asia Archelao m̄ſit. Contra quem Silla iterum commisit. Primo pælio XV.m. levissimum interfecta sunt, & filius Archelai Diogenes; Secundo omnes Mithridatis copia extinctæ sunt, Archelaus ipse m̄dus in paludibus latuit. Hac re audita Mithridates jussit &c.

sa, quum Sylla fidem implorarent, infatiabili vi-
oris ira interficta sunt: totidemque alia in flu-
men coacta, ac necata: reliqui miserorum passim
trucidati sunt. Porro autem Mithridates in Asia
nobilissimarum urbium principes occidere, bonaque
eorum publicare animo intenderat. Cumque jam
mille sexcentos ita interficiisset, Ephesit exemplum
verentes, excluso praesidio ejus, portam objecerunt.
Similiter Smyrnæi, Sardii, Colophonii, Tralliani-
que fecerunt. Perturbatus Mithridates, jussit cum
Sylla de pace agi. Interim eo tempore Sylla
etiam Dardanos, Scordiscos, Dalmatas, & Mo-
eos, partim vicit, partim in fidem recepit. Sed
cum legati à rege Mithridate, qui pacem pete-
bant, venissent, non aliter se daturum Sylla esse
respondit, nisi rex, relicts his, quas occupa-
verat, civitatibus, ad regnum suum rediisset.
Postea tamen ad colloquium ambo venerunt:
pax inter eos ordinata est, ut Sylla ad bellum
civile festinans à tergo periculum non haberet.
(27) Igitur Marius, & Cinna, dum Sylla decer-
tans in Asia Mithridatem vicit, ad profligandam
universam Remp. exercitum sibi in quatuor partes
diviserunt. Tres siquidem legiones Mario datae:
parti copiarum Cn. Carbo præpositus est: partem
Sertoriū accepit, ille scilicet Sertoriū jam hic ci-
vilis belli incensor, & particeps, qui etiam, hoc
finito, aliud post in Hispania bellum excitavit,
quod per multos annos maximis Romanorum cla-
dibus traxit. Cetera vero exercitus portio Cinnam
sequuta est. Porro autem Cn. Pompejus, qui à Se-
natū cum exercitu accersitus erat, ut Reip. opiti-
laretur, & diu se novarion rerum aucupatione
suspenderat, contemptus à Mario, vel Cinna, ad
Cn. Octavium alterum Cos. se contulit, & mox
cum Sertorio conflixit. Infelicem pugnam inter-
veniens noctis direxit. Sexcenti ex utraque parte
milites trucidati sunt. Postera die cion permixta
corpora ad sepulturam discernerentur, miles Pompejani
fratris sui, quem ipse interficerat, corpus
dum spoliat, cognovit. Deditis en deos convicu
corpus rapuit, & sub Pompejanis castris rogo indi-
dit, illico pectus gladio transverbans, simulque
lacrymas, & sanguinem fundens, super frater-
num se se cadaver igni adjectit. Igitur Marius Co-
loniam Hostiensem vi ingressus omnia ibi genera-
libidinis, avaritiae, & crudelitatis exercuit. Pompejus
fulmine afflatus iteruit: exercitus vero ejus
pesilenia correptus, penè totus absumptus est.
Nam undecim millia virorum de castris Pompeji
mortua, sex millia autem de parte Octavii deside-
rata sunt. Marius Antium, & Aritiam civita-
tes hostiliter irrupit, cunctosque in his præter pro-
ditores interficiit, bona suis diripienda permisit.
Post Cinna Cos. cum legionibus, & Marius cum
fugitivis Urbem ingressi, nobilissimos quoque,
& plurimos è Senatu (28) viros consulares in-
terficerunt, multos proscripterunt, ipsius Syllæ
domo evera, filios, & uxorem ad fugam com-
pulerunt. (29) Igitur Marius cum imperfecto
Tom. I.

- (27) A. haberet. Nam dum Silla in Achaja, atque Asia Mi-
thridatem vicit, Marius, qui fugatus erat, & Cornelius
Cinna unus ex Cos. bellum in Italia reparaverunt,
& ingressi urbem Romam, nobilis. &c.
(28) A. & viros Cos.
(29) A. compulerunt. Universus reliquis Senatus ex Urbe
fugiens ad Sillam in Græciam venit, orans ut patrie
sulveniret. Ille &c.
(30) A. Tum VI.m. ejus occidit, sex cepit, XXIV. suis
amisit. Inde &c.
(31) A. accepissent. Silla contra Marium juniores dimicavit,
& XV.m. ejus occisis. CCC. de suis perdidit.
Silla deinde cum Campania Duce, & reliquis copiis
ad portam Collinam signa contulit, LXX.X.m. homini-
num occidit. Mox etiam Urlem ingressus, III.m. bo-
minum contra fidem datam inermes peremit; Cumque
magna crudelitate adversis fontes, insintesque sevi-

A rum civium capita illata conviviis, oblata Capito-
liis, collata rostris ad spectaculum, ornatumque
congereret, maximè caput M. Antonii eximii ora-
toris abscissum, cùm inde sanies manaret, in ipso
convivio manu pertractavit, insultans insuper, il-
ludensque conviciū, complexusque P. Annium,
qui caput illud cruentus attulerat. Ac idem cùm
septimo consulatum cum Cinna tertio Cos. perva-
sisset, in exordio Consularis imperii sua tandem
morte præceptus est. Quis non jure miretur septem
ejus consulatus, & duos triumphos? Quis non in
eum merito stupeat amplissimum testimonium Sci-
pionis? Namque Scipio interrogatus in cena: Si
quid de ipso Scipione fataliter adest fuisse, quem
magnum Imperatorem Resp. habitura esset, cùm
circumulisset oculos, vel hic, inquit. Ad Marium
enim tota animositate respxerat. Interea Cinna bo-
norū neces, malorum cœde supplevit. Nam quum
introducta primariū fugitivorum manus infatia-
bilis prædandi esset, nullamque partem auctoribus
præcōnibus ministraret, in forum quasi sti-
pendii causa solicitata, militibusq; circumdata iner-
mis extincta est. Cesa sunt in illa die in foro Urbis
acto millia fugitivorum, idemq; Cinna quartò Cos. ab
exercitu suo interfactus est. Igitur residui Senato-
rum, qui potentiam Cinnae, scvitiam Marii, insa-
niam Fimbriae, Sertoriū audaciam fugā evaserant,
transvesti in Græciam coegerunt precibus Syllam,
ut periclitanti, imo jam penè perdita patriæ opem
ferret. Ille in Italiam trajecit, bellum civile
gesturus adversus Norbanum, & Scipionem
Cos. Mox ut Campanum littus attigit, primo
prælio contra Norbanum dimicavit, non longè
a Capua. Tunc septem millia (30) Romanorum
Romani interfecerunt, sex eorundem ab hisdem ca-
pti sunt. Centum viginti quatuor suorum amisit.
Inde etiam ad Scipionem se convertit, & ante
prælium totum ejus exercitum sine sanguine in
deditonem accepit. Sed quum Romæ mutati
essent Cos., & Marius Marii filius, ac Papyrius
Carbo consulatum accepissent, (31) Syllæ du-
ces plura prælia adversus Marianas partes infelici-
ssima felicitate gesserunt. Nam & Q. Metellus
Carrinatis copias cecidit, & castra pervalet, &
Cn. Pompejus Carbonis equitatum graviter trucida-
vit. Damassippus Prætor, incentore Mario Cos. Q.
Scævolam, C. Carbonem, L. Domitium, P. An-
tistium in curiam quasi ad consulendum vocatos
crudelissime occidit. Corpora interfectorum per car-
nifices unco træcta, atque in Tyberim missa sunt.
Sylla deinde contra Marium juniores dimicavit.
In quo prælio de exercitu Marii casæ sunt viginti
quinque millia, sicut Claudio scribit: & ex par-
te Syllæ quadrungenti perierunt. Pompejus Carbo
nem etiam castris excuit, fugientemque insecurus,
nunc cœdendo, nunc ad deditonem cogendo, pluri-
mæ exercitus ejus parte privavit. Metellus Norba-
ni agmen oppressit, ubi novem millia Marianæ
partis occisa sunt. Lucullus cùm à Quintio ob-
sideretur, erupit, & repentinā pugnā obfessorē de-
E 2 levit.

rent. Q. Catulus palam Silla dixit: cum quibus tan-
dem victuri sumus, si in bello armatos, in pace mer-
mes occidimus? Silla debinc Marco Marium de capilli
castra extractum vincere jussit, ductumque trans Tyberim,
effossis oculis, membris ministratim exstisit, vel
fractis trucidare. Marium Marii filium Præcōste per-
secutus obfedit, & al mortem compulit. Rursus pu-
gnam gravissimam baluit contra Lamponium, & Ce-
crinatem duces partis Marianæ ad portam Collinam
LXX.m. bottium in eo prælio contra Sillam fuisse di-
cuntur, XII.m. se Silla dediderunt, ceteri infatibili
ira victoris consumpti sunt. Gaius quoque Carbo Cos.
alter ab Arimino in Siciliam fugit, & ibi per Gneum
Pompejum interfactus est. Quem adolescentem Silla,
atque annos unum, & viginti natum, cognitā ejus in-
dustriā, tantis exercitibus præfecit eum, ut &c.

levit exercitum. Nam plusquam decem millia ibi tunc cœsa referuntur. Fabius verò Arianus, cui imperium pro pretore erat, regnum Africa manu servorum affectans, à dominis eorum apud Uticam conjectis sarmenis cum omni familia virus incensus est. Sylla deinde cum Lamponio Samnitum duce, & Carrinatis reliquis copiis ante ipsam Urbem, portamque Collinam ad horam diei nonam signa contulit, gravissimoque prælio tandem vicit. Octoginta millia hominum ibi fusa dicuntur, duodecim millia sese dedidere, reliquam multitudinem in fugam versus insatiabilis victorum civium ira consumpsit. Sylla mox, ut Urbem vicit intravit, tria millia hominum, qui se per legatos dediderant, contra fas, & fidem datam inermes, securosque interfecit. Plurimi tunc quoque, ut non dicam innocentes, sed etiam ipsius Syllane partis occisi sunt, quos fuisse plusquam novem millia ferunt. Ita liberae per Urbem cœdes, percussoribus passim vagabibus, Q. Catulus palam Syllæ dixit: Cum quibus tandem vici fumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Tunc L. Sylla, auctore Furfido primipilari, prius infamam ellam tabulam proscriptioñis induxit. Prima sequidem proscriptio octoginta hominum fuit, in quibus quatuor Consulares erant, Carbo, Marius, Norbanus, & Scipio, & inter eos Sertorius uno maxime pertimescens. Item alia cum quingentis hominibus proposita est. Quam cum Lelius, quippe securus, nibilque sibi conscius, legeret, ubi suum repente nomen offendit, dum se trepidus ad operto capite foro subtrahit, imperfectus est. Sed ne infis quidem tabulis fides, ac finis malorum videbantur. Namque alios, quos proscripterant, jugulaverant, alios autem postquam jugulaverant, proscribabant: nec ipsius mortis erat via simplex, aut una conditio, ut in necesse civium saltu juri bastium servaretur, qui nibil à vitiis præter vitam exigunt. Mucrum Marius sequidem de caprili cœsa extractum vinciri Sylla jussit, ductumque trans Tyberim ad Lutaciorum sepulchrum, effossis oculis, membrisque minutatim confractis trucidari. Post hanc P. Lentorius Senator, & Venuleius Triunovir occisi sunt. M. Marius caput Præneste missum. Quo viso C. Marius ultima desperatione correptus, ubi à Lucretio obsidebatur, ne in massu inimicorum incidet, cum Telestino mutua morte concurrit. Cionque violentius ipse in concurrens massu adgit, circa suum vulnus manus percussientis habebat. Ita eo imperfecto ipse leviter vulneratus cervicem servo suo præbuit. Carrinatem Praetorem Sylla jugularit. Inde Præneste profectus annes Mariane militis principes, hoc est legatos, Quæstores, Praefectos, & Tribunos jussit occidere. Rerum pugnam gravissimam habuit contra Lamponium, & Carrinatem.

(32) A. post recepit. Transgressus inde ad Africam Domicium Mariane partis ducem, & Jerdam regem Mauritania, qui Domicio auxilium serebat, occidit.

(33) A. post triumphavit. Hunc finem baluerunt duo bre.

(34) A. Italicum, quod & Sociale dictum est, & civile, quae ambo tracta sunt per annos X:

A duces partis Mariane ad portam collinam. Septuaginta millia hostium in eo prælio contra Syllam stetiſſe dicuntur. Duodecim milia se Syllæ dediderunt; ceteri in acie, in castris, in fuga, insatiabili ira victoris consumpti sunt. Cn. Pompejus Carbonem alterum Confidem fugientem ab Arianina, & ad Cossiram insulam fugere conantem cepit, & in Siciliam retrahens, compluresque cum eo socios ejus occidit: Sylla cognitum Pompeji adolescentis tradidit, annos virginis & unum noti, tantis exercitibus profecit eum, ut fecundus à Sylla haberetur. Occiso ergo Carbonem Sicilianum Pompejus recepit, (32) & in Africam transgessus, eruptions facta circa Uticam, decem & octo millia hominum interfecit. Quo bello Dominicus dux Mariane, dum tister primorum pugnat, occisus est. Idemque Pompejus Hieracham Numidis regem persecutus fugientem à Bogude Bacchæ Maurorum regis filio spoliari omnibus copiis fecit. Quoniam continuo Ballam reverentur, tradito sibi oppido, interfecit. Post hec Sylla de Mithridate ingenti gloria triumphavit. Ca. etiam Pompejus, quod nulli Romanorum tributum erat, quartum & vigesimum annum agens de Africa triumphavit. (33) Sylla Dictator creatus est, ut dominatio, & crudelitatis libido, honesti, & præcipue nominis reverentia, & armoretur, & velaretur, rufus est tandem privatus. Creatis itaque P. Servilio, & Appio Claudio Cos. hoc fine conclusa sunt duo bella funestissima, (34) sociale Italicum, & civile Syllanum. Hac per annos decem tracta sunt. Consumperunt autem ultra centum quinquecenta millia Romanorum, (35) viros Consulares triginta tres, (36) Praetorios septem, Aedilios sexaginta, Senatores (37) ducentos, absque inaumeris Italizæ totius populi, qui sine consideratione deleti sunt. Post hec tamen, Sylla mortuo, Lepidus Mariane partis affessor adversus Catulum Syllanum ducem (38) surgens, reditores bellorum cineres suscitavit: Bia tunc acie concertarum est, plurimi Romanorum (39) ipsæ jam paucitate miserorum, & adhuc illo favore insaniuntur casi sunt. Albanorum civitas, pro eo, quod illuc Scipio Lepidi filius confugisset, (40) obſidione oppugnata est, atque exccruciatæ fame, ultima misericordiam reliquiarum, deditio servata est. Brutus in Cisalpinam Galliam fugiens, persequente Pompejo, apud Regium imperfectus est. Ita hoc bellum civile non magis clementia Catuli, quam rado Syllana crudelitatis, ut ignis in stipula, eadem colorate, qua exortum est, evanuit. Hoc tempore Hierosolymis Alexandra uxor Alexandri regnabat, ex cojuia scatete Judasos rerum confusio, & varia oppræffere clades.

(35) A. hominum.

(36) A. XXIII.

(37) A. ferè.

(38) A. confugens bellum reparavit.

(39) A. Rom extinti.

(40) A. expugnata, & capta est.

Explicit Liber Quintus.

INCIPIT LIBER SEXTUS.

MArco (1) AEmilio Lepido, Q. Carulo Coss. (2) annis ab Urbe condita DCLXXIII, secessione undique novis bellorum fragoribus, quorum unum in Hispania erat, aliud in Pamphylia, & Cilicia, tertium in Macedonia, quartum in Dalmatia. Nam Sertorius (3) vir dolo, atque audacia potens, cum partitione Marianarum fuisse, timens fortunam ceterorum, qui intercepserant, (4) fugiens ex Africa, delapsus in Hispanias, bellicissimas gentes Hispanias in arma exercitavit. Adversum bunt, ut breviter definiam, duo duces missi: Q. Caecilius (5) Metellus, filius ejus, qui Jugurham regem vicit: & L. Domitius Praetor. (6) Quorum Domitius ab Hirulejo Sertoriu duce cum exercitu oppressus est. Metellus Praef. è Gallia in Hispaniam cum tribus legiōnibus, & mille quingentis equitibus transgressus, inquam cum Hirulejo pugnare conseruit. A quo castris, copiisque mutatus, in oppidum Hilerdam perē sedes refugit. Postea cīmū impār pugna solus Metellus pugnaret, Cn. Pompejus ad Hispaniam missus est. Metellus multis præliis fatigatus, per devia aberrans, hostem morā fatigabat, donec Cn. Pompejus castris sociaretur. Ita duobus duabus adversis, Sertorius fortuna varia sepē pugnauit. Pompejus, contractio apud Patenianum exercitu, Lusorum obiiciens civitatem, quam nunc Sertorius superato, fugatoque Pompejo captam vi cruentissime depopulatus est. Reliquum agem Lauronsum, quod castris superfuerat, miserabili capiūdo in Lusitaniam transducit. Pompejus autem, hoc est illius Romanorum decus à se rictum frustis gloriatus est, quem magnā prædictum fiduciā ad hoc bellum non pro Consule, sed pro Consulibus Roma missus. Fuisse tunc Pompeji trigesimā milia peditionis, nullo equites Galba scribit: Sertoriū quatuor septuaginta milia peditionis, octo milia equitum habuisse commemarat. Postea vero Hirulejus cum Metello congressus apud Italiam Basica urbem, viginti milia militum perdidit, rictusque in Lusitaniam cum paucis refugit. Pompejus Belzidam, Celtiberia urbem cepit. Sertorius deinde cum Pompejo congressus, decimū milia miliorum ejus interficiens, alio cornu, vincente Pompejo, tandem ipse perdidit. Multa prætorea iater eos prælia gesta sunt. Meminius Quæstor Pompeii, idemque vir fortis ejus, occisus est: Hirulei fratres interficiuntur. Perperma, qui se Sertoriu pugnerat communite est. Postremo ipso Sertorius octavo decimo anno belli inebatis, iisdem, quibus & Variatus, suorum dolis interfactus est. Finis huic bello datur per Cn. Pompejum adolescentem, & Q. Metellum Pium, atque omnes prope Hispanias cito in deditionem populi Romani redacte: (7) Romanūque visiboram sine gloria dedit. Quamvis Perperma postea pars exercitus ejus secura sit, qui à Pompejo vicitur cum universo exercitu suo in-

A terfatus est. Civitatis vero amittis ultra, ac sine mora per deditionem recepitis, duas tantum re-stituerunt, hoc est Uxamia, & Calaguris: quarum Uxamiam Pompejus evertit: Calagurim Afranius jugi obsidione confactam, atque ad infanum escam restringendā inopio costam, idest escorum cadavera, atque liberorum facientes siti oib; ultima cede-ū incendiisque delevit. Percussores Sertoriū premium petendum quidem à Romanis esse disserunt, quippe qui meminissent antea Viriati percussoribus denegatum. Iudea Macedonia bellum Appius Claudius fortis, levia prælia habuit contra varias gentes, quae Rodopam provinciam incolebant, (8) & Macedoniam crudelissimè depopulabantur: nam inter catena dictu, audituque horrenda, qua in captiuos agebant, rapis, quum poculo opus esset, humorum capitum ossibus cruentis, capitatisque adhuc, ac per interiores cavernas malè effuso cerebro oblitis utebantur: quarum cruentissimi, atque immortissimi Scordisci erant. Has itaque, ut de-ix, Claudius pellere Macedonia fratribus bello puta-vit, magnisque se malibus objectit malorum. Unde cum animo ager, & curis circumscriptus, morbo insuper coruptus esset, interiit. Missus est ei successor C. Scribonius Curio post consulatum, (9) qui attentatārum superiorē bello gentium vim declinans, in Dardaniam arma convertit, tamque su-perarunt, & usque ad Danubium penetravit, (10) & intra triennium bello finem dedit. Ad Cili-ciam, & Pamphyliam missus est P. (11) Ser-vilius ex Consule vir strenuus. (12) Is ergo Ca-llicius, & Pamphyliam crudelissimè adortus, dum subdere studet, penè delevit, Ciliciam, & turbes ejus obessa, oppressisque cepit. Præterea Olympum montem pervagatus, Phaselidens evertit, Carricum diruit. Tauri quoque montis latera in Cili-ciam vergentia pervagatus, Isauros bello fractos in deditionem redigit, atque intra triennium bello finem dedit. Primus omnium Romanorum (13) per Taurum duxit exercitum, ac limitem itineris fecit. Is revertens triumphum accepit, & no-men Mauri meruit. At in Illyricum missus est C. Cosconius pro Consule. (14) Is protrita, subiectaque Dalmatia, Salonas urbem florentissi-mam post biennium tandem expugnavit, & cepit, & composito bello Romanam redit. Iisdem tem-poribus Cos. M. AEmilius Lepidus Catuli colle-ga civile bellum voluit commovere; intra usum tamē astatem motus ejus oppressus est. Ita uno tempore multi simul triumpbi fuerunt: Me-telli de Hispania, Pompeji secundus de His-pania, Curionis ex Macedonia, Servilii ex Isauria, Anno Urbis condita DCLXXVI. L. Li-cino Lucullo, & M. Aurelio Cotta Cos. mor-tuus est Nicomedes Rex Bithyniae, & testamento populum Romanum fecit heredem. (15) Inter-reas Fanibia Marianorum scelerum satelles, homo omnium audacissimus, Flaccum Consulem, cui le-gatus

- (1) Mensfeldensis ad verbum convenit cum Eutropio ab initio, usque ad fol. 38. verf. gladiatores enim: & cetera: in quibus, & à Miscella, & ab Eutropio variat. Sed statim iterum redit, & cum Eutropio ad verbum convenit usque ad Danubium penetravit.
 (2) A. Cof. cum Silla Rempublicam compausisset, bella non exarserunt.
 (3) A. Sertorius, qui partium Marianorum fuerat.
 (4) A. erant, ad bellum commovit Hispanias. Missi sunt contra eum duces Q. &c.
 (5) A. Caecilius, & Met. &c.
 (6) A. Praetor à Sertoriu duce Hirulejo dormiens occisus est. Metellus vario successu contra Sertoriū dimicavit. Postea cīmū impār pugna solus Metellus pugnaret, Cn. Pompejus ad Hispanias missus est. Ita duobus duabus adversis Sertorius fortuna varia sepē pugnauit.

- Oktavo decimo anno per suos occisus est, & fuit &c.
 (7) A. redacta. Ad Macedoniam missus est Ap. Claudius post consulatum.
 (8) A. incolebant, atque ibi morbo mortuus est.
 (9) A. consulatum. Is Dardanos vicit, & usque &c.
 (10) A. penetravit, triumphum meruit, & intra trien. &c.
 (11) A. post.
 (12) A. strenuus. Is Siciliam subegit, Licio urbes clarissimas oppugnat, & cepit: in his Faselidam, Olympum, Coracum Cilicie, Isauros quoque aggressus ad deditionem redigit, atque intra &c.
 (13) A. Romanorum in Tauro iter fecit. Is revertens &c.
 (14) A. Proconsul. Is multam partem Dalmatia subegit, & Salonas cepit, & composito bello Romanam post biennium redit.
 (15) Hinc A. omnis. cīt. sequitur Mithridates &c.

gatus erat, apud Nicomediam occidit: ac mox, or-
repto exercitu Mithridatis, filium ex Asia ad Ni-
copolim fugat, stationem Mithridatis irradit, ip-
sunque è Pergamo pellit, fugientemque insegitus,
apud Bithyniam obsedit. Et profecto cepisset, si
L. Lucullus civilibus discordis curam Republica
prævalisset, eumque mari coactare objecta classe vo-
luisse. Inde Fimbria licensibus iratus, à quibus
pro Syllane partis studio objectu portarum repulsus
videbatur, ipsam urbem Ilium, antiquam illam-
Rome parendem, funditus cede, incendioque dele-
vit. Sed eam Sylla continuo reformavit. Idem
Fimbria apud Thymiram cum suo exercitu, Fim-
briaque profugi Mithridati se adiunxerunt, quo-
rum hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos
in Hispaniam missos fœdus pepigit. Sertorius ad
eum M. Marium firmandi fœderis causa misit,
quem rex apud se retentum brevi ducem fecit in-
locum Archelai, qui se jam ad Syllam cum uxore,
& liberis contulerat. Interea Mithridates, rupta
pace, Bithyniam, & Asiam rufus voluit invade-
re: (16) Marium, & Eumachum duces suos ad-
versum Lucullum, & Cottam Cos. misit cum ma-
gno exercitu. Sed ambo Consules adversus eos non
unam habuere fortunam. Cotta apud Chalcedo-
nem vicit ab eis (17) acie, plurimis perditis,
etiam intra oppidum coactus est, & obfessus.
(18) Mithridates Cizicum obsidendo fossa cinctit,
ut, Cizico capto, totam Asiam invaderet. Lucul-
lus (19) cum alter Cos. à tergo obsedit, & mul-
tis præliis vicit, fameque consumpsit, (20)
eumque quod faciebat, pati compedit, atque ad ip-
pos Cizicenos, ut bono animo essent, nuncium mi-
sit, unum ex militibus natandi peritum, qui duo-
bus uribus suspensus, medium ipse regulam tenens,
plantisque subremigans, septem millia passuum
transmeavit. Mithridates inopia laborans, classis
partem copiarum instructam armis domum abire
præcepit. Quam Lucullus excipiens, universam
disperdidit. Nam amplius quam quindecim millia
hominum tunc interfecisse narratur. Tunc etiam
Fannius, qui se Mithridati junxerant, & Metra-
phanes regis Praetor à Mamerco vici, cum duo-
bus millibus equitum in Mesiam profugivast, at-
que à via digressi in campos, colleque arenosos
incidentur: ubi, non solum montes vasti, vel saxa,
quasi quadam fuligine obfuscata cernantur, verum
etiam ambusto solo squalido per quinquaginta millia
passuum campi sine ullo ignis, vel fornacis incen-
dio, & pendulo in profundum cinere putres jacent:
tribus etiam locis torridæ voragine ostenduntur,
quas Græci Pisæ vocant, in quibus dies oberran-
tes, inopinatis tandem periculis exempti sunt, &
clam in regis castra venerunt. Dejotarus rex Gal-
lograecia præfectos regis bello trucidavit. Interea
Mithridates apud Cizicum eadē horā, qua obside-
bat obfessus, in magnam penuriam, pestilentiamque
exercitum funeris coactavit. Nam plusquam CCC. m.
hominum fame, & morbo in eadem obficio amississe fertur. Ipse cum paucis arrepta navi, clam-
fugit è castris. Lucullus in cruce milite specta-
tor clavis alienæ, novum genus victorie adeptus
est, mox Marianum adortus vicit, fugavitque. In
quo prælia plusquam undecima millia Marianorum

A militum interfecta referantur. Lucullus postea cum
eodem Mario navalí prælio congressus, triginta &
duas naves regias, & complures onerarias, aut ce-
pit, aut demersit. Multi ex his, quos Sylla pro-
scriperat, ibi interempti sunt. Marius, postea
die de spelunca, ubi latebat, extraclus, meritas ho-
bitis animi pœnas luit. Eodem vero impenè Lu-
cullus Apamiam vastavit, & sub monte Olympo
Prusiada munitissimam civitatem captam, expugna-
tamque diruit. Mithridates aduersus Byzantium
instructa classe navigans, tempestate correptus, octo-
ginta rostratas naves perdidit. Ipse autem quum
quaßata navi jam mergeretur, in myoparenem Se-
leuci piratae, ipso pirata juvante transilivit. Inde
Sinopen, ac post Amison cum magna difficultate
peruenit. Eodem anno apud Romanos Catilina in-
cessu accusatus, quod cum Fabia vestali virgine
commisissè arguebatur, Catali gratia fultus evasit.
Anno ab Urbe condita, DCLXXVIII. Mace-
doniam provinciam M. (21) Licinius Lucullus
acepit, consobrinus ejus, qui contra Mithrida-
tem bellum gesserat: & in Italia novum bellum
subito commotum est. (22) Gladiatores enim sep-
tuaginta, & quatuor Capuae à ludo Cn. Lentuli,
effracte capite, diffugere, qui continuo ducibus Crixo,
& Timomao Gallis, & Spartaco Tbrace Vesu-
vium montem occupaverunt. Unde erumpentes,
Clodii Prætoris, qui eos obfidence cinxerat, ca-
stra expugnaverunt, ipsoque fugato, cuncta illius
in prædam verterunt. Inde per Consentiam, &
Metapontum circumducti, ingentia brevi agmina
collegerunt. Nam Crixo decem millium multi-
tudo, Spartaco autem triplex numerus fuisset fer-
tur. Timomaus enim jam in superiore bello fuerat
occisus. Hi itaque cum cædibus, incendiis, ra-
pinis, stuprisque omnia miscerent, (23) in
exequiis captivæ matrone, quæ se dolore violati
pudoris necaverat, munus gladiatorum ex quadri-
gentis captiuis, scilicet, & quod spectandi fuerant
spectatori, utpote lanista gladiatorum potius, quam
militum principes, edidere. Deinde Cos. Gellius,
& Lentulus adversus eos cum exercitu missi: quo-
rum Gellius Crixum acerrimè pugnantem prælio
opprexit, Lentulus à Spartaco duce superatus aus-
git. Post etiam, collatis frustra ambo Cos. copiis,
accepta clave fugerunt. Dehinc C. Cassius Pro-
consulem idem Spartacus bello oppressum interfecit.
Itaque exterrita civitate, non minore propemodum
metu, quam sub Hamibale circa portas fremente
trepidaverat, Senatus M. Liciuum Crassum cum
legionibus Consulium, novoque supplemento militum
misit. Is mox, ut pugnam fugitorum iactit, sex
millia eorum interfecit, octo vero millia cepit. In-
de priusquam ipsum Spartacum ad caput Silari
fluminis castra metantem bello aggredieretur, Gal-
los auxiliatores ejus, Germanosque superavit, è qui-
bus triginta millia hominum cum ipsis ducibus oc-
cidit. Novissime ipsum Spartacum in Apulia,
disposita acie congressum, maximisque cum eo fu-
gitivorum copias perculit. Nam sexaginta millia
eorum cæsa, sex millia capta referuntur, tria
millia civium Romanorum recepta sunt. Ceteri que
ex hoc bello lapsi oberrabant, per complures duces
frequentis indagine attriti sunt, & post multas ca-
lamis

- (16) A. Invadere; adversis eum ambo Cos. missi, non unam
&c.
(17) A. Ea.
(18) A. obfessus. Sed cīm se inde Mithridates Cizicum tran-
stulisset, ut &c.
(19) A. Lucullus ei alter Cos. occurrit, ac dum diu Mithri-
dates in obfidence Cizici commoratur, ipse eum à ter-
go &c.
(20) A. consumpsit, & multis præliis vicit. Postremò By-
zantium, que nunc Constantinopolis est, fugavit. Na-
vali quoque prælio duces ejus Lucullus oppresit. Ita
uno byeme, & astante à Lacublo à centum fermè mil-

- lia regis extincta sunt. Amo &c.
(21) A. Mallius.
(22) A. LXX. enim, & quatuor gladiatores, duribus Spar-
taco, Crixo, & Timomao, effracto Capuae Ludo, fuge-
runt.
(23) A. multaque se Marrona ob dolorem pudoris violati ne-
carent, penè non levius bellum in ea, quam Ambal
moverunt. Nam multis ducibus, & multis, & duobus
simil Romanorum Cos. victis, LX. serè millium ar-
matorum exercitum congregaverunt. Victique sunt in
Apulia à M. Liciuio Crasso Procos.

lamicates Italiam, tertio anno bello huic finis impositus. Anno ab Urbe cond. DCLXXXI. (24) duo tantum gravia bella in Imp. Romano erant, Mithridaticum, & Macedonicum. Hec duo Luculli agebant, L. Lucullus, & M. Lucullus. L. verò Lucullus post pugnam (25) Cizicenam, quia (26) vicerat Mithridatem, & navalem, qua duces eius oppreserat, persecutus est eum, & recepta Paphlagoniam, & Bithyniam etiam regnum ejus invasit. Sinopen, & Amison civitates Ponti nobilissimas cepit. (27) Sed Sinopem Seleucus archipirata, & Leochares Spado, qui praesidii causa praeerant, expilatam, atque incensam reliquerunt. Lucullus miserorum hostium intestina clade pernotus, celeri cursu immisso restinxit incendium. Ita misera civitas, versa vice hostium, sociorumque, unde defendenda, disperdita, & unde disperdenda, servata est. Præterea Lucullus transgessus Eufraten, & Tigrim secundo prælio apud Gabra (28) civitatem Tigranis, quo ingentes copias ex omni regno adduxerat Mithridates, (29) cum Mithridate, & Tigrane congressus parvissima suorum manu magnum hostium numerum occidit. Nam triginta millia hominum eo bello interfecit. Mithridates vix sexcentis equitibus comitatus a fugit. Castra ejus direpta, diademate, & tibiara, ne agnosceretur, abjetis. Armenia quoque minor, quam tenuerat, eidem sublata est. Suscepimus tamen est Mithridates post fugam à Tigrane rege Armenie, qui tunc ingenti gloria imperabat, & Persas sepe vicerat: Mesopotamiam, & Syriam, & Phoenicis partem occupaverat. Ergo Lucullus sepetens hostem fugatum, imminentem hyeme, etiam regnum Tigranis, qui Armeniis imperabat, ingressus est, Tigranocertam civitatem Arzianam (30) nobilissimam regni Armenii cepit. Ipsum regem cum septem milibus quingentis cibaniis, & centum milibus sagittariorum, & armatorum venientem, cum decem & octo milibus militum vicit, ita ut magnam partem Armeniorum deleverit. Inde Nisibin protectus, eam quoque civitatem cum regis fratre cepit. Sed hi, quos in Ponto Lucullus reliquerat cum exercitus parte, ut regiones victas Romanorum tuerentur, negligenter, & avarè se agentes, occasionem iterum Mithridati in Pontum irrumpeundi dederunt. Atque ita bellum renovatum est. Lucullo paranti post captam Nisibin contra Persas expeditionem, successor est missus. (31) Eodem tempore Metellus Sicilia Prætor, cum fœdisimā illā C. Verri præturā Siciliam afflītam invaserit, maximè Pirganonein archipiratam nefariis cedibus lacerantem, qui pulsa classe Romana Syracusanum portum obtinuerat, mox eum navaliter, pedestriisque prælio communimatum Siciliā decidere compulit. Alter autem Lucullus, (32) qui Curioni sucesserat, Bessis primus Romanorum intulit bellum, atque eos ingenti prælio in monte Hæmo

A superavit: oppidum Uscudamam, (33) quod Bessi inhabitabant, eodem die, quo aggressus est, vicit. Cabulen cepit, & usque ad Danubium penetravit. Expugnavit etiam gentes, quæ Rhodopeis montibus (34) erant circumfusæ, quas Claudius jam Macedonia finibus pellere putavit. Inde multas supra Pontum positas civitates aggressus est. Illic Apolloniam evertit, Calatin, (35) Parthenopolim, Thomos, (36) Histrum, Burchaonem (37) cepit, belloque confecto, Romam rediit. Ambo Coss. magnificè triumphaverunt. Lucullus, qui contra Mithridatem pugnaverat, majore gloria, quum tactorum regnum vicit rediisset. Confecto bello Macedonio, manente Mithridatico, quod, recedente Lucullo, rex collectis auxiliis reparaverat, bellum Creticum ortum est. Ad id missus Cæcilius Metellus, ingentibus præliis, intra triennium totam insulam (38) cepit, (39) legesque Minois, Romanis legibus permutavit, appellatusque est Creticus, atque ex insula Crete triumphavit. Quo tempore Libya quoque Romano Imperio per testamentum Appionis, qui rex ejus fuerat, accessit, in qua inclytæ urbes erant, Berenice, (40) Ptolemais, & Cyrene. Dum hæc aguntur, piratae per omnia (41) sparsi maria, & jam intercipientes navium conmactatus, sed etiam insulas, provinciasque vastantes, impunitate scelerum, & cupiditate prædæ vulgo sive associantibus, in immensum augebantur. Quare id bellum Cn. Pompejo decreatum est, qui id post multam vastationem, quam terrâ, marique diu egerrant, intra paucos menses ingenti felicitate, & mira celeritate confecit. (42) Postea successor Luculli factus, in minore Armenia juxta montem Dastracum, castra Mithridatis obsidione conclusit. Rex cum omnibus copiis, eruptione per noctem facta, insuper etiam persequentem bello repellere statuit, sed Pompejus fugientem persequi intendit. Itaque bellum nocte commissum est. Luna tunc orta à tergo Roma serat, & milites Mithridatis longitudine unrum proximitatem hostium rati, cuncta in irritum tela sudere. Romani velut incimes postea aggressi, sine labore vicerunt, castraque ceperunt. Namque de exercitu Mithridatis quadraginta millia cæsa, vel cæpta sunt. Romani mille vulnerati, vix autem quadraginta interfecti, & duo Centuriones. Mithridates inter tumultus belli fuga lapsus, adjutus etiam beneficio sublustris noctis, evasit. Relictusque ab omnibus amicis, philosophis, scriptoribus rerum, vel carminum, ac medicis, solus per devia, equum manu trahens, atque ad omnes nocturnos strepitus trepidans, in quoddam castellum divertit, atque in Armeniam inde perrexit. Pompejus Mithridatem inseguens, inter duo flumina, quæ ab uno monte diversis specubus exoriuntur, hoc

fusso cerebro oblitis, avide, ac sine horrore, tamquam veris foculis utebantur. Inde &c. H. cum A. sed pro circumfusæ, habet circumfusæ.

(35) A. Galatiam.

(36) H. Tonos.

(37) A. Burtiaonem. H. Burtiaorem.

(38) A. on hem provinciam.

(39) Cætera, usque ad verbum appellatusque, non leg. in A. & H.

(40) A. Vernica.

(41) A. omnia maria infestabant, itant Romanis toto orbe victoribus, sola navigatio tutâ non esset. Quare &c.

(42) A. post confecit. Mox ei delatum etiam bellum contra regem Mithridatem in Armenia minore, nocturno prælio vicit, castra diripiuit, XL.m. ejus occidit, & X. tantum de exercitu suo perdidit, & dues Centuriones. Mithridates cum uxore fugit, & duabus comitibus. Neque multo post, ci in in suos favret, & compitores amicos suos, necnon Exipodram, Magarenique filios suos trucidasset. Farnaces &c.

(24) A. Sub P. Cornelio tanti m gravia &c.

(25) A. fugam.

(26) A. qua.

(27) A. post ceſit, omiss. cæt. Secundo prælio &c.

(28) A. Gaveram. H. Gavera. Eutrop. Gabra.

(29) A. Mithridates cim XXX. latissima regis à quinque mil. Romanorum vajata efficit. Mithridates fugatus, & castra ejus direpta. Armenia quoque &c.

(30) A. Arzianen. Eutrop. Tigranocertam civitatem Armenie nobilissimam cepit. H. Tigranocertam civitatem Yrziānen nobilissimam regni Armeni accepit, ipsum regem cum VII. M. D. gisbanariis.

(31) A. post missus, ieq. Alter &c.

(32) A. post Lucullus, qui Macedoniam administrabat, Bessis &c.

(33) Alter Muscumada.

(34) A. montibus circumfusæ, inter cetera dictu, audituque torrida, que in captivos agebant, raptis, cini poculo opus esset, humanorum capitum ossibus, cruentis, cancellatissimæ adhuc, ac per interiores cavernas niale &c.

hoc est, Eupratem, & Araxen, urbem Nicopolim senibus, lixis, & ægris volentibus condidit. Horodis Albanorum regis exercitum, præfectosque ejus ter prælio vicit. Postea Horodis epistolas, & munera pro pace cum Albanis instauranda libenter accepit, veniamque ei, & pacem dedit. Artacem regem Hiberie prælio fudit, totamque Hiberiam in ditionem accepit. Armeniam minorem Dejotaro Galatæ regi donavit, quia socius belli Mithridatici fuit. Attalo, & Polemni Paphlagoniam reddidit. Aristochum Colchis imposuit. Mox de Ponte promovens Parthiam Ecbatana urbem, caput Partici regni, quinquagesimo die pervenit. In Bosphoro Mithridate Cerealia sacra celebrante, terræmotus adeo gravis repente exortus est, ut magna clades ex eo urbium, atque villarum sequuta narretur. Eodem tempore Castor Mithridatis præfetus, qui Phanagorie præerat, interfecit amicis regis, arcam occupavit, & quatuor filios Mithridatis ad præsidia Romana transmisit. Mithridates accensus irâ in scelera exarsit. Nam cùm plures tunc amicos suos, (43) necnon Hypodran filium suum interfecisset, cùm antea jam alio Macharem parricidio trucidasset, Pharnaces alter filius ejus exemplo fratrum territus, exercitum ad persequendum se missum sibi conciliavit, & mox adversus patrem duxit. Justo judicio, quia ille adversus patrem suum de regni jure certavit. Interea Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra precatus, ubi inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur: Quoniam Pharnaces, inquit, mori jubet, vos, si estis, patrii dii, precor, ut quandoque, & ipse hanc vocem à filii suis audiat. Statimque descendens ad uxores, pellices, ac filias suas, venenum omnibus dedit. Quod cùm ipse novissimus hausisset, (44) nec tamen propter remedia, quibus vitalia sua adversus noxios succos sèpè obstruxerat, veneno confici posset, frustaque quateretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatione corporis acta discurreret, Gallum quendam militem jam fracto muro discurrentem invitavit, eique jugulum præbuit. Hunc exitum vitæ Mithridates habuit, nobisque scientiae suæ fortissimum argumentum reliquit, homo omnium, ut fertur, studiosissimus: qui duorum & viginti gentium linguis, quas sub regno habuit, locutus est, itant nunquam legationes sub interpretibus audiret. Perit apud Bosporum vir ingentis industrie, consilique: regnavit annis quadraginta: (45) alii dicunt triginta.

A (46) Anno ab Urbe condita DCLXXXIX. M. Tullio Cicerone oratore, & C. Antonio Cos. Pompejus occisi Mithridatis nuncio accepto, Tigrani bellum intulit. Ille autem statim se ei dedidit, & in castra Pompeji sextodecimo milliario ab Artaxata venit, ac diadema suum, cùm procubuisse ad genua Pompeji, in manibus ipsius collocavit. Quod ei Pompejus reposuit, (47) magnificèque eum habitum, regni tamen parte multavit, & grandi pecunia. Adempta est ei Syria, (48) Cœlen, Phœnices, Sophene. Sex millia præterea talentorum auri, & argenti (49) populo Romano dedit, quia bellum sine causa Romanis commovisset. (50) Mox Itureos, & Arabas vicit, urbemque eorum, quam Petram nominant, cepit: & cùm venisset in Syriam, Seleuciam vicinam Antiochiæ civitatem libertate donavit, quòd regem Tigranem non recepisset: Antiochenis obsides reddidit: aliquantulum agrorum Damascensibus dedit, quo locus ipsi spatiösior fieret, delectatus loci amoenitate, & aquarum abundantia. Inde ad Judeam transgressus, (51) quibus Aristobolus, expulso fratre Hircano, primus ex sacerdote rex præerat: atque ad Hierosolymam urbem eorum Gabiniū cum exercitu mittit. Ipse continuò subsequutus, & à Patribus urbe susceptus, sed à plebe muro templi expulsus, opugnationem ejus intendit. Id non solù natura loci, verum etiam cum ingenti muro, fossaque maximâ munitum, cùm alias aliis legiones dies, noctesque succedere juberet, sine re quie, vix tertio mense expugnavit: quatuordecim millibus (52) Judæorum interfecit, cetera multitudo se dedidit: (53) muros civitatis everti, & squarie solo imperavit, cujus circuitus quatuor millia passuum dicitur tuisse. Cùmque aliquantos principes Judæorum securi percussisset, Hircano sacerdotium restituit, Aristobolum captivum Romam perduxit. Hoc bellum Orientis cum viginti & duobus regibus sese gessisse ipse Pompejus pro concione narravit. (54)

Interea L. Sergius Catilina, nobilissimi generis, sed ingenii pravissimi, ad delendam patriam conjuravit cum quibusdam claris quidem, sed audacibus viris. Cujus conjuratio per eosdem dies in Urbe habita, ac prodita est: in Hetruria vero civili bello extincta est, sed à Cicerone Catilina Urbe expulsus est, socii ejus comprehensi, & in carcere strangulati sunt. Ab Antonio altero consule Catilina ipse in bello vultus, & interfactus est.

- (43) H. ab illis verbis. In le multis supra Pontum usque ad cùm in suis seviret, ad verbum convenit cum Eutropio: a quo jam variat, & ita legit: Cùm in suis seviret, & complures amicos suis trucidasset, Farnaces alter filius ejus exemplo fratrum territus exercitum ad persequendum se missum sibi conciliavit, & mox adversus patrem duxit. Mithridates diu ex altissimo muro filium frustra precatus, ubi inexorabilem vidit, ita fertur exclamasse. Quoniam, inquit Farnaces, mori jubet, vos, si estis Lñ patrii precor, ut quandoque hanc vocem ipse audiat a liberis suis, statimque descendens ad uxores, pellices, ac filias suas, venenum omnibus dedit: quod cùm ipse novissimus hausisset, nec tamen propter remedia, quibus se præmunierat, veneno confici posset, Gallum quendam Vitigis militem invitavit, eique jugulum præbuit. Hunc suem habuit Mithridates. Perit autem apud Paphlagoniam, vir ingentis industrie, consilique. Regnavit ann. LX. vixit LXXII. contra Rom. bellum habuit annis XL. Tigrani deinde Pompejus bellum intulit &c., ubi pergit Misella fol. 40.
Ambros. cum Hersfeld. ut suo quoque loco notavimus.
(44) A. nec tamen propter remedia, quibus se præmunierat, veneno &c.
(45) A. LX.
(46) Ambros. vixit LXXII., contra Romanos bellum

- babuit annis XL. Tigrani, deinde Pompejus bellum &c.
(47) A. reimposuit.
(48) A. & H. Syria, Fenicis, Ofene, abest etiam verbum Calen, in Eutrop.
(49) A. argenti, que Pop. Rom. daret.
(50) A. commovisset. Pompejus mox etiam Albanis bellum intulit, & eorum regem prudenter vicit. Postremo per epistolam, ac munera rogatis, veniam ei, ac pacem dedit. Hiberie quoque regem vicit acie, & in ditionem accepit. Armeniam minorem Dejotaro Galatæ regi donavit, qui socius belli Mithridatici fuerat. Attalo, & Polemni Paphlagoniam reddidit, Aristochum Colchis regem imposuit. Mox Itureos &c.
Hersfeld. etiam cum nostro hic est copiosior, & ad verbum convenit cum Eutropio, usque ad Inde ad Judeam, nisi quod ubi Eutropius Dapmenibus. H. Damacensis.
(51) A. transgressus. Hierosolymam caput gentis obsedit non solum &c.
(52) Eutrop. XI I.m. Hersfeld. XXII.m.
(53) A. ceteros in fidem accepit &c.
(54) A. post narravit. His gestis in Asiam se recepit, & finem antiquissimo bello dedit. M. Tullio Cic. oratore, & Gn. Antonio Cos. anno U. C. DCLXXXIX. Lucius Sergius &c.

est. Sed hanc historiam (55) agente Cicerone, & describente Sallustio satis omnibus notam, nunc à nobis fuisse perstrictam sat est. Motus etiam in Pelignis ortus à Marcellis patre, & filio, per L. Betium proditus, patefacta Catilinae conjuratione, quasi succisa radice compressus est, & de utroque per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Brutii vindicatum. Anno ab Urbe cond. DCXC. D. Junio Syllano, & L. Muræna Consulibus, Metellus de Creta triumphavit: Pompejus de bello Piratico (56) Mithridatico. Nulla unquam pompa triumphi similis fuit. Ducti sunt ante currum ejus filii (57) Mithridatis, & filius Tigranis, & Aristobolus rex Judæorum. Prælata est ingens pecunia, & auri, atque argenti infinitum. Hoc tempore nullum per orbem terrarum grave bellum erat.

Anno ab Urbe condita DCXCIII. C. Julius Cæsar, qui postea imperavit, cum L. Bibulo Cos. est factus. Decreta est ei Gallia transalpina, & cisalpina, & Illyricum cum legionibus denis (58) in quinquennium datis: Galliam comitam postea Senatus adjecit. Hanc historiam Suetonius Tranquillus plenissimè explicuit, cuius nos competentes portiunculas decerpimus. Helvetiorum animos fortissimos Gallorum omnium gentis, eā vel maximā causā, quod p. r. fetuō penē cum Germanis bello altercabantur, à quibus Rheno tantum flumen derimuntur, Orgetorix quidam princeps gentis, sive totas invadendi Gallias in arma accenderat. Quo ceteri optimates correpto, & ad mortem coacto, cobibere tamen animatas semel in prædam plebes nequiverunt. Qui coniuratione facta, ac die dicta exustis vicis, & domibus suis, ne quod desiderium, & spes revertendi foret, profecti sunt. Quos cum ad Rhodanum fluvium Cæsar obvios habuisset, magno difficultique bello bis vicit, viatos ad ditionem coegit. Horum fuit, cum primum progressa est omnis multitudo, Helvetiorum, Tuligororum, Latobrigum, Rauracorum, & Bojorum, utriusque sexus, ad centum quinquaginta septem millia. Ex his quadraginta & septem millia in bello cecidere: ceteri in terras proprias remissi sunt. Postea Cæsar contra Ariovistum regem pugnans, excitantem, invenientemque secum incredibilis Germanorum copias, quibus nuper universos Galliarum populos se subegisse jaetabat, apud Sequanos fugere compulit. Cumque diu exercitus Cæsaris Germanorum multitudine, & virtute perterritus, pugnam detrectasset, Ariovistus in Germaniam arresta navicula Rhenum transvectus aufugit. Uxores ejus due, totidemque filiae captæ sunt. Fuerunt autem in exercitu Ariovisti, Arudes, Marcomanni, Triboci, Vangiones, Nemetes, Sebusi, (59) & Suevi. Pugna maximè gravis ex phalange Germanorum fuit, quam coacto in unum

Tom. I.

(55) Hæc usque ad vindicationem non sunt in H., qui cum Eutropio convenit ad verbum in sequentibus usq; ad Oceanum Britannicum processit: Expugnat nānque in ea Helvétios, Tulmros, Latobojos, Rauracos, & Bojos, ex quibus XLVII.m. perempita sunt, cetera diffugerunt. Dein Ariovistum repem, cui auxiliabantur Arudes, Marcomanes, Triboci, Vangiones, Nemetes, Eduses, & Suevi fugere compulit, duasque uxores ejus, totidemque filias cepit, omnemque exercitum per L.m. passuum insatiabiliter cecidit. Post hec gentem Belgarum, cui adhaerent Belluvaci (aliter Belluvagi) cum LX.m. armatorum, Suessones L.m. stravit. Inberui (corrigo Nervii) præterea, quorum adeò indomita feritas, ut nunquam ad se mercatores accedere sinerent, bii nibilonimis L.m. armatorum babentes. Atrepates etiam, & Ambiani, Menappi, Caleti, Velocasses, Velomandi, Aduatuci, Condiores, Eburones, Ceroconani, qui uno nomine Germani vocantur, quorum omnium cum bis, quos supra diximus, CCLXXII.m. fuisse referuntur, bicim reperitè è sylvis erumpentes exercitum Cæsaris perturritum in fugam vertissent, tandem bortatu Cæsaris

A agmine, scutisque supra capita contextis, ad irrumpendam Romanorum aciem tuti, undique præstruxerant. Sed postquam Romanorum aliqui militum, agilitate, audaciaque insignes, supra obductam sa- liere testudinem, scutisque velut squamis singilla- tim revulsis, desuper nudos deprehensorum detectorum humeros perfoderunt: territi hostes novo mor- tis periculo terrificem dissolvere compagem. Exinde in fugam versi, per quinquaginta millia passuum insatiabiliter cæsi sunt. Neque conjici numerus Germanorum potuit, vel quantus pugnae affuerit, vel quantus fuerit occisorum. Post hec Belgarum gens, quæ tertia pars Galliarum est, adversus Cæsarem exarsit, quorum distributim copia hec fuit. Belluvaci, qui ceteris numero, & virtute præstare viderentur, babuere lectissima sexaginta millia armatorum; Sueiones ex duodecim oppidis quinquaginta millia: Nervii, quorum adeò feritas prædicabatur, ut nunquam mercatores ad se acce- dere sinerent, vina, ceteraque venalia deferri, qui- bus inducta jocunditas torporem virtutis affirret, babuere similiter quinquaginta millia: Atrebates etiam, & Ambiani decem millia: Morini viginti-quinque millia: Menappi decem millia: Caleti de- cem millia: Velocasses, & Veromandi decem mil- lia: Atuatuci (60) XVII. millia: Condures, & Eburones, atque Cercesi, (61) & Pemani, qui uno nomine Germ.ni vocantur, quadraginta mil- lia. Ita omnes in simul fuisse referuntur ducenta octuaginta duo (62) millia armatorum lectissima. His igitur repente è sylvis erumpentibus, exercitus Cæsaris perturbatus, atque in fugam attus, pluri- mis suorum amissis, tamen bortatu ducis restitit, viatoresque aggressus, usque ad intercessionem penè delavit. Igitur Cæsar, magnis in Gallia rebus gestis, cum in Italianam proficisci decrevisset, Galbam cum legione duodecima ad Veragros, Sedunoisque misit. Qui cum hyemandi causā in vicis Veragrorum, cuè nomen erat Octodorus, consedisset, mediumque oppidi, quod torrente distinguebatur, accolis con-cessisset, quadam die eosdem decessisse pariter per noctem, ac proximo infessè colli videt. Quippe illi paucitatem vix mediae legionis respectui haben- tes, ultroneam nullo cessuram negotio victoriæ arbitrabantur, finitosque suos in hanc cædis, & prædæ societatem vocaverant. Igitur Galba, tam præsentibus, & gravibus periculis circumscripto, ac trepido, atque inter varias consultationes certi consilii incerto, repente Galli descensu montis effusi, castra imperfecta circumdant, raros per vallum propugnatores saxis, telisque onerant. Cumque jam castra irrumperentur, Pacuvii primipilaris, & Voluseni Tribuni consilio, cunctis Romani portis eru- perunt, incautosque subito aggressi hostes primum perturbaverunt: deinde in fugam versos miserabili strage fuderunt: nam amplius, quam XXX. m.

F Bar-

exercitus restitit, usque usque ad intercessionem penè delavit. Lebini Titurius Altinus legatus Cæsari Albercos, Eburones, Lixoviisque incredibili cede delvit. Pub. Crassus alter leg. ex Aquitanis, & Cantabris XXXVIII.m. interfecit. Cæsar rursus Germanos, qui Renum tranjurant, & totas Gallias sibi subjecere parabant, & cetera, in quibus H. cum Miscella convenit fol. 42.c.2.B. Ex quo loco notabis lector varias lectiones, & ut conferte possis, addam & has ex alio MS. codice. Canif.

(56) A. Piratico, & Mithridatico.

(57) A. filius Mithrid.

(58) A. denis. Primus vicit Helvetios, qui nunc Squadi appellatur. Deinde vincendo bella gravissima usque ad oceanum Britannicum processit. Expugnat namque Helvetios, Tulmros, Latobolos, Rauracos, & Bojos, ut in Hersf. legit Canif. supra not. num. 55.

(59) Aliter Edures, Eudesi. Canif.

(60) Aliter Atuatuci.

(61) Aliter Cerocronani.

(62) Aliter LXX.

Barbarorum tunc cæsa referuntur. Igitur Cæsar, cum jam pacatas universas Galliarum gentes putaret, ad novum, & maximum bellum retractus est. Namque cum P. Crassus adolescens cum legione septima Oceano vicinus (63) apud Andegavos hymaret, Veneti, (64) cæterique confines repente in arma conjurant, legatos Ro. vinciunt, eosque itadem se reddituros, si obsides suos recipiant, Romanis indicant. Socios ad id bellum Ofissios, (65) Lexovios, Nannetes, Ambibaritos, Morinos, Dibalintes, & Menapios adsciscunt: auxilia quoque à Britannia arcessunt. Cæsar per Crassum de rebellione deditarum gentium certior factus, quamvis intelligeret, quanta ineundi belii difficultas esset, tamen rem tanti negotii non negligendam ratus est, ne cæteri exemplo hujusmodi audendi licentia laxarentur. Itaque tresstri prælio persecuti hostes frustra adgressus, quippe cum hostes per interfusa ex Oceano aestuaria, atque inaccessos recessus, tutis terrarum finibus munirentur: naves longas ædificari in Ligeri fluvio jubet, per quem in Oceanum mitterentur. Qua mox ut hostibus visæ sunt, continuo ducentæ XX. naves eorum paratae, atque omni genere armorum instrutissime progreßæ portu ex adverso resistiterunt. Bruto circumsipienti imparem longè navium esse conflictum, quia Barbarorum naves solido robore intextæ, saxorum modo adatos rostrorum ictus retundebant, hoc primum auxilio fuit, quod falces acutissimas non pertinaciter contis træfixas, funibus autem subnexas paraverat, quibus quum opus esset, apprehensos eminus rudentes, subductis hastilibus, per funem falcam retribendo succiderent. His celeriter expeditis, dissumpi hostileum antennarum armamenta præcepit: ita antennis ruentibus, complures illico naves velut cartas immobiles reddidit. Alii hoc periculo terrii suspensis velis, quā ventus intenderet, fugere conati sunt. Cessante vento ludibrio fuere Romanis. Itaque incensis omnibus navibus, & interfectis qui pugnaverant, Galli reliqui sese dediderunt. Sed Cæsar maximè ob injuriam legatorum, & ut genti ad omnia consilia mobilis, terribilis exempli notaminuret, cunctis principibus tormentis interfecit, reliquos sub corona vendidit. His diebus Titurius Sabinus (66) legatus Cæsaris, Aulericos, Eburonices, Lexoviosque, qui primates suos, cum auctores belli resuscitandi esse nollent, interfecrant, eruptione facta incredibili cæde delevit. P. verò Crassus, (67) cum in Aquitaniam pervenisset, bello exceptus est. Namque So-

cates magno equitatu, pedestribusque copiis prævalidis Romanos adorsi, diu graviter perturbaverunt. Post vieti, atque in oppidum Sociatum coacti, obses-
isque, cum se expugnari viderent, armis traditis, in ditionem recepti sunt. Aquitani clade permoti undique exercitum contrahunt, de citeriori quoque Hispania auxilia accersunt. Duces eos bello præficiunt, qui cum Sertorio militaverant. Hi omnes dum obsidionem Crasso parant, in castris suis Crasso obruente deleti sunt. Nam ex Aquitanis, & Cantabris, quorum quinquaginta millia tunc in auxilium venerant, triginta & octo millia cæsa referuntur. Cæsar Germanos, qui Rhenum cum immensis copiis transierant, simul & totas Gallias subjecere sibi parabant, bello adorsus, usque ad internectionem cecidit, quorum fuisse numerum ad quadringenta quadraginta millia ferunt. Tunc Cæsar in Germaniam facto ponte Rheum transgreditur. Sicambros, (68) & Ubios obsidione liberat: Suevos maximam, & ferocissimam gentem, quorum esse centum pagos, & populos multi prodidere, totamque Germaniam adventu suo terret. Mox in Galliam resciſſo ponte se recepit. Domuit autem annis novem omnem Galliam, quæ inter Alpes, flumenque Rhodanum, Rhenumque, & Oceanum est, & circuitu patet ad bis tricies centena millia passuum. Inde ad Morinos venit, unde ad Britanniam proximus, & brevissimus transitus est. Navibus circiter onerariis, atque actuariis octoginta preparatis in Britanniam transvehitur, Britannique bellum infert, quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cognitum erat. (69) Ibi acerbâ pugnâ primum fatigatus, deinde adversa temnitate correptus, plurimam classis partem, & non parvum numerum militum, equitatum vero penè omnem disperdidit. Regressus in Galliam legiones in hyberna diuinis, ac DC. naves utriusque comodi fieri imperavit. Quibus iterum in Britanniam primo vere transvehius, dum ipse in hostem cum exercitu pergit, naves in anchoris stantes tempestate correptæ, vel collisæ inter se, vel arenis illisæ, ac dissolutæ sunt, ex quibus XL. perierunt, cæteræ cum magna difficultate reparatae sunt. Interea Sceva miles Cæsaris cum quatuor commilitonibus naviculâ ante transvehius est ad scopulum insulæ propinuum, atque intrea recessu Oceani destitutus est: Complures Britanni in paucos Romanos impetum faciunt: cæteri tamen, qui perrari comites ipsius fuerant, navigio redeunt.

Sceva

(63) Aliter Oceatenus. Andegavos aliter Caudicavos.

(64) Aliter Deditiani.

(65) Aliter Ofissios Nannetes deditiarum.

(66) Al. Albinus legatus Cæsaris Alvernos, Eburonices, Lexoviosque.

(67) A. Crassus alter Legatus ex Aquitanis, & Cantabris XXXVIII.m. interficit.

(68) Aliter Sugam, & Vitilius.

(69) Hersfeldensis ab hoc loco cum Eutropio ad verbum convenit, nisi quod ubi Eutropius legit: anno U. C. LXCLX. M. Licinius Crassus. H. legit DCXCVII., & ubi Eutropius Surena Orodis regis. H. Herodis, & ubi legit Eutropius dimissis exercitibus ad urbem redire, propter quam injuriam ab Arimino &c. H. copiis ita habet: ad urbem redire, & ex Marcelli Cosi auctoritate ad legiones, que apud Lucerian erant, Pompejus cum imperio missus est. Propter quam injuriam ab Arimino &c. Item ubi Eutropius apud Pharsaliam. H. apud Paleofarsacum productis &c. Eutrop. Equitus in sinistro cornu VII.m. H. Equites in sinistro cornu sexcentos, in dextro quingen-
tos. Eutrop. ingenti contentione. H. copiosius ita legit ingenti contentione, cinq̄ue diu utrinque dubia forte cederentur, atque ex alia parte Pompejus inter tortandum diceret: Parce civibus; nec tamen faceret, ex alia verò Cæsar hoc faceret, quid urgeret dicens. Miles faciem feri, tandem univerſus Pompeji fugit exercitus, castraque ejus direpta &c., in quibus iterum convenient cum Eutropio, usque ad illa verba

amicitiam fecutus, Spadonibus misis, occidere Pompejum iussit, caput ejus, & anulum Cæsari misit. Quo conspecto Cæsar etiam lacrymas fuisse dicitur, tanti viri intuens caput, & geni quondam sui. Mox Cæsar Alexandria uenit, ipsi quoque Ptolomeus insidias paravit. Cæsar vi in instantium bestium pressus, scapham ascendit, qua mox pondere sui sequuntum gravata, ac mersa, per ducentos passus ad navem unam manu elata, qua castas (corrige ex Miscella fol. 46. c.2. B chartas) temebat, natando pervenit. Mox navaliter certamine, & cætera, in quibus cum Miscella fol. 46. ibidem convenient usque ad illa verba Cæsar Alexandria potitus: à quibus verbis H. convenit cum Eutropio penè ad verbum usque ad finem, nisi quod post ultimum verbum lib. VI. Eutropii confessus est. Adjicit illa. Vir, quo nullus unquam, &c., quæ sunt in Miscella fol. 47. c.2. B usque ad finem.

Hæc de suo Hersfeld. Codice Canisius, nos Ambrosianam lectionem notis perpetuis continuamus; unde post verbum cognitum erat adnectimus etiam & nostram. Eos quoque viatos, obſidibus acceptis, stipendiarios fecit: Gallia autem tributi nomine annuum imperavit. Sextium, Germanosque trans Renum aggressus immanissimis præliis vicit. Inter tot successus ter male pugnat apud Avernos, s. in prælens, & absens his. Circa eadem tempora anno U. C. DCXCVII. &c.

Scutā impetratus manet, undique telis obrutus: ac primō pilo restitit, postremō gladio rem gerit solus in plures. Cūque fessus, vulneratusque esset, & galeam, ac scutum illib⁹ perdidisset, cum duabus loricis natavit ad castra Cesari⁹, & poposcit ab imperatore veniam pro temeritate: quem Caesar Centurionatus honore subvexit. Igitur Cesari⁹ equitatus primo congressu à Britanni⁹ vicit, ibique Labienus Tribunus occisus est. Secundo prælio cum magno suorum discrimine vittos Britannos in fugam vertit. Inde ad flumen Tamesim est profectus, quem uno tantum loco transmeabilem ferunt. In ulteriore ripa fluminis cursu Cassobellauno duce immensa hostium multitudo considerat, ripamque fluminis, ac penè totum sub aqua vadum acutissimis sudibus praesiruxrant. Quod ubi à Romanis deprehensum, ac vitatum est, Barbari legionum impetum non ferentes, sylvis se abdidere, unde crebris eruptionibus Romanos graviter, ac sèpè lacabant. Interea Trinovantum firmissima civitas, cum Androgorio duce, datis quadraginta obsidibus, Cæsar se dedit. Quod exemplum sequitæ urbes aliae complures in fœdus Romanorum venerunt, obsidibusque datis, stipendiariæ factæ sunt: iisdemque demonstrantibus, Cæsar oppidum Cassobellauni duos inter duas paludes situm, obtenuit sylvarum munitionem, omnibusque rebus confertissimum, gravitatem pugna cepit. Exin Cæsar à Britanni⁹ reversus in Galliam, postquam legiones in hybernamisit, repentinis bellorum tumultibus undique circumventus, & conflictatus est. Namque Ambiorix cum Eburonatibus, & Atuaticis conspirans, animatus Treverorum consilio, Titurium Sabinum, & Arunculeum Cottam legatos apud Eburonas cum tota funditus legione insidiis circumventos interfecit. Ambiorix hac victoria elatus Atuaticos, & Nervios, plurimosque alios raptim in arma contrahit, atque ad Ciceronem legatum, qui similiter tunc legioni præterat, in hybernis contendit. Multitudo ex hoc hostium colligi potuit: quia cùm obſidione castrorum vallum circumdandum esse à captiuis Romanis docerentur, & instrumenta rura'ia non haberent, gladiis concidendo terram, & sagulis exportando, vix tribus horis vallum X. pedum, & fossam XV. pedum per millia passuum XV. in circuitu perfecerunt. Præterea centum viginti turrem miræ altitudinis extruxerant. Et cùm jam septem dies, nocteque succidui hostium cuncti pugnarent, ac ventus subito exortus esset plurimus, testas ferentes intorsè fundis, flammataque focis tela, ac mox concepto igne rutilantia intra castra jecerunt. Quo facto, per culmea culmina raptim ventus insistens, sparsum animavit incendium. Sed nec sic quidem Romani, cùm undique obruerentur vulneribus, laboribus, jejuniis, vigiliis, incendiisque cesserant. Tandem Cæsari nunciatum est unam legiōnē deletam esse, alteram jam penè confectam. Adventante cum duabus legionibus Cæsare, deserunt hostes obſidionem, atque in eum cuncti raptis copiis ruunt. Cæsar parvissimis se castris consultò condidit, equitibusque præmissis, ut fugam fingerebat imperavit, ut ad transitum vallis, quæ media erat, sibique periculosa videbatur, hostes contemptu sui invitaret. Quibus adventantibus, insuper obſtrui portas præcepit. Quo viso Galli, quasi jam vicissent, ad obducendum extrinsecus vallum converſi sunt, Cæsar totis repente portis patrum effudit exercitum, acriterque cum eis dimicans, tandem vidit unum ex militibus suis segnius preliantem, scutumque ejus rapuit, & in adversos ruit. Quo facto erubuit exercitus, versosque in fugam Gallos, vastissima cæde confecit. Nam sexaginta milia tunc fuissent referuntur, è quibus pauci per paludes invias evaserunt. Induciomarus Treverorum.

Tom. I.

A princeps, magnas armatorum copias habens, postquam de consueto totius Gallæ certior redditus, Labieni castra, legionemque cui præterat, quod facile factu arbitrabatur, delere statuit, ac deinde Eburonibus, Nerviisque conjunctus, ad opprimendum Cesarem pergere. Labienus, quibus potest artibus, timorem simulat, atque ita Induciomarum negligentiorum cum insultantibus copiis pro vallo oberrantem repentina eruptione prostravit. Hac vittoria Labieni reliqui Gallorum conatus repressi sunt, & Caesar paulò quietior reliqua parte hyemis fuit. Sed intelligentis sibi majora belli superesse negotia, maximè quia plurimæ exercitus parte amissa, aliisque gravioriter sauciatis, ne ad sustinendum quidem suu idoneus, non dicam ad comprimentum Gallorum impetum videretur, à Cn. Pompejo Procos. conscribi legiones, sibique mitti in auxilium fecit. Itaque ante hyemem exactam, tres ad eum legiones in castra venerunt. Igitur Cæsar priusquam in unum hostium copiæ coirent, in eunte verbo aggredi trepidos, & opprimere stratos in suis finibus parat. Primum itaque Nervicorum fines diripit, prædam vero, quæ copiosissima erat, exercitui permittit. Deinde Menapios, qui sibi propter immensas paludes, atque impenetrabilis sylvas munitissimi videbantur, tribus agminibus invadit, nimisque cæde vulgo agitata residuos supplices in additionem accepit. Labienus sequenti prælio omnes Treverorum copias interfecit, arte in bellum provocatas, priusquam Germanis adventantibus jungentur, & continuo ipsam civitatem cepit. Cæsar ultisci mortem in Sabini, & Cottæ legatorum volens in Ambiorigem, & Eburones delatae legionis auctiores, priusquam in Ardennam sylvam refugisse comperit, quæ sylva totius Gallæ maxima est, atque à ripis Rheni, finibusque Trevrorum ad Nervios, usque pertinet, & in longitudinem plusquam quinquaginta millibus passuum patet, permetiens rem suis maximi periculi fore, si per obstruendas sylvas ignoti dividerentur, hostemque loci notissimum quererent, omnem Galliam per nuncios invitat, ut quisque secundum placitum suum reconditas in Ardenna sylva prædas querant, diripiantque. Quo facto Gallis, utrinque morientibus, maximas Romanorum injurias, sine cuiusquam Romani discrimine vindicavit. Ita hoc tutissimo vincendi genere securus in Italianam rediit. Igitur Cæsare in Italianam reverso, rursus Gallia in arma conjurat, multique simul populi coeunt. Dux bis Vercingetorix fuit, cuius consilio statim omnes Galli civitates suas ultra incenderunt, prima à suis incensâ Biturico. Inde ad Cesarem, qui magnis itineribus per Narbonensem provinciam clam ad exercitum recurrerat, impetum faciunt. Cæsar tunc oppidum nomine Cenapium obſidione concluserat, quod diu oppugnatum tandem post multas Romanorum clades, pluvio die, magna cum hostilium machinarum arrepta, nerviisque languerent, applicitis turribus captum, atque deletum est. Quadraginta milia hominum ibi fuissent referuntur: è quibus vix LXXX. homines per fugam lapsi ad cœstra proxima Gallorum venerunt. Fraterea Arverni, ceterique confines, solicitatis etiam ad se Eduis, multis aversum Cæsarem præliis repellaverunt. Qui cùm se pugnando fatigati in quoddam oppidum receperissent, milites prælia inhiiantes ad expugnationem oppidi animatum intendunt, frustra Cæsare de loci iniquitate carmine. Itaque ibi Cæsar erumpentibus desuper hostilis pressus, multa exercitus sui parte perdita vicitus aſugit. Dum hic ad Halain geruntur, Vercingetorix, quem omnes consenserunt regem praestituarunt, suadet uti ex tota Gallia, omnes qui arma ferre possent, huic bello præstò sint: hoc enim esse unum bellum, quo aut perpetua libertas, aut eterna ser-

F 2

vitus

vitis, aut mors omnium consequantur. Itaque absque eo numero, quem infinitum ante contraxerat, equitum circiter octo millia, peditum ducentia quinquaginta millia contracta sunt. Dehinc duos colles sibi invicem obversos Romani, Gallique ceperunt. Unde multis saepe eruptionibus, & variis proventibus prælantes, tandem Romani præcipua Germanorum equitum, quos sibi jamdudum amicos, tunc in auxilio ascriverant, virtute vicerunt. Vercingentorix alia die congregatis omnibus qui fuga evaserant, dixit se auctorem bona fide defendenda libertatis, atque irrumpendi fœderis fuisse. Et nunc, sive Romanis sese ad mortem omnes offerant, sive se solum pro omnibus dandum paratum animo fore. Itaque Galli voluntatem, quam pudore aliquandiu texerant, quasi ex consilio regis assumerent, illico sibi veriam precantes, cum solum, velut auctorem magni sceleris dediderunt. Bellovaci omnibus Gallorum gentibus ipsorum opinione fortiores habebantur. Hi Chorreo duce bellum instaurant, sibique in banc suscepti belli societatem Ambianos, Aulercos, Caletos, Bellocases, Atrebatasque conjungunt, & locum quendam cinctum, atque impeditum undique paludibus capiunt. Commissoque prælio, magnam Rhemorum manum, qua auxilio Romanis erat, trucidant. Deinde cum opportunum ipsi locum insidias provisum occupavissent, atque hoc comperto Romani ad insidiarum locum instruti, ordinatique venissent, commisso prælio Romani, Gallos fugientes iisdem locorum munitiobibus, quibus clausi fuerant, incluserunt, cunctisque ad internectionem ceciderunt. Ibi Chorreus, vel fugam, vel ditionem detrectans, Romanos, ut vivus caperetur instantes occidendo, ut occideretur coegit. Igitur cum pacatam Galliam universam Cæsar, neque ausaram fore ad aliquos aspirare motus arbitraretur, legiones in hyberna dimisit. Ipse autem Ambiorigis fines, qui tot bella excitaverat, hominum horrenda strage vastavit. At vero C. Caninius legatus bellum apud Pictonas invenerit, ubi magna hostium multitudo impeditam itinere legionem circumdedit, atque ad extremum discrimen adduxit. Porro autem Fabius legatus, acceptis Caninii literis, in Pictonas proficiuntur, ibique a captivis de opportunitate locorum certior factus inopinantes hostes opprimit, magnisque stragibus factis, plurimas prædas agit. Deinde quum Caninio signum adventus sui dedisset, Caninius totis castris subito insiluit, seseque injicit hosti. Ita Fabio ex una parte, & Caninio ex altera insidente, maximo, & diuturno bello immumere Gallorum copiae trucidatae sunt. Inde Fabius in Carnutes profectus est. Sciebat enim Deonacum ducem antiqui simum totius rebellionis incentorem ab hoc bello elapsum, si Aremoricis gentibus adjunctus esset, maximos iterum tumultus esse in Gallia moturum. Sed eos adhuc ipsa novitate trepidantes mira virtute, & celeritate perdomuit. Interea Draptes unaque Literius, cum adesse Caninium, & legiones in finibus suis viderent, undique collectis copiis, oppidum Lugdunum occupant. Hoc oppidum in editissima montis arce pendebat, duabus partibus per abrupta latera non parvo flumine cingebatur: medio deinde descensu largissimo fonte secum, plurimaque introrsum coriæ frumenti tutum, irritos procul discursus hostium despiciebat. Caninius, quod solum Romana provisione potuit, ambos duces cum parte copiarum plurima in campum evocatos, maximo prælio superavit. Nam uno è

A ducibus interfecto, alter cum paucissimis fugit, nullus in oppidum rediit. Sed ad id oppugnandum Cæsare opus fuit. Itaque certior per nuncios factus Cæsar occurrit, circumspectisque omnibus videt, si expugnare vi moliatur, ludo, & spectaculo hostium delendum esse exercitum suum: unum solum esse præsidii, si quoquomodo hostes aquâ arceantur. Sed & hoc quoque, nisi Cæsar, non potuisset. Si quidem fons, quo ad pontum utebantur, medio devexi montis latere fundebatur. Cæsar ad proximum fontis admoveri vineas, turrimque extrahit. Fit magnus illico concursus ex oppido, quibus sine periculo prælantibus, Romani, quamvis pertinaciter obstiterent, crebriusque succederent, tam encomplures trucidantur. Igitur extruitur agger, & turris pedum LX., cuius vertex adaequare ad fontis locum possit, ut vel ex aquo tela coniici queant, vel præcipitata desuper saxorum volumina non timeri. Oppidanî autem, ubi examinari siti non solum pecora, verum etiam infirmiores hominem etates vident, cupas pice, sævo, & scindulis repletas, ac deinde immisso igne in prona præcipiant, easque ipsi toto oppido fusi subsequuntur. Ardentibus machinis, cum grave prælium suis Cæsar, ac periculosum videret, cohortes in circuitu oppidi ire velociter per occultum imperat, atque undique subito vastum clamorem attollere. Quo facto consternati oppidanî, donec recurrere ad munendum oppidum volunt, ab oppugnatione turris, vel demolitione aggeris recesserunt. Illi tamen qui ad incidentis fontis venas sub obtentu aggeris, ruti cuniculos perfodiebant, repertos in abstruso aquarum meatus, per multa dividendo tenuari in semitipsis, consumique fecerunt. Oppidanî fonte siccato, ultima desperatione correpti, ditionem sui faciunt. Cæsar autem omnibus, qui arma tulerant, manus sustulit, & vitam reliquit, quò testator esset etiam posteris pena improborum. Multum enim ad coercendam audaciam valet propositum punitionis exemplum, quum ipsa miseri præsens forma viventis, & ad recordationem admonet conscos, & ad scificationem cogit ignaros. Exhaustis itaque, atque edomitis Gallis securus Cæsar cum legionibus in Italiam rediit, nullos post se Gallorum motus pertimescens certò se sciens, minimè aliquos, qui vel moveri audeant, vel si moveantur, timendi sint, reliquise. Anno ab Urbe condita DCXCVII. M. Licinius Crassus collega Cn. Pompeji magni in consulatu secundo (70) provinciam sortitus in Parthos, homo inexplibilis cupiditatis, auditâ in Hierosolymis templi opulentia, quam Pompejus intactam reliquit, in Palæstinam divertit, Hierosolymam adiit, templum pervadit, opes diripit. Inde per Mesopotamiam tendens in Parthiam, quaque iter habuit sociis civitatibus auxilia indixit, pretia exegit. Mox ut Euphratem transit, illico Bajesen ab Herode rege Parthorum ad se missum, obrium habuit: à quo vehementer increpatus est, cur contra fœdus Luculli, & Pompej, avaritâ induit'is Euphratem transferit. Quamobrem sine mora futurum, ut pro auro Parthico, Serico ferro oneraretur. Inde eum prope Carras contra omnia, & auspicia ventum esset, Parthi subito ingruentes cum Surena, & Sylace præfectis, sagittis oppresstere Romanos. Cecidere ibi plurimi Senatores, aliquot etiam consulares, & prætorii viri. Crassus quoque filius Crassi lectissimus juvenis in acie occisus est. Præterea quatuor cohortes cum Varguntejo legato mudiis deprehensæ campis, & interfectæ sunt. Su-

E renas

(70) A. contra Partbos missus est, & c. m. circa Carras contra omen, & auspicia dimicasset à Sur. na Orodis Regis duce viitus ad postremum interfectus est cum filio, clarissimo, ac præstantissimo juvne. Reliquæ exercitus per Cassium Questorem servatae sunt. Qui singulari animo perditas res tanta virtute restituit, ut Per-

sas rediens trans Euphratem crebris præliis vicerit. Hinc jam bellum civile successit, execrandum, & lacrymabile, quo præter lacrymabiles calamitates, quo in præliis acciderint, etiam Pop. Rom. fortuna marata est.

renas rapto equitatu Cæssum persequis intendit, cumque circumventum, ac frustra colloquium ejus petentem cepit, & in castra perduxit, ac postremum auro in os ejus infuso interfecit. Pauci noctis beneficio liberati, Carras confugere. Cognita clade Romanorum multæ Orientis provincia à societate, vel fide populi Romani defecissent, nisi Cæsus Quæstor collectis ex fuga militibus paucis, intumescen-tem Syriam egregia animi virtute, ac moderatione pressisset: qui & Antiochum, copiasque ejus inge-nes prælio vicit, & interfecit, Partbos quoque ab Herode in Syriam missos, jamque ingressos Antiochiam bello expulit, ducemque eorum Hosagen interfecit. Igitur Romani status agitur semper alterna mutatio, & velut forma Oceani maris, qua omni die dispar, nunc succiduis per septem dies tollitur incrementis, nunc in sequentibus totidem diebus, naturali danno, & defectu interiore subducitur. Anno ab Urbe condita DCC., incertum unde concretus, plurimam urbis partem ignis invasit. Neque unquam antea tanto incendio correptam, atque vastatam civitatem ferunt, Nam quatuordecim viros cum rivo jugario consumptos fuisse memoria proditum est. Hinc jam bellum civile committi-tur, quod magnis jam dudum dissensionibus, ac molitionibus parabatur, Nam Cæsar rediens vi-ctor ex Gallia, decerni sibi absenti alterum Con-sularum poposcit. (71) Contradicturn est à Mar-celllo Consule, à Bibulo, (72) à Catone, amittente Pompejo. Deinde decretum est à Senatu, ut in Urbem Cæsar nonnisi dimissò exercitu veniret: & ex Marcelli Cos. auctoritate ad legiones, quæ apud Luceriam erant, Cn. Pompejus cum Im-perio missus est, (73) Cæsar Ravennam sese con-tulit. M. Antonius, & P. Cæsus Tribuni pl. pro Cæsare intercedentes, interdicente Lentulo Cos., curia, foreque prohibiti ad Cæsarem profecti sunt, Curione simul Celiisque comitantibus. Cæsar, Rubi-cone flumine transmeato, mox ut Ariminum vénit, quinque cohortes, quas tunc solas habebat, cum quibus, ut ait Lévius, orbem terrarum adortus est: quid factò opus esset edocuit: deplorans injurias suas, causam belli civilis pro restituendis in pa-triam Tribunis esse testatus est. Inde per Anto-nium se tem cohortes, quæ apud Sulmonem morabantur, à Lucr. tio recepit. Tres legiones, que cum Domitio apud Corfinium morabantur, ad suas partes transduxit. Consules cum Cn. Pompejo, Senatusque omnis, atque universa nobili-tas ex urbe fugit, atque in Græciam transit. Apud Dyrachium Epirumque: Macedoniam, & Achajam, Cn. Pompejo duce Senatus contra Cæsarem bellum paravit.

Cæsar vacuam urbem ingressus Dictatorem se fecit, (74) negatamque sibi ex ariero pecuniam fractis foribus invasit, protulitque ex eo auri pondo quatuor millia centum triginta & quinque, ar-genti pondo prope nongenta millia. (*) Inde digres-Ariminum ad legiones, mox alpes transvectus, Massiliam venit: ob quam oppugnandam, cum receptus non esset, Trebonium cum tribus legioni-bus reliquit. Quo bello miles duodecime legionis aduersus eos navaliter certamine pro Cæsare dimicans, hostilem navem dexterā apprehendit. Qua amputata, levam injectit, neque ante dimisit, quād mergetur. Cæsar deinde ad Hispanias contendit,

A] quas L. Afranius, & M. Petrejus, & M. Var-ro, Pompejani duces cum legionibus obtinebant, ibi multis præliis Petrejum, Afraniūque superato, composita pactione dimisit. In ulteriore His-pania duas legiones à M. Varrone suscepit. Simi-liter & duces ejus, hoc est Curio Catonem Siciliā expulit, Valerius Cottam Sardinia, Tuberonem ab Africa Varus ejecit. Cæsar rediens Massiliam obsidione domitam, vitâ tantum, & libertati con-cessa, ceteris rebus abrasit. At verò Dolabella-partium Cæsaris in Illyrico per Octavium, & Li-bonem vicit, copiisque excutus, ad Antonium fü-git. Basilius, & Sallustius, ducentes singulas le-giones, quibus præerant, saniliter & Antonius, Hortensius quoque ab insimo mari cum classe con-currens, omnes pariter adversus Octavium, & Li-bonem profecti, & vici sunt. Antonius cion se Octavio cum quindecim cohortibus dedisset, omnes ad Pompejum à Libone deducti sunt. Curio ex Si-cilia in Africam cum exercitu transgressus est: quem Juba rex continuò exceptum cum omnibus copiis trucidavit. Octavius Salonas oppugnare con-natus, omnes copias quas daxit, amisit. Cælius à Cæsare deservit, ac se Miloni exculi junxit. Cum-que ambo servorum manu Capuam oppugnare moli-rentur, occisi sunt. Bibulus apud Corciram podo-re vicit, quod custodia ejus, quam pelago, & oppido prætendebat, hostis illuserat, inedia fœse, vigiliisque confecit. Appius Claudius Censorinus, qui jussu Pompeji Græciam tuebatur, jam abolitana Pythici oraculi fidem voluit experiri. Quippe ab eo adacta vates descendere in specum, respondisse fertur de bello consulenti: Nihil ad te hoc Ro-mane bellum pertinet: Euboëa Cæla obtinebis. Cæla autem vocant, Euboicum finum. Ita Appius perplexa sorte incertus discessit. Interea apud Dy-rachium multi Orientis reges ad Cn. Pompejum cum auxiliis venerunt. Quod cùm Cæsar venisset, Cn. Pompejum obsidione frustra cinxit, ipse terram quindecim millium passuum fossâ præstruens, cùm illi paterent maria. Pompejus castellum quoddam propinquum mari, quod Marcellinus tuebatur, ever-tit: præsidiaque Cæsaris, quæ ibidem morabantur, occidit. Cæsar Torquatum, legionemque unam, ut expugnaret aggressus est. Hoc periculo sociorum Pompejus cognito, omnes copias eò traxit, & signa eo movente, fulmina adversa occurserunt. Apes quoque obsecdere vexilla. Quo viso subitus mæror confudit exercitum, fugerunt hostiae in templis, conversa simulacra, alia fleverunt, alia fudarunt. Tantus verò in aere armorum strepitus fuit, ut Antiocbie quasi adventu hostium in muros con-currerent. Interea Cæsar, omissa obsidione, ad Pompejum se convertit. Torquatus autem evestigio pro-riumpens, aversum insequutus est. Ita Cæsaris milites ancipiunt pericolo territi, ipso Cæsare frustra obfidente, fugerunt. Evasit tamen Cæsar, quia nocte interveniente Pompejus sequi noluit. Di-xitque Cæsar, nec Pompejum scire vincere, & illa tantum die se potuisse superari. (75) Cæ-saque sunt in eo prælio quatuor millia militum Cæ-saris, Centuriones viginti duo, equites Romani complures. Cæsus est & in eo prælio Sceva Cæsaris miles fortissimus. Quem cùm milites Pompeji, ut se traderet hortarentur, respondisse fertur, se esse fessum. Accurrit unus, velut accepturus arma.

E] Per-

citus validissimos, & fortissimos cum tribus ducibus L. Afrano, M. Petrejo, M. Barone superavit. Inde regresus in Græciam transiit, aduersum Pompejum dimicavit, primo prælio vicit, & fugatus. Evasit &c.

(*) forte leg. nonaginta millia.

(75) Post superari. Deinde in Thessalia apud Paleofarsacum cum productis utrinque ingentibus copiis dimicaverunt Pompeji acies habuit XL.m. pedites, equites &c.

- (71) A. post verbum poposcit, addit cum Eutropio, atque, cùm fine dubitate aliqua ei deferretur, contradicturn &c.
 (72) A' Pompejo, à Catone, jussusque, ut dimissis exercitibus ad Urbem rediret.
 (73) A. missus est; propter quam injuriam ab Arimino, ubi milites congregatos habebat aduersum patriam cum exercitu venit. Consules &c.
 (74) A. post fecit. Inde Hispanias petuit, ibi Pompeji exer-

Percuritur; plures simul sternuntur. Ipse autem vulnera accepit capite, humero, fæmore, oculumque arnifit. Scutum ejus satis constitit, centum viginti ictibus peritum fuisse. Deinde Cæsar tacito agmine per Epirum in Thessaliam perrexit. Pompejus cum maximis copiis est sequutus: bellumque coniugium est. Itaque instruitur utrinque acies. Pompejus octoginta & octo cohortes triplici ordine locavit: fucre autem peditem plusquam quadraginta millia: equites in sinistro cornu sexcenti, in dextro quingenti: (76) præterea reges multi: Senatores: equitesque Romaniani plurimi, absque levium armaturam magnâ copia. Cæsar similiiter octoginta cohortes triplici ordine dispositus, cui fuere minus quin quadraginta millia peditum, equites mille. Videre ibi, & gemere erat, contrachas Romanorum vires in campis Pharsalicis ad occisionem mutuo constitisse, quas si concordia rexisset, nulli populi, nulli reges ferre potuissent. Prima congreßione equitatus Pompeji pulsus sinistra latera nudavit. Deinde cum diu utrinque dubia sorte cederentur, atque ex alia parte Pompejus (77) diceret: Parce civibus, nec tamen faceret: ex alia vero Cæsar hoc (78) faceret, quod urgeret dicens: Miles faciem feri: tandem universus Pompeji fugit exercitus, castraque ejus direpta sunt. (79) Cæsa sunt in eo prælio Pompejanorum militum quindecim millia, Centuriones triginta tres. Hic exitus pugiae ad Paleopharsalum fuit. Pompejus fugiens in ostio Penei amnis onerariam navim nactus in Assam transit. Inde per Cyprum fugatus Alexandriam petuit, ut à rege Ægypti, cui tutor à Senatu datus fuerat propter juvenilem ejus ætatem, acciperet auxilia: qui fortunam magis quam amicitiam secutus, occidit Pompejum, atque caput ejus, & anulum Cæsari misit. Quo conspecto Cæsar etiam lacrymas fudisse dicitur, tanti viri intuens caput, & generi quondam sui, (80) & inundatum doloribus crenari imperavit. Post eum uxor, filiique ejus fugerunt, ceteraque Pompeiana clavis directa est, omnibus qui in ea erant, crudelissime trucidatis: ibique & Pompejus Bithynicus occisus est. Lentulus vero vir consularis apud Pelusum interfactus est. Cæsar compositis apud Thessalian rebus Alexandriam venit. Cumque se in regiam recepisset, eludebat à tutoribus, quo minus pecuniam accipieret, templa sua astu spoliantibus, ut & regios thesauros vacuos esse ostenderent, & in invidiam Cæsaris populum concitarent. Præterea Achillas dux regius imbutus semel Pompeji sanguine, Cæsaris quoque necem meditabatur. Nam iussus exercitum dimittere, cui præcerat, viginti millia armatorum, non modò sprevit imperium, verum etiam aciem direxit. In ipso prælio regia classis ad terram subducta jubetur incendi. Ea flammæ cum partem quoque urbis invaserit, quadraginta millia librorum proximis fortè ædibus condita exsistit: singulare profecto monumentum studii, curæque majorum, qui tot, tantaque illustrium ingeniorum opera congererant. Unde quamlibet hodieque in templis existant, quæ & nos vidimus armaria librorum: quibus direptis exinanita ea à nostris homi-

nibus nostris temporibus memorent, quod quidem verum est: tamen honestius creditur, alios libros fuisse quæsitos, qui pristinas studiorum curas emularentur, quam aliam ullam tunc fuisse bibliothecam, quæ extra quadringenta millia librorum fuisse, ac per hoc evasisse credatur. Postea Cæsar insulam, ubi Pharos est, cepit. Eò Achillas cum Gabianinis militibus venit, ingens pugna commissa est. Magna ibi Cæsarianorum militum multitudo cecidit: omnes etiam interfectores Pompeji interfecti sunt. Cæsar quoque vi insistentium hostium pressus scapham ascendit, qua mox pondere subseqüentium gravata, ac mersa, per ducentos passus ad navem una manu elevata, qua chartas tenebat, natando pervenit. Mox naval certamine pulsatus, magna felicitate classem regiam aut depresso, aut cepit. Alexandrinis potentibus reddidit regem, monuitque, ut amicitiam Romanam quam arma experiri studeret. Qui tamen illico, ut liber fuit, bellum Cæsari intulit: sed continuò cum toto exercitu suo, & ipse deletus est. Nam & XX. millia hominum in eo bello cæsa referuntur, duodecim millia cum septuaginta (81) longis navibus dedita, quingenti ex victoribus cecidisse dicuntur. Rex ipse adolescentis scapha exceptus, ut fugeret, multis insilientibus mersus, necatusque est. Corpus ejus ad littus devolutum, indicio lorice aureæ cognitum fuit. (82) Qua Cæsar premisa Alexandriam, Alexandrinos omnes ad dedicationem, desperationemque compulit, regnumque Ægypti Cleopatræ dedit Ptolemæi sorori, cum qua stupri consuetudinem habuerat. Quæ postea rego comitatu urbem ingressa est. (83) Inde Syriam prævagatus, Pharnacem Mithridatis Magni filium, qui Pompejo auxilio apud Thessaliam fuerat, rebellantem in Ponto, & multas populi Romani provincias occupantem vicit acie, ac postea in mortem coegit. Inde Romam regressus, tertio se Dictatorem, & Consulem fecit, cum M. Æmilio Lepido, qui (84) & magister equitum Dictatoris causæ ante annum fuerat. Inde in Africam profectus est, ubi infinita nobilitas Romanorum cum Juba Mauritanæ rege apud Tapsum bellum reparaverant. Duces autem Romani erant, P. Cornelius Scipio, ex genere antiquissimo Scipionis Africani: hic etiam ficer Magni Pompeji fuerat: M. Petrejus, Varro, M. Portius Cato, L. Cornelius Faustus Sylla Dictatoris filius. Contra hos commisso bello (85) post multas dimications, maxima hominum multitudo cæsa, victor fuit Cæsar: (86) castra utrorumque direpta sunt, sexaginta elephanti capti. Cato apud Uticam sese occidit: Juba percussori jugulum præbuit, pretio dato: Petrejus eodem gladio se perfodit: Scipio in navi, qui ad Hispanias fugere contendens vento costatus in Africam redierat, semetipsum jugulavit: in eadem navi T. Torquatus occisus est. Faustum Syllæ quondam Dictatoris filium, Pompeji generum, nepotes, filiamque Pompejam, & Afranum, & Petrejum filium Cæsar præcepit occidi. Post annum inde Cæsar Romam cum quatuor triumphis

(76) A. quingenti, præterea totius Orientis auxilia, totamq; robilitatem, immenses Senatores, & qui magnorum jam bellorum virtutis res fuisse. Cæsar in acie sua habuit peditem non integra XXX.m. equites mille. Numquam autem Romane copia in unum, neque majores, neque melioribus ducibus convenerant, totum terrarum orbem subacturos, si contra barbaros ducentur. Pugnatum est ingenti contentione. Cumque diu &c.

(77) A. Pompejus inter bortandum.

(78) A. hoc facere urgaret.

(79) A. post direpta sunt. Ipse &c.

(80) A. post sui. Mox Cæsar Alexandriam venit, ipsi quo-

que Ptolemaeus missias paravit. Cæsar vi incipientem luctum precessus &c.

(81) A. L.X.

(82) A. post suit. Cæsar Alexandria potitus regnum Cleopatræ &c.

(83) A. ingressa est. Rediens inde Cæsar Pharnacen &c.

(84) A. qui ei mag. equitum Lictatori, ante &c.

(85) A. prælio.

(86) A. Cæsar: Cato, Scipio, Petrejus in via ipsi se occiderunt. Faustum Syllæ quondam Lictatori filius Pompeji gener a Cæsare interfectus est. Post &c.

phis ingressus . Quartò (87) Dic̄lator, & Cof. creatus disposito, reparatoque Reip. statu, continuo in Hispaniam contra Pompejos Pompejī filios profectus, secundo decimo, quām egressus ab Urbe fuerat, die Sigunthum pervenit: statimque adversus Pompejos duos, & Labienum, atque Accius Varum multa bella varia sorte gerit. Ultimum bellum apud Mundam flumen gestum est, ubi tantis viribus dimicatum est, tantaque cædes aīta, ut Cæsar quoque veteranis etiam suis cedere non erubetibus, cīm cogi, cædique aciem suam cerneret, se voluerit occidere, ne post tantam rei militaris gloriam in potestate adolescentium natus annos sex & quinquaginta veniret. Denique reparatis suis, (88) tum versus subito in fugam Pompejanorum fugit exercitus. Evidem eo die hoc bellum gestum est, quo Pompejus pater ab Urbe bellum gesturus aufugerat. Quatuorque annis hoc bellum circūlē toto orbe inde sinenter intonuit. T. Labienus, & Accius Varus, in acie occisi sunt. Sextus Pompejus cum centum equitibus aufugit. Cn. Pompejus frater ejus contractā rēleriter non parvā Lusitanorum manu, cum Cesonio congressus, & vītūs, fugiensque interfectus est. Munda civitas cum immensa hominum cæde, Cæsare oppugnante, vīc capta est. Inde Cæsar bellis civilibus toto orbe compōsitis Romam rediit, agere insolentiū cœpit contra consuetudinem Romanæ libertatis. Cūm ergo honores ex sua voluntate præstaret, qui à populo antea referebantur, nec Senatui ad se venienti assurget, aliaque regia, ac penè tyrannica faceret, conjuratū est in eum à ducentis sexaginta, vel ampliūs senatoribus, equitibusque Romanis. Præcipui fuerunt inter conjuratos duo Bruti, ex eo genere Brutus, qui primus Romæ Cof. fuerat, & reges expulerat, & C. Cassius, & Servilius Casca. Ergo Cæsar, quum inter cæteros Senatus quadam die venisset ad Curiam, viginti & tribus cōtris senatoriis confectus, vulneribusque confos-

A fus (89) interiit. Quo facto Senatores strictis pugionibus in Capitolum secesserunt. Diu deliberatum est, utrum Capitolum cum auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus ejus raptum populus dolore stimulatus in foro fragmentis tribunalium, ac subselliorum cremavit. Eadem igitur nocte Calphurnia uxor, videlicet ejus, vidit in somnis eum confusum vulneribus in sinu suo jaceere, oravit Cæsarem, ne eo manè abiret in Senatum. Sed ille auspiciorū sape negligens, contempnit somnum, sed exitu probavit. Igitur ante paucos dies, quām Cæsar occideretur, in Curia bove ex more macilato, cor in extis non est repertum. Quod cīm Spurina aruspex pronunciasset ad vitæ periculum pertinere, ait Cæsar constantiæ memor: Miraris si bos non habet cor? sed mox ei finis vitæ fuit. Idem Spurina ante paucos dies eidem Cæsari dixit, cōvendum ei esse Idus Martias. Quo die viso Spurina ait Cæsar: Idus Martia venerunt. Ille respondit: Sed nondum transierunt. Eodem die Cæsar confossus est, vir quo nunquam ullus homo magis bellis enituit. Ejus siquidem ductu, undecies centum nonaginta & duo millia hostium cæsa sunt. Nam quantum bellis civilibus fuderit, noluit adnotare. Signis collatis quinquagies dimicavit, M. Marcellum solus supergressus, qui triginta novem vicibus pari modo fuerat præliatus. Ad hoc nullus celerius scripsit, nemo velocius legit, quaternas etiam epistles simul dictavit. Tantæ fuit bonitatis, ut quos armis subegerat, magis clementiā vicerit. Eodem tempore Romæ tres simul exorti soles, paulatim in eundem orbem coierunt. Inter cætera portenta, quæ toto orbe tacta sunt, bos in suburbano Romæ ad arantem loquutus est, frustra se urgeri, non enim frumenta, sed homines (90) defuturos.

Explicit Liber Sextus.

INCIPIT LIBER SEPTIMUS.

Anno ab Urbe condita DCC. ferē ac nono, interfecto Julio Cæsare, civilia bella reparata sunt. Percussoribus enim Cæsaris Senatus favebat. (1) Antonium Cof. partium Cæsaris civilibus bellis opprimere conabantur. Ergo turbatā Republicā (2) inter multa scelera, quæ Antonius committebat, D. Brutum apud Mutinam obſidione concluserat, pro qua re à Senatu hostis judicatus est. Missi ad eum expugnā'um, (3) liberandumque Brutum duo Coss. Hircius, & Pansa, & cum his Octavius (4) adolescens annos natus decem & septem, patre Octavio Senatore genitus, maternum genus ab Aenea per Julianam fortitius, Cæsaris nepos, Accia sororis ejus filius, quem ille testamento hæredem reliquerat, & nomen suum ferre jussérat. Hic est, qui postea Augustus est dictus, & rerum (5) potitus. Nam, ut breviter (6) cōversationem malorum explicem, bella civilia

D quinque gerit, Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Aciacum. Ex quibus duo, hoc est primum, ac novissimum, adversus M. Antonium. secundum adversus Brutum, & Cassum, tertium, adversus L. Antonium, quartum adversus Sextum Pompejum Cn. Pom̄ji filium. Igitur Pansa primò veniens exceptus insidiis, inter suorum clades ipse quoque rito graviter vulneratus, & ab eodem vulnere inter ositis diebus mortuus est. Hircius auxilium collegæ ferens, magnas Antonii op̄as vala cæde delevit. Cæsar eatnus calra cristo levit. Secundā aduersus Antonium pugna magna utrinque strages aetæ sunt. Namque tunc ibi Hircius Cof. ōc̄is est, Cæsar victoria totitus est. Cui D. Brutus de conjuratione occisi Julii Cæsaris confissus preces pænitentia fudit. Fugatus Antonius amissō exercitu confugit ad Lepidum, qui Cæsaris equitum magister fuerat, & tum militum copias grandes habebat: a quo suscep̄tus est. (7) Dolobella Trebonium unum ex interfectoribus Cæsaris

- (87) A. Quartū se Consulem fecit, & statim ad Hispanias est profectus, ubi Pompejī filii Cn., & S. x. ingens bellum preparaverant. Multa prælia fuerunt. Ultimum apud Mundam civitatem, in quo adeo Cæsar penè vicit, ut fugientibus suis se volaret &c.
 (88) A. suis vicit, & Sex. Pompejī filius major occisus est, minor fugit. Inde Cæsar &c.
 (89) A. confissus est vir &c.
 (90) A. brevi.
 (1) A. favebat. Sed Antonius Cof. &c. H. & Eutrop. cum Ambrosiano.
 (2) A. Republicā, multa Antonius scelera committens à Se-

- natu &c.
 (3) A. ad eum persiquendum duo Coss.
 (4) A. H. & Eutrop. habent, & Octavianus adolescentis &c.
 (5) A. rerum summa potitus. Quare profecti contra Antonium tres duces vicevunt eum apud Mutinam, evenerunt tamen, ut viētores Coss. ambo morerentur. Quare tres exercitus uni Cæsari Augusto paruerunt. Fugatus &c.
 (6) Hæc usque ad fugatus Antonius non fuit in Hersfeldensi.
 (7) A. suscep̄tus est. Mox Lepido operam dante Cæsar pacem cum Antonio fecit, & quajus vindicaturus &c.

saris Smyrnæ interfecit. Consulū occisorum uterque exercitus Cæsari paruit. Postea Decius Brutus in Gallia à Sequanis captus, & occisus est. Bassus autem eques unus de percussoribus Cæsaris manus servorum suorum necatus est. Interea Lepido satis operam dante, Cæsar Antonium recepit in gratiam, atque ob fidem reconciliatus est gratia Dina filia ejus, quam matrimonio sortitus est: & ut vindicaturus patris sui mortem, à quo per testamentum fuerat adoptatus. Romam cum exercitu proiectus (8) est. Cumque in Urbe rumor de futura proscriptione ortus esset, C. Toranius vir Pratorius nihil tale metuens, incursu militum domi suo interfactus est, aliquique complur s trucidati sunt. Per hos etiam Cicero Orator occisus est, multique alii nobiles: & cum Antonio, ac Lepido Cæsar Remp. armis tenere coepit. Itaque ne latius, atque effronatiū incircumscrip̄ta cædes ageretur, centum triginta & duo Senatorum nomina in tabula proposita sunt, primum Lepidi precepto. & nomine, deinde Antonii, tertio Cæsaris. Ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum prescripsit, ibi Lepidus Paulum fratrem suum in iundem prescriptorum gregem coniecerat. Adiecti sunt postea ad numerum prescriptorum triginta equites Romani, multæ diu, ac variae cædes alte, domus prescriptorum direptis omnibus dirutæ sunt. At Dolobella in Syria multa cum Cassio interfectore Julii Cæsaris bella gessit, à quo victus sese interfecit. Interea Brutus, & Cassius interfectores Cæsaris (9) magnis exercitibus comparatis per Macedoniam, & Orientem agud Athenas convenerunt, totamque Graciam depopulati sunt. Rhodios Cassius terrâ, marique oppugnatos ad deditiōnem cogit, quibus præter vitam nihil reliquit. Igitur profecti sunt contra eos Cæsar Octavianus Augustus, & M. Antonius. Remanserat enim ad defendendam Italiam Lepidus. Apud Philippos Macdoniæ urbem contra eos magnis bellorum apparatibus pugnaverunt, (10) eosque persecutos ad mortem compulerunt, quamvis manifestissimè tunc illa pugna, non virtute paris Antonii, sed Cæsaris felicitate confecta sit. Cæsar enim tunc æger, cum se in castris Pharsalicis capienda quietis causa tenere statuisset, & apud Philippos luce ventura certaturæ civile bellum inter se Romanæ manus essent, hortatu, & precibus medici sui Antonii, qui per somnum à Minerva admonitum si se fatebatur, ut ea die è castris Cæsarem salutis ipsius causâ duceret in campum, cum lecti a ægræ inter copias egressus est. Sed intento eo in eventum victoriae, unus ex interfectoribus Cæsaris Brutus castra ejus cepit. Sed rursus Cæsariani milites Bruti, & Cassii casta ceperunt. Qua re ad desperationem adieta Brutus, & Cassius immaturam sibi mortem antebelli terminum consciverunt. Nam invitatis percussoribus Cassius caput, Brutus latus præbuit. Igitur in eo bello, quod apud Philippos gestum est, visum est L. Cassio, quod purpuratum Julium Cæsarem avunculum suum equo in itato in se irrueret, qui mox gemens exclamavit: Cedamus, quando nec occidisse prodest. Interea inter

- (8) A. proiectus, extorsit, ut jibi XX. anno Consulatus datur. Senatum prescripsit, cum Antonio, & Lepido Remp. armis tenere coepit: per hos etiam Cicero orator occisus est, multique alii nobiles. Interea &c.
 (9) A. Cæsaris ingens bellum moverunt. Erant enim per Macedoniam, & Orientem multi exercitus, quos occupaverant. Profici &c.
 (10) A. pugnaverunt. Primo prelio vicitus est Antonius, & Cæsar, perire tamen dux nobilitatis Cassius. Secunda Brutus, & infinitam nobilitatem, que cum illis bellum gesserat, interfecerunt. Ac sic inter eos divisa est Rspib., ut Aug. &c.
 (11) A. neque occisus est. Interim à Sex. Pompejo. Cn. Pompeji filio ingens bellum in Sicilia commotum est, bis &c.

A Augustum, & Antonium sic est Respublica divisa, ut Augustus Hispanias, Gallias, & Italiam teneret: Antonius Asiam, Pontum, Orientem. Sed in Italia L. Antonius Consul bellum civile comovit, frater ejus, qui cum Cæsare contra Brutum, & Cassium dimicaverat. Is apud Perusium Thuscæ civitatem vetus, & captus, atque (11) occisus est. At Romæ uxor Antonii Fulvia, Cæsaris socrus, dominatum ut mulier agitabat. Incertum in hac mutatione consularis, regiique fastigii utrum deficientis potentia ultima, an incipientis prima nominanda, certè etiam in eos insolens, per quos, ut in soleceret agebatur. Nam, & Cæsarem reversum apud Brundusium contumelias, & factionibus, atque insidias perit. A quo propulsata ad Antonium concessit in Graciam. Sex. Pompejus Cn. Pompeji filius, postquam se in proscriptorum numerum relatum comperit, conversus in latrocinio omnem oram maritimam Italæ cædibus, rapinisque vastavit. In Sicilia præterea ingens bellum comovit, cum his, qui supererant ex partibus Brutii, & Cassii, (12) qui ad eum confluerant, commeatibusque impeditis Romanæ fame affecit. Tunc per Cæsarem Octavianum, & M. Antonium superatus est bello. Mox cum eo pacem Triumviri, ut non dicam Tyranni, id est Lepidus, Cæsar, Antoniusque fecerunt. Sed continuo, cum contra partem Pompejus fugitivos allegeret, ut hostis habitus est. Mena libertus Pompeji cum sexaginta navium classe ad Cæsarem defecit, eidemque classi ipse iussu Cæsaris præfuit. Idemque continuo cum Statilio Tauro adversus Menecratem Pompejanum ducem, navale bellum gessit. Deinde ipse Cæsar adversus eosdem Pompejanos cruentissimum bellum conficit. Sed continuo vitricem classem penè universam agud Scyllacium naufragio amisit. Eodem tempore M. Agrippa in Aquitania rem prospere gessit. Et L. Ventidius (13) Bassus Persas, & Parthos in Syriam irrumpentes trilus maximis bellis fudit, riginque eorum Pacorum Horodis regis filium in acie interfecit, ea scilicet die, qua olim Horodes rex per duces (14) Surenam & Sulacem Crassum occiderat. Hic primus de Partis justissimum triumphum Romæ egit. (15) Interea Antonius, vix uno castello expugnato, pacem cum Antiocho fecit, ut ipse tantum rem consumasse videretur. Ventidium Syriæ præficit, iussitque, ut Antigono bellum inferret, qui Judæos tum fortè debellaverat, captaque Hierosolyma, regnum Herodi dederat, quem continuo vicit in deditiōnem recepit. Mena libertus cum sexaginta navibus ad Pompejum rediit, à quo clementer acceptus Cæsaris classem incendit, quamvis alteram super Cæsar secundo naufragio perdidisset. Idemque Mena postea ab Agrippa navalí prælio circumventus, cum sex triremibus ad Cæsarem transiit. Sed hunc Cæsar tertio transfigam, indulta tam vitâ, segnem reliquit. Deinde Agrippa inter Mylas, & Liparam insulam adversum Democham, & Pompejum navale prælium gessit, & vicit: itaque tunc naves triginta, aut dimisit, aut cepit, reliquis lacratis Pompejus Missanam confugit. Cæsar

- (12) A. ad eum confactibus. Bellatum per Cæsarem Augustum, & M. Antonium adversis Sex. Pompejum, fax præstro cœmentis.
 (13) A. Bentulus Bassus irrumpens in Syriam Persas tribus præliis vicit. Tastrium regis &c.
 (14) A. ducem Surenam Crassum &c.
 (15) A. egit. Interim Pompejus pacem rufit, & navalí prælio vietus, fugiens ad Asiam interfecit est. Antonius, qui Ajam, & Orientem tenet, repudiata sorore Cæsaris Augusti Octavianæ, Cleopatram Reginam Egypti duxit uxorem. Contra Persas, & ipse pugnavit, primis eos præliis vicit. Regrediens tam famem, & pestilentia laboravit; & cum instaret Paribi fugienti, ipse pro victo recessit. His temporibus ingens bellum &c.

Cesar interea Taurominiūm træcerat, quem Pompejus repente impetu afflixit. Unde multis navibus suis demersis, ac magna multitudine suorum mīstum perdita, in Italiam Cæsar aufugit. Nec interveniente mora in Siciliam rediit, ibique Lepidum ex Africa adventantem obvium habuit, summas sibi partes terrore, minis, ac superbia vindicarem. Post dies paucos Agrippa iussu Cæsaris à littore cum acie instructa prospectans, atrocissimo navalī prælio adversus Pompejum conflixit, & vicit. Nam centum sexaginta & tres naves aut demersit, aut cepit. Pompejus cum decem & septem navibus vix elapsus evasit. Lepidus magnā viginti legionum insolentiā tumens, cùm Messanam militibus permīssam diripiuerat, ipsum Cæsarem ad se venientem semel, atque iterum spreuit, ac potius telis appeti jussit, quæ ille, collecta in lāvum brachium lacernā, se protegendo vitavit. Mox immisso equo ad suos reversus, instructoque exercitu adversum Lepidum veniens, plurimas legiones Lepidi, paucis interfectis, transire in suam partem compulit. Lepidus tandem intelligens, quod vanitas sua intenderet, deposito paludamento, assumptaque veste pulla, supplex Cæsari factus vitam, & bona impetravit, perpetuo quidem multatus exilio. Taurus prefectus Cæsaris totam penè Siciliam ferro pertentatam, contritanque in fidem recepit. XLIV. legiones sub unius tunc imperio Cæsaris erant. Milites multitudine ferociores quosdam pro accipiendo agri tumultus concitaverant. Sed Cæsar animo ingens viginti millia militum exauktoravit, triginta millia servorum dominis restituit, sex millia, quorum domini non extabant, in crucem egit. Ovans urbem ingressus, ut in perpetuum Tribunitiae potestatis esset, a Senatu decretum est. His diebus trans Tyberim è taberna meritaria fons olei de terra emanavit, ac per totum diem largissimo rivo profluxit. Antonius verò contra Parthos profectus, postquam Araxem transmisit, omnibus undique malis circumventus, vix tandem Antiochiam cum paucis rediit. Nam quum multitudinem equitum, & sagittariorum ab omnibus præliis, quæ plura tentavit, semper victus effugerit, tum præterea incertus, & ignotis regionis locis impeditus, gravissima fame ad nefandos cibos coactus est. Plurimi militum sese hostibus dederunt. Inde in Græciam transiit, jussaque Pompejum, qui victus à Cæsare exercitum, bellumque reparabat, cum paucis ad se venire. Pompejus fugiens à Tito, & Furnio Antoniani ducibus sapè terrestri, navalique bello vietus, & captus, atque occisus est. Cæsar Illyricum, Pannoniam, & partem Italiae bellis subegit, & domuit. Antonius Artabazem Armeniæ regem prodidit, & dolo cepit, quem argenteā catenā vincitum ad confessionem thesaurorum regiorum coegit, expugnatoque præsidio, in quo conditos esse prodiderat, magnam vim auri, argenteaque abstulit. Quā elatus pecunia, denunciari bellum Cæsari præcepit, atque Octaviæ sorori Cæsaris uxori suo repudiūm indici jussit, & Cleopatram sibi ab Alexandria occurrere imperavit. Ipse Aetium profectus, ubi classem construxerat, cùm prope tertiam partem nautarum fame absumptam offendisset, nibil motus, remi, inquit, modò salvi sint; nam remiges non deerunt, quoisque Græcia homines habuerit. Contra Persas, & Parthos ipse pugnavit,

Tom. I.

(16) A. regnare, vicitus est ab Augusto navalī pugna, clara, & illustri apud Accium, qui locus in Epyro est, ex quo fit in Egyptum, & desperatis rebus, cùm omnes ad Augustum transtirent, & ipse se interemis. Cleopatra &c.

(17) H. cum Eutropio ad verbum convenit ab initio, usque ad hac verba Eutropii: ipse se interemis: ubi H. ita variat: ipse se interemis; Cleopatra exornata diversis ornamentis ad Cæsarem venit, sperans eum, ut ceteros, sua specie ad libidinem illicere. Sed ille se con-

A primis eos præliis vicit, regrediens tamen fame, & pestilentia laboravit, & cum instarent Parthi fugienti, ipse pro viatu recessit. Hic quoque ingens bellum civile commovit, cogente uxore Cleopatra regina Ægypti, dum cupiditate muliebri optat etiam in Urbe regnare. (16) Cæsar igitur ducentis triginta rostratis navibus in Epirum à Brundusio profectus est. Agrippa verò præmissus à Cæsare multas onerarias naves frumento, armisque graves, ab Ægypto, Syria, Asiaque ad subfdium Antonio venientes, cepit: peragratoque Peloponnesum finu, Methonam urbem validissimo Antoniano præsidio munitam expugnavit. Inde Corcyram cepit, fugientes navalī prælio perseguutus profigavit, multisque rebus cruentissimè gestis ad Cæsarem vénit. Antonius defecit, & fame militum suorum permotus, bellum maturare instituit, ac repente instructis copiis ad Cæsaris castra processit, & vicitus est. Tercio post pugnam die Antonius castra ad Aetium transtulit, navalī prælio decernere paratus. Ducentæ triginta rostratae fuere Cæsaris naves, & triginta sine rostris triremes, velocitate pares, & octo legiones classi superpositæ absque cohortibus quinque prætoriis. Classis Antonii CLXX. navium fuit, quantum numero cedens, tantam magnitudine præcellens. Nam decem pedum altitudine à mari aberant. Famosu, & magnum hoc bellum apud Aetium fuit, qui locus in Epiro est: ab hora quinta usque in horam septimam incerta vinciendi spē, gravissimæ utrinque cædes actæ. Reliquum diei cum subsequence nocte in victoriam Cæsaris declinavit. Prior regina Cleopatra cum sexaginta velissimis navibus fugit. Antonius quoque, detracto insigni prætoriæ navis, fugientem sequutus est uxorem. Illucescente autem die victoriam Cæsar consummavit. Ex victis duodecim milia cecidisse referuntur, sex millia vulnerata sunt, è quibus mille inter curandum defecerunt. Antonius quoque, & Cleopatra communes liberos cum parte regiæ gaza ad rubrum mare præmittendos censuerunt: ipsi præsiis circa duo Ægypti cornua, Pelustum, Paretoniumque dispositis, classem, & copias instaurando bello paraverunt. Cæsar sextum Imperator appellatus, & quartum ipse cum M. Licinio Crasso Cos. Brundusium vénit, ubi orbis terrarum præsidia divisis legionibus composuit. Inde in Syriam profectus, mox Pelustum adiit, ubi ab Antonianis præsiis ultro suscepitus est. Interea Cornelius Gallus præmissus a Cæsare quatuor legiones, quas Antonius apud Cyrenas præsiis loco constituerat, suscepit in fidem: atque inde Paratonium primam Ægypti à Libye parte civitatem vietam cepit, ipsumque Antonium continuo apud Pharam vicit. Antonius equestre adversum Cæsarem iniit bellum, in eo quoque miserabiliter victus aufugit. Calendis Sextilibus prima luce Antonius, cum ad instruendam classem in portum descendere, subito universæ naves ad Cæsarem transierunt. Cumque unico præsidio spoliatus esset, trepidus se cum paucis recepit in regiam. Deinde imminentे Cæsare, turbatque civitate, idem Antonius sese ferro transverberavit, ac semianimis ad Cleopatram, in monumentum, in quod illa se morituram certa considerat, perlatus est. Cleopatra exornata (17) diversis ornamentis ad Cæsarem venit, sperans eum, ut ceteros sua specie ad

G libi-

tra pudiciam coarctans, ad ejus concupiscentiam minime inflexus, eam mox custodiri mandavit, quæ ex custodia elapsa, in pretioso sepulcro juxta Antonium suum se collo cans, sibi ait idem admisit, & cætera, in quibus iterum cum Eutropio convenit usque ad illa verba (cum Antonio, & Lepido temerat) ubi ita variat: Lepido temerat. Demque cīm de Oriente viator reversus esset, urbemque triplici triumpho ingressus esset, tunc primum Augustū, eo quid rmp. aueris, consulatus est, atque ex tunc sun: man: reruns posse

libidinem illicere. Sed ille se intra (18) se
coarctans ad ejus concupiscentiam minimè infle-
xus, eam mon custodiri mandavit. (19) At illa,
postquam se ad triumphum servari intellexit, è
custodia elapsa, in pretioso suo sepulchro juxta
Antonium se suum collocaens, sibi aspidem in-
sinistra brachio admisit, ex ejus veneno examina-
ta est, (20) frustra etiam Cæsare admonuisse.
Psyllos, qui venena serpentium è vulneribus homi-
num haustu revocare, atque excugere solent. Ca-
esar Alexandriæ mœbe omnium longè opulentissimā,
& maximā vīctor potitus est, cum tota Ægypti re-
gione, prōpositusque est ei On. Cornelius Gallus
datus: nam & Roma instantiū opibus ejus aucta
est, ut propter abundantiam pecuniarum duplicita-
quām usque ad id tempus fuerant, posse sionum
aliarumque rerum venalium pretia statuerentur.
Et ut annona urbis copiam efficeret, fossas incuria
vetustatis lēno clausas labore militum patefecit, &
urbi annua ex Ægypto ducenties centena millia
frumenti inferebantur. Interea iussu Cæsaris oc-
cisi sunt major Antonii filius, & P. Canidius,
infestissimus quidem Cæsari, sed & Antonio insi-
dis, & Caesus Parmensis, ultima violati patrie
Cæsaris vītima, & Quintus Ovinius, ob eam ma-
xime notam, quid obcenissime lanificio, textri-
noque regis Senator populi Romani præesse non
erubuerat. Dehinc Cæsar pedestribus copiis in Sy-
riam vénit, deinde in Asiam ad hyberna concessit,
ac post per Græciam Brundusium pervectus est.

AUGUSTUS.

Anno ab Urbe condita DCCXXV. ipso Imperatore Cesare Augusto V., & L. Apulejo Coss., Caesar viator ab Oriente rediens VIII. idus Januarii Urbem triplici triumpho ingressus est. Ducti sunt ante ejus currunt Sol, & Luna Cleopatra liberis:

potestatem, quam Graeci monarchiam vocant adeptus est. His diebus trans Tyberim de taberna meritoria suis oculi è terra exundauit, ac per totum diem largissimo fluxit rivo, significans ex gentibus gratiam Christi. Tunc etiam circulus ad speciem cœlestis arcus circa solem apparuit. Igitur cum XLII. anno firmissimam, verissimamque pacem Caesar compusisset, Christus Dominus in Betheleem natus est, cuius adventus pars ista famulata est. Nullo tempore ante Caesarem magis Romana res floruit. Nam exceptis Eccl., in quibus H. eum Eutropio iterum convenit, nisi quod H. legit Windilicos, & Tolassis in alpibus, omnes Ponti maritimes evitantes. In his nobilissimis Bosphororum, & Ponti Capadocem. In ceteris, inquam, convenit H. cum Eutropio, usque ad illa verba: currum ipsius cucurrerunt: ubi H. ita variat: cucurrerunt. Adeò demique turbas, bella, similitates execratus est, ut nisi justis de causis minquam genti cuiquam bellum indixerit. Jackansisque esse ingeni, & leonissimi dicebas, ardore triumphandi, & ob lauream curvum, idest folia infructuosa, in discrimen per incertus eventus certaminum securitatem crivium precipitare: Neque Imperatori bono, quicquam minus, quam temeritatem congruere: satis celeriter fieri, quequid conmode gereret; armaque nisi majoris evolumenti spe nequaquam movenda esse, ne compendio tenui, jactiva gravi, petita victoria similis sit in bano auro pescantibus, cuius abrupti, amissisque detrimentum nullo captura lucro pensari potest. Avunculi quoque inventum verbenenter arguebat, quæ milites committones noxi, blandoque more appellauit, dum affectat clarius fieri, auctoritatem principis emoliverat. Denique erga ciues clementissime versatus est: in amicos fidus extitit, quorum principi erant ob taciturnitatem Meccanas, ob paucitatem laboris, modestiamque Agrippa, diligebat præterea Virgilium, Flaccumque poetas. Rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. Laboribus studiis, præsertim eloquentia tantum incumbens, ut nullus, ne in procinctu quidem, laberetur dies, quem legeret, scriberet, declamaret; auxilque, ornatusque Romanum adficiens multis, istu glorians dicto, Urbem lateritiam reperi, volnquo marinoram. Fuit mitis, gratus, civilis animi, & lepidi, corpore toto pulcher: sed oculis magis, quorum acie clarissimorum fuderum modù vibrans, libenter accipiebat oculi ab intendentibus tanquam solis radis ab asperci suo, à cuius facie, dum quidam miles oculos auertaret, & in-

ex tum priscian ipse portas Jani sapient, florinique
crescibus bottis ciuiibus, clausit. Hoc die primus
Augustus, quod Rom. auctor, confidatissime est :
quod nomen cunctis ante incolatum, Et hunc sive
aestris in asum, dominis tantum ante teatrum iux-
patum, apicem declarat Imperio, aqua ex eadem,
die seruata rerum, ac potestatam penes unum effe-
cepit, & mansit, quod Graec ususque iam vocat.
Nec ultro tempore ante Cesarem Augustum magis
Romana res floruit. Nam cum primo, C. Cesare
arunculo suo imperfecto, ex Apollonia rediens Ur-
bem ingrederebatur, horâ circiter terciâ, reporte pa-
ro, ac liquido sereno circulus ad speciem cœlestis
arcus orbem soles ambist : quasi cum unam, ac po-
tentissimum in hoc mundo, solumque clarissimum in
orbe monstraret, cuius tempore venturus esset, qui
ipsum solem solus, mundum quo totum & fecisset, &
regeret. Deinde cum secundo in Sicilia receptis à
Pompejo, & Lepido legionibus, triginta millia fer-
vorura domini restituisse, & quadraginta quatuor
legiones solus imperio suo ad instar orbis terra-
rum distribuisse, ovansque Urbem ingressus esset,
omnia populi Romani debita donanda, literorum
etiam monumentis abolitis censuit. Anno ab Urba
condita DCCXXVI. Imperatore Augusto Cesare
sixies, & bis M. Agrippa Cos. Cesare parum in
Hispania per ducentos annos actum intelligere, si
Cantabros, atque Astures, duas fortissimas Hispa-
nia gentes, suis uti legibus sineret, aperuit Jani
portas, atque in Hispanias ipse cum exercitu pro-
fectus est. Cantabri, & Astures Gallacia provincia
portio sunt, qua exterritum Pyrenai jugum band
procul secundo oceano sepeentrio deducitur. Hi
non solum propriam libertatem tueri parati, ve-
riam etiam finitimorum praeripore ausi, Vacceos, &
Turmogos, & Aurigonas assiduis eruptionibus de-

terrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: Quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Nec tamen vir tantus vitia caruit. Fuit enim pauculum impatiens, tenet iracundus, occulte irandus, paleo facinorosus. Parrò autem dominandi supra quas officiari potest, cupiissimus, studiosus ales lusor; cumque esset cibi, ac vini multum, aliquatenus vero somni abstinerens, serviebat tamen libidini usque ad probrum vulgaris fame, nam inter 12. satamnos, totidemque puellas accusare solitus erat. Abiecta quoque uxore Scribonia, amore aliena conjugis possessus, Lixiam, quasi marito concedente, fili conjunxit: cuius Lixia jam erant filii Thelrius, & Drusius, cumque esset luxurie serviens, erat tamen ejusdem vitii severissimus ultior, more bonum, qui in ulciscendis vitia, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. Amos VII. & LXX. ingressus Nola morbo interitus &c. fol. 52. c. 2. C

(18) A. pudicitiam pro se

(19) A. que ed custodiá elapsa
(20) A. extingue est. Favoreus

(20) A. extinda est. *Egyptus* per Octavianum Aug. Imperio Rom. adjecta est, praepositusque ei Cu. Cornelius Galbus. Hunc primum *Egyptus* Romanum iudicem habuit. Ita bellis rato orbe confectis Octavianus Aug. Romanam redit **XII.** anno, quām Cos. fuerat, ex eo Remp. per **XIV.** annos sotus ostinuit. Ante enim **XII.** annos cum Antonio, & Lepido trivenerat. Loxaque Cr. legit in H. Canilius num. 17. uigile ad verba Nullo tempore, post qua Ambros. habet ante Cafarum magis Rom. res floruerunt. Nam exceptis crudelibus bellis, in quibus vicerit fuit, Romano adjectis hisq. *Egyptum*, *Carthaginam*, *Dalmatiam* sepe certe vexata, sed penitus tunc subiectam, *Pannoniam*, *Aquitaniam*, *Ilyricum*, *Rhaetiam*, *Vindelicos*, & *Tbalassos* in alpibus, omnes Ponti maritimis civitates. In ea modisq. *Bosphorum*, & Ponti *Cappadocia*. Vicit autem prolus *Dacos*, Germanorum ingentes copias cecidit, ipsos quoque trans Albera fluvium submersit, qui in barbarico longe ultra Rhenum est. Hoc bellum tamen per Drusum praeviduum suum administravit, sicut per Siberium praeviduum alterum *Pannonicum*. Quo bello **CCCC.m.** capixorum est *Germania* transfracta, & supra ripam Rheni in *Gallia* collocata. Armeniam à Partibus recepit, obsides, quod nulli antea, Persis & dediderunt. Reddiderunt & signa Romana, qua Craso vito ademerant. Scytha, & Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuerat, numeru, legatosq; ad eum uniuersos. *Galatia* etc.

populabantur. Igitur Cæsar apud Segismam castra posuit, tribus agminibus totam penè amplexus Cantabriam. Diu fatigato frustra, atque in periculum sèpe ducto exercitu, tandem ab Aquitanico sinu per oceanum incautis hostibus admoveri classem, atque exponi copias jubet. Tum demum Cantabri sub manibus Attice maximo congressi bello, & viti, in Vinnium montem naturā tutissimum confugerunt, ubi fame obsidionis ad extremum penè consumpti sunt. Tracilium deinde oppidum magna vi, ac diu repugnans, postremò captum, ac dirutum est. Præterea ulteriores Gallæciae partes, que montibus, sylvisque consita oceano terminantur, Antisius, & Firmius legati magnis, gravibusque bellis perdomuerunt. Nam & Medullium montem Misino flumini imminentem, in quo se magna multitudine hominum rubeatur, per quindecim millia passuum fossâ circunseptum, obsidione cinxerunt. Itaque ubi se gens hominum trux, & ferox natura, neque tollrandæ obsidionis sufficientem, neque suscipiendo bello parem intelligit, ad voluntariam mortem servitutis timore concurrit. Nam se penè omnes igne, ferro, ac veneno necaverunt. Astures vero, positis castris apud Asturam flumen, Romanos, nisi provisi, præventique essent, magnis consiliis, & viribus oppressissent. Tres legatos cum legionibus suis in tria castra divisos, tribus æquè agminibus obtuere repente moliti, suorum proditione detecti sunt. Eos postea Carusius bello exceptos, non parvæ etiam Romanorum militum clade superavit, pars eorum prelio clapsa Lanciam confugit. Cumque milites circumdatam urbem incendio adoriri parent, dux Carusius, & à suis cessationem impetravit incendii, & à Barbaris voluntatem deditio- nis exegit. Studiosè enim nitebatur integrum, atque incolumem civitatem victoria sua testem relinquare. Cantabricæ victoria hunc honorem Cæsar detulit, ut tunc quoque belli portas claustro cohæberi juberet. Ita tunc secundò per Cesarem, quarò post Urbem conditam clausus est Janus. Post hoc Claudius Drusus, privignus Cæsaris Galliam, Rhenianque sortitus, maximas, fortissimasque gentes Germanie armis subegit. Nam tunc veluti ad constitutum pacis diem festinarent, ita omnes ad experientiam belli, decisionemve fæderis undatim gentes commovebantur, aut suscepturae conditiones pacis, si vincerentur, aut usuræ quieta libertate si vince rent. Norici, Illyrici, Pannonii, Dalmatae, Mœsi, Thraæ, Daci, Sarmatæ, plurimique, & maximi Germanie populi, per diversos duces, vel superati, vel repressi, vel etiam objectu maximorum fluminum Rheni, Danubiisque seclusi sunt. Drusus in Germania priuò Uspetes, deinde Tenetos, & Chattos perdomuit: ipsos quoque trans Albim fluvium submovit, qui in Barbarico longè ultra Rhenum sunt. Marcomanos quoque penè ad internectionem occidit. Postea fortissimas nationes, & quibus natura vires, consuetudo experientiam virium dabit, Oberuscios, Suevos, & Sycambros pariter uno bello suam suis aspero superavit. Quorum ex eo considerari virtus, ac feritas potest, quod mulieres quoque, si quando præventu Romanorum inter plaustra sua conludebantur, deficientibus telis, vel qualibet n, qua velut telo uti furor posset, paruos filios collisos humi, in hostium ora jaciebant, in singulis filiorum necibus bis parricidae. Tunc etiam in Africa Massilanos, & Getulos latius vagantes Cossus dux Cæsaris artibus (*) finibus coercuit, atque à Romanis limitibus abstinere metu compulit. Interea Cesarem apud Tarragonem citerioris Hispanie legati Indorum, & Scytharum toto orbe transmisso, tandem ibi invenerunt, ultra quod querere jam non possent: refuderuntque in Cesarem Magni Alexandri Tom. I.

(*) Corrigendum forte artis.

(a) Hoc in A. H., & Eutropio Merula non leguntur.

A gloriam, quem sicut Hispanorum, Galliarumq; legatio in medio Oriente apud Babyloniam contemplatione pacis adiit: ita hunc apud Hispaniam in Occidentis ultimis supplex cum gentilico munere Eous Indus, & Boreus Scytha oravit. Cantabrica bello per quinque annos acto, totaque Hispania in eternam pacem cum quadam respiratione laetitudinis reclinata, ac reposita, Cæsar Romanum rediit, quibus etiam diebus multa per se, multaque per duces, & legatos bella gesit. Nam inter ceteros Piso adversus Vandelicos missus est. Quibus subactis victor ad Cesarē Lugdunum vénit. Pannomios novo motu intumescentes Tiberius privignus Cæsaris cruentissimā cede delevit. Idemque continuo Germanos bello arripuit, è quibus quadraginta millia captivorum victor abduxit. Quod revera bellum maximum, & formidolosissimum quindecim legionibus per triennium gestum est: nec ferè ultum majus bellum, sicut Suetonius attestatur, post Punicum fuit. Sub eodem verò tempore Quintilius Varus Proprætor cum tribus legionibus trans Rhenum fluvium à Germanis rebellantibus, mira superbia, atque avariciā in subjectos agens, funditus deletus est cum Tribunis, & Quæstoribus. Quam Reipub. cladem. Cæsar Augustus adeò graviter tulit, ut ueste, capilloque, ac reliquis ligamentis in dictis deformis, & sèpe per vim doloris catut parieti collidens clamaret: Quintili Vare, redde legiones. Bosporanos verò Agrippa superaravit, & signis Romanis, quæ illi quondam sub Mithridate abstulerant, bello recuperatis ad deditiōem coegit. A Parthis Armeniae recepit. Parbi, quasi toto orbe terrarum, vel domito, vel pacato, omnium oculis signarentur, atque in se solos omnis vigor Romani Imperii vertendus esset; quis pe quos pristina ulciscenda Crassiane cædis conscientia mordebat, ultro signa, quæ Crasso abstulerant, ad Cesarem remiserunt, obfusibusque regiis traditis, firmum fœdus fidelijsana supplicatione meruerunt. Galacia quoque sub hoc provincia facta est, cum antea regnum fuissest, primusque eam M. Lolius pro Praetore administravit. Tanto autem amore etiam apud Barbaros fuit, ut reges populi Romani amici in honorem ejus conderent civitates, quas Cæsareae nominarent: sicut in Mauritania a rege Juba, & in Palæstina, quæ nunc est urbs clarissima. Multi autem reges ex regnis suis venerunt, ut ei obsequerentur, & habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum, vel ad equum ipsius cūcurrerunt. Adeò denique turbas, bella, similitates, execratus est, ut nisi iustis de causis, nunquam genti cuiquam bellum intulerit, jaetantisque esse ingenii, & levissimi dicebat, ardore triumphandi, & ob lauream coronam, idest folia in fructuosa, in discriben per incertos eventus certaminum securitatem civium præcipitare: neque Imperatori bono quicquam minus, quam temeritatem congruere: satis celeriter fieri, quicquid commode gereretur: armaque nisi majoris emolumenti spe, nequaquam movenda esse, ne compendio tenui, jaetura gravi potita victoria simulis sit hamo aureo pescantibus, cuius abrupti, amissique detrimentum nullo capture lucro pensari potest. Avunculi quoque inventum vehementer arguebat, qui milites commilitones novo, blandoque more appellans, dum affectabat charior fieri, auctoritatem principis molliverat. (21) Iste in imperio positus Tribunitiam potestatem re se exercuit. Denique erga cives clementissimè versatus, in amicos fidus extitit: quorum præcipui erant, ob taciturnitatem Mœcenas, ob patientiam laboris, modestiamque Agrippa. Diligebat præterea Virgilium,

lium, Flaccumque poetas: rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus: liberalibus studiis, præsertim eloquentia, intantum incumbens, ut nullus, ne in procinctu quidem, laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret. *Leges alias novas, alias correllas protulit suo nomine.* Auit, ornavitque Romanæ adficiis multis, isto glorians dicto: Urbem latericiam reperi, relinqu marmoream. Fuit militis, gratus, civilis animi, & lepidi, corpore, tuto pulcher, sed oculis magis, (22) quorum acies clarissimorum syderum modo vibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus tanquam solis radiis aspectu suo. A cujus acie, dum quidam miles averteret oculos, & interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum. Nec tamen vir tantus (23) carere virtus potuit. Fuit enim paululum impatiens, leviter iracundus, occulte invidus, palam factiosus. Porro autem dominandi, supra quam estimari potest, cupidissimus, studiosus ales lusor. Cumque esset (24) vini, ac cibi multum, aliquatenus verò somni abstinenus, serviebat tamen libidini usque ad probrum vulgaris famæ. Nam inter duodecim catamitos, totidemque puellas cubare solitus erat. Abiecta quoque uxore Scribonia, amore alienæ conjugis obseßus, Liviam, quasi marito concidente, sibi conjunxit. Cujus Livit jam erant filii Tiberius, & Drusus. Cumque esset luxuriae serviens, erat tamen ejusdem vitii severissimus ultius, more hominum, qui in ulciscendis vitiis, quibus ipsi vehementer indulgent, acres sunt. (25) Nam poetam Ovidium, qui & Naso, pro eo quod tres libellos artis Anatoria scripsérat, irrevocabili damnavit exilio. Quodque est leti anni, vel amoeni, delectabatur omni genere spectaculorum, præcipue ferarum incognita specie, & infinito numero. Nam & in aëriscendo principia, oppressor libertatis est habitus, & in gerendo cives sic amavit, ut tridui frumento in horreis viso quondam, statuisset veneno enori, si è provinciis classes interea non venirent: quibus advenitis, felicitati ejus salus patriæ est attributa. Itaque anno ab Urbe condita DCCLII. Cæsar Augustus ab Oriente in Occidentem, à Septentrione in Meridiem, ac per totum Oceanum circulum cum aliis gentibus una pace compositis, Jani portas tertio ipse tunc clausit, quas ex eo per duodecim fere annos, quietissimo semper obseratas otio ipsa etiam rubigo signavit. Nec unquam, nisi senectute Augusti, pulsante Atheniensium seditione, & Dacorion coitione patiuer. Clavis igitur Jani portis Remp., quam bello quesierat, pace nutrire, & amplificare studens, leges plurimas statuit, per quas humanum genus liberâ reverentia disciplina morem gereret, dominâ appellationem ut opprobrium declinavit. Nam quin eo spectante ludos, pronuntiatum esset in Mimo: Q dominum æquum, & bonum, universique, quasi de ipso dictum esset, exultanter approbavissent, & statim quidem manu, vultuque indecoras adulaciones repreſerit, & in sequenti die gravisimo corripuit edicto, dominumque se post hac appellari, ne à liberis quidem, aut nepotibus suis vel serio, vel joco passus est. Hujus temporibus Roma satientes insignes erant, Virgilius, Flaccus, Sallustius, Livius, Hortensius, Terentius, Horatius, Athenodorus Tarvensis, & Sotio Alexandrinus. Idem verò Augustus habitatoribus Romano

A urbis, per facies dimuneras, invènit virorum habitanū in ea centies trices & semel millia triginta septem. Igitur eo tempore, id est, quadraginto secundo imperii sui anno, quo firmissime, verissimamque pacem ordinatione Dei Cæsar composuit, natus est CHRISTUS, cuius adventus par famulata est. In eius ortu, audientibus hominibus, exultantes Angeli cecinere, GLORIA in excelso Deo, & in terra pax hominibus bona voluntatis. Anno ab Urbe condita DCCLX. quatuordecim vi. cosejus, incertum unde consurgens, flamma consumpsit. Nec unquam, ut ait Livius, majore incendio vastata est, adeo post aliquot annos Cæsar Augustus ad reparationem eorum, qua tunc acta erant, magnam viam pecunie ex arario publico largitus fit. Postquam redemptor mundi Dominus Jesus Christus venit in terras, & Cæsar censu civis Romanus adscriptus est, cum per duodecim, ut dixi, annos clauso belli porta beatissima pacis tranquillitate cohíberentur, Cajum nepotem suum. Cæsar Augustus ad ordinandas Egypti, Syriaque provincias misit. Qui præteriens ab Egypto fines Palestine, apud Hierosolymam in templo Dei tunc sancto, & celebri adorare contempserit, sicut Suetonius Tranquillus referit. Quod Augustus ubi per eum comperit, prauus judicio, prudenter cum secesserat laudavit. Itaque anno imperii Cæsaris XLVIII. adeo dira famæ Romanos consequita est, ut Cæsar lanistarum familias, omnesque peregrinos, servorum quoque maximas copias, exceptis medicis, & praceptoribus trudi Urbe præceperit. Ita peccante principe in Sanctum Dei, & correpto per famem populo, quantitatem offensionis, qualitas ultiōis ostendit. Deinde, ut verbis Cornelii Taciti loquar, sene Augusto Janus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos novae gentes saepe ex usu, & aliquando cum damno queruntur, usque ad Vespasiani duravit imperium. Interea Cæsar Augustus annos natus octo & septuaginta ingressus Nolam morbo interiit: quanquam alii scribant dolo Liviae extinctum, metuentis, ne quia (26) privatum Agrippam, quem odio novercali in insulam relegaverat, reduci compererat, eo summanum rerum adepto, poenas daret. Sepultus Roma est in campo Martio. Igitur mortuum, seu necatum multis, novisque honoribus Senatus censuit decorandum. Nam præter id, quod ante Patrem patriæ dixerat, templa tam Romæ, quam per urbes celeberrimas ei consecravit, cunctis jactantibus vulgo: Utinam, aut non nascetur, aut non moreretur vir, qui non immiterò ex maxima parte deo similis est putatus. Neque enim facile ullus eo, aut in bellis feliçior fuit, aut in pace moderatior. Quadraginta & quatuor annis, quibus solus gessit imperium, civilissime vixit, in cunctos liberalissimus, in amicos fidelissimus, quos tantis evenerat honoribus, ut penè æquaret fastigio suo. Imperavit annos quinquaginta & sex: (27) duodecim cum Antonio, & Lepido: quadraginta quatuor solus. Qui certè nunquam Reip. ad se potentiam traxisset, aut tam diu eâ posiretur, nisi magnis naturæ, & studiorum bonis abundasset. Remp. beatissimam Tyberio successoris reliquit. (28)

TIBERIUS.

Anno ab Urbe condita DCCLXVII. Tiberius Cæsar Livius filius secundus Imperium adeptus est: qui privignus Cæsaris, mox gener, postremo ador-

(22) Ambros, magnis.

(23) A. virtus caruit.

(24) A. cibo, ac vino multi in deditus.

(25) A. cum H. post acres sunt, Annus VII. & LXX. ingressus, Nole morto interiit, quanquam &c.

(26) A. ne quia Scribonia privigna filium Agrippam &c.

(27) H. habuit annos XL. & sex, duodecim cum Antonio, trigesima vero & quatuor solus; sed in MS. manus anonymi correctoris fecit ex quadraginta sex, quinquaginta sex.

(28) A. post reliquit continud legit qui privignus &c.

adoptione filius fuerat. Iste, quia Claudius Tiberius Nero (29) dicebatur, eleganter à joculatoribus Cædus Biberius Mero ob violentiam dominatus est. Satis prudens in armis, satisque fortunatus ante sumptum Imperium sub Augusto fuit, ut non immixtò Reip. dominatus ei committeretur. Inerat ei scientia literarum multa: eloquio clarior, sed ingenio pessimo, truci, avaro, insidioso, simulans ea se velle, que nollet, his quasi infensus, quibus consilium cupiebat: his verò, quos oderat, quasi benevolus apparens. Repentinis responsionibus, aut consilii melior, quam quefit. (30) Denique delatum à Patribus principatum, quod quidam usu perseverat, finxit se abnuere, quod singuli dicerent, vel sentirent atrociter explorans, que res homos quoque pessimum dedit. Asperantes enim ex anno cum longa oratione imperialis molestia magistrinam declinare, cùm sententias ad ejus voluntatem promunt, incidere exitia suprema. Nusquam ipse pugnavit, (31) sed ne per legatos quidem aliqua gravia bella gessit: nisi quod tantum aliquantis in locis præcogniti cito gentium rumores comprimebantur. Sanò quarto imperii ejus anno Germanicus Drusi filius, Caligula pater, de Germanis, ad quos ab Augusto sene missus fuerat, triumphavit. Quosdam reges per blanditias ad se evocatos, nunquam remisit, in quibus Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in provinciæ formam rededit, & maximam civitatem appellarci suo nomine jussit, quæ nunc Cesarea dicitur, cùm antea Mazaca (32) dicteretur. Getudorum latrocinia repressit. Marobodus Suevorum regem callide circumvenit. Plurima sui parte imperii, cum magna, & gravi modestia Reip. præfuit, adeo ut in quibusdam provinciis augenda præsidibus tributa suadentibus scripsit, Boni pastoris esse, tondere pecus, non deglubere. Et postquam passus est Dominus Jesus Christus, & à mortuis resurrexit, & discipulos suos ad predicandum misit, Pilatus praeses Palestine provincie ad Tiberium Imperatorem, atque ad Senatum retulit de passione, & resurrectione Christi, consequentibusque virtutibus, que vel per ipsum palam facta fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine ejus siebant, & de eo, quod certatim crescente plurimorum fide Deus crederet. Tiberius cum suffragio magni favoris retulit ad Senatum, ut Christus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, quod non sibi prius secundum morem datum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit, edictoque constituit, exterminandos esse Urbe Christianos: pricipue cùm Sejanus præfectus Tiberii suscipienda religioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamen editio accusatoribus Christianorum mortem comminatus est. Nam & plurimos Senatorum proscriptis, & in mortem coegit. Viginti sibi

A patrictios viros consiliū causā tergerat, horum vias duos incolunes reliquit, ceteros diversis causis necavit. Sejanus præfectum siam res novas molientem interfecit: filios suos Drusum, & Germanicum, qui adoptivi erant, manifestis veneni signis perdidit. Filios Germanici filii sui interfecit. Hic tertio, & vigesimo imperii sui anno, ætatis vero septuagesimo octavo, & mense quarto, cùm immani furore insontes, noxios, suos pariter, ut diximus, externosque puniret, resolutis militiæ artibus, Armenia per Parthos, Moesia à Dacis, Pannonia à Sarmatis, Gallia à finitimis gentibus direpte sunt. Ipse cum ingenti omnium gaudio, insidiis Caligulae in Campania (33) extinctus est. Huius etiam imperii anno duodecimo nova, & incredibilis clades apud Fidenatum Urbem accidit. Nam Amphitheatri cævea, populo gladiorum manus spolante, collapsa est, & plusquam viginti milia hominum occidit. Deinde anno ejusdem septimodecimo, cùm Dominus Jesus Christus voluntariè quidem se tradidit passioni, sed impie à Judæis apprehensus, & patibulo suffixus est, maximo terramoto per orbem facto, saxa in montibus scissa, maximarumque urbium plurima partes, plus solita concussoce ceciderunt. Eadem quoquo die, à sexta hora diei usque in horam nonam, sol in totum obscuratus, tetraque non subito obducta est terris: & sicut dictum est, Impiaq; æternam timuerunt secula noctem. Usque adeò autem, neque lunam lunini solis, neque nubes obstruisse manifestum est, ut quartam decimam eo die lunam, totâ cœli regione interiecta longissimè à conspectu solis absuisse, & stellas tunc diurnis horis, vel potius in illa horrenda nocte toto cœlo fulsisse referatur, quod non solum Sanctorum Euangeliorum fides, sed etiam aliquanti Graecorum libri attestantur. Quanquam nonodecimo anno Tiberii hæc facta referuntur. Scribens inter ceteros autem, & Phlegon, qui Olympiadæ super ipsis enumerat, in tertiodécimo sermone eisdem verbis assertit hæc. Porro quarto anno ducentesimæ secundæ Olympiadis facta est defectio solis maxima, & nocte horâ sextâ diei facta est, itaut etiam stella in cœlo apparerent. Terremotus etiam magnus in Bithynia factus plurimam Nicæ partem urbis subvertit.

C. CALIGULA.

Anno ab Urbe condita DCCXC. Tertius ab Augusto Cæsus cognomento Caligula regnare caput, Germanici filius, Drusi privigni Augusti, (34) & ipsius Tiberi nepos, (35) & quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calceamenti militaris idem Caligula fortius est, homo omnium ante se sceleratissimus, & qui etiam Tiberii dedecora purgaverit. (36) Ante principatum charus omnibus, acceptusque fuit: in principatu vero talis, ut non immerito vulgaretur, atrociorum illo domum non fuisse. Nam, ut breviter magnitudinem cra-

(29) A. pro jocularibus, jocularoribus.

(30) A. pro quefitis meditatis, &c omis. cas. sequitur. Nusquam &c.

(31) Hersfeld. pugnacit, bella per legatos gessit suos. Quosdam reges ad se per blanditias evocatos, nunquam remisit &c. in quibus cum Eutropio convenit usque ad illa verba mortuus est in Campania. Hujus imperii XV. anno D. Jesus Christus prædicacionis sue sumpsit initium. Octavo quoque, & decimo ejusdem anno Jesus Christus filius Dei pro nobis morti offerens crucifixus est. Successit Tiberio C. Cæsar cognomento Caligula Drusi privigni Augusti, & ipsius Tiberii nepos sceleratissimus, & qui etiam Tiberii dedecora purgaverit. Bellum contra Germanos &c. in quibus cum Eutropio convenit usque ad illa verba obitum XXXII. statis annis, ubi H. obitum XXXI. statis anno imp. XIV., atque in eo omnis Augusti familia consumpta est. Denique omnibus flagitiis suis etiam hoc addidit, quid SS. Dei Apostolos Petrum, Paulumque trucidans

(E) vit. Hunc Serenus Galba succedit &c. In quibus iterum cum Eutropio. H. convenit usque ad finem libri VII.

Ambros. ab Hersfeld., & Eutropio Merula nonnullis in locis variam habet lectionem, eaque suis locis notabimus hic tamen post remisit, concordat cum utroque usque ad verba, que nunc Cesares dicitur &c.

(32) A. Mazaga.

(33) A. in Campania mortuus est, &c omis. cas. continuat: Hujus imperii XV. anno Iohannes prædicationis sua sumpsit initium. Octavo quoque decimo ejusdem anno JESUS CHRISTUS filius Dei pro nobis morti offerens crucifixus est. Successit Tiberio C. Cæsar cognomento Caligula. Drusi &c.

(34) A. filius.

(35) A. sceleratissimus, & qui &c.

(36) A. pro purgaverit, purgaret. Bellum contra &c.

crudelitatis ejus exponam, exclamasse fertur: Utinam populus Ro. unam cervicem haberet. Sæpe etiam de conditione temporum suorum conquestus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. Bellum ipse contra Germanos suscepit, & ingressus Sueviam nihil strenue fecit. Stupratus sororibus suis intulit: ex una etiam natam filiam cognovit. Incedebat habitu deorum suorum, Joven ob incestum, de choro autem Bacchanali Liberum se afferebat. De quo nescio, an decuerit memoriae prodi, nisi forte quia juvat de principiis nosse omnia, ut improbi, saltem famam metu, declinent talia. In palatio matronas nobiles publicæ libi tini subjecit. Priorus diademate imposito, dominum se appellari jufit. In spatio trium millium, quod in sinu Putolano intra molem jacet, duplice ordine naves contexens, arena aggestu ad terræ speciem viam solidatam, phalerato equo insignis querquea coronâ quasi triumphans indutus aureo paludamento, curruque bisugi decucurrit. Hisdem autem diebus Judei, qui jam tunc, ob passionem Christi, meritis ubique cladibus exagitabantur, apud Alexandriam, seditione excitata, profugati cœde, atque ex urbe propulsi, expromendorum querelorum causâ Philonem quendam virum sanè in primis eruditum, secunda vice legatum ad Cesarem miserant. Is Romanum locutus est cum Apostolo Petro, ejusque amicitias habuisse fertur.

A Sed Caligula cum omnibus hominibus, tum præcipue Judeis infestissimus, spreta legatione Philonis, omnes Judæorum sacras odes, atque in primis antiquum illud Hierosolymis sacrarium prophanari sacrificiis gentilium, ac repleti statuis, simulacris que imperavit, seque ut devon coli præcepit. Pilatus autem præses, qui sententiam damnationis in Christum dixerat, postquam plurimas seditiones Hierosolymis exceptit, ac fecit, tantis, irrogante Cajo, angoribus coarctatus est, ut suâ se transverbans manu, malorum compendium mortis celerritate quæsicerit. Igitur Cæsus, cùm adversus cunctos ingenti avaritia, libidine, crudelitate sacerdoti, interfactus est à militibus in palatio, anno ætatis suæ XXXVIII. (37) Imperii III. mensie X. dieque VIII. Qui postquam occisus est, duo libelli in secretis ejus reperti sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro scripto nominis adscriptum erat, ambo leicti sim. virorum utriusque ordinis, Senatorii videlicet, & Equestris nomina, & notas continabant, morti destinatorum. Inventa est, & archa ingens variorum venenorum, quibus mox Claudio Cæsare jubente demersis, infecta maritaduntur, non sine piscium magno exitio, quos crecatos per proxima littora passim astus ejecit.

Explicit Liber Septimus.

INCIPIT LIBER OCTAVUS.

CLAUDIUS.

(1) **A**nno ab Urbe condita DCCXCV. Claudio ab Augusto quartus regnum adeptus est, patruus Caligulae, Drusi filius privigni Cæsar Augusti, cuius Caligula nepos erat, qui apud Mogontiacum monumentum habet. Iste cùm Senatus censuisset gentem Cæsarum extirpari, deformi libe latere repertus, quia vecors erat, & mitissimus videbatur imprudentibus, à militibus Imperator est effectus. Hic ventri, vino, libi tini fæde obediens, vecors, & prope hæbes, ignarus, & pauidus, libertorum, & conjugis imperii subditus fuit. Hujus tempore Scribonianus Camillus intra Dalmatias Imperator creatus, continuò occiditur. Mauri provinciis à Cæsare pulsi, cæsa Musulaniorum manus. Aqua Claudia Romæ introducta. Igitur in exordio regni ejus Petrus Apostolus Domini Nostri Jesu Christi Romam vénit, & salutarem cunctis credentibus fidem fidei verbo docuit, potentissime virtutibus approbarvit, atque exin Christiani Romæ esse cœperunt. Sensit hoc collatum fidei sua Romæ beneficium. Accidit enim eodem tempore præsentis gratiae Dei grande miraculum. Siquidem Furiosus Camillus Scribonianus Dalmatæ legatus bellum civile molitus, legiones multas, fortissimasque ad Sacramenti mutationem pellegerat. Itaque, die dato, ut in unum undique ad novum Imperatorem conveniretur, neque Aquila ornari, neque convelli quoquomodo signa, moverive potuere. Exercitus tantæ, & tam inustata miraculi fide motus, & conversus in penitentiam, statim quinta die Scribonianum destitutum interfecit, seque sacramento prioris militiae continuuit. Igitur Claudio medie imperavit, multa gerens tranquillæ, atque mo-

C deratè, quædam crudeliter, & inconsultè. Idem XXXVI. Senatores, & CCC. simul equites Romanos minimis causis interfecit. Britannis bellum intulit, quos nullus Rom. post C. Cæsarem attigerat, eaque devicta per Cn. Sentium, & A. Plautium illustres, & nobiles viros, triumphum celebrem egit. Quasdam etiam insulas ultra Britannias in oceano positas Imperio Romano addidit, quæ appellantur Orcades, Filio autem suo Britannici nomen imposuit. Tam civilis autem circa quosdam amicos extitit, ut etiam Plautium nobilem virum, qui in expeditione Britannica multa egregie fecerat, triumphantem ipse prosequeretur, & consendentí Capitolium, lævus incederet. (2) Hujus uxor Messalina primò passim quasi jure adulteris utbaratur, ex quo factò plures metu abstinentes extincti sunt. Deince atrocius accensa, nobiliores quaque nuptas, & virginis scortorum modo secum proposuerat: coacti mares, ut adessent. Quod si quis talia horruerat, afflito criminis, in ipsum, omnime que familiam serviebat, ut magis videretur ipsa imperare viro, quam Imperatori nupta esse. Ita liberti ejus summam potestatem adepti, stupris, exilio, cæde, proscriptionibus omnia fædabant. Ex quibus Felicem legionibus Judæa præfecit. Posidonio Eunuco post triumphum Britannicum inter militarium fortissimos, arma insignia tanquam participi victoriae dono dedit. Polybium inter Consules medium incedere fecit. Hos omnes anteibat Narcissus ab epistolis, dominum se gerens ipsius domini, palamque Praetoriis ornamenti sublimatus, adeo dives, ut causante eo inopia fisci lepidissime famoso elogio vulgatum sit, abunde ei pecuniam fore, si à duobus libertis in societatem recipretur. Hic cives Romane urbis describens, invenerit sexies decies

(37) A. XXXIX. imperii IV. mensie X. dieque VII. Post quæ verba liber VII. continuat usque ad illa ignoranter sit sepultum.

(1) A. Post hunc Claudio fuit patruus Caligulae, Drusus, qui apud Mogontiacum monumentum habet, filius, cuius Caligula nepos erat. Hic Media imp. &c. Eutropius; Cladius, patruus Caligulae, Drusus, qui

apud Maguntiam cum filio monumentum habet, cuius & Caligula nepos erat, frater. Hersfeld. cum Ambrol., ubi nota, quod neque Eutropius, neque MSS. novum hic librum inchoant, sed in VII. libro haec continuantur.

(2) A. post incederet. Vixit &c.

decies centena milia nongentos. & quadraginta annum. Hujus Imperii anno quinto inter Theram, & Therasiam in mari Egea insula de profundo emicuit, magister stadiorum spatio extenta. Anno que sepolio sub procuratore Juba Cumano in Hierosolymis tanta sedicio in diebus Azymorum exorta est, ut in portarum exitu populo coactato magister militia Iudeorum cede prostrata, & confractio suffocata referantur. Tunc, & apud Asbenenses suprascripta est ora Ignoto Deo. Veruntamen anno ejus VII. tanta famae Roma fuit, ut medio furo imperator corruptus a populo corrumpitur, & fragminibus poni turpissime infestatus, egrè per Pseudothyrum in palatium refugiens, furorem excitata plebis evaserit. Hujus temporibus visus est apud Egyptum Phoenix, quem volucrem fortun anno sexcentesimo quinquagesimo quarto ex Arabia memorato loco aduolare. Et Apollonius ex Tyanensis Italie ortus, Pythagoricus platonoporus Roma pollebat, ita ut hunc ipso quoque Pythagora, Philostratus, & alii, acrioris ingenii fuisse describant. Hic Agrippinam Germanici fratris sui filium duxit uxorem, que filio Imperium procurans, primo privignum Britannicum in palatio insidius multiformibus appetit: deinceps ipsum conjugem veneno interemis. Vixit annos sexaginta quatuor, imperavit annos quatuordecim. Post mortem consecratus est, Divusque appellatus. (3) Cuius fatus, ut quondam in Tarquinio Prisco diu occultatum est, dum arte muliebri custodes corrupti egrum fanulant. Nero privignus ejus Imperii iura suscepit.

N E R O.

Anno ab Urbe condita DCCCVIII. Domitius Nero, patre Domitio Enobarbo genitus, ab Augusto quintus, principatum adeptus est. Iste quinquennio tolerabilis fuit: unde quidam prodidere Trajanum solitum dicere: procul distare curiosus princeps Neronis quinquennio: postea in omnibus Caligulae avunculo suo simillimus, qui Romanum, & deformavit imperium, & minuit. Iniquitatæ luxuriae, sumptuumque, ut qui, exemplo Caligula, in calidis, frigidisque lavaret unguentis, retibus aureis piscaretur, que blateis (4) futibus extrahebat. (5) Plurimos Senatorum nulla existente causa bonis privarit. Necatorum omnium sub una die, tormentis quoque adhibitis, omnem penitus censum abstierit. Crudeles autem rabiis ita effrenatus est, ut plurimam Senatus partem interficeret, equestrem ordinem penè destitueret. Bonis omnibus hostis fuit. Libidinib. porro tantis exagitatus est, ut ne à matre quidem, vel sorore, ullave consanguinitatis reverentia abstinuisse referatur: virum in uxorem duxerit: ipse à viro amictus nubentium virginum specie, palam convocato senatu, dote dicta, cunctis festa more frequentibus, ut uxor acceptus est. Ad postremum tanto se dedecore prostituit, ut omnia penè Italiae, ac Gracie theatra perlustrans, assumpto etiam varii vestitus dedecore saltaret; cantaret in scena citharoedico habitu, vel tragedico. Parricidia multa commisit, fratre, matre, sorore (6) interfectis. Urbem Romanam per sex dies, septemque noctes incendit, ut spectaculi ejus imagine cerneret, qualiter olim Troja capta arserat. Et ipse ex altissima illa Mecenatiana turre prospexit.

- (3) A. post appellatus. Successit buic Nero Caligula avunculo suo simillimus, qui &c.
- (4) A. blattis.
- (5) A. infinitam Senatus partem interfecit, bonis &c.
- (6) A. pro sorore, uxore.
- (7) A. aufus.
- (8) A. Cottio.
- (9) A. post defuncto. Propter hoc Romana urbi execrabilis, & ab omnibus simus destitutus, & à Senatu bofis ju-

A. lans, latuque flamma pulchritudine, tragicō habitu Hiada decantabat. Horrea quadro strulta lapide, magnaque ille veterum influe, quas discurrens flamma adire non poterat, magis machinis ad externa quondam bella, preparatis, labefactata, atque inflammata sunt. Avaritia autem tam prærupta extitit, ut post hoc incendium neminem ad reliquias rerum suorum adire permiserit. Cuncta, que flamma quoquomodo superfuerant, ipse abstulit. Centies centena millia H. S. annua ad expensas Senatum sibi conferre imp̄ravit. Octavianam, & Sabinam cognomento Pompeam in matrimonium duxit, viris earum trucidatis. In re militari nihil omnino auxit. (7) Britanniam penè amisit. Nam duo sub eo nobilissima oppida illi capta, atque eversa sunt. Armeniam Parthi sustulerunt, legionesque Romanas sub jugo miserunt. Quæ tamen sub eo provinciæ factæ sunt: Pontus Polemoniacus, concedente rege Polemone, & Alpes Cottæ, rege Cotta. (8) defuncto. (9) Tunc Galba prætor Hispania, & C. Julius imperium corripuit. At ubi advenientem Nero Galbam didicit, Senatusque sententia constitutum est, ut nudus per publicum ductus, surcâ collo, (10) ejus insertâ, virgis usque ad mortem cæderetur, atque ita saxo precipitaretur: igitur desertus undique e palatio fugit, (11) noctis medio Urbem egressus, sequentibus eum Phaone, Epaphroditæ, Neophitoque, & spadone Sporo, quem quondam executum formare, in mulierem tentaverat, & in suburbano se liberti sui, quod est inter Salariam, & Nomentanam viam, ad quartum Urbis milliarium, (12) iētu gladii transfigit, adjuvante trepidantem manu impuro, de quo diximus, eunucio, quem sanè prius, nullo reperto à quo feriretur, exclamaret: Itave nec amicū, nec inimicum habeo? Dedecorosè vixi, turpius peream. Edificavit Romanæ thermas, quæ antea Neronianæ dicebæ, nunc Alexandrinæ appellantur. Obiit ætatis trigesimo primo anno, imperavit XXIV. atque in eo otium Augusti familia consumpta est. Hujus temporibus poetae pollebant Roma, Lucanus, Juvenalis, & Persius, Senecaque Tragicus, Alfonius, atque Plutarchus Philosophi. Hunc Persæ tantum dilexerant, ut legatos misserent, grantes copiam construendi monumenti. Ceterum adeò omnia provincia, omnisque Roma in interitu ejus exultavit, usque plebs iudicata paleis magnissimum, tanquam saq̄ exempta domino triumpharet. Denique omnibus flagitiis suis hoc etiam addidit, quod (13) primus Roma Christianos suppliciis, & mortibus afficit, ac per omnes provincias pari persecutio excruciarí imperavit. Ipsum quoque nomen extirpare conatus, beatisimos Apostolos Petrum cruce affixit, Paulum capite gladio fecit. Alio autem aspergatim miseram cruentatem oborta undique oppressecit. Nam subsequente autumno tantæ urbi pestilentia incubuit, ut triginta millia funerum in rationem libitina venirent.

G A L B A.

Anno ab Urbe condita DCCXXII. de Hispania Ser. Galba surrexit, & ab Augusto sextus, principatum adeptus est, antiquissime nobilitatis Senator, Sulpiciorum gente progenitus, cum LXXIII. ætatis ageret annum, ab Hispania, & Gallis im-

pera-

dicatus, cùm quereretur ad panam, qua para erat talis, ut mudus &c.

- (10) A. capiti.
- (11) A. & in suburbano liberti sui, quod est &c.
- (12) A. post mil. se interfecit. Edificavit &c.
- (13) A. quod SS. Dei Apostolos Petrum, Paulumque cruciavit. Huic Servus Galba successit antiquæ nobilitatis Senator, cùm &c.

perator electus, mox ab universo exercitu libenter acceptus. Qui mox, ut Neronis mortem contigit, Romanum venit, & Pisonem nobilem industriumque adolescentem sibi in filium, atque in regnum adoptavit. Iste in adolescentia infamis, ad vescendum intemperans fuit: trium amicorum consilio, id est, Junii, Cornelii, Ielii, cuncta disponens adeo, ut intra Palatinas aedes pariter habitarent, & vulgo pedagogi dicerentur. Nam privata ejus vita insignis fuit militaribus, & civilibus rebus: saepe Cos., saepe Proconsul, frequenter dux, gravissimis bellis militem suum ita severissime tractavit, ut ingresso eo castra, vulgaretur statim: Disce miles militare, Galba est, non Getulicus. Hujus breve imperium fuit, quod haberet bona exordia, nisi ad severitatem propensior videretur. Insidiis Othonis occisus est, imperii mense VII. jugulatus in foro Romæ, sepultus in hortis suis, qui sunt Aurelia viâ, non longè ab urbe Roma.

OTHO.

Lucius Salvius Otho (14) occisis Galba, & Pisone, ab Augusto septimus, invasit imperium, splendidis ortus majoribus ex oppido Ferentano. Attamen materno genere nobilior, quam paterno, neutro tamen obscurio. In privata vita mollis, maximè in adolescentia omni turpis, & Neronis familiaris, in imperio documentum sui non potuit ostendere. Nam cum iisdem temporibus quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius à Germanicis exercitibus imperator factus esset: belloque civili contra eum suscepito, tribus primùm levibus bellis, hoc est, uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum quendam, quem Cistores appellant, contra Vitellianos duces congressus victor exitisset: quarto cum apud Betriacum (15) in Italia levi prælio victus esset, ingentes tamen copias ad bellum haberet, sponte semet occidit, potentibus militibus ne tam citò de belli desperaret eventu: cum tanti se non esse dixisset, ut propter eum bellum civile oriretur, voluntaria morte obiit XXXVIII. aetatis anno. XCV, imperii die. (16) Adeo militibus propriis amabilis fuit, ut plerique corpore ejus viso, suis manibus interirent.

VITELLUS.

Dein Vitellius, VIII. ab Augusto, imperio potitus est, familiâ honorata magis, quam nobili. Nam pater ejus L. Vitellius non admodum cla-

(14) A. occiso Galba invasit &c.

(15) Ita vocat Eutropius. H. Betriacum, cum quo Ambrosianus.

(16) A. post die. Deinde Vitellius &c.

(17) A. & Eutrop. de die.

(18) A. exequias Neronis, que humiliter curata fuerant honoraret, à Vespasiani ducibus occisus est: interficito in Urbe prius Sabino Vespasiani fratre, quem cum Capit-

A rē natus, tres tamen ordinarios gesserat confulatus. Hic tunens, crudelis, avarusque cum profusione fuit, & cum multo dedecore imperavit, gravique servicia notabilis, præcipue ingluvie, & voracitate: quippe cum die (17) saepe quarto, vel quinto teratur epulatus: notissima certè coena memorie mandata est, quam ei Vitellius frater exhibuit, in qua supra cæteros sumptus II. m. piscium, & VII. millia avium apposita traduntur. Hic cum Neroni similis esse veller, atque id adeo præ se ferret, ut etiam reliquias (18) Neronis, quæ humiliter sepulta fuerant, honoraret, ab omnibus exsus est. Postquam autem de Vespasiano compirit, primum defonere molitus est imperium: deinde à quibusdam animatur, Sabinum Vespasiani fratrem, nil tum mali suspicantem, cum cæteris Flavianis in Capitolium compulit, succensoque templo, & mixta simul flammâ, ruinâque, omnes in unum pariter interitum, ac tumulum dedit. At vero Vespasianus postquam apud Palæstinam imperator creatus est, in Græciam venit, gaudens, ut Græci fatentur, in his qua audiebat à Tyanensi Apollonio de tempore imperii sui, ac cæteris bonis fortioribus, loquens cum eo apud Ægyptum ab Indis, & Bragmanis, & Gymno sophistis illic diligentibus redeunte. Igitur Vitellius à Vespasiani militibus submersis Urbis certamine habito superatus, ab exercitu suo destitutus est, appropinquantibusque hostibus jam trepidus, cum se in quandam proximam palatio cellulam contulisset, turpissime inde protritus, vincis post tergum manibus, circumducitur ad spectaculum vulgi. Cumque per sacram viam publicè nudus duceretur, ne impudens in extrmis saltum malorum que gesserat, rubore faciem demitteret, erectâ comâ, & capite, subiecto in mentum gladio, seminudus, multo cæno, si moque, & cæteris diictu turpioribus purgamentis ore, & pectore involutus, in forum deductus est, atque per scalas Gemonias trahitur, ubi Sabinum Vespasiani fratrem permiserat necari, minutissimorum istum crebris ictibus excarnificatus, atque inde unco tractus in Tyberim mersus, etiam communi caruit sepultura. Periit autem aetatis anno LVII. imperii mense VIII. (19) & die primo. Multis autem, & nefariis modis per complures dies à Vespasiani militibus adversum Senatum P. Q. R. indiscreta cæde servitum est. Hunc Vespasianus succedit nonus ab Augusto.

D tolio incidunt. Interficitus autem est magno dedecore, tractus per Urbem Romam publicè nudus; erectâ comâ, & capite, subiecto ad mentum gladio ferreco involuto, & pectus, ab omnibus obvnis appetitus. Postremo jugulatus, & in Tyberim dejectus, etiam &c.

(19) Eutropius imperii mense XVIII. & die uno. H. mense VIII. & die uno, cum H. Ambro.

Explicit Liber Octavus.

INCL

INCIPIT LIBER NONUS.

VESPASIANUS.

Nro (1) ab Urbe condita DCCCXV.
brevi illa quidem, sed turbida tyran-
norum catagine discussa, tranquilla
sub Vespasiano serenitas redit. Is

A obscure quidem natus, sed optimis comparandus, privatā vitā illustris, ut qui à Claudio in Germaniam, deinde Britanniam missus, tricies & bis cum hoste confixerit, duas validissimas gentes, viginti oppida, insulam Vectam Britanniae proximam Imperio Romano adiecerit. (2) Namque, ut paulo altius repetam, Iudei post passionem Christi defituti in totum gratiā Dei, cùm omnibus undique malis circumve- nientur, quibusdam in Carmelo monte sedulti sor- tibus, quae portenderent exortos à Iudea duces rerum posituros fore, prædictumque ad se traben- tes in rebellionem exarserunt, extinctisque Romanis præsidis, legatum quoque Syriae (cui Pa- lestina nomen est) suppetias ferent, raptā aquili, & casis copiis fugaverunt. Ad hos Vespasia- nus à Nerone missus Titum filium suum ma- jorem in itinere habuit. Nam multas, & validas legiones viginti & octo, secum in Syriam trajecit. Itaque cùm Iudeos multis eorum oppidis captis in urbe Hierosolymorum, præcipue ob diem festum con- gregatos, obßidione clausisset, cognita Neroris mor- te, bortatu plurimorum regum, & ducum, maxi- me Josephi ducis Iudeorum sententiā, qui captus, cùm in vincula coniceretur, constantissimè dixerat, sicut Suetonius refers, continuò se ab eodem, sed Imperatore solvendum, imperium adeptus est, re- liboque in castris ad procriptionem obßidionis Hie- rosolymorum filio Tito, profectus est Romanum. Sed cognitā interfictione Vitellii, paulisper Alexandria subiicit. Titus verò magna, ac diuturna obßidio ne Iudeos premens, machinis, cunctisque bellicis moilibus, non sine multo suorum sanguine tandem muros civitatis irrupit. Sed ad expugnandam inte- riorem templi munitionem, quam reclusam multi- tudo sacerdotum, ac principum tuebatur, majore- vi, & mōra opus fuit. Nam intra viginti dies capta est. Quod tamen, postquam in potestatem re- dashum, opere mirandum, atque antiquitate suspe-xit, deū liberavit. utrum tanquam incitamentum boſcum incenderet, an in testimonium victorie re- servaret. Itaque cùm nunciatum ei à Roma fu- fet, quod pater ejus imperio potiretur, ex hilaritate nenia, furā ejus dextrā clementum carnis accep- it, ita ut calceamentum non reciperet. Quæ Jo- sephi ducis Iudeorum consilio, ut alia restituta- est, qui iussit ante eum transfere, in quem pluri- mun odii habebat. Igitur Titus Imperator ab exer- citu pronunciatus templum Hierosolymis incendit, ac deruit, quod à die conditionis prime, usque ad diem eversionis ultime manserat annis mille cen- tum & duobus. Muros urbis universos solo æqua- vit. Sexcenta millia Iudeorum eo bello interfe- sta Cornelius, & Suetonius referunt. Josephus verò dux Iudeorum, qui eo bello tunc prefuit, & apud Vespasianum propter prædictum Imperium ve- niā, gratiamque meruerat, scribit undecies cente- na millia gladio, & fame periisse: reliquias verò Iudeorum, diversis actas conditionibus, toto orbe dispersas, quorum numerus ad nonaginta millia bonum fuisse narratur. Quibus ante obſcena, & dira prodigia, ut idem Josephus dicit, vel visa, vel nunciatā sunt. Etenim stella præfulgens gladio

Tom. I.

(1) In A. hec usque ad verbum obſcurè non leguntur, neque novus liber incipit, sed post verb. uno habet Ve- spasianus hunc succedit, factus apud Palestinam Im- perator, obſcurè &c.

A similes per omnia, imminere desuper civitati, & cometes præterea exitialibus flammis ardere per to- tum visa est annum. Sed & ante tempus excidii, ac bellī, cùm populi ad diem festum azymorum conuenirent, octavo die mensis Aprilis noctis tem- pore horā nomā, tantus fulgor luminis aram, tem- plumque circumdedit, ut putarent omnes diem clarissimum factum, & permanit spatio horæ di- midia. Quod imperitis quidem, & ignaris proſte- rum videbatur, sed lezisperitos, & probos quoque doctores non latuit exitiale portentum. In eadem quoque festivitate victimā sacrificiis admota, & aris assistens inter ipsas ministrorum manus enixa- est agnum. Sed & janua interioris aedis, qua respiciebat Orientem, cùm esset ære solidō induta, ac perinde immensi ponderis, qua vix à viginti vi- ris summo conatu impellantibus clauderetur, ferreis quoque veltibus, & sciris munita, ac pessulis in- altum dimissis teneretur obstricta, horā noctis sextā apparuit repente patefacta. Sed & transacto die festo, post aliquot dies prima, & vicesima die mensis Maii prodigiosus apparuit visus, & fidem penè excedens, quod verè falsum putaretur, nisi oculorum fides confirmasset. Etenim prope solis occaſum visi sunt currus, & quadrigæ in omnem re- gionem per aerem, & armatorum cohortes miscerè rubibus, & urbem circumdare agminibus improvi- sis. In alio istidem die festo, qui Pentecoste appelle- latur, nocte sacerdotes ingressi templum ad ministe- ria ex more complenda, primò quidem motus quos- dam, strepitusque senserunt, tum deinde voces su- bitas audiunt dicentes, Misremus hinc. Additur etiam bis aliud terribilius. Etenim quidam Ana- nia filius Jesus nomine, vir plebejus, & rusticus, ante septimum belli annum, dum adhuc civitas in abundantia duraret, in die festo Tabernaculorum repente clamare coepit: Vox ab Oriente, vox ab Occidente, vox à quatuor ventis, vox super Hie- rosolymam, & templum, vox super sponsos, & sponsas, vox super populum. Et inde sinister die, noctuque per omnes plateas circuens hæc declama- bat, usquequo quidam ex populo primores viri, ve- lut insuicti prodigiis indignatione commoti, corre- ptum hominem multis verberibus afficiunt. At ille nequaquam pro se aliquid loquens, sed neque eos quidem, qui se circumsteterant, deprecans, easdem- voces pari obstinatione, & clamore repetebat. Tunc principes numinis aliquid intelligentes (ut res erat) esse in vitro, producunt eum ad Judicem Romanum. Apud quem flagris ad ossa usque laniatus, neque preces, neque lacrymas fudit, sed eandem vocem miserabiliter, & cum quodam ululatu emittens, per singula penè verbera proferebat addens etiam hoc: Vae vae Hierosolymis. Igitur Vespasianus, & Titus Imperatores magnificum de Iudeis trium- phum agentes, urbem ingressi sunt. Pulchrum, & ignotum antea canētis mortalibus, inter trecentos viginti triumphos, qui in id tempus aeti erant, hoc spectaculum fuit: patrem, & filium uno trium- phali curru vellos, glorioſissimam ab his, qui patrem, & filium offenderant, vittoriam reportasse. Igitur Vespasianus, Romæ se in Imperio mode- ratissimè geslit, pecunia tantum avidior fuit, ita ut eam nonnullis injustè auferret. Quam cum omni diligentia provisione colligeret, ta- men studiosissimè largiebatur, maxime (3) indi- gentibus. Nec facile ante eum cujusquam princi- pis vel major est liberalitas comperta, vel ju-

H stior.

(2) A. post adjec. rit, omnis. intermediis, statim legit Roma se &c.

(3) A. præcipue.

stior. Placidissimæ lenitatis, ut qui majestatis (4) contra se atrociores reos non facile punierit ultra exilii poenam. (5) Hujus inter cetera bona illud singulare fuit, obliuisci inimicitias, adeo ut Vitellii hostis filiam locupletissimè dotatam splendidi simo conjungeret viro. Ferebat patienter amicorum motus, contumeliis eorum, ut erat facilius, jocularibus verbis respondens. Namque Liciuum Mutianum, quo adjutore ad Imperium pervenerat, fiduciâ meritorum insolentem, lepidè flebilebat, a thibito aliquo utrique familiari, id unum dicens: Nostri me virum esse? Sed quid mirum in amicis, cum etiam offendarum, & inimicitiarum immemor fuerit? (6) Obliqua causidicorum inse dicta, & philosophorum contumaciam leniter tulit, diligens tamen coercitor disciplinæ militaris. (7) Iste exanguem diu, fessumque terrarum orbem brevi refecit, prudentissime ratus nefaria ministeria à pluribus metu curari. Præterea legibus æquissimis monendo, quodque vehementius est, vita specie vitiorum plura aboleverat: infirmus tam, ut quidam pravè putant, adversum pecuniam, cum satis constet, ærarii inopia, & clade urbi novas cum neque postea habitas vctigalium pensiones exquisisse. Hic Romam deformatem incendiis veteribus, ac ruinis, permisæ, si domini decessent, voluntibus edificandi copiâ, Capitolium, ædem Pacis, Claudi monumenta reparavit, multaque nova instituit: per omnes terras, quæ jus Romanum est, renovatae urbes cultu egregio, viae operibus maximis munisæ sunt. Tunc cavati montes per Flaminium sunt prono transgressui, quæ vulgariter Pertusa petra vocatur. Mille gentes composite, cum ducentas ægerrimè reverisset, extintis saevitiâ tyrannorum plerisque. Rex Parthorum Vologeses metu solo in pacem coetus est. Tunc deinde sine ullis bellorum tumultibus in immensum respub. Romana provehitur. Siquidem Achaja, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, quæ libera ante id tempus fuerant: item Trachea Cilicia, Comagene, quam hodie Augustofratensem nominamus, quæ sub regibus amicis erant, tunc primù redactæ in provinciarum formam, judicibus Romanis, legibusque paruerunt. Nono autem anno Imperii ejus, tres civitates Cypri terræmotu corruerunt, & Romæ magna pestilentia fuit. Hic momentibus amicis, caveret à Metio Pomposiano, de quo sermo percrebruerat regnaturum fore, Cos. fecit, alludens tali caviglio: Quandoque memor erit tanti beneficii. Institutum vero uniforme omni Imperio tenuit, vigilare de nocte, publicisque actibus absolutis, charos admittere, dum salutatur calceamenta sumens, & regium vestitum. Post autem negotiis, quæcumque advenissent, auditis, exerceri vocatione: deinde requiescere. Postremò ubi lavisset, remissiore animo convivium curabat. Plura dicere studium coegit Imperatoris boni, quem ab Augusti morte post annos quinquaginta & sex, Romana Resp. exanguis tyrannorum saevitiâ, quasi fato quodam ne rueret penitus, assequuta est. Post hæc cum Senatui, populo, postremò cunctis amabilis, ac jucundus esset, seruis joca, quibus deletabatur, admiscens interiit. Quippe primò cum crinitum sydus, quod Greci xouîn̄ vocant, apparuisset, istud, inquit, ad regem Persarum pertinet, cui est capillus effusor: deinde profluvio

A ventris fessus, (8) in villa propria circa Sabinos, (9) affurgens, stantem, ait Imperatorem terris excedere decet. Genituram filiorum ita cognitam habuit, ut cum multæ coniurationes contra eum fierent, quas patefactas ingenti dissimulatione contempsit, in Senatu dixerit, aut filios sibi successuros, aut neminem. (10)

TITUS VESPASIANUS.

Anno ab Urbe condita DCCCXXVIII. Titus Vespasianus, & Domicillæ libertæ filius, decimus ab Augusto post mortem patris, successit, qui & ipse Vespasianus dictus. Iste à puero præclaris probitatis studiis, militiae, literarum, instantissime deditus, quid contenderit, anima, & corporis numeribus ostendit. Hic ubi patriæ curam suscepit, incredibile est, quantum, quem imitabatur patrem, anteierit, præcipue clementia, liberalitate, honorificientia, ac pecunia contempsit. Quæ eò amplius grata fuere, quod ex nonnullis à privato adhuc patratis asperior, luxuriæque, & avaritia amans credebatur fore. Nam præfecturam prætorianam, patre imperante, adeptus suspectum quenque, & oppositum sibi, immixtis qui per theatra, & castra invidiosa jactantes ad poenam poscerent, quasi criminis convictos oppressit. In quis Cecinam Consularem adhibitum cœnæ, vix dum triclinio egressum, ob suspicionem stuprata Berenicis uxoris sua iugulari jussit. Jurgia autem ab eo sub patre venunda, rapinarum quoque cupidus erat. Unde Neronem cuncti opinantes, vocantesque, summam rerum naectum graviter acceperant. Sed hæc in melius convrsa, adeo ei immortalem gloriam contulere, ut delitiae, atque amor humani generis appellaretur. Denique, ut subiit pondus regium, Berenice nuptias suas sperantem regredi domum, & enervatorum greges abire præcepit. Quo facto, quasi signum protulit mutatae intemperantiae prioris. Et cum donata, concessave à principibus prioribus firmare in sequentes solerent, simul ut imperium cœpit, talia possidentibus editio sponte cavit. Iste facundissimus, bellicosissimus, moderatissimus fuit. Causas Latinè egit, poemata, & tragedias Græcè composuit. In oppugnatione Hierosolymorū sub patre militans, duodecim propugnatores, duodecim sagittarum idibus confixit. Tantam autem pietatem erga Juðeos habuit, ut circuiens Hierusalem, & repletos cavaeribus vallos, & humani corporis tibi patriam eorum terram rigari videns, cum ingenti gemitu elevatis ad colum manibus, Deum invocaret testem, hoc opus suum non esse. Romæ tantæ civilitatis in imperio fuit, ut nullum omnino puniret. Clementiam verò usque eò perduxit, ut convictos adversum se coniurationis causâ dimiserit, & in eadem familiaritate habuerit, qua ante habuerat. (11) Nam, ut breviter ejus clementiam de promam, cum adversus eum duo amplissimi ordinis conjurassent, neque abnuere cogitatum scelus quirent, monuit primò: post deductos in spectaculo se utrinque assidere jussit: petitocue mirmilonum ex industria, quorum pugnae visabantur, gladio, quasi ad explorandam aciem uni, atque alteri combisit. Quibus percussis, & constantiam mirantibus dicebat: Videtisne potestates fato dari, frustaque tentari farinus, potundi spe, vel amittendi metu? Fratrem quoque Domitianum parantem insidias, militumque animos solicitantem, fiens sèpius obtutus

(4) A. post majestatis quoque contra &c.

(5) A. post penam legit sub hoc Judea, Rom. accessit Imp., & Hierosolyma, quæ fuit urbs nobilissima Palestine, Achajan, Lyciam, Rhodus, Byzantium, Samum, quæ libera ante id tempus fuerant. Item Taraciam, Ciliciam, Comagenem, quæ sub regibus amicis. Orant, in provinciarum formam redactæ erant off. nsarum &c.

(6) A. immemor fuit. Convicia à causidicis, & philosophis in se &c.

(7) A. post militaris. Hic cum filio Tito de Hierosolymis,

triumphavit. Per hæc c. m. Senatui &c.

(8) A. pro f. ssus, extinctus est.

(9) A. post Silinos, annum agens etatis LXIX. imperiōnum, & diem septimum, atque inter diuos relatus est. Genituram &c.

(10) A. post verbum neminem legit. Huic Titus filius succedit, qui & ipse Vespasianus est dictus, vir omnium virtutum genere mirabilis, adeo ut amor, & delitio humani generis diceretur. Facundissimus &c.

(11) A. babuerit.

suius est, ne parricidio aequi cuperet, quod & se volente esset obvenerunt ei, & jam haberet, cum sit particeps potestatis. Facilitatis, & liberalitatis tantae fuit, ut cum nulli quicquam negaret, & ab amicis reprehenderetur, responderit, nullum tristem debere discedere ab Imperatore. Præterea quum quadam die recordatus in cena fuisse nulli se illo die quicquam præstisset, (12) venerando, cœlestique dicto ait: O amici hanc diem perdidimus. Hic Romæ amphitheatum edificavit, & quinque millia ferarum in dedicatione ejus occidit. (13) Hujus tempore repentinum incendium Romæ sine nocturna requie per triduum fuit, plurimæque ædes publicæ concrematae sunt. Abrupto tunc etiam vertice Vesovi montis Campaniae magna profusa incendia ferunt, torrentibus que flammarum vicina regionis, cum uribus, hominibusque deleta esse. Lues quoque Romæ, quanta vix unquam ante, fuit: quibus tamen malis, nullo vexato, pecunia propriâ subvenit cunctis remediis generibus: nunc ægrotantes per semetipsum reficiens, nunc consolans suorum mortibus afflitos. Post hæc, in usitato favore dilectus, morbo periit, in ea, qua pater villa, post biennium, & menses octo, diesque viginti, quam (14) post patrem imperaverat: ætatis anno altero & quadragesimo. (15) Hujus mors credi vix potest, quantum luctum Urbi, provinciisque intulerit, adiutorum omnes tanquam in propriâ doluerint orbitate. Senatus, obitu ipsius circa vesperam nunciato, nocte irrupit in curiam, & tantas ei mortuo laudes, gratiasque concessit, () quantas nec vivo unquam egerat, & præsenti: inter divos translatus est. (16)*

F L. D O M I T I A N U S.

Anno ab Urbe condita DCCCXXX. Domitianus Vespasiani, & Domicillæ libertæ filius, germanus Titi junior, undecimus ab Augusto suscepit imperium. Iste Neroni, aut Caligulae, aut Tiberio similius fuit, quam patri aut fratri suo. Primis tamen annis moderatus in imperio fuit: mox ad ingentia vitia profusus, (17) libidinis, iracundiae, crudelitatis, avaritiae, tantum in se odii concitavit, ut merita fratris, & patris aboleret. Interfecit nobilissimos è Senatu, dominum se, & deum primus appellari, scribi, colique jussit. Segnisque ridicule, remotis omnibus muscarum agmina persequebatur: furens libidine, cuius fæcum exercitum Græcorum linguâ uulnorañ vocabat. Hinc percunctanti cuidam, quisquam ne in palatio esset, responsum, Ne musca quidem. Nullam sibi nisi auream, aut argenteam statuam in Capitolio passus est ponи. Consobrinos suos interfecit. Superbia quoque in eo execrabilis fuit. Iste apud Romanos eunuchizari viros jussit, ut in palatio haberet, uxoremque suam Augustam nuncupari. Expeditiones quatuor habuit: unam adversus Sarmatas, alteram adversus Chertos, duas adversus Dacos. Nam quanta fuerint Diurpani Dacorum regis cum Fusco duce prælia, quan-

Tom. I.

- (12) A. post præstisset, dixerit amici. Hodie &c.
E. Amici bodie diem perdidit. H. amicis. Hodie diem perdidit.
- (13) A. post occidit. Per bac &c.
- (14) A. post viginti quam Imperator erat factus.
- (15) A. post quadragesimo. Tantus lucus eo mortuo publicus fuit, ut omnes &c.
- (*) A. concessit. & post egerat, nec inter divos præsentire relatius est.
- (16) A. post relatius est. Domitianus mox accepit imperium frater ipsius junior, Neroni &c.
- (17) A. progressus.
- (18) A. Cætibusque duplice triumplum egit.
- (19) A. post usurpavit. Multas tamen calamitates iisdem

A *tazju Romanorum clæs, ubi Oppius Sabinus consularis, & Cornelius Fuscus præfetus prætorii cum magnis exercitibus occisi sunt, longo textu evolverem, nisi Cornelius Tacitus, qui hanc historiam diligenter contexuit, de reticendo interfectorum numero, & Sallustium Crispum, & alios auctores, quam plurimos sanxisse, & scipsum idem potissimum elegisse dixisset. Domitianus autem præfissimâ elatus jactantiâ, de Dacis, Chattisque, (18) sub nomine superatorum hostium, de extinctis suis legionibus triumphavit. De Sarmatis solam lauream usurpavit, (19) ubi legio ejus cum duce interfecta est. (20) Verum, cum ob scelerâ universis exosus esset, Antonius accensus maximè injuria verborum Domitianî, qua se scortum vocari solebat, cum curans Germaniam superiorum esset, imperium corripuit, & Domitianus eum per Norbanum Appium acie stravit. Romæ quoque multa (21) ædificia vel cœpta, vel à fundamentis construxit. In his Pantheon, Capitolium, forum transitorium, odeum, (22) porticus, Isum, ac Serapium, & stadium, (23) horrea piperata, Vespaniani templum, Minervam Calcidiacam, Ludum matutinum, Micam auream, Metam sudantem, Bibliothecas incendio consumptas, petitis undique præsertim Alexandria exemplis reparavit. Sagittarum tam doctus fuit, ut inter patientes digitos extentæ manus viri procul positi spiracula transvolarent. Iste persecutionem in Christianos agi secundus à Neroni imperavit, qua multi martyrio coronati sunt, ut Orosius scribit. Inter quos & Flavia Domicilla, Flavii Clementis Cos. ex sorore neptis, in insulam Pontiam ob fidei testimoniū exiliatur. Quo tempore etiam Beatissimus Joannes Apostolus in Pathmum insulam relegatus fuit. Inter Judæos quoque acerbitate tormentorum, & cruentissime questionis exquiri genus David, atque interfici præceptum est, quasi adhuc futurus esset ex semine David, dum Prophetis sanctis & invideatur, & creditur, qui regnum possit adipisci. Igitur Domitianus mitu crudelitatis, & conscientia sua percusus est: conjurare f勒rique impulsoribus Parthinio procurante cubiculum, Stephanoque, & tum ob fraudem interceptæ pecuniae supplicium suspectante Clodiano, ascitâ etiam in consilio tyranni uxore Domitia, ob amorum Paridis histrionis à principe cruciatus formidante. Domitianum multis vulneribus confodiunt, post annum vite (24) quintum & quadragesimum, imperii quintumdecimum. At Senatus gladiatori more funus ejus ignominiosè, & cum dedecore per vespillones efferti jussit, radendumque nomen decrevit, & ignobiliter est sepultus. Hujus tempore sæculares ludi celebrati sunt. Hactenus Romæ, seu per Italianam orti imperium rexere. Hinc advenæ. Unde compertum est urbem Romam exterritorum virtute creuisse. Quid enim Nerva prudentius, aut moderatius? quid Trajano divinius? quid præstantius Adriano?*

E

H 2

-
- (20) A. post interficta est, & à Dacis Oppius Salinus Consularis, & Cornelius Fuscus Præf. prætor. cum magnis exercitibus occisi sunt. Romæ &c.
 - (21) A. multa opera fecit in his &c.
 - (22) A. dixorum porticus &c.
 - (23) A. stadium. Verum, cum ob scelerâ universis exosus esset capiſſit interfictus est suorum conjuratione in palatio, anno ætatis trigesimo quinto, Imper. XV. Funus ejus ingenti dedecore per vespillones exportatum, & ignobiliter est sepulatum.
 - (24) Eutrop. anno ætatis 45. H. anno ætatis XXXV.

Explicit Liber Nonus.

INCI-

INCIPIT LIBER DECIMUS. (1)

NERVA.

ANNO ab urbe condita DCCCXLVI.
(2) *Vetere, & Valente Cos. Resp.*
ad prosperrimum statum rediit, bonis principibus ingenti felicitate commissa. Domitiano enim exitiabilis tyranno interfecito, Cocceius Nerva (3) oppido Narniensi genitus, duodecimus ab Augusto Imperator electus est. Is in privata vita moderatus, & strenuus, nobilitatis mediæ, (4) senex admodum, operam dante Petronio Secundo praefecto prætorio, item Parthenio interfectorum Domitiani, imperator (5) factus, æquissimum se, & civilissimum, præbuit. (6) *Iste cum imperium suscepisset, mox rumore orto, vivere, atque affore Domitianum, perinde trepidavit, ut colore mutato, verbis amissis, vix confisteret. Sed à Parthenio confirmatus, recepta fiducia, ad solemne deliniamentum conversus est. Qui cum in curiam à Senatu gratanter acceptus esset, solus ex omnibus Arrius Antoninus vir acer, eique amicissimus, conditionem imperantium prudenter exprimens, amplexus eius, gratulari se ait Senatui, populo, prouincijs, ue, ipsi autem nequaquam; cai satius fuerat malos semper principes eludere, quam tanti oneris vim sustinentem, non modò molestias, periculisque subjici, sed famæ etiam inimicorum pariter, & amicorum, qui cum se mereri omnia presumant, si quicquam non extorserint, atrociores sunt ipsis quoque hostibus. Iste quicquid ante paenam nomine tributis accesserat indulxit, afflictas civitates relevavit, puellas, puerosque matos egestosis parentibus, sumptu publico per Italiam oppida ali jussit. Hic primo editio suo cunctos excules revocavit. Unde & Joannes Apostolus hac generali indulgentia liberatus Ephesum rediit. Hic, ne accessu malevolorum terroretur, Junii Maurici constantis viri dicto sic admonet. Qui convivio familiari adhibitus, cion Vejentonem consulari honore funeratum quidem apud Domitianum, tamen multos occultis criminationibus persecutum, adesse vidisset, inter colloquia mentione Catuli facta, calumniatoris præcipiti, dicente Nerva: Quid nunc faceret, si Domitiano supervixisset? nobiscum inquit Mauritius (7) cenaret. Hic iurioram disceptator maximus, & frequens fuit, & scientissimus. Calphurnium Crassum promissis ingentibus animos militum pertinantem, detulit, confessumque Tarennum cum uxore removit, Patribus lenitatem ejus increpantibus. Cunque interfictores Domitiani ad exitium poscerentur, tantum consternatus est, ut neque vomitum, neque impetum ventris valuerit differre, & tamen vehementer obstitit, dictans æquius esse mori, quam auctoritatem imperii fædere, proditis sumenda potentie auctoribus. Sed milites, neglecto principe, Petronium uno ictu, Parthenium verò, demptis prius genitalibus, & in os conjectis, jugulavere, redempto magnis sumptibus Casperio, qui scelere tam truci insolentior, Nervam compulit referre apud populum gratias militibus, quod pessimos, nefandissimosque omnium mortalium peremissent. Reip. divina provisione consuluit, Tra-*

A janum in liberi locum, & partem adoptando. (8) *Qui dum suggestente tra, voce quam maxima contra quandam Regulum nomine inclamaret, sudore correptus est. Quo refrigerante, horror corporis nimis initia febre præbuit, nec multò post vitam finivit, post annum & quatuor menses imperii & dies octo, ætatis septuagesimo atque altero anno, atque inter divos relatus est. (9) Corpus à Senatu, ut quondam Augusti, buneris delatum, in sepulcro Augusti in campo Martio sepultum est. Eo die, quo interiit, solis defactio facta est.*

TRAJANUS.

Anno ab Urbe condita DCCCXLVII. Ulpius Crinitus Trajanus ex urbe Tudertina, Ulpius ab avo dictus, Trajanus à Trajo, paterni generis auctore, vel de nomine Trajanus patris sic appellatus, decimus tertius ab Augusto imperium adeptus est, natus in Hispania, familiâ antiquâ magis, quam clara. Nam pater ejus primùm Cos. fuit. Imperator autem apud Agrippinam, (10) nobilem Gallie urbem, factus est, habens diligentiam in re militari, in civilibus lenitatem, in sablevandis civitatis largitionem. Cunque duo sint, quæ ab egregiis principibus expectentur, sanctitas domi, in armis fortitudo, utrobique prudentia, tantus in eo erat maximarum rerum modus, ut quasi temperamento quodam virtutes miscuisse videretur, nisi quod cibo, vinoque paululum deditus erat. Rempita administravit, ut omnibus principibus meritò præferatur, in usitate civilitatis, & fortitudinis. Romani imperii, quod post Augustum defensum magis fuerat, quam nobiliter ampliatum, fines longè, latèque diffudit. Urbes trans Rhenum in Germania reparavit. Daciam Decibalo victo subegit: provinciâ trans Danubium factâ, in his agris, quos nunc Thaiphali, nunc Victophali, (11) & Tervingi habent. Ea provincia decies centena millia passuum in circuitu tenuit. Armeniam, quam occupaverant Parthi, recepit, Pharnatastre (12) occiso, qui eam tenebat. Albanis regem dedit. Hiberorum regem, & Sauromatarum, & Bosphoranorum, Arabum, & Hosdroenorum, & Colchorum in fidem accepit. Carduenos, (13) Mardomedos, (14) occupavit. Et Antemusium magnam Persidis regionem, Seleuciam, & Ctesiphontem, Babylonem, & Edessam (15) vicit, ac tenuit. Usque ad Indiæ fines, & ad mare rubrum accessit, atque ibi tres provincias fecit, Armeniam, Assyriam, Mesopotamiam cum his gentibus, quæ Madenam attingunt. Arabiam postea in provinciæ formam rededit, in mari rubro classem instituit, ut per eam Indiæ fines vastaret. Gloriam tamen militarem civilitate, & moderatione superavit, Romæ, & per provincias æqualem se omnibus exhibens, amicos salutandi causâ frequentans, vel ægrotantes, vel cum festos dies habuisset, convivia cum eisdem indiscreta vicissim habens, sepe in vehiculis eorum sedens, nullum Senatorem lœdens, nihil injustum ad augendum fiscum agens, liberalis in cunctos, publice,

(1) In A. liber hic inscribitur VIII., nam usque hoc continuat VII.

(2) Eutrop. lib. VIII. & H. anno octingentesimo, & quinquagesimo ab U. C. Vetere, & Valente Cos. Alias H. cum Eutrop. ad verbum convenit ab initio, exceptis pauculis variis lectionibus, quas nota: Canis. A. etiam legit DCCCL.

(3) A. Nerva succedit in privata &c.

(4) A. post media, qui.

(5) A. Imp. est factus. Aequif. &c.

(6) A. post præbuit. Reip. divina &c.

(7) Aliter Maturicus.

(8) A. post adoptando. Mortuus est Roma post annum &c.

(9) A. relatus est. Successit ei Ulpius Crinitus Trajanus, natus Italico in Hispania, familiâ &c.

(10) Agrippinam in Galliis.

(11) Victophali. Ita & Eut., sed H. Victuali. A. Victobali.

(12) A. Farmatofiria.

(13) A. Corduenos.

(14) Eutrop. Marchomedes. H., & A. Marcomedos.

(15) A. Babylonem, Messenios vicit &c.

blicè, privatimque ditans omnes, & honoribus augens, quos, vel mediocri familiaritate cognovisset, orbem terrarum aedificans, multas immunitates civitatis tribuens, nihil non tranquillum, placidumque agens, adèd ut in omni ejus aetate unus tantum Senator damnatus sit, atque is tamen per Senatum, ignorante Trajano. Ob hanc per orbem deo proximus nihil non venerationis meruit, & vivus, & mortuus. Inter alia dicta hoc ipsius fertur egregium. Amicis enim culpantibus quoddam nimium circa omnes communis esset, respondit, talem se Imperatorem esse privatis, qualem sibi Imperatorem privatus (16) optasset. Hic ob honorem Suræ, cuius studio imperium arripuerat, lavacra condidit. De quo supervacaneum videatur cuncta velle nominatum promere, cum satè sit excusatum, atque emendatum dixisse. Fuit enim patiens laboris, studiosus opiniū cuiusque, ac bellicosi: magis simpliciora ingenia, quam eruditissimos (quum ipse pars esset scientie, moderatèque eloquens) diligeret. Justitia vero, ac juris humani, divinique, tam repertor novit, quam inveterati custos. Quæ omnia eò majora visebantur, quod per multos, atque atroces tyrannos perdito, atque prostrato statu Romano in remedium tantorum malorum divinitus credebatur opportune datus, usque eò, ut adveniens imperium ejus pleraque mirifica denuntiaverint. In quis præcipuum, cornicem è fastigio Capitoli Atticis sermonibus effatam, 15u1 xadūs. Hic in persequendis sanè Christianis errore deceptus, tertius à Nerone, cum pafim repertos cogi ad sacrificandum idolis, ac detrectantes interfici præcepisset, & plurimi interficerentur, Plenii Secundi, qui inter ceteros Judices, us Tertullianus refert, persecutor datus erat, relata admonitus est, eos homines nihil morte gerere dignam, nisi quod diis non immolarent, & Christum veluti Deum ante lucem surgentes laudarent, & malis omnibus abstinentes. Ad quem Trajanus rescribit, Christianos pro fide nullatenus inquirendas. Veruntamen continuò Roma aerea domus à Nerone totis privatim, publicisque rebus impensis condita, repentina conflagravit incendio: ut intelligeretur missa etiam ab alio persequatio in ipsius potissimum monumentis, à quo primum exorta esset, atque in ipso auctore puniri. Terramotu quatuor urbes Asie subversæ: Elæ, Myrina, Pitane, Cyme: & Græcæ civitates due, Opuntiorum, & Oriciorum. Tres Galatæ civitates eodem terramotu diruto. Pantheon Roma & Domitiano constructionum, fulmine concrematum est. Terramotus in Antiochia penè totam fabruit civitatem. Incredibili deinde motu sed uno tempore Judei quasi rabie efferati per diversas terrarum partes transversere. Nam per totam Lybian aduersus incolas excarserunt, & atrocissima bella gesserunt: qua adeo tunc imperfectis ciboribus desolata est, ut nisi postea Adrianus Imperator collectas undique aliande colonias deduxisset, vacuæ penitus terræ, abrasi habitatore manuisset. Egyptum vero totam, & Cyrenen, & Thebaïdem cruoris seditionibus turbaverunt. In Alexandria tum commissio prælio vidi, & attriti sunt. In Mesopotamia quoque rebellantibus jussu Imperatoris bellum illatum est. Itaque multa milia eorum vasta cede delecta sunt. Sanè Salaminam urbem

A Cypri, interfictis omnibus accois deleverunt. Igitur Trajanus post ingentem gloriam belli, domique quæstam, è Perside rediens, apud Seleuciam Isauriæ profluvio ventris extinctus est. Obiit autem (17) ætatis anno sexagesimo tertio, & mense uno, die quarto: imperii nono-decimo, mense sexto, die quintodecimo. Inter divos relatus est. (18) Hujus eusti corporis cineres in urna aurea relati Romam, hunc natque in Trajani foro sub ejus columna, cujus altitudo centum quadraginta pedes habet: & imago superposta, sicut triumphantes solent, in urbem invecta, Senatu præente, & exercitu. Eo tempore multò pernitosius, quam sub Nerva Tyberis inundavit, magna clade ædium proximarum: & terræmotus gravis per provincias multas, atroxque pestilentia, famaque, & incendia facta sunt. Quibus omnibus Trajanus per exquisita remedia multipliciter opitulatus est, statuens ne domorum altitudo sexaginta superaret pedes, ob ruinæ faciles, & sumptus, si quando talia contigerint, excitiosos. Unde merito pater patriæ dictus est. Hujus tantum memoria delatum est, ut usque ad nostram ætatem (19) non aliter in Senatu principibus acclamaretur, nisi Felicior Augusto, melior Trajano. Adèd in eo gloria bonitatis obtinuit, ut vel assentantibus, vel verè laudantibus occasionem magnificissimi præstet exempli. (20)

ADRANUS.

Anno ab Urbe condita DCCCLXVII. Aelius Adrianus stirpis Italicae ex Hispania, Aelio Adriano Trajani principis, consobrino Adriæ orto genitus, quod oppidum agri Piceni, etiam mari Adriatico cognomen dedit, quartus decimus ab Augusto Imperator est creatus. Hic sine aliqua voluntate Trajani imperator est factus, operam dante tamen Plotina uxore Trajani. Nam eum Trajanus, quamquam consobrini sui (21) filium, vivus noluerat adoptare. (22) Qui Trajani gloriæ invidens, statim provincias tres absulit, (23) quas Trajanus addiderat: id est, de Alsyria, Mesopotamia, Armenia, revocavit exercitus, ac finem imperii esse voluit Euphratem. Idem de Dacia facere corantem amici terruerunt, ne Romaui ciues multi (24) traderentur: propterea quia Trajanus, victâ Daciâ ex toto orbe Romano infinitas eò copias transtulerat, ad agros, & urbes colendas. Daci enim diuturno bello Decibali (25) vires fuerant exhaustæ, pacem tamen omni sui imperii tempore habuit. Semel tantum per præsidem cum Sauromatis dimicavit, & vicit. Orbem Romanum circumivit, multa aedificavit. Hic per Quadratum discipulum Apostolorum, & Aristidem Athienensem virum fide, sapientia plenum, & per Serenum Granum legatum libris de Christiana religione compositis instruetus, atque eruditus, præcepit per epistolam ad Minutum Fundacum Proconsulem Asie datam, ut nemini licet Christianos sine objectu criminis, aut probatione damnare, idemque continuò pater patriæ in Senatu ultra morem majorum appellatur, & uxor eius Augusta. Textus autem epistole hic est: Accepit literas ad me scriptas à decessore tuo Sereno Germano (26) clarissimo viro, & non placet mihi relationem silentio præterire, ne & innoxia perturbentur, & calumniatoribus latrocinandi occasio

(16) A. quales esse filii Imperatores privatus optasset. Post ingentem &c.
 (17) Eutrop. obiit autem ætatis anno LXII. mense IX. & die quarto inter diuos relatus est. H. obiit autem ætatis anno LXIII. mense Junio die IV. Imp. XIX. mense sexto, die XV. inter diuos relatus est.
 (18) A. relatus est. Solus omnium intra Urbem sepultus est. Osia collata in urnam austram in foro, quod adiuvavit, sub columna posita sunt, cuius &c.
 (19) Ad nostram ætatem. Sunt verba Eutropii, quæ & Pau-

lus Diac. MS. H., & Miscella retinuit. Canil.
 (20) A. exempli. Defunctio Trajano Helius Hadrianus creatus est princeps sine aliqua quidem voluntate Trajani, sed operam &c.
 (21) Spartanus. Eut. Hersfel., & Amb. consilire sue &c.
 (22) A. natus & ipse Italice in Hispania.
 (23) A. reliquit.
 (24) A. multi barbaris tradieruntur.
 (25) A. pro Decibali, habet crisi res.
 (26) Alter Graniano. Vido Zonaram.

cessio tribuatur. Itaque si evidenter provinciales buic petitioni sue adesse valent adversum Christianos, ut pro tribunal eis in aliquo arguant, hos eis exequi non prohibeo. Precibus autem in hoc solidis, & acclamationibus, uti eis non permitto. Eventum multò aequius est, si quis volet accusare, recognoscere de objectis. Si quis igitur accusat, & probat adversum leges quicquam agere memoratos homines, pro merito peccatorum etiam supplicia statues. Illud mehercule magnopere curabis, ut, si quis calumniae gratia quemquam horum postulaverit reum, in bunc pro sui nequitia suppliciis saevioribus vindices. Igitur Adrianus Remp. justissimis legibus ordinavit. Judeos sanè perturbatione scelerum suorum exagitatos, & Palæstinam provinciam quondam suam depositantes ultimā cæde perdomuit, excidio Hierosolymis novissimè desolatis, ita ut nec lapis super lapidem secundum divinam vocem sit in ea relictus, ultiusque est Christianos, quos illi Chorzea (27) duce, quod sibi adversus Romanos non assentirintur, excruciant. Praecipitque nec cuius Judæo introcundi Hierosolymam esset licentia, Christianis tantum civitate permitta, quam ipse in oppidi statum murorum extructione reparavit, & Eliam de prænomine suo vocari iussit. Per idem tempus Romæ Phavorinus, & Palæmon rethores insignes, necnon & Herodes Atheniensis, & Marcus habebantur. Iste facundissimus Latino sermone, Græcis literis eruditissimus fuit, ita ut à plerisque Graculus appellaretur. Atheniensium studia, moresque auxit, peritus non solum sermone, sed & ceteris disciplinis, canendi, psallendi, mendique scientia, Musica, Geometra, pictor, scelerisque ex ære, & marmore, proximè Polycletus, & Euphranoras. Proinde omnino ad ista est factus, ut elegantius nunquam quicquam humanae res expertæ videantur. Minor supra quam cuiquam credibile est, loces, negotia, milites, absentes quoque nominibus recensere: rem immensilaboris: quippe qui provincias omnes pedibus circumierat, agmen comitantium prævertens, cum oppida universa restitueret, augeret ordinibus. Namque ad specimen legionum militarium, fabros, perpendicularores, architectos, genusque cunctum extruendorum mœnium, seu decorandorum, in cohortes centuriaverat. Varius, multiplex, multiformis, atque ad vitia, & virtutes quasi arbiter genitus, impsum mentis quodam artificio regens, ingenium invidum, triste, laeticum, & ad ostentationem sui insolens, collide tegebant, continentiam, clementiam, facilitatem simul ins, contraque dissimulans ardorem gloriae quo flagrabat: accerrimus ad lacessendum, & respondendam seriis joco maledictis: referre carmen carmini, dictum dicto, prorsus præmeditatum crederes adversus omnia. Hujus uxor Sabina, dum prope servilibus injuriis afficitur, ad mortem voluntariam compulsa, quæ palam iactaba se, quod immixte i genium probavisset, elaborasset, ne ex eo ad humani generis perniciem gravidaretur. Hic morbo subcutaneo, quem diu placide sustinebat, vicitus, dolore ardens, impatiensque pbare è Senatu extinxit. A regibus multis pace occultis impetrata muneribus, jactabat palam plus se otio adeptum, quam armis cætros. Officia sanè publica, & Palatina, necnon militia, in eam formam statuit, quæ paucis permutatis, hodie permanet. Dehinc miserabili exitu consumptus est, cruciatu membrorum omnium confectus, intantum ut crebro sese interficiendum ministrorum fidissimis precans

A offerret, ac ne in semetipsum saeviret, charissimum custodiā servaretur. Hic non magnam clementiæ gloriam habuit, diligentissimus tamen circa ærarium, & militum disciplinam. Obiit in Campania (28) apud Bajas, imperii anno vigesimo primo, mense decimo, & die vigesimo: (29) ætatis sexagesimo, & altero anno. Senatus ei tribuere noluit divinos honores. Tamen, cum successor ipsius Titus Aurelius Antoninus Fulvius hoc vehementer exigeret, & universi Senatores palam resisterent, tandem obtinuit.

ANTONINUS PIUS.

Ergo Adriano successit quintus decimus ab Augusto M. Antoninus Fulvius Bojonius, idem etiam Pius postea nominatus, genere claro, sed non admodum vetere. Iste ab Adriano in filium adoptatus, cuius gener fuerat, vir insignis, qui merito Numæ Pompilio conferatur, ita ut Romulo Trajanus æquaretur. Vixit ingenti honestate, privato major (30) imperio, nulli acerbis, cunctis benignus, in re militari moderata gloriâ, defendere magis provincias, quam ampliare studens, viros æquissimos ad administrandam Remp. quærens, bonis honorem habens, improbos sine aliqua acerbitate detestans, regibus (31) amicus esse studens: cum orbem terræ nullo bello per annos viginti tres sola auctoritate rexerit, adeò trementibus eum, atque amantibus cunctis regibus, nationibusque, & populis, ut parentem, seu patronum magis, quam dominum Imperatoremne reputarent, omnesque in morem cœlestium propitiū optantes, de controversiis inter se judicem poscerent. Quin etiam Indi, Balti, Hircani legatos misere, iustitiā tanti Imperatoris compertā, quam ornabat vultu (32) serie pulcro, procerus membra, decenter validus: priusquam salutandus prodiret, degustans panis aliquantum, ne frigescente circùm præcordia sanguine, per jejunium viribus exēsis interciperetur, eoque actus publicorum minime sufficeret, quem incredibili diligentia ad speciem optimi patrisfamilias exequebatur, appetentia gloria carens, & ostentatione, adeò mansuetus, ut instantibus Batribus ad eos, qui contra eum conpararant, persequendos, compresserit questionem: profecto sciens necesse non esse sceleris in semetipsum cupidos pertinaciū indagari, quia si plures reperirentur, quantis odio esset intelligeretur. Hic aate imperium ditissimus fuit: omnes quidem opes suas stipendiis militum, & circa amicos liberaliter erogando com(*)minuit. Verum ærarium opulentum reliquit. Pius propter clementiam dictus est. (33) Hujus temporibus Justinus philosophus librum pro Christiana religione compositum eidem Antonino tradidit, benigneque eum erga Christianos homines fecit. Qui non longè post suscitante se persecutione, & crescente, scripsit univ. rfsi libibus Asiae epistolam in his verbis: Ego quidem non ambigo, etiam ipsis diis curæ esse, ne qui noxius lateat: multò enim magis ipsis convenit punire eos, qui sibi inamolare nolunt, quam vobis. Sed vos confirmatis eorum, quos persequimini sententiam, quam de vobis habent dicentes vos impios, & sine deo esse. Unde, & optabilius habent animam posse pro Deo suo, & mortem libenter amplecti, quam vobis acquiescere, & in vestre religionis jura concedere. Demotibus autem terra, qui vel facti sunt, vel etiam nunc fiunt, absurdum non erit mœrem vestrum justa commonitione solari. Quoniam quidem comperi,

(27) Euseb. Chron. Corobas.

(28) A. in Campania maior sexagenario imperii anno XXI. menses X. die 22. Senatus volebat ei &c.

(29) Ita & II. sed Eutrop. XXIX.

(30) A. longe privatus, in majori imp.

(31) A. Regibus amicis uerabilis uenit, quam terribilis, adeosit barbarorum plurimæ nationes, & pessis armis,

ad eum controversias suas, litigiasque deferrebat, sicutaque parerent. Hic.

(32) Bongarl. vultu nitido, & sereno, & pulcro.

(33) A. amicos liberaliter miruit.

(34) A. post dictus est. Obitus apud Orium Villam suam millionis ab U. XII. vita anno LXXXII. Imp. XXXIII. atque &c.

pori, quod in bujuscemodi rebus ad illorum invidiā communē casus transfertis. In quo illi quidem maiorem fiduciam accipiunt apud Deum. Vos autem in omni tempore, quo de talibus ignoratis, ceteros quidem deos negligitis, cultum vero ignoratis Dei, quem Christiani colunt, expellitis, & deturbatis, usque ad mortem cultores illius observantia perseguentes: super quibus plurimi ex prouinciis judices etiam venerabili patri nostro scripsent. Quibus rescriptum ab eo, ut nihil molestia bujuscemodi hominibus generarent, nisi forte arguerentur; aliquid adversum Romani regni statum moliri. Sed & mibi ipsi de his quamplurimi retulerunt, quibus ego paternam sequutus sententiam pari moderatione rescripsi. Quod si quis persistit bujuscemodi hominibus, absque ullo crimine movere negotia, ille quidem, qui delatus pro hoc nomine fuerit, absolvatur, etiam si probetur, id esse, quod ei abjectur, Christianus. Is autem, qui crimen obtendit, reus pena ipsius, quam objicit, existat. Proposta Ephesi publicè in conventu Asiae. Per idem tempus Rome agnoscitur Arrianus philosophus Nicomedensis praetor, necnon & Maximus Tyrius, Apollonius Stoicus, Chalcedonius, Basiliades, Cytopolitanus. (34) Isti etiam magistri verissimi Caesaris extitere. Igitur Antonius apud Lorias (35) villā propriā, millibus passuum duodecim ab Urbe, febri paucorum dierum, post vitā annū septuagesimum septimum, imperii vicesimū tertium consumptus est, atque inter divos relatus est, & merito consecratus, (36) ita ut in honorem ejus templa, Sacerdotes, atque infinita alia decreta sint. Usque adeò autem mitis fuit, ut cùm ob inopia frumentaria suspicione lapidibus à populo Romano perstringeretur, maluerit ratione exposita placare, quam ulcisci seditionem.

M. A U R E L I U S.

Anno ab Urbe condita DCCCCXI. M. Aurelius Antoninus Verus, sextusdecimus ab Augusto, Imperium adeptus est, haud dubiè nobilissimus: quippe cùm ejus origo paterna à Numa Pomplilio, materna à Salentino rege penderet, & cum eo L. Annus Antoninus Verus. (37) Tumque (38) Romana Resp. duobus æquo jure Imperium administrantibus paruit, cùm usque ad eum singulos semper habuisset Augustos. Hi, & genere conjuncti inter se fuerunt, & affinitate. Nam Verus (39) nepos, Antoninus gener Antonini Pii fuit, per uxorem Galeriam (40) Faustinam minorem consobrinam suam. Hi bellum contra (41) Vologesum regem Parthorum gesserunt, qui post victoriam Trajanī primū rebellaverat, (42) & gravi eruptione Armeniam, Cappadociam, Syriamque vastabat. L. Verus Annus Antoninus ad id bellum profectus est. Qui dum Athenis sacrificaret, ignis in celo ab Occidente in Orientem ferri visus est. Qui Antiochiae, & circa Armeniam agens, multa perduces suos ingentia patravit. Seleuciam Assyrīam urbem nobilissimam, super Hydaspen fluvium sitam cum quadringentis millibus hominum cepit. Parthicū triumphum revexit. (43)

(34) Eusebius MS. Syropolitanus, impressus Cytopolitanus.

(35) Eutrop., & Euseb. Olsit apud Lorias villam suam. H. apud Orium.

(36) A. omis. cat. Post bunc imperavit M. Antoninus Verus.

(37) Ita & Eutrop. Sed H. L. Annus Antonius Severus.

(38) A. Tumque primū Rom. &c.

(39) A. Verus Annus Antoninus gener &c.

(40) Ita & Hersfeld. Sed Eutrop. Valeriam. Vide Orosium, epitomen Victoris, & Capitolinum, ex quibus Miscella hic texit sua. Ab hoc loco, sicut alias ferè semper, sicut P. Diaconus plura quadam habet, quam Eutrop. ita auctor Miscelle, subinde plura addit Diacono, ut conferenti singulos patebit. Canit.

(41) A. contra Partbos gesserunt. Qui &c.

A Obiit tamen in Venetia (44) inter Altinum, & Concordiam civitatem, quam proficisceretur, & cum fratre in vehiculo sederet, subito sanguine ictus, casu morbi, quem Græci ἀπόλυτον vocant: (45) carminum maximè Tragicorum studiosus, ingenii asperi, atque lascivi, reverentia tamen fratris nihil unquam atrox ausus. Cumque obiisset undecimo anno imperii, inter diuos relatus est. Post eum Marcus Antoninus Verus Remp. solus tenuit, quem mirari facilis quisquam quam laudare possit: à principio vitae tranquillissimus, adeò ut ab infancia quoque vultum nec ex gaudio, nec ex mœrore putaverit, (*) Philosophię deditus Stoicę. Ipse etiam non solum vitæ moribus, sed etiam eruditione philosophus, tantæ admirationis adhuc juvenis, ut eum successorem paraverit Adrianus relinquere: adoptato tamen Antonino Pio, generum ei (46) idcirco esse voluerit, ut hoc ordine ad imperium perveniret. Institutus est ad philosophiam per Appollonium Chalcedonium, ad scientiam literarum Græcarum per Sextum Cheronensem (47) Plutarchi nepotem. Latinas autem literas, eum Fronto orator nobilissimus docuit. Hic cum omnibus Romæ æquo jure egit, ad nullam insolentiam elatus est. (48) Imperii fastigio liberaliter usus est, & promptissime. Provincias ingenti benignitate, & moderatione tractavit. Contra Germanos eo principe feliciter res gestas sunt. Iste virtutum omnium, cœlestiisque ingenii extitit, ærumnisque publicis quasi defensor objectus est. Etenim nisi ad illa tempora natus esset, profecto quasi uno lapsu ruisserent omnia status Romani. Quippe armis quies nunquam erat: perque omnem Orientem, Illyricum, Italiamque bellum fluebant. Terræmotus non sine interitu civitatum, inundationes fluminum, lues crebræ, locustarum acies in agris infestæ, prorsus, ut prope nihil quo summis angoribus atteri mortales solent, dici, seu cogitari queat, quod non illo imperante servierit. Credo divinitus attributum, ut dum mundi lex, seu natura aliquid hominibus incognitum gignit, rectorum consiliis, tanquam medicinae remediis leniatur. Hic permisit viris clarioribus, ut convivia eodem cultu, quo ipse, & similibus ministris exhiberent. His in diebus Partibici belli persecutioes Christianorum quartā jam post Neronem vice agi imperavit, quæ tam graves ejus præcepto extitere, ut in Asia, & Gallia multi Sanctorum martyrio coronati sint. Bellum unum ipse gessit Marcomannicum, sed quantum nullā memoria fuit, adeò ut Punicis conferatur. Nam eò gravius est factum, quod universi exercitus Romani perierant. Sub hoc tantus casus pestilentiae fuit, ut post victoriam Persicam, Romæ, ac per Italiam, provinciasque, maxima hominum pars, militum omnes ferè copiæ languore defecerint. Ingenti ergo labore, & moderatione cum apud Carnuntum jugi triennio perseverasset, Marcomannicum bellum confecit: quod cum his Quadi (49) Vandali, Sarmatae, Suevi, atque omnis (50) penè Germania gerebant:

&

(42) A. rebellaverant. Verus Antoninus ad id profectus est. Qui Antiochia &c.

(43) A. post rexxit, cum fratre, eodemque sacro triumphavit. Olsit &c.

(44) A. Venetia, cum de Concordia civitate Altinum proficeretur, & cum fratre &c.

(45) A. vocant. Vir ingenii parum civilis.

(*) A. mutaverit.

(46) A. genere ejus. Idcirco &c.

(47) A. per Ciborense Plut. &c.

(48) A. Elatus est imp. fastigio. Liberalitatis promptissima.

Provincias &c.

(49) A. quod Squadi.

(50) A. omnis barbaria commovit, multa milia hominum interficit, ac Pannonis &c.

¶ in Quadorum usque fines progressus exercitus, circumventusque ab hostibus; propter aquarum penuriam, cion tam sitis, quam hostis periculum sustineret, ad invocationem Christi nominis, quam subito magnâ fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta vis pluvie effusa est, ut Romanos quidem largi simè, ac sine injuria refecerit, Barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, præsentim cum plurimi eorum occidentur, in fugam coegerit. Quorum terga Romani usque ad internecionem cedentes, gloriissimam viatoriam, & omnibus penè antiquiorum titulis præferendam, rudi, parvoque militum numero, sed potenti simo Christi auxilio reportarunt. Igitur multæ millia hominum interfecta: ac Pannoniis servitio liberatis, Roma rursus (51) cum Commodo Antonino filio suo, quem Cæsarem fecerat, triumphavit. Ad hujus belli sumptum, cum ærario exhausto, largitiones, quas militibus impenderet, nullas haberet, neque indicere Senatui, aut provincialibus aliquid vellet, instrumentum regii cultus, factâ in foro Trajani diu sectione distraxit, vasa aurea, pocula crystallina, & murrina, uxoriam, ac suam sericam, & auream vestem, multa ornamenta gemmarum, ac per duos continuos menses venditio habita est, multumque auri redactum. Post viatoriam tamen emptoribus pretium restituit, qui reddere comparata voluerunt, molestus nulli fuit, qui maluit semel empta retinere. (52) Hic in editione numerum (53) adeò magnificus fuit, ut centum simel (54) leones exhibuisse tradatur. Hujus tempore Caecilius tyrannidem arripiens extinctus est. Hic etiam præteritis temporis per omnes provincias tributa donavit, omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa monimenta conjecta in foro iusti incendi, severioresque leges novis constitutionibus temperavit. Per idem tempus Rome pollebat Galenus optimus medicus, genere Pergamenus. Et Salvius Julianus Roma leges promebat, & Fronto rhetor, & Aristides Smyrnæus sophista, Oppianusque poeta, & Atticus Platonicus philosophus Rome erant. Igitur, cum fortunatam Reimp. virtute, & mansuetudine reddidisset, obiit in Campania apud oppidum Vendobonam duodevigesimo imperii anno, ætatis sexagesimo primo. (55) De ejus morte nuncio Romam pervecto, confusa luctu publico Urbe, Senatus in curiam vestem tetra amictus convenerit, & quod de Romulo ægrè creditum est, omnes pari sensu præsumpsere, Marcum cœlo receptum esse, ob cuius honorem templa, columnæ, multaque alia decreta sunt.

COMMODUS.

Huic succedit L. Aurelius (56) Commodus filius ejus, qui & ipse Antoninus dictus, & ab Augusto decimus septimus Imperator est creatus. Hic qualis futurus esset, in seculo primordio ostendit. Namque cum in supremis moneretur à patre suo, attritos jam Barbaros, ne permitteret vires recipere, responderat: Ab incolmi quamvis paulatim negotiorum perfici posse, à mortuo nihil. Iste nihil paternum habuit, nisi quod contra Germanos feliciter, & ipse pugnavit. Se-

A ptembrem mensem ad nomen suum transferre conatus est, ut Commodus diceretur. Sed luxuria (58) & obscenitatis dedecore plurimo depravatus, gladiatori quoque armis saepissime in ludo depugnavit. Deinceps etiam in amphitheatro cum hujusmodi hominibus, (59) & cum feris decertavit. Interfecit etiam plurimos Senatores, maximè quos animadvertit nobilitate, industriaque excellere flagitia regis, (60) inter quos etiam Salvium Julianum legislatorem occidit. Persona Urbis insequitur. Nam fulmine Capitolium, ictum, ex quo facta inflammatio Bibliothecam illum majorum curâ, studioque compostam, adesque alias juxta sitas, rapaci turbine conceremant. Deinde aliud incendium postea Romæ exortum, & edem Vestæ, & Palatum, plurimamque Urbis partem solo aquavit. Huic Martia generis libertini uxor fuit, formâ tamen, meretriciis, ue artibus pollens, qua cum animum ejus penitus devinxisset, egresso è balneo veneni poculum obtulit. Ad extremum ab immisso validissimo palæstrita, compressis ejus faucibus, expiravit in domo Vestiliani, cùm annis duodecim post patrem, & octo mensibus imperasset: vitæque anno vigesimo secundo.

PERTINAX.

Huic successit Helvius Pertinax, qui octavus decimus ab Augusto Imperium adeptus est. Ifc grandævus, & qui septuagenariam (61) attigisset ætatem, Præfecturam Urbe tunc agens ex Senatusconsulto (62) coactus imperium repungansque suscepit. Proinde tale cognomentum sortitus est. Octogesimo primo die Imperii prætorianorum militum seditione, & Salvii Juliani scelere (63) multis vulneribus obtruncatur. Hujus caput tota Urbe vestrum est. Hoc exitu obiit, vir ad humanae conversationis exemplum, per laboris genera universa ad summos usque proverbus honores, usque eo, ut Fortuna vocaretur pila. Is origine ortus sordida, nam libertino genitus patre, apud Ligures in agro squalido Lollii Gentiani, cuius in præfectura quoque se clientem esse liberalissimè fatebatur, fuit doctror litterarum, que à Grammaticis traduntur. Blandus magis, quam beneficus. Unde eum Graco nomine χρησόλογα appellaverunt. Nunquam iniuriam acceptâ ad ulciscendum ductus. Amabat simplicitatem. Communem se affatu, convivio, incessu, præbebat. Huic mortuo divi nomen decretum est. Ob cuius laudem ingeminatis ad vocis usque defectum plausibus acclamatione est. Pertinace imperante securi viximus, neminem timuimus, patri pio, patri Senatus, patri omnium honorum.

DIDIUS JULIANUS.

Post eum Didius Salvius (64) Julianus ortu Mediolanensis, nonus decimus ab Augusto Remp. invasit, vir nobilis, & jure peritissimus, nepos Salvii Juliani, qui sub divo Antonino (65) perpetuum composuit edictum (66) factiosus, præceps, regni avidus. Hoc tempore Niger Peccennius apud Antiochiam, & in Sabario (67) Panormæ oppido Septimius Severus creantur Augusti. Ab hoc Severo Julianus vietus est apud Milvium pontem bello civili, & fugiens in palatio

(51) A. Romam reversus.

(52) A. retinere. Hic permisit viris clarioribus, ut comitiva eodem cultu, quo ipse, & ministris similibus exhibarent. In editione &c.

(53) A. minorum post viatoriam adeò &c.

(54) A. simul.

(55) A. LXI. & ab omnibus certatim admittentibus inter divos relatus est.

(56) A. Hujus successor L. Antoninus Commodus.

(57) Victor legit negotia.

(58) A. uxoria obscenitate.

(59) A. bonimib[us] dimicavit. Obiit morte subita, ad eum strangulatus, vel veneno interficetus putetur, cùm

annis XII. post patrem, & VIII. mensibus imperasset, tanta execratione omnium, ut hostis humanus generis etiam mortuus judicaretur.

(60) Locus transpositus restituendus ex Orosio. Canis.

(61) Ita Euseb. Capitolin., & Victor sexagenarium.

(62) A. S. C. imperare jussus LXXX. die Imperii.

(63) A. sceleri occisus est.

(64) A. Sabinus.

(65) A. Adriano.

(66) A. post editum. Victor à Severo apud Milvium pontem interficetus in palatio. Vixit mensibus septem postquam &c.

(67) Victor in Panormia Sabatia.

to captus, & in abditas Palatii balneas ductus, extenta damnatorum modo cervice decollatur, caputque ejus in rostris ponitur, post septem menses, quam imperare cooperat.

S E P T. S E V E R U S.

Anno ab Urbe condita DCCCCXLVII. (68) Septimus Severus, vigesimus post Augustum (69) Romani imperii administrationem suscepit. Iste ex Africa oriundus, provincia Tripolitana, oppido Lepti fuit. Solus omni memoria, (70) & ante, & postea ex Africa Imperator fuit. Hic primum fisci advocatus fuit, mox militaris Tribunus, per multa deinde & varia officia, atque honores, usque ad administrationem totius Reip. venit. (71) Bella multa, & feliciter gessit. Pescennium (72) Nigrum, hominem omnium turpitudinum, qui in Aegypto, & Syria rebellaverat, apud Cizicum interfecit: Parthos vicit, & Arabas interiores, & Adiabenos. (73) Arabas eosque superavit, ut etiam provinciam ibi faceret. Idcirco Parthicus, Arabicus, Adiabenicus (74) dictus est. Multa toto orbe Romano reparavit. Sub eo etiam Clodius Albinus, qui in occidendo Pertinace socius fuerat Juliano, Cæsarem se in Gallia fecit, viciisque apud Lugdunum, & imperfectus est. Hic fuit bellissimus omnium, qui ante eum fuere: acer ingenio, & ad omnia, quæ intendisset, usque in finem perseverans, benevolentia, quæ inclinasset mirabili, ac perpetua. Ad acquirendum diligens, ad largiendum liberalis, in amicos, inimicosque vobemens pariter, quippe qui Lateranum Cilonem, Anulimum (75) Bassianum, ceterosque alios ditaret eadibus quoque memoratu dignis, quarum præcipuas videmus, Parthorum, quæ dicuntur ac Laterani. Hic nulli in dominatu suo permisit honores venundari. Iste Judeos, & Samaritas rebellare conantes ferro coercuit. Quinta post Neronom persecuzione Christianos excruciat, plurimique Sanctorum per diversas provincias martyrio coronati sunt. Igitur Severus, præter bellicam gloriam, etiam civilibus studiis clarus fuit, & literis Latinis doctus, Philosophiae scientiam ad plenum adeptus, Græcis sermonibus eruditus, Punica eloquentia promptior. Novissimum bellum in Britannia habuit, atque (76) receptas provincias omni securitate munivit. (77) Itaque magnam fossam, firmissimumque vallum, crebris insuper turribus, per centum & trigintaduo millia passuum à mari ad mare deduxit. (78) Ibi apud Eboracum oppidum, cùm membrorum omnium, maximè pendulum dolorem pati nequiret, veneni vice, quod ei negabatur, cibos gravis, ac plurimæ carnis avidius invaserit. Quos cum confidere non posset, cruditate pressus expravit, Anno imperii XVIII., menseq; decimo: vita anno sexagesimo quinto, divusque appellatus est. Nam filios duos successores reliquit, Bassianum, & Geram. Sed Bassiano Antonini nomen à Senatu petiit (79) imponi.

CARACALLA.

Itaque dictus est M. Aurelius Antoninus Bassianus (80) Caracalla, patrique successit, Lugduni genitus. Hic Bassianus ex avi materni nomine dictus est. At cùm è Gallia vestem plurimi. I.

(68) Orosio DCCCXLIV.

(69) A. legit. Hinc Sept. Severus Rom. &c.

(70) A. Solus omnium.

(71) A. venit. Pertinacem se appellari voluit in bonorem ejus Pertinacis, qui à Julianu fuit occisus. Parcus admodum fuit, natura fæsus. Multa &c.

(72) A. Fescennium. Victor Fescennium.

(73) A. Azabenos.

(74) item Azabenicus.

(75) Victor Anulimum.

(76) A. utque.

(77) A. minaret vallum per XXII.m. passuum &c.

A man devexisset, talaresque Caracalla fecisset, coegissetque plebem ad se salutandum induitam talibus introire, de nomine hujuscemodi uestis, Caracalla cognominatus est. Hic fratrem suum Germanam perempsit, ob quam causam furore penas dedit, dirarum insectatione, quæ non immerito Ultices vocantur, à quo post furore convalescit. Hic corpore Alexandri Macedonis conspecto, Magnum Alexandrum se jussit appellari: assentantium falacris eosque perduclus, ut truci fronte, & ad laevum humerum conversa cervice, quod in ore Alexandri notaverat, incedens, fidem vultus similimi persuaderet sibi. Iste morum serè paternorum fuit, paulò asperior, & minax. Opus Romæ egregium fecit lavacri, quæ Antoniane appellantur, (81) nihil præterea memorabile. Impatientis libidinis, qui novercam suam Julianum uxorem duxerit. (82) Is dum moliens adversus Parthos expeditionem movisset, cùm Carras iter faceret, apud Edissam in Osdroena sedens ad officia naturalia, à milite, qui quasi ad custodiā sequebatur, interfecit, anno imperii sexto, mense secundo, vix vite (83) egressus quadragesimum tertium annum. Corpus ejus funere publico Romam relatum. (84)

MACRINUS.

Deinde Opilius Macrinus, qui praefectus Praetorio erat, cum filio Diadumeno, ab exercitu Imperatores creati, nihil memorabile ex temporis brevitate gesserunt. Nam imperium eorum duorum mensium, & unius anni fuit. (85) Ambo pariter ab eodem exercitu apud Archelaudem obtruncantur, pro eo, quod Macrinus militarem luxuriam, & stipendia profusa compimeret.

HELIOGABALUS.

Anno ab Urbe condita DCCCCLXXII. post hos creatus est Marcus Aurelius Antoninus Varius, vigesimus terius ab Augusto Imperator. Hic Antonini Caracallæ (86) ex Semea consobrina sua occulte stuprata filius. Sacerdos autem Heliogabali templi erat. Proinde Heliogabalus dictus. Hujus matris Semeæ avus Bassianus nomine fuerat, Solis Sacerdos, quem Phœnices, unde erat, Heliogabalum nominabant, à quo iste Heliogabalus dictus est. Is, cùm Romam ingenti & militum, & Senatus expectatione venisset, probris se omnibus contaminavit, impudicissime, & obscenissime vixit. Cupiditatem stupri, quam assequi natura defecit non poterat, in se convertens, Bassianam se, pro Bassiano jusserrat appellari. Vestalem virginem quasi matrimonio jungens suo, absconditque genitalibus, Magnæ matri se sacravit. Hic Marcellum, qui post Alexander dictus est, consobrinum suum, Cæsarem fecit. Biennioque post, & octo mensibus, quam imperare cœperat, Rome tumultu militari imperfectus est, anno vite sextodecimo, & cum eo mater sua misera. (87) Hujus corpus per Urbis vias more canini cadaveris à militibus tractum est, militari cavillo appellantium indomitæ, rabidaque libidinis catulam. Novissime cùm angustum foramen cloaca corpus minimè reciperet, usque ad Tyberim deductum, adjecto pondere, ne unquam emergeret, in fluvium projectum est, atque ex his quæ acciderant, Tyberi-

I

(78) A. deduxit. Decessit Eboraci admodum senex imp. anno XVI. mense III., & dictus &c.

(79) A. voluit.

(80) A. Bassianus, itemque Caracalla morum &c.

(81) A. lavacrum, quod Antonianum appellatur.

(82) A. duxerit. Defunctus est in Hofdroena apud Edissam molitus adversus Parthos expeditionem anno &c.

(83) A. etatis.

(84) A. elatus est.

(85) A. fuit. Seditione militari amlo paritor occisi sunt.

(86) A. filius putabatur.

(87) A. Suriajra.

berinus Traetius appellatus est.

A L E X. S E V E R U S.

Anno ab Urbe condita DCCCCLXXV. huic successit in imperium vigesimus quartus ab Augusto Aurelius (88) Severus Alexander, ab exercitu Cæsar, à Senatu Augustus appellatus, juvenis admodum. Susceptoque adversus Persas bello, Xerxes (89) eorum regem gloriosissimè vicit. Militarem disciplinam severissimè rexit, quasdam tumultuantes legiones integras exauditoravit. Affectorem habuit, vel scriniorum magistrum, Ulpianum juris conditorem. (90) Cujus mater Mammea Christiana Origenem presbyterum audire curavit. Bonus quoque Reip. fuit, & ruminosus sibi. Hujus temporibus Taurinus in Oriente Augustus, effectus ob timorem ipse se Euphrati fluvio abjecit. Tunc etiam Julius Maximinus apud Gallias regnum arripuit, pluribus de exercitu corruptis. Alexander vero cum deserit se ab stipulatoribus apud Magontiam vidisset, matrem sibi causam fuisse mortis exclamans, accurrente percussore, obvolo capite, cervices manibus valde compressas præbuit, anno vitæ vigesimosexto, imperii decimotertio, & die octavo. In Mammeam matrem suam unicè pius fuit, & ob id omnibus amabilis. Hæc è filium coegerat, ut & illa ipsa permodica, si mensa, prandioque supererent, quamvis senes alteri convivio reponerentur.

M A X I M I N U S.

Post hunc (91) Julius Maximinus genere, Tbrax ad imperium accessit, vigesimus quintus ab Augusto, anno ab Urbe condita DCCCCLXXXVIII. Is primus ex corpore militari Imperator factus, sola militum voluntate, cùm nulla Senatus intercessisset auctoritas, neque ipse Senator esset. Hic bello adversum Germanos feliciter gesto, (92) dum pecuniosos persequitur, insontes pariter, noxiosque, apud Aquilejam à Pupieno occisus est, deserentibus eum militibus suis, cum filio Diadumeno nomine, adhuc puer, cum quo imperaverat triennio, & paucis diebus, cunctis militari joco concilantibus: Ex pessimo genere ne catulum habendum. Iste persequitionem in Christianos sextus à Neronie exercuit. Hujus imperio duo Gordiani pater, & filius principatum arripientes unus post unum interierunt.

G O R D I A N U S.

Deinde (93) Gordianus nepos Gordiani ex filio, vigesimus sextus ab Augusto Imperator creatus est, ortus Romæ clarissimo patre, qui consensu militum, cùm Proconsulatum Africæ gereret, Maximino imperante fuit princeps (94) electus. Itaque cùm Romam venisset, Balbinus, atque Pupienus (95) fratres interfici sunt. Gordianus admodum puer, cùm Tranquillinam Romæ duxisset uxorem, Jani Gemini portas aperuit, quis utrum post Vespasianum, & Titum apertas constet, neminem scripsisse memini. Et ad Orientem profectus Parthis bellum intulit, qui jam moliebantur erumpere. Quòd quidem mox feliciter gessit, præliisque ingentibus Persas afflixit. Rediens haud longè à Romanis finibus apud Cresiphontem civitatem Persidis interficius est,

(88) A. Aurelian.

(89) Lamprid. Artaxerxes.

(90) A. conditorem. Romæ quoque favorabilis fuit. Perit in Gallia militari tumultu XIII. m. amo, & die &c.

(91) His verbis incipit Eutrop., & P. Diaconus lib. IX. & A. noster, qui habet Maximianus ex consortio militari primus ad imp. accessit scilicet &c.

(92) A. g. f., cùm à militibus Imp. esset appellatus, à Pupieno Aquileja occisus est, def. i. v. &c.

(93) A. Postea tres fons fuerunt Augusti, Pupienus, Ballius, & Gordianus, duo superiores obscurissimo genere. Gordianus nobilis quippe, cuius pater senior Gordianus consilius &c.

A fraude Philippi Prefetti prætorii, qui post eum imperavit, accensus in seditionem militibus, anno vitæ vigesimo, imperii sexto. Miles ei tumulum vigesimo milliario à Circeo, (96) quod castrum nunc Romanorum est, Euphrati immensis, edificavit, nomenque loco dedit Sepulcrum Gordiani, exequias vero Romam revexit, ipsum divum appellavit. Hujus temporibus Porphyrius Plotini Platonici philosophi auditor Romæ habetur, Theopompus philosophus apud Cheroniam, & Nicander Sophista apud Athenas pollebant.

P H I L I P P U S.

Anno (97) ab Urbe condita DCCCCXCVII. M. Julius Philippus vigesimus septimus ab Augusto, una cum filio Cajo (98) Julio Saturnino Philippo imperium invasit, atque exercitu incolumi rediit ad Italiam, ex Syria profecti sunt. Iste primi omnium Imperatorum Christiani Roma facti sunt, & in die Paschæ, id est in ipsis vigiliis cum interesse voluissent, & communicare mysteriis, à Fabiano Episcopo Romano non prius est permisum, nisi confiteretur peccata sua, & inter penitentes staret, nec ullo modo copiam sibi mysteriorum futuram, nisi prius per penitentiam culpas, quæ de eo ferebantur plurimæ, diluisset. Fertur igitur libenter eum, quod à sacerdote sibi imperatum fuerat, suscepisse, divinum sibi inesse metum, & fidem religionis plenissimam, rebus, atque operibus comprobans. His tertio anno imperantibus, millesimus annus urbis Romæ ingenti ludorum apparatu, spectaculorumque celebratus est. Ambo deinde ab exercitu interfici sunt. Senior Philippus Veronæ, medio capite supra ordines dentium præciso, junior Romæ, postquam annos quinque imperaverunt, inter divos tamen relati sunt. Ex quibus junior Philippus duodecim annorum interficius est, qui adeo severi, & tristis animi fuit, ut jam tunc à quinquenni estate nullo prorsus commento cujusquam ad ridendum solvi potuerit, patremque ludis secularibus petulantius cachinnantem, quanquam adhuc tenet, vultu averato notaverit. Is Philippus bunillimo ortus loco fuit, patre nobilissimo latronum ductore. (99)

D E C I U S.

Anno ab Urbe condita MIII. Decius è Panonia inferiore, Bubalæ natus, vigesimus octavus ab Augusto, interficius Philippo, imperium invasit. (100) Hic siptimus post Neronem ad persequendos, interficiendosque Christianos feralia dispersit edicta, plurimosque Sanctorum ad coronas Christi de cruciatibus suis misit. Iste bellum civile, quod in Gallia motum fuerat, oppresit, Decium filium Cæsarem fecit. Romæ lavacrum edificavit, (101) vir artibus, cunctisque virtutibus instructus, placidus, & communis domi, in armis promptissimus. Hujus temporibus, cion plurimi Gotbi Histrum fluvium transmasserunt Romanorum civitates devastantes, Mysam, & Nicopolim capientes vastaverunt. Decius autem, una cum filio illos bello aggressus, apud Abritum, qui locus Foroterebroni dicitur, triginta millibus Barbarorum interficiis, de suis plurimis perditis maxime Thracibus, ipse quoque eodem bello inter-

com-

(94) A. fuius est electus.

(95) A. in palatio interfici sunt, soli Gordiano imp. reservatum. Gordianus &c.

(96) A. Circeo.

(97) A. Philippus duo filii, ac pater, Gordiano, occiso imp. invaserunt, atque exerc. &c.

(98) Victor Gallo.

(99) A. Post eos Decius &c.

(100) A. sumpsit.

(101) A. adificavit. Cum biennio ipse & filius ejus imperasset, iterque in barbarico bello interfici sunt, e quibus senior ergo &c.

confusas turbas gurgite paludis submersus est, ita ut nec cadaver ejus potuerit inveniri, (102) filiusque ejus bello extinctus est, anno imperii secundo. Scythæ verò cum plurimis spoliis, & captiis reversi sunt, desertam dimittentes Philipopolim civitatem Macedoniae. Hujus temporibus Valens Liciniatus Imperator effectus illico occiditur.

GALLUS.

Mox (103) exercitus Imperatores creavit Viuum Gallum, & filium Galli Volusianum. Horum temporibus Hostilianus Perpenna à Senatu Imperator creatus, nec multum post pestilentia consumptus est. Sub his etiam Æmilianus in Misia Imperator effectus est. Contra quem Imperatores ambo profecti, apud Interamniam bellum civile molientes, ab exercitu suo ceduntur, anno etatis patris septimo circiter & quadragesimo, imperii anno secundo, creati in insula Meninge, que nunc Girba dicitur. Iste nihil omnino clarum gesserunt, solè pestilentia, & morbis, atque segregitudinibus (104) noti, quod nulla ferè provincia Romana, nulla civitas, nulla domus fuit, que non illa generali pestilentia correpta, atque vastata sit.

ÆMILIANUS.

Æmilianus (105) vero Maurus genere, obscurissimè natus, obscurius imperavit. Siquidem avarus fuit, ac quarto mense damnatus apud Spoleto, frive pontem, quem ab ejus cede Sanguinarium accepisse nomen ferunt, inter Otriculum, Narianque, Spoletium, & Urbem Romanam regione media positum, extinguitur anno vite quadragesimo septimo.

VALERIANUS.

Anno (106) ab Urbe condita MVIII. Lici-nius Valerianus cognomento Colobius, tricesimus ab Augusto in Rhetia, & Norico agens ab exercitu Imperator, & mox Augustus est factus. Gallienus quoque filius ejus Romæ à Senatu Cæsar est appellatus. (107) Is parentibus est ortus splendidissimus, solidus tamen, & multum iners, neque ad usum aliquem publici negotii consilio, seu gestis accommodatus. Hic Cornelium Valerianum Gallieni filii sui filium Cæsarem fecit. Sub his etiam Germani Ravennam, usque pervenerunt. His imperantibus Regillianus in Mæsia, Cassius Labienus Postumus in Gallia Gallieni filio interficito Imperatores effecti sunt. Pari modo Lolianus (108) apud Moguntiacum, in Ægypto Æmilianus, apud Macedonas Valens, Mediolani Aureolus invasere. Tunc Gotbi rursus Istrum transeuntes, Thessaloniam urbem Illyrici vastaverunt, & prædis onus statu ad propria remearunt. Tunc, & Heruli quingentis navibus per Maeotidas paludes ad pontum navigantes. Byzantium, & Chrysepolim ceperunt. Valerianus igitur in Mesopotamia bellum gerens à Sapore Persarum rege superatus est: mox etiam captus, apud Parthos ignobili servitute consenuit. Nam quandiu vixit, rex ejusdem provinciæ, incurvato eo pedem cervicibus imponens, equum concendere solitus erat. Hic mox, ut orripuit

Tom. I.

- (102) A. inveniri: digno damnatus iudicio, qui persecutionem in Christianos mox, inter ceteros beatiss. Laurentium Levitam, & martyrem extinxit.
 (103) A. mox Impp. creati sunt Gallus Hostilianus, & Galli filius Volusianus sub his Æmilianus in Mæsia res novas molitus est, ad quem opprimendum, cian ambo profecti essent. Interanne interfici sunt non completo bimmo. Nibel &c.
 (104) A. notus eorum principatus fuit.
 (105) A. Æmilianus obscurissimè natus, obscurius imperavit: Siquidem Maurus fuerat, ac tertio mense extinctus est.
 (106) A. Hinc Licinius Valerianus in Rhetia &c.
 (107) A. appellatus. Horum imperium Rom. nomini perni-

A imperium octavus à Nerone adigi per tormenta Christianos ad idolatriam, abnegantesque interfici jussit, fuso per omnem Romani regni latitudinem. Sanctorum sanguine.

GALIENUS.

Galienus igitur filius ejus in loco Cornelii filii sui Salonianum alterum filium subrogavit, amori diverso pellicum deditus, Salonia conjugis, & concubine, quam per passionem concessa parte superioris Pannonia, à patre Marcomannorum rege matrimonii specie suscepserat, Pipam (109) nomine. Interea Galienus, cùm adolescens factus esset Augustus, imperium (110) feliciter, mox commode, ad ultimum perniciosè gessit. Nam juvenis in Gallia, & in Illyrico multa strenue fecit: occiso apud Mursam Ingenuo, qui purpuram sumpscerat, Regilliano, (111) diu placidus, & quietus, mox in omnem lasciviam dissolutus, tenendæ Reip. habenas probrosa ignavia, & desperatione laxavit. Alemanni vaftatis Galliis Italiam penetraverunt. Dacia, quæ à Trajano ultra Danubium fuerat adjecta, tum amissa est. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia vastata per Gothos: Pannonia à Sarmatis, Quadrisque depopulata est. Germani, usque ad Hispanias penetraverunt. Parthi, Mesopotamia occupata, Syriam sibi coepérunt vendicare. Jam desperatis rebus, & deleto (112) penè Imperio Romano. Postumus in Gallia obscurissimè natus, purpuram sumpsit, & per annos decem ita imperavit, ut consumptas penè provincias ingenti virtute, & moderatione reparaverit. Qui seditione militum intersectus est, quod Moguntiacum, quæ adversus eum rebelaverat cum Loliano res novas moliente, diripiendam militibus tradere noluisse. Post eum Marius vilissimus opifex purpuram accepit, & secundo die intersectus est. Victorinus postea Galliarum accepit imperium, vir strenuissimus. Sed cùm libidinis nimia esset, & matrimonia aliena corrumperet, Agrippinæ occisus est, actuario (113) quodam dolum machinante, imperii sui anno secundo. Huic successit Tetricus Senator, qui Aquitaniam honore præsidis administrans, absens à militibus Imperator electus est, & apud Burdegalam purpuram sumpsit, seditiones multas militum pertulit. Sed dum hæc in Gallia geruntur, in Oriente per Odenatum (114) Persæ victi sunt, defensâ Syriâ, receptâ Mesopotamiâ, usque ad Ctesiphontem Odenatus penetravit. Igitur Gallieno Remp. deserente, Romanum Imperium in Occidente per Postumum, per Odenatum in Oriente servatum est. Gallienus interea (115) adversus Aureolum profectus est, quem cùm aëdu pontem, qui ex ejus nomine Aureolus appellatur, obtentum, detrusumque Mediolanum obsecrasset, ejusdem Aureoli ducis suis commento, una cum Valeriano fratre à suis occiditur. Regnavit annis quindecim, sex cum patre, novem salus. Vixit annos quinquaginta.

CLAUDIUS.

Anno ab Urbe condita MXXIV. Claudius ab

I 2

Au-

- ciosum, & perè exitiabile fuit, itaut, v.l infelicitate principum, vel ignavia, Germani Ravennam usque venirent. Valerianus &c.
 (108) Victor Alianus.
 (109) Pollio. Piparam.
 (110) A. imp. primum feliciter &c.
 (111) A. & Trebelliano diu &c.
 (112) A. deleto postmodum penè Imp. &c.
 (113) A. Octario.
 (114) A. Odenacum semper vocat.
 (115) A. interea fraude Aureoli ducis sui, Mediolani cum fratre Valeriano occisus est. Imperii anno IX.

Augusto trigesimus primus, ei successit electus à militibus, à Senatu Augustus est appellatus. Hunc plerique putant Gordiano satum, dum adolescentis à muliere matura institueretur ad uxorem. Hic Claudius Galieni morientis sententia Imperator designatur, ad quem Ticini positum per Gallo-nium Basiliū instrumenta regia direxerat. Hic Gothos, qui sub Decio dispersi Illyricum, Macedoniaque (116) per quindecim annos vastaverant, ingenti prælio, & incredibili strage delevit: Parcus vir, ac modestus, & justitiae tenax, ac Reip. gerendæ (117) idoneus. Extinctoque à suis Aureolo, receptis legionibus, adversus trecenta millia Alemannorum haud procul à lacu Benaco (118) dimicans, tantam multitudinem (119) fudit, ut ægrè pars dimidia superfuerit. Claudius vero, cùm ex fatalibus libris, quos inspici præceperat, cognovisset pestilentia in Senatu primi morte remedium desiderari, Pomponio Bassō, qui tunc primus erat, se offerente, ipse vitam suam, haud responsa frustrari, dono Reip. dedit. Qui tamen intra imperii sui biennium, apud Sermium morbo iateriit, divusque appellatus est: (120) profatus neminem tanti ordinis primatum haberi, quām Imperatorem. Ea res sicut erat cunctis grata, non divinum vocabulum modò, sed ex auro quoque statuam prope ipsum Jovis simulacrum in Capitolio, atque in Curia clypeum ipsi aureum, proceres sacravere.

QUINTILLIUS.

Quintilius post eum Claudiī frater, consensu militum Imperator electus est, unicus moderationis vir, & civilitatis, æquandus fratri, vel præferendus, consensu Senatus appellatus est Augustus, decimo-septimo imperii die occisus est. (121)

AURELIANUS.

Anno ab Urbe condita MXXVII. Aurelianus trigesimus secundus ab Augusto Imperator creatus est. Iste genitus patre mediocri, & ut quidam ferunt, Aurelii clarissimi Senatoris colono, Daciā Ripensi, que est inter Daciam, & Macedonia, oriundus fuit, vir in bello potens, animi tamen inmodici, & ad crudelitatem propensioris, quique Gothos in Danubio strenuissime vicit, ditionemque Romanam antiquis terminis statuit. Iste haud dissimilis fuit magno Alexandro, seu Cæsari Dictatori. Nam Romanum orbem (122) triennio ab invasoribus receptavit, cùm Alexander annis tredecim, per victorias ingentes ad Indianam pervenerit, & C. Cæsar decennio subegerit Gallos, adversts cives quadriennio congressus. Iste in Italia tribus præliis victor fuit, apud Placentiam, & juxta amanem Metaurum, ac Fanum Fortunæ, postremo Ticinensis campus. Hujus temporibus apud Dalmatas Septimus (123) Imperator effectus, mox à suis obtruncatur. Iste primus apud Romanos diadema capiti innexuit, gemmisque, & omni aurota veste, quod adhuc ferè incognitum Romanis moribus videbatur, usus est. Hic muris validioribus, & latioribus Urbem sepfit, templum Solis aedificavit, in quo infinitum auri, gemmarumque constituit. Porcinæ carnis vsum populo instituit. Superavit in Gallia Tetricum apud

Caralaunos, ipso Tetrico prodente exercitum suum, cujus assiduas seditiones ferre non poterat. Quin etiam per literas occultas Aurelium ita fuerat deprecatus, ut inter alia versu Virgiliano uteretur:

Eripe me his invictè malis.

Quem Aurelianus (124) correttore Lucanis provexit, aspergens hominem eleganti joco: Sublimius habendum regere aliquam Italæ partem, quam trans alpes regnare. Zenobiam quoque, occiso Odenato marito, qui Orientem tenebat, haud longè ab Antiochia, (125) magis prælii terrore, quam prælio cepit. Ingressus Romam nobilem triumphum, quasi receptor Orientis, Occidentisque egit, præcedentibus currum Tetrico, & Zenobia. Hoc imperante etiam in Urbe Monetarii rebellaverunt, vitialis pecunias, & Felicissimo rationali (126) interfecto. (127) Quos Aurelianus viatos ultima crudelitate compescuit, plurimos nobiles capite damnavit, sævus, & sanguinarius, ac necessarius magis in quibusdam, in nullo (128) amabilis Imperator, trux omni tempore etiam filio sororis interfecto, (129) discipline tamen militaris, & morum dissolutorum magna ex parte corrector. Provinciam Daciam, quam Trajanus ultra Danubium fecerat, intermisit, vastata omni Illyrico, & Moesia, desperans eam posse retineri. Abductosque Romanos ex urbibus, & agris Daciæ in Moesia media collocavit, appellavitque eam Daciam, quæ nunc duas Moesias dividit, & est dextera Danubio in mare fluenti, cùm ante fuerit lava. Iste cùm perseguitionem agi adversus Christianos nonus à Neronie decerneret, fulmen ante eum magno pavore circumstantium ruit: ac non multò post in itinere occiditur servi sui fraude, qui ad quosdam militares viros amicos ipsius nomina pertulit annorata, falsò manum ejus imitatus, tanquam Aurelianus ipsos pararet occidere. Itaque ut præveniretur, ab iisdem interfactus est in itineris medio, quod inter Byzantium, & Heracleiam est, stratæ veteris locus Cenophrurium appellatur. Mors tamen ejus inulta non fuit, meruit quoque inter divos referri. Imperavit annos quinque, & menses sex.

TACITUS.

Post hunc Tacitus trigesimus tertius ab Augusto imperium suscepit, vir egregiè moratus, & Reip. gerendæ idoneus: nihil tamea potuit ostendere. (130) Intra ducentesimum enim imperii diem apud Tarsum febre moritur.

FLORIANUS.

Florianus, qui Tacito successerat, duobus mensibus, & diebus viginti in imperio fuit. (131) Sed cùm magna pars exercitus equitum, Probum militia peritum legisset, Florianus quasi per tutum imperio usus, incisis à semetipso venis, effuso sanguine consumptus est. (132)

PROBUS.

Anno ab Urbe condita MXXXIII. Probus trigesimus quintus ab Augusto imperium adeptus est. Hic genitus patre agresti, hortorum studio, Dalmatio nomine (133) gloria militari ad administrationem Reip. accessit, Gallias à Barbaris

(116) A. Macedonianque vastantes ingenti prælio vicit.
(117) A. tenenda.
(118) A. Bonaco, in sylva, que Ligana dicitur dimicans &c.
(119) A. multitudinem exercitum fudit &c.
(120) A. appellatus est. Senatus eum ingenti honore decoravit, scilicet ut in Curia clypeus ipsi aureus, item in Capitolio status aurea ponesetur.
(121) A. Post eum Aurelianus suscepit imp.
(122) A. Romanam urbem.
(123) A. Septimus.

(124) A. Claudius correptorein.
(125) A. Antiochia sine gravi prælio vicit.
(126) A. rationali.
(127) Vopiscus dicit: auctore.
(128) A. quam in bello.
(129) A. filiorum interfector.
(130) A. intra VI. mensim imperii morte præventus.
(131) A. fuit, neque quidquam dignum in memorie egit.
(132) A. Post bunc Probus vir illi:strix gloriæ &c.
(133) Victor: sanguine.

baris occupatis iagenti præliorum felicitate restituit. (134) Bella deinde civilia, & quidem plorino sanguine, duo gessit contra quosdam Imperatores ab exercitu creatos. Unum in Oriente adversus Saturninum, alterum adversus Proculum, & Bonosum Agrippinæ, quos magnis certaminibus oppressit. Vines Gallos, & Pannonios habere permisit: opere militari Almam montem apud Sirmium, & Aureum apud Moesiam superiorem, vineis conseruit, & provincialibus colendos dedit. Hic cum bella innumera gessisset, pace reparata, dixit brevi milites necessarios non futuros, vir acer, strenuus, justus, & qui Aurelianum sequaret gloria militari, morum autem civilitate superaret, interfectus tamen est Sirmio, tumultu militum, in turri ferrata. Imperavit annos sex, & menses quatuor. (135)

CARUS.

Anno ab Urbe condita XL. Carus Narbone natus in Gallia, trigesimus sextus ab Augusto imperavit. Iste confestim Carinum, & Numerianum filios Cæsares fecit, cum quibus regnauit annis duobus. Sed dum bellum adversus Sarmatas gerit, nunciato Persarum tumultu ad Orientem profectus est. Qui cum Antiochiae degret, Numerianus filius ejus voluit intrare in Ecclesiam, explorare mysteria Christianorum. At vero Sanlus Babylas prohibuit eum dicens: Non licet tibi videre divina Christianorum mysteria, etam si pollutus idolicis sacrificiis. Qui indignatus occidit eum. Hic contra Persas res nobiles gessit, ipsos prælio vicit, Seleuciam, (136) & Ctesiphontem urbes nobilissimas (137) cepit. Et cum castra super Trigidem haberet, vi divini fulminis perii. Numerianus quoque filius ejus, quem secum Cæsarem duxerat ad Persas, adolescentis egregiae indolis, cum oculorum dolore correptus in lectulo (138) veheretur, impulsore Apro, qui socer ejus fuerat, per insidias occisus est. Et quum dolo occultaretur ipsius mors, quousque Aper invadere posset imperium, fortoe cadaveris scelus est proditum. (139) Milites enim, qui eum sequebantur, putore commoti, deductis lecticulæ palliis, post aliquot dies mortem ejus notam habere potuerunt. Inter ea Carinus, quem Cæsarem ad Parthos proficeret Carus in Italia, Illyrico, & Gallia reliquerat, Sabinum Julianum imperium invadentem, in campis Veronensibus occidit, omnibusque se sceleribus inquinavit. Plurimos innoxios factis criminibus occidit, matrimonia nobilia corruptit. Condicipulis quoque, qui eum in auditio, verba (140) fatigatione taxaverant, pernitiosus fuit, atque omnibus bonis inquisitus. Non multò post (141) interficitur, precipue ejus Tribuni dexteræ, cuius dicebatur conjugem polluisse. Nam de Perside victor exercitus rediens, cum Carum Augustum fulmine, Numerianum Cæsarem insidiis perdidisset, Diocletianum Imperatorem creavit.

DIOCLETIANUS.

Anno ab Urbe condita XLII. Diocletianus trigesimus septimus ab Augusto Imperator creatus, Dalmatiæ oriundus, (142) vir obscurissime natu, adeò ut à plerisque scribæ filius, à nonnullis

(134) A. restituit. Quosdam imperium usurpare conatos, scilicet Saturninum in Oriente, Proculum &c.
(135) A. Post bunc Carus est factus Aug. Narbone.
(136) A. Sobonem, aliter Sobenem. Oros. Cochen. C. MS. Fabri Sobanen.
(137) A. nobilissimas.
(138) Victor lecticula. A. item.
(139) A. est prodita.
(140) Victor verbi. Ita & A.
(141) A. post penas dedit.
(142) A. oriundum, virum obscurissimum.

A lis Anulini Senatoris libertinus fuisse credatur: matre, oppido pariter, atque nomine Dioclea, quorum vocabulis, donec impersum sumeret, Diocles est appellatus. Ubi orbis Romani potentiam cepit. Graum nomen in Romanum morem convèrtit. Is primùm militi in concione juravit, Numerianum nullo suo dolo interfectum, & cùm juxta eum Aper, qui Numeriano insidias fecerat, constitueret, in conspectu exercitus, manu Diocletiani percussus est gladio. Postea Carinum, quem Carus Cæsarem in Illyrico reliquerat, omnium odio, & execratione (143) viventem, apud Margum (144) ingenti prælio vicit, proditum ab exercitu suo, quem fortiorum habebat, certè desertum inter Viminatum, & Aureum montem. Ita rerum Romanarum potitus, cùm tumultum Rusticani in Gallia concitavissent, & factioni suæ Bagaudarum nomen imponerent, duces autem haberent Amandum, & Ælianum, ad subigendos eos Maximianum Herculium Cæsarem misit, qui levibus præliis agrestes domuit, & partem Galliæ reformavit. Per hæc etiam tempora Carausius, qui vilissime natus, serenæ (145) militia ordine famam egregiam fuerat consequutus, cùm apud Bononiam per tractum Belgicæ, & Armorica pacandum Oceanum mare accepisset, quod Franci, & Saxones infestabant, multis Barbaris saepè captis, nec præda integra, aut provincialibus reddita, aut Imperatoribus missa, sed sibi soli vendicata, cùm suspicio esse coepisset, consultò ab eo admitti Barbaros, ut transeuntes cum præda exciperet, atque hac se occasione ditaret, à Maximiano iussus occidi, purpuram sumpsit, & Britanniæ occupavit. Ita, cùm per omnem orbem terrarum res turbatæ essent, Carausius in Britanniæ, (146) Achilleus in Ægypto, Julianus in Italia Imperatores effecti, diverso exitu perierunt. E quibus Julianus, adacto per costas pugione, in ignem se abjecit. Narsus rex Persarum Orientem debellabat. Africam Quinquegentiani infestabant. (147) Diocletianus max. Aurélium Maximianum cognomento Herculium ex Cæsare fecit Augustum. Constantium, & Galerium Maximianum cognomento Armentarium Cæsares creavit. Quorum Constantius per filiam nepos Claudiu Imperatoris traditur (148) Maximianum Galerium etiam affinitate conjungeret. Constantius privignam Herculii Theodoram accepit, ex qua postea sex liberos Constantini fratres habuit. Galerius fidam (149) Diocletiani Valeriam accepit uxorem. Ambo uxores (150) prius habuerant, sed eos repudiare compulsi. Cùm à Carausio, ramen bella frustrata (151) essent contra virum rei militaris peritissimum, ad postremum pax convénit. Eum post septennium socius Adlectus suus occidit, atque ipse post eum Britanniæ triennio habuit, qui dolo (152) Asclepiodoei Praefecti prætorio oppressus est. Ita Britanniæ decimo anno receptæ. Per idem tempus à Constantio Cæsare in Gallia benè pugnatum est circa Lingonas. Die una adversam, & secundam fortunam expertus est. Nam cùm repente Barbaris ingruentibus, intra civitatem eset coactus tam præcipiti necessitate, ut clausis por-

(143) A. detractione.
(144) A. Margum. Vopiscus Martium.
(145) MS. Francisci Pithœi Severæ.
(146) A. rebellaret.
(147) A. infestarent. Narsus Orienti bellum inferret.
(148) A. traditur, Maximianum Galerius, qui ut etiam affinitate conjungeretur. Constantius &c.
(149) A. filius.
(150) A. uxores, quas habuerant repudiare compulsi.
(151) A. cum bella frustra tentata essent.
(152) A. duci.

portis in (153) murum funibus tolleretur, vix quinque horis medis, adventante exercitu, LX. ferè millia Alemannorum occidit. Maximianus quoq; Augustus bellum in Africa profigavit, dominis Quinquegentianis, & ad pacem redactis. Diocletianus obseuum Alexandriæ Achilleum nono mense superavit, eumque interfecit. Victoria acerbè usus est, totam Ægyptum gravibus proscriptionibus, cædibusque fædavit. Eâ tamen occasione ordinavit proinde multa, & dispositus, quæ ad nostram æratem manent. Erat autem cum ipso, & Constantinus filius Constantii. Qui cum adhuc valde juvenis esset, fortiter agebat in præliis, & cum Christianis sentiebat. Quem induens (154) Diocletianus intellectu animæ, & corporis robore, atq; ingenio circa eruditionem proficere, & deprehendens hunc futurum tyrannidis, & ejus dogmatis destrutorem, invidiâ duxus, dolo perire fatigebat. Deus autem hunc inopinatè salvavit, & patri restituit. Interea Diocletianus in Oriente, Maximianus Herculius in Occidente vastari ecclesiæ, affligi, interficique Christianos decimo post Neronem loco præceperunt. Quæ persecutio omnibus ferè actis diuturnior, atque immorior fuit. Nam per decem annos incendiis ecclesiærum, proscriptionibus innocentium, cædibus Martirum incessanter acta est. Sequitur terræmotus in Syria, ex quo apud Tyrum, & Sidonem passim labentibus tectis multa millia hominum prostrata sunt. Galerius Maximianus primùm adversus Narseum prælium secundum habuit, inde inter Gallinicum, Carrasque congressus, cùm inconsultè magis quam ignavè dimicasset, (admodum enim parva manu cum copiosissimo hoste commisit) pulsus, & ad Diocletianum profectus, cùm ei in itinere occurrisset, tantâ insolentia à Diocletiano fertur exceptus, ut per aliquot milia passuum purpuratus tradatur ante vehiculum ejus cucuruisse. Mox tamen per Illyricum, Mœsiamque contractis copiis, rursus cum Narseo Hormisdæ, & Saporis avo in Armenia minore (155) pugnavit successu ingenti, nec minore consilio simul, & fortitudine, quippe qui etiam speculatoris munus cùn altero, & tertio equite suscepit. Pulso Narseo, castra ejus diripiuit, uxores, sorores, liberos cepit, infinitam extrinsecus Persarum nobilitatem abduxit, gazam Persicam copiosissimam, ipsum in ultimis regem in (156) solitudines egit. Quare ad Diocletianum in Mesopotamia cum presidiis tummorantem ovans regressus, ingenti honore susceptus est. Varia deinceps, & simul, & viritim bella gesserunt, Carpis, & Bæsternis subiectis, Sarmatis victis. Quarum nationum ingentes ca-

A ptivorum copias in Romanis finibus locaverunt. Diocletianus morigeratus callidè fuit, sagax præterea, & admodum subtilis ingenio, & qui severitatem suam alienâ invidiâ vellet obtegere, (157) diligentissimus tamen, & soler-tissimus princeps, & si imperio Romano pri-mus regiæ consuetudinis formam, magis quam Romanæ libertatis, invexerat, adorarique se jussit, cùm ante eum cuncti Imperatores ut judæos salutarentur. Ornamentum gemmarum vestibus, calceamentisque indidit. Nam prius imperii insigne in chlamyde purpurea tantum erat, reliquaque comunia. Herculius autem propalam ferus, & incivilis, ingenii asperitatem vul-tus horrore significans. Hic naturæ suæ indul-gens, (158) Diocletiano in omnibus etiam se-vereoribus consiliis obsequutus est. Cùm tamen ingravescente ævo parum se idoneum Diocletianus moderando imperio esse sentiret, auctor Herculio fuit, ut in vitam privatam concede-rent, & stationem Reipublicæ tuendæ viridioribus, junioribusque mandarent. Cui ægrè collega obtemperavit, tamen uterque una die privato habitu imperii insigne muravit, Nico-mediae Diocletianus, Herculius Mediolani, post triumphum inclytum, quem Romæ ex nume-rosis gentibus egerant, pompa fæculorum (159) illustri, qua Narsei conjuges, sororesque, & liberi ante currum ducti sunt. Concesserunt tamen, Salonam unus, alter in Lucaniam. Diocletianus privatus in villa, quæ haud procul à Salonis est, præclaro otio senuit. Qui dum ab Herculio, atque Galerio ad recipiendum impe-rium rogaretur, tanquam pestem aliquam de-testans, in hunc modum respondit: Utinam Salona possetis visere olera nostris manibus instituta, profectò nunquam istud tentandum judi-caretis. Vixit annos sexaginta octo, è quibus post imperium in communis habitu propè novem exegit. Morte consumptus est, ut satis patuit, per formidinem voluntariâ. Quippe, cùm à Con-stantino, (160) atque Licinio vocarus ad festa nuptiarum, per senectam quò minus interesse valeret, excusavisset, rescriptis minacibus ac-ceptis, quibus increpabatur, Maxentio favisse, ac Maximiano favere, suspectans necem dede-corosam, dicitur venenum hausisse, inusitata virtute usus, ut solus omnium post conditum Romanorum imperium ex tanto fastigio spontè ad privatæ vitæ statum, civilitatemque reme-arret. Contigit igitur ei, quod nulli post natos homines, ut cùm privatus obiisset, inter di-vos tamen referretur.

(153) A. per.

(154) In edit. Caris. induens, forè legendum intuens, vel inde autumnans.

(155) A. maj.ri.

(156) A. in ultimi regni solitud. &c.

(157) A. expiere.

(158) A. indigens.

(159) A. pro fæculorum, fecerunt.

(160) A. Constantio.

Explicit Liber Decimus.

INCI-

INCIPIT LIBER UNDECIMUS.

CONSTANTIUS, ET GALERIUS.

HIS igitur (1) obeuntibus in administrationem Reip. Constantius, (2) & Galerius Augusti creati sunt, divisusque est inter eos (3) Romanus orbis, ut Gallias, Italiam, Africam Constantius; Illyricum, Asiam, Orientem Galerius obtineret, sumptis duobus Cæsaribus, Severo per Italianam, Maximo Galerii soror filio per Orientem. Eodemque tempore Constantinus Cæsar efficitur. Constantius tamen contentus dignitate Augusti, Italæ, atque Africæ administranda solicitudinem recusavit, vir egregius, & præstantissimæ civilitatis, divitiis provincialium, ac privatorum studens, fisci comoda non admodum affectans, dicensque melius publicas opes privatis haberi, quam intra unum claustrum reservari. Adeò autem cultus modici, ut feriatis diebus, si cum amicis numerosioribus esset epulandum, privatorum ei argento ottiatum petito triclinia sternerentur. Hic non modò amabilis, sed venerabilis fuit. Gallis etiam præcipue, quod Diocletiani suspectam prudenter, & Maximiani sanguinariam temeritatem, imperio ejus evaserant. Obiit in Britannia Ebaci, principatus anno XIII. atque inter divos relatus est. Galerius vir, & probè moratus, & egregius in re militari, cum Italianam quoque, sinente Constantio, administrationi suæ accessisse sentiret, Maximum (4) Cæsarem in Orientem directis, & Severum in Italia reliquit, ipse in Illyrico moratus est.

CONSTANTINUS.

Anno ab Urbe condita MLXI. Constantio mortuo, Constantinus ex obscuriore matrimonio ejus filius, in Britannia trigesimus octavus ab Augusto Imperator creatus est, & sexto Calendas Augusti in locum patris exoptatissimus moderator accessit. Hic dum juvenulus à Galerio in urbe Roma religionis specie vice obsidis tenetur, fugam arripiens, atque ad frustrandos inseguentes publica juventa, quaqua iter egerat interficiens ad patrem in Britanniam pervenit. Et forte eisdem diebus ibidem Constantium parentem fatam ultima perurgebant. Quo mortuo, cunctis qui circa eum erant auxilientibus, sed præcipue Alamanorum rege Croco. (5) auxiliis gratia cum Constantino comitato, imperium caput. Hic sororem suam Constantiam Licinio Mediolano accito conjungit, filiuusque suum Crispum nomine, ex Minerva concubina suscepit, idem Constantinus eisdem diebus natum oppido Arelatensi, Liciniusunque Licinii filium mensum ferè viginti Cæsarem fecit.

M A X E N T I U S.

Rome interea Praetoriani excitato tumultu, Maxentium Herculii filium, qui in villa publica (6) morabatur, sex millibus ab Urbe discreta in Lavinio, Augustum nuncupaverunt. Quo nuncio Maximianus Herculius ad spem arrestus resumendi fastigii, quod invitus amiserat, Romanum advolavit è Lucania, quam se dem privatus elegerat, in agris amoenissimis

A consenserens. Diocletianum quoque etiam per literas adhortatus est, ut depositas resumeret potestates, (7) quas ille irritas habuit. Sed adversum motum prætorianorum, atque Maxentii Severus Cæsar missus Romam à Galerio, cum exercitu venit, obsidensque Urbem, militum suorum scelere desertus; (8) ab Herculio ad tres Tiberinas extinguitur, funusque ejus Galieni sepulcro infertur, quod ab Urbe absit per viam Appiam millibus novem. Post hæc Herculius Maximianus solatio exercitum, filium Maxentium imperio nudare conatus, seditionem, & convicia militum tulit. Autem Maxentio opes, confirmatum (9) est Imperium. Herculius ad Gallias profectus est, dolo composito, tanquam à filio esset expulsus, ut Constantino genero jungetur, moliens tamen Constantium reperta occasione interficere, qui in Galliis, & militum, & provincialium ingenti jam favore (10) regnabat, cæsis Francis, atque Alemannis, captiisque eorum regibus, quos etiam bestiis, cum magnificum spectaculum muneric parasset, objecit. Detectis igitur insidiis per Faustum, (11) quem dolum viro nunciaverat, profugit Herculius, Massiliæque à Constantino oppressus est. Ex ea enim navigare ad filium præparabat, sed à Constantino captus poenas dedit, (12) mortis genere postremo, fractis laqueo cervicibus, vir ad omnem asperitatem, sævitiamque proclivis, infidus, incommodus, civilitatis penitus expers, stolidus, ortu agresti, Pannionique, nam etiam nunc haud longè Sirmio eminet locus, palatio ab eo ibidem construendo, ubi parentes ejus exercerant opéra mercenaria. Interiit etate sexaginta annorum, viginti Imperator. Genuit ex Eutropia Syra muliere Maxentium; & Faustum conjugem Constantini, cuius patri Constantio tradiderat Theodoram privignam.

L I C I N I U S.

Per hoc tempus à Galerio Licinius Imperator est factus, Daciā oriundus, notus ei antiqua consuetudine, & in bello, quod adversum Narsum gesserat, strenuus laboribus, & officiis acceptus. (13) Interea Galerius persequitionem, quæ à Diocletiano, & Maximiano in Christianos fuerat missa, ipse atrocioribus editiis accumulavit. Ac postquam per annos decem omni genere hominum provincias exhaustus, putrefacto introrsum pectori, & vitalibus dissolutis, cum ultra horrorem humanae misericordiae etiam vermes eructaret, medicique jam ultra factorem non ferentes, crebro iussu ejus occiderentur: à quodam medico constantiam ex desperatione sumente increpitus, iram Dei esse pœnam suam, atque ideo à medicis non posse curari, editis latè missis, Christianos de exilio revocavit, ipse autem cruciatus non sustinens, finem vitæ suæ attulit. Fuit, licet incolta, agrestique justitia satis laudabilis, pulcher corpore, eximius, & felix bellator, ortus parentibus agrariis, pastor armentorum, unde ei cognomen Armentarius fuit, ortus Dacia Ripensi, ibique sepultus est, quem locum Romulianam ex vocabulo Romulæ matris appellarat. Is insolenter affirmare ausus est, matrem more Olympiadis Alexandri Magni cretricis

(1) Ita incipit Eutropius, & P. Diaconus librum decimum, qui Eutropii ultimus est.
 (2) A. item Constantius.
 (3) A. inter eos ita Rom. &c.
 (4) A. Maximianum, quem Orienti prefecit, & Severum, cui Italianam dedit, ipse &c.
 (5) MS. Croco.
 (6) A. baud procul ab Urbe.
 (7) A. d. possum potestatem.
 (8) A. desertus &c. Autem &c.

(9) A. confirmatione imp. Severus figiens Ravennæ interfectus est. Herculius tamen Maximianus post hæc in concione exercitum filium Maxentium emulare cunctus, seditionem, & convicia militum tulit. Inde ad Gallias &c.
 (10) A. Pavore.
 (11) A. Faustum filiam.
 (12) A. dedit justissimo exitu. Vir &c.
 (13) A. acceptus. Mors Galvium curf. Jam sequuta est. Ita Resp. &c.

tricis compressam Dracone semet concepisse. Interea Respub. tum à novis quatuor Imperatoribus tenebatur, Constantino, Maxentio filiis Augustorum, Licinio, Maximino novis hominibus. Quinto tamen imperii sui anno Constantinus bellum adversus Maxentium civile commovit, (14) pro eo, quia Senatorum, & maximè nobilium, matronas publicè abstrahi, atque ad suam libidinem deduci imperabat, & post contaminationem viris suis reddi jubebat, non tam expletâ adulterii libidine, quam immutata. Tantus verò metus Patres, plebemque opprimerat, ut nec hoc ipsum quidem, quod in metu erant, palam ostendere auderent. Sed ferebant infuetam servitatem gementes, & aliquid pro libertate cogitare metu inhibebantur, cum ille non jam ira, sed libidine cædis agitaretur. Denique quadam die imperabat militibus suis exire per plateas totius urbis, & omnes, qui occurrisserent, cujuscunque ætatis, & cujuslibet sexus, gladiis cæderent. Innumeraque multitudines populi Romani, non hostium, sed civium belis dejectæ sunt. Senatores verò, & hi maxime, qui vel honoribus, vel opibus clariores in curia videbantur, conflictis criminibus, tanquam rei puniti, proscriptaque sunt. Magicæ quoque artis industriam summis studiis excœbat, ad quæ ministeria explenda perquirebantur mulieres nobiles & avidæ, & adhuc mediae scindebantur, rapiebantur & parvuli infantes, eorumque extæ viscera bus revulsa perscrutabantur. Jugulabantur & leones, & nefandis quibusdam commentis, ac pri caminibus demonica arte compositis, bella per hæc dicebantur arcere, & credebantur jus, fasque regni per nefas posse servare. His verò malis omnibus etiam illud additur, quod illi, qui per cæteras urbes, vel agros fuerant tyrrannica crudelitate deterriti, dum sibi nihil ad vitam tutum putant, relictis agris per loca abdita latebris eunt, omnique studio arandi, serendique cessante, tanta famæ urbem, atque omnia loca invaserat, ut nihil reliqui ad vitæ subsidium fieret. Constantinus igitur ejus copias multis præliis fudit, tamen propter magicas artes eum valde metu bat. Cumque in hæstitione multa consideret, multaque secum de imminentis belli necessitate pervolvens iter ageret, atque ad cælum sapientius oculos levaret, & inde sibi auxilium divinum precaretur, vidi per soporem ad Orientem partem in cælo signum crucis igneo fulgore rutilare. Cumque tanto viu fuisset exterritus, ac novo perturbaretur aspectu, astare sibi videt Angelos dicentes: EN TOYTΩ NIKA Constantine, quod est: In hoc vince. Fertur autem & ipsum Christum apparuisse ei, & signum monstruisse crucis, ac præcepisse, ut figuram similem faceret, & in præliis hoc auxilium habaret, quo victoria jura conquireret. Eusebius itaque Pamphilus jurejurando ipso imperante dicente audisse se refert, quia circa meridiem, declinante jam Sole crucis signum ex lumine factum, & scripturam consertam ei dicentem: In hoc vince, vidisset ipse, & milites, qui cum eo tunc essent. Pergenti, namque cum aliquo exercitu pariter in loco, hoc, inquit, ei miraculum ostensum. Dumque cogitaret quid esset, nox supervenit, & dormienti Christus cum signo, quod vidi in cælo apparuit, iusque, ut fieret ejus signi figuratio, quæ foret auxilium in congreßionibus præliorum. Tum verò latu redditus, & de

A vitoria jam securus, signum crucis, quod in cœlo viderat, in militaria vexilla transformat, ac Læbarum, (15) quem dicunt ex auro, & lapidibus pretiosis in speciem crucis dominice. Hoc enim, signum bellicum inter alia pretiosius, eo quod Imperatorem præcederet, & adorari id à militibus moris esset. Unde præcipue Constantium reor nobilissimum decus Imperii Romani in signum multæ crucis, ut frequenti visione, atque cura desuererent à priore more subjecti, & eum solum arbitrarentur Deum, quem coleret Imperator, vel quo duce, atque auxiliatore evehernet aduersores. Semper enim hoc signum proponebatur ante ordines universos, quod maximè laborantibus aciebus in præliis adesse præcipiebat. Constituit itaque certos signiferos, qui in eo laborarent, quorum opus erat, ut vicibus humeris eum veherent, & omnes acies ita lustrarent. Fertur enim, quod aliquando quidam ferens hoc signum repente hostibus invadentibus exparisset, dedissetque alteri devehendum. Cumque se de prælio subtraxisset, & jacula declinasset, subito percussus interiit. Ille verò, qui sacrum suscepit trophæum, multis se jaculantibus permanxit illæsus. Mirabiliter enim divina regente virtute, sagittæ hostium figebantur in signo, à signifero autem inter pericula protinus evoluebantur. Dicitur autem neque aliud unquam bujusmodi ministrum, ut solit in bælo, vulnere mortuum, aut cladem captivitatis perpeßum. Igitur, cum iam Constantinus haud procul à ponte Milvio castra posuisset, subito Maxentius agitur in occursum, & proruens urbis Romæ sequi se reliquum exercitum jubet, prior ipse præcurrat armatus. Jusserat autem navibus ad d. cipulam compositis fluvium sterni, & superpositis pontibus exæquari. Tunc Constantinus crucem auream, quam formaverat, ante se jussit portare, factaque congreßione superati sunt, qui circa Maxentium fuerant, plurimis ex his interemptis. Maxentius autem fugiens, paulò superiùs à ponte Milvio, in pontem navigis compostum ab latere ingredi festinans, lapsu equi in profundum demeritus est, voratumque limo pondere thoracis corpus vix repertum. Erat is annus Imperii Constantini siptimus. Inter hæc Diocletianus Salonæ defunctus est. Fertur autem Maxentium suppositum arte muliebri, tenere mariti animan laborantis, auspicio gratissimi partus cœpti à puerō. Is Maxentius nulli unquam charus fuit, nec patri, aut socero quidem Galerio. Interea cives Romani, qui Constantium poposcerant, ut in eorum exurgeret adjutorium, à maligni Maxentii tyrannde liberati, civitatem coronant, & cum gaudio victorem Constantium unâ cum virvifica cruce suscipiunt, & Deum collaudantes, necnon & per septem dies adorantes, & Constantium victorem laudibus magnificantes.

MAXIMUS.

Non multò post deinceps in Oriente quoque adversus Licinium Maximinus Cesar res novas molitus, vicinum exitium fortuitâ apud Tarsum Ciliæ, & simplici morte prævenit. (16) Hic sorore Armentarii progenitus, veroque nomine ante imperium Daza dictus, post imperium Galerius Maximinus appellabatur. Cesar quadriennio dehinc per Orientem Augustus triennio fuit, ortu quidem, atque instituto pastorali, verum sapientissimi cuiusque, ac literarum cultor, ingenio que-

(14) A. commovit: copias ejus multis præliis fudit, ipsum postrem Roma adversi nobiles omnibus exitiis sæuentem apud pontem Milvium vicit, Italiisque est potitus. Maxentium suppositum ferunt arte muliebri tenere mariti animum laborantis auspicio gratissimi partus cœpti à puerō. Non multò deinceps &c.

(15) MS. Læbarum.

(16) A. prævinit. Constantinus tamen vir ingens, & omnia

efficere nitens, que animo præparasset, simul principatum totius orbis aff. Etiam Licinio bellum intulit, quamquam necessitudo, & affinitas cum eo esset, nam soror Constantia nupta Licinio erat. ac primò eum in Panonia, secundò ingenti apparatu bellum apud Cibalias instruenter repentinus oppressit, omnique Dardania &c.

quinto, avidior vini, quo ebrios quedam corrupta mente aspera jubebat, quod cum pigeret factum, differri qua præcepisset in tempus sobrium, ac matutinum statuit.

V A L E N S.

Valens interea in Oriente ab exercitu Imperator appellatus, ab eodem Licinio morte multatur.

A L E X A N D E R.

Deinde Alexander, qui apud Carthaginem Imperator est factus, à Constantini exercitu jugulatur. Iste fuit Phryx origine, ingenio timidus, inferior adversus laborem virtuē senectā etatis. Igitur Constantinus decimoquarto imperii sui anno totius Romanū imperii Monocrotor effectus, omnem curam transfluit ad divina, Ecclesias erigens, & liberaliter has ex ratione publica ditans. Iste primam legem scripsit, idolorum templa his tradi, qui Christo sunt deputati, cum eo sane leges proficeret. Crispus filius ejus; secundam vero, Christianos solo militare, gentibusque, ac exercitib. principari; tertiam, duas paschales hebdomadas, unam scilicet ante, & alteram post resurrectionem, sine labore cuiusquam operis celebrandas. His ita genesis, pax profunda, & tranquillitas optimus orbum, & exultatio fideles, concurrentibus assidue omnibus nationibus ad fidem CHRISTI, & baptizatis, ac patria conquassantibus simulacra. Verum enim vero, ut imperia difficultē concordiam custodiunt, Constantinus vir ingens, & omnia efficere nitens, qua animo præparasset, simul principatum totius orbis afficiens, Licinio bellum intulit, quamquam necessitudo, & affinitas cum eo esset, ac primo cum in Pannonia vicit, secundo apud Cibalas iuxta paludem Hiulcam nomine, Constantino castra Liciniis nocte trumperente, Licinius fugam pergit, Byzantiumque fugā volucrī pervenit, ubi Martinianum officiorum magistrum Cesarem creat. Constantinus omni Dardania, Moesia, Macedonia potitus, numerosas provincias occupavit. Variā deinde inter eos bella, & pax reconciliata, ruptaque est. (17) Denique Licinius denuo pugnaturus contra Constantinum, spem victoriae habebat per divinationes, & sacrificia. Denique etiam Graci dicunt, tunc eum expertum divinationem Delphici, Geminique Apollinis, eique consuli de bello respondisse fertur dæmonium: O sex valde te juvenes pugnatores observant, tuaque vita soluta est, saeque senectus te excipiet. Interea Constantinus acie potior, Licinium navalī, & terrestri prælio vicit, & eum apud Nicomediam Bitbinie urbem indumentum regium deferentem in deditiōnem cepit, & contra sacramenti religionem Thessalonice in custodiā missum, privatum unā cum Martiniano jussit occidi, metuens Herculii Maximiani socii sui exemplo, ne iterum depositam purpuram in perniciem Reip. suneret. Hic Licinius annum dominationis ferè post decimum quartum, vite proximè sexagesimum occiditur: avaritiae omnium cupidine pessimus, neque alienus à luxu venereo, asper admodum, haud mediocriter impatiens, infestus literis, quas per inscientiam immodicam virus, ac pestem publicam nominabat, præcipue forensem industria. Agraribus platiè, ac rusticantibus, quod ab eo genere ortus (18) esset, & alitus, fatis utilis, ac militiae custos ad veterum instituta severissimus. Spadonum, & aulicorum omnium vehemens domitor, tineas, soricesque palatii eos

Tom. I.

(17) A. ruptaque est. Postremò Licinius navalī, & terribi prælio vicit apud Nicomediam se dedidit, & contra religionem Sacramenti Thessalonice privatus occisus est. Hic &c.

(18) A. ortus, altusque erat.

(19) A. secundarum.

(20) A. Constantinus ex illa favor. animi docilitate mutatus.

appellans. Eodem tempore res Romana sub uno Augusto, & tribus Cæsaribus, quod nunquam alias fuit, cùm liberi Constantini Galliæ, Orienti, Italiæque præfessent: Verùm insolentia rerum secularium (19) aliquantum Constantinum ex illa favorabilis animi docilitate mutavit. (20) Primum necessitudines persequutus, egregium virum, & bone indolis juvenem fororis filium Commodum (21) interfecit: mox Crispum Fausta conjugi, ut putant, suggestente necari jubet, dehinc uxorem suam Faustum in balneas ardentes conjectam interemit, cùm eum dolore nimio nepotis, mater Helena increparet, post numerosos interfecit amicos, vir primo imperii tempore optimis principibus, ultimo mediis comparandus. Innumeræ in eo animi, corporisque virtutes claruere, militaris gloriæ appetentissimus, fortunâ in bellis prosperâ fuit, verùm ita ut non superaret industriam. Nam etiam Gothos, fortissimas gentes, & copiosissimas, post civile bellum in illo Barbarissimo (22) solo, hoc est, in Sarmatarum regione, varie profligavit, pace his ad postremum datâ, ingentemque apud Barbaras gentes memoriae gratiam collocavit. (23) Calocerum quandam in Cypro aspirantem novis rebus, oppressit. Tricennalibus suis Dalmatium fratris sui Dalmatii filium Cesarem legit. Fuit vero ultra quam æstimari potest laudis avidus. Hic Trajanum bertam parietariam ob titulos multis ædibus inscriptos appellare solitus erat. Hic pontem in Danubio construxit, habitum regium gemmis, & caput exornans perpetuo diademe. Commodissimus tamen multis rebus fuit, calumnias sedare legibus severissimis, civiles nutrire artes, præcipue studia literarum, legere ipse, scribere, meditari, audire legationes, & querimoniæ provinciarum, affectator justi amoris, quem omni sibi, & liberalitate, & docilitate quæsivit, sicut in nonnullos amicos dubius, ita in reliquos egregius, nihil occasionum prætermittens, quo opulentiores eos, clarioresque præstaret. Multas leges erogavit, (24) quasdam ex bono, & æquo, plerasque superfluas, nonnullas severas. Primusque urbem nominis sui ad tantum fastigium evelere molitus est, ut Romæ æmulam faceret. Nam cùm ei omnia prosperè cedrent, propriam voluit habere civitatem. Veniensque ad campum ante Ilium positum juxta Hellespontum, super Ajacis (25) tumulum, ubi Achrii contra Trojam pugnantes habuerunt castra, civitatem designavit, portasque fecit, que hactenus videntur à navigantibus. Hæc agenti per noctem Deus apparuit, monens, ut alium quereret locum, eumque monens pergere ad Byzantium Thracie, illic eum habitare jussit. Quam, cùm primitus Byzantium vocaretur, auxit, & maximo circumdedidit muro, & diversis ornata fabricis, æquam imperiali Rome constituit, & denominatam Constantinopolim appellari secundam Romanam lege firmavit, sicut lex ipsa in marmorea platoma noscitur esse conscripta, & juxta equestrem statuam ejus in Strategio est constituta. Eaque summa liberalitate data, in illustribus domibus eos, qui ab urbe Roma erant, viros rationabiles collocavit, & ex aliis locis secundum genus eligens, & domos magnas eis distribuens, ut habitaretur civitas, egit. Tunc etiam templum Sanctæ Sophiæ, & Sanctæ Heirensis, & Apostolorum, & Sancti Motii, & Archangeli,

K Dei

(21) A. Commoda.

(22) MS. barbarico finu salis.

(23) A. collocavit. Civilibus artibus, & studiis literaribus deditus, affectator justi &c.

(24) A. irrogavit.

(25) MS. Eantis.

Dei amicus princeps adificavit. Tunc funditus templo Asclepii penes Aegas, & Veneris in Affacis situ destruto, multisque aliis eversis, horum redditus donavit ecclesias. Simulacra namque ornata, publicè in Constantinopolitana urbe proposuit, & tripodas Delphicos in circo ad spectaculum dedit, quo cùm ipso videantur aspectu, superfluere feruntur. Tunc multæ gentes ad baptismum accesserunt miraculis actis, que patrata sunt à captivis sacerdotibus, qui fuerant sub Gallieno capti- vati. Interea mater Imperatoris Helena nomine in somnis admonita Hierosolymam properavit, & sepulchrum Christi, quod licet difficile, tamen invè- nient sordibus cooperatum, & duper templum Ve- neris adificatum, ubi virginis cantibus insultabant, præcepitque destrui sceleratissimum templum, ipsumque pulvrem funestis sacrificii violatum ejici, & procul à civitate dispergi. Exin locum purgari præcipiens, statim palam monumentum Domini appauuit. Apparuerunt, & circa illud suffosse tres crucis, & clavi, simul & titulus litteris Hebreis, Græcis, & Latinis conscriptus, JESUS NA- ZARENUS REX IUDÆORUM. Dicitur autem quia mortuus crucis tactu surrexit. De hoc ligno Sibylla dixit apud Paganos: O ter beatum lignum, in quo Deus extensus est. Tunc ergo, quo crux Domini esset, quo latronum, dubitare coepérunt. Proinde Macarius civitatis praeful bu- jusmodi tractatu dubitationem solvit. Mulieri namque nobilitate clara longa agitudine fatigata, unam illarum crucium cum oratione promptissima adhibens, virtutem Salvatoris agnouit. Mox enim ut mulierem attigit crux, passionem servissima egri- tudinis effugavit, & fiemena salutem restituit. De clavis quidem, quibus manus Christi fuerant perforatae, alios in galeam missa Imperatoris, filii capitis providentiam gerens, ut jacula bellica submo- veret, alios freno equino permiscerit, & cautelam Imperatoris agens, veterem philosophiam adimplens. Olim enim Zacharias Prophetæ clamaverat dicens, Et erit quod in freno est Sanctum Domino Omnipotenti. Salvatoris vero crucis partem quidem al- quam filio distribuit, quam Constantinus suscipiens, & credens salvari civitatem, ubi hac particula servaretur, in sua statua, sicut fertur, in foro Constantini posita super columnam porphyreticam devotè condidit. Reliquam vero partem in argentea theca clausam, Macario sacerdoti civitatis reliquit, & undique congregans artifices, maximas illic, ornatasque ecclesias adificavit. Post hac Imperator curam habens maximam Christianorum, Paganorum superstitionem aversabatur, removitque monomachias, & suas imagines in templis poni præcepit, & cubitum, quo mensuratur Nilus, non jam in templum Serapidis annis singulis, sed in ecclesias portari sancivit. Igitur Constantinus bellum adversus Parthos moliens, qui jam Mesopotamiam fatigabant, (26) trigesimo & secundo anno imperii, etatis vero sexagesimo & sexto egri- tudine captus, ex urbe Constantinopolitana, quasi ad calidas aquas egressus est Nicomediam. In villa publica morbo consumptus est, facto testamento tribus filiis, Consulatu Feliciani, & Taciani, undeci- mo Kalendas Junii. Fuit irrisor potius, quam blandus, unde proverbio vulgari Trachala (27) dictus. Decem annis præstantissimus, duodeci- sequentibus latro, decem novissimis pupillus, ob-

A profusiones inmodicas non innatus. Mors ejus etiam ante biennium denunciata est per oratam stel- lam, quæ in usitatæ magnitudinis aliquandiu ful- sit: eam Graeci ρομήν vocant, atque inter divos meruit referri. (28) Corpus autem ejus in aereo locello collocatum, Constantinopolitana est de- veculum, & in palatio celso loco repositum. Quod in multis honoribus, atque veneratione, quasi vi- veret, habebatur, donec aliquis filiorum ejus assisteret. Postea vero ab Oriente Constantio veniente, cum imperialibus exequis sumus ejus sepulcrum est in Ecclesia Apostolorum in sepulchro porphyretico.

Is successores filios reliquit, atque unum Dalmatii fratris filium. Hi singuli has partes regendas habuerunt. Constantinus filius ejus pri- mus, in decennali suo ejus genitor fecit eum habere principatum super cuncta trans Alpes. Secundum Constantium in vicenali suo in Oriente constituit, à freto Propontidis in Asiam, atque Orientem. Constantem vero juniores in tricennialibus suis in Illyricum, Italianaque, & Africam ordinavit. Dalmatium in Thraciam, Macedoniamque, & Achajam: Antibaliam Dalmatii Cæsaris con- sanguineum in Armeniam, nationesque circiorum fo- cias. Verum Dalmatius Cæsar prosperrima in- dole, neque patruo absimilis, haud multò post oppressus est factio (29) militari, & Constan- tio patreli suo sinente potius, quam jubente. (30) Constantius igitur dum niterit partes junioris fratris invadere, bellum contra eum com- movit, & dum inconsultus apud Aquilejam bel- lum aggressus est, à Constantio ducibus interfactus est, & in fluvium projectus est, cui nomen Alpha est, non longè ab Aquileja, Consulatu Acindani, & Procli. Quam ob rem Romanæ Imperii prin- cipatus Occidentalium quidem partium pervenit ad Constantem: Orientalis autem ad Constantium. Eodem tempore etiam Remp. contigit valde turba- ri. Gens namque Francorum circa Gallias consti- tuta Romanis erat infesta, quam Constantius oppres- sit, & Rom. Imperio subjecit. Tunc etiam terre- motus Maximus in Oriente factus est, & præcipue in Antiochia, que anno jugiter est commota, & Neocæsarea civitas Ponti cecidit.

CONSTANTIUS.

D Constantius autem, & Constans leges ediderunt, Iudeum non emere servum, aliquin auferri eum, & publicis rationibus tradi. Porro, si & circum- cidere ausus fuerit servum, gladio puniri tales præsumtientem.

CONSTANS.

Igitur Constantis imperium strenuum aliquan- diu, & justum fuit. Mox cùm & valetudine inprospera, & amicis gravioribus (31) uteretur, ad gravia vitia conversus, cùm intolerabi- lis provincialibus, militi injucundus esset, (32) & cùm circa Gallias venandi cupidine per syrias, saltusque erraret, conspiravere aliquanti militares in ejus necem, auctoriibus Crescio, & Marcellino, simulque Magnentio. Qui, ubi patrandi negoti dies placuit, Marcellinus natalem filii similate plerosque ad cœnam vocat. Itaque in multam no- ctem convivio celebrato, Magnentius quasi ad ventris solita secedens, apud Augustudunum habitation imperiale caput. (33) Ea re cognita Constans fugere conatus, apud Helenam oppidum Pyreneo proximum non longè ab Hispaniis, à Gaisone cum lecti-

(26) fatigabant. Uno & trigesimo anno imp. etatis sexto & sexagesimo, juxta Nicomediam in villa publica obiit. Mors &c.

(27) MS. Trochela.

(28) A. refiri. Is successores filios tres reliquit, atque unum fratris filium. Verum &c.

(29) A. faciore.

(30) A. jubente. Constantium porrè bellum fratri inferen-

tem, & apud Aquilejam inconsultis prælium adgres- sum, Constantis duces interemerunt. Ita Resp. ad duos Augustos redacta. Constantis &c.

(31) A. gravioribus.

(32) A. esset, factio Magnentii occisus est. Obiit baud lon- ge ab Hispaniis in eastro, cui Helena nomen est anno &c.

(33) Vide Victorem.

testimoniis missis interficitur, anno imperii decimo septimo, etatis tricelimo. Nam Cesar triennio fuit. Hic fuit debilis pedibus, manibusque articulorum dolore, fortunatus cœli temperie, fructuum proventu, nullâ à Barbaris formidine per omne tempus, sine gravi crudelitate terribilis. Diversa Constantii fortuna fuit. A Persis enim multa, & gravia perperissus, saepe captis oppidis, urbibus obsecris, casis exercitibus, nullumque ei contra Saporem prælium fuit prosperum, nisi quod apud Singarum, haud (34) dubiam victoriam militum ferociâ amisit, qui pugnam seditione, & stolidè contra rationem belli die jam precipiti poposcerunt. Per idem tempus Dyrrachium Dalmatia terremotu collapsum est. Interea terremotu magno, & in civitate Beryto Phoenices facto, plurima pars ejus corruit, ita ut multi gentiles ingredierentur Ecclesiam, se ritum Christianorum servatores spondentes. Igitur post Constantis necem, Magnentius Italianam, Africam, Gallias obtinente, etiam Illyricum res novas habuit. (35) Vetranius enim magister militum ad imperium in Pannonia apud Mursam consensu militum electus est. Quem grandevum jam, & cunctis amabilem diuturnitate, & felicitate militiae ad tuendum Illyricum principem creaverunt, virum probum, & veterum morum, ac jucundæ civilitatis, sed omnium liberalium artium expertem, adeò ut ne elementa quidem primarum literarum nisi grandevus, & jam Imperator acceperit. (36) Tunc Constantius Imperator Gallum patruelcm suum Cæsarem fecit, cui nomen suum imponens, Syriam Antiochia habitandam destinavit, ut partes per eum custodierentur Orientales. Quo ad Antiochiam veniente, circa Orientem signum apparuit in caelo die Pentecostes. Columna namque sub specie crucis in caelo visa est, speciem luminis habens extensam à Golgotha usque ad montem Olivarium. In circuitu autem ejus corona erat, velut Iris speciem habens. Hoc & Constantius Gallus vidit. Interea Constantius Augustus ad ultionem fraternalis necis bellum civile commoverat (37) castrametatus in Illyricum. Cogebat enim eum fraterne necis ultio, & maxime Vetranius, qui per milites Augustus fuerat factus. Cumque venisset Sirmium, mutuo fæderibus habitis Vetraniونem videt. Factumque est, ut milites, qui eum constituerant, transirent ad favorem Constantii: Quo facto, solum Constantium Imperatorem Augustum vocem missa clamaverunt. Cumque de Vetraniō nulla memoria fieret, ille repente sciens se tradidit, ad pedes se prostravit Imperatoris. Porro Constantius auferens ei coronam, simul & purpuram, clementer ei locutus est, monens, ut sub schernate privato quiesceret, quod ejus utique etatis convenientius, quam habere nomen solitudinibus onustatum. Jussitque ei sumptus uberrimos ex publicis functionibus exhiberi: suis enim propè ad stultitiam simplicissimus. Cumque in Prusa Bitynia Vetranius moraretur, Constantius scripsit ei dicens, quia multorum bonorum ei causa fuisset, quem à tantis cogitationibus, & malis sibi provenientibus liberasset: nec se bene se cisse, quia quæ sibi prestare debuerat, illi potius impendisset. His diebus Roma Nepotianus Euro-

Tom. I.

- (34) A. dubium.
- (35) A. habuit, Vetranius ad imp. consensu militum electo. Quem &c.
- (36) A. accepit. Sed à Constantio, qui ad &c.
- (37) A. commoverat, abrogatum est Vetranius imperium, novo, insitatoque more, consensu militum deponere insigne compulso. Roma quoque tumultus fuit Nepotiano Constantini sororis filio per gladiatoriā manū Imperium vindicante, qui securis exordiis dignum extitum natus est, vigesimo enim & octavo die à Magnentium ducibus oppressus penas dedit. Caput &c.

A pio Constantii sororis filius, hortantibus perditis, Augsti nomen rapit. Quem octavo die vigesimoque Magnentius opprescit. Caput ejus pilo per Urbem circumlatum est, gravissimæque proscriptiones, & nobilium cædes fuerunt. (38)

MAGNETIUS.

Hoc tempore Constantius cum Magnentio apud Mursam dimicans vicit, in quo bello penè nunquam ampliæ Romanae consumptæ sunt vires, totiusque imperii fortuna pessimata. Dehinc enim, cùm se Magnentius in Italiam receperisset, apud Ticinum plures fudit, & ut victoria solet, audacius persequentes, veniensque Romam, multos permitit Senatores, & populos. Ibi agnoscentes vicinos esse contra se milites Constantii, accessit ad Gallie partes occidentalis. Cumque multa, & gravissima inihi prælia in alterutros exercebant, modò isti, modò illi victores esse videbantur. Novissimè autem devictus Magnentius fugit, videntesque milites, quasi de perditione tristes, stans excelsiori eos nitebatur alloquutionis consuetudine confortare. Tunc illi favorem solitum Magnentio exhibere parati, inviti, & nolentes clamaverunt omnes una voce: Constanti Auguste, tu vincas. Hoc augurium Magnentius traxit ad semetipsum, tanquam non ei divinitus concederetur imperium, & propterea ad ulteriora tendebat. Sequentibus autem Constantii militibus circa montem Seleucum facta congressione, solus fugiens vénit in Lugdunensem urbem, comprehensusque suam matrem, & fratrem seniorem, quem ad tuendas Gallias Cæsarem constituerat, occidit. Nec multò post à Constantii militibus ibidem coangustatus, gladio occulte proviso, ieiunum pulsu parietis juvans transfozzo latere, ut erat vasti corporis, naribusque, & ore cruentus effundens, mense imperii quadragesimo secundo, etatis propè quinquagesimo expiravit, anno imperii Constantii sexto, & Galli Constantii consulatus anno secundo, XVIII. Kalendas Septembres. Fuit is ortus parentibus barbaris, qui Galliam inhabitabant. Legendi studio promptus, sermone acer, animi tenui, & immodici, timidus, artifex tamen ad occultandam audacia specie firmidinem. Ejus morte audita Decentius frater ejus laqueo fasciâ composito vitam finivit. In his ergo præliis ingentes Romani imperii vires (39) consumptæ sunt, ad quælibet bella externa idoneæ, quæ multum triumphorum possent, securitatisque conferre. (40) Sed neque sic circa Rempub. quies evenit. Nam post paululum apud occidentales Gallias, Sylvanus quidam res novas molitus, tyrannus est exortus, quem duces Constantii vigesimo octavo die perimunt. Fuit ingenio blandissimus, quanquam barbaro patre genitus, tamen institutio Romana satis cultus, & patiens. Porro Judæi in Diocesarea Palæstina residentes, vicina loca turbabant, & sumentes arma tentabant resultare Romanis. Post hæc itaque Gallus Cæsar cùm Antiochie degeret, exercitu destinato eos interfecit, civitatemque vastavit. Cumque sibi videretur prosperè gessisse, felicitatem non ferens, accessit ad tyrannidem, & insinuans Imperatori suam intentionem, Quæstorem vocabulo Magnum, & Domitianum Praefectum Orientis occidit. Ob quam rem Constantius indignatus, evocavit eum, Qui cùm-

K 2

con-

(38) A. fuerunt. Non multò post Magnentius apud Mursam profligatus acie est, ac penè capitus. Ingentes &c.

(39) A. vires ea dimicazione consumptæ &c.

(40) A. conferre. Orienti mox à Constantio Cæsar est datus patrius filius Gallus, Magnentiusque diversis præliis vicit vim sue apud Lugdunum attulit imperii anno tertio, mense septimo frater quoque ejus Senonis, quem ad tuendas Gallias Cæsarem emisit. Per lac tempora etiam à Constantino multis incivilis gestis Gallus Cæsar occisus est. Vix &c.

contemnere non valeret, pergebat ad principem. . Cùmque contra insulam Falconensem venisset, illuc eum Constantius præcepit interimi, anno imperii sui septimo, & Consulatus ipsius Galli anno tertio. Vir fuit naturâ ferus, & ad tyrannidem promptior, (41) si suo jure imperare licuisset. (42) Solus in imperio Romano eo tempore Constantius princeps, & Augustus fuit. (43) Nunc igitur de Claudio Juliano pauca dicenda sunt, ejusque genere, ac disciplina, & quomodo venerit ad imperium. Constantinus, qui Byzantium suo nomine Constantinopolim appellavit, duos habuit ex eodem patre, non ex eadem matre germanos. Quorum unus Dalmatius, alter Constantius vocabatur. Constantius autem duos habuit natos Gallum, & Julianum. Post mortem Constantini conditoris Constantinopolitana civitatis, dum milites juniorum Dalmatium peremisissent, tunc, & isti, functo iam patre, penè mortis periculum sustinuerant cum Dalmatio, nisi Gallum quidem agritudo, qua putabatur inevitabilis, liberasset, Julianum etas infantilis, erat enim annorum octo. Cùmque ab eis fervor Imperatoris quievisset, Gallus circa Epbesum apud Doctores erat, ubi etiam à progenitoribus possessiones habebat. Porro Julianus crescens in auditoriis Constantinopolitanae urbis, exercebatur in Basilica, ubi doctores erant, habitu privato procedens, habebatque pædagogum eunuchum nomine Mardonium, grammaticum Nicoclem Lachensem, rhetorican vero legebat apud Ecybolium. (44) Sophistam. Erat enim Julianus ab initio Christianus. Cùmque lectione proficeret, etiam fama per populon volitabat, quia posset etiam Rempub. gubernare. Quod dum latius panderetur, astuaciones induxit Constantio Imperatori. Quamobrem abstinuit eum ab urbe regia, & misit Nicomediam, præcipiens ne conveniret apud Libanius Sophistam Syrum. Tunc enim Libanius à pædagogis Constantinopoli expulsus, Nicomedia morabatur. Prohibebatur ergo Julianus apud Libanius legere, eo quod paganus esset, verumtamen librorum ejus lectionibus utebatur. cùmque proficeret in rhetorica, suverènit in Nicomedia Maximus philosophus, non ille Byzantius pater Euclidis, sed Ephesus, quem postea quasi artes magicas exercentem Valentianus Imperator præcepit occidi. Tunc igitur non ob aliam causam Nicomediam venerat, nisi Juliani famâ protraetus. Apud quem, cum Julianus verba philosophica prægustasset, cœpit etiam doctoris imitari religionem. Is enim etiam imperii cupidinem in animum ejus immiserat. Cùmque haec non laterent aures Imperatoris, intermetum, spemque constitutus, suspicionem celare volens, quia qui dudum integer fuerat Christianus, postea proditor est effectus, tonsus monachicam simulabat vitam, & latenter quidem exercebatur in philosophica, in manifesto autem sacros Christianorum legebant libros. Denique in Ecclesia Nicomedie lector est constitutus, & divinos codices in Ecclesia audente populo legebat. Porro sub hoc habitu furorem declinavit Imperatoris. Haec equidem proxime faciebat, nequaquam à spe recedens, quam mente conceperat, dicebatque plurimis amicorum suorum, felicia fore tempora, quibus ipse rerum

A potiretur. Post paulum vero perempto Gallo Julianus repente fit suspectus Imperatori, qui etiam eum custodiri præcepit, & dum fugâ lapsus fuisset, diversa circumneundo salvatus est. Vixque jerò uxori Imperatoris Eusebia celatum inveniens, supplicavit Imperatori, quatenus nibil mali pateretur, sed ut potius ad philosophandum mitteretur Athenas. Cœpit igitur Julianus imperialia sceptra desiderare. Quamobrem discurrens universam Helladam, vates quærebat responsa reddentes, consulens si ad suum imperium perveniret, inveneritque virum, qui ei desiderata se dicere fateretur. Is cum perducens ad quendam idolorum locum, & intromittens in adytum, seductores dæmones evocavit, quibus solenniter apparentibus, terrore compellitur Julianus in fronte sua crucis signaculum formare. Tunc dæmones tropæi dominici figuram respicientes, repente disperuerunt. Quod agnoscent magus, cœpit culpare Julianum. At ille terrorem significavit, & crucis se dixit obstupuisse virtutem, eo quod videntes hoc signum dæmones evanuerunt. Porro magus: Non hoc suspiceris o bone vir, quia timuerunt, sicut aïs, sed abominati hoc signum potius recesserunt, Et ita capiens miserum, odio reflexit Christiani signaculi Julianum. Post hæc igitur Constantius evocavit Julianum, & constituit Cæsarem septimo idus Novembris, dansque ei conjugem Helenam sororem suam, qua Constantia dicta est, contra Barbaros eum destinavit, ad Gallias. Hi namque Barbari, quorum Imperator Constantius contra Magnentium solatia petierat, cum nihil profuerint contra tyramnum, Romanorum vastant urbes, alias expugnabant. Ubique foeda vastitas erat, (45) Romanumque Imperium non dubia jam calamitate nutabat. (46) Cùm esset ergo juvenculus Julianus, iussit ei Imperator, ut præter consilium ducum nihil moliri præsumeret. Cùmque duces accepta potestate negligerent, & propterea Barbari superarent, tunc Julianus duces quidem deliciis vacare permisit: sumens autem milites, eisque spolia interemptorum hostium compromittens, initium vincendi Barbaros fecit, & amorem suum apud milites collocavit. Fertur itaque, quod dum in quendam civitatem fuisse ingressus, corona laurea, quibus solent civitates ornari, inter columnas pendens, rupto fune, super caput ejus decidit, eumque aptissime coronavit. Quo facto cunei clamavere, quia ei signum foret imperii. Interea Julianus, cum apud Imperatorem de ducum negligentia quereretur, alter armorum mittitur magister, ejus alacritati conveniens, cuius ministerio cum barbaris fiducialiter est congressus. Et dum illi per legatos literas Imperatoris eos ad provincias invitantis ostenderent, tunc ille legatos eorum misit in vincula: factaque congreßione cum modicis copiis Romanorum apud Argentoratum Galliæ urbem ingentes copias hostium extinxit. Stabant acervi montium similes, fluebat crux fumum modo, captus rex nobilis Chonodamarus. (47) & Constantio missus, fusi omnes optimates, redditus limes Romanæ possessionis. Ac postmodum cum Alamannis apud Rhenum fluvium residentibus dimicans, potentissimum eorum regem Bodomarium cepit, claraque victoria decoratus, cum mediocritate

(41) A. Protor.

(42) A. licuisset. Silvanus quoque in Gallia res novas molitus ante diem XXX, extinctus est. Solusque &c.

(43) A. fuit. Mox Julianum Cæsarem ad Gallias misit, patrualem suum Galli fratrem, traditam ei in matrimonium sororem suam, cum multa oppida barbari expugnassent, alia ob siderent. Ulique &c.

(44) MS. Ecybolum.

(45) A. eslet.

(46) A. mutaret, à quo modicis looptis apud Argentoratum Galliæ urbem ingentis Alemannorum copie extimile sunt. Rex nobiliss. captus, Gallia restitutæ. Multa

postea per eundem Julianum egregia adversis barbaros gesta sunt, submoti ultra Rhenum Germani, & filius suis Rom. imp. restitutum, neque multò post eum Germanici ex exercitus à Galliarum praesidio tollerentur consensu militum Julianus factus est Aug. Interiectoque anno ad Illyricum obtinendum profectus est Constantio Partibicis præliis occupato, qui rebus cognitis ad bellum civile conversus in itinere obiit inter Ciliaciam, Cappadociamque, anno Imp. octavo & trigesimo, etatis XLV., merutque inter diuos referri. Vir &c.

(47) MS. Nodumarus.

sote vita, atque mansuetudine militibus præcesset, ab eis appellatur Augustus. Cumque corona defens imperialis, unus signa portantium, torquem, quem habebat in collo sumens, Julianus capiti circumposuit.

JULIANUS.

Hoc ergo modo Julianus Imperator est factus. Hoc facto nihil de Constantio cogitans, judices ab illo factis honoribus mulcebat, & ad illius invictam literas proferebat, quibus ostenderet eum propter bellum contra Magnentium gestum in Romanorum terras Barbaros induxisse. Hunc Constantius urgere legationibus, ut in statum, nomenque pristinum revertatur. Julianus mandatis mollioribus refert, se sub nomine celsi Imperii multò officiosus paritorum. Igitur Julianus repente religione mutata, cum prius Christianus esse putaretur, semetipsum Pontificem nominabat, & veniens ad templum Paganorum sacrificabat, suadebatque subjectis talia colere, & Christianorum baptisma, sacrificiis, & innovationibus, quas expiations Paganis erant, & sanguine immolationum studebat ablueret, & abrenunciare Christianæ professioni. Cumque Constantius propter bellum Persicum Antiochiae moraretur, sperans ille, quia sine bello posset Illyricum detinere, ad eos agebat iter, dicens se zelle Constantio satisfacere, tanquam non sponte, sed voluntate militum insulas Imperii suscepisset. Dicitur, itaque dum ad hos terminos accessisset, vindemia jam collecta circa occasum Plejadum, uvas denuo fuisse prolatas, insuper etiam imbre ex aere descendenter in ejus vestem simus, ac ceterorum, singulas crucis signacula guttulas formasse. Hoc factio videbatur & ipse, & aliis, quia botris extra tempus illatis, bonum ei pandetur indecium, imber autem cadens vestem, super quam ceciderat roboraret. Alii vero dicebant uvarum signum preter tempus significare perditionem Imperatoris, ad instar hujusmodi botrorum, & parvi temporis fore ejus Imperium. Porro de cruce dicebant, præminitare hoc signum, quia sit celeste dogma Christianorum, & oporeat signari cunctos crucis signaculo. Cum audisset itaque Constantius contra se venire Julianum, instructione belli Partibici derelicta, Constantinopolim veniebat. Cumque iter faciens magis magisque ardens dolore, atque ut erat talium impatiens, acriter festinaret, in radibus Tauri montis, apud oppidum Mopsoren inter Ciliciam, & Cappadociam febris acerroma, quam indignatio nimia vigiliis augebat, interiit III. Nonas Novembris, Consulatu Tauri, & Florentii, anno Imperii tricesimo octavo, atatis quanto & sexagesimo. Ex quibus tredecim cum patre regnavit, viginti quatuor post illum, id est, septem solus, cum fratribus, atque Magnentio sedecim, meruitque inter dicos referri. Eodem tempore, magno terræmotu Constantinopolis pars deruta est. Iste fuit vir egregie tranquillitatis, placidus, nimium amicis, & familiaribus credens, mox etiam uxoribus deditior, qui tamen in primis se imperii annis ingenti modestia egerit. Familiarium etiam locupletator, neque inhonors, (48) quorum laboriosa expertus fuisse officia. Ad severitatem tamen propensior, si suspicio Imperii moveretur, mitis (49) fuit alias, felix bellis civilibus, externis lachrymabilis, mirus artifex in sagittis, à cibo, vinoque, & somno multum temperans, patiens laboris, facundie cupidus, quam cum asequi ingenii non vale-

A ret tarditate, aliis invidebat, spadonum, aulicorum, vernaculorumque amori deditus, uxorumque, quibus contentus, nulla libidine transversa, aut inusta polluebatur. Sed ex conjugibus, quas plurimas sortitus est, præcipue Eusebiam detexit, decoram quidem, verum per Adamantias, & Gorgonias, & alia importuna ministeria, vexantem famam viri contra quam fœminis modestioribus mos est, quarum saepe præcepta maritos juvant. Namque, ut ceteras omittam, Pompeja Plotina, incredibiliter est, quantum axerit gloriam Trajanum, sujus procuratores cum calumnis provincias agitarent adeo, ut unus ex his diceretur locupletum quemque ita convenire: Qua habes? Unde habes? territion, pone quod habes, illa conjugem corripuit, atque increpans quod laudis suo esset incuriosus, talem reddidit postea, ut exactiones improbas detestans, fiscum liuem vocaret, quod eo crescente reliqui artus tabescant.

B Igitur defunctio Constantio, Julianus jam Thracas obtinebat, & deinceps Constantinopolim veniens appellatus est Augustus. Interea dum Constantinopolim fuisse ingressus, cepit cogitare sibi populum complacare, & eorum favorem decenter acquirere: quod hac arte fecit. Benè namque sciebat Constantium ab omnibus populis nomen consubstantialitatis amplectentibus odiri: ob quam rem ab Ecclesiis videbantur exclusi, & Episcopi confiscati, exilioque diretti. Simul etiam noverat & Paganos fuisse contristatos prohibitione sacrificiorum, & desiderare adipisci tempus, quo eorum aperirentur tempora, ut haberent idolis immolandi licentiam. Sic igitur atrumque populum mæroribus vulneratum & funeris cognoscens, & communiter omnes eunuchorum violentiam, & præcipue Eusebii Nicomedensis Episcopi rapinis ingemiscentes, qui suam sedem reliquerat, & Constantinopolitanam invaserat: Julianus ita apud omnes semetipsum artificiose velamine commendabat. Et aliis Christianis quidem amare se fingebat, aliis autem Paganis per vanam gloriam largus erat, omnibus tamen qualis esset in commune religione monstrabat. Et prius quidem crudelitati Constantii circa subjetos derogans, & eam coram universo populo redarguens, jubet Episcopos exilio deportatos evocari, & confiscatas eorum reddi substancias. Tempora quoque Paganorum velociter suos necessarios præcepit aperire, eos autem, qui fuerant ab eunuchis oppressi, recipere, que male ab eis fuerant abjecta sancivit. Eusebium vero præsidentem imperiali cubiculo morte damnavit, non solum quia multos opprimerat, sed quia Gallum quoque fratrem ejus consilio audierat interemptum. Et corpus quidem Constantii regio honore sepelivit. Ejecit vero è palatio eunuchos, tonsores, & coquos: Eunuchos quidem, quia uxor ejus obierat, post quam non duxit aliam; coquos autem, eo quod cibis simplicibus uiteretur; tonsores vero, quia multis, inquit, sufficiunt unus. Scriptorum autem plurimos antique fortunæ restituens, reliquis eorum mercedem scripture dare præcepit. Abscidit quoque etiam publicum cursum mularum, & caballorum. Haec ejus opera laudant pauci, vituperant multi. Is enim etiam noctibus vigilans conscribebat libros, & descendens in Senatu publicè recitabat. Solus enim Imperatorum à Julio Cæsare in curia Senatus recitavit orationes. Honorabat disciplinarum cultores, maximè philosophantes. Habebat autem plurimum vanæ gloria vitium, & in oratione, quam de Cæsaribus scripserat, cunctos

(48) A. inbonoros sinens.
(49) A. mitis alias, & cuius in civilibus, magis quam in exterris belis sit laudanda fortuna. Hinc Julianus verum potius est, irgentique apparatu Partibus intulit bellum, cui expeditum ego quoque interfui, aliquo oppido, & castella Persarum in ditionem accepit, vel

vi oppugnavit, Assyrianæ e populatus castra apud Ctesiphontem stativa aliquandiu habuit, remansaque vixit, dum se inconsultis præliis inservit, hostili manu interfactus est. V.I. Kal. Julias Imp. anno VII., etatis altero, & trigessimo, atque inter dies relatus est. Vir egreg. &c.

Etos ante se principes laceravit. Hac ergo arrogantia motus, etiam contra Christianos conscripsit liberos. Ut ergo coquos, atque tonsores expelleret, opus philosophi, non tamen Imperatoris erit; ut detraheret; atque laceraret, nec philosophi, nec principis fuit. Igitur Julianus dudum studens Paganitatem in omni sua ditione dilatari, & Christianitatem exterminari, primion quidem Galileorum filiis (sic enim Salvatoris nostri cultores denominabat) precepit ne poetarum, aut philosophorum legerent disciplinas. Proprius, inquit, penitus vulneram secundum proverbium, ex nostris enim armatis conscriptionibus, contra nos bella suscipiunt. Et tempora quidem erant aperta, sacrificia que Paganorum per civitates secundum voluntatem illius procedebant, ipse autem astuabat, ne fervor ejus Christianorum abundantiam frustraretur. Et maxime pulsabatur, quia multi sacerdotum suorum Christianas babebant uxores, & filios, & servos. Arbitratus autem Christianitatis statum ex vita bona, & conversatione consistere, studuit, ubique tempora Paganorum instructione, & ordine Christianæ religionis creare sedibus, atque processionibus: Paganorum dogmatibus, atque monitionibus letabat sua superstitionis institutus, ad instar clericorum, ut horas certas, & dies, & orationes solenniter observarent, praepiens pariter habere curas virorum, atque mulierum philosophare scientes, habitaculis peregrinorum, & pauperum, alia que providentia circa egenos exhibita Paganorum religionem componere, & pietatis habere nomen. Si quis autem sponte, vel invitus peccares, secundum traditionem Christianorum instituit, ut post penitentiam mediocrem constitutam sustineret correctionem. Præcipue vero zelatus dicitur notas litterarum Episcopaliū, quibus salent alterutris scribentes commendare peregrinos, & ubi proficiuntur, & à quibus veniunt modis omnibus indicare, & solertia promereri, tanquam noti, & amici sint, testimonio directi signaculi. Hæc confiderans festinabat, ut Paganii Christianorum consuescerent officiis. Scribens enim Arsabo Pontifici Galatæ tali modo epistolam: Paganorum, inquit, ritus nondum agitur secundum intentionem nostram, propter cultores ejus in negligentia positos. Nam deorum claritas, magnitudo, atque sublimitas, omni ratione, omnique spe major est, sed propitiis sint nostris animis diis, propter negligentiam, quam habemus, cùm illorum providentia in parvo tempore tanta facta mutatio sit, quantam, nec orare primitus quicunque præsumperat. Cur erga credimus hoc posse sufficere, neque respicimus quemadmodum superstitionem Christianorum anxit cura peregrinorum, & circa sepulturas, & mortuos multa solertia, honestaque conversationis studio, non vera, sed ficta. Quas res arbitror sub veritate apud nos debere geri. Non itaque fas est te solum tamē esse, sed omnes absolute circa Galatiam sacerdotes, quos aut deprescare, aut oratione flectere, aut certè festinanter à sacerdotali ministerio remove, nisi diis cum conjugibus, & filiis, atque servis colla submiserint, non ferentes ulterius eorum servos, aut filios hoc facere, contentementes autem Galileos impiè contra deos agentes, & impieates pietatis præponentes. Deinde cunctos admone, ut sacerdos, neque ad spectacula procedat, neque in tabernis bibat, aut cibis arti, aut operibus turpibus, aut impudentibus præsit. Qui obediunt bonorentur, inobedientes expelle. Xenodochia constitue per singulas civitates, ut nostrā peregrini clementiā perfruantur, non tantum nostri, sed etiam extranei pecunias indigentes. Ut autem habeas unde fiat, interim decrevi singulis annis triginta millia modios tritici per universam dari

A Galatiam, & sexaginta millia vini sextarios. Horum quinta pars pauperibus tempora observantibus debet expendi, reliqua peregrinis, indigentibusque distribui. Turpe namque est, ut Judeos quidem non abjiciant, sed potius nutriant impi Galilæi & suos pariter, & nos, nostri vero nostrorum solatio deserantur. Quapropter doce etiam collationes facere Paganos ad talia ministeria, Paganorumque vicos offerre diis primicias frugum, eosque bujusmodi benefactis institue, docens eos hoc opus olim fuisse nostrorum: Homerus enim hoc probat, introducens Eumenum talia facientem. Nos ergo neque bona nostrorum imitamur, sed aliis remittimus, negligentiā non confusi, magis autem deorum reverentiam respuentes. Si igitur hac te facientem cognovero, ego lætitia plenus ero. Praesides provinciarum rarius domi suscipe, frequenter eis scripta transmette. Ingredientibus eis civitatem, nullus sacerdotum occurrat. Cumque ad tempora venerint deorum, intra januas eis nemo præcedat militum, aut forte præcedentium officiorum, sed qui volueris subsequatur. Cumque ad ipsum limen templi pervenerit, privatus existat. Tu enim, sicut nos, index intus es. Hoc enim etiam sacra sanctio videtur exigere. Obedientes igitur pro veritate piis sint, reluctantes vanæ glorie comprimantur. Quid enim patiatur, aut quod mereatur auxilium, qui matrem deorum propitiam habere voluerit? Qui ergo eam neglexerint, non solum sine querela non erunt, sed etiam nostra indignationis impetum sustinebunt: Neque enim fas est, ut illi parcat, qui deos habuerit inimicos. Suade siquidem eis, ut si mea voluerint frui suitione, omnes matri deorum studeant offerre culturam. Hæc itaque faciens Imperator ad destructionem Christianorum, neque subjectis prævaluit, & aperte Christianis vim parare erubuit. Inter hæc ut ad Paganitatem milites insuescerent, studuit ad priscum schema reformare signum illud Labarum sublimius Romanorum, quod Constantinus sicut predilectum est, in crucis formam mutaverat. Verum in publicis imaginibus depingebat Jovem quasi de caelo sibi coronam, & purpuram deferentem, Mercurium, & Martem in se respicientes, velut pro testimonio sapientis, & fortis. Et hoc agebat imaginibus, ut sub occasione imperii latenter adorarentur dii, & hoc modo subjecti clanculo fallerentur. Arbitrabatur enim, quia si hoc sponte eis imponeret, postea que vellet impleret, si verò respentes agnosceret, venia sublatâ torqueret, tanquam circa Romam soleonia reluctantes, & in Republica, atque ipso imperio delinquentes. Pauci siquidem etiam penitus subditis, cognoverunt dolum, quia sicut moris erat, adorare voluerunt. Turba vero, ut assulet, per ignorantiam simpliciter imagines adorabat, quod tamen Imperatori nihil profuit. Cumque multa ex cogitaret, quibus Paganorum ritus extolleret, inventum modum, qui plorios Christianis militibus claræ virtutis coronam dedit. Cùm venisset itaque tempus, quo imperialia milites solent dona percipere (hoc enim agitur plerumque die Calendarum Januariorum, & natali Principium, & urbiū regiarum) exquisivit quatuor eos simpliciter ex præsca consuetudine fallere potuisset. Jussisque, ut unusquisque ad manus Imperatoris accendentium, ab officiis admonitus, primò incensum offerret (erat enim ante eum thus positum, & ara) secundum antiquam Ro. consuetudinem. Tunc alii quidem licenter suam ostenderunt fortitudinem, & neque incensum offerre, neque donum accipere passi sunt. Alii vero occasione legis, & antiquitatis, neque mente perceperunt, quod commiscere peccatum. Verum alii propter lucrum capti, aut timore perturbati, seu iussione repentina conclusi, licet intellexerint, tamen

men Paganitatem declinare non potuerunt. Plurimi siquidem per ignorantiam decepti, dum inter cibos, ut aspergat, & pocula invocarent in alterutros Christum, respondens quidam dixit: Quid patimini invocantes Christum, quem ante paululum denegatis, dum donum ab imperante percipientes, tibus in ignem metteretis? Cumque hoc milites audissent, & quod gesserant agnoverint, statim exiliientes, publicè currebant, atque impetu facto clamabant, Deum suum, & cunctos homines testabantur se Christianos esse, & in eo nomine permanere, atque per ignorantiam se fecisse, & si dici posset, solam manum Paganam esse, conscientiam vero nihil simul egisse. Cumque venissent ad principem, projecterunt aurum, quod acceperant, & fortissime voce poscebant, ut recuperet quod dedisset, & occideret illos. Sic enim paenitentiam agere fatebantur, eo quod improvide eorum dextera peccasset, & studere propter Christum, totum corpus panem tradere. Cumque Julianus talia audisset, furore commotus, præcepit capita eorum incidere, & cunctos ducentur ad mortem, sequente populo, & mirante virtutem eorum pro pietate susceptam, venerunt ad locum, quo rei puniri solent. Tunc spiculatores rogavit senior omnium, ut ante omnes caput cuiusdam nomine Romani adhuc adolescentis abscederet, ne dum aliorum respiceret mortem, frangeretur. Cumque ille genua fixisset in terra, & spiculator gladium evaginasset, venit repente nuncius clamore prohibens necem. Porro juvenculus ille occasione privatus ait: Non fuit Romanus dignus ut Christi martyr appellaretur. Et licet sanguinem malignus Imperator prohibueret effundi ductus inuidia, veruntamen non eos in civitatibus habitare permisit, sed ad ultima Romanorum loca exilio destinavit. Postea vero præcepit, ut qui sacrificare noluerint, in palatio non intrarent, & neque collegio, neque foro eos, neque arbitrio, neque ulla dignitate, nec qualibet communione participare jussit. Interea Julianus, dum Constantinopoli apud Fortunam sacrificaret, accessus ad eum Mares Episcopus Chalcedone, & publicè impium, a se Deo, apostolamque vocavit. Ille vero solam ei improprie fuitur concitatem. Erat enim senex, & pro imbecillitate oculorum manu alterius agebatur. Super hac etiam volens lacerare eum, consuet dixit: Neque Galilæus Deus tuus curare te potest. Respondens vero Mares: Ego quidem Deo meo gratias ago pro cœcitate, quia hoc ideo gestum est in me, ne te videam pietate nudatum, Imperator autem nihil respondens abscessit. Sic enim putabat potius roborari Paganitatem, si se patientem, ac mitem erga Christianos demonstrasset. Igitur dum Persæ mortuum cognovissent fuisse Constantium, capti fiduciâ venerunt ad terminos Romanorum, denunciantes bellum. Ob quam rem Romanas vires contractas undique Julianus adverxit, ut ad destinatam secum traheret perditionem, misitque in Delphos, & Delon, atque Dodonem ad percipienda responsa, si expediret ei bella suscipere. Tunc universi vates, & pugnandi fiduciam dabant, & victoriam promittebant. Unum vero responsum pro exemplo mendacii, vel seductionis inserere non pigebit. Est enim hujusmodi: Nunc omnes aggredimur Dei Victoria trophyas referentes circa fluvium Tigrem. Horum ego dux ero belligator Mars. Horum, itaque carnisrum ridiculum convenit divulgate, qui rationalem dominum, Musarumque principem Pythium eum vocant. Ego autem mendacium seductionibus ejus inveniens indutum ingemisco. Tigrem namque fluvium, Tigrem voluit appellare, quoniam Tigris ejus est nominativus, & per Assyriorum arva discurrens, in Persicum simum descendit. Per bac ergo responsa de-

A ceptus infelix & victoriam mente somniabat, & post Parthicum triumphum pugnam Galileis inferre parabat. Multos itaque viros, castraque detinens jam etiam civitates capiebat, Assyriamque depopulatus, castra apud Ctesiphontem civitatem habuit. In qua intantum obsecro regem, ut crebris legationibus uteretur, offerens dare sua patriæ partem, si soluto bello discederet, quod ille noluit, neque supplicantibus est misertus, neque mente percepta, quia vincere quidam bonum est, supervincere autem nimis invidiosum, credens præcipue magicis artibus, quas ei Maximus Philosophus exhibebat, & arbitratus Alexandri Macedonis se gloriam percepturum, aus certè potiorem. Putabat enim secundum Pythagoream, Platonisque sententiam, ex mutatione corporum Alexandri animam possidere, aut esse potius in alio corpore alium Alexandrum. Ob hanc itaque causam Persarum regis noluit preces admittere. Interea cum in deferto loco captivorum primò babuisset ducatum, postea quidam senior transfuga, sub schemate proditoris se ei comprehendens iter ostendere compromisit. Cumque tribus diebus ambulantes ad maiorem solitudinem venissent, in infidias inciderunt. Statim illum quidem senem fustibus occiderunt, confitentem se hoc fecisse pro patriæ libertate, & libenter omnia tormenta sustinere: Cumque eum Parthi hinc urgerent, e castris jam positis, arrepto tantum clypeo procrierit. Cumque sic inconsulto ardore nolitur ordinis ad prælium componere, ab uno ex hostibus, & quidem fugiente, conto percutitur. Relatusque in tabernaculum, rursus ad horrandos suos egressus, paulatim sanguine vacuatus, circa noctis fere medium defecit. Quidam autem dicunt jaculum repente delatione discurrans per brachium ejus in latus immersum esse. Qui vero justissimum intulit vulnus, baculum ignoratur. Sed alii quandam invisibilium virtutum esse ferunt, alii vero unum pastorem Ismaelitarum, alii militem fame, & itinere fatigatum. Sed siue homo, siue Angelus fuerit, palam est, quod divinis iussionibus ministravit. Calistus autem, qui inter familiares tunc Imperatoris militabat, & heroicè versu ejus conscripsit historiam, ait eum vulneratum à demone. Libanius vero Sophista Syrus, inter ceteras laudes, quas de vita ejus scripsit, in fine libri, sic ait: O demum alumnæ, dæmonumque discipule, & dæmonum observator. Julianus ergo quarto Consulatu suo, quem egerat cum Sallustio, VII. Kalendas Iulii interiit, anno Imperii sui tertio, septimo vero ex quo Cæsar à Constantio fuerat ordinatus, vite anno trigesimo primo. Post cujus mortem ejus magis Carris compertæ sunt. Per hanc agens, quoniam per Edessam pro pia religionis cultu transire noluerat, in templum, quod à Paganis colitur, est ingressus. Ubi dum quedam cum suis consortibus sacrilega celebrasset, januas, & claustra dispositi, & quosdam ibi milites observare præcepit, ut interiori nullus accederet, donec ipse remearet. Cumque mortuus fuisse Julianus, & Jovianus pius successisset, ingredientes in templum, invenerunt mulierem à capillis appensam extensas habentem manus, cuius uterum aperuerat, ut Persarum victimam in jecore ejus inspiaret. In qua urbe, cum ejus nunciatus fuisse interitus, publicam cuncti habuere festivitatem, & non solum in Ecclesiis, & sepulcris Martyrum exultabant, sed etiam in theatris victoriam prædicabant cum sacerdotibus exultantes. Communiter enim clamabant omnes: Maxime fatue, ubi sunt vaticinia tua? Vivit Deus, & Christus ejus. Hic fuit vir egregius, & Rempub. insigniter moderatus, si per fata licuisse, liberalibus disciplinis apprimè eruditus.

Æqua-

(50) Aequaverat enim Philosophos, & Græcorum sapientissimos, facundia ingenti, usu promptior, (51) memoriae tenacissimæ, atque amplissimæ, (52) in amicos liberalis, sed minus diligens, quam principem decuit, (53) corpore validus quidem, sed brevis fuit, barba prolixa, oculi currentes hoc illucque diretti, in provinciales justissimus, & tributorum, quantum fieri possit, repressor, civilis in cunctos, mediocrem habens ærarii curam, glorie avidus, ac per eam animi plerunque immodici, nimius Christianæ religionis insequitor, perinde tamen, ut à cruce abstineret. M. Antonino (54) non absimilis, quem etiam æmulari studebat, (55) cultu numinum superstitionis. Praefatus consultò sese de imperio nihil mandare, ne (uti solet in multitudine discrepantibus studiis amicorum) ex invidia regni pre discordia exercitus periculum pararet. Audax plusquam Imperatorem decet, cui salus propria, cum semper ad securitatem omnium, turn in bello maximè servanda est. Ita illum cupido glorie flagrantior pervicerat, ut neque terræmotu, neque plenisque præagiis, quibus vetabatur Persicem petere, adductus sit finem ponere ardori, ac ne noctu quidem visus ingens globus caelo lapsus ante diem belli, cautum præsiterit.

JOVIANUS.

Igitur altera die absque omni dilatione Joviano insulas Imperatoris imponunt. Erat enim vir fortis, & nobilis, & illo tempore Millenarius, quo Julianus electionem militibus lege proposuit, ut aut sacrificarent, aut militia cederent. Qui cingulum magis elegit amittere, quam Imperatoris præceptionibus impis obedire. Hunc ergo tunc Julianus propter bellum necessitatem inter viros militares habebat, qui cum violenter à militibus ad imperium traheretur, clamabat dicens: non se velle Pagatis hominibus imperare, cum ipse Christianus existaret. Cionque vox omnia communiter proclamasset, dissentium, se quoque esse Christianos, suscepit imperium. Is exercitu in Perside inopiâ laborante, pacem cum Sapore rege Persarum, necessariam quidem, sed ignobilem fecit, mutatis finibus, ac nonnulla imperii Romani parte traditâ, quod ante eum, ex quo Romanum

(50) A. eruditus, græcis doctior, atque adeò ut latina eruditione quamquam sum græca sciuia conveniret, facundia &c.
 (51) A. & prompta.
 (52) A. amplissima. In quibusdam philosophis propior. In amicos &c.
 (53) decuit. Fierint enim nonnulli, quæ vulnera glorie ejus infircent. In provinciales &c.
 (54) A. Marcio Antono.
 (55) A. Jovianus genitus &c.
 (56) A. examinatum nimia cruditate &c.
 (57) A. XIV. Kal.
 (58) A. Jovianum. Hie insignis &c.
 (59) A. studiosus ad obtinendum imperium, consenuit exercitus lectus est. Commendatione patris militibus, quæ sunt notior, qui jam turbatis rebus, exercitu quoque inopiâ laborante, uno à Persis, atque altero prelio viellus passem cum Sapore necessariam quidem, sed ignobilem fecit, multatus finibus, ac nonnulla imp. Rom. parte traditâ, quod ante eum annis tercentum & duabus de viginti sibi, ex quo Rom. imp. conditum erat minquam accidit, quin etiam legiones nostra, & ita apud Samnitum per Pontium Telenum, & Hispania apud Numantiam, & in Numidia sub jugum missæ sunt, ut nihil tamen finium tradaretur; ea pacis conditum non penitus reprehendenda foret, si fæderis necessitatem, tum cum integrum fuit, mutare voluisse, sicut à Romanis omnibus his bellis quæcumque memoravi factum est. Nam & Samnitibus, & Numantinis, & Numidis confessim bella illata sunt, neque pax rata fuit. Sed dum æmulum sui imperii veretur, intra Orientem residens, glorie parum consuluit. Tunc Imperator discessit ab Antiochia, & venit ad Tarsum Cilicia, ibique corpus Juliani sepelivit honorifice. Et cum cuncta solennia funeri ejus exhibuisset, designatus est Consul unâ cum Varroniano filio suo. Dunque Constantinopolim festinaret, vénit ad predium nomine Dadastram, inter Galatiam, & Bithyniam: ubi Themistius Philosophus cum aliis Senatoribus occurrentis consularem recitavit orationem. In predicto namque prædio hyemis tempore languore constrictus repentina morte obiit. Multi examinatum crapulitatem (56) opinantur, inter cœnandum enim nimium epulis indulserat. Alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis grave quiescentibus erat. Quidam nimietate primarum, quas gravi frigore adoleri jusserrat multis. Decessit imperii mense septimo, XIII. (57) Kalend. Martii, atatis, ut qui plurimum, vel minimum tradunt trigesimo & tertio anno, ac benignitate principum, qui ei successerunt, inter divos relatus est. Hic fuit genitus patre Varroniano incola agri Singidonensis, provinciæ Pannoniæ. Ejus patri, cum liberos crebro amitteret, præceptum est somnio, eum, qui jam instantे uxoris partu edendus foret, diceret Jovianum. (58) Fuit enim insignis corpore, latus ingenio, literarum studiosus, (59) nam & civilitati propior, & natura admodum liberalis, vir inter alias virtutes neque imprudens, neque iners. Cionque in Niceam Bithyniæ venisset exercitus, Valentianum ordinavit Imperatorem, V. Kalend. Martii, virum optimum, & apice principali dignissimum.

A imperium conditum erat, nunquam accidit. Quin etiam legiones nostræ, ita & apud Caudium per Pontium ducem Samnitium, & in Hispania apud Numantium, & in Numidia sub jugum missæ sunt, ut nihil tamen finium tradaretur. Ea pacis conditio non penitus reprehendenda foret, si fæderis necessitatem, tum cum integrum fuit, mutare voluisse, sicut à Romanis omnibus his bellis, quæcumque memoravi, factum est. Nam & Samnitibus, & Numantinis, & Numidis confessim bella illata sunt, neque pax rata fuit. Sed dum æmulum sui imperii veretur, intra Orientem residens, glorie parum consuluit. Tunc Imperator discessit ab Antiochia, & venit ad Tarsum Cilicia, ibique corpus Juliani sepelivit honorifice. Et cum cuncta solennia funeri ejus exhibuisset, designatus est Consul unâ cum Varroniano filio suo. Dunque Constantinopolim festinaret, vénit ad predium nomine Dadastram, inter Galatiam, & Bithyniam: ubi Themistius Philosophus cum aliis Senatoribus occurrentis consularem recitavit orationem. In predicto namque prædio hyemis tempore languore constrictus repentina morte obiit. Multi examinatum crapulitatem (56) opinantur, inter cœnandum enim nimium epulis indulserat. Alii odore cubiculi, quod ex recenti tectorio calcis grave quiescentibus erat. Quidam nimietate primarum, quas gravi frigore adoleri jusserrat multis. Decessit imperii mense septimo, XIII. (57) Kalend. Martii, atatis, ut qui plurimum, vel minimum tradunt trigesimo & tertio anno, ac benignitate principum, qui ei successerunt, inter divos relatus est. Hic fuit genitus patre Varroniano incola agri Singidonensis, provinciæ Pannoniæ. Ejus patri, cum liberos crebro amitteret, præceptum est somnio, eum, qui jam instantē uxoris partu edendus foret, diceret Jovianum. (58) Fuit enim insignis corpore, latus ingenio, literarum studiosus, (59) nam & civilitati propior, & natura admodum liberalis, vir inter alias virtutes neque imprudens, neque iners. Cionque in Niceam Bithyniæ venisset exercitus, Valentianum ordinavit Imperatorem, V. Kalend. Martii, virum optimum, & apice principali dignissimum.

C dis confessim bella illata sunt, neque pax rata fuit, sed dum æmulum imperii veretur intra Orientem residens, glorie parum consuluit. Iisque iter aggressus, atque Illyricum petens in Galatia finibus repentina morte olit. Vir alius neque iners, neque imprudens. Multi &c., ut legitur supra col. 2. vers. 23. utque ad verba relatus est, quæ in Ambrosiano seqq. posposta leguntur, iisque statim addit:

Nam & civilitate propria, & natura admodum liberalis fuit. Is statim erat Romane rei Joviano eodem, & Varroniano Coss. anno U. C. MCXVIII. Quia autem ad inclitos Principes, venerandosque pertinuit est, interum opere modum dabimus. Nam reliqua stylo maiore dicenda sunt, que nunc, non tam prætermittimus, quæ ad majorem scribendi diligentiam reservamus.

(60) In A. explicit lib. X. Hucusque bistoriam Eutropius compositum, cui tamen aliqua Paulus Diaconus addidit: Hic decimus, & ultimus est Europi, quos Paulus Diaconus suos fecit, additis tamen subinde quibusdam. In Codice MS. Hirsfelden., hæc erant subiecta: Hucusque bistoriam Eutropius compositum: cion tamen aliqua Paulus Diaconus addidit, iudicente Domna Adilbergā Christianissimā Beneventi duxtrice, conjugé Domini Arichis Sapientissimi, & Catholicis Principis. Deinceps que sequuntur idem Paulus ex diversis auctoribus proprio stylo conjunctit. Hæc in MS. Porro Eutropium continuans P. Diaconus extat, quem conferre poteris Lector, & videbis quantum auctor Miscellæ addiderit. Capitius.

Explicit Liber Undecimus. (60)

INCI-

INCIPIT LIBER DUODECIMUS.

VALENTINIANUS.

ANNO ab Urbe condita MCXVIII. Valentinianus (1) quadragesimus secundus ab Augusto Imperator appellatus est. *Iste fuit Pannonius gener, de Cibala (2) civitate.* Cum esset Tribunus Scutariorum, tunc ei militum cura fuit commissa, eò quod probatissimè novirat militarem disciplinam. Fuit enim vir magnanimus, & semper præsenti fortuna melior apparebat, non modo fortitudine tantum, quantum prudentia, temperantia, atque justitia, & corporis magnitudine præfulgebat. Sic enim fuit regalis, & urbanus, ut dum exercitus tentasset alium sociare consortem, ille respondisset, quod cantatur ab omnibus: *Vestrum, inquit, fuit o milites, Imperatore non existente, mibi dare regimen imperii; verum ubi hoc ego suscepī, meum jam est, non est vestrum de rebus cogitare communibus.* Cujus verba mirati milites, ejus sequuti sunt voluntatem. Cumque Constantinopolim venisset post dies triginta Imperii sui, fratrem Valentem in communionem regni assumpsit, largitus ei partes Orientales, sibi recentes Occidentalibus. Hujus pater Gratianus mediocri stirpe ortus apud Cibalas, Funarius appellatus est, eò quod venalitium funem portanti quinque milites nequiverint extorquere. Eo merito ascitus in militiam, usque ad praefecture prætorianæ potentiam ascendit. Ob cujus apud milites commendationem Valentiniano Imperium (3) allatum est. Qui cum sub Juliano Augusto Christianitatis integrum fidem gereret, cum, ut dictum est, Scutariorum Tribunus esset, (4) ingressus est cum Juliano in templum Fortune, & ministri templi ex utraque parte januarum stantes, aspersione aquæ, sicut ipsi dicebant, purgarent ingredientes, Valentinianus præcedens principem, aspersoris guttam sua vidit in oblamyde, & indignatus pugno percussit templi ministerium, dicens se maculatum potius, quam mundatum. Quod respiciens Julianus, jussit eum in custodiā retrudi, dicens: *Aut sacrificia idolis, aut militia excede.* Qui sponte discessit. Nec mora, Juliano interfecto, Jovianoque mortuo, qui pro nomine Christi amiserat Tribunatum, in locum persequitoris sui accepit Imperium. Qui cum jam anno tertio Imperium cum fratre Valente ageret, Gratianum filium, nec dum plenè puberem, hortatu socrus, & uxoris, Augustum creavit. Igitur Valentinianus, dum in initio regni sui de urbe Constantinopolitana per Thracias properaret Romam, tunc Episcopi Helleponi, Bithynie, & quicunque consubstantialem Patrem & Filium prædicabant, legatum miserunt ad eum Hypatium Heracleæ Perrinthi Episcopum, quatenus dignaretur ad emanationem dogmatis interesse. Is cum adisset Imperatorem, & Episcoporum legationem intasset, respondens Valentinianus: *Mihī inquit, cum subiecto populo de huiusmodi negotiis curiosè ageres non est.* Ut ergo videtur vobis Sacerdotibus, facite. Tunc venientes apud Lampasacum, & duabus illic mensibus commorati, novissimè irrita fecere, qua ab Eudoxio, & Acacio Constantinopoli Tom. I.

- (1) A. XXXVIII. è Pannonia Cibalensi editus, cim esset Tribunus Scutariorum apud Nicæam Augustus appellatus fratrem Valentem Constantinopoli in communionem &c.
 (2) MS. Paulus à Pannonia Cibalensi. Ed. vulg. Cibalensi.
 (3) A. Imperium resistenter illatum &c.
 (4) A. esset, jussus ab Imp. sacrilego, aut immolare idolis, aut militia excedere, sente &c.
 (5) A. extinxit. His diebus Procopius apud Constantinopolim tyrannus in iradens, apud Plrigiam Salutarem ex-

A sunt pictata: tenendamque fidem apud Seleuciam expositam decreverunt. Sed impius Valens, quæ apud Lampasacum gesta sunt, destruxit, & Episcopos qui ibi convenerant, exilio relegavit. Interea Valens in Antiochia plurimo tempore commoratus, omnibus licentiam dedit sua sacra celebrare, Gentilibus scilicet, atque Judæis, necnon & omnibus Hæreticis. Nam & Gentiles festivates agebant, dæmonibus ministrantes. Et post Julianum à Joviano idolatriæ vanitates extincas, rursus florere permisit, & Jovis cultum, atque Dionysii, sacraque Cereri jam non in occulto tanquam sub pio Imperatore celebrabant, sed per medium plateam bacchantes ubique currebant. Ille tantummodo tunc princeps erat inimicus, qui Apostolicam doctrinam prædicare videbantur. Eodem anno apud Atrebatas vera lana de nubibus pluviae mixta defluxit, & Constantinopolim IV. Nonnas Junii grando miræ magnitudinis decidens nonnullos homines extinxit. (5) Quidam sanè ajunt de Valente, quod Dominica uxor ejus persuaserit ei ab orthodoxa fide, quam suus germanus credebat, recedere, & tam valenter Arriæ sensum sectari. Porro alii scribunt, quod postquam imperaverit, & ab Eudoxio rebaptizatus sit, juramento ei firmaverit in ipso baptisme cum Arrio se sensurum, & Homousion minime recepturum. Interea Valente in Syria moram faciente, surrexit Constantinopoli tyrannus Procopius nomine, qui parvo tempore multam sibi militiam catervans, festinabat adversum Imperatorem, quod dum ei nunciatum fuisset, paululum suum impatum retinuit. Cumque belli eventus interea parturirerit, terræmotus factus est per universum orbe, ita (6) ut Sicilia, & multarum insularum urbes concussæ, & subrutæ, innumerabiles etiam populos ruinis oppresserint. (7) Circa Bithyniam verò tam ingens fuit, ut Niceam subvertiret urbem: sed etiam mare terminos suos immutavit, & in quibusdam locis tanto impetu influxit, ut loca, quæ pridem ambulari poterant, rigarentur. Ab aliis verò locis tantum recessit, ut arida tellus inveniretur. Sequenti autem anno Gratiani, Da galaisique Consulatu bella parantur. Cumque tyrannus Procopius de Constantinopoli egressus, castra moveret adversum Imperatorem, audiens Ialcis vénit ab Antiochia, & cum eo congressus est circa civitatem Phrygiae Nacoliam. Et prima quidem pugnâ devictus est. Post paululum verò Procopium cepit, tradentibus eum Agelone, Gomarioque militibus, quos etiam postea inopinatis quibusdam suppliciis jussit expendi. Despiciens enim iusserat, quod eis præbuerat, ferris divisos crudeliter intermit. Tyrannum verò duabus vicinis arboribus flexis, singulos in eis pedes ejus ligari fecit, quæ dimissæ aerem repetentes, Procopium divisserunt. Eodem tempore dæmon quidam erroneous crudelitate Valentis abusus, ei persuasit, ut perscrutaretur, quis post eum esset suscepturus imperium. Quam ob rem necromantiam fecit. Quibus artibus adimplitis, plurimos ille dæmon, non quidem aperte, sed obliqua fraude responda proferens intererunt. Nam cum de imperio consulteretur, quatuor literas de-

- L mon-
 tinclus est, plurimique ejus partis cesi, atque prescripti sunt. Circa bac temporis terremutus &c.
 (6) A. ita mare littus egressum, ut Sicilia &c.
 (7) A. oppressum. Valens m'crea ab Eudoxio Ariano berescos Episcopo baptizatus in scissimam l. t. m. dilapsus est, conatusque Catholicos persequi; siatis anterioritate compressus est. Ea tempestate Attilanicus rex Gotlorum Christianos in gente sua crudelissime persequitus, ad coronam martyris sufflavit. Valentinianus &c.

monstravit THEODA, dicens, hoc nomen post Valentem imperii culmen accipere. Quod dum ad aures pervenisset Imperatoris, zelo ductus multos peremit, quos tyrannidem assumere judicavit. Occidebantur itaque Theodori, Theoduli, Theodoti, & quicunque has literas in capite sui nominis habuisset. Inter quos etiam Theodosius, vir fortis, ex Hispania provincia genus ducens, pater Theodosii, qui post imperio præfuit, occisus est. Hoc ergo timore plurimi sua nomina mutaverunt, quæ prius habuissent, negantes cum iuramento, ut pericula declinarent. Interea Auxentio Arriano Mediolanensi Episcopo defuneto, Valentinianus convocans Episcopos, huiusmodi verba apud eos loquutus est: *Nostis apertè, eruditi quippe divinis eloquiis, qualem oporteat esse Pontificem, quia non decet eum verbo solum, sed etiam conversatione gubernare subjectos, & totius se imitatorem virtutis ostendere, testemque doctrinæ conversationem bonam habere.* Talem itaque elige, & in pontificali constituite sede, cui & nos qui gubernamus imperium, sincere capita nostra submittamus, & ejus monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessario veluti curantis medicamenta suscipiamus. Hoc cùn dixisset Imperator petiit Synodus, ut magis ipse decerneret, sapiens, & pius existens. At ille: *Super vos, inquit, est talis electio. Vos enim gratia divinâ potiti, & illo splendore fulgentes, nulli poteritis eligere.* Tunc Sacerdotes congreßi, de episcopalì sede traillabant. Verum civitatis habitatores, ut assulet, tumultus faciebant, alii hunc, alii illum ordinari cupientes. Qui enim erant de Arriani Auxentii secta, similem sibi fieri concordabant, rursum orthodoxi sui dogmatis nitebantur habere Episcopum. Hanc seditionem Ambrosius, cui tunc fuerat præsidialis cura commissa, cognoscens, & metuens ne quid in urbe consurgeret, ad Ecclesiam confessim accessit. At illi cesseante seditione communem dederunt vocem, petentes, ut pastor gr̄gis ordinaretur Ambrosius, qui nondum fuerat baptizatus. Hoc Imperator agnoscentes, rep̄tē jussit baptizari, & tanquam dignum virum ordinari pontificem. Novit enim ejus certiorum omni pondere voluntatem, & totius regulæ decreta subtiliora, arbitratus etiam divinum in eo esse judicium, dum in ejus electione etiam pars contraria consonaret. Is ergo sacri baptismatis dono potitus, gratiam quoque simul suscepit episcopatus. Quo facto optimus Imperator hunc hymnum Salvatori, & Domino obituisse fertur: *Gratias, inquit, tibi ago Domine omnipotens & Salvator noster, quia huic viro ego quidem commisi corpora, tu autem animas, & meam electionem ostendisti iustitia convenire.* Cùnque post paucos dies sanctus Ambrosius cum multa fiducia apud Imperatorem quereretur, quia male à judicibus agebatur, tunc Imperator ait: *Hanc inquit, confidentiam tuam dudum novi, & apertè probans non solum non restiri, sed etiam in electione ordinationis tuae socius fui.* Festina itaque sanare, si ut in divina lege præcipitur, delicta animarum nostrarum. Igitur Valentinianus Saxones, gentem in Oceani littoribus, & paludibus inviis sitam, virtute, atque agilitate terribilem, periculosam Romanis finibus, eruptionem magna mole meditantem, in ipsis Francorum finibus oppresxit.

(8) A. inter hæc in Britannia antequam &c.
 (9) A. cùm Sarmati se &c. diffidissent.
 (10) A. vastarint bellum in eos parans, dum apud &c.
 (11) A. Squadrum legationi responderet, anno ævi quinto & quinagesimo subita effusione sanguinis, quæ græce alopexis &c.
 (12) A. sutoritate.
 (13) A. decens.
 (14) A. gravis, moribus Aureliano &c.

A Burgundionum quoque novorum hostium caput nomen nouum, qui plusquam LXXX. millia, ut fertur, armatorum ripæ Rheni fluminis infederunt: *Hos quondam subacta Germania interiore à Druso, & Tiberio adoptivis filiis Cæsaris, per castra dispositos in magnam coadiisse gentem, atque ita etiam nomen ex opere præsumpsisse, quia crebra per limita habitacula constituta Burgo vulgo vocant, eorumque esse prævalidam, & pernicioram manum, Galliæ bodieque testes sunt, in quibus præsumpta possessione consistunt, qui tamen non multò post tempore Christiani effecti sunt.* Valentinus inter hæc (8) antequam tyrannidem invaderet, oppressus est. Valentinianus vero anno imperii sui undecimo, cùm (9) Sauromatarum gens, quæ pusilla, & insimilans est, contra eum insurgens, sese per Pannonias diffidisset, easque devastaret, (10) belloque ab eo superata, apud Brigitationem oppidum Quadrorum legatis (11) missis pacem expostularet: cùm à legatis eorum scisca-taretur, vitrum Sauromata tales, & tam vilium corporum omnes existerent, respondentibus Imperatori: *Quia meliores eorum hic habes, & vides: tum validissime ille clamans ait: Atrocia Romæ imperium sustinet ad Valentinianum pertinens, si Sauromata tales existentes contra Romanos insurgunt. Ex animositate autem nimia, & plausu manuum venâ corporis recisâ, & plurimo erumpente sanguine, quæ Græce ατόπλαγκτον vocatur, voce amissa, sensu integer expiravit: quod quidem intemperantia cibi, ac securitate (12) plures retulere: anno ævi quinagesimo & quinto, Consulatu Gratiani, & Equitij, XV. Kalend. Decembris. Fuit autem Imperator egregius, vultu decorus, (13) solers ingenio, animo gravis, (14) Aureliano similis, sermone cultissimus, quanquam esset ad loquendum parcus, severus, vehemens, infestus (15) virtiis, maximæque avaritiæ. Severitatem tamen ejus nimiam, & parcitatem, quidam crudelitatem & avaritiam interpretabantur. Acer in his, quæ memoraturus sum, Adrianoque proximus, pingere venustissime, meminisse, nova arma meditari, fingere cerâ, seu limo simulacra, prudenter uti locis, temporibus, sermone, atque, ut breviter concludam, si ei infidis (16) hominibus, quibus se quasi fidissimis, prudentissimisque dederat, carere, aut probatis, eruditisque monitoribus uti licuisset, perfectus haud dubiè princeps enituisset. (17) Itaque eo mortuo Italia milites sexto die post mortem ejus Valentinianum puerum ejus, filium adhuc quadriennem, auctore Equitio, & Merobaude è propinquo, ubi cum matre fuerat allatum, creant Imperatorem. Cujus imperium frater, & patruus licet ingratè, quod eis ignorantibus factum sit, tamen postea suscepserunt.*

V A L E N S.

Anno ab Urbe condita MCXXVIII. Valens quadragesimustertius (18) Imperium Orientis quatuor annis Valentiniano mortuo tenuit, Gratiano Valentiniani filio in Occidentali parte regnante, (19) una cùm Valentiniano fratre parvulo. Hic enim Valentinianus de Justina secunda uxore Valentiniani natus erat, (20) quam-jubente Severa conjugi priore, Valentinianus hoc modo

(15) M.S. m̄t. eius.
 (16) A. fædis.
 (17) A. post enituisset. Anno &c.
 (18) A. XXXIX.
 (19) A. regnante, qui sili Valentiniam fratrem parvulum admodum sicutum creavit imperii.
 (20) A. erat; nam Valentinianus senior, dudum laudente uxore sua pulchritudinem Justinæ, sili eam sociavit in matrimonio, legesque propter illam concessit, &c.

modo duxisse probatur. *Justus Justina pater* cùm esset Piceni iudex Constantii temporibus, videt in somnis quomodo ex dextero femore imperiale purpuram genuisset. Cùmque visio per multos recitaretur, ad aures Constantii pervenit. At ille considerans somnium, tanquam Imperator ex eo nasceretur, mittens occidit *Justum*, cuius filia *Justina* virgo permanxit. Posteriorē verò tempore pervenit ad notitiam *Severa*, ad quam frequentius veniebat, & amabatur ab ea, ita ut etiam balneis cum ea uteretur. Cùmque *Severa* secum lavantem *Justinam* diutius inspexisset, pulchritudine virginis oblectata, & amore capta, dixit Imperatori, quod sic esset speciosa *Justina* virgo, ut etiam ipsam deceat esse uxorem Imperatoris. *Valentinianus* verò ejus sermone concepto, *Justinam* ducere tractabat uxorem, non tamen *Severam* abjecere, ex qua natus fuerat *Gratianus*. Legem itaque publicè protulit per civitatem dispositam, ut omnes qui voluisent impune bina matrimonia susciperent. Nam ideo populosas fore gentes, quia hoc apud eas solenne est. (21) Cùmque posita lex haberetur, ipse *Justina* conjunctus est, ex qua natus est *Valentinianus* iste, & filiae tres, *Justa*, *Grata*, *Galla*. Quarum duæ quidem in virginitate permanserunt. *Gallam* verò postea major *Theodosius* Imperator duxit uxorem, ex qua *Placidia* ejus filia nescitur esse progenita, quæ postea de matris nomine *Galla* cognomentum accepit. *Valens* interea impietatem, quam dudum meditatus fuerat, operibus explens, lege data, ut monachi militarent, nolentes per Tribunos, & milites sustibus interfici jussit. Quorum innumera multitudo, que per vastas tunc Ægypti soliditudes (22) habitabat, arenasque diffusas, quapropter siccum, ac sterilitatem, periculosissimamque serpentium abundantiam, conversatio humana non esset, magna habitantium monachorum multitudo compleverat, præcipueque apud Nitriam martyrii consequuta est palmam. Ac per singulas ubique provincias adversus Catholicas Ecclesias, & rete fidei populos, diversa sunt illata incommoda. Interea in partibus Africæ quidam Firmus secessit, excitatis Maurorum gentibus, regem constituit, Africam, Mauritanięque vallavit. Cæsaream urbem nobilissimam Mauritanię dolo captam Barbaris in prædam dedit. Contra quem *Theodosius* pater *Theodosii*, qui postmodum imperio præfuit, (23) comes (24) à *Valentiniano* majore missus, effusas Maurorum gentes multis præliis fudit (25) ipsum Firmum afflictum, & oppressum ad mortem coegit. Qui postquam experientissimā providentiā totam cum Mauritanię Africam compoñisset, stimulante invidia jussus à Valente interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum præoptavit. (26) At postquam Sacramentum Christi, quod quæsierat, assequitus est, post gloriosam seculi vitam, de vita eterna securus, percussori ultro jugulum præbuit. Circa hæc tempora Gothi trans Istrum constituti, civile bellum inter se duabus partibus commoverunt. Unius præterat *Fridigernus*, alterius *Athalaricus*. *Fridigernus* autem cum suis omnibus *Arrianus* erat, *Athalaricus* verò cum suis *Paganus*. Cùmque prævaluisset *Athalaricus*, *Fridigernus* auxilium a Valente postulat, per *Ulfiam* Epi-

Tom. I.

- (21) A. solenne est. Accepta ergo, ut diximus, *Valentinianus* *Justinam*, edidit ex ipsa quatuor filiis, *Valentinianum*, quem sibi, ut premiatus, *Gratianus* sociavit in regno, & *Gratam*, *Justamque*, & *Gallam*. *Valens* igitur impietatem &c.
 (22) A. solidudes effusa, præcipueque &c.
 (23) A. præfuit, pater, à *Valentiniano* &c.
 (24) MS. Francisci Pithei: cum Comitatensis auxilio *Theodosius* magist. equitum.

A scapulam suum Arrianum, qui moratus sub Constantio fuerat cum Eudoxio, & Acacio Arrianis, qui etiam literas Gothicas primus adiuvavit, & Scripturas divinas in eam linguam convertit. Sicut *Valens* præcepit Thracie milibus, ut Fridigerno auxilia commodarent. Hoc solatio viitus Athalaricus etiam in fugam est conversus. Non post multum vero tempus denuo Gothis inter se compatit, *Ulfias* non solum Fridigerni Gothos, sed etiam Athalarici edocebat. Tunc Athalaricus religionem propriam violari dolens, multos ex suis Arrianos factos suppliciis tradidit, quos halienus Arrianus martyres appellant. Quam ob rem Fridigernus cum suis occidentalem partem petuit: Athalaricus vero cum suo exercitu ibidem remansit. Hi vero, qui cum Fridigerno occidua petierant regiones, ab Occidente lingua patriæ Visigothi, idest, Occidentales Goti sunt appellati, hi vero, qui cum Athalarico in propriis sedibus remanserant, Ostrogothi, idest, Orientales Goti sunt dicti. Ea tempestate gens Hunnorum diu in propriis, & inaccessis clausa montibus, repentina rabie percita exarsit in Gothos, eosque conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Nam hos, ut refert antiquitas, ita extitisse conperimus, Filmer rex Gothonum Godarici magni filius, post egressum Scantiae insulae jam quinto loco tenens principatum Getharum, qui & terras Scythicas cum sua gente introxit, reperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas Gothicō sermone Alyrunnas vocant, easque habens suspectas, de medio sui proturbavit, longèque ab exercitu suo fugatas, in solitudine cogit errare, quas sylvestres homines, quos nonnulli Faunos Phœcarios vocant, per desertum vagantes dum vidissent, & earum complexibus in coitum emiscent, hoc genus ferociissimum ediderunt. Quod fuit primum inter paludes Maotidas, minutum, teretum, atque excite, quasi inhumanum genus, nec alia voce notum, nisi quid humani sermonis imaginem assignabat. Tali igitur stirpe Hunni creati, Gothonum finibus advenerunt. Nam & quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerebant, & terribilitate fugabant. Eò quid erat ejus species pavenda nigredinis, & velut quedam, si dici fas est, offa deformis, non facies, habensque magis puncta quam lumen, quorum animi fiduciam torvus prodit asperitus, qui etiam in pignora primo die nata deserviunt. Nam maribus ferro genas secant, ut antequam lactis nutrimenta percipient, vulneris cogantur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescunt, & sine venustate ephæbi sunt, quia facies ferro succata tempestivam pilorum gratiam in cicatrices absunt. Exiguus quidem formā, sed argutis motibus expediti, & ad equitandum promptissimi, scapulis lati, & ad arcus, sagittasque parati, firmis cervicibus, & superbiā semper creddi. Hi vero sub hominum figura vivunt belluinae saevitiā. Quod genus expeditissimum, multarumque nationum grassatorum, ut viderunt Goti, transito Danubio, fugientes, à Valente sine ulla foederis pactione suscepisti sunt: (27) tribuens eis terras Thraciarum ad habitandum, arbitratus præparatum solatum ab eis habere contra omnes Barbaros, hac pro re milites de cetero negligebat, & eos, qui dudum contra hostes elaboraverunt, Imperator de-

L 2 spi-

- (25) A. fregit.
 (26) A. præoptavit, ac demum glorioſa morte occulens, percussori &c.
 (27) A. suscepisti sunt. Diinde propter intolabilem avaritiam Maximi Lucis, fame compulsi, in arma surgentes, vito Valentis exercitu, scissæ per Thracias infidere, omnia cedibus, incendiisque vastantes. Quidam & gressus Valens Antiochiā egreditus, c. m. adversus Colios exercitum aptaret sibi &c.

spiciebat. Etiam collatores suos præcepit præcinctis per vicos, & civitates, per uniuersaque militem octoginta solidos exigere. Hoc ergo fuit initium, ut in illo tempore Romana Res. calamitatibus subderetur. Barbari namque cum Thracias continxissent, licenter Romanorum vastabant provincias, depopulantes vicinas civitates. Inter ea Valens ab Antiochia Constantinopolim veniens, apud Bosphorus cognoscens Gothorum gentem commotam fuisse ad bellum, mox ad Valentianum fratrem misit, solertia petens. At ille rescripsit ei, quia religiosum non esset, nec justum, talem verum iura Imperii regere, qui Deo rebellis existaret, sed magis esset justum, ut ejus superbia sedaretur. Quod dum ille miserrimus agnoveret, licet majori necessitate costringas, non tamen à sua nimietate cessavit, sed fuisse veritati ribellis. Terentius igitur interim visor reversus est ab Armenia, vir optimus, & pietate decenter ornatus. Tunc ei jussit Valens posse dona, que vellet. At ille, quod decebat pium virum cogitare, respondit, non aurum, non argentum, non præcium, non cingulum se petere, neque domum, sed ut eis, qui pro Apostolica doctrina pericula sustinuerint, una præberetur Ecclesia. At ille petitionem ex scripto suscepit cognoscens disrupit, cumque alia postulare præcepit. Verum ille verba precum, inquit, suscipe o Imperator, & babo donum, aliud vero non postulo. Intentionis mea judex, est universorum index. Cion ergo Valens Bosphoro trajecto venisset in Thraciam, primum quidem Constantinopoli commoratus est, præparans bellum, deinde Trajanum Magistrum cum expeditis contra Goths destinavit, qui virtus ignorariorè est reversus, cui cùm Valens molliorem exprobraret, respondit: Non ego virtus sum Imperator, sed tu, qui contra Deum pugnas, & Barbaris nuntiam ejus concilias. An nescis, quos ab Ecclesiis expulisti, & quibus eas tradidisti? Interem Barbari per Thracias discurrentes, etiam Constantinopoleos suburbana incendiis, cedibusque vastabant, non existente, qui eis fortiter resistere prævaleret. Qui dum usque ad muros venissent urbis, afflita civitas contra Imperatorem murmurat. Ille serà peccati poenitentiā stimulatus, Episcopos, caeterosque sanctos revocari de exiliis imperavit. (28) Circenses igitur agebantur ludi, & illuc Valentem convexus accumulabat invadendum, & bellorum fugacem, clamabant dicens: Da arma, & nos pugnamus. Hinc iri accensus Imperator III. Idus Janie à Constantinopoli egressus est, interminans se panas pro injuriis, cùm rediret, à Constantinopolitanis civibus exacturum, quod primitus videbantur Procopio præbuisse solatum, ita ut civitatem aratro vertere minaretur. Isacius vero sacer monachus tenens frenum equi regis Valentis, cùm novissime egredieretur in præium, sit ad eum: Quò vadis Imperator aduersior Deum pugnans, & Deum adversarium habens? Quem iratus carceri tradidit, mortem illi minatus si rediret, quemadmodum Micheæ quondam Achab. Post congreßionem autem ejus quidam ex suis confessi sunt, quod preceperit divinationes fieri de impetu belli, quod sibi

(28) A. imperavit. Lenique lacrymabili cum Gotbis bello commisso, ad primum &c.

(29) A. funditus interfere. Ipse &c.

(30) A. saucius est.

(31) A. nimium, sape equo &c.

(32) A. trematus est. Denique perentibus Gotbis, ut eis Episcopos mitteret, à quibus fidei rudimenta suscepissent, Valens Doctores ad eos Ariani dogmatis misit, sive universa illa gens effecta est Ariana. Justo &c.

(33) A. securi, ad urbem properant Constantinopolitanam, ubi tunc Dominica Augusta Valentis uxor multi pecunia pleni largita, ab urbis vastatione hostem submovit, regnum cognaci fideliter, viriliterque servavit. Anno &c.

(34) A. XL.

A. imminebat. Deduxit igitur Constantinopolitanus usque ad urbem Adrianopolim, que est in confinio Macedoniae. Denique quinto decimo imperii sui anno, lacrymabile cum Gotbis bellum commisit. Ad primum Gothorum impetum perturbatae sunt Romanorum equitum turmas, nudatosque pedites deseruere. Qui mox equitatu hostium septi, ac sagitarum rubibus obruti, cum amentes metu huc illucque fugitarent, funditus (29) cæsi in sequentem gladiis, contisque periisse. Ipse Imperator sagitta saucius, (30) versusque in fugam, ob dolorem nimium, dum de (31) equo labetur, in vilissima deportatur casa. Ubi supervenientibus Gothis, igne supposito, in cendio crematus est, (32) V. Idus Augusti, anno vita quinquagesimo, imperii anno cum fratre Valentiano decimoterio, post mortem ejus, annos duos, mensis quinque, dies tredecim. In quo probanda hac fuere. Fuit possessoribus, & cultoribus bonus, matare judices rarus, in amicos fidus, trasci sine noxa, ac periculo cuiusquam, sanè valde timida. Quidam autem dicunt, quod divinus Isacius in carcere, dum cremaretur, factores ejus divinâ gratiâ, & mundiciâ animo depreenderit, praedicenteque interemptionem ejus his, qui secum erant, antequam manū advenissent, qui gesta prælii nunciarent. Justo itaque Dei judicio ab illis igne crematus est, quos igne perfidiæ succederat, namque perentibus Gothis, ut eis Episcopos mitteret, à quibus fidei rudimenta suscepissent, ille doctores Ariani dogmatis misit. Sive universa gens illa Ariana effecta est. Gothi vero Imperatore occiso, denso jam securi, (33) usque ad muros Constantinopolos venientes, ejus suburbana vastabant. Quapropter cives, qui arma tulerant, & portare valebant, que inventiissent, hostibus ut poterant, resistebant. Dominica vero uxor Valentis, præmia ex orario publico bene pugnantibus secundum consuetudinem militum ministrabat. Quibus etiam Saraceni præbere solertia, quo coram Regina nomine Maria Romanorum federata direxerat.

GRATIANUS.

Anno ab urbe condita MCXXII. Gratianus XLIII. (34) ab Augusto post mortem Valentini sex annis imperium tenuit. (35) Igitur Gratianus admodum juvenis, cùm inextimabilem multitudinem hostium Ro. finibus infusam cerneret, fretus Christi potentia, longè impari militum numero sese in hostem dedit, & continuo apud Argentoratum (36) oppidum Galliarum formidolosissimum bellum incredibili felicitate confecit. Nam plusquam XXX. millia Alamannorum, minimo Romanorum detrimendo, in eo prælio interfecta narrantur. (37) Eo tempore in Galliis apud Turonos beatissimus Martinus multis lampadabat virtutibus, totoque orbe doctrinis, & (38) scientia lumine clari, apud Bethlehem civitatem Palestine (39) Hieronymus Presbyter, apud Hippone civitatem Numidie Augustinus Episcopus radicabat. Porro Gratianus cùm animadvertisset Thraciam, Da-

(35) A. tenuit, quomodo jamdudum ante eum patru Valentio, & cum Valentianum fratrem regnare. Igitur &c.

(36) A. Argentariam.

(37) A. narrantur. Hoc denique si rella fidei cultura tribuit. Nam ciam usque ad id tempus Italia Ariana perfidia marbo langueret; post Ascentii firmam mortem, ciam Ambrosius ex Paganismo judge, subito apud Mediolanum domino mutu Episcopus cuiuslibet fuisse eleitus, moxque Catholicis baptizatus tuncbus, presul esse ordinatus, cimque pro fide Catholicis libros Gratianum Imp. porrectis, ac veneratione, qua debuerat susceptus esset, universa statim ad rectam f. dom. Italia repedivit. Eo tempore &c.

(38) A. doctrinis, & scientia clarius.

(39) A. Palestina situs radiabat Hieronymus. Porro &c.

ciamque tanquam genitales terras possidentibus Gothis, Thayfalisque, atque omni pernicie atrocioribus Hunnis, & Alanis, extremum omni Ro. Imperio (40) periculum instare, relata Italiam in Pannonicam venit. Ea tempestate Theodosius, tam propter parentum nobilitatem, quam pro fortitudine propria nominatissimas habebatur, & ob hanc causam invidis familiarium judicium fatigatus, in Hispania morabatur, ubi & ortus fuerat, & nutritus. Cum Imperator quid faceret hesitaret, quippe cum Barbari elevati victoria intropugnabiles esse viderentur, eadem provisione, qua quondam elegerat Nerva Hispanum virum Trajanum, per quem Resp. reparata est, ascivit & ipse nihilo minus æque ab Hispania Theodosium, (41) & ejus ducatu credens Barbaros posse superari. Repente siquidem eum magistrum militum esse denuncians, cum exercitu ad Barbaros destinavit. Itaque Theodosius afflictam Remp. ira Dei, credidit misericordia Dei reparandam. Omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens, maximas illas Scythicas gentes, formidatasque cunctis majoribus, Alexandro quoque illi magno, sicut Pompejus, Corneliusque testari sunt, evitatas, extunc (42) extincto Romano exercitu, Romanis armis, equis instrutissimas, hoc est Alanos, Hunnos, Gothos, incunctanter aggressus (43) est. Barbari vero impetus non ferentes, suas acies reliquerunt, & illi quidem fugiebant, hi vero sequebantur, immensaque cædes tunc facta est Barbarorum. Pauci vero, qui evaserant, latenter Istrum fluvium transierunt. Mox dux optimus, exercitu disperso per vicinas urbes, ipse velociter remeavit ad principem, ita ut ipse triumphorum suorum nuncius extitisset, quod tamen ipsi Imperatori, dum miseretur factum, incredibile videbatur. Invidi siquidem etiam eum fugisse dicebant, & exercitum perdidisse. At ille derogantes sibi petiit dñri, qui viderent multitudinem hostium peremptam. His verbis Imperator flexus, dñrexit, qui res actas inspicerent, eique nunciarent. Porro dux optimus inter hæc divinam visionem vidit, & ab ipso omnium Deo aperte sibi monstratae conspergit. Viderat enim in somnis, quia Sanctus Meletius Antiochæ civitatis Episcopus cum chlamidem vestiret imperiale, & coronam caput ornaret. Hac cum nocte vidisset, cuidam manè retulit amicorum. At ille clarum esse somnum dixit, & nihil enigmaticum, nihil dubium continere. Cumque pauci transissent dies, qui pro victoria inspektione missi fuerant, remearunt, peremptaque hostium multa millia narraverunt. Quam ob rem letatus princeps Gratianus Theodosium, cunctis faventibus, apud Sirmium purpurâ induit, etatis annum tricesimum & tertium agentem, Orientisque, & Tbracia simul Imperio præfecit. Consulatu Ausonii, & Olibrii, XVIII. K. Febr. Igittus Theodosius urbem Constantinopolim triumphans intravit. Et ne parvam ipsam Romani exercitus manum assidue bellando detereret, fœdus cum Athalarico (44) rege Gothorum percussit. Athalaricus Constantinopolim venit ad Theodosium, quem ille mira animi jucunditate suscepit, & affectione. Denique cum urbem Athalaricus intrasset, & tam ædificia civi-

tatis, quamque exornati quasi ad diem festum populi frequentiam cerneret, ac per singula inhaereret mente, cumque deinceps Imperatoris regiam ingressus obsequia, officiaque diversa, conspiceret. Sine dubio, inquit, deus terrenus est Imperator, contra quem quicumque manum levare nifus fuerit, ipse sui sanguinis reus erit. Nec mora tamen, superveniente invaletudine, rebus excessis humanis. Cujus exequias Imperator ipso præcedens, dignè eum tradidit sepulturæ. At universæ Gothorum gentes, rege defuncto, aspicientes virtutem, benignitatemque Theodosii, Romano sece Imperio dediderunt. In his etiam diebus Parthi (45) qui Juliano interfecit, alijque Imperatoribus sepe vicit, nunc etiam Valente acto, recentissima victoria satietatem cruda insultatione ructabant, ultrò Constantinopolim ad Theodosium misere legatos, pacemque supplices poposcerunt, junctumque cum eis fœdus est. Interea Theodosius, causâ federis à Gothis acceptis obsidibus, Thessalonicanam venit. Ubi, cùm in aggritudinem incurisset, baptizari cupiens, Acolum ejus civitatis Episcopum requisivit, cuius fidei esset, quo respondente, quid Arriana peflis in Illyricum non valueret accedere, sed inviolatam ab initio Nicenæ Concilii fidem conservarent, ille libenter verba ejus suscipiens, baptizatus, atque ab aggritudine liberatus est. Inter hæc Imperator Theodosius filium suum Arcadium, designavit Augustum, Consulatu Merobaudis secundo, & Saturnini, XIV. Calen. Februarii. In Italia vero puero satis existente Valentianino, rerum curam Probus ex Consule Præfetus habebat. Justina vero Valentianini mater cùm esset Arriana, vivo quidem marito lacerere non præsumpsit Orthodoxos, eo mortuo, & filio valde juvenculo, Mediolanum veniens Ambrosio erat infesta, ita ut eum juberet exilio destinari. Cumque de Ecclesia juberetur exire, Ambrosius ait: Ego sponte hoc non ago, ne lupi ferta contradere videar, atque blasphemantibus Deum. Hic si placet occide, hoc loco mortem prona voluntate suscipiam. Ea tempestate Maximus, vir quidem strenuus, & (46) Augusto dignus, nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emerisset, in Britaniam ab exercitu invitus Imperator creatus, in Galliam transit. At vero Gratianus, dum exercitum negligeret, & paucos ex Alanis, quos ingenti auro ad se transtulerat, veteri, ac Romano militi anteferret, adeoque Barbarorum comitatu, & prope amicitia captus esset, ut nonnunquam eodem habitu iter faceret, odia contra se militum excitavit. Maximus igitur ab infensis Gratiano militibus, & legionibus exceptus, eundem subita incursione perterritum, atque in Italiam transire cupientem, dolis circumventum (47) interemit. Causa autem interfectionis ejus hæc fuit: Maximus enim opinionem misit in vulgus, quia uxor Gratiani suo viru festinaret occurtere, in Lugduno Gallia civitate fluvium transiuncti. Gratianus autem credens conjugem Creusam venire, quam nuper accepérat, non præcavens insidias, & veluti cæcus in foream immanis hostis incurrit. Dum ergo venisset Gratianus quasi ad uxoris vehiculum, ex improviso exiliens Andragatius Gratianum interemit. Mortuus

misere legatos, pacemque supplices poposcunt, junctumque cum eis fœdus est. Interea cùm Theodosius in Oriente, subactis barbarorum gñibus, Tbracis tandem liberas ab hoste reddidisset, & Arcadium filium suum confortem scissit imperi, Maximus, vir &c.

(40) A. extērnum Romano omni.

(41) A. Theodosium, si ventibus cunctis, apud Syrmium purpura induit etatis annum tertium trigesimumq; agentem, Orientisque, & Tbracia simul imperio præfecit.

Itaque &c.

(42) A. at tunc &c.

(43) A. aggressus, magnis, multisque praliis vicit. Urbem Constantinopolim viator intravit.

(44) A. Athalarico, quem semper ita nominat.

(45) A. Partbi, ceteraque barbare nationes Rom. prius nomini nimis ultra Constantinopolim ad Theodosium

(46) A. strenuus, & probus, atque Aug.

(47) A. circumventum interfecit etatis annos novem & virginis babem, fratremque ejus Valentianum Aug. Italiam expulsa. Valentianus in Orientem refugens à Theodosio paternā &c.

tus est autem Consulatu Merobaudis, & Satur-nini, anno imperii decimoquinto, vite vicesimo-nono. Mox Maximus Valentinianum Augustum cum matre Justina Italiam expulit in Illyricum. Deinde Constantinopolim venit, & à Theodosio paterna pietate suscepimus, mox etiam Imperio restitutus est. Fuit autem Gratianus Sirmii genitus, literis haud mediocriter institutus: carmen facere, ornare loqui, explicare controversias Rhetorum more: nihil aliud die, noctuque agere, nisi spiculis (48) meditari, summæque

A voluptatis, divineque artis credere, destinata fe-re, parcus cibi, somnique, & vini, ac libidi-nis victor, cunctisque esset plenus bonis, si ad cognoscendam Reip. gerendæ scientiam ani-mum intendisset, à qua prope alienus, non-modò voluntate, sed etiam exercitio fuit, idest, plus ferè latu, quam sufficiebat, & plus verecun-dus, quam Reip. intereat.

Explicit Liber Duodecimus.

INCIPIT LIBER DECIMUSTERTIUS.

THEODOSIUS.

A Nno ab Urbe cond. MCXXXIX.
(1) Theodosius genitus patre Theodosio, (2) matre Therma-tia, quadragesimusquintus (3) ab Augusto, imperfecto per Maximum Gratiano, Imperium Romani orbis solus obti-nuit, manitque in eo annis undecim, cùm jam in Orientis partibus sex annis Gratiano largien-te, & simul imperante regnasset. (4) Neces-sariisque causis ad bellum civile permotus, cùm è duabus Augustis fratribus, unius imperfecti ultionem, alterius restitutionem procuraret, sese adversus Maximum tyrannum sola fide major, nam longè minor universi apparatus bellici com-paratione, proripuit. Aquilejæ tunc Maximum infidebat. Andragatius Comes ejus summam-belli administrabat, qui cùm largissimis militum copiis astuto consilio omnes alpium, ac flumi-num aditus communisset, dum navalı expeditio-ne incautum hostem prævenire parat, & ob-ruere, sponte eadem claustra, quæ obstruxerat, deseruit. Ita ergo Theodosius, nemine sentiente, vacuas alpes intravit, atque Aquilejam impro-visus adveniens, magnum hoitem, ac trucem-Maximum, & ab immanissimis quoque Germanorum gentibus tributa, ac stipendia solo terro-re nominis exigentem, sine controversia clausit. (5) Cùmque Maximi milites impetum Imperatoris sustinere non prævalerent, apprebendentes tyran-num, vinculum ei protinus obtulerunt. Qui eorum Consulatu perentus est VI. Kal. Septembri. Hanc Maximo perditionem Beatus Martinus ante præ-dixit. Valentinianus recepto Italiam potitus Imperio est. Andragatius comes, qui peremerat Gratianum, cognitâ Maximi nece, præcipitem (6) è navi in vicino fluvio semetipsum projiciens suffocatus est. Theodosius incruentam victoriam Deo procurante suscepit. Victoriam quoque Maximi filium, quem Imperatorem pater Gal-lis infantili astate reliquerat, extinxit, (7) Tunc igitur Imperatores Valentinianus, & Theodosius peractâ victoriâ Romanam venere. Erat enim cum-eis Honorius adhuc puer, quem pater post victoriam contra Maximum gestam ab Urbe Constantinopoli-tana evocaverat. Theodosius igitur Imperator in Urbe Roma consistens multum profuit civitati, alia præbendo, alia utiliter auferendo. Duas tamen res dignas confusione prohibuit. Erat ab initio in Urbe Roma domus ingenti magnitudine fabricata, in qua panis siebat, qui universæ civitati ministra-

B batur. Horum mancipes, tempore procedente, pistri-na publica latrocinia esse fecerunt. Cùm enim es-sent mole in locis subterraneis constitute, per sin-gula latera earum domum tabernas instituentes, meretrices in eis prostare faciebant, quatenus per eas plurimos reciperent, alios, qui pro pane venie-bant, alios, qui pro luxuria turpitudine ibi festina-bant. Arte namque mechanica in molam de ta-berna cadebant, & hoc patiebantur maximè pere-grini, & ita latebant clausi, ut multi usque ad se-nectutis tempus laborantes, inde non permetteren-tur exire, aëstimationibus eorum propinquis esse de-functos. In hujusmodi laqueos miles quidam Theodo-sii incurrit. Cùmque fuisset clausus ad molam, nec dimitteretur exire, evaginato gladio probiben-tes occidit. At illi terrore detenti militem dimi-serunt. Hoc agnoscens Imperator, & mancipes suppliciis occidit, & ipsam pistrinam destruere, funditus præcepit. Aliam rursus abrogavit bu-jusmodi causam. Si qua mulier in adulterio capta fuisset, hoc non emendabatur, sed potius ad aug-mentum peccandi contradebatur. Includebant eam in angusto prostibulo, & admittentes, qui cum ea fornicarentur, horū, qua turpitudinem agebant, tintinnabula (8) percutiebant, ut eo sono illius injuria fieret manifesta. Hec audiens Imperator permanere non est passus, sed ipsa prostibula jussit destrui. His actis relieto Valentiniano Roma, ipse cum Honorio Constantinopolim remeavit, Consulatu Daciensi (9) & Symmachis, IV. Idus Novembri. Igitur Theodosius Imperator habuit passionum quoque per motionem, justoque furori immensam per-miscens crudelitatem, injustam operatus est passio-nem. Quam rem narrare necessarium est, & pro utilitate legentium, & pro memorabili opinione virtutum. Thessalonica civitas est grandis, & populosa, in qua dum orta fuisset sedatio, quidam judicum lapidati sunt, atque tracti. Hinc indigna-tus Theodosius, iracundia non refranavit infirmitatem, sed ad ludos Circonses invitari cives jussit, & super omnes (10) injustos gladios evaginari præcepit, & una cum nocentibus innocentibus inter-imi: septem millia (11) hominum, sicut fertur, non præcedente judicio, sed tanquam in messe omnes simul occisi sunt. Hujusmodi cladem gemitis plenam audiens Ambrosius, cùm princeps Medio-lanum venisset, & solenniter in sacrum voluisse intrare templum, occurrit foris ad jactas, & ingredientem his sermonibus à sacri liminis ingre-su prohibuit dicens: Nescis Imperator perpetrata necis quanta sit magnitudo, neque post causam tanti

(48) A. quam spiculas meditari.

(1) A. XXXVIII. Ita & MS. Paul. & vulgati.

(2) Aliter Honorio.

(3) A. XXXXI. Imperatorum, imperfecto &c.

(4) A. Gratiano vivente regnasset. Itaque iustis, nece-sariisque &c.

(5) A. clausit, cepit, occidit. Hanc &c.

(6) A. præcipitem seje è navi in undas dedit, ac suffocatus &c.

(7) A. extinxit. Igitur Valentinianus junior cùm in Gal-lias transisset, ibique tranquillâ Rep. in pace ageret, apud Viennam dolo Arlogastis comitis sui strangula-tus, atque ut &c.

(8) Cedreno καθάρισμα.

(9) Marcellino Tatiani.

(10) αδικα ζητεῖ κατὰ τάπτει ἵψυμενος. Cedrenus quem vide.

(11) Zonaras XV. m.

tanti furoris mens tua molem præsumptionis agnoscat? Sed fortè recognitionem peccati prohibet potestas Imperii. Decet tamen ut vincat hic ratio potestatem. Scionda quippe natura est, ejusque mortalitas, atque resolutio, & pulvis progenitorum, ex quo facti, ad ouem redigendi sumus: & non flore purpureo confidentem, infirmitates operti corporis ignorare. Coæqualium (12) hominum es Imperator, & conservorum. Unus enim omnium Dominus rex, & creator. Quibus igitur oculis aspicies communis Domini templum? quibus calcabis pedestibus sanctum illius pavimentum? Quomodo manus extendes, de quibus adhuc sanguis stillat injustus? Quomodo bujusmodi manibus suscipes Domini Corpus? Quia præsumptione ore tuo poculum Sanginis preciosi percipes, cum furore sermonum tantus iniuste sit effusus sanguis? Recede igitur, recede, ne secundo peccato, priorem nequitiam augere contendas. Suscide vinculum, quo te omnium Dominus nunc ligavit. Est enim medicina maxima sanitatis. His sermonibus Imperator obediens, (erat enim divinis eruditionibus enutritus) & aperte sciens, quæ sint propria sacerdotum, quæ regum, gemens, & deflens ad regalia remanevit. Cumque octo mensium continuorum transiissent tempora, appropinquavit nativitas Salvatoris nostri. Imperator autem lamentationibus assiduis in palatio residens, continuas lacrymas incessanter expendebat. Ingressus autem Rufinus magister, & singulariter apud principem fiduciam habens, & videns in lamentatione principem prostratum, accessit lacrymarum causas inquirere. At ille amarissime ingemiscens, & vehementius lacrymas fundens: Tu inquit, Rufine ludis, & mea mala non sentis. Ego autem lamentor, & gemo calamitatem meam, quia servis quidem mendicantibus aperita sunt tempa Dei, & proprium Domini licenter exorante, mihi vero ingressus ad eum non est. Insuper, & celi sunt clausi. Hæc dicens verba singula singultibus rumpebat. Rufinus, curro, inquit, si tibi placet, & Pontifici precibus persuadeo, ut solvatur vinculum quod ligavit. At Imperator, non, inquit, suadebis Ambroso. Novi ego decretum illius esse justum, neque reverebitur imperiale potentiam, ut legem possit travaricare diuinam. Cionque Rufinus verbis plurimis uteretur, ut promitteret Ambrosum esse flectendum, Imperator cum cum festinatione pergere præcepit. Ipse vero ste data post paululum est sequens, credens Rufini præmissionibus. Porro vero mirandus Ambrosum, mox ut videt Rufimum, ait: Impudentiam canum imitatus es tu Rufine: tanto videbit necis auctor existens, pudorem ex fronte detegens nec erubescis, nec metuis contra imaginem latrare diuinam. Cionque Rufinus supplicaret, & Imperatorem diceres esse venturum, superno zelo accensus ait: Ego tibi Rufine prædico, quoniam cum ingredi limina prohibeo: si vero imperium in tyrannidem mutavit, necem ego libenter suscipio. Hæc & alia Rufinus audiens nunciavit Imperatori votum Antistitis, monens, ne de palatio forte procederet. At Imperator in media platea jam cognoscens: Pergo, inquit, & justas in facie suscipio contumelias. Cumque ad sarra limina pervenisset, in sanctam quidem basilicam non presumpsit intrare, sed veniens ad Antistitem, & inveniens eum in Salutatorio (13) residentem, supplicabat ut ejus vincula resolveret. At ille tyrannicam ejus dicebat esse præsentiam, & contra Deum insanire Theodosium, ejus calcare leges. Verum Imperator: Non affugo, inquit, adversus Eccle-

sasticas sanctiones, nec iniquè ingredi limina sacra contendo, sed te solvere vincula mea deposco, & communis Domini pro me exorare clementiam, nec mibi januam claudi, quam cunctis penitentiam agentibus Dominus noster aperuit. Tunc Antistes, quam penitentiam, inquit, ostendisti post tantas iniquitates & quibus medicaminibus incurabila vulnera, plagasque curasti? At Imperator, tuum, inquit, opus est edocere, & medicamina temperare, meum vero oblata suspicere. Tunc sanctus Ambrosius: Quomodo furoris, inquit, tuum judicium commisisti, & non ratio protulit sententiam, sed potius iracundia? scribe legem, quæ legem furoris evacuet, & triginta diebus sententia necis, atque proscriptionis tantummodo in literis maneat, & judicium rationis expectet. Quibus transactis diebus, ira videlicet jam cessante, ratio causam judicans apud semetipsum, quæ cognoverit, sub veritate disponat. In his enim diebus cognoscitur, si justa sit quam protuleris sententia, aut injusta. Et si quidem ratio probaverit injusta quæ sunt prolata, disrumpet: si vero justa, firmabit. Dierum vero numerus ad hæc examinanda sufficiet. Hanc admonitionem Imperator licenti animo suscipiens, & optimam esse confidens legem, conscribi repente præcepit, & propriæ manus literis confirmavit. Quo facto vincula ejus solvit Ambrosius. Quæ lex hactenus observatur. Est autem bujusmodi: Imperatores, Gratianus, Valentianus, Theodosius Augusti, Flaviano prætorio præfecto Illyrici. Si vindicari in aliquos severius contra nostram consuetudinem jusserrimus, pro cause intuitu, nolumus statim eos, aut subire paenam, aut excipere sententiam, sed per dies triginta super statuta eorum sors, & fortuna suspensa sit. Ros sanè accirant vinla, atque custodia, & ex-rubis solribus vigilanter observantur. Sic igitur sacratissimus Imperator ingredi limina præsumens, non stans Domino supplicavit, neque flexit genua, sed pronus in pavimento jacens, Davidicam proclamavit vocem: Adhæsit (14) pavimento anima mea, vivifica me secundum verbum tuum. Manibus barbam, capilloisque evellens, frontem feruens, & pavimento lacrymarum guttas aspergens, veniam impetrare poscebat. Cumque tempus accederet, quoniam ad altare solebat offerre, surgens cum lacrymis est ingressus. Cum vero obtulisset, sicut & solitus erat, intra cancellos (15) stetit. Rursus autem Ambrosius non quievit, sed diffiniri locorum edocuit. Et primò quidem requisivit, quid ibidem expectaret. Imperatore dicente, sustinere se sacerorum perceptionem mysteriorum, per archidiaconum remandavit. O Imperator, interiora loca tantum Sacerdotibus sunt collata, quæ cæteri nec contingere, nec ingredi permittuntur. Egressus igitur, & hanc expectationem cum cæteris habe communem. Purpura, (16) namque Imperatores, non Sacerdotes facit. Tunc fideliissimus Imperator etiam hanc traditionem gratanti animo suscipiens, remandavit. Non audacie causâ intra cancellos stetit, sed in Constantinopolitana urbe hanc consuetudinem esse cognovit. Unde gratias ago pro bujusmodi medicina. Tanta igitur, & tali virtute Præsul, & Imperator pallibant. Ego namque utriusque opus admiror. Illius fiduciam, bujus autem obedientiam, illius zeli fervorem, bujus fidei puritatem. Porro rugulas pectoris, quas à magistro Sacerdote recepit, etiam reversus in Constantinopolitana urbe servavit. Nam dum festivitatis tempore ad Ecclesiam processisset, oblatis in altare munieribus mox egressus est. Cionque Nectarius tunc

præ-

(12) οὐαζὸν βασιλεῖς.

(13) ἡ τῷ ἀστακῷ ὁρχ. Pith.

(14) Cedren. ἰκοληθῆ τοι ἴδρυμ. &c.

(15) καγκλίδων.

(16) αλεπύδις.

præfus Ecclesia mandasset, cur intus stare noluisset, mandavit princeps: *Vix, inquit, potius discere, quæ distantia sit Imperatoris, & Sacerdotis.* *Vix enim inveni veritatis magistrum.* Ambrosium, namque solum novi vocari dignè Pontificem. Habebat igitur Imperator, & aliam utilitatis causam, & occasionem, per quam de bonis operibus triumpharet. Conjur (17) enim ejus divinas leges eum saepius admonebat, seipsum tamen prius erudiens perfectè. Non enim regni fastigiis elevata est, sed potius divino amore succensa. Beneficii, namque magnitudo majus ei desiderium benefactoris adhibebat. Repente namque ut vénit ad purpurnam, claudorum, (18) atque debilium maximam, habebat curam, non servis, non ancillis, non aliis ministris utens, sed per semetipsam agens, & ad eorum habitacula veniens, & unicuique, quod opus haberet præbens. Sic per Ecclesias, & per Ecclesiarum Xenodochia discurrens suis manibus ministrabat infirmis, ollas eorum tergens, jus gustans, offerens coquaria, panem frangens, cibosque ministrans, canticum diluens, & alia cuncta faciens, que servis, ac ministris mos est solenniter observare. His autem, qui eam rebus talibus nitabantur prohibere, dicebat. *Aurum distribuere opus Imperii est. Ego autem pro ipso Imperio hoc opus offero, bona mibi omnia conferenti.* Nam viro suo saepe dicebat. Oportet te semper marite cogitare, qui dudum fuisti, qui modo sis. Hæc si semper cognoveris, ingratus Creatori benefactori non eris, sed imperium, quod suscepisti, legaliter gubernabis, & barum rerum auctorem placabis. His ergo sermonibus velut optimam quandam utilitatem, virtutisque abundantiam, conjugis sui sermonibus offerebat. Igitur grammaticus quadam nomine Eugenius literarum Latinarum docto, relinquens scholas, in palatio militabat, eratque Imperatoris Valentianiani antigraphus, & propter eloquentiam à multis honoratus. Tunc ergo fertur, non mediocriter cogitans, cooperatorem assumpisse Arbogastem de minoribus Gallis ortum, militaris ordinis ducem, virum fævum, & necibus præparatum, cultoremque ferdidissimum idolorum. Quo facto (19) declinavit ad tyrannidem, & contra Valentianum necem machinabuntur, cubicularios apud Viennam Galliæ urbem corruptentes eunuchos. At illi dormientem principem suffocaverunt, atque ut voluntariam sibi mortem concivisse putaretur, laqueo suspensus est. Quo extinto Arbogastes tyrannum creavit Eugenius, eligens hominem, cui titulum Imperatoris imponeret, ipse acturus Imperium, vir barbarus animo, consilio, manu, audaciâ, potentiaque nimius. Contraxit undique inumeras, & invictas copias, vel Romanorum præfidiis, vel barbarorum auxiliis, aliis potestate, aliis cognitione subnixus. (20) Hæc audiens Imperator Theodosius, rursus solicitudinibus obstrictus, secunda certamina post Maximum præparabat. Congregansque militarem virtutem, & Honorium filium designans Imperatorem, Consulatu suo, & Abundantii, IV. idus Januarii, denuo ad partes Occidentis magno studio festinabat. Interea eventum belli considerans, mittit ad Thebaida, ad Joannem monachum perspicientem clara. Ad quem declinavit Eutropium eunuchum.

(17) συζυγος ή πλακιδα ὄροπα. Cedren.

(18) Cedren. λελωβημένων, και πετυχόμενων.

(19) Alter Zonaras, & Cedrenus. Vide paulò post Maccellinum com. ex quo Miscella.

(20) A. subnixus. Denique extalat genere Francus, cultorque ferdidissimus idolorum. Igitur Eugenius &c.

(21) A. incumbens, totam noctem parvum exegit, cum tamen se esset à suis substitutum sicut &c.

(22) A. futurus immisit. Nam consultus Joannes Anachoreta cum viuorem spoponderat. Quem cum Arbitrio besti-

A sibimet fidelissimum, ut, aut eum, si vellet venire, deduceret, aut nolentem, de eventu belli requireret. At ille Joannem quidem deducere non prævaluuit, sed mandationem retulit ejus, quod vinceret, & perimeret tyramnum, & post victoriam in Italia moreretur. Igitur Theodosius relictis ambobus filiis in urbe Constantinopolitana, cum pergeret contra Eugenium bellaturus, plurimi trans Istrum fluvium barbari sunt secuti, cum eo pugnaturi contra tyramnum, parvoque tempore cum manus maxima vénit ad Gallias. Illic enim præparabat bellum, ubi jam multa millia habebat exercitus. Eugenius igitur, atque Arbogastes cum omni instructa acie alpium transitus tenerent, & Theodosius in summis alpibus constitutus esset, expers cibi, ac somni, cum lacrymis orationi incumbens, (21) & circa galli cantum sopore compressus, vidit in somnis, quasi jaceret in campo, & astantem ei duo quidam viri in vestibus albis, & equis candidissimis residentes, eunque jubentes habere fiduciam, & diluculo armare milites ad victoriam, dicebantque se pro solatio destinatos. Quorum alter Joannem Evangelistam, alter se Philippum dicebat Apostolum. Hac visione comperta nequaquam ab oratione cessavit, sed lacrymas ubiores effudit. Quæ visio etiam alii militum revelata est, & per diversos vénit ad principem. At ille non propter me, inquit, iste hæc vidit, sed ne quis crederet quia finxi quod ego vidi, ideoque etiam isti monstratum est. Nam primum mihi hoc Dominus communis ostendit. Cumque se à suis distinetum sciret, ab hostibus circumscriptum nesciret, fiducialiter arma corripiens, signo crucis signum belli dedit, ac se in prælium, etiamsi nemo sequeretur, immisit, viator futurus. (22) Prima salutis via extitit Arbitrio hostilium partium comes. Qui cionignarum Imperatorem circumpositis exceperat infidiis, conversus mox ad reverentiam Imperatoris, (23) eum non solùm periculo liberavit, verùm etiam auxilio instruxit. (24) Fit ergo congressio circa fluvium vocabulo Frigidum. Igitur in parte, qua Romani contra Romanos configabant, bella erant æqualia, unde verò Barbari auxiliatores Imperatoris, pars Eugenii potior esse videbatur. Imperator autem videns Barbaros depere, in maximam veniens astuationem, & stans in edita rupe, unde & confidere, & conspicere posset ab utroque exercitu, projectis armis ad solita severtit auxilia, & prostratus in terra jacuit, adiutorem Deum invocans, & dicens: *Omnipotens Deus, tu nosti, quia in nomine Christi Filii tui ultionis justæ ista prælia suscepi. Si servis, in me vindica, si vero cum causa probabili, & in te confisus huic verbi, porrige dextram tuis, ne forte dicant Gentes: Ubi est Deus eorum? Et statim petitione frustratus non est. Quidam enim Barbarus, nomine, magister militum ejus, vir fide, & pietate, & virtute animi pollens, repente sic confortatus est, ut cum primis ducibus concurseret ad eam partem, quā Barbari præliabantur. Quo facto, disrupta acies, & in fugam mox verit inimicos. Fitque denuo ex hora miraculum. Turbo ventorum vehemens à parte Theodosii, in ora hostium, (25) pectoraque illis graviter scutis everberabat, nunc impressis pertinaciter obstricta clau-debat,*

lum partium comes ignarum circumpositis &c.

(23) A. Augsti.

(24) A. instruxit. Cumque ad congressonem ventum esset, velenens turbo &c.

(25) A. hostium rit, qui ab ejus parte spicula missa valenter hosti inficeret, & bestiis manu missa repellere. Nec mora, parva suorum datâ strage, victori se Theodosio hostilis exercitus prostravit. Eugenius captus, atque interfectus est. Arlogastes sua se manu percussit, præseriat dimicque prius &c.

debat, nunc avulsus violenter destituta nudabat, nunc oppositis jugiter interga trudebat. Tela etiam, quæ ipsi vehementer intorserant, excepta ventis, impetu supinato, ac retrorsum coacto, in ifos infelicitate configebat, & ea, quæ ab ejus parte spicula erant missa, ultræ mensuram humani jactus per magnum manæ portata, valenter hosti infisegabat. Hoc itaque modo dimicazione consumpta, Tyrannus concurrens ad pedes Imperatoris exorbat promereri salutem. Qui circa pedes ejus à militibus capite secatus est, xv. Kalend. Octobris, Consulatus Arcadii anno tertio, & Honorii secundo. Arbogastes autem tantorum causa malorum, post duos congressionis dies fugâ lapsus, cum cognovisset quia vivere non posset, proprio gladio se perenit. Præmiserat denique prius Theodosius decem millia Gothorum auxiliatorum, quæ ab Arbogaste comite funditus delecta sunt. Quos utique Theodosio perdidisse, magis lucrum, quam detrimentum fuit. Ad cuius laudem ob insignem victoriam poeta quidam nomine Claudianus, eximius, sed Paganus, (26) inter cetera (27) hujusmodi Deo, & homini testimonium cecinit:

O nimium dilecte Deo, tibi militat æther,

Et conjurati veniunt ad classica venti.

Ea tempestate (28) in Orientis partibus, apud Palæstinam provinciam in casello Emaus, natus est puer, perfectus ab umbilico, & sursum divisus, ita ut habaret duo pectora, & duo capita, & unusquisque suos sensus: & unus edebat, & bibebat, & alter non edebat: unus dormiebat, & alter vigilabat, nonnunquam insomni dormiebant. Insomni tamen ludabant ad alterutrum, & flebat uterque, & percutiebant invicem. Porro vixerunt annis ferme duabus. Et unus quidem mortuus est, alter supervixit diebus quatuor. Igitur Theodosius Imperator post laborem publicum corpore fatigatus in ægritudinem incurrit, & sperans se ægritudine morietur, potius de Rep. cogitabat, considerans quæ solent provenire hominibus Imperatore moriente. Filium itaque Honorium de Constantinopoli evocavit, & Imperatorem Romæ ornavit. Cumque Honorius Mediolanum venisset, Theodosius ex ægritudine relevatus, Circum de victoria celebrabat, & ante prandium quidem spectaculum quasi sanus exhibuit, post prandium repente prægravatus est, & ad spectaculum venire non potuit, filium tamen ludis adesse præcepit. Superveniente vero nocte defunctus est, Consulatu Olibrii, & Probini xvij. Kal. Februarii. Anno Imperii decimo septimo, vita vero quinquagesimo. (29) Huic fertur nomen somnio parentes monitos sacravisse, quod in Latinum à Deo datum potest intelligi. (30) Fuit autem propagator Reip., ac defensor eximius, moribus, & corpore Trajano similis, quantum scripta veterum, & picturæ

Tom. I.

(26) A. infidelis.

(27) A. bos versiculos.

(28) Locus translatus est ex Cedreno.

(29) Aurel. Viator LX.

(30) A. intelligi. De hoc etiam oraculo in Asia divulpatum est eum Valenti successorum, cuius nomen Θ, atque Δ literis initiaatur. Qua cognitione principis deceptus Theodoreus, cum sibi imperium deberi presumeret, scilicet scupulam supplicia persolvit. Fuit autem Theodore propagator.

(31) A. flos infantia.

(32) A. in incusso fuisse.

(33) A. transferri: clemens animus, misericors, communis, solo batitu differre se ceteris putans. In omnes &c.

(34) A. mirari sed immoxia. Largiri magno animo magna, amare causas, vel privato contubernio cognitos, eosque bonorum, pecuniam beneficiis ceteris munivare, preferimus &c.

(35) Alter velut patrem. Francisci Pithoei MS. vel patrem.

(36) A. majorum. Exercrabatur cum legiſt superbiā dominantium, præcipue perfidos, & ingratos.

(37) A. emollietur. Interdum severa præcepta baluit, quæ à naturali misere, quo Augustus excellebat abborabant. Unde quoque aliquando corruptus est à quodam spilo spita dictore, qui &c.

A docent, à quo & originem traxit. Sic eminentis status, membra eadem, par cœsaries, os, absque eo quod illi aliquantum evellendo steriles genæ, neque tam ingentes oculi erant, nescio an & tanta gratia, tantusque flos in facie, (31) seu tanta dignitas in incessu. (32) Mens vero prorsus similis, adeò ut nihil de illo dici queat, quod non ex libris in istum videatur transferri. (33) In omnes homines honorificus, verū effusus in bonos. Simplicia ingenia diligere, erudita mirari, (34) præsertim quorum erga se, vel parum (35) aspero casu officia probaverat. Illa tamen virtus, quibus Trajanus aspersus est, vinolentiam scilicet, & cupidinem triumphandi, usque adeò detestabatur, ut bella non moverit, sed invenerit; ministeria lasciva, psaltriasque commissationibus adhiberi legem prohibuit, tantum pudori tribuens, & continetia, ut consobrinarum nuptias tanquam sororum interdixerit. Si nimium perfetus contemplatur, literis mediocriter doctus, sagax planè, multumque diligens ad noscenda gesta majorum. (36) E quibus non desinebat execrari, quorum facta superba, crudelia, libertatique infesta legeret, ut Cinnam, Marium, Syllam, atque universos dominantium, præcipue tamen ingratos, & factiosos. Irasci sane rebus indignis, sed subito flecti. Unde quoque dilatione modica emolliebat (37) interdum præcepta severa, habuitque à natura munere, quod Augustus à Philosophia doctore. Qui cùm vidisset eum facile commoveri, ne asperum aliquid statueret, monuit, ubi irasci coepisset, quatuor, atque viginti Graecas literas memoriam recenseret, ut illa concitatio, quæ momenti est, mente aliò traducta, parvi temporis interjectu languesceret. Melior haud dubie, quod est rarae virtutis, post autem annis potentiam regalem, multoque maxime post civilem victoriam. Nam, & annona curam sollicitius attendere, & auri, argenteique grande pondus, sublati, atque expensi à tyrannis, multis ex suo restituere, (38) cùm benigni equidem principum vix fundos solerent nudos, ac deformata a prædia concedere. Jam illa minutiora, & ut dicitur, intra aulam, quæ quia occulta sunt, magis natura hominum curiosæ oculos, auresque ad se trahunt. Inerat ei etiam cura pietatis eximiae, patrum colere tanquam genitorem, fratrii mortui, sororisque liberos habere pro suis, cognatos, affinesque, & parentes (39) animo complecti, elegans, lœtumque convivium magis, quam sumptuosum dare, miscere colloquia pro personis, studio, dignitatibus, sermone cum gravitate jucundo. Blandus pater, concors maritus. Exercebatur, neque ad illecebrem, neque ad lassitudinem. (40) Ambulatio-

M latio-

(38) A. restituit. Inerat &c.

(39) A. affinesque parentis animo &c.

(40) A. lassitudinem ambulatoribus, cùm esset otium. Animus reficiens, regulat valetudinem continentia recessi. Hic & a; ad bonum mansuetudo, & quarra extiterit apud Deum dextro hoc uno monstratur exemplo. Nam cùm apud Mediolanum Misericordia solennius Eccliam vellet narrare, eumque B. Ambrosius pro quadam facinore, nisi pulchre famteret non adiussione se dicaret, & prohibitionem humilior pertulit, & satisfactionem non erubescens, indistinctum ab Episcopo parentis medium dextus excipit. Huic sociata in coniugio Flaccilia fuit, ex qua Arcadium, & Horonim genuit. Quia disfinita Gallam Valentianum nupaxis, & Justine jam, Valentianam quoque junioris sororem in matrimonio duxit, que ei Placidiam peperit, cui pseua de matris nomine Gallic cognomentum accessit. Itaque quinque filium Theodoreus annum agens etatis, in pace apud Mediolanum relus excessit humans, utramque Remp. utrisque filius Arcadu, & Horatio qui tam relinquens. Corpus ejus eodem anno Constantinopolim translatum, atque sepultum est. Annus &c.

lationibus magis, cùm esset ocium, reficiebat animum, ac vescendi continentia valetudinem regebat. Igitur vi. Idus Novembris mensis eodem anno Theodosii corpus delatum est cùm solenni honore Constantinopolim, & ab Arcadio filio sepulturæ traditur. Post paucos verò dìes, iv. Kal. Decemb. etiam exercitus, qui cum Imperatore Theodosio fuerat contra tyrrannum, reversus est. Et dum Imperator Arcadius secundum consuetudinem ad portas occurrit exercitus remeanti, tunc milites Ruffinum præfectum Imperatoris pemerunt. Erat enim suspectus quasi tyrranidem meditaretur assumere. Dicebatur autem, quia Hunnos ipse in Romanorum provincias evocasset, qui tunc Armeniam, & partes Orientis valde vastabant.

ARCADIUS, HONORIUS.

Anno ab Urbe condita MCXLVI. (41) Arcadius Theodosii filius in Oriente, Honorius frater ejus in Occidente, quadragesimo sexto (42) loco ab Augusto commune Imperium divisum sedibus tenere cooperunt. Quorum pater curam potentissimis viris mandatae habere, idest Rufino Orientalis aulae, qui ab exercitu interfactus est, & Stiliconi Occidentale Imperium. (43) Honorius itaque suscipiens Occidentis Imperium, ludum gladiatorum, qui dudum Romæ celebrabatur, hujusmodi causa removit. Quidam Telemachius conversatione monachica pro hac causa Romanum vénit. Cùmque nefandum illud spectaculum ageretur, & ipse intravit in stadium, & descendens nitebatur pugnantes adversum se gladiis separare. Cùmque spectatores adversum eum saevirent, & in effusione sanguinis grassarentur, provisorem pacis lapidibus occiderunt. Hoc agnoscens mirabilis Imperator, illum quidem inter viatores martyres numeravit, nefandum vero spectaculum prorsus abscidit. Eo tempore Hunni transentes Istrum fluvium Thraciam devastabant. Isauria quoque latrones maxima multitudine congregata, usque ad Carenos, & Phœniciam venientes, urbes, & vicos in medio positos depopulatis sunt. Per idem tempus Stilico Patricius magister armorum erat apud Honoriū, magna præditus potestate, habebatque sub se plurimos Romanorum, atque Gentilium, qui contractis inimiciis cum Arcadii ducibus, cogitabat congregandi contra eos. Tunc ergo agens cum Honorio Alaricum (44) regem Gotorum sicut ordinari magistrum militum, & accessit aversus Illyricum, eique Fovium præfectum constituit, ut arma contra Romanos attolleret, & provincias Honoriū subderet ditioni. Et cùm Alaricus barbaros sub se constitutos, & per Dalmatiās habitantes congregasset, vénit ad Epirum, ubi multo tempore commoratus, in Italianum reversus est. Qui cùm discedere voluisse, Honoriū literis retentus est, sicut ipse confissus est. Interea ingens terræmotus Constantinopoli factus est, ita ut subtus terra tremeret, & desuper fusa cælitus flamma pendere, tamdiuque mansit, donec orationibus Arcadii Principis, & Populi Christiani, presentem perditionem Deus exoratus averteret, probans se solum esse, & conservatorem humilium, & punitorem malorum. Arcadius itaque Imperator erat vir mitis, ac quietus, & circa finem vitæ pro hujusmodi causa venerabilis estimatus.

(41) A. MCXLIX.

(42) A. XLII.

(43) A. Occident. imperii, vixitq; Arcadius post patris excessi annis XII., imperique summam Theodosio filio parvo admodum moriens tradidit. Interea Gildo &c.

(44) Gotum exarchum Vandalarum ait. Codrenus.

(45) A. semper Maseyzel. Alter Macezel. Diacon. MS. Masezel.

(46) A. secum sanctos viros adducens, cum quibus &c.

(47) A. noctes. Autem triduum quoque quam belli contiguus

In urbe Constantinopoli domus est maxima, habens cognomen Caryæ, idest, nucis. Est enim in ejus domus vestibulo arbor nucis, in qua, ut sermo est, fuerat appensus martyr Acacius, & defunctus. Ob quam rem etiam oratorium illic est ædificatum. Hanc Arcadius videre volens ad orationem vénit, votoque completo revertebatur. Proinde cuncti circa oratorium habitantes, volentes Imperatorem videre currebant. Et alii quidem foris donum praecesserant, ut melius aspectum principis, & ordinem viderent obsequii, alii verò sequebantur. Dumque omnes cum mulieribus, atque filiis, simulque mancipiis extra domum fuissent egressi, repente maxima domus oratorio colazens subito tota corrui. Clamor cum admiratione sequutus est, quemodo oratio principis tantos à ruine imminentis pericolo liberavit. Interea Gildo Comes Africæ cognitus Theodosii morte arbitratus minimam in parvulis spem fore, Africam jure proprio coepit usurpare. Hujus frater Macezel (45) perfidiam germani perhorrescens in Italiam rediit, Gildo autem duos ejus filios adolescentes, quos pater in Africana militia reliquerat, occidit dolo circumventos. Ad hunc jam ut hostem bello insequendum, Macezel, frater ius missus est. Igitur Macezel jam inde à Theodosio sciens quantum in rebus desperatissimis oratio hominis perfidem Christi clementiam Dei impetraret, Caprariam insulam adiit, inde secum (46) servos Dei aliquos permixtos suis precibus abducens, cum quibus, orationibus, ac jejunis dies aliquot continuavit, & noctes, (47) pro qua re noctriam sine bello meruit, & sine cede vindictam. Igitur Ardealio fluminis nomen est, quod fluit inter Teucstem, & Andaram civitates. Ubi cum parva manu, hoc est, cum quinque millibus, & ajunt militum, contra septuaginta milia boſium carmantatus, cion interjecta mori excedere loco, appositaque vallis præjacentis angustias transgredi vellet, in currente nocte Beatum Ambrosum Episcopum Mediolani, paulo ante defunatum, per somnum sibi videre visus est, significantem manu, & impaeto aī humum ter baculo dicentem. Hic, hic, hic. Quod prudenti conjectura intellexit, meritò annunciantis fidem victoria, verbo locum, numero diem significari, & sustinuit. Ac tertio demum die post noctem orationibus, hymnisque peregrinilem (48) ab ipsis cœlestium mysteriorum Sacramentis in hostem circumfusum processit, & cùm ad eos, qui primò occurrerant, pia pacis verba jactaret, signiferum quandam insolenter obfitem gladio percussit in brachio, eumque manu debilem ipso vulnere coagit inclinare vexillum. Quo viso auxiliarii Gildonis Barbari illico terga derunt. Gildo & ipse fugiens, ascensia navi cùm in Africam rediisset, post aliquot dies strangulatus interiit. Sanè idem Macezel elatus rerum secundarum insolentiâ, & tumens, post habito sanctorum consortio, cum quibus ante Deo militans vicerat, etiam Ecclesiam Dei temerare ausus est, atque ex ea quosdam nondubitavit extrahere. Sequuta mox poena sacrilegum est. Nam iisdem superstitibus, atque insultantibus, quos ab Ecclesia ad paenam protraxerat, post aliquantum tempus solus ipse punitus est. (49) Probavitque in se uno ad utrumque sem-

(48) A. p. cernit noctu beatum Ambrosum paulo ante defunatum, quo vel quando victoriam caperet diem sibi indicantem, & locum, ac tertio &c.

(49) A. p. peregrinilem, cum quinque solummodo millibus ad versis LXXX.m. boſium pergens, eos mutu Dei, sine bello in ditionem accepit. Quo viso &c.

(49) A. punitus est. Interea Rufinus, cui a Theodosio orientalis aula cura commissa est, malo perfidie depravatus, cum Barbarorum solatis regnum tentaret invadere, morte justissima paenas luit. Stilico quoque Occidentis &c.

semper divinum vigilare judicium, quando, & cum speravit, adjutus est, & cum contempset, occisus est. Arcadius itaque cum se mori cerneret, uidens Theodosium filium suum parvulum esse (erat enim annorum octo), consideransque, ne à quoquam infidis appeteretur, hunc Imperat. appellavit, & ei curatorem per testamentum fore statuit Hisdigerden regem Persarum. Hisdigerdes autem Arcadii testamento suscepit, pacque sine invidia erga Romanos usus, Theodosio Imperium conservavit, & Antiochum quendam mirabilem, atque rationabilem virum ei tutorem, & pedagogum mittens, hac Romano Senatu scribit. Arcadio dormiente, meque curatorem filii constitue, qui supplet locum meum direxi. Ne quis ergo infidis puer conetur, ne prælium intolerabile (50) contra Romanos insurgat. Antiochus vero cum Constantinopolim venisset, ab Honorio Imperatore liberter suscepit est, & erat pax inter Romanos, & Persas, ipso Antiocho maxime pro Christianis multa scribente. Sicque dilatata est in Perside Christianitas, Marontha Episcopo Mesopotamie mediante. Arcadius vero defunctus est Kalendis Maii mensis, Consulatu Bassi, & Philippi, anno vita trigesimo primo, imperii cum patre annis tredecim, solus quatuordecim. (51) Interea Stilico Patricius Occidentis tutor Imperii, immemor collatorum beneficiorum, immemor affinitatis (nam sacer extabat Honori) regnum & ipse Eucherio filio affectans, ingentia Reip. intulit mala. Nam cum saepe delere posset Barbaros, fovit, (52) & regem Scytharum cum Gothis suis vicit, & saepe conclusit, semperque dimisit. Cui quis fuerit exitus, suo melius in loco dicetur. Inter haec omnium antiquorum, præsentiumq; hostium longè immanissimus Radagaisus (53) rex Gothorum, totam repentina impetu inundavit Italiam. Nam fuisse in ejus populo plusquam ducenta millia Gothorum furent. Hic super hanc incredibilem multitudinem, indomitamque virtutem, barbarus erat, & Scytha, qui omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare devoverat. Invadit illico Romam pavor infinitus, fit omnium pagorum in urbe concursus, acclamatur à cunctis, se ideo hec perpeti, quod neglecta fuerint magnorum sacra deorum, magnis querelis ubique agitur, ac continuò de repetendis sacris agitur. Fervent tota Urbe blasphemiae. Vulgo nomen Christi, tanquam lues aliqua probris ingratavatur. Conducuntur à Romanis adversum Radagaisum Gothorum regem duo pagani duces (54) Sarus, & Uldin (55) Hunnorum. Sed non finit Deus rem suæ potentiaz infidelium virtutem videri. Contritus namque divinitus Radagaisus in aspero Fesulani montis jugo, urgente undique timore, concluditur, agminaque, quibus angusta dudum videbatur Italia, latendi spe, in unum, ac parvum verticem truduntur. Ubi (56) cum fame, & siti conficerentur, rex Radagaisus solus spem fugæ sumens, captus à Romanis in vincula conjicitur, ac paulisper tentus vita privatur. Tanta vero multitudo captivorum Gothorum fuisse fertur, ut vilissimarum pecudum modo singulis aureis passim greges hominum venderentur. (57) Ea tem-

Tom. I.

- (50) auctor.
 (51) Marcellinus tredecim.
 (52) A. fovit, saepe Alaricum cum Gotbis vicit &c.
 (53) A. Ragodaisus semper.
 (54) A. duces, Gotborum Sarus, & &c.
 (55) MS. Huldin, & Sarus. P. Diaconus Sarus, & Vridimus.
 (56) A. Quo cum &c.
 (57) A. venderentur. Interea Alaricus Italianum &c.

A pestate Alaricus rex Gothorum, qui ditioni Romanae, & Theodosio Imperatori subjectus, atque contra Eugenium tyrannum solertia præbens, propterea Romanis dignitatibus fuerat honoratus, felicitatem suam non ferens, imperare quidem non elegit, sed discedens ab Urbe Constantinopolitana, venuit ad partes Occidentis. Cumque venisset in Illyricum omnia subvertebat, & transiens Thessaliam, habita congressione circa fluvium Pinum, (58) apud Nicopolim Epiri, penè tria millia virorum ejus Thessali peremebant. Post haec autem Italiam ingressus, cum ab Honorio sedes, quod cum suo exercitu confistere posset, expeteret, Honorius deliberato consilio Gallias eisdem concessit. Qui dum ad Gallias pergens ob recuperationem jumentorum apud Pollentiam, (59) resedisset, Stilico Patricius in perniciem Reip. Gothos perturbans, dum eos infidis aggredi cuperet, bellum summam Sauli Pagano duci commisit. Qui ipso Sacratissimo die Pasche Gothis supplicantibus, nihilq; tale sperantibus, (60) super eos irruit, magnamq; eorum partem prostravit. Nam primùm perturbati Goths, ac propter religionem cedentes, demum arma corripiunt, more solito se cohortantur, (61) virtute potiori prosternunt exercitum. Hinc in rabiem furoris excitati, cœptum iter deserentes, Romanam contendunt petere, cuncta per quæ ierant igne, ferroque vastantes. Nec mora, venientes Urbem capiunt, ac devastant, plurima miraculorum ejus incendunt, multasque Senatorii Ordinis diversis subdidere suppliciis, dato tamen prius præcepto, ut si qui in sancta loca, præcipue in Sanctorum Apostolorum Basilicas Petri, & Pauli confugissent, hos in primis inviolatos, securosque esse finerent: deinde in quantum possent prædar inhiantes à sanguine temperarent. Romanum tamen Imperium dridentes, Imperatorem fecerunt quendam nomine Athalum. Quem una die tanquam Imperatorem fecerunt procedere, altera vero servi schemate ministrare. Captaque est Roma (62) IX. Kalend. Septemb. anno MCLXIV. conditionis suæ. Die tertia instante, Goths sponte discedunt ab Urbe. (63) Fertur itaque quia, cum Alaricus pergeret Romanus, vir quidam venerabilis, conversatione monachus, cum monuissest, ut mala talia facere non auderet, neque necibus gaudere, aut sanguine. At ille non, inquit, ego volens Romanam proficisci, sed quidam quotidie molestus est, torquens, & dicens: Perge, & Romanam destrue civitatem. Deinde per Campaniam, Luciam, Brutiamque, simili strage Gothi bacchantes, Reginum pervenerunt, in Siciliam transfretare cupientes. Quod cum transmeare ascensis navibus vellent, perpessi naufragium, plures suorum ibi amiserunt. Inter haec Alaricus dum deliberaret quid ageret, apud Consentiam subita morte defunctus est. Goths Basentium (64) amnem de alveo suo captivorum labore derivantes, Alaricum in medio alveo cum multis opibus sepeliunt, animemque meatui proprio reddentes, ne quis locum scire posset, captivos qui interfuerant extinguunt. Regem deinceps Athaulfum, Alarii affinem, Goths constituentes, Romanam redunt, si quid residuum fuit, more locustarum

M 2 era-

- (58) MS. Peneun.
 (59) A. Pollentiam aliquantulum resedisset, Stilico comes.
 (60) A. tale supplicantibus super &c.
 (61) A. cohortantur, virtoremque virtute &c.
 (62) Aliter Cedrenus, & Marcellin.
 (63) A. Urbe, facto aliquantarum adium incendio, sed ne tanto quidem, quantum olim à Casare factum est. Deinde &c.
 (64) A. Basentum.

eradunc, auferentes exinde Gallam Placidam, Theodosii principis filiam, sororem Honorii, quam sibi Athaulfus apud forum Cornelii coniugio sociavit, quem multò post Reip. commodato tuit. Nam ad hoc mariti animum acerrimo ingenio subtilibus blandimentis inflexit, ut ultra a Romanis pacem experteret, qui ad Gallias proficisciens, deinde apud Barcilonem (65) fraude suorum occisus est. Post quem Segericus regnum capiens, dum pacem Romanis servare disponit, & ipse à suis peremptus est. Deinde Vallia (66) regnandi jura suscepit, ad hoc electus à Gothis, ut pacem frangeret, ad hoc à Deo ordinatus ut confirmaret. Interea (67) Stilico Patricius Vandolorum perfidae, & dolosae gentis genere editus, Eucherium, ut dictum est, filium jam à puerō Christianorum persequectionem meditantem, ut in Imperium substitueret, ante biennium Romanæ irruptionis, gentes copiis, viribusque intolerabiles, hoc est, Alanorum, Suevorum, Vandalarum, Burgundiorum, multasque cum his alias gentes, ultro in arma suscitavit, (68) & mox Rhenum fluvium transiunt, Francoisque fugare Gallias volunt, directaque impetu Pyreneum usque pervenient, ut sub hac necessitate à genero in filium extorquere posset imperium. Tandem ubi Imperatori Honorio, exercituque Romano hæc tam ingentia damna patetfacta sunt, commoto justissimè exercitu, occisus est Stilico, qui ut unum puerum purpurā induē-

A re, rotua ferè generis humani sanguinem fundit. Occisus est, & Eucherius filius ejus, paucique cum eisdem satellites tantarum molitionum puniti sunt. Eodem tempore clarissima Urbis loca fulminibus diruta sunt, quæ ab hostibus inflammari nequierunt. Inter haec apud Britannias Gratianus mons eisdem insulis, tyrannus mox creatus occiditur. In hujus locum Constantinus ex infima militia propter solam spem nominis sine merito virtutis eligitur. Qui ad Gallias transiens, saepe à Barbaris incerto fodiendis illis, detramento Reipub. magis fuit, quam augmēto. Tunc duo juvenes locupletates Didymus, & Viridianus, assumptis servulis, & vernaculis, sece, patriamque à Barbaris, & tyranno defensare moliti sunt. Adversum hos Constantinus Constantem filium ex monacho Cæsarem factum, cum quibusdam foederatis Barbaris in Hispaniam misit. Constans Barbarorum fultus auxilio eos primo prælio perevit. Quibus Barbaris dum claustra Pyrenæ montis commissa fuissent, ab eis tota illa, quæ per Gallias bacchabatur ferocitas gentium, Hispaniarum provinciis intromissa est. Itaque post multas strages, incendia, & rapinas, tandem diversis (69) sedibus Barbari ad aratra conversi, Romanorum residuos cooperunt ut socios, & amicos sovere.

B C D E F G H I J K L M N O P Q R S T U V W X Y Z
Explicit Liber Decimus quartus. (70)

INCIPIT LIBER DECIMUSQUARTUS.

Anno ab Urbe condita MCL XV. Theodosius Junior in Oriente Imperator, cuius Imperii anno secundo Atticus Episcopus Constantinopolitanus Iudeum quendam paralyticum monens, suadens, atque baptizans, sanum ex laracro eduxit, secundum Deum dicitur proiectus fuisse. Igitur Imperator Honorius, dum vires Reipublicæ quotidianis cerneret labefactari incommodis, virum strenuum, & bellacolum Constantium (1) cum exercitu ad Gallias mittit. Is mox ut Gallias ingressus est, continuò Constantinum tyrannum apud Arelatem extinxit. Constans verò filius ejus à Gerontio suo Comite Viennæ peremptus est. In cuius locum Gerontius Maximum quendam substituens, ipse à suis militibus jugulatus est. Maximus deinde purpurā exutus, in Hispania exulans, egens objit. Exinde Jovinus apud Gallias mox assurgens cecidit. Sebastianus tyrannus frater ejus continuò creatus occisus est. Tertullus Consul, qui futurum se Principem (2) in Senatu gloriatus est, pari nihilominus exitu periit. Athalus, qui à Gothis Imperator fuerat factus, captus à Constantio, missus est Honorio, truncataque manu, vitæ relicitus est. Heraclianus quoque (3) Africa Comes missus, eum idem Athalus umbram gestaret Imperii, Africam strenue adversum judices ab eo missos tutatus, Consulatum assequutus est. Quia superbia elatus, Sabinum domesticum suum ingenio validum, industriaque solerter, & sapientem nominandum, si animi vires tranquillis studiis accommodasset, generum allegit. Cum quo quorundam periculorum

suspiciones dum patitur, fecit, atque aliquandiu Africā annona extra ordinem detentā, ipse tandem cum immensa satis irreibili classe navium Romanam contendit. Nam habuisse bunc tria milia navium, & septingentas dicunt, quem numerum, nec apud Xerses quidem præclarorum Persarum regem, & Alexandrum magnum, vel quoniam alium regem fuisse historie tradunt. Is simul ut cum agmine militum ad Urbem peregrinis littore egressus est, occursu Comitis Marini territus, & in fugam versus, arrepta navi solus Carthaginem rediit, arque ibi continuò militari manu interfactus est. Hos omnes Honorius optima religione, magnâque Constantii industriâ superavit. Merito sane. Nam his diebus præcipiente Honorio, favente Constantio, sopitis apud Africam Hæreticis pax Ecclesiæ redditur. In qua fulgentissimus tunc apud Hipponeum regium totius magister Ecclesiæ florebat Augustinus. Interea Vallia rex Gothorum Dei judicio territus Gallam Placidam apud se honestè habitam, exigente Constantio, fratri Honorio reddidit, pacemque cum eo, datis lectissimis obsidibus, pepigit, sequè pro Romanis adversus barbaros, qui Hispanias invaserant, pugnaturn spopondit. Mitunt è contrario Vandalarum, Alanorum, Suevorumque reges principi Honorio legationes in his verbis: Tu cum omnibns pacem habe, omnium obsides accipe. Nos nobis configimus, nobis perimus, tibi viacimus, tuè erit questus Reipub. si utrius pereamus. His ita tantis incommodis, Deo favente, sopitis, Honoriis Gallam Placidam germanam suam Constantio suo Comiti, fide integerrimo, & viribus in-

(65) A. Barcilonem.

(66) A. Gallia semper sic nominat.

(67) A. comes Stilico.

(68) A. suscitavit, easque pulsare Gallias voluit, ut sub bac &c.

(69) A. divisis.

(70) A. Explicit lib. XII. Incipit lib. Tertiusdecimus. Ig-

tur &c.

(1) A. Constantium comitem, cum &c.

(2) Orof. 7. c. 42. Pontificem.

(3) A. cum Sabino genero cum tribus milibus, & septingentis navibus ex Africa Romanam tendens; occursu comitis &c.

ingenti viro, jamdudum promissam, magno cunctorum gaudio sociavit, ex qua Valentianum filium Constantius genuit, qui postea Reip. Imperium gescit. Hoc in tempore fons firmissimum cum rege Gothorum Vallia pepigit, tribuens ei ad habitandum Aquitaniam. (4) provinciam, ejusdemque provinciaz etiam quasdam civitates vicinas. Cernens itaque Honorius ubique se Constantii virtute, & ingenio, seu per bella, seu pacis moderatione tueri, eum, cunctis annitentibus, apud Ravennam in regni consortium asserivit. Qui nequum septem mensibus evoluris ex hac luce subtraetus est. His diebus apud Bethlehem Palatinus B. Hieronymus, expletis nonaginta uno annos (5) ad Christum migravit. Sequenti tempore Maximus apud Hispanias, factione autem Joviani, qui tunc in re militari clarus habebatur, tyrannidem affumpit. (6) Nec multo post superati utrique, & capti ab exercitu Honorii, eidem, cum apud Ravennam tricennalia sua perageret, presentantur. Hac tempestate Britanni Scotorum, Pictorumque infestationem non ferentes, Romam mittunt, ac sui subjectione promissa, contra hostes auxilia flagitant. Quibus statim ab Honorio missa militum legio magnam Barbarorum multitudinem stravit, ceterosque Britanni finibus expulit. Sed mox ut discessere Romani, advecti iterum navibus hostes, obvia quæque sibi conculant, ac devorant. Rursumque advolant Romani, cæsumque hostem trans maria fugant. Hoc tempore cum Vandali, Alanique Hispanias infestarent, Honorius ad eas defensandas Castinum ducem cum exercitu mittit. Qui Castinus præclarum virum Bonifacium, ac bellicis rebus exercitatum, inepto, & injurioso imperio ab expeditionis sue societate avertit. Bonifacius vero periculosest sibi, indignumque ratus eum sequi, quem discordem, superbientemque expertus esset, celeriter se ad portum Urbis, atque inde in Africam protrupit, magnumque postmodum Reip. detrimentum, totiusque Africæ causa exitii fuit. Castinus vero tanto collega (7) privatus, nihil dignum in Hispaniis gescit. Inter haec Placidia Augusta à fratre Honorio pulsa, ad Orientem cum Honorio, & Valentiniano filiis profecta, à Theodosio Augusto, Arcadii alterius germani sui filio (8) suscepta est. Honorius (9) annis quindecim cum imperasset, & jam cum (10) fratre antea annis tredecim, ac sub patre duobus regnasset, Remp. ut cupierat pacatam relinquens, apud urbem Romam vivi exemptus est, corpusque ejus juxta Beati Petri Apostoli (11) in mausoleo sepultum est. Huic soboles nulla fuit. Nam duæ Stiliconis filiae, idest Maria, & Thermantia, (12) una post alteram ejus conjugio sociatae, utræque Dei judicio innopinata morte preventæ ex hac luce (13) migravere. Fuit sane Honorius moribus, & religione patri Theodosio non valde assimilis. Cujus temporibus, quamvis multa

A externa, & civilia bella surrexerint, aut nullo, aut minimo sanguine quievere. Exempto igitur rebus humanis Honorio, fultus præsidio Castini magistri militum, Joannes quidam ex Imperialibus subscriptoribus Imperium invadit.

THEODOSIUS.

Anno ab Urbe condita MCLXXVII. Theodosius Arcadii filius quadragesimus septimus (14) ab Augusto regum Romanorum Orientale regebat Imperium. (15) Ad quem legationem mittit Joannes, in Imperatorem suscipi deprecans, & ipsum deprecans, Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello reposcere, quia ad defensionem suis infirmior factus est. At vero Theodosius legatis Joannis in carcere trusis, Ardaburiun Prætorem mittit adversus eum, quem tyrannus apud Ravennam aggressus inclusit. Quo Theodosius agnito, Valentinianum amitæ suæ Placidie filium Cæsarem effectum, cum matre Augusta ad recipiendum Occidentis imperium dirigit, (16) & Asparem Ardaburiæ filium mittit ante eum contra Joannem. Angelus autem Domini apparet in habitu pastoris deducit Asparem, & eos, qui cum illo erant, & duicit eos per paludem inviam, que Ravenne adiacet, quæ Deus pervix operatus est. Et transmeantes per aridam, apertis portis Civitatis inventis, tyrrannum quidem occidere: Ardaburiun autem à vinculis absolverunt, & Ravennam crudeliter depopulati sunt, eo quod illius cives maximè tyranicæ parti favissent. Castinum vero magistrum militum damnant exilio, cuius factio arripuisse Joannes tyrannidem credebatur. Data Aetio veniam, eo quod Hunni, quos per ipsum Joannes in adjutorium accepit, ejus studio ad propria remeassent. Valentinianus igitur consensu totius Italæ Imperator efficitur, itemq; ex decreto Theodosii Augustus appellatur. Dum haec geruntur, Achilas (17) nomine oppidum Galliarum à Gothis militari (*) vi oppugnatum est, donec imminentे Actio, non impuniti discederent. (18) Sequenti autem anno, idest decimosexto imperii Theodosii, Marunhas Episcopus Mesopotamie filium regis Persarum Hisdegerdis à demonio vexatum sanavit. Interea Theodosius Imperator multa benignitate motus, licet Persas potentiissimos vicerit, parcens tamen Christianis, qui habitabant in Perside, pacem amplectitur, cujus rei gratia mittit legatos Helionem Patricium, quem valde honorandum dicebat, & Anatolian Orientis Prætorem. Vararanes autem sciens superationem suam, suscepit legationem, & ita persecutio cessavit, que in Christianos agitabatur. Victoria siquidem auxilio Dei de Persis collata, Romani plurimi pollentes eloquii conscribant laudes Imperatoris. Cuius uxor heroico metro poemata multa conficit. Erat enim eloquens, filia Leontii Sophistæ Atheniensis, à patre omnibus lectionibus erudita. Quam dum Imperator duabus esset uxorem, Christianam Atticus fecit Episcopus, & in baptisme cùm prius vocatur Athenias, Eudoxie nomen imposuit. Eodem

(4) A. Aquitaniam Gallia prov. &c.
(5) A. XCI. vita annis &c.
(6) A. arripuit.

(7) A. colliga ob suam intemperantiam privatus &c.
(8) A. filio bonifice, libenterque &c.
(9) A. Honorius vero postquam eum minore, de quo premissum est Theodosio Arcadii germani sui filio, annis &c.
(10) A. cùm jam antea cùm fratre.
(11) A. Apostoli martyrium.
(12) A. Hermantia.
(13) A. luce virginis &c.
(14) XLIII.

(15) A. Imp. Qui comperto patrui sui Honori funere, mox Valentianum &c.

(16) A. dirigit. Quo tempore Joannes dum Africam, quam Bonifacius obtinebat bello reposcet, ad defensionem suis infirmior factus est. Denique veniens Placidia Aug. & Valentinianus Cæsar, mera cum felicitate continuo oprimunt, regisque gubernacula victores aspergunt, quorū tunc milites crudeliter Ravennam depopulati &c.

(17) A. Achilas nobile oppid. P. Pith. Aurelia.

(*) A. multa.
(18) A. discederent. Bonifacius inter haec apud Africam potentia, gloriaque augebatur. Alversus eum Majorius, & Galbii &c.

dem tempore erant Gothi, & aliae gentes multæ, ac maxima trans Danubium in Hyperboreis locis habitantes; ex quibus rationabiliores quatuor sunt, Gothi scilicet, Hypogothi, Gepides, & Vandali, nomen tantum, & nihil aliud mutant, unaque lingua utentes: omnes autem fidei erant Arrianae malignitatis. Iste sub Arcadio, & Honorio Danubium transeuntes, locati sunt in terra Romanorum. Et Gepides quidem, ex quibus postmodum divisi sunt Longobardi, & Avaræ, villas, quæ sunt circa Singidonem, & Sirmium, habitare. Hypogothi vero post Alarium Romanam depopulantes, in Gallias abierunt, & quæ ibidem sunt obtinuerent. Gothi autem Pannoniam habuerunt primum: deinde decimo octavo anno Theodosii Imperatoris junioris Thracie villas habitaverunt, & per annos quinquaginta & octo in Thrace morantes, Occidentis quoque obtinuerunt Imperium. Porro Vandali Alanis sibi sociatis, & Germanis, qui nunc Franci dicuntur ascitis, transeuntes Rhenum fluvium Modigisclode, habitaverunt in Hispania, quæ est prima Europa provinciarum ab Occidentali oceano. Interea Valentinianus non soli in Britanniam, & Galliam, & Hispaniam salvare nequivit, sed & occidentalem Libyam, quæ videlicet regio vocatur Afrorum, amisit hoc modo. Duo Praetores erant quos diximus, Aetius, & Bonifacius, quos Theodosius postulante Valentiniano Romanum direxerat: Cumq; Bonifacius principatum occidentalis Libyæ percepisset, & apud Africam potentia gloriâq; augeretur, invidia flammatu Aetius accusationem facit adversus Bonifacium, tanquam rebellionem meditantem, & obtainere Lybiam satagentem, & hæc quidem Placidæ fatebatur, quæ fuit mater Valentiniani. Ceterum Bonifacio scribit: si accersitus fueris, accedere noli: incensus enim es, & te dolosè vocant Imperatores. Hæc suscipiens Bonifacius, & veluti proprio seruo Actio credens, accersitus accedere distulit. Tunc Imperatores Aetium quasi devotum recipiunt, & aduersum Bonifacium M. Vortius, & Gabio mittuntur. Qui dum Bonifacium obsidere parant, ab eo interempti sunt. (19) Rursus contra Bonifacium Sigisvoldus (20) comes dirigitur. Bonifacius igitur sentiens se non posse tutò Africam tenere, cernensq; sibi periculum instare, in perniciem totius Reip. effervescens, (21) transfretans à Libya in Hispaniam ad Vandulos, Alanosq; vénit. Cumq; Modigisclum invenisset mortuum, & filios ejus Gontharium, & Gensericum Imperium moderantes,hortatus est, ut Hesperiam, Libyamq; in tres partes dividerent. Qui polliciti sunt unicuiq; partis una cum ipso principaturos, in communu tamen in quemlibet hostem ulturos. In talibus ergo professionibus Vandali, Alanosq; fretum transmeantes, Libyam habitaverunt, & cunctam penè Africam ferro, flamma, rapinis crudelissimè devastantes, insuper Catholicam fidem Arriana impietate subvertente. Sub hoc turbine beatissimus Augustinus, de quo præmissum est, Hipponeñs Episcopus, ne civitatis suæ ruinam cerneret, tertio ejusdem obsidionis mense, septuaginta & sex vitæ annis expletis, ex quibus quadraginta in clericatu, seu Episco-

patu transegerat, ad Christum perrexit. (22) Eodem tempore quidam Senatus Romanis amici Bonifacii falsam accusationem Aetii intinxerunt Placidæ, ostendentes quoq; & Aetii ad Bonifacium directam pridem epistolam, quam ad eos idem misserat Bonifacius. At stupefacta Placidia Actionem quidem in nullo lœsit: Bonifacio vero cum jumentis verbum misit exhortatorium. Porro Gonthario mortuo, Gensericus Alanorum, Vandalarumque factus est Imperator. Bonifacius ergo verbo suscepto contra Vandulos armatur exercitu magno sibi veniente tam à Roma, quam à Constantinopoli, cuius Aspar erat magister. Initio autem contra Gensericum prælio, superatus est Romanorum exercitus. Sicque Bonifacius cum Aspare Romam veniens, suspicionem dissolvit, rei veritate monstrata, & accepta ab Imperatore Magistri militum dignitate. Qui cùm resistentem sibi Aetium prælio superasset, paucis diebus interiectis morbo extictus est. Porro Africa taliter à Vandals subacta est. Tunc & Martianus, qui postmodum imperavit, cùm miles esset, & Aspari deserviret, vivus à G. nericō deprehenditur. Aetius vero cùm deposita dignitate in agro suo degeret, ibique eum quidam æmulus repentina incursu opprimere tentasset, profugus ad Urbem, atque illinc ad Dalmatiam, deinde in Pannonias ad Hunnos vénit: quorum amiciis, & auxiliis usus, pacem Principum (23) Aetius cum receptu interpolatæ potestatis obtinuit, nec multò post Patriciatus etiam dignitatem adeptus est. Postea igitur, quæ præmissa est, Africæ cladem, datâ per Trigetium (24) ad habitandum Vandals Africæ portione, paxcum eiis necessaria magis, quam utilis facta est. His etiam temporibus Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius Patricius bello obtrivit, pacemque ei supplicanti concessit. Interea Gothi pacis placita perturbant, & pleraque municipia vicina sedibus suis occupant. Cùmque essent oppido Narniensi (25) maxime infesti, civesque ejus extrema (*) obsidione, & fame affligerent, adveniens Comes Litorius hostes in fugam convertit, & civitatem allatâ frumenti copiâ à fame liberavit. Dehinc anno sequenti bellum adversum Gothos Hunnis auxiliantibus gestum est. Hac tempestate Gensericus apud Africam intrâ habitationis suæ limites, cupiens Catholicam fidem Arriana impietate subvertere, quosdam nostrorum Episcopos eatenus persequutus est, ut eos privatos jure basilicarum suarum, etiam civitatibus pelleret, cùm ipsorum constantia minime (26) superbissimi regis terroribus cederet. (27) Circa eadem tempora multi Judæorum in Creta Christiani facti sunt propter hujusmodi passionem. Quodam Judæus seductor finxit semetipsum esse Morphon, & cœlitus destinatum, ut Judæos illam insulam habitantes per mare deduceret, ipsum se esse dicens, qui olim filios Israel per mare rubrum deduxerit. Circuibat itaque toto anno unamquamque illius insulæ civitatem, suadebatque Judæis ut crederent, monens ut omnes pecunias, atque possessiones relinquerent, cùm eo utique deducti per siccum mare ad reprobationis gaudia pervenirent. At illi hac spe capti, omne opus proprium negligebant, contemnentes

(19) A. sunt. Exinde gentibus, quæ uti navibus nesciebant, dum à concertantibus in auxilium vocantur, mare perivum factum est. Rursus &c.

(20) A. Sigisvoldus, ita in cod. Franc., & P. Pith.

(21) A. effervescens, Vandalarum, Alanorumque gentem cum G. nericō (tempore) suo rege ab Hispanis evocato Africæ intravit, qui cunctam penè Africam ferro &c.

(22) A. perrexit. Eodem tempore pace totius Orbis, & consensu mirabilis, Bonifacius ab Africa ad Italiæ per Ur-

bem redit acceptâ magistri &c.

(23) A. principum, & jus interpolatæ.

(24) Male apud Prospurum: per triennium.

(25) A. Narbonensi. (*) A. longa.

(26) A. nullis.

(27) A. cederet. His denique diebus Valentinianus Aug. ad Theodosium principem suum fratrem Constantinopolim profectus est, filiamque ejus in matrimonium accepit: per idem tempus &c.

nentes etiam possessiones suas; & dimittentes eas quibuscumque personis. Cionque venisset dies, quam designaverat Iudeus seductor ille, eo precedente sequerantur omnes cum conjugibus, & parvis statibus, deduxitque eos ad quandam rupem delevius incombentem, iustisque, ut comarum schemate semotipos involverent. Hoc ergo faciebant priores, & cum venirent ad rupes, repente moriebantur, tam calacroti acutis resibus, quam in aqua necati: plus tamen mori potuerant, nisi providente Deo quidam viri Christiani supervenissent pescatores, atq; negotiatores, qui alias, cum necarentur, eripientes recreaverunt, tum malum sua stultitiae sentientes, alias, ne somotipos jactu interficerent, tenuerunt, nunciantes eorum mortem, qui primò ceciderant. Qui etiam cognoscentes seductionem culpant se, eo quod facili credidissent. Cionque voluisse illum seductorem perire, comprehendere nequiverunt: repente namque disparuit, deditque suspicionem, quod fuerat olim demon errorius, humano schemate circumambitus. Pro hac itaque re, atque passione multi sunt Cretensium Iudeorum ad Christianam conversionem fidei fidem. Interea incendium in civitate Constantinopolitana factum paulatim pervenit ad thermas, quo vocantur Achilleæ: (28) deinde ad locum, qui dicitur Pelargus, ita ut Novatianorum comprehenderetur Ecclesia. Tunc fertur Paulum Episcopum eorum intra flammas Ecclesiarum restituisse, supplicante Deo, ne Ecclesia pariter cremaretur. Qui locus creptus est, & hactenus XVI. Kal. Septemb. apud Novatianos collectio celebratur. Hunc tamen locum non solum Christiani, sed etiam Pagani venerantur. Exigit nunc locus edicere de hac heresi unde exorta videatur. Novatus igitur presbyter Ecclesia Romana, qui propter persecutionem, qua sub Decio fuerat facta, se Episcopum facere, & Cornelium volebat ejicare, faciens oblationes, & disportiens uniuersum portionem, & tradens, hoc jurare pro benedictione miseros homines coegit, tenens utramque manum accipientis, & non dimittens, donec ferens hoc dicat: *Juro mihi per Corpus, & Sanguinem Domini nostri Jesu Christi, quod manum aliquando me derelinquas, & ad Cornelium redreas, & infame homo non prius gustat, quam sibi antea maledicat, & pro eo, ut dicat accepto pane illo amen*, dicit, ultius non redeam ad Cornelium. De hac religione volens Imperator Constantinus pacifici Ecclesias, Acesium Episcopum ad Concilium Nicænum evocavit. Quem post definitiōnem fidei requisivit, si & ipse consenseret in fide, & decreto Paschalis festivitatis. At illo nihil inquit, novi o Imperator, quod Synodus definivit. Sic enim olim, & à temporibus Apostolorum ipse percipi, & terminum fidei, & tempus Paschalis festivitatis. Porro Imperatore denuo requirenre: Cur ergo à communione separas ille ea, que sub Decio gena sunt, replicavit, & subtilitatem acerbissimam regule deduxit ad medium, dicens, quia non oporteat eos, qui post baptismum peccant, peccato, quod ad mortem esse scripture divinæ pronunciant, communicatione Sacramentorum fieri dignos, sed invitandos quidem ad penitentiam, spem vero remissiones non à Sacerdotibus, sed à Deo solummodo sustinere, quia potestatem habet peccata dimittere. Hac cion dixisset Acesius, Imperator ait: O Acesio pone scalam, & si potes ascendere in cœlum solus, ascende. Igitur Valentinianus Augustus Constantii, & Gallæ filius ad Theodosium principem suum consobrinum Constantinopolim profectus est, filiamque ejus Eudoxiam nomine, quam sibi Eu-

A doxia (29) genuerat, in matrimonium accipit, & Romanum redit, Consulatu Iosiodori, & Senatoris. Sequenti verò anno Theodosius Imperator. Eudoxiam uxorem suam Hierosolymam misit gratiosos hymnos oblaturam Deo. Que plorima dona Ecclesiis contulit, & adoratis tam sancta Crucis, quam calendis locis, reversa est ad regalia. Trigesimo deinde Imperii Theodosii anno, terramotus magni facti sunt Constantinopoli per quatuor mensas, ita ut timentes Byzantii extra civitatem in loco, qui dicitur Campus, essent perseverantes una cum Episcopo ad Deum precibus, & litanis vociferantes. Quadam ergo die fluctuante terra, & omni plebe attentius claimante xp̄iu ix̄eo, circa horam tertiam, omnibus videntibus, à divina contigit virtute sustollit quendam adolescentulum in aerem, & audiri divinam vocem admonentem eum Episcopo, ac populo municiare, ut litanias sic facerent, & dicerent, sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis, nihil aliud apponentes. Proclus autem Episcopus hac suscepta litanie, praecepit populo sic facere, & statim terramotus cessavit. Porro Beata Pulchria super miraculo, unde cum fratre supra modum admirata, sancti per universum orbem divinum hunc psallem hymnum, ex tunc receperunt omnes Ecclesias per singulos dies hunc canere Deo. Per idem tempus pirates multas insulas, præcipueque Siciliam, depopulari sunt. Inter haec Litorius, qui secunda ab Aetio potestate Hunnis auxiliantibus præterat, dum Aetii gloriam superare appetit, dumque haruspicum responsis, & demonum significationibus fudit, pugnam cum Gothis imprudenter conseruit, ac primùm magnam hostium stragem dedit, postmodum suis penè omnibus trucidatis, ipse à Gothis turpiter captus est. Postremò pax cum iisdem facta est, cum eam Romani post hujus lacrymabilis belli pernicem, humilius quam unquam ante poposcerint. Aetio itaque in Galliis rebus, quæ componebantur, intento, Gensericus, de cuius amicitia nihil metuebatur, Carthaginem dolopacis invadit, omnesque opes ejus, excruciatis diverso tormentorum genere civibus, injus suum vertit, nec ab Ecclesiarum despoltatione abstinent, quas sacræ vasis exinanitas, & Sacerdotum administratione privatas, non jam divini cultus loca, sed suorum jussit esse habituca, in universum captivi populi ordinem servus, sed præcipue nobilitati, & religioni infestus, ut discerni omnino non possit hominibus magis, an Deo bellum irruisset. Igitur Carthago à Vandali modo capta est, annis quingentis octogintaquinque evolutis, postquam Romano coepérat juri parere. Deinde anno sequenti Gensericus ad Siciliam transiens, dum magnis eam calamitatibus affigeret, accepto nuncio de Sebastiano, (30) qui ab Hispaniis ad Africam tenderet, celeriter Carthaginem rediit, ratus periculose sibi, ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisse. Verum ille amicum se magis, quam hostem videri volens, dum de regis barbari amicitiis improvisè præsumeret, infelici morte peremptus est. Post hæc Imperator Theodosius bellum contra Vandals movit, Ariundo, (31) & Ansila, atque Germano ducibus magna cum classe directis. Qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quam Africæ præsidio fuere. Per hæc tempora (32) At-

(28) Nicæ Cal. I.b. 14. cap. 41. Socrates 7. cap. 39.

(29) Cearen., & Marc. Eudocia.

(30) A. Sebastian.

(31) A. Ariundo.

(32) A. tempora. Hunnis Thracias, & Illyricum seu populazione vistantibus, exercitus, qui &c.

Attila rex Hunnorum, vir fortis, atque superbus, dum cum fratre Bleba super Hunnos principaretur, Thracias, & Illyricum sœva depopulatione vastabat, omnia castella, & civitates in servitatem redigens, præter Adrianopolim, & Heracliam, quæ quondam Perinthus vocabatur. Tunc exercitus Romanorum, qui in Sicilia morabatur, ad defensionem orientalium provinciarum revertitur. Cogitur ergo Theodosius legationem Attilæ mittre, & sex millia librarum ei pro recessu præbens, mille librarum annum tributum persolvere pollicetur. Sub his ferè diebus tam terribili terræmotu Roma concussa est, ut plurimæ (33) ædes ejus, & ædificia corruerint. Britanni itaque, de quibus præmissum est, cùm rursus Scotorum, Pictorumque incursionibus premerentur, mittunt Aetio epistolam lacrymis, ærumnisque plenam, ejusque quantocuyus auxilium efflagitant. Quibus dum Aetius minimè annuisset, eo quòd contra vicinos hostes occupatus existeret, quidam Britannorum strenue resistentes hostes abigunt, quidam verò coacti hostibus subjiciuntur. Denique subactâ Picti extremâ ejusdem insulæ parte, eam-sibi habitationem fecere, nec ultra exinde hactenus valuerunt expelli. At verò residui Britannorum, dum continuò Scotorum impetus formidarent, ultra jam de Romanorum præsidio diffidentes, Anglorum gentem cum suo rege Vertigerno ad defensionem suæ patriæ invitavere, quos cum amicali societate exceptos, versâ in contrarium vice, hostes pro adiutoribus, impugnatoresque sensere. Sequenti deinceps tempore gens Anglorum, sive Saxonum, Britanniam tribus longis navibus advehitur. Quorum dum iter prosperatum domi fama retulisset, mittitur nihilominus exercitus multiplex, qui sociatus prioribus primùm hostes, propter quos petebatur, abigit; deinde in Britones arma convertit, conficta occasione, quasi pro se eis militantibus, minus stipendia præparassent, totam propè insulam ab orientali ejus plaga usq; in occidentalem incendio, vel gladio sibi subegit. At verò Theodosius, cùm, absque uno & viginti superioribus annis, quos cum Honorio patruo regnaverat, septem & viginti annis Imperium gessisset, ex quibus cum Valentiniano genero vigintiquinque transfigit, apud Constantinopolim morbo objicit, ibique sepultus est. (34) Fuit autem Theodosius, sic sapiens, ut inter confabulantes experimentum omnium crederetur habere causarum. Perdurabat in frigore, similiter & in aestu, plerumque jejunabat, & maximè quartâ, & sextâ feria, studio Christianitatis, nec aliter, quam monasterium regalia vidabantur. Ipse namque matutino ad suas sorores pargens, divinas dicebat laudes. Quamobrem etiam Sacras literas, sine codice recitabat. Loquentibus Episcopis velut olim Sacerdos factus ex divina lectione respondebat. Aggregabatque sa-

A croc codices, & quodcumque eorum interpretes, seu expositores conscripsisse videbantur, plusquam Ptolemæus studuerat Philadelphus. Patientiâ namque, & clementiâ universis hominibus eminebat. Nam Julianus Imperator, licet philosophus fuerit, non tamen Antiochensum portavit injuriam, sed maxima Theodoro tormenta indignatus imposuit. Porrè Theodosius multum gaudens syllogismis Aristotelis, philosophiam exercebat operibus, iram, tristitiam, libidinemque devincens, & in nullo se ulcisci desiderans. Cum igitur à quodam familiarium interrogaretur, cur nullum se lednitum morti subjeceret? Utinam mihi, inquit, esset possibile ad vitam mortuos revocare. Sic enim fuit clemens, ut si quando quispiam dignum aliquid morte committeret, nec usque ad civitatis portas moriturus perveniret, sed ex ejus clementia revocatio sequebatur continuo. Dum aliquo tempore ipse in amphitheatro Constantinopoleos spectaret, cœpit clamare populus. Crudeli bestiæ artifex parabolis pugnet. At ille. Nescitis, inquit, quia consuevimus nos clementer spectare. Tanta enim pietate præcellebat, ut omnes quidem Deo consecratos honoraret, precipue tamen quos audiebat veneranda actione pollere. Fertur autem, quòd cùm Constantinopoli Episcopus Chebronensis fuisset mortuus, sagum ejus valde sordidissimum quesierit, & eo circumambitus sit, credens aliquid se ex defuncti sanctitate promereret. Cum aliquando acris tempestas esset, & ille circa populum spectaret, pleno Circo tempestas vehementius agebatur, multo imbre diffuso. Cumque hoc fieret, suam voluntatem Imperator aperuit, fecitque per præconem clamari, quòd melius esset spectaculum contemnere, & omnes rogare Deum, ut illæsi ab imminentे tempestate servarentur. Quo dicto, curæti populi magno gaudio supplicantes, hymnos concorditer offerebant, & tota civitas velut una psallebat Ecclesia. In medio autem eorum Imperator existens, privato schemate properabat, nec spe sua frustratus est. Repente, namque aer ad serenitatem rediit, divinâ clementiâ revocatus, annum præbuit frugibus universis uberrimum. Si quando bella moverentur, secundum David ad Deum configubiebat, sciens eum præliorum auctorem, & inimicos orationibus superrabat. (35) Nec tamen iste vitiis carebat. Fuit enim mobilis omni vento circumdatus, unde & in chartis non lectis se subscribebat. Interea Beata Pulcheria nondum cuiquam fratris morte Theodosii Imperatoris compertâ, Martiano accersito, in religione, ac pudicitia conversante, sene videlicet, & idoneo viro, dicit ei. Quoniam Imperator mortuus est, & ego te elegi, tanquam bene placentem ex omni Senatu, da mihi verbum, quòd custodias virginitatem meam, quam Deo commisi, & pronunciabo te Imperatorem. Quod illo Sacramento pollicente, accersito Patriarcha Anatolio pariter, & Senatu, pronunciavit eum Imperatorem Romanorum.

(33) A. prima.

(34) Ambros. his verbis Explicit lib. XIII. Cetera non le-

guntur.

(35) Hactenus Socrates 7. cap. 2.

Explicit Liber Decimusquartus.

INCI-

INCIPIT LIBER DECIMUSQUINTUS.

Anno ab Urbe condita M C C I V . Theodosio defuncto *Martianus quadragesimus octavus* (1) ab Augusto Orientali aulæ præficitur Imperator . Cœterum Valentinianni tempora , hujus , vel superioris Imperatoris curriculis adscribuntur . Igitur Valentianus occidui rector Imperii , ea tempestate pacis foedera cum Genserico rege Vandalorum firmavit , certisque spatiis Africa inter utrosque divisa est . Gensericus verò , dum de rerum successu tumidus etiam apud suos superbiret , valida consipratio adversus eum (2) facta est . Quorum molitione detecta , diversis ab eo excruciatii perire suppliciis . Horum siquidem funeribus non minus virium amisit , quam si exuperatus belli certamine fuisset . Interea rex Hunnorum Attila , dum cum fratre Bleba regnum intra Panniam , Daciamque gereret , Macedoniam , Mesiamque , (3) & Achajam , utrasque etiam *Grecias* (4) immanissima rabie , ut dictum est , devastaret , Blebam germanum suum , regnique consortem peremit , ejusque sibi parere populos compulit . Fultus itaque fortissimarum gentium , quas sibi subjugaverat præsidio , ad occidentale demoliendum animum intendit Imperium , cuius exercitus septingentorum millium nu-

Tom. I.

- (1) A. *XLIV.* in numero *Martianus Orientalis &c.*
 (2) A. *conspiratio suorum &c.*
 (3) A. *Myiam.*
 (4) A. *Tbracias, ita Pith.*
 (5) A. *Ardaricus.*
 (6) A. *Turci Lingi.*
 (7) A. *quamquam virium robore &c.*
 (8) A. *cuperet: non minori tamen &c.*
 (9) A. *stilio.*

(9) A. studio.
(10) A. simulans, adversum Romanos se asserit prelicturum, Romanorumque è diverso quasi amicitia appetens in Gottos, eorum videlicet hostes, se polliciter arma motum. Agebat itaque hoc versuta burlaries, quatenus si hos posset à sociitate dividere, facilius utroisque singulari certamine proculcarent. Quas ejus astutias Actius non minori acumine prævidens, legatos ad Iudeoricum, qui eo tempore Gotto apud Tolosam regnabat, dirigit, qui cum eo pacis federa sociarent. Annuit iuxta Actii votum Romanorum legatis Theodoricus, juntisque cum eis non minis sibi propiciens firmissimum fadus, promittere se pariter pugnaturum. Fuere intre ea Romanis auxilio Burgundiones, Alani, cum Sangilano suo rege. Franci, Saxones, Riparioli, Barines, Savinathæ, Armoricanæ, Lutecianæ, ac penè totius populi Occidentis, quos omnes Actius ne impar Attila occurrit, ad bellum adsciverat societatem. Convenit ex ultra parte in campos Catalaunicos, qui centrum in longitudinē in leucas, & ex latitudine IXX leucis, ut Gallis mos est metiri, feruntur. Attila, itaque primo impetu, mox ut Gallias intragressus est, Gundicarium Burgundiū nūm regem sibi occurrentem protrivit. Deinde cùm ad locum certaminis ventum esset, inquirit barus pīcēm, si quid sibi de bellī forte venturum prædicti. et. Qui a te Democri-
tæ exta pecudum perscrutans, Attila infausta de-
miciat, hoc tamen quantumcumque solatium fore,
quod summus de parte hostili in certamine duolor occum-
beret. Attila vero dum bac de Actii interitu, cuius mer-
tem striebat demicari putaret, non dubitavit, v. l. cum
suarum pīditionē bellum committire, dummodo Actium
suis motibus fortiter obstantem possit extingue. Com-
mittit itaque pugnam, iam in vesperum die uirgente,
et si superarit ab hostibus, imminentis se noctis tene-
bris occultaret. Conveniunt binc inde fortissima nationes,
conferuntur acies, sit bellum acre nimis, & portinax,
quale vix illa narratur bistoriā, nec antea præliandi
ardore quievere, quām eis rōx superuenient pīvandū
voluntatem admireret. Eo siquidem prælio, CLXXX.m.
bonarum cesa referuntur. Tantumque est sancuris ef-
fusum, ut parvulus, qui ibidem labebatur rūtus, im-
modicus subito torrent effectus, cadavera secum dilaret
peremptorum. Attilam sane de morte Actii sua su-
spicio secessit. Nam incolumi Actio, rex ilī Gotthorum
Theodoricus occubuit. In quo prælio quārto nocte
cessit exercitus, constat tamen Attilam suis super-
retatum, qui cùm die altera intra plaustrum inti-
mū

A *mero ferebatur, vir in concussionem orbis in mundo natus, terrarum omnium metus, quod vulgatus erat. Namque superbus incessu, buc se atque illum circumferens, ut elati potentia ipso quoque motu corporis appareret; bellorum quidem amator, sed manu temperans ipse, consilio validiss., supplicantibus exorabilis, propitius in fidem semel receptis, formâ brevis, lato pectore, capite grandiori, oculis minutis, barbâ rarus, canis aspersus, sinus naso, teter colore, originis suæ signa riferens.* Erant siquidem ejus subjecti dominio, rex ille Gepidarum famosissimus *Andaricus*. (5) Uvalamir etiam Gothorum regnator, ipso cui tunc serviebat rege nobilior, fortissimæ nihilominus gentes, Marcomanni, Suevi, Quadi: præterea Heruli, Turcilingi, (6) sive Rugi cum propriis Regulis, aliæque præter hos barbaræ nationes in finibus Aquilonis commanentes. Horum omnium Attila superbus imperio, quamquam (7) robore facile se posse adipisci putaret, quod cuperet, (8) tamen consilii assutia, (9) quam armorum fortitudine hostes aggredi satagebat; prævidens itaque sagacitate, qua callebat, non sibi fore tutum, si Goths, qui intra Gallias morabantur, Romanis jungerentur auxilio, amicum se Gothis simulans, (10) adversum Aurelianis urbem concitus pugnit, regum Vi-

N SEP-

m. nta se continuo eum pere non audiret, nec eum non
cessaret tubis, & clavore perfstrepere. Torsimundus
Theodici regis filius, dolens de paterno funere, statuit
Attilam oſſulū ne cordeare, ut eum, ejusque exercitum
ad internerionem usque delcret. Tunc Attila de vita ti-
ducia jam desperans ex equitatoris intentum tyrannus
ſellis confixus, ut ibidem ſe Gotbis imminentibus,
ſuppoſito igne tremaret, ne aut quifquam de ejus lata-
retur vulnus, aut Rex tantarum gentium in potiſſatim
boſtum duciretur. Atius v. r. incantate perpendens Romanos
a Gotis, perempto Attila, deprimi, nec non denuo q̄s
adversariū Gotbos, ſi neceſſitas incuberet, labere ſi lo-
tium, Torsimundo quaſi ejus rebus conſilens pre-
juadet, ut domum reverteretur, regnum paternum ar-
riperet, ne, ſi ab ejus invaderetur germanis, acerius
ei eſet cum ſuis, quam cum boſtus dimicare. Hic
ille conſilium tanquam pro ſua ſalute prolatum libenter
amplectuſus, domum ſuam reverſus ī, regnusque paternum
acepit. Ceterum Actus ob b. c. talia macti-
natus est, ut Attilam ab ejus imprefſione ſiduecerit.
Inſia beu mens hominum, quantum lac præfere de-
trimentum patriæ, dum avertore cupit, incenſit! At vero
Attila certus ſe relito boſte ad prefria remeſſe,
ereditis animis, ac ſpe ſalutis elevatus, Pannonias reſi-
davit, multumque potiorem exercitum coacervans Italiam
ſuriuſus introit, ac priuim Aquilejam ci-
tatēm in ipſo Italia ſitam principio expugnare aggrif-
sus est. Quim continuo triennio obſidens, c. i. m adver-
ſi ſeam, ſtemuſe ciuitib⁹ repuerantibus, nihil pra valeret,
jamque murmur ſui exercitus non valentis famis tol-
erare penitram audiret, c. i. m die quadam ciuitatem cir-
cuit, ut ex qua parte eam facilius poſſit expugnare
inquiereret, erat reperit auis in adi. ciuitatum ſaſtigio
nidificare ſolitas, que cicinie vocantur, uno impetu ex
urbe migrare, fauifque ſuos ſublatis roſtris per rura
ſormiſcus deportare. Aspice, inquit ad ſuis, auis
ſuturum preſias peritiam relinquere ciuitatem.
Statimque addibitis machinis, tormentisque, bortatis
ſuis, acriter expugnat uram, ac ſire mera caſi:
diripiuntur operi, captivantur, vel trucidantur etes,
reſiduum diripiunt: igni ſuppoſito flamma cunſumit.
Fuerat ſiquidem in ea ciuitate feminarum nobilissima
Digna nomine, forma quidem eximia, ſed candore pu-
diuitate amplius decorata; bac dum bibitacula ſupra
ipsa uris mania baberet, turremque excelsam ſue do-
minum immunitam, ſiliter quim Nataſſa ſtarus utrisque la-
tatur ſuntis, n. ſordidissimus boſtus ludibrium fecit,
anumque pulchritudinem vel illat i. titulan vatiaret.
mox ingruium b. ſum, captamque intem preſu-
ſit, ē ſummo ſe eadem turre oſſulū capite in ginge-
ti. m precipitum dedit, metumque amittere iudicauit
memoraliū extitū terminavit. Plura fratrea ejusdem
regionis etiella minuanti leſis, extinalis, vel capi-
ciuſus succendit, ac durat. Concordiam, Autinum, ſic
Paracivm vicinas Aquileja ciuitates illius inſlar. devo-

liens solo coequavit. E unde per universas Venetiarum urbes, hoc est Vincentiam, Veronam, Brixiam, Pergamum, seu reliquas, nullo resistente Humi baccabantur, Mediolanum, Ticinumque pari sorte diripiunt, ab igne tamen abstinentes, & ferro. Deinde Ravilia civitatibus similiter expoliatis, novissimè eo loco, quo Mincius fluvius in Padum influit, castrametati sunt. Ubi Attila confisus erat, dum, utrum adiret Romanam, an desisteret, animo fluctuaret, non Urbi, cui infestus erat consulens, sed Alarici exemplum pavens, qui capte à se Urbi non diutius superoxit. Dum ergo has annos tempestates revocaret, repente illi legatio placidissima à Roma advénit. Nam per se vir Sanctissimus Leo Papa ad eum accessit. Qui cùm ad regem barbarum ingressus esset, cuncta, ut optaverat obtinens, non solam Romam, sed totius Italie salutem reportavit, territus namque nutu Dei Attila fuerat, nec aliud Christi Sacerdoti loqui valuit, nisi quod ipse praepropabat. Fertur itaque post discessum Pontificis interrogatum esse Attilam à suis, cur ultra solitum morem tantam reverentiam Romano Papa exhibuerit, quandoquidem penè ad omnia, que ille imperasset obtemperaret, cum regem respondisse, non se ejus, qui advenerat personam reveritum esse, sed alium se virum juxta eum in habitu sacerdotali adstantem vidisse, formà augustiorum, canitie venerabilem, illumque evaginato gladio sibi terribiliter mortem minitarent, nisi cuncta, que ille expetebat expletisset. Igitur Attila tali modo à sua sevita repressus, relicta Italia, Pannomas repetit, ad quem Honoria Valentianii Principis germana, dum à fratre ob decus pudicitiae distracte servaretur, suum eunucum dirigit, quatenus eam sibi à fratre in matrimonium extorqueret. Accepto itaque hoc Attila nuncio, quia jam Italia fines excaserat, nec statim fatigato exercitu regredi poterat, mandat Valentianum Imperatori, minitans pejora se proximè illaturum Italia, nisi mox ei suam germanam cum parte regni debita transmisisset. Qui reversus ad proprias sedes, supra plures quas habebat uxores, pueram valde decorat Ildicco nomine sibi in matrimonium juxxit. Ob cuius nuptias profusa convivia exercens, dum tantum vini, quantum nunquam ante inservi bibisset, cùm supinus quiesceret, eruptione sanguinis, qui ei de naribus solitus erat effluere, suffocatus, extinctus est. Eadem denique apud Constantinopolim nocte Martiano Imperatori in somnis Dominus apparens, arcum Attilæ fractum ostendit. Quo scilicet armorum genere illa fidere in bello maxime soleat. Dum hec geruntur, apud Britanniæ Pelagiane barceos assertores Britannorum tentabant subvertere fidem, qui à Gallorum Episcopis auxilium petentes, ad recte fidei defensionem Sanctis viris Germanum, multisque jam virtutibus clarum Altisiodorensis Ecclesie Episcopum accipiunt, & Lupum Trecassimum Præsidem, atque Apostolicę gratiæ virum, qui non minus signorum miraculis, quam doctrina verbis, omnes ad sane fidei confessionem reduxere. Ecce autem adhuc ibidem sanctis Episcopis consistentibus, valida Saxonum, Piilonunque manus Britanniam advebitur. Nibilominus Britones mox arma corripientes hostibus olitiam pergunt, cùm quibus Beatissimus Germanus sponte se offrens una pergit ad prelium. Cumque ipse dux bellum ante consertam aciem constituisse, jamque hostes congregati propius adventarent, non turba clangoribus, non gladii fidens, imperat solummodo sanctus Antistes, ut cùm ipse prior inclamasset, omnes voce confona eundem responderent sermonem. Moxque elevata magna voce Alleluja sonuit; cùmque omnis exercitus sublato ad sidera clamore Alleluja respondisset, cunctaque per circuitum loca resulstant, continuo tantus hostes pavor invasit, ut dissoluta acie fugam arripientes, ac si singulorum cervicibus gladius immicaret, tremebundi ad propria refugerent. Igitur, quia semper virtus truidam parit, Valentianus Imperator, quantum res edocuit, prosperos Aetii successus, ut supra premissum est, pertinestens, eum simulque Boetium Senatorem nobilissimum gladio permit. Ita vir bellicosissimus Aetius, & quandam Attilæ regis potentissimi terror occubuit, cum quo pariter, & Occidentis Imperium, salusque Reip. corruit, nec ultra baculum valuit relvari. Sed nequaquam Valentianus mors Aetii impianè cessit, nam & ipse anno sequenti à Transla Aetii milite, cùm triginta annis Imperium gessisset, confessus interit, ex quibus cum Theodosio fæcro viginti quinque, cum Martiano quinque imperavit. Mortuo Valentianu regni iura Maximus apud Urbem invadens, nec dum duobus expletis mensibus, à Romanis peremptus est. Continuo advenit ex Africa navibus adest Geisericus cum

A validissimo sua gentis exercitu, sultus infuper præfatio Maurorum, cùm adhuc Romana Ecclesia Beatissimus Leo ageret pontificatum. Perculis itaque Romanis tam terribili nuncio, nobilibusque fidei, ac popularibus ex Urbe fugientibus, Urbem omnī præfatio vacuam Geisericus obtinuit, occurrente sibi extra portam eodem sancto Laone Episcopo, cuius supplicatio ita eum, Deo adjacente, lenivit, ut cùm omnia potestati ejus essent tradita, ab igni tamen, & cæde, atque suppliciis abstineretur. XIV. int̄rim dies secura, & liberā strutatione omnibus opibus suis Roma vacuata est, multaque mālia captivorum, prope cūque stata, aut arte placuerant, cum regina Eudoxia, que Geisericum ad hoc facinus invitaverat, dubiusque ejus filiabus, Carthaginem abducta sunt. Capta itaque hoc modo à Geiserico Roma est, postquam eam primo Alaricus invaserat. Secunda jam vix excepis ab eo tempore XLIV. annis, à conditione sua MCC. atque VIII. evolutis. Relicta itaque Roma per Campaniam sepe Vandali, Maurique effundentes, cuncta ferro, flammisque consumunt, quicquid superesse potest diripiunt. Captain nobilissimam civitatem Capuam ad solitum usque dejectum, captiuant, prædantur. Nolam nibilominis urbem ditissimam, aliasque quāmpliores pari reina proflerunt. Neapolim prætres, quasque ab firmitate capere non poterant, rebus agrariis eximantes relinquunt. Quicunque gladio superfuerant, captiuantis iugo subiacebunt. Interbas procellas vir piissimus Paulinus Nolam urbis Episcopus, postquam quicquid labore poterat in captiuarum redemptionem expedit, novissimè cùm nibil ei aliud, nisi ipse sibi solummodo superasset, pro cuiusdam vidue filio, maternas non valens pīis ferre visceribus lacrymas, cùm eadem ad Africam proficiens, quā jam hostes discesserant, sepe barbaro viro vice vicaria in servitium tradidit, cuius sanctitas, cùm apud eandem barbarum gentem Dei nutu cognita fuisse, donaria cum quāmbris suis cibis ad urbem propriam remeavit. At vero Geisericus postquam ditatus Italia opibus ad Africam regressus est, Valentianus Principis natam, quā ab Urbe captivitatis sorte abduxerat, Traismano filio suo in matrimonium copulavit, ex qua videlicet Hildericus natus est, qui quartis postmodum à Geisericō Vandali apud Africam regnavit. Recedente igitur ab Urbe Geisericō, Romam sequente mense exinanite Reip. Imperatorem Aviatum proficiunt. Visigothi quoque circa hec tempora cum rege suo Theodrico Theodorici filio, transenses Pyrenæi jugis, Hispanias invadunt. Ast verò Martianus Imperator cum apud Constantinopolim VII. annis regnum administrasset, facta suorum conspiratione peremptus est.

D Explicit Liber Quartusdecimus.

INCIPIT LIBER QUINTUSDECIMUS.

Anno ab urbe condita MCCXI. post Martiani Imperatoris interitum, Leo quintus ac quadragesimus Romanorum regum apud urbem Constantinopolim Augustali potitus est dignitate, qui deinceps sequenti tempore Leoum filium suum Imperii consortem effecit. Exempto quoque in Italia bumanis rebus Avito, Majorianus apud Ravennam invadit Imperium, quod cum prope IV. annis obtinuisset, baud procul à Dertoneni civitate juxta Iras flumen occisus est. Statimque Severus apud Ravennam Imperator efficitur, atque Augustus appellatur. Tertio bus anno Imperii Biorgor rex Alanorum cum exercitu adveniens, occurrente Patricio Ricimero superatus non longè à Bergomo civitate Venetia, atque extinctus est. Severus verò cùm quatuor annis imperasset, morte propria apud Urbem occubuit. Eodem tempore egrisso inopinatè igni magna Constantinopolis ædium strage cremata est. Deinde totius consensi militiæ post Sevari mortem jurat Imperii Antbemius suscepit: Sequenti anno Servandus Gallicanus Prefectus Imperium tentans invadere, jussu Antbemii Principis in exilium tritus est. Rursus annali emenso spatio, Romanus Patricius Imperatoriam fraudolenter satagens arripere dignitatem, precipitate Antbemio capite cœsus est. His quoque diebus Geisericus iterum ad Italiam navibus adventare cupiens, à Basilisco Patricio navaliter superatus certamine, Carthaginem inglorius repeditus. At verò in Orientis partibus Aspar Patricius Leonis Augusti insulam molient, suum filium Cesarem efficit. Leo vi-

tem

A Et omnes exercitum statim è Sicilia vocans, Asparem Patricium cum novello Cesare, filioque alio ejus germano, digno vita multeavit excidio.
Hoc denique ipso in tempore inter Ambemium Principem, ejusque generum Ricimirum Patricium, qui tunc Mediolani positus praeerat Liguria, magnum discordiarum somes exortus est, quibus se vir sanctitate conspicuus Epiphanius Ticinensis Episcopus interponens, eos premium ad concordiam revocavit: Deinde barbarica perfidia fædus Ricimirii irrumperet, erat enim Gotibus propria, cum manu mox valida Urbem contendit, atque apud Anicioris pontem castra compositum. Divisa itaque Roma est, & quidam facebant Ambemio, quidam vero Ricimirii perfidiam sequabantur. Inter hec Olibrius à Leone Augusto missus ad Urben venit, vivoque adhuc Ambemio regiam adeptus est potestatem.

B Bilmer Galliarum rex, cognita adversus Ambemium conspiratione Ricimirii, Ambemio ferre præsidium cupiens, Romanam properavit. Is cum Ricimirio apud Adriani pontem prælum committens, continuo ab eo superatus, atque occisus est. Extincto Bilimerio mox vicer Ricimirus Urben invadens quarto anno agentem jura Imperii Ambemum gladio trucidavit.

Præter famis denique, morisque penuriam, quibus eo tempore Roma affligebatur, insuper etiam gravissime predata est, & excepto duabus regionibus, in quibus Ricimirus cum suis manebat, cetera omnia predatorum sunt evicta vastata, sed non diu viis de perfidia letatus est Ricimirus. Nam post mensem tertium excruciatius languoribus & ipse interit. Mortuo Ricimiro Olibrius Imperator Gundibarum ejus nepotem Patrium efficit.

Olibrius quoque dum septem menses Imperium gessisset, morte propria defunctus est Rome. Post hujus funus Licerius domesticus à Gundibaro Patricio, totius etiam voluntate exercitus, apud Ravennam Imperator efficitur. Anno deinde sequenti inopinatè nepos Patricius cum exercitu veniens Licerium regia exxit potestate, eumque apud Salonas Dalmatarum urbem Episcopum ordinavit. Eo tempore cum apud Tolosam Visigotorum populis Eoricus regnaret, ac per Italiam, Galliaque fines inter nepotem, & Eoricum litium fomenta crevissent, bellumque è diverso utrique prepararent, interveniente Epipbanio, de quo premissum est, Ticinensi Episcopo, fæderis inter eos jura firmata sicut. Haud procul ab his temporibus Theodericus cognomento Strabo Trierii filius, cum magna Ostrogothorum multitudine, usque ad quartum Urbi milliarium armatus advenit. Nuli tamen Romanorum moxius, continuoque in Illyricum reversus extinctus est. Exigit nunc locus dicere, quam ob causam Gotorum alii Ostrogothi, alii vero Visigothi sint dicti, opportunumque est aliquantulum at superiora tempora regredi, quatenus borum ratio vocabulorum possit exponi.

Temporibus Valentiniani superioris Augusti, cum intra-Tiracie fines Gotorū, tunc populi communiter habarent, & bisarie per Alaricum regiones ab Occidente Visigothi idest Occidentales sunt appellati. Leo igitur Augustus postquam Orientale decem & septem annis rexis Imperium, diem clausit extremum.

Mortuo Leone Zeno continuo Augustalem noctis est dignitatem. Leonem itaque, de quo premissum est, quem pater Leo in regni ascriverat potestatem, Mater sua Zenonis impetum formidans, occulte clericum fecit. Exigenteq; ubementer Zeno ut filium proderet, pro eo alium formi similem obtulit. Qui Leo deinceps in clericatu ad Justinianum usque tempora vixit. Ipso denique anno Augustulus apud Italianam adversus nepotem cum exercitu veniens, effugato eo Imperio, regimen invasit. Amali deinceps circulo evoluto cum rege Vandalorum Geiserico fædus initum est ab Oresta Patricio. Hec dum apud Romanos geruntur, Odoacer cum fortissima Herulorum multitudine, fratus insuper Turcum, scilicet Scirorum auxiliis, Italianam ab extremis Pannonicis finibus properare contendit, qui dum adhuc per Noricorum rura exercitum duceret, cognita Severini fama Christi Domini servi, qui illis tunc degebatur in locis, ad eum sibi benedictionem petitorum accessit, qui dum benedictione percepta ab ejus egredi cellula vellet, & caput ne in superlimari ostii, eò quod proceræ esset statu allideret, inclinasset à Dei vero futurorum preficio mox talia audiret. Vade nunc ad Italianam, vade Odoacer vilissimis interim animantium pellibus induetus, multis citò plura largiturus. Hec ille

Tom. I.

A verba rerum exitu comprobavit, nam aliquantis post nondum annis totius Italis, insuper & Urbis usus est potestate.

Ingresso ergo Italianam Odoacre, statim ei apud Ligurie terminos Orestes Patricius occurrit, qui atque fortissimam multitudinem nihil se prevalere consipiens, maxime cum eum jam quidam suorum deseruerint, metu trepidus intra Ticinum se mantionis fiduciâ concludit, Mox adveniens cum exercitu Odoacer expugnatam fortiter ingreditur civitatem, vastans universa rapinis, servit ubique gladius, divina quoque, privataque edificia ignis absunt. Captus demum Orestes ab hostibus Plancentiam usque perducitur, ibique gladio detronatur. Exinde per universas iidem barbari urbes diffusi, cunctum sine aliqua tarditate Italianam juri proprio subdidere, multasque tunc civitates parantes resistere, extintis habitatoribus ad solum usque dejecere. Odoacer itaque prosperos sibi cernens successus accrescere, statim regiam arripiuit potestatem.

Augustulus sequidem, qui Imperii presumperat potestatem, cernens universam Italianam Odoacris viribus subdi, inopinabili motu perterritus, sponte miserabilis purpura abiciens, cum vix XI. mensibus Remp. obtinuisset, Imperiale depositit majestatem. Ita Romanorum apud Romanum Imperium tota terrarum Orbis venerabile, & Augustali illa sublimitas, qua ab Augusto quondam Octavianio capita est, cum hoc Augustulo periret, Amo Urbi conditione MCCIX. à Cajo vero Cesare, qui primo singularem arripuit dignitatem anno DVXII. Ab Incarnatione autem Domini anno quadragesimo septuagesimo quinto.

Igitur dejecto ab Augustali dignitate Augustulo, Urbe Odoacer ingressus totius Italicæ adeptus est regnum, quod dum annos XIV. nullo inquietante tenuisset, ab Orientis tunc partibus advenienti Gotbor. rex Theodericus Italianam possessorum intravit. Sed ut ad liquidum ob quam causam, vel unde adveniret possit agnosciri, necesse est aliquantisper ad superiora repudare. Uvalamir Ostrogothorum rex, de quo superiori libello premissum est, quod Attile Hunnorum regi subjectus extiterit, mox ut Attila occubuit, ab Hunnorum se, siusque dominio avita libertatis memor excusit. Idem quoque & Gepidarum rex Ardaricus, ceteraque hujus subiecto faciunt nationes. Humi vero dolentes Uvalamir, ejusque exercitum, non solum se à suæ ditionis jugo excusisse, sed etiam ceteris nationibus, ut similia facientes intentores fuissent, mox ut fugitiva mancipia eos insequentes ad servitutem prisnam armis aggressi sunt revocare. Conglobatis itaque suis super Huns Uvalamir irruit, tantaque in eos cæde græfatus est, ut de reliquo, qui superuerant Humi, Ostrogothorum arna formidarent. Leo enim Imperator cum Gotbis post hec Illyricum vastantibus fædus inuit, ac Theodericum Theodemiris filium ex Arleria concubina gentum, à Uvalamire ejus patruo obidem accepit. Occiso deinde à Sciris Uvalamire, Theodemir ejus germanus regia jura suscepit. Deinceps regno Theodericus Orientis, Uvidimirus vero occidui fortius Imperium devastandum. Sed mox ut Italianam ingressus est rebus excessit humans, successorem Regni Uvidimerum filium relinques. Uvidimerus vero, acceptis à Liceriotum Imperat. minoribus, Gallias contendit, seseque cum parentibus Visigothis jungens, unum populum efficit. Interea dum suavi patrata victoria Uvidimerus domum revertitur, Theodericum filium à Leone Imperat. reinissum gratior excepit, qui Theodericus dum jam octavum decimum annum etatis ageret, inscio patre, aliquantis secum satellitibus ascitis, vicinas sibi Sarmatarum gentes invadens, opima ex eorum manibus patri spolia, predamque copiosam reportavit. Theudimero itaque vita decadente, universis annientibus ad regni gubernacula Theodericus ascendit. Quod factum cim ad Zenonem Augustum perlatum est, granter accepit, eumque ad se rursus evocatum Constantiopolim, magno simul honore, & divitius extulit, in tantum ut etiam Consularibus eum fastibus sublimaret, que dignitas post Imperiale fastigium prima est, æreamque illi equestrem statuam ante suum palatium collocaret. At vero dum bujuscemodi Theodericus deliciis agitum Constantinopolim affueret, gens illius, idest Ostrogothi, dum eis propter fidei sanctiōnem predas agere more solito non licet, nec tamen ab Imperatore oblata stipendia sufficere possint, cepero non minimum egestatis penuriam pati. Ex crantur faxi compotum, ut auferant mutilem pacchonem, mittuntque continuo ad Theodericum, qui ducunt.

N.

Quas

sigothorum solicitare n̄isus, ut pariter cum eo Romanum invadens Imperium, aqua sorte possideret. Ad Valentinianum verò Imperatorem legatione missa pacem simulat, ad ulciscendos Romanos de Gothis, & restituendas Rep. Gallias, & Hispanias pergere se dolosè denunciat. Sed Imperatorem doli ejus minimè latuerunt. Itaque celerrimè Theodoricum Visigothorum regem per Aetium Patricium conveniens, in sua partis favorem traxit, atque cum eodem Patricio contra Attilam post vastam ferè omnem Galliam Aurelianis jam obdidentem direxit. Nec mora, congregatis undique bellatoribus Aetius cum rege Theodoro, & ejus filio Thorismundo obviam Hunnis fortissimè pergit. Ubi confertá incredibili pugnā, cui vix post homi-

Quas dum ipse Græcorum epulis superflueret, inopie miseras sustinebant. Habantur ut si suis, sibique consulere velit, citius redeat, quatenus ne cuncta gens p̄fessundetur, novas ad habitandum terras exquirant. His Theodericus cogratis, ad Augustum Zenonem accedit questus, penuriamque suorum exportat, Italiam sibi dari postulat, abolitionem effugiat, adjiciens quia si superare Odoacrum posset, Italiamque obtinere, ad ejus redudaret gloriam, à quo directo fuisset; si in bello superatus foret, ejus nibilominus lucris accresceret, quandoquidem quotidianorum stipendiiorum exactioribus careret; talia Zeno audiens contristatus quidam est, eo quid eum nollet amittere: attamen deliberato consilio Rep. utilitati prospiciens, ejus petitionibus annuit, Italiamque ei per pragmaticum tribuens, sacre etiam velaminis dono confirmavit, & Senatum illi, populumque Rom. commendans, abire permisit. Egressus igitur Constantinopolis Theodericus ad Ostrogothas revertitur, bortaturque continuo, ut quamprimum parati sint, quatenus possifuri Italianam proficiscantur. Attamen priusquam Italianum adventaret, Triopstilam Gepidarum regem in fidia sibi molestiem bello superans extinxit, Bufam quoq; Vulgarorum regem magnū simul cum suis agminibus cede prostravit. Egressus itaque à Mysia cum omni Ostrogotharum multitudine, universaque suellechili per Sirmium, Pannoniaque iter faciens, ad Italiam venit. Ac primam juxta Sontium flumen, quod non longè ab Aquileja habitur, castra componens, dum uberrimi, quia eo loco babentur, pascuis fatigata aliquantulum ex itineris longitudine jumenta reficit, ibi mox ei cum grandi suorum exercitu, totisque Odoacer Italie viribus occurrit, quem Theodericus alacriter excipiens, magno superatum prælio, postremo in fugam convertit. Exinde Theodericus movens cian Veronam venisset, iterum adversus eum Odoacer non minor, quam prius bellī fēse apparatu opponit. Contra quem Theodericus baud procul à Veronensi urbe consligens, nimia ejus exercitum cede contrivit, ipsumque pariter, & omnem illius multitudinem dare terga coegit. Qui dum fuge metu se præcipites in Adesim fluvium mergunt, ex magna parte rapidissimis ejus gurgitis implicati suffocantur. Theodericus verò dum ipso impetu subsequitur fugientes, Veronam illico, pavore cibibus confernatis, invadit. Odoacer autem cum his, qui evaserant fugiens, Romanum contendit. Sed obscurus continuo portis, excusus est, qui dum sibi denegari introitum cernet, omnia queque attingere potuit, gladio, flaminisque consumpxit. Inde quoq; egredens Ravennam ingressus est. Ibi, quibus se tueri adversus hostes posset, munitionem preparare ostacula caput. Theodericus itaque à Verona digredens Mediolanum pervenit, ulti dum consilieret, magna ad eum multitudo militum, pluresque Italiae populi concenere. Sed paucis interiectis diebus, rursus deditius exercitus, Tufa quodam nomine instigante, Odoacris se partibus reddidit. Ea res Theodericum in tantum perterruit ut se, siuunque exercitum, aq; ad Ticinum m urbem maniret. Taliū rerum varietates Burgundionum rex Gundobatius aspicens, Laguriam cum ingenti exercitu ingressus, cuncta que reperire poterat pro voluntate diripiens, infinitam secum ad Gallias captiōrum multitudinem abduxit. Theodericus itaque aliquandiu intra munitiones exercitum retinens, demum reliquis ibi matre, sororibus, universi vulgi multitudine, nibil planè dubius de Epipanii viri Sanctissimi fidei, cum expeditis armatorum cunctis ad Odoacris obsidium Ravennam perirexit, dumque eo loco, cui Pinetum nonen est, non procul ab urbe castra posuisse, per continuum penè triennium Odoacrem obfedit, qui diu frequenter ex urbe cum suis egrediens ejus exercitum inquietaret, novissimè noctu in castra irruens, magnā Theoderici exercitum strage prostravit. Vicit ad extremum, fortissimè Gotis resistentibus, in urbem configit. Nec multi post à Theoderico in fidem suscepit, ab eo trucidente peremptus est. Egressus denique à Ticinensi urbe post triennium Gotis, eandem mox urbem Rugi invasire, cuncta per circumlocā, simulque & civitatem per continuum biennium populatione vastantes, cūm adhuc Beatissimus Epiphanius futrēset, cuius in tantis periculis sanctitate crux repleban-

A num memoriam ullum simile pralium reperiatur, vicere Romanis, fugato Attila, & Gothorum rege imperfecto. Hoc certamen circa nonam diei horam ceptum, de utrisque partibus centum octoginta milia occisorum dedit. Sed post modicum Valentinianus Augustus Aetium singularem populi Romani spem suis manibus, alienis autem fraudibus intercrevit, cum quo simul omnis fortuna, & virtus Hesperie corruit. Attila enim continuo, resumpta fiducia, cruentus Italianam petit, Aquilejam captam funditus eredit. Ticinum, atq; Mediolanum regias urbes excidit. Inde vastatis circumquaq; locis, cion Roman quoq; pararet irrumpere, Leo magnus Papa missu ad eum Valentiniani Imperatoris accessit: euq; adeo mitem reddidit, ut illico promissa pace firmissima, ultra

B tur afficti. Hic à Theoderico Gallias ad Gundobatum pro captiōris redimendis directus, excepta immunera multitudine, pro quibus pretium tribuit, sc̄x millia captiōrum ob solam sanitatis sua reverentiam concessa secum reduxit. Igitur Theodericus, extincto apud Ravennam Odoacre, totius Italae adeptus est ditionem. Nec multo post Romanū profectus, à Romanis magno gaudio suscepit eis, quibus ille fungulis tritici ad subiudicium annus centum viginti millia modiorum concessit. Dum bec apud Italianam geruntur, à Bulgaria univerfa Tbracia crudeliter devastatur. Constantinopolis etiam iſis diebus maximo conflagravit incendio. At vero apud Africam Himericus, qui mortuo Geiserico in regnum successerat, Arrianā perfidia truis in exilium, effugatisque amplius, quā CCCXXXIV. Catolicis Episcopis, Ecclesiis eorum clavis, plebem variis suppliciis afficit. Et quidam innumeris manus abscondens, linguis eorum precidit, nec tam loquela Catolica confessionis eripere potuit. Apud Britanniā quoque Ambrojus Aurelianus, qui sūlus forte Romanā gentis Saxonum cedi superfluerat, purpuram induit, vītoresque Saxonēs, Britonum ducens exercitum, sapere superavit, atque ex eo tempore nūc bi, nūc illi palam babuerunt. Donec Saxones potentiores effecti, totā per longum Insulā potirentur. Theodericus interea, ut suis regni vires constabuit, Audeſledam Jodōm Francorum regis filiam sibi in matrimonium junxit, Amalafredam Germanam suam Vandalarum regi Himerico, eiusdem Amalafreda filiam Malabergam Turingorum regi Ernemafredo, Leodicodo quoque, & Ostrogotho ex concubina filias, alteram Alarico V̄ygotarum regi, alteram Sigismundo Burgundionum consecravit. Amalafredam vero tertium filium Eutharico ex Halamalorum fratre vementi evocato ab Hispania tradidit. Nec ulla fuit Italia gens, que Theoderico, aut conjunctoris affinitate, aut pactiōne fædere sociata non fuerit. Zeno itaque Augustus cum per annos XVII. Reip. præfuisse, apud urbem Constantino ulim vita terminum accept.

D Explicit Liber Decimusquintus.

INCIPIT LIBER DECIMUSSEXTUS.

Cessante jam Romane Urbs Imperio, utilius, optinque mīhi videtur ab annis Dominae Incarnationis suppeditatio linea deducere, quid, quo tempore abum sit posse agnoscī. Anno ab Incarnatione Domini CCCCXCII. post Zenonū excessum, Anastasius purpuram induit, qui XLVII. in regum numero extitit. Hic Romani decus Imperii Eutichiane heretos illicie maculavit. Hujus temporibus tanta propter Symmachi, ac Laurentii electionem Roma dissensio fallax est, ut F. stus Senatorum nobilissimus, & Exconsul, & aliis Exconsul Probinus Laurentii partibus faventes adversus Faustum Exconsulem, ceterisque, qui Symmacho adbarabant, Pontifici bellum inferriunt, multasque cades, & homicidia in medio Urbis facientes, pleroque ex Sacerdotiis numero, multis etiam Clericorum, perplures circuim Romanorum extinguerunt. Eo tempore Trajanundus, qui fratri Himerico apud Africam in Vandalarum regna successerat, fratri, vel patris Geiserici secutus perfidiam, clavis Catolicorum Ecclesias, ducentos viginti Episcopos in Sardinia exilio relegavit, quibus Beatus Papa Symmachus quotidiana sulidia ministrare non destitit. Inter hanc tempestatem Beatus Fulgentius in confessione fidei, & scientia floruit. His ijsis apud Africam diebus, dum Arrianus quidam, Olympius nomine, corpus aqua balnealibus abluit, indigna quedam, & blasphemis de Sancto Trinitatis fidei verba evomerat, veniente subito ignito calitus jaculo, visibiliter combustus est. Barbas quoque quidam Arrianus Episcopus, dum contra regulam fidei, minorem scilicet Patri Filium, Sanctum quoq; Spiritum asserere cupiens, baptizatus dixisset: Baptizo te Barbas in nomine Patris, per F. lumen in Spiritu sancto, statim aqua, quia ad baptizandum allata fuerat, misquam comparuit. Quod aspiciem qui baptizandus erat, confessus ad Ecclesiam Catholicam fugiens juxta morem fidei Baptisimus Christi suscepit.

ultra Danubium non redditurus abierit. Continuo enim rebus humanis excessit, & humani generis diutina vexatione finem aliquando vel mortuus attulit. Goti quoque non contenti provincia, quae superius à Romanis habitandam penes Galliam acceperant, Arvernos, & Narbonam cum suis finibus captas invadunt, ruinā videlicet Romani status, & frequenti mutatione principum animalium. Nam Valentianus Imperator ab amicis Aetii, quos sibi delegerat satellites, interficuntur, & Maximus quidam, cuius dolo id perpetratum fuerat, Imperator creatur. Qui cum viduam ejus Eudoxiam Augustam invitam suis nuptiis adgisset, illa Gensericum, ut dicitur, Africæ regem, ut mariti vindicta adveniret, invitauit. Cuius adventu Maximus, vix altero Imperii sui mense comperto, (¹¹) cùm passim nobilitas ejus licentia, & popularium carus ex Urbe profugeret, ipse quoq; trepidō animo se se parabat ad fugam. Sed a ministris regiis illico dilaniatus, & membratim dissecitus, in Tyberim projectus est. Gensericus continuo vacuan præsidio civitatem caput, & occurso Leonis Papæ mitigatus, ab incendio, cædis, atque suppliciis Urbem immunem servavit: omnibus ratione opibus ablatis, multa inde captiورum millia cum Augusta Eudoxia, & ejus filiabus Carthaginem revexit. Hujus Papæ Leonis auctoritate, & iussu Martiani principis Chalcedonensis Synodus celebrata est. Roma post Maximi necem, Avitus suscepit Imperium, quod post modicum deponens, Episcopus Placentie ordinatur. Apud Constantinopolim verò Martianus Imperator obiit sexto Imperii sui anno, & sexto mense completo.

L E O.

Anno ab Urbe condita MCCX. Leo quadragesimus nonus ab Augusto sortitus Imperium. Roma verò post Avitum Majorianus Caesar effectus, quarto Imperii anno apud Dertomam Hispania civitatem, fraude Severiani occiditur, qui tertio Imperii anno Roma occubuit. In cuius locum à Leone Principe missus Arthemius, sexto Imperii anno cùm summa clade Romana Urbis occidetur, succedente Olibrio, quem Glycerius apud Ravennam sumpto imperio removit, & ipse mox à Nepote priuatus, Portuensis Episcopus ordinatur. Leo Imperator orientis anno Imperii decimo sexto defunctus, Zenoni reliquit Imperium.

Z E N O.

Anno ab Urbe condita MCCXXVI. Zenon quinquagesimus ab Augusto imperat. Nepotem vero Cesarem Orestes Patricius Imperio privat, & filium suum Augustulum Imperatorem creat. Sed continuo Odoacer rex Turcilingorum, & Rogen peruersa Italiam capit, quarta jam vice à conditione sua, & Augustulo Imperatore exciliato, ipse Roma tyramicè regnat, quem Theodosius rex Gotorum missus à Zenone obedit, cepit, interenit, & ipse Roma consensu Zenonis Augusti regnavit.

A N A S T A S I U S.

Zenoni verò post sedecim annos mortuo, successus Anastasius, qui inimicos Chalcedonensis Synodi furens, Orthodoxos perseguebat. Eodem tempore Roma Symmachus, & Laurentius discordibus inter se ciuiis electi, & ex utrisque partibus innumere strages, & rapina patrata sunt: plerique eis sacerdotali scanno, multi etiam clericorum, plures ciuium Rom. extinti sunt per tres circiter annos: usque quo videlicet Theodosius princeps veniens, tunc Romanum tenens, quamquam Arrianus esset, Synodo celebrata, locari Symmachum quidem Episcopum Rome firmavit: Laurentium

A verò in Nucerina civitate locare Episcopum præcepit. Qui tamen nullo pacto quiescens, sed seditiones commovens, à Symmacho deponitur, & in exilium in Dalmatiam mittitur, & ita simitas cesavit. Eodem tempore Transamundus, qui fratri Honorio (¹²) apud Africam in Vandalorum regnum successerat, fratri, vel patris Genserici sequutus perfidiam, clavis Catholicorum Ecclesias, ducentos viginti Episcopos (11) exilio relegavit. Quibus beatus Papa Symmachus quotidiana subsidia ministrare non destitit. Inter has tempestates beatus Fulgentius in confessione fidei, & doctrina floruit. His ipsis apud Africam diebus, cùm Arrianus quidam Olympus nomine in Elyanensem balneo lavaretur, indignaque quedam, & blasphema de sanctæ Trinitatis fide verba evomeret, veniente subito desuper (¹³) ignito jaculo, visibiliter combustus est. Ceterum Deuterius Episcopus Arrianorum Byzantii baptizans quendam virum Barban nomine, cùm contra regulam fidei, minorem scilicet Patre Filium, Sanctumque Spiritum asserere cupiens, baptizatus dixisset: Baptizo te Barbas in nomine Patris per Filium in Spiritu Sancto, statim aqua, quæ ad baptizandum fuerat allata, nusquam comparuit. Quod aspiciens qui baptizandus erat, confessim ad Catholicam Ecclesiam fugiens, juxta morem fidei baptismum Christi suscepit, & omnibus notum fecit miraculum. Theodericus verò, dum per idem tempus pacificè apud Italianam regnaret, per singula quæque celebriora loca regia sibi habitacula construxit. Interea Saracenorū incursus in Phœnicem, & Syriam rursus effectus est post mortem Agari, Vadicarimo fratre ejus instar turbinis, & adhuc velocius discurrente per loca. Hoc etiam anno, idest, Imperii Anastasi undecimo, Bulgares per Illyricum, & Thraciam discurrunt priusquam agnoscerentur, eam crudeliter devastant. Constantinopolis etiam ipsis diebus maximo conflagravit incendio. Deinde Neocæsarea, apud quam, cùm futurum esset ut fieret terræmotus, miles iter faciens duos milites super eam vidit, & alium militem post terga clamantem: Conservate domum, in qua sepulcrum Gregorii est. Cùm autem terræmotus factus fuisse, plurima pars civitatis corrut, excepta domo Gregorij Thaumaturgi, idest, miraculorum operatoris. Interea Julianæ illustrissima famina, quæ templum Dei Genitricis apud Honoratas construxerat, valde pro Chalcedonensi Synodo satagebat, ita ut ei nec Imperator quidem, multas adversus eam versutias adveniens, Timotheo communicare persuadere valuevit: sed nec ipse Timotheus frequenter ad eam pergens hoc potuerit ei persuadere. Pompejan quoque consobrinum illius, & ejus uxorem, que mulier erat ornata, multis Imperator Augustus humiliabat, ut ablegaret veneratores Synodi, & eos, quæ in exilio Macedonia Episcopo largiebantur, quæ necessaria erant. Deinde q. sdam ex principibus præcepit in templo Sancti Theodori Sparati super ambonem Trifagi additamentum admittere, idest, qui crucifixus est pro nobis: ita ut multitudo indignata per diem litanie illinc egredierentur, quando & Timotheus per commentorum (12) scriptum omnibus Ecclesiis præcepit Trisagion in litanis dicendum cùm additamento, quod multi metuentes fecerunt. Monachi verò alium psalmum psallendo venerant. Hos autem populus videns, clamavit: Benevenerunt Orthodoxi. Si multas etiam facta est multa, & incendium domorum multarum, ac homicidia denuo militia, turba vociferante adversus Anastasium, & Vitalianum Imperatorem petente, ita ut

(11) A. in Sardinia. (¹²) forte completo.

(12) A. commonitorium. (*), A. Hunrico. - (*), A. calitus.

ut fugeret *Anastasius*, & latitaret, ab ipsaque Ariadne laceraretur injuriis, ut puta multorum causa malorum Christianis effectus. Alamundaro autem principe Sarracenorum gentis baptizato, Severus duos Episcopos macula suæ pravitatis infellos, direxit causa communicandi. Dei autem providentia ille baptizatus orat ab Orthodoxis, qui recipiebant Concilium. Cinqüe Severi Episcopi subverte-re Principem à vero dogmate festinarent, mirabili-ter eos arguit Alamundarus hujuscemodi fabulâ; ait enim ad illos: Literas accepi hodie, quia Michael Archangelus mortuus. Illis verò dicentibus, hoc impossibile fore, ait Princeps: Et quomodo Deus secundum vos nudus crucifixus, nisi na-turarum esset duarum Christus, quandoquidem nec Angelus est moriturus? Et ita cum confusione Severi recesserunt Episcopi. Itaque Vitalianus, quem populus Imperatorem expetierat, exceptâ totâ Thraciâ, Scythiâ, & Mysiâ, Bul-garos habens secum, & multitudinem Humorum, cepit Anchialum, & Odyssopolim. Comprehendit autem & Cyrrillum Magistrum militum Thraciæ, & peruenit prædas gerendo Byzantium. Parcens verò civitati, apud Sostenium castrametatus est. Anastasius autem desperatione conterratus, mittit ex Senatu quosdam, rogans eum pacisci, & jura-re unâ cum Senatu, quod ab exilio revocaret Episcopos apud Heracleam Thraciæ. Porro Vitalianus addidit, ut & principes uniuscujusque schole jurent istud, sed & Macedonius, & Flavianus, qui nequiter pulsi fu-rant, suos reciperent thronos, similiter & reliqui omnes Episcopi, & ita cele-braretur Synodus Romana, & cunctis Episcopis convenientibus, communii judicio reprobarentur, quæ adversus Orthodoxos sunt præsumpta. Itaque cum hac Imperator, Senatus, & reliqui Principes, populique jurassent, & confirmassent ita fiendum, facta est pax, & ad propria rediit. Hormisda verò Ro. Episcopus, fatigatus à Theodorico Vitaliano favente, Evidium (13) Episcopum misit, & Vitalianum Archidiaconum ad Synodum celebrandam apud Heracleam. Venerunt autem & Episcopi ex diversis locis ferè ducenti, qui illiusti ab Imperatore, & Timotheo Episcopo Constantinopolitano, recesserunt inefficaces. Impius quippe Imperator pacta transgrediens, clam intimavit Romano Papæ, ne veniret. Misericordia enim Vitaliano Sacram, quod transmitteret eam Romanam, ut Papa profici-sceretur ad celebrandam Synodum ait Hera leam. Omnis autem populus, atque Senatus in præsen-tia maledicebat Anastasio tanquam perjuro. Porro Vitalianus in lignatus adversus Anastasium ob per-jurium, multa mala exercitibus Anastasii, & reliqua Reip. demonstravit, occidens, rapiens, ar-mis excuens, & postremo ad injurias ejus unum-quemque militum uno æro nunmo vendens. Inter-rea Hunni, qui dicuntur Saber, transiuntes Caspias portas, Armeniam, & Cappadociam, Galatiam, & Pontum depopulati sunt, ita ut Eu-chaitam quoque penè pervaderent. Unde & fugiens Macedonius Episcopus propemodum periclitatus, salvatus est apud Gangras. (14) Quo comperto Anastasius illic eum amarè custodiri præcepit, mit-tens, ut ajunt, qui eum occiderent. Defunctus autem apud Gangras, positus est in Ecclesia sancti martyris Callinici juxta reliquias ejus, multas sa-nitates efficiens. Qui cum exanimis jaceret, manu fertur se signaculo crucis signasse. Theodorus autem unus ex his, qui cum eo erant, vidit eum in somnis dicentem sibi. Excipe, abiens lege, &

A dic Anastasio. Ego quidem ad patres meos vado, quorum fidem servavi: non cessabo autem incre-scens Domino, usquequo venias, & ingrediamur iudicium. Eodem anno Alexandria multi viri, ac mulieres, & pueri atrociter à dæmonibus obseSSI repente latrabant. In somnis autem quidam vidit quandam dicentem, quia propter anathematismos Synodi Chalcedonensis patiuntur isti. Vicefimo deinde & septimo Imperii Anastasi anno, vidit idem Imperator in visu virum terribilem portantem codicem, qui hunc aperiens, & inveniens nomen Imperatoris, dicit ei: Ecce propter malam fidem tuam deleo decem & quatuor, & delevit eos. Ex-pergefactus autem, & advoco Prafectorio Adamantio, dixit ei visionem. Et ego, ait ille, vidi hæc ista nocte, quia assistenti mihi imperio tuo porcus magnus veniens, & comprehensâ pretextâ meâ, projecit me in terram, & intererit. Convoca-to ergo Proculo conjectore, dixit ei quæ visa fuerant, qui quod ambo forent post paululum morituri predixit. Anastasius itaque cum in hæ-resi, in quam delapsus fuerat, perseveraret, duasque in Christo naturas, Deitatis videlicet, & Humanitatis, Eutychium hæresiarcham sequens, denegaret, Hormisda Papa, qui Sym-macho successerat, direxit Evidium Ticinensem Episcopum, aliosque cum eo Constanti-nopolim (15) cum Catholicæ fidei scripto, quatenus Anastasium ad Ecclesiæ gremium re-ducerent, qui non solùm salubria eorum monita sprevit, sed insuper etiam à suis conspe-cibus non sine contumelia expulit, navique fragili impositis, mandat, ne uspiam per totam Græciam ad aliquam civitatem accederent. Quam ejus impiam temeritatem divina ultio continuo subsequuta est. Nam cum vicefimum & septimum annum Imperii ageret, (16) mortuus est, & imperavit pro eo pius Justinus, vir senior, & multum peritus, qui à militibus incipiens, usque ad Senatum profecit. Quidam autem ajunt, quod divino fulmine Anastasius percussus perierit.

J U S T I N U S.

Anno ab Incarnatione Domini D XI. (17) Justinus Curopates Illyricus genere, vir Catholicus, Augustali potitus est solio. Ad hunc ob causam redintegranda fidei directus ab Hormisda Pontifice, vir sanctitate præcipius, Germanus Capuanæ urbis Episcopus, dignè suscep-tus est, multorumque dubia corda in fide solidavit. Eo tempore apud Africam defuncto Transmundo (*) Vandalorum rege, Arrianæ perfidiæ, Childericus (*) ejus filius ex Eudoxia captiva, Valentiniani principis filia, ortus, Vandalo-rum regnum adeptus est, qui non patrem hæ-reticum, sed matris catholicæ monita sequens, cultor rectæ fidei enituit. Hunc pater Transmundus ad mortem veniens, quia tenebat (*) eum catholicæ parti favere, sacramenti nodis ad-stringere curavit, ne unquam in suo regno Ca-tholicis faveret, atque consuleret. Qui mox ut suus genitor vitâ caruit, priusquam etiam regni jura assumeret, universos Episcopos, quos Transmundus in exilium coegerat, re-gredi fecit, eisque Ecclesiæ reformari præcep-it, septuaginta jam & quatuor annis evolutis, ex quo a Genserico avo suo primitus apud Afri-cam Ecclesiæ fuere destructæ. Tertio Justini principis anno moto bello inter Romanos, & Per-sas, misit idem Justinus legatos, & munere ad Zelioben (18) regem Hunnorum, & repromisit ille

(13) A. Evidium semper.

(14) A. Grangas.

(15) A. Constantinopolim legatos &c.

(16) A. ageret, ita fulminis percussus interiit. Amo &c.

(17) A. D X V I I I . Junto Anastasio heretico Justinus Catolicus &c. (*) A. Transmundo. (*) A. Hildericus.

(18) M. Zelioben. (*) A. cerebat.

ille cum juramento, se Imperatori contra Persas auxilium praestitum. Mittentem autem deinde ad se regem Persarum admisit, & suadentis promisit, etiam ipsi hoc praestitum contra Romanos. Sane Justinus haec ediscens tristatus est valde. Porro direxit Zeliobes ad Persas viginti milia ad expugnandos Romanos. At vero Justinus destinavit Chuadi regi Persarum legationem pro pace, & quasi super alio quodam scribens, etiam de Zeliobe significavit, quia opitulationis jura menta cum Romanis habet, & quia munera accepit multa, & vult proditor Persarum fieri, & quia oportet nos cion simus fratres, ad amicitiam venire, & non a canibus istis illudi. Tunc Chaudes accersens secretò Zelioben, sciscitatus est, si accepisset à Romanis munera, horratus eos adversum Persas. Quis dixit: Etiam. Et iratus Chaudes occidit eum, & per noctem missa multitudine Persarum, interfecit populum ejus, suspicatus, quod dolo ad illum venissent. Quotquot autem potuerunt fugere, redierunt ad propria. Quinto anno Imperii Justini Zatus rex Lazorum recedens à regno Persarum, regnante Cabade, & Zatum amante, qui etiam illum in regem provexerat Lazorum, vénit Byzantium ad Justinum, & rogavit eum, ut fieret Christianus, & ab ipso appellaretur Imperator Lazorum. At Imperator grindi cum gaudio illo suscepito, illuminavit eum, & filium appellavit. Profectus autem Lazorum Imperator a Justino, portavit coronam, & chlamydem (19) Imperatoriam albam. Quo comperto Cabades Persarum rex, significavit Justino dicens: Quia cum amicitia, & pax sit inter nos, quo inimicorum sunt agis, & eos qui sub potestate Persarum erant à seculo, assūmis. Qui remisit ei: Nos quenquam subjectorum Imperio tuo neque assumpsimus, neque subvertimus, sed ascendens Zatus ad Imperia nostra, procidens deprecatus est, ut ab scelesto, & pagano dogmate, impiusque sacrificiis, & errore dæmonum liberaretur, & accederet ad cretorem omnium Dominum. & fieret Christianus. Hunc nos baptizantes absolvimus ad propriam regionem. Ex tunc ergo faila est amicitia inter Romanos, & Persas. At vero in Orientis partibus, cum adhuc eo tempore per singula loca hæresis Arriana vigeret. Justinus sexto Imperii suo anno, Orthodoxæ fidei studio omnimodis satagere coepit, ut hæretorum nomen extingueret, statuitque ut ubique eorum Ecclesiæ Catholica religione consecraret. Quod dum in Italia rex Theodoricus Arriana lue pollutus audisset, Joannem Papam, simulque cum eo Theodorum Hypatium, (*) atque Agapitum Consulares viros, atque (**) Agapitum Patricium Constantinopolim ad Justinum Principem misit. Mandat quoque per eos, interminans, quod nisi quantocuyus Hæreticis suas Ecclesiæ redderet, eoque in pace degere sineret, universos Italæ populos ipse gladio extingueret. Qui pervenientes ad Augustum, cum ab eo, ut dignum erat, suscepti essent, magnis cum de sua, suorumque salute solliciti, fetibus postulant, ut suæ legationis seriem, quanquam esset injusta, libenter exciperet, Italique periturae consuleret. Quorum fetibus Justinus permotus, eis quod petebant concessit, Arrianosque sui juris reliquit. Dum hi in itinere demorantur, Theodericus rabie suæ iniquitatis stimulatus, Symmachum Exconsulem, ac Patrium & Boetium Senatorem, & Exconsulem Ca-

A tholicos viros, gladio trucidavit. His diebus extincto à Francis Alarico Visigothorum rege, Theodoricus per Hyppam (20) suum comitem plusquam triginta millia Francorum cædens, Thiodem (*) suum armigerum post mortem Alarici generi, (*) tutorem Athalarici constituit. Joannes vero Pontifex revertens à Constantiopolis, dum cum his ierat, cum quibus erat prefectus ad Theodoricum Ravennam venisset, Theodoricus malitia commotus, quod eum Justinus Catholicæ pietatis defensor honorifice suscepisset, eum simul cum sociis carceris afflictione peremit. Sed hanc ejus immanissimam crudelitatem, mox animadversio divina sequuta est. Nam post hoc facinus nonagesimo nono (21) die subitanea morte desunctus est. Cujus animam solitarius quidam apud Liparam insulam, vir magnæ virtutis, aspergit inter Joannem Papam, & Symmachum Patricium deduci, & in ollam Vulcani, quæ ei loco proxima est (*), demergi. Igitur Theodoricu tali modo punito, Gothi sibi Athalaricum, de quo præmissum est, ex Theodoricu regis filia procreat, cum eadem Amalasuinta matre sua in regnum præficiunt. (22) Interre Cabades rex Persarum, filius Perozi, multa millia Manichæorum cum Episcopo eorum Indizaro (23) uno die peremit, una cum senioribus Persis, qui consensu eorum erant. Filium enim ejus nomine Phatuarsan Manichæi à puero istruente, reprobabat ei dicentes. Quia pater tuus senuit, & si contigerit eum mori, principes magorum unum fratrum tuorum faciunt Imperatorem, eo quod teneat dogma ipsorum. Nos autem possumus per orationes nostras suadere patrem tuum abrenunciare Imperio, & te promovere, ut ubique confimes dogmata Manichæorum. Qui repromisit hoc facere si imperasset. Cum autem hæc Cabades cognovisset, iussit conventum fieri, quasi facturus filium suum Imperatorem; omnes jubens Manichæos una cum Episcopo eorum, & mulieribus, & liberis adesse conventui, similiter & principem magorum Glonazem, & magos, & Christianorum Episcopum Boazanem, dilectum à Cabade, ut medicum optimum. Et convocatis Manichæis ait. Gaudio super dogmate vestro, & volo vobis dare dum vivo filium meum Phatuarsan, ut consentaneum vestrum, sed segregate vosmetipso ad recipiendum eum. Qui fretri fiducia semetipso segregaverunt. Cabades autem præcipiens exercitus suos ingredi, omnes cecidit gladiis cum Episcopo eorum, sub conspectu magorum principis, & Christianorum antistitis. (24) Igitur terramotus cùm apud Antiochiam adhuc teneretur, Euphrasius Episcopus obrutus est, & mortuus à terramotu, & omnis domus, & Ecclesia cecidit, & pulchritudo civitatis exterminata est. Non enim facta est divinitus talis ultio in alia civitate per omnes generationes. Ac piissimus Imperator Justinus bis cognitis plurimis animo doluit, ita ut ablato diadema à capite suo, & purpura, lugeret in sacco, sedens per multos dies, adeò ut in die fisto procedens ad Ecclesiam, non sit passus portare coronam, vel chlamydem. Porro mense Aprili ejusdem indictionis (25) ægrotus Imperator Justinus effectus, provocit dum adhuc viveret, in Imperatorem Justinianum filium sororis suæ, qui & coimperavit in mensibus quatuor. Mense autem Augusto ejusdem indictionis quinto (*) Justinus obiit apud Constantinopolim, cùm Augustalem dignitatem undecim annis administrasset. (26)

(19) Χλαμιδα βασιλικην απλω. (*) A. Theod. (**) A. n. potis.
 (20) A. Istan. (*) A. Imperium.
 (21) A. XCIII. (**), A. aliumque.
 (22) A. præficiunt. Si vero Justinus cùm &c.

23) A. Indizaro. (**) A. Theod. (**) A. n. potis.

24) A. Muniti anno VI. MXVII. Dñis. I. carnationis

DIXVIII. motus te ræ aij d. Antiochian. (**), A. erat.

25) A. quintæ indictionis. (**) futo legendum quinta.

26) A. admittitress. t. pul. Constantinopolim in face quievit.

INCIPIT LIBER SEXTUSDECIMUS.

JUSTINIANUS.

Anno ab Incarnatione Domini DXXI. (1) Justinianus Romanorum solus Augustalem adspersus est principatum. Qui mox ut imperialia jura suscepit, ad reparandum Reipub. statum animum intēdit, ac primū per Bilitarium (2) Patrium, ingentem virum, Persas aggressus est, qui, transgressis Romanorum terminis, eorum regiones graviter depopulabantur. Quos Bilitarius magnis præliis fudit, atque ex voluntate Principis Constantinopolim triumphans ingressus est. Interea rex (3) Herulorum Gethes nomine vènit Constantinopolim cum populo suo, & petuit Imperatorem quod fieret Christianus. Qui baptismatum in Theophaniis suscepit eum ex baptisme, reprimittentem auxiliari ei in quibuscumque voluisset. Eodem anno adhæsit mulier quedam Romanis ex Hunis, qui dicuntur Saber, nomine Boazer, vidua, habens secum Harmorum centum millia. Tum & rex Harmorum, qui sunt iuxta Bosporum, nomine Gorda, accessit ad Imperatorem, & factus Christianus suscepitus est ab Imperatore, & multis ei præstitis donis, misit eum in regionem ipsius ad custodiendas Romanas res, & Bosporum civitatem, que pro eo quod Romanis per singulos annos boves pro pecunias inferebat, Bosporus appellata est. Locavit autem & militum Romanorum numerum, & Tribunorum custodire civitatem, propter Hunos, & exigere tributabrum. Promulgavit autem formam de Episcopis, & æconomis, & orphanotrophiis, & xenodochiis, ne hæreditate possiderent aliqua, nisi quæ prius quam proveherentur habuisse probarentur, de quibus & testamentum emittere possent. Ab hac vero bora, qua promoveretur, neminem habere licentiam disponendi, sed omnia ipsius venerabilem domum hæreditari. Exposuit Imperator leges validas contra libidinosos, & multi puniti sunt, & factus est timor multus, & cautela. Renovavit etiam contrarias leges, faciens singularem Codicem, & vocans eum Novellas Constitutiones, in quibus non permittit principem in locis, quibus præstet, emere possessionem, aut ædificare domum, aut hæreditari extraneam personam, nisi qui sibi cognatus existat. Eodem anno passa est à divina indignatione rursus Antiochia post duos annos prioris passionis, & factus est terremotus magnus, & tempestas gravissima, & litanias faciebant qui remanerant, omnes discalceati (4) clamantes, xupis & incor. Apparuit autem in visu Dei cultori homini, ut diceret omnibus residuis, quod superscriberent in superliniaribus suis: Christus nobiscum, state. Quo facto stetit ira Dei, & rursus Imperator, & Augusta multas pecunias donaverunt in recuperationem, & ædificationem Antiochenium civitatis, quam cognominavit Theopolim. Porro duodecimā Kalendarum Aprilium septimā indictionis, irruit Alamundarus Zerices regulus Saracenorum, & depredatus est Syriam primam, usq; ad terminos Antiochiae, in locum qui dicitur

A Litargum, & occidit multos, & incendit extēriora Chalcedonis. Et audientes primores Romani, excierunt adversus eos. Quo comperto, Saraceni una cum Persis sumptā, seu captiū, vel prædā, fugere. Præterea Samarita, & Judæi in Palæstina Imperatorem quendam Julianum coronantes, & arma contra Christianos commenentes, rapinas, homicidia, & incendia operati sunt, quos Deus tradidit in manus Justiniani, & interemit eos, & decollavit Julianum tyrannum. Tertio namque Imperii sui anno Justinianus Imperator promulgavit legem, ut non essent (5) Pagani, nec Hæretici, nisi soli Orthodoxi Christiani, datis illis inducis usque ad menses tres ad conversionem. Interea Athalaricus rex Gothorum, cùm necdum expletis pueritiae (6) annis regnasset, immatura morte præventus, vitæ subtractus est. Cujus mater Almasuinta (7) post ejus funus Theodatum sibi (*) adscivit in regnum. Sed Theodatus idem collati sibi immemor beneficij, post dies aliquot eam in balneo strangulari præcepit. Et quia ipsa, dum adhuc viveret, se, suumque filium commendarat Principi, auditâ Justinianus Augustus ejus morte, gravi mox adversus Theodatum iracundia exarsit. Sentiens se Theodatus infensum habere Principem, beatum Papam Agapitum Constantinopolim misit, quatenus ei apud Justinianum facti impunitatem impetraret. Qui sanctus Pontifex cùm Justinianum principem adiisset, factâ cum eodem de fide collocutione, reperit eum in Eutychetis dogma corruisse. A quo pridem graves minas beatus Antistes perpessus est. Sed cùm illius inconcussam in fide Catholica se invenerit (siquidem ad hoc usque progressum fuerat, ut talia à Præfule audiret: Ego ad Justinianum Imperatorem Christianissimum venire desideravi, sed nunc Diocletianum inveni) tandem ex voluntate Dei ejus monitis acquiescens, ad Catholicæ fidei confessionem, patriter cum multis, qui simul despiebant, reversus est. Anthimum quoque ejusdem regiæ civitatis Episcopum, præfatae hæreseos defensorem, convictum publicè communione privavit, ac persuaso Principe in exilium coegit. Nec multò post idem Pontifex apud eandem urbem (8) obiit. Septimo deinde Imperii Justiniani anno facta sunt Vandalica bella. Episcopus autem quidam Orientalis partis deterruit Justinianum Imperatorem, ex Deo sibi visionem factam, jubentem sibi ad Imperatorem accedere, & postulare Christianos, que erant in Libya liberare à tyrannis. Quibus Imperator auditis, retinere mentem ultra non potuit, sed tam exercitum, quænaves circumdedidit armis, & viualia preparavit: Bilitariumque in procinctu esse præcepit, in Libyam prætorem mittendum, quem, & Prætorum Imperator principaliter in omnibus latuit. Erat autem cum eo, & Procopius barum rerum conscriptor. Trajicentes autem à Pegia urbe abiuerunt Abydum. Bilitarius autem curabat, quatenus universus solus simul navigaret, & in prælium idem ipsum diverteret: Cinq̄ue ad Siciliam pervenissent, misit

(1) A. DXXIX. Justinianus sororis Justini filius Rom. principum nonus, & quadragesimus Augustalem &c.

(2) Bilitarium semper Amb.

(3) MS. Fr. Pithœi. Eodem anno sinuare imp. Justinianus Imp. olimuit; rex autem II. Herorum Grecæ nomine &c.

(4) Fr. Pithœi & projectores se super nives.

(5) MS. militarent. Vido hanc constitutionem C. de Haereticis l. 18. edit. Contii,

(6) A. pr̄ pueritiae, quatuor.

(7) A. Malasuinta. (*) A. socium.

(8) A. diem obiit. Interea ad Siciliam suam iam multis labentibus annis Vandali possidebant, à Justiniano cum exercitu Bilitarius missus est, qui mox prælio cum Vandalis commisso, eorum magnas copias fudit, regemque ipsorum G. lisinum vicum capiens Constantinopolim misit. Carthago quoque post annum sis exercitii XCVI recepta est. Porro dum Agapitus &c.

misi Procopium conscriptorem Syracusam, si forte inveniret quosdam, qui se in Libyam ducerent. Ipse vero stolo accepto ad Caucanam properavit, villem ducentis à Syracusa stadiis differentem. Procopius vero Syracusam ingressus escas emit, consequitus quoque inopinata virum, qui sibi fuerat à pueri amicus, quique habens experimentum Libyæ locorum, & maris iter, tres tantum dies transferant, ex quo Carthaginem venerat, & assertorbat omnem securitatem illos habere, & non metuere quenquam eorum, quod adversus se moverent exercitus: ita ut à quatuor mansionibus malis Gelimer (9) moraretur. Hunc ergo assumptum Procopium ad Caucana perveniens, Bilitarius presentauit, (10) & exiit in quoddam predium, ageremque, ac vallum profundum facientes, castrametari sunt. Ubi & cum locus inaquosus esset, vallo effosso, terra protulit aquam ad omnem utilitatem animantibus, & exercitibus. Sequenti vero dic populus ad prædiam prorupit. Prætor autem his accersitis, hæc ad eos loquutus est: Violentiam quidem inferre, alienisq; pasci, injustitia est in omni tempore, maximeque nobis in periculis constitutis. Ego enim in hoc fisis, vos in hanc terram transi, ut justitia, & opere bono tam Deum placemus, quam Afros ad nosmetipos adtrahere procuremus. Hæc autem vestra intemperantia in contrarium nobis proveniet, & ager ut Afri Vandali auxilientur; sed acquiescentes verbo meo, ementes escas apportate, & neque injusti esse videamini, neque amicitiam Afrorum in iniuriam convertatis, sed Deum potius studeat placare, cessate insilire in aliena, & lucrum excutere periculis plenum. Mittens autem Bilitarius electum exercitum, urbem sine labore comprehendit: Nocte enim ad eam accedentes, & una cum introeuntibus plaustris rusticorum ingredientes, hanc obtinuerunt, & cum dies factus fuisset, tam Sacerdotem, quam hujus civitatis primos captantes ad Prætorem destinaverunt. Bilitarius itaq; Carthagine capta, commonebat milites dicens: Videite commilitones, quam prospera facta sint nobis, quomodo sobrietatem erga Afros ostendamus: videte, & honestatem in Carthagine conservate, & ne quis quenquam opprimat, nec quicquam ipsius surripiat. Cum enim multa mala fuissent à Vandali Barbaris viris perpetrati, Imperator noster misit nos eis ad libertatem donandum. Hæc commonens Carthaginem introivit, & ascendens palatium in Gelimeris folio sedidit. Ad quem negotiatoris Carthaginis venerunt, & quotquot juxta mare manebant, queritantes se rapinam à classibus pertulisse. At vero Caloninum navium principem juramento constrainxit, quatenus omnia, quæ raptæ fuerant apportaret, & propriis dominis redderet. Qui defraudans ex eis, & perjurans, non post multum vindictam exolvit. Nam extra sensum effectus, sum ipsius lingua comedens obiit. Ita vero Prætor sine tumultu urbem possidebat, ut nec injuriam cuiquam inferret homini, nec in foro quenquam observare domum contingere, sed ementes milites manducabant. Eos vero Vandulos, qui ad sacra configerant, fide prestita educebat. Murorum vero civitatis diligentiam exhibebat, cum antea per negligentiam ruerent. Porro dicebant & vetus verbum Carthaginæ dictum, videlicet, Gamma persequebatur Beta, nunc Beta Gamma, quod videtur esse perfectum. Prius enim Gensericus Bonifacium insequutus est, nunc vero Bilitarius Gelimerem. Præterea tot pecunias multitudo reperit, quot in nullo loco unquam esse contigerat. Denique Romanorum prin-

Tom. I.

(9) MS. Pith. Scellum.

(10) A quibus compertis Bilitarius transmeavit.

A ciatum depopulantes pecunias multas in Lybiam transtulerunt. Et quum ipsa civitas, & regio optima, & fœcunda esset, pecuniarum redditus eis effecti sunt multi. Nonaginta quippe & quinque annis Vandali Libyam tenuerunt. At cum multas divitias colligissent, illa die in manus Romanorum omnes divitiae redierunt. In tribus enim mensibus, cùm pugnasset Bilitarius, idest, à Kalendas Septembribus usque ad Kalendas Decembrias, totam Libyam subdidit. Misit autem Joannem Armenium cum ducentis electis persequi Gelimerem, donec eum vivum, aut mortuum comprehendenderent. Qui præcupans Gelimerem comprehensurus erat, nisi res contigisset bujusmodi. Uliares quidam ex Bilitarii armigeris erat cum Joanne, qui vino inebriatus in reprobum sensum venit. Videns autem avem super arborem sedentem, tenso arcu jecit adversum avem, & avum quidem consequutus non est, Joannem vero retro in cervicem percussit, qui flagatus mortuus est, multum luctum tam Imperatori Justiniano, quam Bilitario, & cunctis Romanis, & Carthaginensis bus derelinquens. Taliter Gelimeres aufugiens illa die ad Maurulos properavit. Quem Bilitarius persequutus, in parvo (11) monte in novissimis Numidiæ circumclusit, hunc obsidens per hymen, deficientibus ei omnibus necessariis. Panis enim apud Maurulos non fit, neque vinum, neque oleum, sed far, & hordeum immaturum, ut irrationalia animalia comedunt. Hos incidentes Gelimerus, scribit ad Pharan, quem Bilitarius ad custodiendum eum dereliquerat, ut mitteret sibi citharam, & p. in. m. urum, & spongiam. Pharas autem habebat quidnam esset hoc, donec qui detulerat epistolam dixit, quia panem desiderat videre Gelimer, non videns panem ex quo ascendiit in montem, spongiam autem propter oculos non lotos, ac per hoc laeros, quatenus hos synceros spongia reddat: porro citharam, ut calanitatem lamentetur, & defleat. His auditis Pharas condolens, & fortunam humanam deflorans, secundum ejus scripta faciebat, & multa ei misit, quibuscumque Gelimer egabat. Præterea cum hymns transisset, metuens Gelimer obsidionem Romanorum, & cognatorum misertus filiorum, qui vermes in obsidione, & miseriæ fecerant, dissipatus est mente, & scripsit ad Pharan, quod si dei verbo recepto, ipse & qui secum essint, ad Bilitarium properarent. Quo hoc certum iurando reddente, assumpis omnibus, Carthaginem venit: Bilitarius autem hunc gratanter accepit. At vero Gelimer ridendo ad Bilitarium introiit. Quem alii quidem superficiate passionis excessisse, que sunt naturæ, delirunque sufficabantur iudicetum. Amici vero hujus, & sagacem hominem hunc esse cogitabant, & cum fuerit rex, & regii generis, & virtutum validam, pecuniasque magnas haberit, quomodo in fugam versus est, & multa mala ferulit, & nunc ut captivus duclus est, nihilque præter multum risum, dignaque hominum arbitratu circa eum esse perhibebantur. Bilitarius autem cum cum principibus omnibus Vandolorum non in dehortatione custodiebat, ut ad Imperatorem Justinianum Byzantium duceret. Cyrius vero statim Bilitarius cum capite Zatinonis (12) fratris Gelimeris in Sardum insulam missus, quæ Kirrus vocabatur, hanc primam Romanis subegit. In Cæsaream vero, quæ est in Mauritania, Joannem alium distinavit, quæ triginta dierum itinere à Carthagine distans, penes Gadira, & solis occasum jacet, aliumque Joannem ex protectoribus unum in fretum, quod est in Gadira,

O diris,

(11) MS. Pith. Pappua.

(12) MS. Pith. Lazous.

diris, & in castellum, quod Septum vocant, dixit. Porro in insulas, quæ juxta Oceanum sunt, Majoricam scilicet, & Minoricam, Apollinarium destinavit vrum bonum. Misit autem & in Siciliam quosdam Afrorum, & castrum Vandorum comprehendere jussit. Gothi quoque, qui hoc custodiebant, matri Athalarici hæc nota fecerunt. Quæ scripsit ad Bilisarium, ne idem castrum tyrannice ob sideret, quousque Imperator Justinianus sciret, & quod sibi visum esset efficeret. In his ergo Vandalicum bellum finem accepit. Verum invidia, ut in magna felicitate fieri contigit, etiam in Bilisarium cecidit. Quidam enim derogaverunt ei penes Imperatorem, quod tyrannidem meditaretur. At Imperator misso Salomone tentat Bilisarii voluntatem, utrum cum Gelimere, & Vandali veniret, an manens eum illuc transmitteret. Bilisarius autem Byzantium profectus est, Salomone Prætore apud Libyam derelicto. Cumque Bilisarius unà cum Gelimere, & Vandali perverisset, magna præmia percipere meruit, quibus nimis temporibus priscis Romanorum in maximis victoriis digni efficiebantur. Sexcentis enim annis transactis nemo ad talem pervernit honorem, nisi Titus, Trajanus, & alii Imperatores, qui Magistratus contra Barbaricas nationes obtinentes, mirabiliter triumphaverunt. Exuviasque ostensis, & ex bello mancipiis, in media urbe pompis hæc publicavit, quod triumphum Romani vocant, sic, veteri quidem modo, sed pedestri incedens, in domum suam, usque ad Hippodromum. Erant autem exuviae, quicquid administratorio principis ordini competit, id est throni aurei, & effæde, quibus regum uxores vehebantur, ornatus etiam de lapidibus pretiosis compositus, argenti quoque multa millia talentorum, & diversorum Imperialium vasorum, quæ Gensericus despoliato Romano palatio in Africam tulit, inter quæ erant & Iudaorum vase, quæ Titus Vespasianus filius post captam Hierosolymam, Romam detulerat. Mancipa verò erant ex triumpho, tam ipse Gelimer vestimentum quoddam portans purpureum, & cognatio ejus universa. Vandorum quoque quotquot valde prolixæ statuæ, ac boni corporis erant. Cumque Gelimer in Hippodromum pervenisset, & tam Imperatorem supra Tribunal sedentem, quam ex utraque parte vulgus astans vidisset, non quiescebat clamans. VĀNITAS vanitatum, & omnia vanitas. Pertingentem autem eum juxta Imperatoris tribunal, purpurā ejus ablatā pronuncadere, & adorare Imperatorem coegerunt. At verò Imperator Gelimeri prædia in Galatia multa contulit, & amœna, & cum omnibus suis cognatis in his habitare permisit. Verum in ordinem Patricii non provexit, eo quod ab Arrii setta discedere minimè consentiret. Salomone præterea Remp. moderante, Maurusi præmium adversus Afros moverunt. Porro Maurusi ex gentibus descendunt, quas Jesus Næve ex regione Phœnicum à Sidone ad Ægyptum, usque habitantes abegit. Qui pervenientes Ægyptum, & non recepti ab eis, ad Libyam veniunt, & hanc inhabitibus eis, novissimo tempore Imperatores Roterram obtinentes hanc, Hoen nominaverunt, statuentes titulos duos supra magnum fontem ex lapidibus candidis concavos habentes literas Phœnicæas dicentes hæc. Nos sumus qui fugimus à facie Jesu latronis, filii Nave. Erant autem, & aliae gentes in Africa primùm indigenæ, habentes regem Asclepium, qui Herculi conregnauit, quem terra filium esse asseveraverunt, qui Carthaginem considerunt. Salomon autem à Carthagine sumptis exercitibus contra Maurusios proferavit. Qui in-

A fugam versi, & in precipitia se demergentes, se metipos interficiunt. Mortui verò in hoc bello sunt Maurusiorum quinquaginta (13) milia, Romanorum verò nullus penitus. Quia nec ictum quisquam eorum ullum accepit, sed prorsus omnes incolumes victoriam consequuti sunt. Plurimi verò Principum ipsorum Romanis adjuncti sunt. Virorum, mulierum, atque puerorum tantam multitudinem Romanî ceperunt, ut ovis unius pretio servum Maurusianum emere volentibus venundarent. Et tunc eis vetus eloquium, cuiusdam divinæ fæminæ contigit, quæ maledicens eis sic ait: Multitudo eorum à viro fine barba peribit. Salomon quippe à puero eunuchus præter voluntatem est effetus, præ passione genitales partes amittens. Porro totâ Libyâ receptâ Carthaginem rediit. Præterea vere incipiente missus est Bilisarius Siciliam Romanis facere tributariam. Ubi eo byemante, Romani Libyæ contra Salomonem similitates fecerunt hoc modo. Acceptis enim interemptorum uxoribus Vandorum, habebant & agros eorum ut suos, & solvere pro eis tributa nolabant Imperatori. At verò Salomon commonebat eos dicens, ne contradicerent Imperatori, sed huic omnia, quæ deliberata fuissent, penitus redderent. Ceciderunt autem quidam eorum, maximè Gothorum in Aria seclam, quos Sacerdotes Ecclesiæ segregabant, & nec liberos eorum baptizare volebant. Unde & in die fisto simultas facta est. Consiliati sunt verò milites Salomonem in templo perire. Qui hoc auditio, suadebat eis à seditione recedere. Quod non post pauca obtinuit. Porro dum Agapitus Romanus Pontifex, qui à Justiniano Principe pacem Theodato postularat, apud Constantiopolim obiisset, Justinianus Bilisarius Patrium multis jam præliis gloriosum adversus Theodatum dirigit, ut etiam Italiam à Gothorum servitio liberaret. Bilisarius itaque, dum aliquantum temporis apud Siliciam moram faceret, rex Gothorum Theodatus extensus est. Hujus in locum Vithegis (14) successit, qui mox ut regnum invasit, Ravennam profectus Amalasuintæ reginæ filiam per vim auferens sibi in matrimonium junxit. Conceptas ergo contra Theodatum Bilisarius bellum vires in Vithegim convertit, egressusque de Sicilia ad Campaniam, Neapolim adit. Quem Neapolitani cives noluerunt excipere. Qui indignatus acriter ad ejusdem urbis expugnationem totis se viribus erexit, aliquantisque fortiter impugnatam diebus, tandem per vim capiens ingressus est, tantaque non solum in Gothos, qui ibi morabantur, sed etiam in cives irâ defecit, ut non ætati, non sexui, postremò non Sanctorialibus, vel ipsis etiam Sacerdotibus parceret. Viros in conspectu conjugum, miserabile visu, perimevit, superstites matres, ac liberos captivitatis jugo abduxit, (15) cuncta rapinis diripiens, nec à sacrosanctis Ecclesiæ expoliandis abstinuit. Indeque egrediens Romam properavit. Quo Romam ingresso, Gothi, qui in Urbe morabantur, noctu egressi, relictis patribus portis, Ravennam confugiunt. Vithegis, ut talia comperit, mox adversum Bilisarium Romanum cum ingenti exercitu venit. Bilisarius autem non aptum sibi bellandi tempus conjiciens, intra Urbis moenia se clausit, eamque munitionibus circumsepsit. Gothi verò Urbem obsidentes universa per circuitum direptionibus, & incendiis absunt. Quoscumque Romanos periunt, gladio extinguunt, cuncta loca sacra denudantes, ipsis etiam venerabilium Martyrum tumulis manus impias inferunt, continuè Ur-

(13) MS. Pith. quinq. nta.

(14) A. Vitegis itaque semper. (15) A. addixit.

Urbem impugnant, sed cautâ Bilisarii industrâ defensatur. Præter bellum instantiam angebatur insuper Roma famis penuria. Tanta siquidem per universum mundum eo anno, maximè apud Liguriam, fames excreverat, ut sicut vir B. Dacius Mediolanensis antistes retulit, pleraque matres infelicium natorum considererent membra. Cumque per annum *continuum* Goths Romam obsedissent, demum territi Ravennam rediere. Bilisarius vero (16) sedulè à Papa Sylverio acriter increpatus, cur tanta, ac talia homicidia Neapoli perpetrasset. tandem correpatus, & penitens, rursus proficisciens Neapolim, & videns domus civitatis depopulatas, ac vacuas, tandem reperto consilio recuperandi populi, colligens per diversas villas Neapolitanæ civitatis viros, ac mulieres domibus habitatores innisit, idest Cumani, Puteolanos, & alios plurimos Liguriæ degeneres, & Playa, & Solá, & Piscinula, & Loco-troccla, & Sunnâ, aliisque villis: nec non Melanos, & Surrentinos, & de villa, que Stabii dicitur, adjungens viros, ac mulieres, simulque & de populis Cymiterii adjunxit. Non post longum tempus rursus pugnaturus cum Vandals in Africam pergens, victoriam de eis adeptus est. Ex quorū reliquiis Africæ terra captivorum, nec non Siciliæ, & Syracusæ civitatis, simulque civitatum Calabriæ, idest Maliti, Consentiae, villarumque earum populos, atque totius Apuliae colligens, depopulatam implevit. Tamen sapissime in collectione populorum de singulis urbibus venientium solet accrescere stultiloquion, ac propterea annualiter illis dirigebat Prætor Siciliae virum nobilem, ac sapientem, qui judicaret, & discerneret ea, quæ illi minime sciebant. At vero Bilisarius Neapolim ordinatam relinquens, Romanum ingressus (17) est. Statimque ei à Theodora Augusta præceptio allata est, ut Papam Sylverium convictum accusatione falsorum testimoniis, in exilium truderet, eo quod Anthimum hæreticum Constantinopolitanum Episcopum recuperatione recipere (18) noluisset. Quod Bilisarius, licet nolens, nihil moratus effecit. Pulsus denique est Papa Sylverius ad Pontiam insulam, in qua & exulans obiit. Vithegis vero coacto rurus in unum magno Gothorum exercitu cum Bilisario confixit, factâque maximâ suorum cœde in fugam conversus est. Quem Joannes Magister militum, cognomento Sanguinarius, noctu fugientem persequens, *virum* comprehendit, Romamque ad Bilisarium adduxit. Patratâ Bilisarius victoriâ, Constantinopolim rediit secum Vithegim deferens. Quo viso Justinianus valde lætatus est, eique non multò post Patricio effecto administrationem, illi (19) Persarum tribuit terminos. Ibique Vithegis degens vitam finivit. Bilisarius vero dignis evectus honoribus, iteratò ad Africam adversus Vintaritmittitur, qui Vandals rursus solicitans apud eos (20) regnavit, qui ut Africam attigit, Vintarit sub dolo pacis illico peremit, residuos Vandalorum Reip. jugo substravit. Exinde Bilisarius viator Romanum vénit, auream crucem centum librarum, pretiosissimis gemmis exornatam, in qua suas victorias descriperat, Beato Pe-

Tom. I.

- (16) A. vero proficisciens Neapolim, et inque, ut competebat ordinatam &c.
 (17) A. regressus est.
 (18) A. recuperare noluisset.
 (19) A. juxta Persarum terminos tribuit, ibique &c.
 (20) A. apud eos arripuerat regnum. Bilisarius ut Africam Guntbaritæ &c.
 (21) A. Pater Benedictus.
 (22) Fr. Pith. Elpebadum. A. Heldbadum.

Astro per manus Papæ Vigilii obtulit. His ipsis temporibus apud Cassinum post solitariam vitam sancto degens cœnobio, stupendus (21) B. Benedictus, nec minus futurorum præscius, radiabat virtutibus. Hac etiam ætate gens Longobardorum, amica tunc populi Romani apud Pannonias degebat, quibus in regni gubernaculo Audoin prærerat. Is eo tempore cum Turisendo Gepidarum rege conflgens, per Alboin filium suum juvenem strenuum victoriam nactus est. Deniq; inter ipsas Alboin acies Thurismodum Turisendi regis filium appetentem alacriter aggressus extinxit, perturbatisque hac occasione Gepidis, suis victoriam peperit. At vero apud Urbem Romam Papa Vigilius ob eandem, quam, & antecessor suus causam indignationis Augustæ, per Anthimum Scribonem duetus Constantinopolim, indeque in exilium actus est. Captio itaq; Vithegi, Goths Transpadani Ildebadum (22) sibi regem constituant, qui eodem anno perimitur, cui succedit Eutarius, (*) & ipse, necdum anno expleto, jugulatur. Dehinc Badvillam, qui & Totila dicebatur, sibi in regnum præficiunt. Moxq; collecto undiq; exercitu universam Italiam invadit. (23) Exinde per Campaniam, & viri Dei Benedicti patris cœnobium iter (24) faciens, audire ab eo talia meruit: *Multa mala facis, multa fecisti, jam ab iniunctitate compescere. Evidem mare transiturus es, Romanum ingressurus, novem annis regnabis, decimo moriris. Dein à monasterio descendens, per Lucanianam, ac Brutiorum fines Reginum proficisciens, nec mora Siculum transgressus fretum Siciliam invadit. Indeque revertens Romanum petuit, eamque obſidionibus cinctus.* Quæ tantam famis penuriam passa est, ut præ magnitudine inopinatiorum suorum carnes comedere vellent. Fessis nimium Romanis, nec valentibus moenia tueri, Totila porta Ostiensi Urbem ingressus est. Qui parcere Romanis cupiens, per totam noctem clangere buccinâ jussit, quo se à Gothorum gladiis, aut in Ecclesiis tuerentur, aut quibuscumque modis occulerent. Habitavitque aliquantum cum Romanis, quasi pater cum filiis. Hanc illi, ut conjiciatur, animi benignitatem, qui nimis ante crudelitatis extiterat, Beati Patris Benedicti monitio, quem olim adierat, consultit. Elapsi sanè aliqui è numero Senatorum, Constantinopolim properant afflitti, quibus calamitatibus subjiceretur Roma, Augusto (25) narrant. Qui statim Narset eu-nuchum Cubicularium suum *Exarchum Italæ* fecit, Romanum cum manu valida misit, ut afflictæ Romæ quantocuyus subveniret. Is ad Italiam veniens (26) cum Longobardis fædus init, & ad Alboin legatos dirigit, quatenus ei pugnaturum cum Gotis auxilium ministraret. Tunc Alboin electa è suis manu, direxit, qui Romanis adversum Gotbos suffragium ferrent. Qui per maris Adriatici sinum transvecti, sociati Romanis, magnum cum Gotis certamen inire. Quibus ad internacionem penè consumptis, regem Totilam, qui ultra decem annos jam

O 2 re-

- (23) A. rursus Italiam invadunt. (*) A. Erarius.
 (24) A. iter facientes: perque Lucanianam, ac Brutiorum fines Reginum proficisciuntur; nec mora Siculum transgressi fretum Siciliam invadunt. Inde quoque revertentes eamque obſidionibus circumcludunt. Quæ &c.
 (25) A. Principi.
 (26) A. venient magno cum Gotis certamine confixit. Quibus &c.

regnaverat, interfecit, & vestimenta ejus cruenta, cum corona lapidibus pretiosis exornata misit in regiam urbem, & jacta sunt ad pedes Imperatoris eorum Senatu. Deinde urbes eorum munitas duas capiens, Veronam, & Brixiam, & Romanam civitatem, universamq; Italiam ad Reip. jura reduxit, (27) & Longobardos honoratos multis munieribus ad propria remisit, omniq; tempore, quo Longobardi posseverunt Pannonias, Romanæ Reipub. adversus amulos adjutores fuerunt. Interea Salomon Libyæ commorans, universos muros civitatis illius muniit, & quoniam Maurusii discenderunt à Numida vieti, Zaben regionem, atque Mauritaniam, & Sutiphim (28) metropolim sub tributo Romanis effecit. Alterius enim Mauritaniæ Cæsarea prima metropolis est. Interea Iberum rex Zamanardus nomine, Constantinopolim ascendit ad Justinianum Imperatorem cum uxore, ac Senatoribus suis, rogans eum, ut esset Romanorum concertator, & germanus amicus. At Imperator hujusmodi proposito ejus accepto, multis eum, & Senatores ejus munificentis honoravit. Similiter & Augusta uxori ejus variata gemmis ornamenta donavit, & dimiserunt eos pacificè ad regnum suum. Octavo anno Imperii Justiniani, passa à divina indignatione Pompejopolis Myse, scissa est terra à terræmotu, & obrutum medium civitatis cum habitatoribus, & erant subtrus terram, & voces eorum audiebantur clamantium, ut sibi misericordia præstaretur. Et multa donavit Imperator ad educendos, & adjuvandos, viventesq; liberaliter juvit. Eodem anno tradidit Justinianus ad psallendum in Ecclesia, illud quod canitur: Unigenitus filius, & verbum Dei. Anno imperii Justiniani duodecimo, moti sunt Bulgarum duo reges, Vulger, & Droggo, cum multitidine in Scythiam, & Myiam, cùm esset Magister militum Myse Justinus, & Scythæ Blandarius. Qui exeuntes, contra Bulgares inierunt prælium, & occisus est Magister militum Justinus in bello, & factus est pro eo Constantinus Florentii, & venerunt Bulgares usque ad partes Thraciæ, & egressus est contra eos Magister militum Villici (29) cum Hunnis, quem suscepit Imperator ex sacro baptisme, & in medium missis Bulgaribus conciderunt eos, & occiderunt multitudines copiosas, & receperunt omnem prædam, & vicerunt potenter, occisis duabus regibus eorum. Eodem anno cepit Chosdroes rex Persarum magnam Antiochiam Syriæ. Anno decimotertio Imperii Justiniani, sociatus est Romanis Mundus ex genere Gepidum derivatus. Anno Imperii Justiniani decimoquarto Chosdroes rex Persarum in Romanorum terras quartum fecit ingressum, quem Bilisarius ab Hesperiis veniens, sapientiâ suâ inefficacem redire coegit ad propria. Anno decimoquinto Imperii Justiniani, mense Octobre, facta est mortalitas Bizantii. Et eodem anno Hypapante (*) Domini sumpsit initium, ut celebraretur apud Byzantium, secunda die Februarii mensis. Anno de-

A cimo sexto Imperii Justiniani, contigit debellare invicem reges Azumitenium, Indorum, & Judæorum, ex causa hujusmodi. Azumitenium rex ultra Ægyptum est judicans. Romanorum autem negotiatores per Homeritensem ingrediuntur Azumitenum, & ad interiores partes Indorum, atque Æthiopum. Negotiatores autem secundum consuetudinem ingressi sunt terminos Homeritarum. Damianus eorum rex occidit illos, & abstulit omnia eorum dicens: quoniam Romani malefaciunt Judæis, qui in regione sua sunt, & occidunt eos, & ex hoc solverunt negotiationem interiores Indorum Azumitæ. Et indignatus est Azumitenium rex Adad, mittens Homeritensi: quia laesisti regnum meum, & interiorem Indiam, prohibens mercatores ad nos ingredi. Et venerunt in inimicitiam magnam, & inierunt bellum in alterutrum. Et cùm pugnaturi essent, Adad Azumitenium rex votum vovit, dicens: quia si vicero Homeritensem, Christianus officiar, quia pro Christianis pugno, Deique operatione vicit potentissime, & accepit captum vivum Damianum, regem eorum, & regionem ipsorum, & regna. Gratiasque referens Adad rex Azumitenium, misit ad Justinianum Imperatorem, ut acciperet Episcopum, & clericos, & doceretur, & fieret Christianus. Et gavisus est super hoc Justinianus plurimum, & jussit eis dare quemcumque voluissent. Et elegerunt idem legati, cùm curiosè quæsissent, Mansionarium Sancti Joannis magnæ Alexandriæ, virum venerabilem, & virginem, nomine Joannem, qui sexaginta & duorum erat annorum, quo suscepito, abierunt in propriam regionem ad Adad regem suum. Et ita crediderunt Christo, & illuminati sunt. Anno decimo septimo Imperii Justiniani, factus est terræmotus magnus in universo mundo. Eodemque anno apparuit quidam ex regione Italorum, per villas discursens, nomine Andreas, habens secum canem, rufum, & cæcum, qui iussus ab eo faciebat miracula. Cùm enim staret ipse in foro, & turba in circuitu adesset, clam eodem cane deferebantur astantium annuli aurei, & argentei, & ferrei, & ponebantur in pavimento, quos ille cooperiebat, & præcipiebat cani, & tollebat, & dabat unicuique suum. Similiter & diversorum Imperatorum numismata mixta porrigebat per nomina. Sed & præsto turba astante, virorum scilicet, & mulierum, ostendebat in utero habentes, & fornicarios, & adulteros, & avaros, & magnanimos, ostendebat omnes cum veritate. Unde dicebant, quia spiritum habet Pythonis. Anno Imperii Justiniani decimo octavo diffusum est mare per Thracem milliariis quatuor, & cooperuit eam terram circa partes Odyssæ, & Dionysiopoleos, & multi necati sunt in aquis, & iterum præcepto restitutum est mare idem in loca sua. Anno imperii Justiniani decimonono facta est inopia frumenti, vini, & olei, ac pluvia magna. Et factus est terræmotus magnus Constantiopolis, & eversio, die sancto Paschæ, & cœpit vulgus abstinere à carnis mensa Februario, die

(27) A. reduxit. Quia vero restant abduc quæ de Justiniani Aug. felicitate dicantur, in sequenti, Deo præfule, libello promenda sunt. Hisque verbis explicit in A. liber ultimus Eutropii. Unde nos varie lectioni finem ponimus. Verò quia in Ambrosiana Bibliotheca alter extat hujus Miscella Codex pergamenus recentioris aëtatis, fortasse XV. seculi, in quo ea quæ desunt in altero antiquiori, quem dedimus, descripta reperiuntur concinniori filio, multumque à Canisi Miscella diverso, quippe plura in ea sunt interpolata, opportunum duxi-

mus integras pagellas ab hoc loco ad calcen nucleus editionis attexere, ut quisque pro suo genio Miscella sortem per varia tempora cognoscat.

(28) Fr. Pith. Zaphin.

(29) Aliter Illiricia cum Hunnis.

(*) Ecclesiæ Romanæ dies festus Purificationis B. Mariae Virginis. Græciæ, ac Ambrosiana dies festus Domini. Plura de ipsius institutione eruditissimus Saxius in sua dissertat. apolog. SS. Gervasi, & Protasi num. XIV.

die quarto Imperator autem præcepit aliâ hebdomadâ carnem apponi, & omnes carnium venditores occiderunt, & apposuerunt, & nemo emebat, aut edebat. Porrò Pascha factum est ut Imperator jussit, & inventus est populus jejunans hebdomadâ superfluâ. Anno vicesimo primo Imperii ejus facti sunt terræmotus magni, & pluviae, mortuaque est Theodora Augusta. Similiter & sequenti anno facta sunt fulgura, & tonitrua, ita ut dormientes ex tonitruo lœderentur, atque incendia perè Byzantium. Anno Imperii Justiniani vigesimotertio legatus Indorum vénit Constantinopolim ducens elephantem, & ingressus est Hippodromum. Mense autem Martio exiliit elephas è stabulo noctu, & interfecit multos, alios verò debilitavit. Porrò Junio mense facta sunt encænia Sanctorum Apostolorum apud Constantinopolim, & recondita sunt *λειψανά Andree, & Lucæ* Apostolorum, & transiit Menas Episcopus cum sanctis *λειψανάis* sedens in carruca aurea Imperatoria lapidibus insignita, tenens tres thecas Sanctorum Apostolorum in genibus suis, & ita encænia celebravit. Anno vigesimo septimo Imperii Justiniani, factus est terribilis terræmotus Constantinopoli, & per alias urbes, qui tenuit dies quadraginta. Et paulatim homines compuncti sunt, litaniam agentes, & frequentantes, atque in Ecclesiis commanentes. Cumque multa misericordia Dei facta fuisset, homines ad pejora delapsi sunt. Fit autem memoria terræmotus hujus per singulos annos, in campo litaniam populo agente. Vicesimo octavo Imperii Justiniani anno, facta sunt tonitrua, & fulgura horrenda, & ventus Africus terribilis, ita ut caderet crux, quæ stabat intra portam Rhesii. (30) Anno vigesimo nono Imperii Justiniani, seditionem concitaverunt Judæi, & Samaritæ Cæsareæ Palæstinæ, & facti quasi in ordine Prasino, & Veneto, irruerunt in Christianos ejusdem civitatis, & multos interfecerunt, & Ecclesiæ combusserunt, & Stephanum ipsius civitatis Præfectum in prætorio peremerunt, & substantiam ejus diripuerunt. Uxor verò illius fugiens in urbem, adiit Imperatorem, qui jussit Adamantio Magistro militum descendere in Palæstina, & occasionem exquirere Stephani. Qui veniens eorum, quos reperit, alios suspedit, alios decollavit, alios verò debilitavit, & publicavit. Et factus est timor magnus in omnibus partibus Orientalibus. Tricesimo Imperii Justiniani anno apparuit in cœlo cometa ardens, quasi species lanceæ, à Septentrione, usque ad Occidentem. Tricesimo primo Imperii Justiniani anno, factus est terræmotus horribilis valde, quem nullus hominum memorabat in generatione illa super terram effectum. Concutiebatur enim terra nocte, ac die, diebus decem, postea cessavit. At verò Imperator non gestavit coronam per dies decem. Sed & Sancta Christi nativitate, absque illa processit in Ecclesiam, ita ut etiam prandia, (31) quæ ex more fiunt in decem & novem accubitus, cefare faceret, & eorum expensas egenis tribueret. Eodem anno ingressa est gens Byzantium inopinata, eorum qui dicuntur Avares, & tota civitas cucurrit ad visionem eorum, tanquam qui nunquam viderint hujusmodi gentem. Habant enim retrorsum comas prolixas val-

A de, atque perplexas, junctas prandeis, reliquus verò vestitus eorum similis erat cæterorum Hunnorum. Isti fugientes ex regione sua venerunt in partes Scythiaæ, ac Myssæ, & direxerunt ad Justinianum legatos petentes, ut recipierentur. Tricesimo verò secundo Imperii Justiniani anno, ædificatus est trullus magnus Ecclesiæ Constantinopolis, & exaltatus plusquam viginti pedibus in superioribus, supra ædificium, quod antea fuerat. Anno tricesimo tertio Imperii sui coepit Imperator ædificare pontem Agoreos (32) fluminis, convertens eundem amnum in alium alveum, volvitque arcus mirabiles quinque, & fecit eum meabilem, cum antea ligneus fuerit. Anno tricesimo quarto Imperii Justiniani dissimatum est apud Constantinopolim, quod mortuus esset Imperator. Venerat enim à Thrace, & neminem videbat. Ergo plebes rapuerunt subito panes ex locis, in quibus siebant, & vendebantur, & circa horam tertiam non inveniebatur panis in tota urbe. Clausa quoque sunt ergasteria, & susurrabat palatium, quia nemo ex Senatu videbat Imperatorem, eo quod dolorem capit pateretur. Et ex hoc crediderunt, quod esset defunctus Imperator. Interea circa horam vesperi fecit Senatus consilium, & miserunt Præfectum, & fecit luminaria in tota urbe, quoniam sanus factus est Imperator, & hoc modo erepta est civitas à turbatione. Postquam autem sanus factus est Imperator, Eugenius, qui fuerat Præfector, detraxit Georgio, & Ethriero curatoribus, quasi voluissent Theodorum facere Imperatorem, filium Petri Magistri. Cumque fuisset causa quæsita, & nullatenus comprobata, in iram incidit Imperatoris Eugenius, & domus ejus publico fisco collata est. Facta est autem & mortalitas vasta in Cilicia, & Anazarbo, & Antiochia magna, nec non & terræmotus, & congressi sunt adversus alterutrum Orthodoxi, & Severiani, & multa homicidia facta sunt. Et misso Imperator Zimarcho Comite Orientis inhibuit inordinatos, & multos in exilium misit, & publicavit, ac membris debilitavit. Anno tricesimo quinto Imperii Justiniani, vicesimo quinto die Novembris mensis, serò intidas imeditati sunt quidam, ut occiderent Imperatorem. Erant autem Ablavius, & Marcellus pecuniarum venditores, & Sergius. Meditatio autem eorum erat hujusmodi. Cum sederit in triclinio serò, priusquam licentia detur, occidant eum habentem homines suos sibi cooperantes (33) intus absconditos in silentiario, & angulo incurii, ut cum facta fuerit machinatio turbationem faciant. Porrò Ablavius etiam aurum accepit à Marcello argenti venditore, libras quinquaginta, ut sibi cooperaretur. Sed Deo volente fisis est Ablavius Eusebio Exconsule, qui erat Comes fœderatorum, & Joanni Logothetæ, dicens. Quia hodie vesperi volumus Imperatorem aggredi. Qui cum hoc nunciassent Imperatori, tenuit eos, & invenerit eos ferentes absconditos gladios. Et Marcellus quidem argenti vendor spe frustratus, exempto gladio, quem portabat, dedit sibi (34) tres ictus in triclinio comprehensus, & moritur. Sergius autem fugit ad Blachernas. Quo educto, (35) & interrogato, persuasum est ei confiteri, quod & Isacius (36) argenti vendor, & Bilisarius gloriosissimus

(30) Cedren. ἐσωσετ τῆς χρυσᾶς τόπου.

(31) Suidas κλητωπία.

(32) Aliter Sangareos.

(33) Aliter cooperantes absconditos in arcbangulu, & in curru.

(34) Aliter dati sunt.

(35) Aliter educto ab Ecclesia.

(36) Aliter Hisauius.

simus Patricius, consciū fuerint hujusmodi machinamenti, & Vitus pecuniarum venditor, & Paulus curator, ejusdem Bilisarii consilium sciverint. Qui comprehensi, & traditi Procopio Praefecto, confessi sunt, & dixerunt de Bilisario, qui mox factus est Imperatoris sub ira. Multi verò & fuga usi sunt. Interea quinta die mensis Decembris fecit Imperator silentium, adducens Eutychium Patriarcham, & jubens eorum recitari confessiones. Quo auditō, Bilisarius ingenti est mœrore gravatus. Et emittens Imperator comprehendit omnes homines ejus, & ipsum domi sedere præcepit custodiendum. Interea vicesima die mensis Decembris capta sunt quædam Africæ à Mauritanis insurgentibus adversus Africam, ita Chutinas (37) quidam nomine, ex ipsa gente Exarchus Mauritanorum, habebat consuetudinem accipiendi à Principe (38) Africæ certam quantitatem auri, qui per tempus erat. Cumque venisset ut acciperet illud, Joannes Princeps Africæ occidit illum. Porrò insurrexerunt filii Chutinæ vindicantes paternum acceptum, & erecti contra illam, cœperunt ejus partes aliquas deprædare. Imperator itaque, hoc agnito, misit in auxilium Martianum Magistrum militum, nepotem suum, cum exercitu ad pacificandos Mauros, & confluxerunt ad eum. Sicq; pace potita est Africa. Eodem anno Imperator quibusdam perturbatoribus Constantinopolim concitantibus pollices abscidit, eorum dumtaxat, qui cum gladiis pugnaverunt. Nonadecima verò die mensis Martii, dimissus est Bilisarius Patricius, receptis omnibus dignitatibus suis. Eodem anno venerunt legati Asceti regis Hormetionorum, (39) qui positus est intra Barbarorum gentem juxta Oceanum, Constantinopolim. Justinianus Imperii sui anno trigeminō septimo perrexit causa orationis ad Mirangulos, idest, (40) Germanicas urbem Galatiae. Novembri verò mense introivit Byzantium Arethas Patricius, & Princeps (41) Saracenorū, debita deferre Imperatori filiorum suorum, & debiti gratia, ut scilicet post obitum suum tenerent principatum Tribus suæ. Tricesimo octavo Imperii sui anno Justinianus de corruptibili, & incorruptibili dogmate commonens, edicto ubique alieno à pietate transmisso, Deo præoccupante defunctus est, cum imperasset triginta octo annis, mensibus septem, & diebus decem, & efficitur ei hujusmodi successor, Justinus Cypriates.

J U S T I N U S II.

Anno ab Incarnatione Domini DLVIII. Justinus Imperator, nepos Justiniani, coronatur (42) ab Eutychio Patriarcha. Erat autem natione Thrax, magnanimus, ad omnia prosper. Habebat autem, & uxorem Sophiam nomine, quam & coronavit Augustam. Cum autem esset pius, adornavit Ecclesias, quas Justinianus ædificaverat, tam videlicet magnam Ecclesiam, & Sanctos Apostolos, quam alias Ecclesias, & Monasteria, donans eis thesauros, & omnem redditum. Eratque Orthodoxus valde, & misit Phorinum monachum, privignum Bilisarii Patricii, dans ei potestatem contra omnem causam, & personam, pacificans Ecclesias universas Aegypti, & Alexandriæ. Anno verò se-

(37) Aliter Cuatmas. Al. Cutzimus.

(38) Aliter Procorifule.

(39) Aliter Ermectionorum.

(40) Aliter Mirianglos, idest Germanias. Francisc. Pith. Mariangelos, idest Germias. P. Pith. Mariangelos, idest Germias.

(41) Aliter Princeps tribus.

A cundo Imperii Justini Etherius, & Avitus, (43) ac medicus, qui cum ipsis erat, insidiati sunt eidem Imperatori Justino, qui cogniti, interfecti sunt gladio. Tertio Imperii Justini anno, accersitis Sophia piissima Augusta pecuniarum venditoribus, & notariis, jussit deferri cautions debitorum, & breves, & præbuit eos debitoribus, & reddidit dominis suis, & laudata est super hoc magnopere ab universa civitate. Anno verò Imperii Justini septimo Romani, ac Persæ pacem corruerunt, & iterum Persicum renovatum est bellum, eo quod Homeritæ in dilectione (44) ad Romanos miserint, & Imperator Julianum magistrum (45) cum Sacra destinaverit ad Archetem regem. Aethiopum per Nilum fluvium ab Alexandria, & Indico mari. Qui receptus est ab Archeta rege Aethiopum cum gaudio magno, appetente nimirum amicitiam Romanorum Imperatoris. Enarrabat autem, cum rediisset idem Julianus, quod quando receperit eum rex Archeta, nudus esset, habens circumcincturam, & in lumbis linea vestimenti auro contexta. Circa ventrem verò portavit indumenta scissa cum margaritis preciosis, & in brachiis quinos circulos, & aureas armillas in manibus suis; in capite autem pannum gemmatum, habentem ex utroque ligamento plectas quatuor, & torquem aureum in collo suo, & stabat super quatuor elephantes stantes, & habentes jugum, & rotas quatuor, & superius currum (46) velatum petalis aureis, ut sunt Principium (47) currus, & stans supra illos ferebat scutum parvissimum rotundum, & duas lanceolas aureas, & Senatus omnis ejus erat cum armis canentes modulationes musicas. Introductus autem legatus Romanorum cum adoravisset, jussus est erigi, & adduci ad se. Cum autem suscepisset Imperatoris Sacram, osculatus est signaculum, quod habebat petuscum Imperatoris. Suscepit autem & munieribus, gavisus est valde. Porrò cum legisset Sacram, invenerit, ut se contra regem Persarum armaret, & proximorum sibi Persarum perderet regionem, & ulterius cum Persis foedera non iniret. Protinus ergo collecto exercitu rex Archetas coram legato Romanorum adversus Persas prælium movit, subjectos sibi Saracenos præmittens. Profectus autem & ipse ad regionem Persarum, depopulatus est omnia, quæ in illis locis erant. Tenens autem rex Archetas caput Juliani, & dans ei pacis osculum, dimisit eum in multa benevolentia, multisque munieribus. Porrò facta est & alia causa, quæ turbavit Chosdroen; Hunni quippe per illud tempus, quos Turcos dicere confuevimus, legationem dirigunt ad Justinum, per Alanorum regionem mittentes. Hoc timens Chosdroes, excusationem prætendebat rebellionem Armeniorum in se factam per accessum, quo Justino adhæserant. Sed & profugos repetebat. Impendebat enim Romanorum Imperator per singulos annos quingentas libras auri, ut castra, quæ loco proxima erant, Persæ custodirent, ne ingressæ gentes utramque Remp. destruerent, communibusque sumptibus castella muniebantur. At verò Justinus pacem dissolvit, afferens opprobrium esse Persis solvere tributa Ro-

(42) Aliter coronatus à Joanne. Ita & Cedren.

(43) Aliter Audius. Evagrius lib. 5. cap. 3. Addeus.

(44) Aliter Indi legionem.

(45) Aliter Magistrianum cum Sacra destinaverit ad Artam.

(46) Aliter ut currum excelsum.

(47) Aliter provinciarum Praesidum.

Romanos. Propterea locum magnum hoc Persarum, & Romanorum reperit bellum. Porro Justinus Martinum Patricium, & cognatum suum Praetorem creans Orientis, contra Persas direxit. Octavo Imperii sui anno Justinus infirmatus est, & contristatus adversus Biduarium fratrem suum, & hunc injuriis laceravit. Novissime vero præcepit cubiculariis pugnis casum educere illum in conspectu Concilii Senatorum: Erat enim Comes Imperialium stabulorum, quo comperto Sophia tristata est, & conquesta Imperatori, qui se pœnituit, & descendens ad eum in stabulum, iatrorivit subito cum Preposito cubiculariorum. Biduarius autem viro Imperatore, fugit à loco in locum per superiora præfepis præ timore Imperatoris. At Imperator clamabat. Adjuro te pet Deum frater mi, expecta me. Et cum cucurisset, tenuit eum, & amplexatus osculatus est eum, dicens. Peccavi tibi frater mi, sed suscipe me, ut fratrem tuum primum, & Imperatorem. Ex diabolica enī operatione novi quod factum sit hoc. Qui cecidit ad pedes ejus, & stens ait. Veraciter domine potestarem habens, veruntamen in præsentia Senatus deformati servum tuum, modò domine his rationem rede, & ostendit ei equos. At vero Imperator rogavit eum secum manducare, & pacificati sunt.

Eodem vero anno factum est bellum circa Sagarron Romanorum, atque Persarum magnum, & vicerunt Romani. Nonno anno Imperii Justinii Hormisa rex Persarum Arimardanem ducem Persarum ordinans misit in Romanorum regionem depopulari, qui prædā multā capti reversus est. Quo comperto Justinus consernatus mole calamitatis, capti sensus languore incurrit, & pactum facere Hormisdam perit, qui fieri annum consentit. Justinus Imperator Tiberium Comitem excubitorum sibi (48) faciens, Cæsarem appellavit, & confessorem suum constituit, tam in hippodromis, (49) quam in ædibus insignibus. Erat enim Imperator pedibus captus, & per hoc magis in lectulo jacens. Anno undecimo Imperii sui construxit Justinus magnum aqueductum Valentis, & largitus est urbi dampnitudinem aquarum. Anno duodecimo Imperii sui Justinus Imperator Synagogam Judeorum, quæ erat Constantinopoli in Chalco, pretis (50) ablata ab eis, fecit Ecclesiam Dominae nostræ Sanctæ Dei Genitricis, quæ proxima est magna

A Ecclesiæ. At vero Imperator infirmatus, & pauxillum à languore dimissus, advocavit tam Eutychium Pontificem, & Senatum, quām omnes Sacerdotes, & cives, & adducto Tiberio Cæsare coram omnibus appellavit eum Imperatorem, his sermonibus usus. Ecce Deus qui beneficit tibi, hunc habitum dedit tibi, non ego. Honora illum, ut tu quæque honoreris ab illo. Honora matrem tuam, quæ aliquando domina tua fuit. Nostri, quod primū servus ejus fueris, nunc autem filius. Ne gratuleris in sanguinibus, ne communices homicidio, nec malum pro malo reddas, ne in malo inimicitiae similis mihi efficiaris. Ego enim ut homo culpavi. Etenim culpabilis factus sum, & recepi secundūm peccata mea, sed causam habebo cum his, qui hoc mihi fecerunt, ante Tribunal Christi. Non elevet te habitus, quemadmodum rae. Sic attende de omnibus, sicut tibi. Scito quis fueris, & quis modò existas. Ne superbias, & non peccabis. Nostri quis fuerim, & quis factus sim, extiterim, & existam. Omnes isti filii tui sunt, & servi. Scis quod pro visceribus meis honoraverim te. Hos tu cum videas omnes, quæ Reip. sunt, vides. Intende militi tuo, neē milites (51) suscipies ad prandia, ne dicant tibi quidam, quia decessor tuus conversatus est, hæc enim dico à quibus passus sum. Qui habent substancias, fruantur eis. His vero qui non habuerunt, dona, & facta oratione à Patriarcha, cum dixissent omnes, Amen, cecidit Cæsar ad pedes Imperatoris, & dixit ei. Si vis, (52) non sum. Et Imperator, Deus ait, qui fecit cœlum, & terram, ipse omnia, quæ dicere oblitus sum, in cor tuum mittat. Porro dum hæc prosequeretur Imperator, replebat lacrymis totum Collegium. Quod cum solutum fuisset, dona subditis impertitus est, & quæcumque in Imperatoris appellationibus moris existunt. Hic Justinus in initio Imperii sui bonus fuit, post in omnem avaritiam incidit, id est, exemptor (53) pauperum, Sertatorum expoliator. Cui tanta cupiditatis fuit rabies, ut arcas iuberet ferreas fieri, in quibus quæcumque rapiebat auri talenta congregaret. Hujus Imperii anno undecimo, qui est annus Divinæ Incarnationis DLXVIII. indictione prima in ipsis Calen. April. egressi sunt Longobardi de Parmonia, & secunda indictione cœpere prædari in Italia, tertia vero indictione dominari coepérunt in Italia.

(48) Aliter niam jui.

(49) Aliter bippodromius, quam in diebus.

(50) Aliter Chalcopretis.

(51) Aliter ne molles suscipias, ne dicant.

(52) Aliter Si vis, sum: si vis, non sum.

(53) Aliter contemptor.

Explicit Liber Decimussexus.

INCI-

INCIPIT LIBER DECIMUSSEPTIMUS. (1)

T I B E R I U S I I.

ANNO Incarnationis Domini DLXXI. imperare (2) cœpit Tiberius coronatus ab Eutychio Patriarcha, cùm esset & ipse genere Thrax: cùmque imperare cœpisset, clamabant partes: (3) Anastasia Augusta tu vincas, salva Domine, quos imperare jussisti. Audiens autem Sophia Justini conjux, perculsa est animo. Volebat namque nubere Tiberio, ut & permanere Augusta: nesciebat enim quòd haberet uxorem: quidam autem dicebant, quòd & in vita Justini adamicata ei fuerit, & ipsa persuasit Justino ut eum Cæsarem ficeret. Verum Tiberius timens duxit Anastasiam uxorem suam, & coronavit eam Augustam, & jactavit rogam (4) multam. Erat autem Tiberius, justus, utilis, strenuus, sapiens, in eleemosynis largus, in judicio justus, in Victoria clarius, nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate complectens. Hic cùm multum de thesauris, quos Justinus aggregaverat, pauperibus erogaret, Sophia Augusta frequentius eum increpabat, quòd Remp. redigisset in paupertatem, dicens: Quod ego multis annis congregavi, tu infra paucum tempus dispergis. Ajebat autem ille: Confido in Domino, quia non deerit pecunia fisco nostro, tantum ut pauperes eleemosynas accipiant, aut ut captivi redimantur. Hoc est magnus thesaurus, dicente Domino: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo, nec tinea corruptit, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ergo de his quæ Dominus tribuit, demus pauperibus, & congregemus thesauros in cœlo, & Dominus nobis augere dignabitur in seculo. Quadam autem die deambulans per palatium, vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua erat crux Domini sculpta, & ait: Cruce Domini nostri frontem nostram, & peccata munire debemus, & ecce eam sub pedibus calcamus. Et hoc dicto citius jussit ipsam tabulam auferri, defossâque tabulâ, atque erectâ inveniunt subter & aliam, hoc signum habentem. Qui & ipsam jussit auferri. Quâ amotâ inveniunt & tertiam. Jussuque ejus cùm hæc fuisset ablata, inveniunt magnum thesaurum, habentem supra mille auri centenaria. Sublatumque aurum pauperibus adhuc abundantius quam confueverat largitur. Narfes quoque Patricius Italiæ cum multis thesaurois ab Italia ad supra memoratam urbem advenit, & ibi in domo sua occulte cisternam fodit magnam, in qua multa millia centeniorum auri, argentique deposuit. Interfectis autem omnibus consciis, uno tantummodo seni hæc pro juramento ab eo exigens commendavit. Defuncto quoque Narfete supradictus senex ad Tiberium Cæsarem veniens dixit: Si mihi aliquid prodest, magnam tibi rem Cæsar dicam. Cui ille respondit: Quid vis? proderit enim tibi, si quid nobis profuturum esse narraveris. Thesaurum, inquit, Narfeti reconditum habeo, quem in extremo vitæ pos-

tus, celare non possum. Tunc Tiberius gavisus, mittit usque ad locum pueros suos: precedegete vero sene, hi sequuntur attoniti, pervenientesque ad cisternam, deopertam ingrediuntur, in qua tantum auri, argentique repertum est, ut per multos dies vix a deportantibus posset evacuari. Quæ ille penè omnia secundum suum morem erogatione largifluâ dispensavit egenis. Denique & cùm Romanis temporibus Benedicti Papæ, vastantibus omnia per circuitum Longobardis, famis penuria laboraret, multa millia frumenti navibus ab Aegypto dirigens, eam suæ studio eleemosynæ relevavit. Hic cùm Augustalem coronam accepturus esset, eumque juxta consuetudinem ad spectaculum Circi populus expectaret, insidias ei præparant alii adversarii, ut Justinianum Justini nepotem in dignitatem Imperatoriam sublimarent. Ille per loca sancta procedens ibat. Dehinc vocato ad se Pontifice urbis cum Cos., ac Præfectis ingressus palatium, induitus purpurâ, diadematè coronatus, throno imperiali impositus, & immensis laudibus in gloria regni eit confirmatus. Quod ejus adversarii audientes, nihilque ei, quia in Deo spem suam posuerat, nocere valentes, magna sunt confusione, & pudore cooperti. Transactis autem paucis diebus, adveniens Justinianus pedibus se projectit Imperatoris, ob meritum gratiae quindecim auri centenaria deferens. Quem ille secundum patientiæ suæ ritum colligens, sibi in palatio assistere jussit. Sophia quoque Augusta immemor promissionis, quam quondam in Tiberium habuerat, insidias ei tentavit ingerere. Procedente autem eo ad villam, ut juxta ritum Imperiale triginta diebus ad vendiam jocundaretur, vocato clam Justiniano, voluit eum sublimare in regno. Quo comperto Tiberius cursu veloci Constantinopolim rediit, apprehensamque omnibus thesaurois spoliavit, solum ei victum quotidiani alimenti relinques, segregatisque pueris ejus ab ea, alios de fidelibus suis posuit, qui ei pararent, mandavitque prorsus, ut nullus de anterioribus ad eam haberet accessum: Justinianum verò verbis solummodo objurgatum, tanto in posterum amore dilexit, ut filio ejus filiam promitteret suam, rursumque filio suo filiam ejus expeteret. Sed hæc res nescio ob quam causam minimè ad effectum pervenit. Secundo Imperii sui anno, misit rex Tiberius ad regem Persarum secundum morem suum, nuncians promotionem suam. Quo pacem non admittente, Tiberius magnas virtutes congregavit, & disseminatis regiis thesaurois multos fecit exercitus, creans magistrum Orientis quendam supradictum Justinianum. Anno tertio Imperii sui rex Persarum, sumptis virtutibus suis, in Armeniam properat. Audiens autem dux Romanorum regem Persarum per semetipsum initurum prælium expeditus est. Timor enim ingressus est in populum Ro., & idcirco Justinianus ad virtutes sermonibus usus, compescuit formidinem pugnæ. Cùm autem bellum fieret,

&

quare quas in posterum citamus varias lectiones Grecas, etiam non addito nomine, scias esse Theophanis. Canisius.

(2) Theophanes, μν̄ι οχτώβετη ἵδικτον β.

(3) τά μέρη Α. Α. τῷ βίκας.

(4) υπατιας.

(1) In reliquis Miscella potissimum sequitur Theophanem, ex quo plerique ad verbum. Nos vidimus Theophanem Græcum MS. Vidimus etiam MS. Anastasium Bibliothecarium Rom. Theophanis interpretētem. Notavit etiam ex Theophane Græco MS. varias lectiones Jacobus Bongarius. Nos aliquas feligimus. Forte enim brevi Theophanes Græcus integer uta cum Anastasio lucem videbit,

& sagittatio multa Persarum facta fuisse, ita ut etiam solares radii celarentur, tunc videlicet clypeis jacula, quas ex arcibus mittebantur, continuatis projicere nitebantur. Cum autem profunda confisteret Romanorum acies, Persae ferre non poterant, sed in fugam vertitur Babyloniorum caterva, & intereunt multitudines copiose. Accipiunt & interea Persarum supplicitem, & regium tabernaculum, totumque clarissimum apparatum. Tenent autem & elephantes Romani, & ad Tiberium mittunt insignes, & regias illas exuvias. Itaque ponit legem Persarum rex confusionem non ferens, nunquam jam regem Persarum in prælium egressum. At verò Romanus exercitus post Persicas ærumnas, etiam ad intima Persidis propeavit, & multum illic excidium perpetravit, & captivitatem, perveniens etiam in medium Hyrcanici maris. Cum autem hyems adficeret, non remearunt Quirites ad propria, sed in Perside hyemem transegerunt. Porro eodem anno cœpit ædificare Tiberius publicum thermarum Blacernarum, & renovavit multas Ecclesiæ, & xenodochia, & gerocomia, jussisse se scribi in phœniceis literis Tiberium Constantinum. Interea Tiberius Imperator emptis corporibus Gentilium constituit militiam in nomen proprium, amiciens, & armans eos in millia quindecim, dans ei ducem Mauricium Comitem fœderatorum, & subducem Narsen, & misit eos contra Persas. Bello autem facto magno valde, Romani victores efficiuntur, & abstulerunt à Persis civitates, & regiones, quas sub Justiniano, & Justino ceperant. Abiens autem Mauricius Constantinopolim suscepimus est ab Imperatore cum ingenti honore, & publicavit Tiberius victorias Mauricii, & generum hunc admisit ad Constantiam suam filiam Charito, utrumque Cæsarem creans. Mensis vero Augusto mōra comedens matutinā visu digna, sed corrupta, p̄dīs incurrit. Et cum esset moriturus, accito Patriarcha Joanne, atque Senaru in tribunalium lectica est deportatus, & quia loqui non poterat, per epagnosticum, quæ rebus Romanorum erant utilia, manifesta fecit populo, & unā cum consilio Augustæ Sophiæ Mauricium generum suum pronunciavit Imperatorem. Itaque cum omnes Imperatoris collaudassent consilium, atque Mauricium Imperatorem, conversus Tiberius in lecto suo obiit, cum regnasset annis sex, mensibus decem, diebus octo.

MAURICIUS.

Anno ab incarnatione Domini DLXXVII. Mauricius Imperat., genere Cappadox, eodemq; anno legatione funguntur Avares ad Imperatorem Mauricium, qui ante breve tempus Sirmium subegerant, insignem civitatem Europæ, postulantes, octoginta milibus auri, quæ per annos singulos accipiebant à Romanis, alia superaddi viginti. Imperator vero pacem affectans, hoc admisit. Petivit autem Chajanu (5) ad videndum sibi elephantem animal Indicum mitti, cui Imperator majorem omnibus misit. Quem ille visum remisit ad Imperatorem. Similiter & lectum aureum mitti sibi petivit, sed & hoc Imperator misit ad eum. Ipse vero & hunc contemplatum misit ad eum. Postulabat autem iterum super alia viginti millia centum

Tom. I.

(5) χαράντι.

(6) καὶ χερδαρῆγος στρατηγός.

(7) τὸ idicū αἰδελφῶν.

(8) ἀρξαβος.

A addi. Quod Imperatore non admittente, Chajanu Sigidonem civitatem subvertit, & multas alias urbes cepit Illyrico subjacentes. At verò Imperator Helpidum Patricium cum Commentiolo legatos ad Cajanum transmisit. At verò Barbarus in sponsionibus pactorum agere se pacem professus est. In Oriente Joannem Mystraconem Prætorem Armeniæ fecit, qui veniens ad Nymphium amnem, ubi Tigris misceri dignoscitur, bello congreditur cum Carthariga (6) Persarum Prætore, & prævalent Romani adversus Barbaros. Cardarigas vero non est proprium nomen, sed dignitas maxima apud Persas. Anno secundo Imperii sui Cos. Mauricius appellatur, & multos thesauros urbi donavit. Provehit autem Philippicum Prætorem Orientis, cui & Gordiam filiam (7) in conjugem tradidit. At Philippicus Persicas arripiens partes approxinavat Nisibin, & ingressus repente in Perfidem, multam prædam sumpsit, quam per montes salvam ducens, in Medorum translulit regionem, & multis illic villis exterminatis, ad Romana rura reversus est. Porro Chajanu Avarum pacem solvere festinabat. Nam Sclavinorum gentes contra Thracem armavit, qui pervenerunt usque ad longos muros multum facientes excidium. At Imperator palatii eductis militiis, & plebib. à civitate, longos muros custodiri præcepit, & Commentiolum ducem ordinans, & armans contia Barbaros misit, qui ex insperato in Barbaros ruens, copioas multitudines interfecit, hosq; repulit. Cum autem pervenisset Adrianopolim, occurrit Andragasto multitudo Sclavinorum prædam ducenti, & in hunc irruens, & captivitatem eripuit, & victoriā nudatus est. Anno tertio Imperii Mauricii Philippicus, sumbris exercitibus, ad Persicam regionem profectus est. & captiā Arsennene, prædam magnam obtinuit, & formidinem Persicis operatus est exercitibus. Interea Constantinopolim languens remeat, militiæque sine læsione ad propria repedant.

D Quarto Imperii Mauricii anno Philippicus egressus à Regia Urbe, hostili sumpto apparatus ad civitatem Amidam properat. Et collectis armatis percontabantur eos, si in promptu haberent properandi ad bellum. At Romanis juramentis credulum eum redditibus se alacriter bellaturos, vénit ad Anazarbon. (8) At verò Cardarigas hoc comperto, risui auditionem mandavit, somnium esse quod dicebatur opinans. Accersitisque magis interrogavit: Quis erit victoræ dominus? Ast dæmonum placatores Persas astruebant à diis victoriæ laturos. Consultabant igitur Persæ majorum lati promissionibus facti, & parabant continuò compedes (9) ex ligno, ferroq;, quibus Romanos vinciant compeditos. Prætor autem commonet Romanos, ne agrorum exterminent labores, ne justitia Dei, quæ malum odit (10) victoriæ ad Barbaros transferat. Postera ergo die Prætor duos dirigit Phylarchos Sarracenorum, & capiunt Persas viventes, per quos motus adverbariorum didicerunt, qui asseruere Deum velle quotidie (11) Barbaros in Romanos irruere. Porro Philippicus diluculo valedicens Romanis,

P

(9) ξυλοπόδας.

(10) μαστούνηρος.

(11) τῇ κυριακῇ ημέρᾳ.

nis, tribus phalangibus occurrit ad prælium, ipseque, asumpta Dei virili (12) formâ, quam *ἀχειροῖντος*, idest, non manufactam Romani prædicant, discurrens per acies, armatis divinam impertiebatur virtutem. Et stans post aciem hæc retinens arma, lacrymis multis Deum placabat, qui cœlestium ordinum principes auxiliatores assumpsit. Cùm autem bellum ageretur, Vitalianus princeps aciei præ omnibus audaciùs motus, phalangem disrupti Persarum, & sarcinam tulit. Romani autem circa spolia cœpere vacare. Quos aspiciens Philippicus, ne ad exuvias etiam reliqui reversi, prælii obliscerentur, conversique Barbari perderent eos, Theodoro Ilibino galeâ suâ impositâ, misit gladio percutere hos, qui circa exuvias vacabant. Quem videntes, & aestimantes esse Philippicum, dimissis spoliis properarunt ad bellum. Cùm autem bellum per multas horas ageretur, vox fit à Prætore, Persarum equos lanceis percutere. Quo facto in fugam versus est Persarum exercitus, & triumpho ingenti potiti sunt Romani, & multos ex eis peremrunt, & spoliaverunt. Postera verò die, sumptis virtutibus suis Cardarigas, rursus ad bellum armatur, & secundo prælio gesto, denuo vincunt Romani, & occiduntur Persæ multi. Comprehenduntur etiam vivi duo mille, & Byzantium mittuntur. Aufugit quoq; Cardarigas, quem Persæ cum injuriis respuunt. Porro Philippicus Heraclium Heraclii patrem, qui post Imperio præfuit, subprætorem, (13) exploratoremq; Barbarorum transmisit, sumptisque militiis Babyloniam adiit, & Clomannorum (14) castellum obsidet. At verò Cardarigas elegit milites idiotas, cum subjugalibus, (15) & turba collectâ exercitum sese mouere jactabat, & per munita loca obscura nocte in dorsa Romanorum efficiunt, nequaquam fidentes se manus in eos missuros. Timore autem importuno cadente in Philippicum, fuga mirabili (16) usus est. Quo comperto Romani in fugam vertebantur per loca ad meandum difficultia, incurrentes multa pericula. Cùmq; sol ortus esset, à calamitate liberantur, nemine persequente, & pervenientes ad Prætorem, hunc injuriis pessimis blasphemabant. Verùm Persæ fictam aestimantes fugam, persequi ausi non sunt. Porro Heraclius transmeans Tigrim, quæ Mediae regionis erant insignia præsidia (17) igni tradebat, & sic ad Philippicum rediit cum spoliis multis. Anno quinto Imperii Mauricii Chajanus (18) Avarum födere dissoluto, Mysham, & Scythiam atrociter expugnabat, subvertens Ratiarnam, & Bonomiam, (19) & Aquas, & Dorostolum, & Zandapa, & Marianopolim. Commentiolus verò ad maritima vénit, & separato exercitu improbables discrevit ab optimis, & inutiles quidem virtute quadraginta millia custodire vallum jubet: electorum autem sex millia sumens, ex his duo millia Castro tradidit, & duo millia Martino, & ipse duobus

A millibus sumptis contra Barbaros properat. Castus autem veniens Zardapa, (20) & Emou, repertis Barbaris in desidia constitutis, multos ex eis disperdidit, prædamque multam obtinens, armigero ad salvandum tradidit. Martinus circa Nean (21) civitatem effectus, & in Chajanum ex insperato incurrens, multos virtutis ejus extinxit, ita ut ille salutem suam fugâ mercatus sit. Martinus victoriâ glorioſus ad Prætorem revertebarat, ubi se promiserat eos expectaturum. Commentiolus autem formidine pressus Marianopolim rediit. Qui non invenientes eum, collegerunt exercitus suos, & per arctum (22) locum Emi castra movent. At verò Martinus videns Chajanum transeuntem fluvium, ad Prætorem rediit: Castus verò transitu flumine appropinquans his, qui præcurrerant Avarum, obtinet pugnis. Porro Castus cuiusdam ducis (23) reprobationibus deceptus non rediit ad Prætorem, posteraque die tenens transitus Chajanus conclusit eum. Scinditur igitur populus, & unusquisque ut vires habebat per nemora fugiebat. Capiuntur itaque à Barbaris quidam, & indicant ubi latitet Castus, & hoc capto exultabant. Chajanus sanè per meridiem iter agens contra Thracem properat, longosque muros accepit. At Commentiolus, qui in sylvis Emi latitabat, cum Martino exivit, & perveniens ad Chajanum invénit imparatum, eo quod Avarum multitudine diffusa est per Thracem. Et primâ vigiliâ noctis properat adversus illum, esletque profecto opus ingens patratum, nisi evenitus quidam falleret ejus conatus. Uno quippe animante onus subvertente, quidam domino animantis acclamat onus erigere, patria voce dicens: Torna, (24) torna frater. Et dominus quidem multas voces minimè sentiebat, sed populi, hoc audito, hostes imminere existimantes, in fugam conversi sunt, Torna, torna, maximis vocibus exclamantes. Chajanus autem ingenti formidine induitus penitus fugiebat, & videbantur Romani, & Barbari invicem fugere nemine persequente. Præterea Chajanus, sumptis virtutibus suis, Aperiā civitatem obsedit, inventumque Busan urbis magnarium (25) interficere nitebatur, qui pecunias rogabat ei multas præbere, si vitam fibi donaret. Ille verò hunc ligatum urbi presentavit. At ipse quærebat habitantes urbem, ut emeretur, narrans, quām sæpe pro civitate certaverit. Civis autem quidam persuasit multitudini hoc minimè faciendum. Quia ergo parvipensus est Busan, reprobavit Chajano trahere civitatem. Et exterminatorio (26) instrumento facto, quod arietem nominant, civitatem adeptus est. Discedentesque Barbari argumentoso ingenio, & alias urbes in servitutem redegerunt, & cum multa captivitate reverfi sunt. Audientes autem Byzantii, quod Castus captus esset à Barbaris, magnis conviciis contra Mauricium convertebantur, & hunc in manifesto blasphemis appetebant. Per idem quoque tempus Heraclius Heraclij pater Persicum aggressus est castrum, quod & accepit. Similiter

(12) θεαυδρικήν μορφήν.
(13) ὑποστάτηρον επὶ κατασκοπῆ.
(14) χλωμαρον.
(15) ἵπποξύγιαν.
(16) αἰλόγιος.
(17) χορία.
(18) Aliter Chaganus Avarus ubique fædere.
(19) κανονιαν τὸ ἄκυ.

(20) ἵππο τὰ τζαπαρδα κα δίμεν.
(21) ιις τὰ περι τοματα.
(22) ιις τὰς σεντάς τε αἴμας σρατοτιδίνονται.
(23) Aliter νανί cuiusdam dæmonis.
(24) τόρνα, τόρνα φράτρε.
(25) μαγγαναρ. Aliter Manganarium.
(26) πολιορκητικὸν ὄργανον.

ter & Theodorus castrum Mazarorum, (27) & ambo Bavides (28) veniunt. Et cum castrum munitissimum esset, miles quidam Saphires nomine, stimulos operatus, & contra compagines lapidum hos figens, per eos aditum fecit. Cum autem fortis ille ascendisset in muri coronam, vir Persa hunc expulit. Cadit autem Saphires deorsum, & suscipiunt eum in scutis suis Romani, & rursus opus audenter arripit, & denuo à firmitate repellitur. Iterumque Romani hunc suscipiunt scutis, & tertio ad machinamentum conatus est. Cumque ad muri caput ascendisset, Persam occidit. Dehinc caput ejus Romanis praebens, hos fiduciā magnā replevit, multisque imitantibus virum fortē, & per palos ascendentibus murum, Romanis traditur castrum, & alios quidem Persarum occiderunt, alios verò captivos duxerunt, unā cum supellectilibus igni tradito castro. Interea Philippicus rursus Byzantium iter egit, Heraclio Romanorum duce relicto. Veniens autem Tarsum, & discens, quod Imperator Priscum Orientis Praetorem creatum direxerit, scribit, Heraclium, dimisso exercitu, in Armeniam venire ad Narsetem, & Prisci ei præsentiam facere manifestam. Imperator enim Philippico jusserrat quarta rogā parte priuare militiam. Philippicus autem timens, ne occasio tyrannidis fieret, super hoc Imperatori non paruit, ideoque à prætura deponitur. Priscus autem pervenientis Antiochiam, præcepit milites apud Monetarium (29) colligi. Adocant autem, & Germanum, cui Edessenorum principatus creditus erat unā cum Episcopo, & unā cum eis ad exercitum ibat, solennitatem Paschæ cum illis facturus. At verò duces exercitus obviam ei venerunt cum duobus bandis (30) signis procul ab exercitu. At Priscus secundum morem non descendit ab equo, nec consuetis salutationibus usus est. Hinc ergo odii exordium factum est: in communibus namque injuriis multitudines severius patiuntur. Post festum autem diem demonstrabantur tetricæ Imperatoris literæ. Confluunt itaque multitudines ad Praetoris fixaram tabernaculi, aliis quidem gladios portantibus, aliis lapides, vel ligna jactantibus. Fit igitur pavidus Priscus, & ascendens equum fugā evasit periculum. Illi ergo scindentes fixum hujus tabernaculum, omnia, quæ ipsius erant, diripuerunt. At ille Constantiam perveniens, à medicis de percussiōnibus lapidum, & vulneribus curabatur, & mittit Episcopum civitatis, rationem faciens, ac pollicens exercitui se persuasurum Imperatori, ne illos privet aliquā conferendarum consuetudinum participatione. At exercitus Episcopum cum injuriis respuerunt, & Germanum invitum pronunciaverunt Praetorem super scutum elatum, Imperoriamque statuam subverterunt, & hujus imagines demoliti sunt, & in tyrannidem prorumperent, (31) & urbes despoliarent, nisi Germanus id agere multa comminatione, ac exhortatione veruisset. Priscus autem hæc Imperatori manifesta fecit, & Imperator Philippicum denuo Praetorem Orientis constituit. Priscus

Tom. I.

(27) τὸ μάζαρον φρείριον.

(28) οἱς τὸ βαῖδας.

(29) P. Pith. *Monoceratum colligi*. Franc. Pith. *Monocartum colligit*. MS. Gr. μονόκερτον

(30) μῇ τῶν βαῖδων. ἀτὰ δύο σημεῖα τῷ σρατοπεδῷ

(31) διὰ χωρέιν ὑπελθον τῷ τόπῳ πυλεῖς κυκλίουσιν, for-
tē, σκυλίουσιν.

(32) τοῖς βαρβαρικοῖς.

A verò Byzantium redit. Porrò exercitus se juramentis affirmabat, nullatenus a Mauricio imperari. Barbari sanè Romanis (32) calamitatibus delecebantur. Verū Aristobolum Imperator curatorem (33) Imperialium dormorum ad exercitum misit, quatenus juramentis, & donis tyrannidem solveret, quod & fecit. Tyrannide verò destructa, fit Persarum, atq; Romanorum circa Martyropolim maximum bellum. Romanis verò potentia, & ducum virtute expugnantibus Persas, interficitur Maruzas (34) Persarum Praetor. Comprehenduntur etiam viventium tria milia, & Persicorum principum (35) agmina, mille tantum reversis in Persidem. Porrò Romanī transmittunt è Perside ad Imperatorem ex Persicis exuviis multa, & captos universos unā cum bandis. Mensē Decembrio indictione sexta Longobardi bellum adversus Romanos intulerunt, & Romanam civitatem graviter depopulantes, & Exarchatum Ravennæ depredantes, sed & Maurusiorum gentes adversus Africam magnas perturbationes perpetraverunt. In Perside autem est carcer, qui dicitur Lethe, & rex Persarum multos à diversis gentibus in hoc conclusit, unā cum captivis civitatis Daræ. Illi autem desperati, insurgunt contra eos, qui se custodiebant, & occiso Marusa, (36) caput ejus Byzantium attulere. Ast Imperator cum gudio magno illos suscepit, & Philippicum denuo vix Praetorem recepit exercitus. Cum autem Persarum, Romanorumque bellum circa Martyropolim fieret, superantur Romani. Imperator à Prætura rursus Philippico amoto, Commentiolum Orientis Praetorem direxit. Heraclius autem prosperatus in bello peremisit Persarum Praetorem. Asarthato (37) autem interempto fugiunt Persæ, & inseguuntur Romani. Cum autem multum suisset in eis excidium factum, comprehendunt etiam custodiam, & multas exuvias Byzantium mittunt. Deniq; Imperator equestribus speculationibus, commerciisque urbem splendidam reddidit. Hormisda verò rex Persarum Praetorem Baram promotum, unā cum potentibus multis contra Suaniam mittit. Ex improviso autem huic instans ad Araxem fluvium castra commovit. Siquidem expugnatis Turcis, à Persis adeò Hormisda crevit, ut etiam tributa quadraginta millia auri à Turcis acciperet, cum prius æqualia Turcis ipse persolveret. Verū Mauricius hoc comperto, Romanum provehit Praetorem. & in Suaniam cum potentia transmittit. Cumque pervenisset Romanus in Lazicen, (38) & ad Phasin flumen accessisset, in Albaniam exercitum movit. Bara autem audiens Romanum profectum rem deridebat. Cupiebat etiam Romanam aciem manu capere. Non enim adversus Romanos bellum inierat. At verò Romanus Romanam multitudinem separavit, non probatis penes sarcinas derelictis. Decem millia etiam secum accipiens, adversus Barbaros properavit, & eò duo millia præcedere jubet exercitum. Qui venientes obviam his

P 2 qui

(33) τὸν καράτωρα ὡς βασιλικῶν οἰκων.

(34) βάρδας.

(35) Aliter Principes agminum. ὡς περικῶν τογ-
μάτων ταξιχροῖ.

(36) μαρνοῦν τῇ τοῖς αἰδερίῃ λαζαρίτες εἰς τὰ βα-
ριτικὰ ὑπελθον.

(37) Aliter Asarthato.

(38) Aliter Jazicen.

qui præcesserant, Persas hos in terga vertunt, & omnes interimunt. Facta quippe fugâ, & prædio (39) sibi obstante conclusi omnes interierunt. Ast Romani usque ad Barbarorum vallum venerunt, ita ut Bara super hoc obstupesceret. Quod audiens Romanus, animare cœpit exercitum, & præliaturi parantur in campo Albaniæ. Bara autem nitebatur furari bellum, frustratus tamen consilio est. Surrexit enim Romanus, & comptissimè parabatur. Cùm autem invicem conflictus agitaretur, & multi Barbarorum occisi fuissent, maxima Romanis accessit victoria. Despoliantur igitur Barbari, & sepulturâ carentes efficiuntur bestiis esca. Hoc audito Hormisda Persarum rex, confusionem non ferens, mulierbrem vestem Baræ transmisit, & hunc Prætrâ privavit. Parat è contra rebellionem Bara, & progreditur in tyrannidem, & reciprocis injuriis per literas Hormisdam lacescit, superscribens epistolæ ita: Hormisda (40) filio Chosdrois Bara hoc mittit. Collectis vero militiis afferebat Hormisda indignatum adversus militias, utpote quæ à Romanis fuerint supereratae. Ostendebat autem & fictas literas quasi ab Hormisda missas ad minuendas militum rogas, ad memoriam eis reducens atrocitatem Hormisda, seu crudelitatem, avaritiam, & violentiam. Et qualiter homicidiis delectatus, & à pace esset alienus, qualiterq; optimates vinculis dediderit: quorum quidem alios gladio reciderit, alios autem necaverit tygride, & qualiter cogebat Persas in magnis præliis separari, quò disperderentur, & non contra illum tumultarentur. Talibus igitur verbis Bara militias affatus, tyrannidem maximam adversus Hormisdam succedit: juramentis Baran munientes, deliberabant pariter omnes, se deposituros Hormisdam. Hormisda autem Ferrochanem (41) magistrum suum armatum cum virtute destinat adversus Baran. Bara vero significavit Ferrochani, quia non convenit arma Persis inferre, & ad memoriam eis reducebat Hormisda asperitatem, injustitiam, in sanguinibus gaudium, in homicidiis amorem, infidelitatem, jactantiam, & violentiam. Hæc sententes ab eo veraciter dicta fuisse populi, qui circa Ferrochanem erant, occidentes eum se ad Baran uniunt, & contra Ctesiphontem abeunt. Hormisda autem in vinculis habebat Byndoën magnæ dignitatis virum. Itaque cùm in magna fluctuatione negotia degerent, Besta (42) fratres Byndoës in custodiæ insiliens, educit Byndoën fratrem suum, & congregata multitudine rustica, seu civili, tertiat horâ diei regalia intrant, & invento Hormisda super solium regio more sedente, multis hunc injuriis subdunt. Byndoës autem tenens Hormisdam abstulit diadema à capite ejus, & hunc in carcerem tradiderunt, rogabantque Chosdroen patrio solio tribui. Præterea Hormisda è custodia sua nuncium suum misit Persis, petens loqui Præfidi, (43) quæ expedirent. In crastinum igitur collectus Senatus Persarum in regalibus, unâ cum multitudine vinclum Hormisdam ducunt. Ast Hormisda commonebat Persas, quòd non opereat hujuscemodi in reges committere, & quanta ex quo regnaverit trophya fecerit, & in quibus erga Persas bona patraverit, & qua-

A liter Turcos Persidi tribula solvere, Romanos pacem amare coegerit, qualiterque Martyropolim ceperit, quin & paterna beneficia narravit. Rogabat autem hæc Chosdroen à regno deponi, ut litis amicum, & ambitiosum, & sanguinis amatorem, superbum, ac injuriosum, & præliis inhiantem. Esse autem sibi alterum filium perhibebat, quem in regem provehi flagitabat. Byndoës vero ad Hormisdam respondebat, & hujus excessus in medium proponens, omnes erexit contra Hormisdam; & ducunt in medium uxorem ejus, ac filium, & serrâ (44) hos dividunt, & partiti sunt in medium coram Hormisda viibus. Hormisdam quoque oculis privantes, in carcere posuerunt. Et Chosdroes quidem aliquantulum benignè patrem tractavit in custodia, tribuens illi omnem escam. At Hormisda ex adverso injuriis hunc lacerbat, conculcans ea, quæ à rege mittebantur. Unde Chosdroes iratus, fustibus hunc sylvestribus iussit per ilia cæsum obire. Quod factum & Persas tristes reddidit, & contra Chosdroen odium auxit. Chosdroes vero, congregatis virtutibus regnorum suorum, egressus contra Baram vénit in campum Zabam fluminis, ubi Baram vallum habebat. Suspiciatus autem Chosdroes, quod aliqui principum adjacerent Bara, hos occidit. Cùm autem populus turbaretur, fugam iniit Chosdroes cum paucis quibusdam, & omnes qui erant cum Chosdroe, ad Baram accederunt. At vero Chosdroes hæsitabat quid nam agere debuisset, nonnullis sanè consilium sibi ad Turcos secedere dantibus, nonnullis autem ad Romanos. Chosdroes equum ascendens, freno laxato equi motus omnibus sequi jubet. At vero equus ad Romanas partes motus suos direxit, & apud Ceresum (45) invenitur, & legatos suos mittit, adventum suum faciens manifestum. Contigit autem, ut eum Probus Patricius, qui illic erat, suscipere, & de eo Imperatori per literas indicaret. Bara autem misit legatos ad Mauricium, petens ne auxiliaretur Chosdroi. Porro Imperator Mauricius jubet Commentiolo Prætori, apud Hieropolim Chosdroen suscipere, & imperialibus obsequiis honorare. Eodem anno demonstravit Imperator Mauricius in memoria Dei Genitricis litaniam in Blachernis fieri, & laudes dicere dominæ nostræ, nominans eam Panegyrim. Mauricius filium sibi Chosdroen regem Persarum faciens, Domitianum Episcopum Militinensem ad eum direxit, cognatum suum, unâ cum Narse, cui ducatum belli commisit. Qui venientes ad Chosdroen, omnes potentatus Romanicos in Persidem ducunt. Bara autem, hoc cognito, sumptis virtutibus suis in loco, qui Alexandrines nominatur, castrametatus est, prohibere ratus militias ab Armenia venientes, ne Narsi unirentur. Jusserat autem Mauricius Musticoni Magistro militiae Armeniæ Joanni accipere militias, & se Narsi unire pariter contra Baram bellum constituendo. Per noctem autem unitæ sunt Romanæ virtutes, & contra Baram aciem direxerunt. Porro Bara in monte castrametatus est, pavore detentus. Cùmque bellum ageretur horribile, Narses Indicis bestiis parvipes, mediam Barbarorum dissolvit phalangem. Et hoc facto cæteræ quoque Baræ infirmatae sunt phalanges, & fit magna fuga tyranni. Narses vero sine ulla retentione persequens Per-

(39) Aliter præsidio, κρημνα.

(40) ὄρμισδα τῇ θυγατρὶ χωτρὸς ἐ βαράμ πάντα.

(41) φερογάνην τῷ μάχειρον εἴπει.

(42) βεσδᾶν.

(43) Aliter Persi. MS. Græc. τῆς περσῖδος.

(44) ἑδιχωτόμησαν.

(45) κερκίσιον.

Persas cede sternebat, & sex millia vincita ad Chosdroen adduxit. At hos omnes Chosdroes mucrone peremisit. Quotquot autem Turci erant, ad Imperatorem Byzantium misit. Sanè cùm Turci signum haberent in fronte ex cruce, (45) interrogabantur ab Imperatore, quonam modo hoc signum in fronte portarent? At verò Turci asserebant ante multos annos pestilentiam factam in Turcia, & quosdam Christianorum hoc adinvenisse, & hinc salus in patria facta est. Porrò exercitus Romanorum Tabernaculum Baræ, & supellecitem accipientes cum elephantis, attulere ad Chosdroen. Baræ autem ad interiores partes Persidis fugam fecit, & sic eorum dissolvitur bellum. Itaque Chosdroes magnâ victoriâ circumdatus solium suum recepit. Verum Narses redditurus ad propria Chosdroi dicebat. Memor sis Chosdroe præsentis diei, Romani tibi regnum donant. At ille fraudulentam occisionem metuens, petuit à Mauricio mille Romanos in custodiam sui habendos. Porrò Mauricius quum dilectionem haberet erga Barbarum (47) multam postulationem ejus complevit, sicque Persicum, & Romanorum bellum cessavit. Interea solennitate Paschali veniente, coronatus est Theodosius filius Mauricii à Joanne Patriarcha Constantinopolitano. Eodemque anno Imperator Mauricius Ecclesiam Sanctorum quadraginta Martyrum, quam Tiberius coepit ædificare, consummatum. Interea, cùm profunda pax Orientem occupasset, bellum circa Europam Avaricum (48) incumbebat. Ideoque Imperator potentatus ab Oriente in Thracem transduxit. Anno Imperii sui nono, cùm ver inciperet, & agmina pervenissent ad Thracem, exivit cum eis Mauricius videre, quæ à Barbaris essent eversa. Augusta verò, & Patriarcha, & Senatus rogabant Imperatorem, ne per semetipsum belluni iniret, sed potius id Prætori committeret. At Imperator non acquieavit. Exeunte autem eo ad Septimum, solis eclipsis facta est. Cùmque esset apud Rhegium multitudines pecunii animavit. Cùm autem venatum pergeret, sus sylvestris valde grandis impetum contra Cæsarem fecit. Equus verò ob terrorem miraculi ejicere Cæsarem nitebatur. Diutiū ergo tumultuatus Cæsarem jactare nequivit. Itaque sus à nemine actus (49) abscessit. In Perinthum præterea navigio iter faciens, ventis vehementibus, & pluvia factâ, nautisque desperantibus, scapha Imperatoris asportabatur, ita ut inopinatè salvus ad locum, qui dicitur Daonium, vix veniret. Nocte verò illâ muliercula pariebat, & voces miserabiles emittebat. Cùmque manè factum fuisset, misit Imperator videre, quod acciderat. Et invenerunt puerum natum oculorum. & palpebrarum exortem, manusque ad brachia non habentem, à lumbo autem erat ei ut cauda pisces naturaliter hærens. Quo viso Imperator præcepit, ut occideretur. Hac denique die Imperatoris equus, qui aureo erat circumdatus ornatus, repente scissus est cadens. At Imperator his omnibus auguratus tristis erat. Postera verò die viri tres, Slavini genere, nil aliquid ferreum bajulantes, à Romanis detenti sunt, citharas tantum ferentes. Imperator autem interrogabat, tam unde essent, quam ubinam habitatio eorum considereret.

(45) τῷ σαυρῷ κεντρῖ διὰ μέλανο. Aliter frontes scaratis. P. Pith. cùm haberent frontes exaritas.

(47) βαριαδού.

(48) Leg. videtur, Avarum. Locus in Theo-

A Qui genere quidem ajunt se esse Sclavinos, circa finem verò occidentalis habitare Oceani. Chajanum autem ad se legationem misisse, & munera principibus gentis suæ, auxiliandi sibi contra Romanos gratiâ. Taxiarchas autem suos se direxisse rationem reddituros Chajano, quia non possunt propter itineris longitudinem mittere illi auxilia. Decem enim & octo menses asserebant in itinere se fecisse, & ita Romanos adjisse. Porrò citharas se ferre, tanquam non videntes quenquam suorum armis indutum, regione sua quid sit ferrum ignorante. Imperator autem tam ætatem admirans, quam moles corporis eorum laudans, hos misit Heracliam. Cùm autem venisset ad maritimam, & didicisset, quod legati Persarum, atque Francorum venissent, ad regalia remeavit. Anno decimo Imperii Mauricii Chajanu quærebat augmenta pectorum accipere. Imperator verò sermones Barbari non recipiebat, & idcirco Chajanu iterum bellum agit, & devastat Sigidonem, & contra Sirmium castra movet. Imperator autem Prætorem Europe Priscum ire jubet. At verò Priscus Sylvianum (50) subprætorem factum præcurrere jussit, & contra Barbaros procedentes bellum iueunt, & vincunt Romani. Quo audito Chajanu, potentatibus sumptis, prope ratabat ad bellum. At verò Sylvianus viis multitudinibus, stupescens ad Priscum se contulit. Chajanu autem comperiens Romanorum recessum ad maritima se contulit, deinceps ad Sanctum Alexandrum, & hunc omnia devoranti tradidit igni. Transiens autem in Diripera, (51) conatur exterminare Remp. devastatoria operatus instrumenta. Hi verò qui Diriperæ habitant, diutiū è diverso aciem direxerunt. Nam & portas ambientes, minabantur Barbaros debellare, cùm essent in ingenti formidine. Tunc ergo divina eis consuluit quædam virtus. Media namque die videre putaverunt Barbari, Romanorum virtutibus egreditibus ab urbe, futurum sibi fore, ut cum eis conflictum confererent, & consternati fuga infatigabili su giunt, & apud Perinchum efficiuntur. Priscus autem, nec visu quidem ferre multitudines Barbarorum valens, Zurulum ingressus castrum muniebat. At Barbarus Priscum obsidere conabatur. His auditis Mauricius quid foret agendum hæsitabat. Tum optimo inito consilio armatur contra infinitum numerum Barbarorum, & uni excubitorum magnis donis, atque promissionibus persuaderet, ut sponte in Barbaros irruat, eique dat literas ad Priscum continentis haec. Gloriosissimo Prætori Prisco. Noxiū Barbarorum conatum ne formides, ad perditionem enim eorum factum est hoc. Scito enim, quia cum multa confusione revertetur Chajanu in regionem suam, quæ sibi à Ro deputata est. Propterea perseveret gloria tua penes Zurulum circumvagari faciens illos. Mittemus enim per Mare naves, & captivabis familias eorum, & cogetur ad propria confusione refertus, atque jacturâ remeare. At verò Chajanu literis comprehensis, ac lectis, pavens efficitur, & sponsionibus pacificis ad Priscum dispositis in muneribus paucis, atque indignis in suam terram cum fuga potenti regressus est. Undecimo anno Imperii Mauricii, idem Imperator Priscum cum

phane depravatè legitur.

(49) Legend. istus. τρωθεις.

(50) σατβιανὸν ὑποσπάτηγον.

(51) Aliter Dirizipera. MS. Græcus Διριζιπερα.

cum omnibus Romanicis potentatibus ad Istrum fluvium misit, ut Sclavinorum nationes transire prohiberet. Quo apud Dorostolon habito Chajanus comperit. Qui legatis ad eum directis, calumniam inferebat, Romanis exordium dantibus belli. Priscus autem excusabat, quod non venerit adversus Barbaros belligeratum, sed quod ad Sclavinorum nationes à principe fuerit destinatus. Audiens autem Priscus, quod Ardagastus multitudines Sclavinorum ad praedandum disperserit, transiens Istrum media nocte inopinatè Ardagastum (52) adortus est. At verò Ardagastus discrimine senso, nondum (53) ascenso equo vix salvus evasit. Romani multitudinibus Sclavinorum occisis, & Ardagasti regione eversa, praedam copiosam captam Byzantium per Tatemerem direxerunt. Porro cùm Tatemer (54) expeditus iter faciens, ebrietati, atque deliciis sese traderet, Sclavinorum in eum irruunt multitudines. Qui formidine pressus fugiendo Byzantium vénit. Ast Romani, qui cum ipso fuisse videbantur, Sclavinis valde infensi obtinent gloriosissimè Barbaros, & captivitatem salvam Imperatori præsentant: Qui latratus gratificos Deo hymnos, unà cum tota obtulit urbe. Priscus verò, fiduciâ fretus, ad interiores Sclavinorum partes accessit. Gipes (55) verò vir Christianæ religionis, transfigiens ad Romanos, & ingressum Romanis ostendit, & Barbaros tenuit. Itaq; Gipedis proditio ne transfretato flumine, Priscus media nocte reperit Musacium (56) Barbarorum regem ebrietate corruptum: funebrem quippe proprii fratris celebrabat festivitatem. Quo comprehenso vivo, cædem in Barbaros operatus est, multaque prædâ, & copiosâ captâ, ebrietati sese tradunt, & crapulæ. Tum Barbæ coaccervati victoribus imminent, foretque vicissitudo reciproca præcedenti virilitate sèvior, ni Genzo cum pedestri virtute Ro. insistens pugna forti prohibuisset impetus Barbarorum. Anno XII. Imperii Mauricii, cùm Priscus iterum ad Istrum pervenisset, gentesque Sclavinorum deprælatus fuisset, haud modicam Imperatori deduxit prædam. Imperator autē missò aī Priscum Tatemere, jubet toto illic hyemali tempore commorari Romanos. Quo comperto Romani contradicebant, alleverantes id non posse fieri propter copias Barbarorum, & pro eo quod regio esset sibi fatis adversa. Priscus verò verbis suasoriis flexit eos ibidem hyemare, iussionemque Principis consummare. Tredecimo Imperii Mauricii anno, nascuntur prodigia in suburbanis Byzantii, puer videlicet quadrupes, & alter duos vertices habens. Ajunt autem hi qui historias diligent studio scribunt, non significare bona civitatibus, in quibus nascuntur hujusmodi. At verò Imperator Priscum præiurâ privat, & Petrum fratrem suum Prætorem facit Romanæ virtutis. Itaque Priscus quidem virtutibus sumptis, priusquam Petrus pervenisset, transmeat amnem. Chajanus autem transitu Romani exercitus audito valde miratus est, & ad Priscum misit dicere, causam quærens, & prædæ sumere partem, sicque amnem transire. Nimis enim sèviebat super felicitatibus Romanorum. Priscus ergo Chajano mittit super hoc legatum, Theodorum videlicet medicum, sagacitatem, atque intelligentia perornatum. Iste videns Chajanum magna sapientem, responsonesque jucundissimas facientem, minas

(52) Aliter Ardagasto conjunctus est.

(53) Leg. nulo. ιππατε γυριστης.

(54) τατιμητης ιπποτης.

A etiam protendentem, cunctarum gentium esse dominum jactantem, narratione veteri mitigavit Barbaricum typhum, ait enim: Audi Chajane proficuam narrationem. Sesostris rex Ægyptiorum, illustris, & oppido felix, opibus clarus, & inexpugnabili potentatu, plurimas, & ingentes nationes servituti subegit. Unde & in arrogiantiam ruens, curru ex adhærenti sibi auro, & lapidibus pretiosis construto, sedet super eum, & subjecit jugo de exuperatis regibus quatuor trahere currum. Cùmque hoc fieret in insigni festivitate, unus ex quatuor regibus frequenter vertebat oculum retrorsum, & contemplabatur cùm volvere tur rota. Quem percontatus Sesostris ait, Cur post tergum obfirmas oculos? Hanc, inquit ille, rotam miror instabilem, atque taliter se moventem, & alijs modò excelsa humilantem, rursusque humiliata exaltantem. At verò Sesostris parabolam intelligenter animadvertens, legem posuit, ne currum reges ulterius traherent. His Chajanus auditis subrisit, & ait se pacem sectari. Priscus autem Chajano reddidit prædam pro transitu, & exuvijs omnibus sumptis, sine dispendio amnem transfivit. Porro Chajanus his susceptis magnifice laudabatur. Priscus Byzantium vénit, & Petrus Prætorum suscepit. Quartodecimo Imperii Mauricii anno, jussit Imperator Petro Prætori, ut tertiam portionem rogæ in auro Romanis acciperet, & tertiam in armis, & aliam tertiam in vestimentis diversis. Itaque Romani hoc audito, ad tyrannidem vertebantur: Prætor verò timens satisfaciebat militibus hoc verum non esse, & exhibebat exercitibus alias literas jubentes sibi, quatenus hi, qui fortia gesserant, & de periculis triumphaverant, in urbe summa requie potirentur, de publicis sumptibus inter senes alendi, pueri verò militum in locis propriorum parentum inscriberentur, talique suadela populum mitigavit, & Cæsarem bonæ famæ præconio laudavere. Hæc autem Petrus Imperatori denunciavit. Cùmque venisset Martiano-polim, dirigit mille præcessuros, qui repertis Sclavinis, multam ducentibus Romanam prædam, hos insequentes occiderunt, multaque prædâ receptâ, Romanica redditur ad rura. Eodem verò anno construxit Imperator foliarium Manauræ rotundum, & in medio atrio ejus statuam suam statuit, & illic posuit armamentum. Quindecimo Imperii Mauricii anno Petro venationem exercenti sus agrestis obviam occurrit, pedemque illius ad arborem conquassavit, & importabilibus doloribus multo tempore languit. Ast Imperator literis pessimis, & improperiis gravibus ei detraxit, auditio, quod multæ gentes Sclavinorum contra Byzantium motæ fuerint. Petrus verò coactus Novas pervenit. Hi verò, qui erant de civitate, unà cum ignobilibus militibus, & Episcopo obviam veniunt, quos Prætor intuitus, & arma eorum, ac formidinem admiratus, jubet urbe dimissa Romanæ misceri catervæ. Milites autem ad civitatis custodiā ordinati hoc agere renuerunt. Tum Prætor in furorem versus destinavit Genzonem, unà cum multitudine militum. Qui hoc agnoscentes confugerunt in Ecclesiam, & clauso ostio templi perseverabant. Genzo verò pro reverentia templi recessit inefficax. Petrus autem iratus Genzonem à prætura deponit, & missò Scribone ignominiose ad se Episcopum jubet

(55) γυπταις.

(56) μυστήιον τη ρύγχη τη βαρβάρων.

jubet adduci. Porro cives collecti scribouem, cum dedecore urbe depellunt. Cujus obseratis portis, Mauricium quidem Imperatorem laudibus effertur, Praetorem autem conviciis cumulant, sique cum opprobrio Petrus inde recessit. Præmittit præterea mille ad explorandum, qui Bulgares consequuntur numero mille. Verum Bulgares confisi super pace Chajani securi pergebant. Romani autem in Bulgares imperium fecerunt. Qui mittunt viros septem, componentes pacem minimè dissolvendam. Hoc audientes hi qui præcurrerunt, significant hæc Praetori, qui dixit, Nec si Imperator venerit, his parcam. Congressione verò belli facta Romani vertuntur, sed Barbari non sunt persequuti eos, ne vincentes discrimen incurrent. Porro Praetor Taxiarachum præcurrentium flagellavit. Et hoc comperto Chajanus destinavit legatos ad Petrum, inceptionem incusans, & quod Romani justam pacem sine causa dissolverent. At verò Petrus verbis seductoriis usus, non se scisse motionem affirmat, duplicita tamen dare spolia procurat. Sicque Barbari amissis spoliis dupla forte receperis, paci consulunt. Petrusque contra Exarchum Ardagastum properat, & Barbari circa ripam fluminis huic obvii facili prohibebant transire. Romani verò à fretis sagittantes, hos vertunt, quibus in fugam conversis, percutitur illico Ardagastus, & moritur. Transeuntes autem Romani prædam multam ceperunt, & ad propria remeabant. errantibusque ductoribus, & in inaquosa incidentibus loca, periclitabatur exercitus. Porro cum iter agerent, noctu veniunt ad amnem Hellicium dictum. Cum verò trans flumen essent Barbari ripis absconditi, eos qui hauriebant aquam, jaculabantur. Igitur magna molestia Romanis effecta militiis, in fugam vertuntur à Barbaris debellati. Verum Mauricius his auditus, Petrum prætura privavit, & Priscum Praetorem Thraciæ denudò misit.

Anno decimosexto Imperii Mauricii, Priscus Praetor egressus in Thracem, virtutes enumerauit exercitus, & irvenit quod ex eis multitudine fuerit consumpta. His autem sumptis, vénit ad Istrum flumen, & Novas. Quo cognito Chajanus misit legatos, causam ipsius sciscitatus adventus. Priscus autem venationis causâ se venisse fatebatur. Ast Chajanus, Non est iustum, inquit, in alieno loco venari. E contra Priscus suum dicebat locum, & ei fugam ex Oriente improperabat egisse. Barbarus autem Sigdonis muro destruncto, ad Romanorum terras profectus est. Quo cognito Priscus vénit ad insulam Istri, & dromonibus sumptis ad Chajanum apud Constantiolam vénit volens loqui cum eo. Cumque Chajanus ad oram fluminis vénisset, Priscus eum tristis alloquitur. Chajanus autem dixit ad eum. Quid tibi Prisce, ac terra mea? An hanc vis accipere de (57) manibus meis? Judicet Deus inter me. & Mauricium Imperatorem, & requirat sanguinem exercitus Romanorum, & exercitus mei de manibus ejus. E contrâ Priscus, Sigdonem inquit, civitatem redde Romanis. Qui ait: Unam civitatem à nobis conaris accipere? Videbis post paululum quinquaginta civitates Romanas Avaribus servitute redactas. Priscus autem per amnem navibus Sigdoni exhibitis, hanc depopulatus est, & ex ea Bulgares pepulit. Septimodecimo Imperii Mauricii anno coacervatis virtutibus Chajanus in Dalmatiam properat, &

A cùm venisset Balcham, quadraginta civitates, quæ circa eam sunt omnes, depopulatus est. Quibus Priscus agnitis, Gudoni ad exploracionem rerum direxit, qui in valle occultabatur pusilla, & diluculo in dorsi eorum adiectus, illico cunctos peremit, & acceptam prædam adduxit ad Priscum. Porro Chajanus, infortuio comperto, in regionem suam regressus est, & Priscus ad propria. Anno decimoctavo Imperii Mauricii, sumptis virtutibus Priscus Sigdonem vénit. Chajanus verò, congregato proprio potentatu, subito Myssæ adevit, & Coameam urbem capere nitiuit. Propterea Priscus, Sigdone relicta, huic efficitur proximus. Cùm autem Paschalis festivitas haberetur, & Romani fame tabescerent, audiens Chajanus Prisco significabat, ut sibi plastra mitteret ad deportanda illis alimenta, quatenus cum hilaritate propriam festivitatem celebrarent. Quadraginta itaque plastra plena his mittit. Par modo & Priscus species Indicas Barbaro quasdam remisit, piper videlicet, & folium Indicum, & costum, & casiam, atque alia ex his quæ queruntur, cùm Chajanus apud Sirmium resideret, qui receptis his, gavisus est valde in eis, & donec completeret dies festus, Romani. ac Barbari simul habitabant, & non erat in utrisque virtutibus timor. Cumque suisset dies festus, Barbari separati sunt à Romanis, & Diriziperam venientes civitatem depopulati sunt, & Sancti Alexandri Ecclesiam incenderunt, sepulcrumque illius argenteo tecto coopertum, spoliant. Sed & injuris quoque Martyris corpus afficiunt, multamque in Thrace prædam capientes epulabantur splendidè contra Romanos elati. Cumque Commentiolus vénisset Byzantium, maxima urbi turbatio, & æstus incubuit, ita ut timore detenti, consilium caperent Europam deferendi. & in Asiam, & Chalcedonię migrandi. Quin & Imperator excubitoribus, armatoque, ac electio cuneo sumpto murum munivit. Vulgus autem urbem custodiebat, & Senatus commonebat Imperatorem legationem ad Chajanum mittendi. Deus autem vindictam Martyris faciens Alexandri, pestilentiam languoris Barbaris intulit, & in uno die septem filios Chajani per febrem, & inguinaliam passionem occidit, unâ cum aliis turpibus (58) multis, ita ut post triumphale gaudium, cum carminibus, & cantibus, lamentationes, & lacrymæ, & luctus sine consolatione possideret Barbaros. At verò Senatus rogabat Cæsarem, legationem ad Chajanum mittendi. Imperator autem Amazonem misit ad Chajanum cum mulieribus multis Dirizipera, qui verbis militibus blandiretur. At ille nolebat dona suscipere, lamento intolerabili filiorum morte detenus. Dicebat autem ad legatum. Judicet Deus inter me, & Imperatorem Mauricium. Ego verò captivos ei reddo, per unam animam unum (59) numisma percepturus ab eo. Mauricius autem id dare minimè passus est. Iterum Chajanus petiit, per singulas animas unum accipere numum. At Imperator, nec sic dare consensit. Sed nec in quatuor siliquis. (60) Tunc Chajanus, commotus furore, omnes occidit, & ad propria rediit, cùm quinquaginta millia aureorum pactis Romanis imposuisset. Quin & Istrum flumen non se transitum professus est. Ex hoc itaque contra Mauricium Imperatorem multum commotum est odium, & coepérunt hunc subjecere maledictis. Similiter,

(57) Aliter per mendacium, &c. de.

(58) Aliter turbis.

(59) Niceph. duo.

(60) ἀντα κεράτια δ.

liter & populus apud Thracem conviciis contra Imperatorem commotus est. Exercitus autem procuratores ad Imperatorem contra Commentiolum direxit, quod proditionem in prælio fecerit. Inter quos etiam erat Phocas, qui Imperatorem allocutus severius, huic in concilio contradicebat, ita ut quidam ex Patriarchis hunc alapâ percuteret, & barbam ejus evelleret. Verum Imperator non suscepit adversum Commentiolum populi querimoniam, sed hos inefficaces deseruit, propter quod insidiarum in Principem exordium sumitur. Præterea per idem tempus apud Aegyptum in Nilo flumine Mena Præfecto, unâ cum populo deambulante, in loco qui Διάτα nominatur, sole orto animalia humanæ formæ apparuerunt in flumine, vir scilicet, & mulier. Et vir quidem erat pectorosus, vultuque terribilis, rufa comâ, canisque permixtis, & usque ad lumbos denudabat naturam, & cunctis demonstrabatur nudus, reliqua autem corporis membra cooperiebat aqua. Hunc Præfectus juramentis constringit ne defrueret aspectum, priusquam omnes saturati fierent hoc inopinato spectaculo. Porro mulier, & mamillas habebat, & foemineum vultum, cæsariesque prolixas, & usque ad horam nonam omnis populus mirabatur, videntes hæc animantia, quæ horâ nonâ in flumen demersa sunt. Sanè Menas Imperatori Mauricio hæc scripsit. Anno Imperii Mauricii decimo nono, die autem Paschæ, Sophia Augusta uxor Justini, unâ cum Constantina Mauricii conjugi, stemma constructum attulerunt Imperatori. Qui hoc contemplato pergens in Ecclesiam, id obtulit Deo supra sancta in mensa suspendens in triplicibus catenulis lapidibus, & auro contextis. At verò Augustæ, hoc comperto, tristatæ sunt valde, & in jurgio adversus Imperatorem Constantina festum diem fecit Augusta. Cùm autem Imperator non attendret militiarum querelas in Thrace positarum, iterum Commentiolus assumptis armatis vénit ad Istrum, & unitur Prisco apud Sigdonem, & solvit pax, quæ ad Avares erat. Quâ disolutâ veniunt in Viminacium, quod est insula magna Istri. Quibus auditis Chajanus collectis potentatibus ad Romanica procedit rura. Quatuor ergo filios suos traditis aliis virtutibus ad custodienda vada Istri constituit. At verò Romanis factis, fluvium transmearunt, & Prætre Prisco bellum cum filiis Chajani injerunt. Commentiolus enim infirmatus in Viminacio sedebat insula. Cùmque multas horas bellum tenuisset, & trecentis jam Rom. interemptis sol occubuisse, quatuor millia Barbarorum intereunt. Similiter & tertia die præliantes, ab excelsioribus Rom. ad Barbaros accesserunt, hosque vertentes ad stagnum, atque pellentes Avares, multos necaverunt ex illis. Inter quos, & filii Chajani necati sunt, illustremque victoriæ Rom. induerunt. Chajanus vero coacervatis viribus copiosis contra Rom. progredivit. Bello autem manente, vertunt Romani Barbaros, & hanc omnibus insigniorem retulere victoriæ. Interea Priscus quatuor millibus præmissis, Tyrso amne transmisso, Barbarorum explorare motus præcepit. At verò nil eorum quæ facta fuerant Barbari cognoscentes festum diem concelebrant, & pariter convivantur. In hos clanculo Romani incidentes maximum operari sunt metum. Triginta quippe millia Gepidorum, Barbarorumque aliorum occiderunt, & copiosâ prædâ comprehensâ revertuntur ad Priscum. Chajanus autem rursus potentatibus

A cumulatis, vénit ad Istrum, & inito bello Barbari superantur, & in amnis fluentis necantur, pereuntque cum his plurimi quoque Sclavini. Vivos autem obtainuerunt Avarum quidem tria millia, Sclavinorum verò octingentos, & Gepidum tria millia ducentos, nec non & duo millia Barbarorum. Porro Chajanus ad Imperatorem Mauricium legatos misit captos recipere nîsus. At ille nondum compertâ inclytâ Romanorum victoriâ, sribit Prisco, ut Avares tantum Chajano redderet. Eodem anno quidam vir monachico circumamictus habitu, & in religione clarus, spatâ denudatâ à foro usque ad æneam gladiatori statuam discurrens, Imperatorem omnibus in occidente gladii moritum prædictit. Similiter & Herodianus Mauricio manifestè quæ sibi fuerant ventura prædictit. Imperatore verò noctu discalceato litaniam cum tota urbe agente, & transeunte ad Carpiana loca, tumultuantes quidam ex multitudo ne contra Imperatorem lapidibus jacint, ita ut vix Imperator cum Theodosio suo salvaretur, & orationes compleret apud Blacernas. Anno verò Imperii sui vicesimo, Mauricius in se reversus, & sciens, quod nihil Deum lateat, sed omnibus reddat secundum opera ipsorum, & recogitans excessum, quem in captivitate perpetraverat, non redimens eam, expedire judicavit in hac vita se recipere pœnam pro peccato, & non in futurâ, & factas preces in scriptis transmisit ad omnes Patriarchales sedes, & ad omnes civitates sibi subjectas, & ad monasteria, quæ sunt in heremo, & in Hierosolymis, & ad lauros pecunias, & cereos, & incensa, ut orarent pro se, quod hic reciperet, & non in futuro seculo. Scandalizabatur autem & in Philippicum generum suum, quod in philiteram nominaretur. Porro Philippicus diversè jurabat Imperatori, quod purus esset in servitio ejus, & apud se nullum dolum haberet. Cùmque Mauricius supplicaret Deo misericordiam præstandi animæ suæ, quadam nocte dormiens, in visu ante æneam palatii portam imagini Salvatoris se vidit assistere, & copiosum populum pariter assistentem. Tunc facta est vox ex charactere magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi, dicens: Date Mauricium. Et tenentes eum judiciorum ministri, exhibuerunt ante purpureum umbilicum, qui illic erat, & ait ad eum propria voce: Ubi vis reddam tibi, hic, an in futuro seculo? Quo audito ille respondit, Amator hominum domine, & judex justæ, hic potius, & non in illo seculo. Et iussit divina vox tradi Mauricium, & Constantinam uxorem ejus, & filios, & omnem cognitionem domus ipsius Phocæ militi. Expergescitus ergo Mauricius, vocatum eum qui coram se dormiebat, misit ad Philippicum generum suum, ut celeriter eum duceret ad se. Cùmque ille abiisset, vocavit eum. Qui consurgens advocata uxore sua Gordia osculatus est dicens: Salve: jam non me videbis. Quæ exclamavit cum fletu magna voce ad paracœnumenum dicens: Adjuro te per Deum quæ est hæc causa, ob quam querit hac hora? At ille juravit se ignorare, quia repente de somno exurgens Imperator misit me. Philippicus ergo quæsivit Corpus Christi percipere, & sic ad Imperatorem properare. Uxor autem ejus jacebat in terra se volutans, & plorans, & Deum exorans. Ingressus verò Philippicus cubiculum regium, projectis se ad pedes Imperatoris. Imperator autem dicit ei, Ignosce mihi propter Dominum, quia peccavi tibi. Nam usque nunc scandali-

dalizabar in te , & jubens exire paracœmumenum surrexit , & cecidit ad pedes Philippici , dicens : Ignosce mihi , quia modò certissime scio , quia nihil peccaveris in me . Sed dic mihi . Scis aliquem inter agmina nostra Phocam militem ? At verò Philippicus recogitans dicit ei : Unum agnosco , qui ante modicum tempus procurator ab exercitu destinatus , contradicebat Imperio tuo . Ast Imperator ait : Cujus est qualitatis ? Qui ait : Juvenis , & temerarius , sed tamen timidus . Tunc Mauricius : Si timidus , inquit , profecto & homicida . Et referebat Philippico somnii revelationem . Porro nocte illa visa est stella in cœlo , quæ dicitur cometa . In oratione autem vénit Magistrianus , qui missus fuerat ad Sanctos eremi Patres , ferens responsa ab eis hujusmodi : Deus receptâ pœnitentiâ tuâ salvabit animam tuam , & cum Sanctis cum tota domo tua te constituet : ab Imperio verò cum ignominia , & discrimine discedes . His auditis Mauricius glorificavit magnifice Deum . Igitur autumni tempore accedente , cum Mauricius Imperator jussisset Petro , ut in Sclavinorum regione hyemaret populus , restiterunt Romani hoc facere non consentientes , tam propter equorum humiliationem , quâm quod copiosam circumducerent prædam , necnon & ob multitudines Barbarorum , quæ per regionem diffusa noscebantur , & seditionem meditati sunt . Prætor autem indignatus contra populum indemnatione (61) eos dimisit . Incidunt itaque pluviae creberrimæ super populum , & frigus multum . Petrus autem viginti millibus procul ab exercitu morabatur . Mauricius autem Petro per literas molestus erat , ut Istrum transiret ; & hyemales escas populi de Sclavinorum sumeret regione , ne alimenta publica cogeret præstare Romanis . Prætor verò accersito Gadim ait : Nimirum mihi gravia videntur Imperatoris præcepta in aliena terra hyemare Romanos jubentis . Nam illi non obaudire sœvum est , & rursus obaudire sœvissimum . Nullum bonum parat avaritia , mater autem omnium malorum consistit , qua Imperator languens , horum causa maximorum malorum Romanis efficitur , accersisque populi taxiarchis , Imperatoris intentionem eis aperuit . Populus autem , hoc audito , seditiones concitaverunt , & insignes quidam Principes ex eis fugientes ad Prætorem venerunt . Porro multitudines in unum congregatae provehunt Phocam Centurionem Exarchum , & super clypeum hunc exaltatum , laudibus Exarchum acclamaverunt . His Petrus auditis in fugam versus est , & omnia Imperatori manifestavit . Ast Imperator his difficultibus auditis , ea multitudines celare tentabat . Secunda verò die ludum celebravit equestrem , incomoda infelicitatis occultans . Vulgus autem Praesinorum clamabat , Constantinus inquietus , & Commentiolus , Romanorum ter Auguste , plebi tuæ molestias ingerunt , ut cruces his ponantur in ea , quæ habemus peccata . Deus , qui omnia condidit , subjiciat tibi omnem inimicum , & hostem tam intestinum , quâm externum sine sanguine . At verò Imperator plebibus intimabat , Nilvos , inquietus , turbet irrationalib[us] militum immoderatio , & inquietudo . Veneti autem dixerunt : Deus , qui sicut te imperare , subdat tibi omnem , qui imperium tuum impugnat . Et si Romanus est , qui fide ruptâ terga vertit à te , hunc tibi in servitutem redigat absque sanguine .

Tom. I.

(61) Fr. Pith. in dementationem . P. Pith. in amentioni .

A Hos Imperator armans , & sermōnibus blandis compescens . unā cum demarchis muros urbis custodire præcepit . Præterea filio Imperatoris Theodosio , unā cum Germano socero suo , apud Callicratiam venationes exercebante , initunt Romanī literas ad Theodosium ab eo imperari poscentes : sin autem , saltem Germanum Imperatorem pronunciandum . Neque enim nos ajunt imperari à Mauricio de cætero patiemur . His Mauricius compertis accersit ad se filium . Commentiolum verò muros observare præcepit , Germanum autem unā cum filio accusabat harum fuisse calamitatum auctores . Cūque Germanus se excusare niteretur , Mauricius ait : O Germane , duo sunt argumenta suspicionis meæ , populi scilicet ad te literæ , & quod cuncta depasti sunt , & nullis , exceptis tuis , pepercerunt . Parce Germane prolixum faciendo sermonem . Nihil suavius quâm per gladium mori . Sanè Germanus templum Dei Matris , quod appellatur Cyri , fugit . Quod cū Imperator didicisset , Stephanum eunuchum direxit ad Germanum ab Ecclesia educendum . Cūque Stephanus violenter hunc educere voluisset , fautores Germani resistentes expellunt Stephanum , & accipientes Germanum in Ecclesiam magnam effugiunt . At verò Imperator cedebat virginis filium suum Theodosium , asserebat enim Germanum per eum fuisse fugatum , & mittit excubidores à magna Ecclesia educendi Germanum . Hinc magnus rumor urbi incubuit . Germanus autem egredi , & dare se voluit . Verum hunc multitudines exire minimè permiserunt , sed magnis conviciis Imperatori derogaverunt dicentes : Non habeat pellem , qui te amat Marcionista . (62) Igitur qui muros custodiebant his compertis , custodiā negligentiā prodiderunt . Mauricius autem exutus media nocte Imperioriā stolā , & privatā circumamictus , dromonem ingressus cum uxore , filiisque suis , & Constantino , fugam arripuit . Copiæ verò per totam noctem pessimis injuriis Imperatorem appetebant , sed & Cyriacum Patriarcham reprehendebant . Turba itaque ingenti sœiente , cum ingentibus periculis apud Sanctum Autonomon salvatur Mauricius . Nocte verò supervenient ei etiam dolores arthritici , quos manuum dolores vocant , & pedum . Porro mittit Theodosium filium suum cum Constantino ad Chosdroen regem Persarum , ut recordaretur eorum quæ sibi facta fuerant à se , & vicissitudinem beneficij sui rependeret filio suo . Germanus autem mittit ad Sergium Demarchum Praesinæ partis , ut auxiliaretur sibi gratiâ imperandi , re promittens se partem Praesini honaturum , ipsumque magnis dignitatibus elaturum . At verò Sergius hoc insignibus vulgi confessus est , qui minimè id admiserunt , fantes nunquam Germanum ab amore recedere Venetorum . Praesini verò exeunt in regiam magnis laudibus tyrannum Phocam efferebant , & persuadent ei venire Septimum . Dirigit igitur Phocas Theodorum à secretis , qui ingressus magnam Ecclesiam , coram populo legit , ut tam Patriarcha , quâm Senatus , & vulgus venirent in Septimum . Hoc igitur facto , & cunctis convenientibus apud Septimum , tunc Patriarcha Cyriacus à tyranno de Orthodoxa fide , & ut sine perturbatione servaret Ecclesiam , extorsit professionem . Visus verò est Germanum tyrannus adhortari . Cūque Germanus

Q

(62) Aliter Maurici .

manus nolle se simularet, & vulgus tyrannum laudaret, pronunciatur malus, & dominus sceptorum tyrannus provehit: & prævalet adversus felicitatem calamitas, & sumunt principium magna infortunia Rom. Denunciatio vero tyranni in templo Sancti Joannis Baptista effecta est, ubi duobus moratus diebus, tertia die introivit regalia, super Imperiale sedens carucam. Porro quinta die coronavit Leontiam uxorem suam Angustam. Hac igitur die tumultuantur partes adinvicem propter stationes locorum. Tyrannus vero Alexander correbellum suum misit partes compescere. Alexander vero in Cosmam Venetorum Demarchum manus immittens pepulit eum, & contumeliis laceravit. Porro Veneti indignati clamabant: Vade, disce ordinem, Mauricius non est mortuus. At vero tyrannus his auditis in necem Mauricii commovet, & missis militibus, duxit eum Chalcedonem ad Eutropium portum, & primò quidem cruciavit eum in cædibus filiorum, post Imperatorem punit. Nam quinque filii ejus mares coram viis illius præocciduntur. Verum Mauricius patienter infelicitatem sustinens, Deum in omnibus invocabat, & crebro pronunciavat dicens: Justus es Domine, & rectum judicium tuum. Fit itaque mors filiorum epitaphium patris, præstendens virtutem in mole calamitatis. Cumque nutrix unum ex Imperatoris pueris furata fuisset, sumque pro eo interemptioni obtulisset, Mauricius non annuit, sed suum requisivit. Ajunt itaque quidam, quod eo occiso lac cum cruento fluxerit, ita ut omnes insipientes dire lamentarentur. Sic ergo Imperator naturæ legibus etiam celsior factus, vitam commutat. Porro ex illo tempore non defuerunt Imperio variæ, ac ingentes erumne. Denique & Chosdroes Persarum rex pacem dissolvit, & Aves Thracem devastarunt, atque Romanorum exercitus uterque depopulatus est. Ita ut cum Heraclius regnaret, & inquisitionem armatorum cum summa diligentia ficeret, ex omni multitudine illa, que inventa fuerat in tyrannie Mauricii cum Phoca, neminem exceptis duabus ulla tenus inveniret.

PHOCAS.

Anno ab Incarnatione Domini DXCV. Phoca tyrannus peremit Mauricum, ut prædictum est, una cum masculis quinque pueris ejus, & horum capita jussit ponit in campo (63) tribunali diebus multis, & exivit ab urbe, & contemplabatur ea, usquequo factorem dederunt, interficunt autem & Petrus frater ejus, & alii proceres multi. Theodosium vero filium ejus sermo tenet lapsum, & ita salvum repertum. Præterea Chosdroes Persarum rex famam hanc augmentavit, aliud, aliterque mentitus, & hunc apud se dicens quasi providere se, Romanorum sperans obtinere Imperium. Et convictus est multis modis, maximè vero ex eo, quod bella repentina moveret, & Romanas res magnopere devastaret. Interea Calligraphus quidam Alexandriæ, venerabilis vir, ex matutina vigilia domum vadens media nocte videt statuas ex metallo æris (64) abstractas, & voce grandi dicentes interemptum Mauricum, & filios ipsius, atque omnes casus, qui apud Byzantium fuerant gesti. Manè vero facto pergens haec Augustali retulit, (65) qui præcepit ei nulli haec manifesta facere, scri-

A bensque diem præfabulabatur exitum. Die vero nona prætereunte, ecce nuncius venit indicans Mauricii interemptionem. Tunc Augustalis demonum vaticinium coram populo publicavit. Narses autem Praetor quondam Romanus contra tyrannum rebellionem paravit, Edeßamque obtinuit. Scribit itaque Phocas Germano Praetori Edeßam obſidenti. Narses vero scribit Chosdroi regi Persarum congregandi virtutes, & bellum constituendi contra Romanos. Porro Phocas fratrem Domentiolum fecit Magistrum, & Priscum Comitem excubitorum. Anno Imperii Phocæ secundo Chosdroes rex Persarum collectum copiosum potentatum adversus Romanos direxit. Germanus autem timuit, verum coactus prælium initit. Qui cum in eo vulneratus fuisset, hunc ministri, usque ad civitatem Constantiæ duxerunt, superanturque Romani. Sed & Germanus undecima die spiritum exhalavit. Phocas autem potentatus ab Europa in Asiam transtulit, Chajano pactis additis, arbitratus Avarum quiescere nationes. His ergo divisus, quosdam contra Persas misit, quosdam vero ad obſitionem Edeſſæ contra Narsen cum Leontio Spadone, & magnate suo direxit. Chosdroes autem, collectis potentibus, apud Daras efficitur. Porro Narses egreditus Edeſſam Hieropolim fugit. Interea Chosdroes cum Romanis fit penes Ardum, & munitione de elephantis constructâ, bellum initit, & victoriâ magnâ potitus est, captis Romanis non paucis, quos & capitis recisione punivit. His itaque gestis, Chosdroes ad terram suam regressus est, Zongoi potentibus relictis. Hoc comperto Phocas contra Leontium furit, & manicis ferreis cum ignominia Byzantium ducit, & creat Praetorem Domentiolum nepotem suum, & curatorem Palatii facit. Anno Imperii Phocæ tertio, misit Chosdroes Cardarigam, & Rusmaysan, qui depopulati sunt terras Romanorum. Domentiolus vero verbo dato Narsi, juramentisque non paucis credere persuasit, quod nullam injuriam apud Phocam esset passurus, & direxit eum ad Phocam. At vero Phocas hoc verbum minimè servans, igne cremavit eum. Romani ergo hiac plurimum tristes effecti sunt, quod timorem magnum in Persas idem Narses haberet, adeò ut filii Persarum audito ipsius nomine tremarent. Porro Persæ gavisi sunt gaudio magno. Anno Imperii Phocæ quarto, Scholasticus eumulus, vir gloriosus Palatii, Constantinam dominam cum tribus filiabus ejus accipiens ad magnam Ecclesiam confugit, consilio Germani Patricii desiderantis Imperium. Fit igitur sedatio magna in urbe: Germanus autem Demacho Praefinorum talentum auri misit, ut cooperaretur ei, primores autem vulgi id admittere noluerunt. At vero tyrannus in Ecclesiam ad abstrahendum mulieres destinavit. Sanè Patriarcha Cyriacus tunc restitit tyranno, minimè passus è templo tyrannice abduci mulieres. Verum juramentis certo eo reddito à Phoca, quod non læderet eas, educuntur è templo, & clauduntur in Monasterio. Præterea eodem anno Persæ ceperunt Daras cum tota Mesopotamia, & Syria, captivitate multa, cuius non est numerus, factâ. Anno Imperii quinto Phocas filiam suam Domentiam Prisco Patricio, & Comiti excubitorum junxit, & factis in Palatio Marniæ nuptiis jussit fieri luctum equestrem.

De-

tallo, aris.

(63) ἵν τῷ καμπτῷ τῷ τριβεναλίῳ.
 (64) Vide Niceph. 18. c. 41. & Cedren. Codex MS. ex aris. P. Pith. MS. ex me-

(65) αὐγυσταῖς.

Demarchi (66) autem utriusque partis apud quatuor columbas cum Imperialibus signis statuerunt Prisci, ac Domentiae signa. Quibus auditis Imperator iratus est, & mittens adduxit Demarchos, Theophanen scilicet, & Pamphilum, & statuens nudos, jussit eos decollari. Cum enim misisset protocursorem, ut interrogaret eos, quo præcipiente fecerint hoc, dixerunt, quia secundum consuetudinem lineatoris (67) fecerunt. Porro lineatores, sive mensores interrogati, quam ob rem id fecerint, dixerunt, quia cum Imperatores ab omnibus nominati sunt, hoc à nobis ipsis fecimus. Sanè Priscus timore tenebar, ne forte Imperatoris iram incideret. Turbis autem clamantibus veniam concedi sibi, veniam dedit Phocas. Ex tunc ergo Priscus indignationem passus, non erat recte cum Phoca. Interea quedam mulier Petronia nomine, fit Imperatrici Constantiae ministra, quæ ad Germanum responsa ferebat. Porro cum fama dilataretur, quod Theodosius Mauricii filius viveret, spem bonam tam Constantina, quam Germanus habebar. At verò scelestia Petronia hæc tyranno manifesta fecit. At tyranus Constantinam Theopropio (68) Exarcho ad torquendum prodidit. Quæ dum torqueretur, Romanum Patricium nosse interloquutiones suas confessa est. Qui comprehensus, arque discussus, etiam alios fore in insidias tyrannidis sibi cooperatores perhibuit. Comprehensus est autem Theodorus Orientis Praefectus, quem tyranus interemit, Helpidiique pedes (69) præcidens hunc tradidit igni, Romanumque decollavit. Porro Constantinum, cum tribus filiabus in loco ubi Mauricius interemptus est, gladio trucidavit. Germanum autem, & ejus filiam ore machæne occidit. Similiter & Joannem Gizau Patricium, & Theodosium, qui Subdivæ (70) dignitate habebatur insignis, & Andream Sanctocroben, (71) & David Chartophylacem Hormisdæ. Eodem anno Persæ transmeantes Euphraten, totam Syriam, & Palæstinam, & Phœnicen depopulati sunt, multo in Romanis excidio perpetrato. Anno verò Imperii Phocæ sexto Priscus intueri non sustinens tam injusta homicidia, quam cætera mala, quæ à Phoca patabantur, scriptis ad Heraclium Patricium, & Prætorem Africæ, quo Heraclium filium suum, & Nicetam filium Gregoræ Patricii subprætorem suum mitteret, quatenus contra Phocam tyranum venirent. Audiebat enim eum rebellionem meditari in Africa, unde nec navigia hoc anno Constantiopolim consenderunt. Occidit autem Phocas omnem cognitionem Mauricii, & Commentiolum Thraciæ Prætorem, & alios multos. Facta est etiam mortalitas in anno isto, & inopia omnis speciei. Præterea Persæ, unà cum Cardariga egrælli ceperunt Armeniam, & Capadociam, pugnantesque Romanorum verterunt militias, ceperuntque Galatiam, & Paphlagonium, & venerunt usque Chalcedonem, sine

A parcitate depopulantes omnem æstatem. Et hi quidem foris portam Romanis tyrannidem interfecabant. Phocas verò his pejora intrinsecus patrabat occidens, atque captivans. Anno Imperii Phocæ septimo Antiocheni Judei, simulatae inquieta commissa contra Christianos, occidunt Anastasium Magnum Patriarcham Antiochiae, mittentes naturam ejus in os ejus, & post hæc trahentes eum in plateam urbis. Interfecerunt autem & civium multos, & incenderunt eos. Phocas verò fecit Comitem Orientis Bonosum, & Chotin Magistrum militum, & transmisit eos adversus illos, & non valuerunt sedare inquietudinem illorum. Coacervantes verò exercitus irruerunt in illos, & plures occiderunt, & quosdam eorum detruncatis artibus, ab urbe reddiderunt extores. Phocas autem fecit Circensem ludum, & Prasini conviciis eum laceſſere clamantes. Iterum in gabasta (72) bibisti? iterum sensum perdidisti? Et jussu Phocæ Comas Praefectus urbis multos ex eis detruncavit, quosdam verò decollavit, nonnullos autem in faccos missos mari necavit. Porro Prasini coacervati miserunt ignem in Prætorium, & incenderunt curiam, & scrinia, & carceres, ex quibus egressi viacti fugerunt. Hinc iratus Phocas, non (73) eos militare jubet. Porro Heraclius Prætor Africæ molestias perpetiens à Senatu, vocavit filium suum Heraclium contra Phocam tyranum mittendum. Verùm & subprætor ejus Gregoras misit per aridam Nicetam filium suum, statuentes, ut quicumque ex his præveniret, & tyrannum superaret, Imperium sumeret. Hoc verò anno hyems enormis efficitur, ita ut maris mollices in glacie duritiam verteretur. Tum Phocas Macrobius Scribonium (74) jussit sagittari apud Septimum, pendentem in lancea, in qua tyrones exercebantur, quasi conscientium insidiarum suarum. Theodorus enim Praefectus Cappadociæ, & Helpidius præpositus armamenti, & alii diversi consilium fecerunt in hippodromo Phocam occidendi. Et facto prandio Theodorus præpositus (75) Prætori cœpit eis texere intentionem suam. Contigit autem illic inventari Anastasium Comitem largitionum. Prandio ergo facto, & enarratis his quæ insidiarum erant, posuit Anastasium illic se repertum, & non dixit quæ cordi suo inerant, sed siluit. At verò Helpidius perdurabat dicens. Non vultis ut cum federit in solio super hippodromum, hunc comprehendam, & evellam oculos ejus, & sic eum interficiam? Et pollicebatur eis dare currus. Re præterea Phocæ nota ex proditione Anastasiæ facta, jussit Praefectum, & Helpidium, & primores qui sciverant rem, cum omni diligentia discuti. Cumque discuterentur, quæ insidiarum fuerant confessi sunt, & quod Theodorum voluerint facere Principem. Porro Phocas jussit decollari Theodorum, Helpidium, Anastasium, & ceteros qui insidias suas cognoverant.

(66) Zonar. Δρυαρχος interpretatur tribunos plebis, male.

(67) Aliter lineatiræ.

(68) Aliter Theoprecepto.

(69) Aliter verberans manus, ac pedes.

(70) Aliter Subadiuva.

(71) Aliter Scombram. Aliter Scombrum.

(72) Niceph. 18. c. 43. Gabatha.

(73) Aliter non militare Prasinos jubet.

(74) Aliter Scribonem.

(75) P. Pith. Praefectus prætorio.

Explicit Liber Decimusseptimus.

INCIPIT LIBER DECIMUS OCTAVUS.

HERACLIUS.

Nro ab Incarnatione Domini DCII.

Heraclius in Africa Imperator appellatus, vénit cum navibus castellatis, habentibus intra se arculas, & imagines Dei Matris, quemadmodum pyxides. Georgius (1) quoque perhibetur ducens exercitum copiosum ab Africa, & Mauritania venisse. Similiter & Niceta filius Gregorii Patrici per Alexandriam, & Pentapolim, habens secum multum populum pedestrem. Desponsaverat autem Heraclius Eudochiam filiam Rogati Afri, quae illo tempore Constantinopoli erat, una cum Epiphania matre Heraclii. Audiens autem Phocas quod master Heraclii in civitate esset, nec non & Eudochia, quae sibi fuerat desponsata, tenuit eas, & observavit in dominico monasterio, quod cognominatur Nova poenitentiae. Cum autem abiisset Heraclius Abidum, invenerit Theodorum Comitem Abidi, & sciscitatus ab eo, didicit quae Constantinopoli movebantur. At verò Phocas misit fratrem suum Domentiolum magistrum ad custodiendos muros longos. Cumque compresisset Heraclium Abidum abiisse, muris dimissis fugit, & introivit Constantinopolim. Porro Heraclius apud Abidum recepit omnes exules principes, quos ibidem Phocas relegaverat in exilium, & ascendit cum eis Heracliam. Stephanus autem Cizici Metropolis acceptum stemma sancta Dei Genitricis Marie de Ecclesia detulit Heraclio. Præterea cum Constantiopolim pervenisset, divit ad portum Sophiæ, initioque bello vicit gratia Christi tyrannum. Vulgus autem hunc comprehensum interfecerunt, & igne apud Taurum cremaverunt. Ingressus ergo Heraclius regalia, coronatus est a Sergio Patriarcha in Oratorio sancti Stephani in Palatio sito. Coronata est verò eodem die Eudochia sponsa ejus in Augustam, & accepit uterque a Sergio Patriarcha rupiarium coronas, & uno eodemque die Imperator simul & sponsus ostenditur. Mense verò Maji castra moverunt Persæ contra Syriam, & ceperunt (2) Capessam, & Edeßam, & venerunt usque Antiochiam. Porro Romani occurrentes eis superati sunt, & periit omnis populus Romanorum, adeò ut valde pauci ex his evaderent. Anno verò Imperii Heraclii secundo, ceperunt Persæ Cæsaream Cappadociæ, & plurima ex ea captiva duxerunt millia. Heraclius autem Imperator invenerit dissoluta Reip. negotia. Siquidem Europam Avares reddidere desertam: Asiam verò totam Persæ exterminaverunt, & civitates desolaverunt, & Rom. in bellis exercitum interemerunt. Quibus visus hæsitare coepit quid ageret: scrutans exercitum si forte salvis existeret, duos tantum invenerit ex omnibus his, qui cum Phoca contra Mauricium in tyrannide militarunt. Eodem anno natus est Imperatori filius de Eudochia Heraclius minor, qui & Novus Constantinus appellatus est, & mortua est Augusta eadem indictione quinta decima. Tertio anno Imperii Heraclii coronata est Epiphania filia Heraclii a Sergio Patriarcha in Augustam in Oratorio Palatii. Eodem verò prima indictione coronatus est Heraclius junior filius Heraclii, qui & Constantinus, a prædicto Patriarcha. Eodem anno Sarraceni etiam aciem contra Syriam direxerunt, & extermina-

tis nonnullis vicis reversi sunt. Anno Imperii Heraclii IV. ceperunt Persæ Damascum, & captivum duxerunt populum multum. Heraclius autem Imperator legatis ad Chosdroen missis, rogavit eum, ut parceret hominum sanguinem immisericorditer fundere, & definiret tributa, & acciperet pacta, qui legatos inefficaces dimisit, nullâ eis redditâ ratione, sperans comprehendere Rom. modis omnibus principatum. Porro Heraclius eodem anno duxit inceste Martiram neptem suam uxorem, & pronunciavit eam coronatam a Sergio Patriarcha. Anno quinto Imperii Heraclii ceperunt Persæ Jordanem bello, & Palestinam, & sanctam Civitatem, & multos in ea per Judæorum manus interfecerunt, idest, ut quidam ajunt, millia nonaginta. Iste enim ementes Christianos, prout unusquisque habere poterat occidebant eos. Zachariam verò Hierosolymitanum Presulem comprehensum, & pretiosâ, & vivifica lignacum multa preda adduxerunt in Persidem. Eodem anno natus est Imperatori Constantinus alius, & baptizatus est in Blacernis a Sergio Patriarcha. Anno Imperii Heraclii sexto ceperunt Persæ totam Ægyptum, & Alexandriam, & Libyam usque ad Æthiopiam, multaque preda consumptâ, & ex viis quamplurimis, & pecuniis, ad propria remearunt. Carthaginem autem minime valuerunt capere, sed custodiâ dimissâ, obſidendi eam recesserunt. Anno septimo Imperii Heraclii castrametri sunt Persæ contra Carthaginem, quam & bello ceperunt. Eodem anno Cos. factus est Constantinus junior, qui & Heraclius Heraclii filius, & provexit in Cœfarem Constantimum minorem, fratrem suum ex Heraclio genitum, & Martinam. Anno octavo Imperii sui rursus Heraclius misit in Persidem legatos ad Chosdroen postulans pacem. At Chosdroes iterum eos speravit, asseverans. Non parcam vobis, donec Crucifixum abnegetis, quem Deum paternini esse, & adoretis Solem. Anno Imperii Heraclii nono, aciem direxerunt Avares contra Thracem, & missis Heraclius legatis ad eos pacem postebat. Cumque Chajanus hanc facere spondisset, exiti Imperator foras murum longum, cum omni obsequio regio, ac muneribus multis ad suscipiendum Chajanum, recepturus ab eo juramenta faciendi invicem sponsiones pacificas. At verò Barbarus ille tam sponsionibus, quam quæ jurata fuerant spretis, subito tyranice contra Imperatorem protectus est. Stupefactus ergo Imperator super insperatæ rei molimine, fuga lapsus in civitatem reversus est. Barbarus autem omni regio apparatu adepto, & supellectile, & quotquot ex hominibus capere potuit, subvertit villas multas depopulans ex improviso spe pacis deceptos. Anno decimo Imperii sui, missis Heraclius ad Chajanum Avarum legatis, queritur super his, quæ nequiter acta fuerant ab eo, & ad pacem horretatur. Acies quippe disponens contra Persidem dirigendas, pacisci cum Chajano volebat, qui reveritus dilectionem Imperatoris, se punituisse pollicebatur, & pacem fieri reponuit, pangentesque fœdera legati in pace reversi sunt. Eodem anno ceperunt Persæ Ancyram Galatæ. Anno undecimo Imperii Heraclii, durus Chosdroes jugum suum super omnes homines fecit in effusione sanguinis, & ratione tributorum.

Ela-

(1) Aliter ut Georgius quoque perhibet.

(2) Aliter ceperunt Apameam.

Elatus enim triumpho, sullo modo in constan-
tia esse poterat. Tunc Heraclius, zelo Dei
suscepto, & cum Avaribus pace, ut putabat,
contracta, transfulit militiam Europæ in Asiam,
& putabat Dei cooperatione contra Persidem
properare. Anno XII. Imperii Heraclii, mense
Aprilis, die IV., indictione X. Imperator Hera-
clius celebrata Solemnitate Paschali, mox se-
cundâ feriâ vesperi motus est contra Persidem.
Sumptis autem mutuo venerabilium domorum
pecuniis aporiâ coarctatus, accepit etiam Ec-
clesiae magnæ multa candelas fereatia, simul &
alia vasa ministerioria. Quibus confatis exar-
rari fecit in his nummos (3) aureos, & ar-
genteos plurimos, dimisique filium suum
cum Sergio Patriarcha in urbe disponendi ne-
gotia, una cum Bonoso Patricio viro sagaci,
& per cuncta sapienti, atque perito. Scri-
psit autem & ad Chajanum Avarum preces
curam agendi super Romanorum negotiis,
tanquam qui fuerit secum amicitiam pactus,
tutorem filii sui compellans. Motus autem
à regia urbe, exivit per locum, qui dicitur
Porta, navigio iter agens: illinc vero per cæte-
ras regiones sibi subjectas profectus, elegit exer-
citum novum. Hos autem exercere orsus in ho-
stilibus operibus eruditivit. Diviso enim dupli-
citer exercitu, acies, & congressiones invicem
sine sanguine fieri jussit. Clamorem bellicum, &
imperium in alterutrum surgendi hos docebat,
ut reperti in bellis nil mirarentur, sed fiden-
ter proficiscerentur in hostem. Accipiens vero
Imperator in manibus Dei figuram vitilem,
quam manus non depinxerunt, sed in verbo,
verbum, quod omnia firmat, atque componit,
sine pictura formam, velut sine semine eduxit
partum, & in hac sisus à Deo pœta figura,
coepit agones juramenta dans populo, quod
cum ipsis usque ad mortem esset certaturus, &
tanquam propriis filiis adhæsurus. Volebat enim
potestatem non tantum timore, quantum amo-
re possidere. Cumque invenisset exercitum in
desidia multa, & formidine, inquietudine,
ac dedecore constitutum, & per multas terræ
partes disseminatum, astutum in unum colle-
git, & omnes ex una quasi consonantia lau-
davere imperium, & fortitudinem Principis.
Ipse autem verbis hos corroborans perhibebat:
Videte fratres, & filii, quod inimici Dei con-
culcaverunt regionem nostram, & urbes exter-
minaverunt, & altaria concremaverunt, &
mensas iniquitorum sacrificiorum, sanguinibus,
& homicidiis repleverunt, & Ecclesias, quæ
flagitia non admittunt, flagitosissimis repleve-
runt voluptatibus. Itaque rursus cuneos ad bel-
licum exercitum armans, agmina duo armata
ordinans, tubas quoque, ac clypeorum pha-
langes efficiens, & populus thorace indutus
astabat. Nam cum acies statuisse cautiùs, con-
gressiones agere invicem jussit. Impulsiones au-
tem vehementer, ac percussionses in alterutrum
efficiebantur, & habitus belli ostendebantur,
eratque horribile visu spectaculum, sine ti-
more periculum, & ad strages impetus sine
sanguine, sed adveniente necessitate, quatenus
unusquisque percepta occasione cœdis in-
nocua permanere tuior. Taliter autem armatis
omnibus præcepit ab injustitia penitus ab-
stinentiam, & pietatem sectandam. Porro cum
pervenisset ad partes Armeniæ, præcurrere
jussit electos. Sarracenorum vero tunc sub pa-
ctis Persarum constitutorum multitudo equitum
clam in Imperatorem irruere meditabantur.

A Viri autem Imperatoris qui præcurrerant, his
occurrentes Prætorem ipsorum vinculum Hera-
clio adduxerunt, illisque in fugam versis, mul-
tos interemerunt. Quia verò hyeme acceden-
te, Imperator in Ponticum clima divertit, vi-
sum est Barbaris obfidere illum in hoc hye-
mantem. At ille Persas latens, atque divertens
in Persidem properat. Hoc Barbari cognito
in rancorem causa insperati auditus devenerunt.
Sarbarus vero Persarum Prætor, accepto po-
tentatu suo, vénit in Ciliciam, quatenus in
Romaniam ingressus, hunc dare terga compel-
leret. Timens autem, ne per Armeniam Im-
perator ingressus, Persidem turbaret, coactus
est sequi post Romanum exercitum, furari vo-
lens bellum, & per obscuram aggredi noctem.
B Sed è contra plenæ lunge tota nocte fulgente
luce cavillatione frustratus est, & Lunam,
quæ sibi prius in cultu fuerat, infamabat, quæ
videlicet eclipsin ex accidente tulisset. Ex hoc
ergo formidabat Sarbarus cum Imperatore con-
flictum aggredi, & montem quasi dorcadès pe-
tit, intuitus ab excelsø, bonam, & sapienti
arte compositam militiam Romanorum. Com-
pertâ vero Imperator horum formidine, in
locis morabatur requietionis, hunc ad bellum instigans.
C Descendentes autem de monte clam
sepe conflictum concitabant, sed Romani in
cunctis primatum tenebant, riduciamque amplius
exercitus eorum obtinebant, videntes Im-
peratorem præsidentem, & in omnibus belli-
gerantem. Persa vero quidam ante breve tem-
pus profugus, inter Imperatoris exercitum an-
numerabatur. Hic fugiens ad Persas abxit, ex-
timans eos Romanorum exterminturos exerci-
tum. Cumque formidinem eorum videret, post
decimum diem iterum ad Imperatorem vénit,
& liquidò omnem Barbarorum pavorem edi-
xit. At vero Sarbarus ultra commorationem
non serens in monte, coactus est ad prælium
profici. In tres autem partes divisis exerci-
tibus descendit repente, illucescente die, ante
solis ascensum præparatus ad bellum. At Im-
perator præsciens hoc, ordinavit exercitus in
tres æquè phalanges ad pugnam. Orto autem
Sole, & Imperatore ad Orientem reperto,
Persas obtenebravit radius, quem ut Deum
adorabant. Imperator autem fixit populum
suum quasi in fugam versum. At illi solventes
phalanges hoc sine retentione persequi existi-
mabant. Conversi ergo Romani, hos æquo ani-
mo verterunt, ex his multis peremptis. Inse-
quentes autem eos in monte in præcipitia, &
loca devia immiserunt, cunctis illic contritis.
D Inter ea præcipitia instar caprarum sylvestrium
morabantur. Multos autem viventes compre-
henderunt. Ceperunt quoque & horum castra,
& omnem suppellecilem ipsorum. Porro Ro-
mani, extensis in cœlum manibus, Deo gratias
referabant, & pro Imperatore, qui se benè
probaverat, indeficienter orabant. Qui enim
antea nec Persicum audebant pulvrem videre,
nunc immora eorum inventa tabernacula spo-
lliant. Quis enim speret Persarum inexpugna-
bile genus dorsa daturum Romanis? Itaque
Imperator exercitu cum Prætore ad hyeman-
dum in Armenia derelicto, ipse Bizantium re-
diit. Anno vero Imperii sui decimotertio, He-
raclius profectus à regia urbe celeriter in Ar-
meniam properavit. Chosdroes autem rex Per-
sarum, misit Sarmanzarium cum exercitu suo
in Romanorum terram intrandi. Heraclius au-
tem scribebat Chosdroi, ut aut pacem ample-
ctere.

(3) νομιματα, η μιλιαρια.

Eteretur, aut se sciret cum exercitu suo Persidem ingressurum. Chosdroes autem nec pacem amplectebatur, nec verum sermonem Heraclii arbitrabatur. Non enim audere illum Persidi appropinquare putabat. Sane Imperator duodecima Calendarum Majarum ingressus est Persidem. Quo Chosdroes comperto Sarmanzaram reverti jussit, & collectis ex tota Perside militiis suis, & traditis eis Sathin, velociter eas adunari Sarmanzaram jussit, & ita contra Imperatorem procedere. Heraclius autem, advocate exercitu suo, verbis exhortatoriis incitabat eos dicens. Viri fratres Dei amorem in mente sumamus, injuriam hujus requirere satagamus. Stemus igitur fortiter adversus inimicos, quia multa dira in Christianos operati sunt, revereamur Romanum Imperium, quod sui ipsius est domini, & non alterius, & stemus adversus hostes impiis telis armatos. Induamus fidem, nec formidemus interemptionem, & interempricem gentem. Recogitemus, quia intra Persarum terram confisimus, & ingens fuga fert periculum. Vindicemus corruptiones virginum, recisa commilitonum membra nostrorum videntes corde doleamus. Non sunt haec ullam mercedem habentis, sed virtus perennis praemia. Stemus viriliter, & Dominus Deus cooperabitur, & perdet inimicos nostros. Cumque Imperator his, & aliis quamplurimis commonitionibus populum exhortatus esset, respondit ei unus pro omnibus. Expandi angustiam cordis nostri domine, os tuum in admonitione dilatans. Acuerunt sermones tui gladios nostros, & hos animos, qui vinci nequeant, operati sunt. Expeditos nos tuis verbis exhibuisti, erubescimus in pugnis te aspicientes nos procedere, & iussiones tuas in omnibus sequimur. Imperator autem, sumptis militiis, mox ad Persidem interiorem accessit, igne comburens urbes, & castra. Fit etiam terribile hic quoddam miraculum. In aestivali quippe solsticio aether sudore factus est madidus, animos Romani exercitus recreans, adeo ut hinc spem optimam sumerent. Audiens preterea Heraclius, quod Chosdroes apud Gazacroen civitatem cum quadraginta millibus bellorum esset virorum, cum impetu adversus illum perrexit, & præmissi quidam ab eo Saracenorum sibi subjugatorum Chosdroes occurserunt vigiliæ, & horum quosdam occiderunt, quosdam vero vincitos compedibus cum Praetore ipsorum Imperatori presentarunt. Hoc comperto Chosdroes derelicta, tam civitate, quam militiam, fugâ usus est. At vero Heraclius insequutus, quosdam præoccupatos occidit, ceteri autem hac, illaque palantes dissipati sunt. Cumque pervenisset Imperator ad Gazacensem civitatem, in suburbanis hujus reficiebat exercitum suum: Persæ vero qui confugerant ad eum, prohibebant, quod Chosdroes fugiens igne consumpsit omnia fata in locis illis, & pervenerit ad civitatem Thebarmam in Oriente sitam, in qua erat templum Ignis, atque pecuniae Erisilidorum (4) regis, & error prunorum, & his acceptis ad partes Damastager (5) iter egerit. Imperator autem profectus à Gazacensem civitate pervenit Thebarmam, (6) & ingressus in eam igne consumpsit templum Ignis, & tota civitate combusta, persecutus est Chosdroen in angustiis regionis Medorum. Chosdroes autem in his duabus regionibus de-

A loco ad locum peragrans latitabat, & Heraclius hunc persequens, multas civitates vastavit, & regiones. Hyeme vero accidente consilium faciebat ubinam hyemaret cum populo, & quidam in Albania prohibebant: quidam vero contra ipsum properare Chosdroen. At Imperator j̄ ssit populum tribus diebus divinum oraculum præstolantem castè, ac purè conversari, sique, responso accepto, in Albania decrevit hyeme commorari. Dum vero abiens illuc iter ageret, habens secum copiosam Persarum prædam, haud paucos incursus à Persicis cunctis pertulit, ipse vero divina cooperatione triumphum de omnibus tulit. Præterea, cum vehemens tempestas cecidisset super eum in via, & hunc gelu præoccupasset in Albania, haberetque quinquaginta millia vinculatorum, compatienti corde suo misertus, vincula dissolvit, indulgentiam tribuit, & requiem impertitus est, ita ut omnes cum lacrymis exorarent, etiam eum Persidis fieri liberatorem à mundi exterminatore, & trucidatore Chosdroe.

Anno decimoquarto Imperii Heraclii Chosdroes Sarrablagan Praetorem constituit, virum facinorosum, & typho multo elatum, tradensque ei exercitum, eos videlicet qui dicuntur Chosdroetae (7) ac Perozetae, in Albaniam eum direxit ad Heraclium. Cumque ingressi essent fines Albanie, non sunt ausi ad bellandum ante faciem Imperatoris stare; sed clausuras tenuere, quæ ducunt in Persidem, æstimantes in obſidendo insidiari. At vero Heraclius mox ut ver accessit, profectus de Albania per aperitos campos, & escis largiter affluentes, transitum in Persidem faciebat, licet longinquitas multæ viæ spaciū transfererit. Sarrablagas vero per arctum iter, utpote compendiosum fatigebat, ut comprehendenderet eum in Persidis regione. Heraclius autem monebat populum dicens: Novimus fratres, quod militia Persarum in deviis locis pererrans, tam equum eorum dissolvat, quam ipsos enervet. Nos autem festinemus contra Chosdroen properare valde celeriter, ut ex improviso irruentes in eum turbemus illum. At vero populus hujusmodi spernebat consilium, & maximè Lazorum, & Abasgorum, atque Hiberorum concertatores. Hinc in ærumnas incident. Pervenit autem & Sarbaras (8) cum populo suo, quos omni virtute armavit Chosdroes, & destinavit per Armeniam adversus Heraclium. Sarrablagas vero sequebatur post tergum Heraclii, & non est cum eo in conflictum congressus, expectans uniri Sarbaræ, & ita constituere prælium. Cognito autem Romani Sarbaræ impetu, ad metum conversi sunt, ad pedes Imperatoris procederunt cum lacrymis, scientes quale sit malum non cedere servum domini voluntatibus, & penitentiam agentes super inobedientia sua, quam nequiter perpetraverant, dicentes: Manus tuam domine, priusquam pereamus miseris da. Cedimus enim tibi, in quibuscumque præceperis. Tunc Imperator acceleravit congregati cum Sarrablagi, priusquam uniretur populo Sarbaræ, & multis incursionibus adversus eum factis nocte, ac die, hunc in formidinem pepulit, & retro utrisque dimissis contra Chosdroen velociter insequutus est. Duo vero ex Romanis ad Persas se conferunt, & persuadent eis credere, Romanos ex formidine fugere. Contigit autem eos, & alium audire Romanum. (9)

Sa-

(4) Aliter *Craej, Lydorum*.(5) Aliter *Dastjager agbat*.(6) Aliter *Thebarmeson*.(7) Aliter *Chosdroetae*.(8) Aliter *Sarbarazas*.(9) Aliter *rumorem*.

Sathin scilicet Praetoris Persarum adventum cum alia militia in auxilium, & hoc comperto Sarrablagas, & Sarbaras decerabant Heraclium instigare ad prælium, priusquam veniret Sathin, & in se transferret victoriae gloriam. Credentes quoque profugis, properant adversus Heraclium, & appropinquantes ei castrametati sunt, volentes in eum simul irruere. At Heraclius prosector à vespere iter fecit per totam noctem, & prosector ab eis invento heribero campo, castrametati sunt in eo. Porro Barbari existimantes eum formidine fugere incompositè sequebantur, ut comprehendenderent illum. Ipse autem occurrentis eis bellum initit adversus illos, & apprehenso quodam colle nemoroso, coacervatoque populo in ipso, cooperacione Dei Barbaros vertit, & per fauces hos insequeutus multitudinem copiosam occidit. Cadit autem & Sarrablagas, ense vulneratus in dorso, & cùm hi in agone essent, pervenit etiam Sarbaras cum exercitu suo, & hoc Imperator verso, & ex his multis occisis, reliquos fugientes dispersit. Cepit quoque & apparatum sarcinæ (10) ipsorum. Porro Sarbaras unitus Sathin (11) collegit Barbaros qui salvati fuerant, & iterum disponebant contra Heraclium proficiisci. At Imperator in regionem Hunnorum, & per horum loca difficilia festinabat in asperis locis, ac deviis, Barbari verò sequebantur post eum. Porro Lazi, una cum Abasgis formidantes, subduxerunt se ab auxilio Romanorum, & in regionem suam reversti sunt. Sathin verò hoc advertens, furore multo, una cum Sarbaras persequebatur Heraclium. Sanè Imperator collecto exercitu, hos verbis exhortatus est, & munimine delinivit dicens, multando vos, fratres, inimicorum non conturbet, Deo quippe volente vnts persecutus mille. Mactemus ergo nosmetipos pro salute fratrum nostrorum, & sumamus coronam martyrii, quo & futuram tempus nos laudet, & Deus reddat mercedes. His, & altis quampluribus verbis audaciam exercitui conferens, hilari vulnus prælium ordinat, & distantes ab invicem intervallo pusillo, à manè usque ad vesperam aggressi nos sunt in alterutrum. Vespere verò Imperator, arrepto itinere, pergebat. Barbari verò iterum post eum sequebantur comitantes (12) viam, hunc preoccupare volentes, incident in loca palustria, & obrerantes in magnum discrimen deveniunt. Imperator autem transiens fines Persarum, per Armeniam peragrabat. Cum autem terra illa teaseretur à Persis, multi cum Sarbaras concurrebant, ac per hoc populus ejus crevit. Præterea, hyeme accedente, dispersit multitudinem per loca ipsorum, ut requiescerent in dominibus suis. Quo comperto Heraclius nocte furari medicabatur bellum. Cumque turbo tempestatis adesseret, & Sarbaras nulla suspicio incumberet, electis fortissimis equis, & robustioribus ab exercitu, hos dupliciter armans, quodam ex eis præcedere jussit contra Sarbaras, ipsi verò cum aliis post eos subsequutus est. Accelerantibus ergo per noctem, & pervenientibus ad prædium, cui vocabulum erat Lasbanum, hora noctis nona Persæ, qui in eo erant, & impetum cognoverant, insurrexerunt in eos. Ipsi autem interfecerunt hos omnes, excepto uno qui hoc Sarbaras nunciavit. At verò Sarbaras ascendit equum nudus, atque discoleatus, fugā salutem mercatus. Hujus autem

A mulieres, & omnem Persicum florem, principesque, ac Sarrapas cum electis militibus, qui in domorum recta condescenderant, & bellum contra se præparaverunt, per ignem depositum, & alios quidem occidit, alios verò igne consumpsit, alii verò manicis, & compeditibus colligati sunt, ita ut penè nullus ex his qui Sarbaræ fuerant, salvaretur. Acceperunt autem & arma Sarbaræ, aureum videlicet clypeum, machoram etiam ejus, & lanceam æquè auream, & comptam lapidibus preciosis zonam, nihilominus & calceamenta ejus. His omnibus sumptis, procedit contra dispersos per villas, qui scilicet comperta Sarbuti fugā, fine retentio ne fugiebant. Ipse autem inseguitus multos eorum occidit, & vincitos accepit, reliqui que cum confusione repedarunt in Persidem. Porro Imperator, exercitu suo collecto, cum gaudio in illis locis intrepidus hyemavit. Anno XV. Imperii Heraclii, Arabum Princeps Muhammad habebatur. Heraclius autem coacervato exercitu suo confilium faciebat quanam via pergeret. Dux namque viæ sibi adiacebant angustæ, ac deviæ, una quidem Tarentum ducens, altera autem in terram Syrorum. Verù illa, quæ Tarentum ducebat, differentior quidem erat, sed egestatem cunctarum habebat escarum, quæ verò in terram dicit Syrorum, Taurum transit, & abundantiam, & dapsilitatem præstat alimentorum. Hanc præferunt onus, licet abruptior esset, & nive multa severior. Hac itaque multo labore transacta in VII. diebus pervenient ad flumen Tigris, & hunc clum transmeassent, veniunt Martyropolim, & Amidam, & quiescant tam exercitus, quām captivitas. Hinc & literas Byzantium Imperator potuit mittere, & quæ circa se erant omnia indicare, & ingens facere gaudium civitati. Sarbaras autem populo suo qui fuerat dispersus collecto, insurrexit in illum. Imperator verò electam militum alam ad custodiendum misit clausuras, quæ ad se ducebant, & aditus qui ad Orientem erant. Ipse verò discurrens, in faciem efficitur Sarbaræ. Cumque transmeasset Nymphion amnum, ad Euphratem pervenit, in quo erat pons nexus è funibus simul & navibus. At verò Sarbaras dissolutis funibus pontis, ab altera ripa in totum in alteram transtulit pontem. Cumque Imperator venisset, nec valuerit transfere per pontem, discurrens iavènit meatum, & hunc Martio mense inopinatè fine discrimine transmeavit. & Samosatam pervenit. Rursusque cum Taurum præterisset, in Germaniciam prosector est, & cum transisset Adana, vénit ad amnum Saron. Sarbaras autem pontem rursus in proprium locum extenso, absque obstante transfretavit Euphraten, & sequebatur post eum. At Imperator cum transisset pontem Sari, inventa requie tam exercitus, quām animalium. circa ipsum castrametus est reficiens eos. Pervenit autem & Sarbaras in partem, quæ contra ex altera parte esse videbatur. Invento verò ponte, ac propugnaculis, quæ in eo erant à Ro. obtentis castrametus est. Ekcurrentes autem multi Romanorum per pontem inordinatè, cum Persis contulere conflitum, multa in ipsis cæde commissa. Verù Imperator hos inordinatè prohibebat discurrere, ne forte iter fieret adversariis cum illis conveniendi ad pontem, & pariter commeandi. Populus autem non acquiescebat Imperatori.

Por-

(10) τελεσθεντα.
(11) Aliter Sain.

(12) Aliter & committantes.

Porrò Sarbaras quibusdam exercitibus suis clam in locis abditis collocatis, ostendit se quasi fugientem, ac sic abstraxit multos Romanos præter votum Imperatoris, ad insequutionem sui transfeentes. Reversos autem, & his in fugam versis, quotquot extra pontem occupavit occidit, vindictam perpeccos inobedientiæ. Imperator verò, cum Barbaros vidisset insequutione ordines dissolvisse, & ex Ro. stantibus in antemuralibus multos extintos, contra eos prosequutus est. Porrò vir quidam Persa giganteus Imperatori occurrens hunc in medio pontis aggreditur. Ast Imperator hoc percuesso in amnis fluenta projecit. Hoc verò ruente Barbari in fugam versi sunt, & præ angustia pontis utraque (13) parte femet in fluvium jacebant, alii autem gladiis trucidabantur. Porrò multitudo Barbarorum per fluminis ripas sagittabat, ac resistebat, non sinens transire Ro. Verùm Imperator transiens viriliter Barbaris resistit cum paucis quibusdam societatis suæ superagonizans, ita ut etiam Sarbaras super hoc obistupesceret, & ad Cosmam quendam juxta se stantem Ro. perfugam (14) Margarita diceret. Vides inquiens, Cæsarem ò Cosma, quam audax ad pugnam stet, & contrariantam multitudinem solus decertet; & velut incus jacula renuat? Ex rubris (15) enim ocreis agnoscebatur, multasque plagas, licet nullam in hoc prælio periculosem acceperit, dedit. Tota verò die cum in hoc bello pugnassent, accedente vespera ab invicem separati sunt, & Sarbaras quidem timens per noctem reversus est. Imperator autem populo suo coacervato ad urbem properavit Sebastiam, & cum Alon fluvium transmeasset, in hoc gaudio totius hyemis tempore demoratus est. Porrò Chosdroes furens misit, & tulit thesauros cunctarum Ecclesiarum regionis, quæ sub Persis est constituta, & cogebat Christianos Nestorii sectatores fieri ad persingendum, sive percellendum Imperatorem. Anno XVI. Imperii Heraclii Chosdroes Persarum rex novam fecit militiam prælium initurus, peregrinos, & cives, ac servos ex omni natione facta electione coacervans. Qua electione Sathin traditæ Prætori, alia L. millia ex phalange Sarbaræ electa tollens, huic sociavit, nominavitque illos Cumulos (16) aureos, & hos adversus Imperatorem direxit. Porrò Sarbaram cum reliquo exercitu suo Constantinopolim misit quatenus Hunnos qui essent in Occidente, quos Avares vocant, cum Bulgaribus, & Sclavinis, atque Gepidibus concordia sociarent, sicque adversus urbem properarent, & hanc unanimiter obfiderent. Cum autem hoc didicisset Imperator, exercitum suum triplici parte divisum, transmisit ad custodiendam urbem. Quibusdam verò traditis Theodoro fratri suo, contra Sathin bellare præcepit. Humiliore verò parte ipsa accepta in Lazicam properat, & in ipsa degens Turcos ab Oriente, quos Cazaros vocant, in auxilium advocat. Sathin verò, unà cum noviter electo exercitu perveniens ad fratrem Imperatoris Theodorum, bellavit contra eum. Deo autem per intercessiones superlaudabilis Dei Genitricis opitulante, bello commisso, grando miræ magnitudinis contra Barbaros cecidit, eorumque plurimos perculit. At verò acies Rom. tranquillitate

A potita est. Vertunt autem Romani Persas, & interficiunt multitudinem copiosam. Hoc comperto Chosdroes, irascitur contra Sathin, qui ex multo animæ defectu languorem incidens moritur, cuius corpus, Chosdrois iussu falsum, ad eum delatum est, quem ille mortuum submitit multis verberib. Porrò Cazari, disruptis Caspiis portis, Persidem adeunt in regione Adragiæ, unà cum Prætore Zeibil, qui dignitate secundus à Chajano erat, & in quæcunque loca peragrabant, tam Persas deprædabant, quam civitates, & villas igni tradebant. Protectus verò & Imperator his occurrit à Lazica. Zeibil autem hoc viso accelerans complectitur collum ejus, & adorat eum Persis civitatis aspicientibus. Universus autem populus Turcorum in terram cadentes proni, super faciem extenti, Imperatorem honore honorant, qui est apud Gentiles extraneus. Similiter & principes eorum super saxa conscedentes, eodem scheme procidunt. Obtulit autem & Zeibil Imperatori filium suum primogenitum. Hujus sermonibus delectatus tam vultum, quam prudentiam ejus admiratur. Electisque Zeibil 40. millibus virorum fortium dedit Imperatori in auxilium. Porrò ipse reversus est in regionem suam. His autem Imperator acceptis statim contra Chosdroen procedit. At verò Sarbaras Chalcedonem properans, Avaresque Thraci urbi appropinquantes, hanc depopulari parant, multis machinis adversus eam commotis, & navium sculptarum (17) ex Istro multitudine infinita, seu innumerabili deleta, sinum (18) repleverunt maris. Decem sanè dies urbem ob-sidentes bellum terrâ, marique gerentes, Domini virtute pariter, & cooperatione, necnon & intemeratae Dei Genitricis, & Virginis Mariæ intercessionibus superati sunt. Quin & multitudine copiosa suorum tam in terra deposita, quam in mari, cum ingenti confusione ad loca sua reversi sunt. Porrò Sarbaras Chalcedonem obsidens, non emigravit: sed ibidem hyemavit, tam incursiones agens, quam deprædans confinales partes, & civitates igne disperdens. Anno decimo-septimo Imperii sui Heraclius mensis Septembri ingressus Persidem, unà cum Turcis inopinatè proper hyemem, in ecstasi misit Chosdroen, cum hoc didicisset. At verò Turci tam hyeme, quam frequentibus Persarum incursibus contemplatis, non ferentes pariter cum Imperatore sustinere, ceperunt paulatim diffluere, & omnes dimisso eo reversi sunt. At Imperator alloquutus est populum suum dicens: Scitote fratres, quia nemo nobis vult auxiliari, nisi solus Deus, & quæ hunc peperit sine semine Mater, ut ostendat potentiam suam, quoniam non in multitudine populorum, seu armorum est salus, sed in eos qui sperant in misericordia ejus, mittit adjutorium suum. At verò Chosdroes coacervatis militiis. Prætorem provehit super illos Razatem, virum bellicosum, ac fortissimum, & hunc adversus Heraclium destinat. At Imperator civitates Persidis, atque castella igni tradit, & accedentes Persas romphæa consumit. Septimo verò Idus Octobris pervenit in regionem Chamaita, & refocillat populum per integratam hebdomadam. Razates autem veniens Ganza post eum sequitus est. Romanis autem pergentibus, & consumentibus escas, ipse verò post tergum ut canis

(13) Aliter *ut rana*.

(14) *Transfugam appellabant Margaritum.*

(15) *in οὐ βασιλικῶν παρεσήμων.*

(16) *χρυσολόχας.*

(17) *Aliter scultarum.*

(18) *Aliter sinistrum cornu.*

nis famem patiens, vix decimis (19) eorum nutritiebatur, & cùm non invenisset sumptus, multa ex animantibus consumpta sunt. Kalendis Decembribus vénit Imperator ad fluvium magnum Zaban, & cùm hunc transisset, castrametus est juxta Ninivem civitatem. Vénit autem Razates, & penes vadum sequutus est, & cùm venisset à tribus milliaribus, reperit aliud vadum, & transivit. At Imperator, missus Bathano Magistro militum cum paucis electis militibus, invénit bandum Prætoris Persarum, & cùm ejus comitem occidisset, detulit caput ejus, & totam auream spatham ejus, nonnullisque peremptis, vivos duxit ad Imperatorem sex & viginti, in quibus erat Spatarius Razatis, qui nunciavit Imperatori, quod Razates contra eum pugnare vellet, sic à Chosdroe jussus, & tria millia armata in auxilium miserit ei, quæ tunc nondum venerant. His compertis Imper. præmisit sarcinam ante se, ipseque subsequutus est, tractans qualiter inveniret locum in quo pugnare deberet, priusquam unirentur eis illa tria millia. Reperto itaque campo apto ad prælium, allocutus populum, prælium ordinavit. Razates verò cùm pervenisset illuc, & ipse prælium dirigit, in cuneis tribus contra Imperatorem procedit. Pridie sanè Idus Decemb. gestum est bellum, & ante omnes profiliens Imperator, Principique Persarum occurrens, divina virtute, Deique Genitricis opitulatione hunc dejecit, & qui cum eo erant, exilientes antea fugerunt. Rursusque Imperatori aliis occurrit, & hunc quoque depositus. Irruit etiam adversus eum tertius, qui dedit ei cum mucrone iecum in labium, & hanc illi plagam infixit. Ait Imperator & hunc extinxit, & tubis clangentibus utræque acies invicem congressæ sunt. Et quum pugna valida gereretur, plaga validâ vulneratus est à peditibus Imperatoris equus, (20) qui dicebatur Dorcon in femore lanceæ iecu percussus. Multas autem & spatarum in facie percussionses accepit, sed ferens tegimen ex nervis contextum, plagam mortiferam non accepit. Cadit autem in hoc bello Razates, & tres tumarchæ Persarum, & Principes ferè cuncti, atque major pars exercitus ipsorum. Occisi autem sunt etiam Romani numero quinquaginta, & vulnerati nonnulli, ex quibus decem mortui sunt. Porro bellum gestum est à mane usque ad horam nonam. Tulerunt interea Romani banda Persarum viginti octo, exceptis his quæ confracta sunt, & despoliatis mortuis acceperunt loricas eorum, & cassides, necnon & omnes currus eorum, & manserunt ab invicem sequestrati, quantum duplex est jactus sagittæ. Fuga namque facta non est. Verumtamen Romani animalia sua nocte & ad aquaverunt, & acceperunt. Equites verò qui ultra erant, steterunt usque ad horam septimam noctis, & moti repedaverunt ad castra sua. Et his acceptis abierrunt, & castrameti sunt ad pedem asperi montis metuentes. Multas præterea spatas auro circumclusas, & zonas aureas cum gemmis, & scutum Razatis totum aureo respersum acceperunt, habens petalam centum viginti, & loricam ipsius auro contextam, & scaramaggin (21) ejus detulerunt cum capite ipsius, atque dextra, & sellam totam ex auro fabrefactam. Porro tentus est unus Barsumes princeps Ibe-

Tom. I.

(19) Aliter de micis.

(20) Aliter Phalba Equus.

(21) P. Pith. charrure. Aliter Chamare. Cedr. Scaramangium.

A rorum sub Persis degentium. Nemo autem recolit hujusmodi bellum inter Romanum, & Persas, quod videlicet per totum diem habuit statum, viceruntque Romani. Verum hoc factum est solo Dei juvamine. Imperator verò à se conformatum exercitum contra Chosdroen minabat, quatenus hunc deterret. Porro decimotertio Kalendas Januarias comperto Imperator, quod populus Razatis, qui ex bello evasit, unitus fuerit tribus millibus, quæ à Chosdroe destinata fuerant, & sequeretur post se, cepit illico Ninivem. Transmeansque magnum Zaban, mittit Georgium tumarchen cum milie militibus, quo curreret ad retinendum pontes minoris Zaban, priusquam id Chosdroes cognosceret. Cumque Georgius cucurisset noctu millariis quadraginta & octo, tenuit pontes minoris Zaban quatuor, & inventos in castellis Persas obtinuit. Decimo præterea Kalendas Januarias perveniens Imperator ad pontes, transfretavit, & divertit in domos Hyesdem, & refecit tam exercitum, quam animantia, fecitque festivitatem nativitatis Christi in eodem loco. Chosdroes verò comperto quod Romani tenerent pontes minoris Zabæ, misit ad Persicum populum, cui Razates præserat, ut oppidò festinantes prævenirent Imperatorem, & ad ipsum pergerent. Accelerantes autem illi, & transmeantes minorem Zaban, in aliis locis prævenerunt Imperatorem, atque præibant. Cumque Imperator palatium, quod dicebatur Dezeridan, cepisset, hoc destruxit, atque combussit. At verò Persæ cùm pontem Tornæ fluminis pertransissent, ibidem castrameti sunt. Ait Imperator comprehenso alio palatio Chosdrois, quod vocabatur Rusa, & hoc subvertit. Cæterum vertebat (22) quod in ponte Tornæ fluminis hostes forent contra se bellaturi. Sed & hoc illi scientes, relicto ponte fugerunt. Imperator verò cùm sine impedimento transisset, apprehendit aliud palatium cognomento Beibal, (23) ubi & hippodrum ædificaverat, sed & istud casui dedit. Sanè quidam Armeniorum qui cum Persis aderant, venerunt ad Imperatorem nocte dicentes: Chosdroes cum elephantis, & exercitu suo quinque millibus contra palatium suum vocabulo Damastager (24) in loco nuncupato Bastaroth castrametus est, & mandavit totum illuc exercitum convenire, ut adversus te prælietur. Est enim illic & fluvius meatibus carens, qui arctum pontem habet, & angustias præhabitationibus multas, nec non & scetidos rivos. Imperator ergo consilio cum Princibus inito, cum exercitu sedidit in palatio Bechal. Reperit quippe in una ex porticibus saginatas aves trecentas, & in alia portico capreas saginatas quingentas: porro in alia onagros saginatos centum, eaque cuncto populo donavit, & Kalen. Januarias illic fecerunt. Denique inventis ovibus, & porcis, & bubus, quorum non erat numerus, requievit populus universus epulantes, & glorificantes Deum. Præterea eomprehensis his quæ ista deferebant, didicerunt ab illis liquidiū, quod Chosdroes à vicesimo tertio die Decembribus mensis, comperto quod Imp. pontem transisset Tornæ, cœstum motus fuerit de palatio, quod erat in Damastager cum pugna Ctesiphontem petiturus, onustis ex omnibus pecuniis, quas habebat in R pala-

(22) Aliter verebatur.

(23) Aliter Berlam.

(24) Aliter Dagestro. Aliter Distagerd. Cedren. Daftagrd.

palatio tam elephantis , quam camelis , atque burdonibus ministris suis scribens , & populo Razatis , ut ingredentur idem palatum , & domus principum , & quicquid in his invenirent auferrent . Itaque Imperat. dimidium quidem exercitum misit ad Damastager , ipse vero per aliam viam abiit ad aliud palatum , quod cognominabatur Beddarach , & his ruinis , & igni traditis , gratias egerunt Deo , qui per intercessiones Dei Genitricis talia miracula patrat . Quis enim speravit unquam Chosdroen fugere à facie Rom. Principis de palatiis suis , quæ erant in Damastager , & petere Ctesiphontem , dum à XXIV. annis passus Ctesiphontem videre non fuerit , sed in Damastager regalia ejus erant . Invenerunt itaque populi Rom. in palatiis ejus apud Damastager trecenta Robanda , quæ per diversa ceperunt tempora . Invenierunt etiam species quæ remanserant multas , aloen scilicet multam , & ligna aloes magna , è quibus unumquodque LXX. pondera habebat , vel octoginta librarum , & sericum copiosum , ac piper , & calbasas (25) canifias multas , sacchar quoque , atque zinziber , & alias species ultra numerum . Quidam vero , & argentum , & holoserica vestimenta lectisternia , seu contexta tapetia , quorum erat copia multa , erantque omnia bona valde , quæ propter quod gravia essent penitus incenderunt . Sed & tentoria Chosdrois , & cortinas , quas in modum tenebat porticum , quando in campo castrametabatur , cuncta cremarunt , quin & statuas multas . Invenerunt autem & in his palatiis aviaria , & dorcades , & asinos agrestes , & pavones , & phasianes infinitæ multitudinis , nec non in vivario ejus leones , ac tigrides miræ magnitudinis vivos . De cætero confugerunt ad Imperatorem plurimi ex captivis , Edeseni scilicet , & Alexandrini , sed & aliae multitudines copiosæ . Interea fecit Imperator festivitatem , luminum penes Damastager lœtatus , & recreans tam populum , quam jumenta . Quin & Chosdroi palatia destruens , ædificia videlicet compitissima , & admiranda , domusque stupendas , quæ usque ad pavimentum depositi , quatenus Chosdroes disceret quam durum Rom. habuerint dolorem urbibus suis desolatis ab eo nihilo minus , & incensis . Tenti autem sunt ex aulicis palatii multi , qui interrogati , quando discesserit Chosdroes à Damastager , asserrunt , ante novem dies priusquam vos veniretis , audito adventu vestro , latenter pertuso muro civitatis , qui est juxta palatum , temere per crates (26) exivit ipse , & uxor , & filii ejus , ne fieret tumultus in civitate , & neque militiæ ipsius cognovere , neque principes ejus , usque quo milliariis quinque perrexit . Si quidem tunc mandavit , quod sequerentur Ctesiphontem tendentes , & is qui non poterat facere V. milliaria per diem , fugiens fecit XXV. millia . Mulieres , ac filii ejus . qui se prius alterutros non videbant , tunc mixtim fugiebant invicem impellentes . Cumque nox accessisset , introivit Chosdroes in domum agriculte nihili , in cuius hospitio vix manere prevaluit . Quod videns Heraclius postmodum admiratus est . Per tres autem dies adiit Ctesiphontem . Sanè Chosdroes responsa acceperat a maleficis , atque astrologis ante XXIV. annos , quando Daras depopulatus est temporibus Phocæ Rom. Principis , quod tempore , quo adiret Ctesiphontem , periret . Et idcirco non

A est passus à Damastager ex tunc in partem illam , uno saltem milliario pergere , sed hinc fugiens ad hanc abiit . Verum nec in ipsa persistere ausus est , sed transiens pontem Tigridis fluminis ultra positam civitatem adiit , que quidem apud nos Seleucia , (27) apud ipsos vero Gueser vocatur . In qua omnes pecunias reposuit , sedisque illic cum Syra uxore sua , & aliis tribus mulieribus , quæ filie ipsius erant . Reliquas vero uxores suas , multosque liberos suos 40. millibus longè transmisit ad interiorem partem Orientis in munitionis locum . Qui-dam sanè Persarum derogaverunt Sarbaræ penes Chosdroen , quod cum Romanis sentiret , & illi detraheret . Et misit spatarium suum cum jussione ad Chardarigan comprætorem Sarbaræ Chalcedonem , scribens ei ut Sarbaram interficeret , & ipse populo Persarum accepto acceleraret in Persidem in auxilium sui . Is autem qui literas deferebat circa Galatiam comprehenditur à Romanis . Qui comprehenso eo , nescientibus Persis hunc Byzantium deduxerunt , & Imperatoris filio tradiderunt . At Imperator cognita veritate protinus Sarbaram accersit , qui cum introisset , astitit Imperatori . Imperator autem huic epistolâ , quam Chosdroes ad Cardarigam miserat , traditâ , missoque ostendo , legit epistolam . At ille certus rei veritate effectus , continuò conversus fœdera cum filio Principis , & Patriarcha facit . Qui fakâ Chosdrois epistolâ factâ , addit in ea etiam alio quadringentos Satrapas , & Tribunos , & Centuriones interimendos , & invento ingenio adimposito signaculo , congregatisque ducibus , & ipso Cardariga , & lectâ epistolâ dixit ad Cardarigam : Persicis ut hæc facias ? At vero Princes furore commoti , abdicato Chosdroe , Imperatori pacifica patrarent , & mutuo initio consilio , placuit ut discederent à Chalcedone , & ad propria remearent , nil exterminaturi . Præterea Heraclius scripsit ad Chosdroen : Ego persequor , & ad pacem curro . Non enim voluntarius igne consumo Persidem , sed vim passus abs te . Proiiciamus ergo saltem nunc arma , & pacem amplectamur : extinguamus ignem , priusquam universa inflammet . Cumque Chosdroes hoc non admisisset , magnopere odium populi Persidis crevit adversus eum . Movit ergo Chosdroes homines principum suorum , & omne obsequium suum , & mulierum suarum , & hos armatos direxit exercitu uniuerso Razatis , & staturos apud Narban fluvium XII. millibus à Ctesiphonte distante , & jussit eos , ut dum amnem transiret Imperator , inciderent pontes . Ast Imperator VII. Idus Januarias motus à Damastager , cum abiisset tribus diebus castrametus est , duodecimque millibus procul erat à Narba flumine , ubi erat Persarum exercitus , inter quos etiam habebant elephantes ducentos . Et Imperator misit Georgium turmarchen Armeniacorum , ut iret usque ad flumen , & disceret utrum Narbas vadum haberet . Et cum invenisset , quod pontes incidisset , & vadum non esset , ad Imp. reversi sunt , qui motus , Zituron adiit incendens regiones , & urbes per totum Februarium mensim . Martio vero mense cum venisset in prædiuum , quod dicebatur Barzan , fecere VII. dies , & misit Mezetum Prætorem ià cursum , & adjunctus est ei Gundabundas Chiliarcus militiæ Sarbaræ cum aliis quinque , tribus Comitibus , duobus vero Axiomaticis , & duxit eos ad

(25) μεράκες χαρβάρια καμία.

(26) Aliter hortos .

(27) P. Pith. Gueser Seleucia .

ad Imperatorem, qui videlicet Gundabundas, res necessarias Imperatori nunciavit, dicens: quando fugiebat Chosdroes à Damastager, ac adiit Ctesiphontem, atque Seleuciam, dysenteria languorem incurrit, & voluit filium suum Merdasan, quem genuit ex Syra, ooronare, atque regressus amnem iterum transivit, & fecum duxit Merdasan, atque Serem, ac filium ejus alium Adar. Primogenitum autem suum Syroen, & fratres ejus, nec non & mulieres suas dimisit ultra flumen. Compertoque Syroes, quod Merdasan fratrem suum coronare veller, turbatus est, & misit collactaneum suum ad Gundabundam, mandans ei, & dicens: Veni cis flumen, & loquar tecum. At ille timuit Chosdroen, & non transivit, sed mandat ei: Scribe, inquiens, mihi per collactaneum meum quicquid volueris, & scripsit ei Syroes: Quomodo nosti qualiter Respubl. Persarum per nequam hominem istum Chosdroen pereat, & vult coronare Merdasan, & primogenitum suum contempnit, & si loquutus fueris ad exercitum, ut recipiant me, & rogas eorum augendo, & pacem cum Rom. Imperatore, ac Turcis faciam, & bene vivemus, & stude cum populo tuo, ut ego regnem, & omnes vos promoveam, & auxiliabor, & præcipue te. Gundabundas autem remisit ei per collactaneum suum dicens: Quicquid possum loquar cum Prætore, & sollicitus fui, & loquutus sum cum viginti duobus comitibus, & feci eos esse meæ voluntatis, sed & alios principes multos. Et hæc quidem Gundabundas mandavit Syroi. At ille remisit ei dicens, ut decimo Calendarum Aprilium sumerer juniores, & occurreret ei apud Pontem Tigridis fluminis, & susciperent eum in exercitum. & moverentur adversus Chosdroen. Referebat autem quod cum Syroe essent duo filii Sarbaræ, & filius Hiesdem, & alii multi principum filii, atque filius Aram, omnes electi; & quod si potuerint Chosdroen perire, bene & optimè: sin autem, omnes cum Syroe confluenter ad Imperatorem. Et venit Gundabundas ad Imperatorem dicens: Misit me Syrois ad te domine, veretur enim Imperium Romanum, quod Chosdroen quondam salvavit, & multa mala è contra ab eo Romanorum terra passa est, & quia propter illius ingratitudinem nec mihi credere habet Imperator. Verum ille hunc rursus ad Syroen absolvit, mandans ei ut carceres aperiret, & retentos in eis Rom. educeret, & arma eis tribueret, sive contra Chosdroen se moveret. Porro Syroes obediens Imperatori, retrusus (28) educiti sunt, & properavit contra patrem, Chosdroen scilicet. Cumque ille fugere tentasset, nec valuisse, tentus est, & valide vincitus ferreis compedibus colligatis, cui & circa oollum ferrea pondera imponunt, & mittunt eum in dominum tenebrarum, quam ipse munivit à novitate construens ad recondendas pecunias, paucisque parum ei, & aquæ tribuentes hunc fame necabant. Ait enim Syroes: Comedat aurum quod incassum collegit, propter quod etiam multis fame necavit, mundumque delevit. Porro misit Satrapas Syroes ad eum injuriis impetendum, & conspuendum, & ductum Merdasan, quem coronare volebat, filium ejus, ante se occidit, & reliquos filios ejus in conspectu ipsius peremerunt, & misit omnem inimicum ejus injuriis eum cumulare, & percutere, & conspuere illum. Denique per quinque dies

Tom. I.

(28) Aliter retrusis educitis, properavit contra partem patrem.

A hoc facto, jussit Syroes hunc arcubus interficerre, siveque paulatim in malis nequissimam animam suam tradidit. Tunc Syroes scriptus ad Heraclium, evangelizans ei scelerati Chosdrois interitum, pacemque cum eo jugem firmissimam pepigit, omnibus Christianis, qui in carceribus, & in omni Perside captivi tenebantur, ei remisit, unà cum Zacharia Hierosolymitanó Präfule, ac pretiosis, & vivificis lignis, quæ fuerant à Sarbara, cùm Hierusalem cepisset, ablata. Anno decimoctavo Imperii Heraclij rex habetur Persarum Syroes, qui anno regnavit uno, quando & Muhammath Arabum, seu Sarracenorum princeps sub Persis degens, sextum agebat annum perventurus ad nonum. Interea facta pace cum Persis, & Romanis, direxit Imperator Theodorum fratrem suum cum literis, & hominibus Syrois regis Persarum, quatenus Persæ qui in Palestina, & Hierosolymis, & Edessa, ceterisque urbibus Romanorum essent, cum pace reverterentur in Persidem, & innocuè terram Romanorum transirent. Postrem Imperator, cùm sex annis Persidem expugnasset, septimo anno, pace recepta, cum ingenti gaudio Constantinopolim remeavit, mysticam quandam in hoc *tempore* adimplens. In sex quippe diebus Deus universa condidit, septimum requiei diem vocavit: ita & ipse in sex annis multis laboribus impensis, septimo anno reversus ad urbem cum pace, ac tripudio requievit. Porro populus civitatis, auditio adventu ipsius, intolerabili cuncti desiderio in Leriam (29) obviam illi, unà cum Patriarcha, & Constantino Imperatore filio ejus egressi sunt portantes ramos olivarum, & lampades, laudantes eum cum gratulatione, & lacrymis. Accedens autem filius ejus cecidit ad pedes ejus, & cùm amplexatus eum esset, induerunt ambo lacrymis terram. Hoc autem populus inspecto, universi Deo hymnos gratificos retulerunt, siveque demum suscepito Imperatore urbem exultantes ingressi sunt. Anno Imperii Heraclii decimo nono Persis rex Adhésyr septem mensibus præsul. Imperator autem profectus à regia urbe, mox ut ver accessit, Hierosolymam tendit, pretiosa illuc, & vivifica ligna reportans, ad gratiarum Deo actiones reddendas. Cumque Tiberiadem adisset, accusavere Christiani Beniamin quendam nomine, Hæbreum, quasi sibi mala facientem, erat enim admodum opulentus, qui suscepit Imperatorem, & exercitum ejus. Ast Imperator damnavit eum. Quamobrem inquiens molestus es Christianis, & fidei meæ? Tunc Imperator admonitum hunc, & ad credendum suum baptizavit in domo Eustachii Neapolitani, qui & ipse cùm Christianus esset, suscepit Imperatorem. Ingressus itaque Imperator Hierosolymam, restituto tam Zacharia Pontifice, quam almæ Crucis honorandis, ac vivificis lignis in proprium locum, plurimasque gratias Deo egit, pulsisque ab urbe sancta Hebreis, jussit illos non habere potestatem proprius almæ civitati, quam tribus milibus appropinquandi. Cum autem pervenisset ad Edessam, Orthodoxis Ecclesiam reddidit, quæ à Nestorianis à Chosdrois tempore tenebatur, & veniens Hieropolim, audivit, quod Syroes rex Persarum diem clausisset extremum, & Adhésyr hujus filius ei in regni regimine successisset. Qui cùm septem tenuisset mensibus principatum, insurrexit adversus eum Sarbaras, qui eo

R 2 per-

(29) Aliter Jeriam.

percusso, imperavit Persis mensibus sex. Hoc autem Persa interfecto, Bornaim (30) prætulerunt in regem filium Chosdrois, qui tenuit regnum Persarum septem mensibus. Porro huic succedit Hormisdas, quo à Saracenis pulso, factum est regnum Persarum sub (31) Arabibus usque in hodiernum diem. Anno vigesimo Imperii Heraclii Hormisda regnat in Persis. Quum autem Heraclius esset apud Hieropolim, vénit ad eum Athanasius Patriarcha Jacobitarum, vir acris, & nequam ingenii, Syrorum inditas versutias possidens, & moto de fide ad Imperatorem sermone, reprimisit ei Heraclius, si Chalcedonensem Synodum suscepisset. Patriarcham illum Antiochiae se fore scaturum. At ille simulè suscepit Synodum, confitens duas unitas in Christo naturas. Interrogavit autem Imperatorem de operatione, ac voluntatibus, qualiter has in Christo oportet dici, duplas an simplas. Tunc Imperator vocis novitate consternatus, scripsit Sergio Constantiopoleos Episcopo: *Advocat etiam Cyrus Phaselidis Episcopum, & hoc interrogato, reperit eum consentientem Sergio in unam voluntatem, & unam operationem.* Sergius enim utope Syrus genere, ac parentibus Jacobitis existens unam naturalem voluntatem, & unam operationem in Christo rescrispit, atque confessus est. Ast Imperator utriusque acquiescens consilio, reperit & Athanasium eis consentientem. Noverat enim quia ibi una operatio reperitur, ubi & una natura cognoscitur. Certus autem Imperator super hoc factus scribit ad Joannem Papam Romanum prædictorum sententiam, qui nequaquam eorum sectam admisit. Porro Georgio Alexandrino defuncto, mititur Cyrus Episcopus Alexandriae præferendus. Qui unitus Theodoro Episcopo Pharan, fecit decoloratam hydram illam, unitatem, imò vanitatem, unam & ipsi scribentes in Christo operationem. His ita prosequentibus, in ingens opprobrium Chalcedonense Concilium, & Catholica corruit Ecclesia. Gloriantur enim Jacobitæ, ac Theodosiani perhibentes, quia non nos Chalcedonensi Synodo, sed potius Chalcedonensis Synodus nobis communicavit, per unam operationem unam confitendo naturam Christi. Inter hęc Sophronius consecratur Episcopus Hierosolymitanus, qui congregatis sub fe degentibus Episcopis, impium Monothelitarum dogma mucrone anathematis perculit, & synodicam Sergio Constantinopolitano, & Joanni Romano Papae transmisit. His verò auditis Heraclius confusus est, & destruere quidem propria nolebat, & rursus opprobria non ferebat. Tunc Heraclius, ut magnum quiddam facere arbitrans, exponit scriptum illud, quod nuncupatur Zenonis edictum, continens neque unam, neque duas operationes in Christo facientes, quo lecto hi quoque qui sectatores Severi sunt, & ita sapiunt, in popinis, & balneis Catholicoe detrahebant Ecclesiae, perhibentes. Primum quidem quæ sunt Chalcedonitæ Nestorii sentientes resipuerunt ad veritatem conversi, & uniti nobis sunt per unam operationem in unam Christi naturam. Nunc autem poenitentes super hoc, nec se habentes sensu, amiserunt utrumque, neque unam, neque duas in Christo operationes confitentes. Post mortem verò Sergii Pyrrhus Constantinopolitanum suscepit thronum, qui quæ prædicta sunt à Sergio, & Cyro impie roboravit. Heraclio verò

A mortuo, cùm Constantinus filius ejus imperaret, Pyrrhus unà cum Martina veneno hunc necavit, & imperat Heraclonas Martine filius. Porro Senatus, & tota civitas Pyrrhum ut impium cum Martina, & filio ejus repulerunt, & imperat Constans filius Constantini, & consecratur Paulus Episcopus Constantinopoleos & ipse hæreticus. Joannes autem Romanus Presul, collecto Episcoporum concilio, Monothelitarum hæresin anathematizavit. Similiter & in Africa penes Byzantium, (32) Numidiam, & Mauritaniam, diversi Episcopi convenientes, Monothelitas anathematizaverunt. Joanne sanè dormiente Theodorus constituitur pro eo Papa. Pyrrhus verò cùm pervenisset ad Africam mutuis cum sanctissimo Maximo videtur aspectibus, Abbe videlicet religiosissimo in monachicis correptionibus, secnon & divinorum illic consistentium Pontificum præsentatur obtutibus. Qui hunc redargutum, ac persuasum, Romanum ad Papam Theodorum direxerunt. Qui orthodoxe libello tradito Papæ, ab eo receptus est. Interea cùm Roma discessisset, Ravennamque pervenisset, ut canis ad vomitum suum reversus est. Quo Papa comperto Theodorus, plenitudine convocata Ecclesiæ, ad sepulcrum verticis Apostolorum accessit, & divino calice expostrulato, ex vivifico sanguine in atramentum stillavit, & ita propria manu depositionem Pyrrhi excommunicari facit. Præterea cùm Pyrrhus Constantinopolim pervenisset, obeunte Paulo, audaces Hæretici Pyrrhum denuo throno Constantinopolitano præficiunt. Theodoro autem Papa defuncto, Martinus sanctissimus Romæ consecratur Antistes. Cùm autem Maximus Romanus pervenisset, Papamque Martinum ad simulacionem accendisset, Synodo centum decem Episcoporum collectâ, Sergium, & Pyrrhum, & Cyrus, & Paulum anathematizaverunt, duasque voluntates, & operationes Christi Dei nostri expressius prædicarunt, atque firmarunt. Cæterum nono anno Imperii sui Constanus nepos Heraclii, iudictione octava, his agnitis furore repletus, sanctum Martinum, & Maximum Constantinopolim ductos, & cruciatos apud Chersonam, & alia clima exilio relegavit, multos etiam Hesperiarum punivit. Qui motu zelo Dei, Synodo sacra & ipsi convocata, Monothelitarum hæresim abdicant, duas voluntates, & operationes explanant. Taliter ergo Ecclesiâ tunc per Imperatores, & impios Sacerdotes turbatâ, surrexit desolatorius Amalech persequens populum Christi, & fit prima ruina terribilis Romani exercitus, illa scilicet quæ secundum Gabatham, & Hermoniam, ac Demitharum ad effusionem sanguinis est effecta, post Palæstinarum, & Cesariensium, & Hierosolymorum excidia: dein Egyptius interitus, ac deinceps Mediterraneorum, & insularum, totisque Romanis captivatio, sed & patrata in Phoenice omnimoda Romani exercitus, & classis perditio, omniumque Christianarum plebi, atque locorum destrucción, quæ non cessavit, donec Ecclesiæ persequitor peremptus est in Sicilia. Anno vigesimoprimo Imperii Heraclii moritur Muhammat Sarracenus, qui & Arabum princeps, & pseudopropheta, promoto Ebubezer cognato suo ad principatum suum. Ipsaque tempore vénit auditio ejus, & omnes extinuerunt. At verò decepti Hebrei in principio adventus, astimaverunt

B

C

D

E

(30) Aliter Boranum. Aliter Baraman. P. Pith. Doram.

(31) Aliter sub Michannah.

(32) Aliter Byzacium.

rent illum esse qui expectatur ab eis Christus, ita ut quidam eorum qui intendebant ei, accederent ad ipsum, & ejus religionem susciperent. Moysi lege inspectoris Dei dimissi. Erant autem numero decem qui hoc faciebant, cum ipso quoque degebant usque ad credentes. Porro cum eum comedentes aspicerent de camelio, cognoverunt, quod non esset quem estimabant, & hesitabant quid agerent, & utrum religionem ejus dimitterent, & formidantes miferi, docent eum contra nos Christianos illicita, & ita illi conversabantur cum ipso. Necessarium autem reor enarrandum de generatione hujus. Ex una generalissima tribu oriundis erat Israëlis filii Abrahe. Nizarus enim Izmahelis pronepos, pater eorum omnium dicitur. Hic genuit filios duos, Muhdar scilicet, & Rabian. Muhdar genuit Iliez (33) & Ziaſon, & Theominen, & Aſydom, & alios ignotos. Hi omnes habitaverunt Madianum heretum, & in eo nutritae pecora, & in tabernaculis conversantes. Sunt autem & his interiores, qui non sunt de tribu ipsorum, sed ex Getham, videlicet hi qui vocantur Amone, qui & Homeritæ. Quidam sanè eorum negotiantur in camelis suis. Cum autem inops, & orphanus esset prædictus Muhammar, viſum est sibi ad quandam introire mulierem loquacem, & cognatam suam, nomine Eadigam, (34) mercenarius ad negotiandum cum camelis ejus apud Aegyptum, & Palestinam. Pugnacum autem fiduciam penes ipsam mulierem percepit, quæ vidua erat, accepit eam exortem, & habebat camelos illius, atque substantiam. Cumque ventet in Palestinam, convertebatur quæ Judæis, & Christianis. Capiens autem ab eis quasdam scripturas. Porro habebat passionem epilepsie. Que comperto conjux eius valde tristabatur, utpote nobilis, & que se huiusmodi copulasset, egeno scilicet, & epileptico. Procurat vero & ipse placare ilham taliter dicens: Quia visionem quandam Angeli Gabrieli dicti contemplor, & haud fereus hujus aspectum mente deficio, & cedo. Ipsa vero cum haberet quandam monachum alterum, propter infidelitatem ibidem exularem habitantem, amicum suum, indicavit ei omnia, & Angeli nomen. At ille volens eam reddere eam, dixit ei: Veritatem loquutus est. Etenim iste Angelus mittitur ad cunctos Prophetas. Ipsa ergo primo suscepit pseudomonachi verbo, credidit ei, & predicabat id aliis mulieribus contribulibus suis. Prophetam eum esse, & taliter ex foemina fama pervenit ad viros, primo duntaxat ad Ebubezer, (35) quem successorem suum reliquit. Et tenuit hæresis eus partem heretici, postremò per bellum. Nem primam quidem occulte decem annis, & bello decem simuliter, manifestè novem. Docere autem auditores suos, quod qui occidit inimicum, vel ab inimico occiditur, in Paradisum ingredietur. Paradisum vero dicebat carnalis cibi, & potum, & commixtionis mulierum, flaviisque vini, & mellis, & lactis, & foeminarum non presentium, sed aliarum, commixtam multorum annorum futuram, & affluentem voluptatem, necon & alia luxuria, & dulxit plena. Compati canem docebat inficem, & auxiliari patienti. Porro eodem anno natus est in Oriente David filius ejus, tandem die natus est Heraclius filius Hera-

A clii junioris, qui & Constantinus appellatus est, & baptizatus est à Sergio Patriarcha. Anno vigesimo secundo Imperii Heraclij, Ebubezer dux Arabum habetur, qui tribus principatus est annis. Persæ verò insurrexerunt invicem, & se mutuò debellarunt. Per idem quoque tempus rex Indorum mittit munera, congratulatoria Heraclio in Persarum victoria, margaritas scilicet & lapides preciosos multos. Mortuus est autem Muhammar, qui statuerat quatuor Amireos expugnandi Christianos, qui ex genere Arabum fuerant, qui venerunt contra Mycheas castellum, in quo erat Theodorus Begarius, (36) volentes intruere in Arabas die qua idolis immolaturi erant. Comperto autem hoc Begarius collegit omnes milites eorum, qui heretum obserbabant, & diligenter sciscerans à Sarraceno diem, & horam qua erant aggressuri eos, ipse irruens in eos in pælio, quod dicebatur κόλπος, occidit tres Amireos, plurimaque populi turbam. Exiluit autem unus Amira, Chalegus nomine, scilicet quem Gladivum Dei dicunt. Erat autem Arabum juxta positorum quidam, qui accipiebant ab Imperatoribus rogas paucillas ad custodiendum Roma heresi. Eodem tempore venit quidam spado datus militum rogas. Et cum venissent Arabes secundum consuetudinem accepturi rogas suas, eunuchus eos ad iras impulit dicens: quia dominus vix dat militibus rogas, quanto minus canibus istis? Videntes ergo Arabes hoc abiérunt ad generis sui viros, & ipsi duixerunt eos in regionem Gazæ, quæ aditus erat heretici contra Sina montem, locuples valde. Anno vigesimo tertio Imperii Heraclij cum mississet Ebubezer quatuor praetores, qui ducti fuerant ab Arabibus, ut prætuli, vencrunt, & acceperunt Raa, & totam regionem Gazæ, tandemque aliquando cum venisset Prætor à Cæsarea Palæstine cum militibus paucis, inito bello perimitur primus cum exercitu, qui trecentorum erat virorum, & multis captiis acceptis, & exuvias plurimis, reversi sunt cum victoria splendida. Porro eodem anno terrmotus factus est in Palæstina. & apparuit signum in coelo quod dicitur δοκεῖν, contra meridiem, prænuncians Arabum potestatem. Perduravit autem diebus triginta extensus à Mesembria usque ad Arcturum: erat autem in modum gladii. Anno vigesimo quarto Imperii Heraclij Ebubezer moritur, qui principatus est annis duobus & dimidio, & sumit principatum Haumar, qui destinat exercitum adversus Arabiam, capitque Bostra civitatem unâ cum aliis civitatibus. Profecti sunt autem usque Gabara. Cum his bellum aggressus Theodorus Imperatoris Heraclii frater, victus est, & ad Imperatorem Edessam venit. Ast Imperator ordinat alium Prætorem nomine Bahanem, (37) & Theodorum Sacellarium cum virtute Romaica, & adversus Arabes mittit. Cumque venisset Hemesam occurrit multitudo Sarracenorum. Quibus occisis unâ cum his, qui eis principabantur, reliquos abigit usque Damascum, & illic juxta Bardanensem fluvium latebras sovent. Heraclius autem Syriâ dereliquit in desperationem ruens, sublatis pretiosis lignis ab Hierosolyma Constantinopolim adiit. Bahanes autem à Damasco Hemesam rediit unâ cum Theodoro Sacellario, cum haberet exercitus quadraginta milia, & insequantur Arabes

(33) Aliter Curasum, & Raydon.

(34) Aliter Chaldi.

(35) Aliter Abubacharo.

(36) Aliter bligarius, id est cubicarius.

(37) Aliter Bahantem. Aliter Bohanem.

bes ab Hesma usque Damascum. Anno vigesimoquinto Imperii Heraclii, Sarraceni aciem direxerunt in Arabiam contra Damascum, cum essent multitudinis infinitæ. Quo Bahanes comperto, ad Imperiale Sacellarium mittit, ut veniret cum exercitu suo in auxilium sibi, cum plurima esset Arabum copia. Venerit ergo Sacellarius ad Bahanem. Qui profecti ab Hemessa occurserent Arabibus, & conflictu facto, prima die, quæ tertia feria hebdomadis erat mensis Augusti die vigesimalteria, superantur hi, qui circa Sacellarium sunt inventi. Simultate autem facta, hi qui cum Bahane erant, Bahanem provehunt Imperatorem, & Heraclium respuunt, tunc hi qui cum Sacellario erant, discesserunt, & Sarraceni, aditu reperto, bellum ineunt. Inter hæc vento Noto spirante contra Romanos, non valentes in faciem occurrere propter pulverem superantur, & semetipso immittentes in arctam viam Hermuostam fluminis, illic penitus interierunt. Erant autem utriusque Prætoris quadraginta millia. Tunc Sarraceni splendide triumphantes contra Damascum veniunt, & hanc capiunt, & regiones Phœnices capiunt, & habitant illic, & in Ægyptum aciem dirigunt. Cyrus autem Alexandrinus Episcopus, cum horum impetum cognovisset, operam dedit, & pactis firmatis pollicetur, timens avaritiam eorum, ducenta millia denariorum per singulos annos illis collaturam Ægyptum, sed & diffinitarum eis induciarum fore aurum missum. Quibus præstitis per tres annos, Ægyptum liberam ab exterminio statuit. Accusatatur interea Cyrus apud Imperatorem, quod Aurum Ægypti Sarracenis tribueret, qui cum iratus mississet, hunc accersivit. Manuelem verò quendam Armenium genere destinavit Augustalem. Cum autem annus adimpletus esset, Sarracenorum actores venerunt aurum accipere. At Manuel inefficaces eos expellit. Non sum, inquiens, Cyrus inermis, ut tributa vobis tribuam, sed armatus sum. Cumque isti abiissent; confessim armantur Sarraceni adversum Ægyptum, & Manuela bello illato, hunc abigunt. Ipse verò cum paucis quibusdam Alexandriae solus recipitur. Tunc Sarraceni Ægyptum sub tributo reddidere. At Imperator, auditis his quæ gesta sunt, mittit Cyrum persuadendum eis ab Ægypto sub priori placito recedendi, & abiens Cyrus ad castra Sarracenorum, rationem reddit, se esse perhibens prævaricationis obnoxium, & si vellent priorem concordiam, juramentis affirmaturum. Porro Sarraceni nullatenus his acquiescentes dixerunt Episcopo: Potes hanc maximam columnam devorare? Qui ait: Non potest fieri. At illi: Nec nobis, inquiunt, possibile est ulterius ab Ægypto recedere. Anno vigesimosexto Imperii Heraclii, aciem direxit Haumar contra Palæstinam, & obsidens sanctam Civitatem biennii tempore cepit eam verbo. Sophronius namque Hierosolymitanus summus Sacerdos verbum accepit ad totius Palæstinae securitatem. Cumque Haumar sanctam Civitatem suisset ingressus, cilicinis ex camelis, & sordidis indumentis amictus, simulationemque satanicam ostentans, templum exquisivit, quod Salomon construxerat, ad blasphemias suæ oratorium. Hoc advertens Sophronius ait. In veritate istud est abominationis desolationis, quæ dicta est per Danielem Prophetam, stans in loco sancto, multisque lacrymis hic pietatis propugnator Christianam deflevit

(38) Aliter Catzas. MS. Græcus xxxviii.

A plebem. Dum verò illic Haumar esset, rogavit eum Episcopus accipere Sindonem cum induimento, & indui, at ille non patiebatur ea portare. Vix ergo persuasit his vestiri, donec sua lavarentur, & iterum reddidit ea Sophronio, & vestitus est propriis. Verum inter hæc Sophronius objit, qui verbo, & actu Hierosolymitanam adornavit Ecclesiam, & contra Heraclii, & fautorum ejus Monothelitarum, Sergii scilicet, & Pyrrhi decertavit errorem. Eodem quoque anno misit Haumar in Syriam, & subegit totam Syriam Sarracenis. Anno vigesimo septimo Imperii Heraclii venerit Joannes cognomeno Chatheas (38) procurator Hozroenæ ad Hyaidum apud Chalcedonem, & spopondit ei dare per singulos annos centum millia numismatum, ne transiret Euphraten, neque ad pacem, neque ad bellum armatus, quoisque auri quantitatem persolvant. Præterea Joannes Edessam venerit, & annum censum delatum ad Hyaidum transmisit. Heraclius, hoc audito, Joannem obnoxium judicabat, quod absque Imperiali hoc fecerit notione, & quem accersitum exilio damnavit. Porro pro eo destinant Ptolemaeum quendam, Magistrum militum. Anno vigesimo octavo Imperii Heraclii ceperunt Arabes Antiochiam, & missus est Muahavia ab Haumaro Prætor, & Amiras totius regionis, quæ sub Sarracenis erat, ab Ægypto videlicet usque Euphraten.

B Anno vigesimo nono Imperii Heraclii, transmeavit Hyaidus cum omni militia sua ad Euphraten, & venerit Edessam. Edesseni autem aperientes acceperunt verbum, unâ cum regione, Magistroque militum, ac Romanis, qui cum ipso erant. At illi Constantiam abeunt, depopulantesque illam accipiunt bello, & trecentos Romanos interimunt, & illinc abierunt Daras, & hanc bello comprehendenterunt, & in illa plurimos perdunt, taliterque Mesopotamiam Hyaidus cepit. Anno trigesimo Imperii Heraclii Sarraceni aciem direxerunt in Persidem, & ineunt cum eis bellum, potenterque vincentes, omnes sibi Persas subditos reddunt. Hormidas autem, qui Persis imperabat, ad interiores Persas fugâ lapsus evasit, & dimisit regalia. At verò Sarraceni captivas duxerunt filias Chosdrois cum omni apparatu regio, & detulerunt ad Haumar. Eodem quoque anno jussit Haumar universum describi orbem, qui sub ipso erat. Facta est autem descriptio tam hominum, quam jumentorum, & frugum.

CONSTANTINUS.

Anno trigesimo primo Imperii sui Heraclius Imperator moritur, hydropticus factus, cum imperasset annis triginta. Imperat autem post eum Constantinus filius ejus mensibus quatuor, venenoque propinatus à Martina noverca sua, & Pyrrho Patriarcha, moritur, & imperat Heraclonas Martinæ filius cum Matre Martina.

HERACLONAS.

Anno primo Imperii Heraclonæ, capit Muahavia Cæsaream Palestinæ post septennium obsidionis ejus, & occidit in ea septem millia Romanorum. Eodem anno Senatus repulit Heraclonam, unâ cum Martina matre illius, ac Valentino, lingua Martinae, & naso Heraclonæ abscesso. Eisque in exilium destinatis ad principatum Constantem filium Constantini, nepotem Heraclii provehunt, qui imperavit annis vigintiseptem.

Explicit Liber Decimusoctavus.

INCI-

INCIPIT LIBER UNDE VIGESIMUS.

C O N S T A N S.

ANNO ab Incarnatione Domini DCXXXIV. Conſans imperare cœpit. Cū primo videlicet Imperii ſui anno regnare coepiſſet, dicebat ad Synclitum, Patris mei Constantini qui me genuit, quiq;ue in vita proprie genitoris, avi mei ſcilicet Heraclii, ſufficienti tempore cum eo imperavit, poſt hęc verò etiam nimis brevi, ſuaviflammam ſpem Martinæ noverat ipſius invidiā concidens vitā priuavit, & hoc propter Heraclonam, qui ex ea, & Heraclio nefariè natus eſt, quam Martinam cum nato veſtrum cum Deo decretum jure ab Imperio repulit, ne violaret tam nequam Romanorum Imperium, valde provida cū eſſet ampliſſima veſtra, & honesta magnificētia. Propter quod rogo vos habere vos confiliarios, & peritos ex communi ſubjeſtorum obſequio. Et his dictis dimiſit Senatum, hunc donis dapsibus honorans. Anno Imperii Constantis ſecondo coepit Haumar ſedificare templum in Hieruſalem, & non ſtabat, ſed ruebat ſtructura. Sciftanti autem ei cauſam, dixerunt Ju-dæi, quia niſi crux, que eſt ſupra templum Montis Olivarum, tollatur, haud ſtabit ſtructura, & propter hanc cauſam, ſublata eſt crux illinc, & ita conſtituit illic aedificium. Propter hanc etiam cauſam multas cruces (1) fecerunt hi qui adorant Chriſtum. Anno tertio Imperii Constantis, ſeditionem excitavit Valen-tinianus Patricius, mittensque Imperator hunc occidit, & populum ad ſui rediuit benevolen-tiam. Anno quarto Imperii Constantis, fraude occiſus eſt Haumar Saracenorum dux a quo-dam Perſe Margarita. Denique inventum cum adoraret, pupugit eum in ventre gladio affixo, & ſic vivere defiit, cū Amiras fuifet annis duodecim, & poſt eum ſtatuit Hoamen hujus cognatus, filius Tuſan. Anno quinto Imperii Constantis Hoamen Arabum Princeps habetur, & ſimilitatem concinnat Gregorius Patricius Africe, unā cum Afris. Anno ſexto Imperii Constantis, factus eſt in terra ventus vehemens, qui multa germina evulſit, arboresque ingentes radicis extirpavit, atque multas columnas, & chorūm depositū Monachorum. Eodem verò anno Saraceni hostiliter Africam adierunt, & conflictu agitato aduersus tyrannum Gregorium, hunc in fugam vertunt, & eos qui cum ipſo erant, interiunt, & hunc ab Africa pellunt, atque tributis cum Afris ordinatis, & pactis reuersi ſunt. Anno septimo Imperii Constantis, exercitum movit Muhavia per mare aduersus Cyprum. Habebat autem ſcaphas mille ſeptingentas, & cepit Constantiam cum iſula tota. Cū verò hanc cepiſſet, exterminavit. Porrò audiens Carcorizum cubicularium contra ſecum plurima virtute Romaica venientem, na-vigavit aduersus Aradum, & applicans cum na-vigio ſuo apud municipium iſulae, caſtrum con-nabatur capere, variis machinamentis uſus. Cū autem nil agere valuifer, mittit Epifco-pum quendam Thomaricum nomine, deterrens eos quo dimitterent civitatem, & ſub foedere ſuo eſſent, exirentque ab iſula. Cū itaque ingressus ad eos Epifcopus fuifet, temuerunt eum. Porrò Muhavia cedere noluerunt. Igitur obſidione, quam aduersus Aradum conſtituerat, nullius momenti eſſet, Damascum reverſus

eft. Nam hyems acceſſerat. Anno octavo Imperii Constantis movit Muhavia exercitum valenter aduersus Aradum præliaturus, & hanc obtinuit verbo, ad habitandum dimittens ci- ves ubiq;ue voluiffent. Civitatem verò muris diſſolutis incendit, & iſulam uſque ad praefcas inhabitabilem ſtatuſ. Anno nono Imperii Constantis, Busur Princeps exercitus, una cum Arabibus aries direxit aduersus Haumariam, & occiſis multis cum quinque milli-bus captivorum reverſus eſt. Mittit autem Imperator Conſans Procopium quendam ad Muhaviam quærenſ pacem. Quod & factum eſt annis duobus, Gregorium filium Theodo-ri ſumente Muhavia loco pignoris in Da-maſcum. Anno decimo Imperii Constantis, ſimilatorem excitavit Imperatori Faſagnates Ar-meniorum Patricius, & foedera pepigit cum Muhavia dans ei filium ſuum. Quo audito Imperator venuit uſque ad Cæſaream Cappadocie, & desperatus ab Armenia rediit. Anno undeci-mo Imperii Constantis cinis eſt coelo deſcēdit, & timor magnus ſuper omnes homines ceo-dit. Anno duodecimo Imperii Constantis Muhavia Rhodum rediens, deſtruxit Colofsum ejus poſt mille trecentos ſexaginta ſtabilitatis ipſius an-nos, quem cū Judæus quidam Emeſenus ne-gociator emiſſet, nongentos camelos ex ejus zere oneravit. Eodem anno Avidus Arabum Prætor aduersus Armeniam movit, qui conſequutus Maurianum Prætorem, inſequutus eft eum uſque ad Caucasios montes, & regionem deprædatus eft. Anno decimotertio Imperii Constantis, præcepit Muhavia armaturam fieri magnam navium, quo aſcenderet ad regiam urbem classis eorum. Omnis autem apparatus eorum apud Tripolim Phœnices conſiſtebat. Verū hoc viſo, duo frarres quidam Christi amici Tripoli manentes, filii buccinatoris cu-jusdam, zelo Dei fauciati ad carcerem civita-tis cucurrerunt imperu, habebat autem multi-tudinem Romanorum vinculatorum, & disruptis portis, vinclisque ſolutis, in Amiram irruerunt. Quo perempto unā cum hiſ qui cum eo erant, preparaturaque omni igni traditā, in Roma-niam na-vigio tranſierunt. Verū tamen nec ſic illi ab eadem preparatura ceſſaverunt. Sed Muhavia quidem militat contra Cæſaream Cap-padocie. Ablulathar verò fabrum na-valis ſtru-cturæ conſtituit, qui veniens in locum diuertit, vocabulo Phœnicem Lyciæ, ubi erat Conſans Imperator, arque Romaicus ſtolus, cum eo na-valiter pugnatū. Cūmque furum eſſet, ut Imperator cum ipſo na-vigio præliareret, con-templatur nocte illa viſum videlicet apud Theſſalonicenses eſſe. Porrò cui-dam conjetori ſom-niorum ex pergeſfactus narrat viſionem, qui ait: O Imperator. utinam nec dormiſſes, nec ſom-nium aſpexiſſes. Nam eſſe Theſſaloniceſſe innuit, quod interpretatur: pone alii victoriam, ideſt, ad inimicum tuum victoria veritur. Sanè Imperator nihil inueniens ad prælium na-valis pugnæ, Romanorum classes præſtruxit ad bellum. Quibus in alterutrum ir-ruentibus ſuperantur Romani, & commixtum efficitur mare ſanguine Romanorum. Indit autem Imperator alium veſte ſua, & infiliens prædictus buccinatoris filius in regiam ſcapham Imperatorem arripuit, & in aliam na-vim tran-ductum inopinatē salvavit. Porrò ipſe fortiſſi-mus

(1) Al. crucis depoſuerunt hi qui oderant Chriſtum.

mus viriliter insistens Imperatoriæ navi multos occidit, mortique seipsum pro Imperatore contradidit. Hunc præterea hostes circumdantes, & in medio retinentes, putabant ipsum esse Imperatorem. Postquam autem multos occiderunt, intericerunt hostes, & ipsum, unâ cum eis qui portabat Imperatoriæ vestem. Ast Imperator taliter in fugam versus salvatur, & derrickis omnibus navigavit Constantinopolim. Anno decimo quarto Imperii sui dolo necatus est Hoamen Arabum dux, cùm Amiras decem fuisse annis. Fit interea duellum in medio ipsorum. Quotquot enim penes heremum erant, alii volebant consobrinum, alii generum existentem quondam Muhammath. Hic verò qui in Syria, & Ægypto, Muhavia cupiebant, qui & vicit, & obtinuit annis viginti quatuor. Anno quinto Imperii Constantis, Arabum princeps Muhavias habetur, qui exercitum congregavit adversus Halim, & congregiuntur ambo in terra Balissum juxta Euphraten. Hi verò qui erant Muhaviae cùm essent validiores, aquam obtinuerunt. Unde in stirim venientes hi, qui erant Halim, defecerunt. Porrò Muhavias bellare noluit, sed sine labore victoriæ tulerit. Anno decimo sexto Imperii Constantis exercitum movit contra Sclaviniam Imperator, & captivos duxit plurimos, & subegit. Anno decimo septimo Imperii Constantis facta est conventio inter Romanos, & Arabes, Muhavia legationem mittente ob rebellionem, ut tribuant Romanis Arabes per singulos dies numismata mille, & equum. & servum. Eodem verò anno exilio ductus est Martinus sanctissimus Papa Romanus, pro veritate fortiter agonizans, & confessor factus, in climatibus Orientis defunctus est.

Anno decimoctavo Imperii Constantis, Constanus occidit Theodosium proprium fratrem suum. Cùm autem essent Arabes apud Saphin, dolo necatus est Hali prædictus, & singulariter imperat Muhavias regio more Damascum inhabitan, pecuniarum illic thesauros recondens. Anno decimo nono Imperii Constantis apparuit hæresis Arabii, eorum videlicet qui dicuntur Caururgitæ. Muhavias autem hos aggressus, eos qui erant in Perside humiliavit: eos verò qui in Syria erant, exaltavit, & alias quidem vocavit Hisamitas, alias autem Heraclitas, & Hisamitarum quidem donativa sublimavit usque ad ducenta numismata: porrò Heraclitarum depositus usq; ad triginta. Anno vigesimo primo Imperii sui, exercitum moverunt Arabes contra Romaniam, & multos deprædati sunt, & loca nonnulla depopulati. Anno vigesimo secundo Imperii Constantis præde patuit Ciliciæ pars, & habitaverunt Damasci voluntate sua. Anno vigesimo tertio Imperii Constantis factus est error Jejuniorum, & exercitum movit Habdinaramen Chaldaeus (2) adversus Romaniam, & in ea hyemavit, & multas demolitus est regiones. Porrò Sclavini ad hunc confluentes cum ipso descenderunt in Syriam numero quinque millia, & habirabant in Apamiensium regione in castello Seleucobri. Anno vigesimo quarto Busur exercitum in Romaniam movit, & mortuus est Thomaricus Episcopus Apamiae, & incensus est Episcopus Emenenus. Anno vigesimo quinto Imperii Constantis exercitum rursus movit Busur in Romaniam, & exterminavit partes Hexapoleos, & Phada-

(2) Aliter Chaledi.
(3) P. Pith. prævenisse. At vero Mauchias simulabat se Imperatori compati. Sedebat
A le, illicque hyemavit. Anno vigesimo sexto Imperii Constantis, Armeniacorum Prætor Saporius, Perse genere, tumultuatus est contra Constantem Imperatorem, mittitque ad Muhaviae Sergium Magistrum militum, pollicens Muhaviae subjugare Romaniam, si ipse sibi auxiliaretur adversus Imperatorem. Quo comperto Constantinus filius Imperatoris, mittit & ipse ad Muhaviae Andream Cubicularium cum munib; ne rebelli cederet. Cumque venisset Andreas Damascum, reperit Sergium prævenisse, (3) & cùm ingressus fuisse Andreas, intuitus eum Sergius surrexit. At verò Muhavia Sergium reprehendit, dicens. Quid formidasti? Qui respondit se juxta morem fecisse. Conversus præterea Muhavia, dicit Andreas, Quid queris? Qui ait, ut des auxilium contra rebellem. At ille: Ambo, inquit, inimici estis, sed ego ei qui (4) præbuerit, dabo. Et Andreas ad eum, Ne ambigas, infit, Amiras, quomodo tibi Imperatoris meliora sunt, quām plura rebellis. Veruntamen quod amabilius tibi fuerit age. Et his dictis Andreas tacuit. At verò Muhavias ait: Tractabo super hoc, & ambos jussit exire. Porrò advocate Muhavias secretò Sergio, dicit ei, Ne ultrius adores Andream, alioquin nihil proficies. In crastinum verò perveniens Sergius coram Muhavia sedebat, & ingresso Andrea, non ei assurrexit ut heri. Andreas verò intuitus Sergium, hunc conviciis laceravit, & commotus est ei dicens, Si vixero, demonstrabo tibi qui sim.. Cui Sergius, Non affugo tibi, inquit, quia neque vir es, neque fœmina. Porrò Muhavia utrumque compescens, Andreas dixit: Assentire dare, quemadmodum Sergius dat. Et quantum est? ait Andreas. Muhavia dixit, Illationem publicorum præbere Arabibus. Ast Andreas, Væ tibi, ait, Muhavia, qui consilium tribuis corpus dandi, & solam umbram retinendi. Quomodo cunque volueris cum Sergio conveni, hoc enim ego minimè facio. Veruntamen te dimisso ad Deum qui te potentior est, ut Romanis opituletur confugimus, & in eo spem posuimus. His dictis Muhaviae infit, Salve, & exivit à Damascenium civitate, & abiit Melitenen, eo quod tyrannus esset in partibus illis, ad quas Sergius erat iturus. Quumque adisset Arabessum, incurrit clausurarum custodem, non enim consentiebat tyranno. Huic ergo præcepit observare Sergium redeuntem ut adduceret ad se: ipse verò pergebat non immemor, Sergium præstolans. Quæ verò gesta sunt, nunciavit Imperatori. Interea Sergius tractans cum Muhavia quæ visa fuerant, accepit Phadalum Prætorem Arabum cum ope Barbarica concaturum, & auxiliaturum Saporis. Quum autem præcederet Sergius Phadalum, & ad Samrem gratulanter abiret, devenerit ad clausuras, & in Andreæ incident turbas, & hunc retinentes, vincitum ad Andream advehunt. At verò Sergius viso Andrea, jactat semetipsum ad pedes ejus, obsecrans parcere sibi. Ille autem ad eum, Tu, inquit, es Sergius, qui gloria baris in virilibus coram Muhavia, meque mulierculam appellabas. Ecce amodo virilia tua tibi nihil proderunt, quin potius & morte affident. His dictis præcepit virilia ejus abscondi, & suspendi eum in ligno. Constantinus autem auditio Phadalæ adventu in Saporis auxilium,

E autem Sergius.
(4) Aliter qui plus p.

(2) Aliter Chaledi.
(3) P. Pith. prævenisse. At vero Mauchias simulabat se Imperatori compati. Sedebat

xilium, Nicephorum Patricium destinat cum Romana virtute resistendi Saporis. Erat autem Sapor Adrianopoli degens, & quum Nicephorum ad se venire compereisset, exercebat seme- tipsum ad prælium. Verum die quodam contigit hunc secundum consuetudinem de civitate super equum sedentem exire, quumque portæ civitatis appropinquaret, equum flagello percussit, qui jaclanter saliens, & hujus caput in portam allidens, hunc vitâ male privavit, & sic Deus victoriam Imperatori contulit. Phadalas autem veniens in Hexapolim, & haec omnia discens turbatus est, & mittit ad Muhamiam postulans adjutorium, eo quod Romani ad concordiam convenissent. Mittit autem Muhamias filium suum Gyzid, armans eum contra multitudines Romanorum. Convenerunt autem utrique apud Chalcedonem, & captivos (5) duxerunt multis. Ceperunt autem & Amorium Phrygiae, & quinque millibus armatorum virorum dimisis in custodiam, diverterunt in Syriam. Quum autem hyems accedisset, mittit Imperator eundem Andream Cubicularium, & quum nix multa esset, noctu venit, & per lignum ascendit in murum, & ingrediuntur Amorium, & omnes interficiunt Arabes, ita ut ex quinque millibus illis nullus penitus remaneret. Anno vigesimo septimo Imperii sui Constantius occisus est dolo in Sicilia apud Syracusam, in balneo, cui nomen erat Daphne, fuerat autem causa haec. Post interemptionem fratris sui Theodosii odio habitus est à Bizantiis, & maximè quia Martini sanctissimum Papam ignominiosè Constantinopolim duxit, & exilio relegavit penes Chersonis climata, & maximi, & sapientissimi Confessoris linguam, manumque truncavit, & multos Orthodoxorum verberibus, & exiliis, & proscriptionibus, eo quod hæresi suæ nullatenus acquiescerent, condemnavit. Quin & duos Anastasios, qui fuerant discipuli Maximi Confessoris, & Martyris, tormentis, & exiliis tradidit; Propter talia ergo exosus effectus est. Cum autem valde metueret, voluit in urbem Romam Imperium transferre. Unde Imperatricem, & tres filios suos tollere à Byzantio voluit, nisi Andreas Cubicularius, & Theodorus Patricius Colonæ hujus prohibuissent consilium. Sanè in Sicilia fecit annos sex. Cumque prædictum balneum ingressus esset, introivit cum eo quidam Andreas filius Troili, obsecundans illi, & cum coepisset sapore (6) gallico deliniri, sumens Andreas situlam, dedit eam in verticem Imperatoris, & protinus fugit. Ast Imperator cum tardaret in balneo, insiliunt hi qui foris erant, & reperiunt Imperatorem occisum. Quo sepulto, Mitium quendam Armenium Imperatorem faciunt, vi cogentes eum: erat enim valde decorus, & speciosus. Auditio præterea Constantinus patris obitu, cum multo navigio in Siciliam venit, & aggressus Mitium hunc interfecit cum occisoribus patris sui. Et ordinatis Hesperis Constantinopolim rediit, & Romanis una cum Tiberio, & Heraclio fratribus imperat.

CONSTANTINUS.

Anno ab Incarnatione Domini DCLX. Constantinus imperat. Sarraceni autem moverunt exercitum in Africam, & captiva duxerunt millia, ut ferunt, octoginta. Porro hi qui

Tom. I.

(5) Aliter *captivos Arabes d.*

(6) Aliter *Sapone*.

(7) *Bzor tempstas.*

A Orientalium partium erant, Chrysopolim venera dicentes: Si in Trinitatem credimus, omnes tres coronemus. Turbatus ergo est Constantinus eo quod ipse solus redimitus, fratres autem ejus nullam dignitatem habebant, & misso Theodoro Patricio Colonæ mitigavit eos, superlaudans illos, & assumptis majoribus natu, ut urbem ingredierentur rogavit, & cum Senatu inirent consilium, ut fiat voluntas eorum. Imperator autem hos deceptos consternat in patibulo suspendit trans fretum in Syce. At illi hoc viso, confusi abjerunt dolenter ad propria. Constantinus ergo fratum suorum narres abscondit. Anno secundo Imperii Constantini tempestas (7) magna effecta est, & multi perclitati sunt, tam homines, quam bestie. Phadalas autem hyemem fecit apud Cizicum. Anno tertio Imperii Constantini praedictus est cum hostili apparatu, & plurimis captivis ductis reversi sunt. Anno vero IV. Constantini, apparuit iris in cœlo mense Martio, & tremuit omnis caro, ita ut omnes dicerent, quod consummatio est. Eodem anno, stolo magno constructo, negatores Christi, Muhammat scilicet, & Caylus navigaverunt in Ciliciam, & Lyciam, (8) & facta est mortalitas in Aegypto. Missus est autem Sævus Amires cum alio quoque stolo in auxilium ipsorum, utpote congruentissimus, & audax ad prælium. At vero prælatus Constantinus, hujuscemodi Deum impugnantium adversus Constantinopolim motu comperto, construxit & ipse trieres miræ magnitudinis ignem ferentes, atque dromones. Anno quinto Imperii Constantini praedictus Deum impugnantium stolus ascendens applicavit in Thracensibus partibus, à summitate videlicet Septimii, quæ vergit ad Occidentem, idest, à domo quæ Magnaura dicitur, & rursus usque ad arcem, quam Cyclobium dicunt, quæque spectat ad Orientem. Per totum itaque diem congressio belli tenebatur, idest, à manè usque ad vesperam, à brachialio aureæ portæ usque Cyclobium, invicem utraque parte in uno pulvere impellente. In his ergo deguerunt ab Aprili mense usque ad Septembrem, & reversi Cizicum pergunt, & hac comprehensa illic hyemabant, & omni vere ascendentis similiter conflictum cum Christianis habebant. Per septem sanè annos eisdem gestis, divinâ, Deique Genitricis ope multitudine viorum bellicosorum amissa, & vulneratione maxima in eis effecta confusi, ac reversi cum ingenti moxitia sunt. Cum autem discessisset idem demergendus à Deo stolus, ab hyemali æstu, ac spiritu proceliarum circa partes Scillei comprehenditur, & contritus totus omnino dispergit. Suphian autem filius Arup secundus frater commisit bellum cum Floro, & Petrona, & Cypriano habitibus Romaicam virtutem, & occiduntur triginta millia. Tunc Callinicus architectus ab Heliopoli Syriae ad Romanos profugus venit, qui marino igne confessio Arabum vasa exussit, & unâ cum animabibus incendit, & ita Romani cum triumpho reversi sunt, marino igne adinvento. Anno sexto Imperii Constantini Cadallus filius Chaisi, & Phadalles hyeme apud Cretam morati sunt. Anno septimo Imperii Constantini apparuit signum in cœlo in die Sabbati. Anno octavo Imperii Constantini facta est locusta magna per

S Sy-

(8) & Lyciam, & hyemaverant penes Syrnam.

Syriam. & Mēsopotamiam. Annō nono Imperii Constantini ingressi sunt Mardaitæ (9) Libanum, & tenuerunt à Mauro monte usque ad sanctam civitatem, & ceperunt cacumina Libani, & multi captivi, & servi, & indigenæ confugerunt ad eos, ita ut multa millia in brevi tempore fierent. Quibus compertis Muhavias, & Consiliarii ejus tinuerunt valde, colligentes quod Imperium Romanum divinitus muniatur, & dirigit legatos ad Principem Constantinum, postulans pacem, & pollicitus annualia se Imperatori pacta laturum. Ast Imperator hujuscemodi suscepit, eorumque petitione auditæ, destinavit cum eis in Syriam Joannem Patrium cognomento Pitzigaudin, tanquam antiquæ proslapie virum, Reipublicæ, & multorum negotiorum expertum, atque magnam consequutum prudentiam, ad disputandum aptissimè cum Arabibus, & quæ pacis sunt consonè præstruendum. Qui cùm venisset in Syriam, coacervatione Muhavias tam Amireorum, quam Girafinorum (10) effecta, suscepit eum cum honore magno. Multis ergo inter eos verbis pacificis edictis, convenerit inter utrumque inscriptis fieri pacis cum jurejurando sermonem super consonantia anni pacti præbendi, vide licet Romanæ Reipublicæ ab Agarenis auri libracum tria millia, viros captivos quinquaginta, & equos nobiles quinquaginta. His ex communi placito inter utramque partem firmatis, & in triginta servandis annos mutuò reprobmissis, amplissima pax inter Romanos, & Arabes est effecta. Sicque generalibus duobus inscriptis verbis ad alterutrum cum jurejurando patratis, & invicem traditis, sacerdicius famosus vir ad Imperatorem cum muneribus quoque multis reversus est. Cùm autem hæc didicissent hi qui Hesperias partes inhabitant, tam videlicet Chajanus Avarus, & ulteriores reges, quam Exarchi, & Castaldi, nec non & Principes nationum ad Occidentem sitarum, per legatos muneribus Imperatori transmissis pacificam erga se dilectionem poposcere firmandam. Annueas itaque Imperator postulationibus eorum, confirmavit etiam circa illos donatoriam pacem, & facta est securitas magna in Oriente, nec non & Occidente. Anno decimo Imperii Constantini factus est terrémotus magnus per Mesopotamiam. Corruit Edeffene ascensus, & trullus Ecclesia, & construxit eum Muhavias Christianorum studio. Anno undecimo Imperii Constantini mortuus est Muhavias Protosymbolus Sarracenorum, qui fuit Prætor annis viginti, & Amire functus officio annis viginti quatuor, & principari cœpit Gizid filius ejus. Hoc quoque anno Bulgaris gens supervenit in Thracem. Verum inter hæc necesse est dicere de antiquitate quoque Onogundurensum Bulgarum, & Contragensium. In septentrionalibus namque Euxini ponti partibus, quæ meables sunt, & in paludib⁹ quæ dicuntur Mæotides, in eas immittitur fluvius maximus ab Oceano per Sarmatarum terram dilapsus, nomine Atel, cui Tanais amnis est junctus, & ipse ab Iberibus portis exiens, quæ in Caucasus montibus esse feruntur, & in eundem Atel fluens infertur. A mixtura vero Tanais, & Atel, quæ fit supra jam dictas Mæotidas paludes, dum scinditur Atel, venit is qui dicitur Eucthis fluvius in Mæotidas paludes, & reddit in terminum pontici maris, juxta Necropela, & acro-

ma, (11) quod dicitur arictis facies. A prægnatis vero paludibus simile flumen mari est, & fortur in Euxini ponti mare per terram Bosphori Cimmerii, ex quo flumine capitur id quod dicitur Murzilin, & huic similia, & in partibus quidem adjacentium paludum quæ spestant ad Orientem, usque ad Phanagoriam, seu Iberos qui ibidem sunt, plurimæ nationes consistunt. Ab eisdem autem paludibus usque in amnem qui dicitur Cuphis, ubi Xyxtus capitur, qui dicitur Bulgaricus piscis, antiquitus Bulgaria est magna, & hi qui dicuntur Contragi, ejusdem cuius & ipsi tribus existunt. Temporibus autem Constantini, qui in Occidente regnavit, cùm Orbatus (12) dominus jam dictæ legionis Bulgariae, seu Contragorum vitam commutaret, ac filios quinque relinqueret, testatus est ne ullo modo à mutua cohabitatione separarentur, ipsique nulli alteri nationi seruirent. Post breve autem tempus mortis illius, in divisionem venientes quinque filii ejus altrinsecus sequestrati sunt unā cū populo, quem unusquisque eorum ditioni suæ subiectum habebat. Et primus quidem filius ejus qui dicebatur Buthajas, mandatum proprii custodiens patris, in progenitorum suorum terra permanit usque in presens. Secundus vero hujus frater nomine Contaragus Tanaïm transiens fluvium, ex adverso primum habitavit fratri. Quartus autem, & quintus Istrum, idest Danubium fluvium transmeantes, unus eorum in Avarie Pannonia Chajano Avaro sc̄ subdens, mansit illi cū potentatu suo: alter vero haud procul ab urbe Ravenna in Pentapolim veniens, sub Christianorum Imperio factus est. Deinde horum tertius Hasparuch dictus, Danaprin, & Danastrin transiens. & Honglon adiens, boreos interiores Danubio fluvios, inter hunc, & illos habitavit, turum, & difficilem locum hinc, & inde conspiciens, dum enim esset palustris, & hinc, illincque fluminibus coronatus, copiosam genti propter hostium participationem humilitate præstabat quietem. His autem ita in quinque divisis, & ad paucitatem devenientibus, exivit gens magna Gazarorum ex interiori profundo Berzilie primæ Sarmatiaz, & dominata est omni perviae terræ usque ad Ponticum mare, & primum fratum Buthajam primæ Bulgariae principem substituit, ordinatis vestigalibus, quæ ab eo deserunt usque nunc. Ast Imperator Constantinus comperto quod ex Triplo gens immunda, & sordida ultra Danubium apud Honglon tabernaculum fixerit, & appropinquans Danubio discurrat per regionem, quæ nunc tenetur ab illis, quæque tunc à Christianis possidebatur, tristatus est vehementer, & jubet transire omnes exercitus in Thracem. Et construens classem tam per terram, quam per mare, contra eos motus est, hos bello persequi volens, & contra Hoglon, atque Danubium per Epulum pedites in aciem dirigens, & appropinquans littori naves adesse præcepit. Porro Bulgares hac celeritate, seu maxima multitudine visa, super salutem sua desperati ad præsidium prædictum configunt, & se circumquaque munitiunt. Per tres autem dies & quatuor, ex hujuscemodi munitione nec illis exire audentibus, nec Romanis propter adjacentium paludum occasionem prælium constructuentibus, animadvertere possunt, gens remissos Romanorum ani-

(9) In veteri codice Dionysii Hugonis Floriensis scriptum erat in margine: *Marditas Græci Piratas appellant.*

(10) Aliter Corafinorum.

(11) Aliter nacroma.

(12) Aliter Crobatus.

animos, recreata, & alacrior facta est. Porro cùm Imperator pedum dolorem acrius patetur, & Meridiem cogeretur ob balnei usum, unà cum quinque dromonibus, & propriis hominibus suis reverti, deseruit magistratus, & populum, jubens cum lanceis vibrantibus exercitari, & impetum in eos movere si fortassis exirent. Sin autem, obsiderent eos, & obcluderent munitionibus. At verò hi qui erant equestris militiae, Imperatorem fugisse diffamantes, metuque oppressi, eadem tergiversatione abusi sunt nemine persequente. Porro Bulgares, hoc viso insequebantur post terga ipsorum, & plures quidem gladio pemerunt, multos verò vulneraverunt, persecuti eos usque ad Danubium. Quem transeuntes, & venientes usque ad eam quæ dicitur Barnan circa finem Odissi, & mediterraneo illic posito perspecto, quod in multa cautela consistet, in posterioribus quidem propter Danubium flumen, in anterioribus autem, & ex lateribus ob clausuras, & Ponticum mare, præsertim cùm dominarentur adjacentium Sclavinorum generationibus, quæ dicebantur septem: Severos quidem locaverunt ab anteriore clausura Vergaborum ad partes Orientales: in locis autem quæ sunt ad Meridiem, & Occidentem usque ad Avariam, residuas septem generationes quæ sub pacto erant. Ergo cùm dilatati fuissent in his, elati sunt, & coperunt ea quæ sub Romana Rep. erant castra, seu prædia destruere, atque prædari. Unde vi coactus Imperator fecit pacem cum eis, annua illis præbere paœta pollicitus in confusionem Romanorum ob multitudinem delictorum. Mirabile quippe ipso auditu erat his qui longè, & qui propè degabant, quod is qui omnes tributarios sibi statuerat, tam videlicet eos qui ad Eoum, & Occasum, quam ad Arctum, & Mesembriam commorabantur, ab ista detestabili gente fuerit superatus. Verum Imperator ita quidem ex prævidentia Dei hoc Christianis contigisse credens, evangelicè tractans pacem fecit, & fuit usque ad obitum suum quietus à cunctis hostibus, studium habens præcipuum uniendi Ecclesias universas Dei, quæ ubique divisæ fuerant, à temporibus Heraclii proavi sui, & Sergii væsanii, ac Pyrhi, qui indignè throno Constantinopoleos præfuerere, unam voluntatem, & unam operationem in Domino Deo Salvatore nostro dogmatizantium, quorum nequam opiniones idem Christianissimus Imperator Concilio universali Constantinopolim convocato ducentorum & octoginta novem Patrum Episcoporum, damnavit, & dogmata, quæ in antecedentibus quinque (13) sanctis, & universalibus Conciliis fuerant confirmata, corroboravit, atque pium duarum voluntatum, & operationum promulgari dogma decrevit, per eandem sanctam, & subtilissimam universalis Concilij Synodus, cui præerant tam ipse piissimus Imperator Constantinus, quam pii Sacerdotes. Per idem tempus Gизid cœpit esse princeps Arabum, qui tribus his præfuit annis. Anno duodecimo Imperii Constantini collecta est sancta Synodus & universalis sexta Constantinopolim CC. octoginta & novem sanctorum Patrum, præceptione pii patris Constantini. Anno tredecimo Imperii sui repulit Constantinus ab Imperio fratres suos Heraclium, & Tiberium, & solus regnavit cum

Tom. I.

(13) Codices Pith. sex.

(14) Aliter Etherii.

(15) Aliter Marzuan.

A filio suo Tiberio. Anno decimoquarto Imperii sui Muçtar mendax dum tyrannidem exercuisset, obtinuit Persidem. Vocavit autem seipsum Prophetam, & conturbati sunt Arabes. Anno decimoquinto Imperii Constantini Arabum Princeps Maruan præfectus est. Siquidem defuncto Gизid, turbati Arabes, & Theriexteri (14) surrexerunt constituentes sibiducem Habdallan quendam filium Zubedir, & congregati sunt Phæniccs, & Palæstini, & veniunt Damascum, sed & usque Gabathan, & Asan, & Amiran Palæstinæ, dantque manus dextras Maruan, (15) & sicut eum ducem, qui Amiræ administratione fungitur in mensibus novem: Et eo mortuo Habdimelich filius ejus suscepit principatum, cùm Amiras fuisset annis viginti uno & dimidio, aggrediturque tyrannos, & interfecit Habdallan filium Zubedir, (16) nec non & Dadacum. Anno decimo sexto Imperii Constantini facta est famæ magna, atque mortalitas in Syria, gentemque Habdimelich obtinuit. Cùmque Mardaitæ incumberent partibus Libani, & pestilentia teneretur, & famæ, idem Habdimelich pacem quæ fuerat à Muhavia quæsita petiit, missis ad Imperatorem legatis, eademque trecenta sexaginta quinque millia numismatum auri præbere pollicitus, & illos trecentos sexaginta quinque servos pari modo nobiles, totidemque equos. Anno decimo septimo Imperii sui requievit Imperator pius Constantinus, cùm imperasset annis deceni & septem, & imperavit Justinianus filius ejus.

J U S T I N I A N U S .

Anno ab Incarnatione Domini DCLXXVIII. Justinianus imperat Romanis, Arabibus Habdimelich principatur, qui præfuit his annis viginti duobus. Hoc autem anno mittit Habdimelich ad Justinianum confirmare pacem, & convenerit inter eos hujuscemodi pax, ut scilicet Imperator deponeret Marditarum agmen à Libano, & prohiberet incursions eorum, & Habdimelich Romanis tribueret per singulos dies numismata mille, & equum, & seruum, & ut haberent communem per æqualitatem tributa Cypri, Armeniæ, ac Iberiæ. Et direxit Imperator Paulum magistrum ad Habdimelich ad confirmandum ea quæ placita fuerant, & facta est in scriptis securitas sub testium ad stipulatione, qui liberaliter honoratus reversus est. Et mittens Imperator assumpsit Marditarum duodecim millia, Romaicâ virtute recisa. Omnes enim quæ nunc habitantur ab Arabibus in confinibus positæ civitates à Mopsuestia, (17) & usque ad quartam Armeniam, infirmæ, & inhabitabiles erant propter impetum Marditarum. Quibus repressis, omnia dira passa est Romaña usque in præsentem diem. Eodem anno mittit Habdimelich Ziphien fratrem Muhaviæ in Persidem contra Muçtarem mendacem, atque tyrannum, & interemptus est Ziphien à Muçtare. Quo auditu Habdimelich vénit Mesopotamiam, & tyrannidem paritur à Saido, quem supergressus verbo Damascum aperire fecit à se præventam, & post hoc fraudulenter occidit. Justinianus autem cùm esset junior quasi annorum sedecim, & sua quæque inconsultè disponeret, misit Leontium Prætorem in Armeniam cum Romaico potentatu, & Sarracenis illic existentibus interemptis, subjicit hanc Romanis. Similiter & Iberiam, & Albaniam, Hircaniam (18) quoque, atque Medianam, &

S 2 sub

(16) Aliter Zudebir.

(17) Aliter Amonpseustia.

(18) Aliter Bucaniam.

sub tributo regionibus actis plurimas pecunias Imperatori transmisit. At verò Habdimelich his cognitis, abiit Cercesium, & Eupolim. subjugavit.

Anno secundo Imperii Justiniani facta est fama in Syria . Qua de re multi Romaniam sunt ingressi . Et veniens Imperator in Armeniam illic suscepit Mardaitas , qui in Libano fuerant æneo muro destructo . Destruxit autem & pacem cum Bulgaribus fixam , perturbans typos , qui à patre ordinabiliter facti sunt , & jubet transire in Thracem equestres militias , volens tam Bulgares , quām Sclavinos deprædati . Anno tertio Imperii sui movit exercitum Justinianus contra Sclaviniam , & Bulgaria , & Bulgares quidem ad præsens sibi occurrentes impulit . Exurgens autem Thessalonicensis copiosas multitudines Sclavinorum partim bello peremit , partim cùm ad se configurerent in partibus Obsicii , (19) cùm per Abidum transfretasset , constituit . Cùm autem reverteretur in itinere præpeditus à Bulgaribus in arcto clausuræ , cuni cæde proprii populi , & vulneratione multa vix remerare prævaluit . Eodem anno & Habdalla (20) Zubir Musabum fratre suum mittit contra Muqtar , (21) & fugit in Syriam , quem præoccupans interfecit . Porro Habdimelich militat contra Musabum , & victum occidit , & subjugavit Persidem rotam . Anno quarto Imperii Justiniani misit Habdimelich contra Zubir Chajan in Macha , & occidit eum Chajan ibidem , & subdita regione Chajan adversante sibi , concremavit domum idoli ejus , unā cum idolocultore ipsorum . Quamobrem ille Prætorem Persidis Chajan promovit , & subacta est Habdimelich tam Persidis regio , & Mesopotamiæ , quām Armenia magna , & Hirii , (22) ac per id intestina bella quieverunt . Anno quinto Imperii Justiniani finem discordiæ habuit , & liberatus est ab omni bello Arabum principatus , & pace potitus est Habdimelich cunctis sibi subactis .

Anno sexto Imperii sui Justinianus pacem, quam ad Habdimelich habuit, ex amentia dis-
solvit, & omnem Cypriorum insulam, & po-
pulum irrationabiliter voluit transmigrare, &
characterem qui missus fuerat ab Habdime-
lich, cum noviter visus esset, & nunquam an-
tea factus, non admisit. Multitudo vero Cy-
priorum dum transmeare niteretur, submersa
est, & ex languore peribat. Reliqui vero in-
Cyprum reversi sunt. Et his auditis Habdime-
lich satanicè stimulatus rogabat ne pax solve-
retur, sed susciperent monetam suam, cum
Arabes non susciperent Romanorum incisionem
in suis nummis. Verum dato pondere auri ait:
Nullum Romanis damnum efficietur, ex eo
quod Arabes nova cuderent. At ille precem
ex timore arbitratus effectam, non perpendit,
quod studium eorum esset, ut Marditarum
primum compescerent incursus, & ita per
putativa rationis obtentum pacem dissolveret.
Quod & factum est, & misit Habdimelich ad
aedificandum templum Muchan, & voluit au-
ferre columnas sanctæ Gethsemanis, & roga-
verunt eum Sergius quidam vir Christianissi-
mus, qui erat generalis Mansur Logotheta, &
valde familiaris eidem Habdimelich, atque
Patricius socius ejus Christianis, qui erat in-

(19) *Aliter officii. Aliter obsequii.*

(20) Aliter *Habdeian Zubin*.

(21) *Aliter ab inito Marte cum eo vertitur Musterar.*

(22) Aliter *Hyrii*. Aliter *Ethrii*.

M I S C E L L A E

A Palæstina præpositus, qui cognominabatur Clavus, postulantes ne hoc fieret, sed per suppli- cationes suas persuaderet Justiniano mittendi sibi alias pro eis, quod & factum est. Anno septimo Imperii sui Justinianus elegit è Sclavis, qui se jubente transmigrarent milites tri- ginta millia, & armatis illis, cognominavit illos populum acceptabilem, principemque in eis Nebulum nomine statuit. Fisus autem in illis, scripsit Arabibus non se permanfurum in pace, quæ scripto convenerat. Et assumpto populo acceptabili, & cunctis equestribus militiis, abiit Sebastopolim maritimam. Ara- bes autem dissimulantes, & pacem solvere minime proponentes, sed Imperatorio exces- su, atque procacia hoc agendi violentiam pa- tientes, armati & ipsi venientes adeunt Se- bastopolim, protestantes, ne Imperator quæ in- vicem cum juramentis consono pacto placita- fuerant solveret, alioquin Deus vindicta culparum foret. Sanè cùm Imperator nec au- ditu ipso hujuscemodi verba pateretur percipe- re, illi pacis. & verbi scriptum solventes, & in excelsò loco pro vexillo præcedenti gratia (23) suspendentes, contra Romanos impetu ir- ruunt Muhammat ducem habentes, bellumque taliter inierunt. Et priùs quidem superati sunt Arabes. Suggerens interea Muhammat auxi- lianti Romanis Sclavinorum duci, mittit ei marsupium (24) numismatibus plenum, mul- tisque promissionibus hunc seducens, perfua- det hunc confugere ad se cum viginti millibus Sclavorum, & sic fugam Quiritibus acquisivit. Tunc Imperator occidit horum residuos unà cum liberis, & uxoribus trans præcipiti locum Leucatum dictum, qui maritimus erat Nicomediensium finibus. (25) Anno octavo Imperii Justiniani, Sabbis Patricius Armeniæ, comperta superatione Romanorum, Armeniam Arabibus tradidit, & subjecta est eis interior Persis, quæ dicitur Cerafa, & oritur ibidem insidiator, nomine Sabinus, qui multos Ara- bum interfecit. Sed & ipsum Chajanum penè omnibus modis in amne necaverat. Et tunc Agareni per amplius temerarii facti sunt Ro- maniam depopulantes. Anno nono Imperii Ju- stiniani, defectio solis effecta est horâ diei ter- tiâ, ita ut quædam stellæ clarè apparerent. Et exercitum movit Muhammat contra Roma- niæ, habens secum profugos Sclavos utpote expertos Romaniæ, & multos duxit captivos. Porrò Justinianus diligentiam circa palati habens negotia construxit triclinium, quod Justini- niani vocatur. Constituitque Stephanum Fer- sam Sacellarium suum, & spadonum primum, dominum, & arbitrum, nimis insidiantem san- guini, atque crudelem, qui immisericorditer exteriores quosque verberare, sed & lapidare tam ipsos, quam horum prælatos penitus non cessabat. Cùmque Imperator quadam die pro- fectus fuisset, præsumpsit agræ estis bestia illa & matrem quoque ipsius Anastasiam Augustam more pueri habenis flagellare. In his autem & in civilem copiam multis malis ostensis, exosum cunctis fecit Imperatore. Similiter & in generalis Logothesii (26) rebus constituit mona- chum quendam Theodotum nomine, qui pri- mò inclusus fuerat in Thracensibus Augusti par- tibus, sed & in ipsum sævissimum existentem, qui

(23) Paul. Diacon., & Cedren. *basta.*

(24) κάκεροι.

(25) Aliter *sinum*. P. Pith. *sinin*.

(26) γενικὰς λογοθέτα.

qui plurimos Reip. principes, & illustres viros, non tantum ex ordinatoribus, sed ex urbis quoque habitatoribus frustra, & in vanum, ac inexcusabiliter exactiones, & functiones & precriptiones solvere faciens, funibusque suspensos, hos fumo palearum afficiebat. Insuper & Praefectus Imperatoria iussione plurimos viros carceribus tradens, per aliquot annos servari mandavit. Hæc omnia crescere fecerunt odium populi circa Imperatorem. Praeterea Imperator exigebat à Callinico Patriarcha orationem faciendi ut destrueret Ecclesiam Sanctæ Dei Genitricis, quæ Metropolite dicebatur, juxta Palatium sitam, volens in loco sistere phialam, & bases construere vulgi, (27) ut illic Imperatorem susciperent. At verò Patriarcha dicebat: Orationem quidem ad statuendam Ecclesiam habemus, destructionem verò Ecclesie non suscipimus. Cogente autem eum Imperatore, & omnimodis exigente orationem, dixit Patriarcha: Gloria Deo qui jugiter sustinens nos patitur, nunc & semper, in secula seculorum, Amen. Quo auditu destruxerunt Ecclesiam, & fecerunt phialam. Porro jam dictam Ecclesiam Metropolite fecerunt apud Petrin. Anno decimo Imperii Justiniani, direxit aciem Muhammath adversus quartam Armeniani, & captivatis multis reversus est. Eodem quoque anno Justinianus pulsus est regno, hoc modo. Jussit Stephano Patricio, & Praetori, cognomento Ruffo, noctu interficere vulgus Constantinopolitanum. à Patriarcha inchoaturo. Leontius verò Patricius, & quondam Magister militum Orientalium, qui in bellis sapè probabiliter gesserat, & tres annos in custodia transegerat, excusatus ex Triplo (28) revocatur, & Praetor Helladis promotus est, jussus est in tres dimitti dromones, eodemque die ab urbe moveri. Nocte verò penes Julianenium portum Sophiæ, juxta ea quæ dicuntur Mauri, situm ad iter agendum ab urbe motus statione fixa, valedicebat amicis qui ad se veniebant, inter quos venere ad eum germani, & sodales ejus, Paulus scilicet monachus Callistrati, qui & Astronomus. & Gregorius Cappadox, qui & Clusuriarches

A extiterat, deinde Monachus factus, & Egumenus Flori, qui in custodia frequentius illum visitantes, affirmabant eum Imperatorem Romanorum futurum. At verò Leontius dixit ad eos: Vos certum in custodia super Imperio me esse fecistis, & nunc in malis vita mea finitum. Post modicum quippe ero per singulas horas præstolans mortem, qui dixerunt: Ne pigriteris, & hoc protinus adimpletur. Audi nos tantum, & sequere nos. Et assumptis Leontius hominibus suis, & armis, quotquot habuit, ascendit in Praetorium silentio multo, & pulsantes portam Imperatorem venisse fingebant, ad disponendos quosdam qui illic esse noscebantur. Cumque hoc nunciatum fuisset Praefecto, qui tunc erat, & ille concitò venisset, & portas aperuisset, capitur à Leontio, & alapis cæsus, ligatur manus, & pedes. Ingressus autem Leontius, & carceribus reseratis, solutisque viris retruis multis, & fortibus, qui à sex & octo annis in vinculis fuerant, quorum plures milites erant, hos armavit, & in forum exivit cum eis clamans. Et omnes Christianos ad sanctam Sophiam, & per omnem regionem mittens, voce sua clamare cœpit. Multitudo verò civitatis tumultuata celeriter ad luterem Ecclesie est congregata. Ipse verò cum duobus monachis amicis suis, & quibusdam ex clarioribus viris, qui è custodia fuerant egressi. Patriarchium ascendit ad Patriarcham. Inveniens autem & ipsum turbatum proper illa. quæ jussa sunt Patricio Stephano Ruffo, persuadet ei descendere ad luterem. & clamare sic: Hæc est dies quam fecit Dominus. Universa verò multitudo levaverunt vocem: Effodiuntur ossa Justiniani. Et ita in hippodromum omnis cucurrit populus. Cumque dies facta fuisset. educunt Justinianum in hippodromum. nasoque illius, & linguæ recisâ, exulem faciunt apud Chersonam. Porro comprehensum turbâ Theodorum monachum, & generalem Logotheram. atque Stephanum. Sacellarium Persam, funibusque retrosum, hos ligatos trahunt per medium plateam, & ad Vaurum (29) ductos incenderunt. Et ita Leontium Imperatorem laudaverunt.

(27) Siue Venetorum.

(28) Aliter extemplo.

(29) Aliter Taurum.

Explicit Liber Decimusnonus.

INCL

INCIPIT LIBER VIGESIMUS.

ANNO ab Incarnatione Domini DCLXXXVIII. Leontius imperat Romanis. Igitur cum regnare cœpisset, undique pacificè mansit, tribusque annis Imperium rexit. Anno secundo Imperii Leontii, movit exercitum Senalidus contra Romaniam, & multis ductis captivis reversus est, seditioneque concitata, Sergius Patricius Lazicæ hanc Arabibus subdidit. Anno tertio Imperii Leontii, acie Arabes in Africam motâ hanc obtinuerunt, & ex proprio exercitu taxatos (1) in ea quosdam constituerunt. Quibus compertis Leontius mittit Joannem Patricium virum idoneum cum omnibus Romaicis classibus, qui cum Carthaginem pervenisset, & bello catenam portus ejus aperuissest, inimicosque in fugam vertisset, hos viriliter insequutus universa liberavit Africæ castra, relictisque operatoribus, (2) hæc Imperatori suggescit, ibidemque hyemavit, iussione præstolatus ab eo. At verò his compertis Protosymbolus copiosum, & potentiores adversus eos transmittit, & prædictum Joannem cum stolo ipsius bello à portu depellit, & hostiliter exterius castrametatus est. Prædictus verò Joannes ad Romaniam repedavit, majorem virtutem ab Imperatore accipere volens, & vénit usque ad Cretam Principem aditurus. Exercitus autem per maiores suos ad Imperatorem ascendere nolens (obtinuerat enim eos timor, atque confusio) ad consilium sese nequissimum contulit, & huic maledixerunt, eligentes Imperatorem Absimaram Drongarium Ciboretorum apud Curiositas habitum, hunc Tiberium nominantes. Itaque Leontio apud Constantinopolim posito, & Neoresium portum emundante, bubonis pestis urbi incubuit, & in quatuor mensibus multitudinem plebis consumpsit. Vénit autem Absimarus, una cum exercitu qui secum erat, & applicuit ex adverso civitatis in Syces. Per aliquantum sanè temporis civitatem prodere nolente Leontio, proditio facta est per singularem murum Blacernarum à principibus exteris, quibus claves terreni muri creditæ fuerant cum horribili jurejurando. Isti namque per insidias tradiderunt urbem. Porrò ingressi classium milites civium domos, denudaverunt in his habitantes. At verò Absimarus Leontii quidem naso reciso in Monasterio Dalmatii in custodia fore præcepit. Principes autem, & amicos, utpote commorantes ei, cæsos, atque proscriptione damnatos exilio relegavit, Heracliumque germanum suum virum vehementer idoneum, singularem Prætorem (3) omnium exteriorum equestrium exercituum promotum, in partes Cappadociæ ad Clasfurarum discurrere, contraque hostes curam, ac dispositionem facere misit.

ABSIMARUS.

Anno ab Incarnatione Domini DCXCI. Absimarus Imperator Romanorum creatus est. Qui septem annis imperavit, & tumultuatus est contra Abdarronem, (4) & dominatus est ei, & persequutus est eum Abipsa Chajan.

Anno secundo Imperii Absimari, Romani Syriam peragrantes, & venientes usque Samotram, & deprendentes circumquaque regionem,

A multa occiderunt millia, ut ferunt, Arabum ducenta, plurimisque spoliis sumptis, & captivatione Arabum multa, reversi sunt timore magno in eos patrato. Anno tertio Imperii Absimari exercitum movit Habdella in Romaniam, & expugnans Tarentum, nihilque proficiens rediit, ac ædificavit Mopseustiam, & posuit in ea custodes. Anno quarto Imperii Absimari, Banes cognomento Heptadæmon quartam Armeniam (5) subjugavit. Absimarus verò Philippicum filium Nicephori Patricii in Cephaloniam exulem misit vi imperantis omnino venundatum. Asserebat enim se in somnis vidisse, quod caput suum ab Aquila protegeretur, & obumbraretur. Quibus Imperator auditis hunc protinus exilio relegavit. Anno quinto Imperii Absimari seditionem concitaverunt Principes Armeniae contra Sarracenos, & eos qui erant in Armenia peremerunt, & iterum ad se Absimaram, & Romanos in regionem suam adducunt. Porrò Muhammath acie adversus eos directa multos occidit, & Armeniam Sarracenis subdit, optimatesque Armeniorum coacervatos in uno loco viventes incendit. Per idem verò tempus exercitum movit Azar in Ciliciam cum decem millibus, cui cum obvius occurrit Heraclius frater Imperatoris, plurimos eorum occidit, residuos verò vincitos Imperatori transmisit. Anno VI. Imperii Absimari, Azidus cunei aciem contra Ciliciam movit, expugnansque erat Sisi castrum. Quod Heraclius frater Imperatoris obtinuit, & bellum in eo aggressus Arabum decem millia necat. Interea Justinianus cum penes Chersonam degeret, & se iterum imperaturum concionatus denunciaret, accolæ locorum eorundem discriminem ex Imperio venire metuentes, consiliati sunt hunc interficere, vel certè Imperatori transmittere. Ipse verò cum id sensisset, fugiens, & Daras veniens, Cazarorum se poposcit Chajano præsentari, qui cum rei circumstantiam didicisset, suscepit eum cum honore ingenti, & tradidit illi uxorem Theodoram sororem suam. Post modicum verò prece oblata Chajano descendit in Phanagoriam, & illic degebat cum Theodora. His auditis Absimarus mittit ad Chajanum promittens ei præbere munera multa, si Justinianum sibi dumtaxat vivum transmitteret, sin autem, saltem caput ejus. Cedens autem Chajanu hujuscemodi petitioni, custodiā ei misit, quasi né à contribulibus suis insidias pateretur, mandans Fazin, qui erat illic in personæ suæ vice deputatus, & Blagizin Principi Bosphori, ut cum nunciaret fore, eundem trucidarent Justinianum. His autem per servum Chaiani Theodoræ nunciatis, & Justiniano patefactis, convocatos ad se jam dictos Principes Facin, & Blagizin quasi ad colloquendum secretò, eorum colla strangulare curavit. Confestimque Theodoram in Cazariam mittit, & ipse à Phanagoria fugiens, in Men descendit, & inventa navi parata ascendiit in eam, & navigans juxta littora, vénit usque ad Symbolum juxta Chersonam. Ad quam mittens occultè tulit Barisbacurium, & Salibam fratrem ejus, & Stephanum, & Moropaulum, una cum Theophilo, qui cum navigasset cum eis Chersonam, Pharum transfivit. Sicque de-

inum

E

(5) Aliter Armeniam, Arabibus subjugavit, ut imperandi somnio. ἀστεριπολέμενος. Alter codex Pith. ἀστεριπολέμενος.

(1) ταξιται.

(2) Aliter propriis observatoribus.

(3) μονοσπάτην.

(4) Aliter Abderachman in Perside.

mum transfrerentes Necropola, seu ostia Danapri, & Danistri, tempestate facta, super salute sua desperati sunt omnes. Majaces vero familiaris homo ipsius dixit ei: Ecce morimus Dominus, vobis Deo pro salute tua, ut si Deus Imperium tuum tibi reddiderit, in nullum tuorum ulciscaris inimicum. At ille in furore respondens, ait: Si pepercero cuiquam eorum, in hoc loco me Deus demergat, & sine periculo ab astu illo exivit, & introivit in Danubium amnum. Cum autem misisset Stephanum ad Trebellin dominum Bulgariae, ut sibi auxilium praestaret ad obtinendum parentale Imperium suum, repromisit ei se plurima dona daturum, & filiam ejus in uxorem accepturum, ipsique in cunctis obediturum, & concursurum, jurejurando pollicitus. Quo ille cum ingenti honore suscepto, commovet universum sibi subditum populum Bulgarum, atque proximo anno ad regnante urbem venerunt.

Anno septimo Imperii Absimari mortuus est Habdimelich Arabum Princeps, & tenuit principatum ejus Ulid filius Abdalharis. Eodem quoque anno Justinianus cum ad regiam urbem, una cum Terbelli venisset, cum subiectis Bulgariae castrametatus est ad portam Carsi, & usque ad Blacernas, & per tres dies alloquens eos qui erant de civitate, conviciis de honestabatur ab illis, qui eorum nec saltem verbum admittebant. At vero Justinianus cum paucis contribubibus bello excepto per aqueductum ingressus, & tumultum excitans, fodiendo urbem obtinuit, & post paululum tabernacula in Palatio Blacernarum tetendit.

J U S T I N I A N U S II.

Igitur Imperii sui primo anno, id est, quo Imperium suum Justinianus recepit, multa dona Trebelli tribuens, simul & regalia vasa, dimisit eum in pace. Ceterum Absimarus urbem Apolloniadem fugiens adiit, insequectionem tamen perpessus apprehenditur, & ad Justinianum deducitur. Porro Heraclius vincitus à Thrace adductus est cum omnibus qui ei opitulabantur, quos in muro omnes suspendio (6) interfecit. Cum autem ad Mediterranea destinasset, multos ex eis inventos tam actores, quam privatos similiter interemit. Porro Absimarum, atque Leontium vincitos catenis per totam urbem pompis fecit dehonestari. Cumque ludi equestres agerentur, ipseque in solio resideret, ducti sunt publicè tracti, & projecti proni ad pedes ejus, quorum ille colla usque ad solutionem primi bravii (7) calcavit, universa plebe acclamante: Super aspidem, & basiliscum ambulasti, & conculcasti leonem, & draconem, & ita hos destinatos in vivario animantium capitum animadversione punivit: Callinicum vero Patriarcham ablatis oculis apud Romam exilio relegavit, & Cyrum, (8) qui insulam fuerat inclusus Amastridis, tanquam eum qui prænunciaverat sibi restitutionem Imperii, subrogatum provexit. Innumerabilem quoque multitudinem tam ex civili, quam ex militari catalogo, multos perdidit, multos etiam in facos missos amara morte fecit necari, alios autem cum ad prandium, vel ad coenam accubitaret, mox ut surgebat, partim suspendio, partim incisione perdebat, & hinc magnus timor obtinuerat omnes. Misit interea classem ad educendam de Cazaria uxorem suam, & multæ cum suis viris scapha demersæ sunt. Quo auditio, Chajanus significat ei dicens: O infensate, nonne opor-

A tebat te in duabus, vel tribus scaphis accipere mulierem tuam, & non tantam occidere multitudinem? An putas quod & hanc arte decipiias? Ecce peperit tibi filium, mitte, & accipe illos. At ille missio Theophylacto Cubiculario duxit Theodoram, & filium ejus Tiberium, & coronavit eos, & imperavere simul cum ipso. Anno secundo Imperii Justiniani Ulid surripuit Ecclesiam catholicam Damasci, livo re pestifero in Christianos habito, stimulatus propter eminentem tanti pulchritudinem templi, & prohibuit scribi Græcè publicos Logothessi codices, sed in Arabicis adnotari sine computo, quoniam impossibile est illorum lingua monadem, vel dualitatem, aut trinitatem, aut octo, & dimidium, aut tria scribi, propter quod usque hodie sunt notarii cum eis Christiani. Anno tertio Imperii sui Justinianus pacem inter Romanos, & Bulgares evèrbit, & equestres militias in Thracem transire faciens, classibus constructis, contra Bulgares, & Trebellin properavit. Cum autem venisset ad ripam, navigum quidem ante castrum applicare fecit. Populo autem sicut ovibus per campos ad colligendum scenum disperso, viderunt exploratores Bulgariae, vanam dispositionem Romanorum, & coacervari ut fere subito irruerunt, & vehementer consumpserunt Romaicum ovile, multam prædam, & equos, & arma, exceptis his qui perempti sunt, accipientes. Porro Justinianus cum ad castrum fugisset cum his qui evaserant, per tres dies portas clausas, & obseratas tenuit. Videns vero Bulgariae perseverantiam, ipse sui equi nervos primus incidentes, omnes idipsum facere jussit. Armis autem bellicis supra murum positis, noctu in scaphas ascendens latenter enavigavit, & cum confusione pervenit ad urbem. Anno quarto Imperii sui exercitum movit Masalmas adversus Tyrannum propter indignationem exercitus, una cum Mavinia per Marinianum occisi, & hanc obsidentes, hyemaverunt ibidem. Ad quos mittit Imperator duos prætores Theodorum Cartherucam, & Theophylactum Salibanicum exercitu, & agresti populo rusticam operam daturo ad debellandum eos, & insequendum. Ipsi vero ad contentionem venientes in alterutrum, & inordinatè in eos congressi, statim vertuntur, & multa millia perierunt, & captivi ducti sunt multi. At illi sarcinis eorum, & escis acceptis obsederunt quousque civitatem ceperunt. Defecerat enim eis esca, & per hoc recessi erant. Porro viri Tyrrhenenses his verbis desperati, acceperunt verbum indemnitatis suæ, & exierunt ad eos, & derelicta est civitas deserta usque in præsentem diem. Verum illi non servantes verbum, hos in heremum exules transmiserunt, & multos ex his servos retinuerunt. Anno quinto Imperii Justiniani movit exercitum Abas contra Romaniam, & multis in captivitatem ductis rediit, & coepit edificare Garis in regione Eupoleos. Anno sexto Imperii Justiniani movit exercitum Muçtam adversus Ciliciam, & multa castra accepit verbo. Proditum est eis & Camachum cum adjacentibus sibi locis. Interea Justinianus stolo copioso armato Maurum Patricium misit Chersonam, una cum Stephano Patricio cognomento Asmicto maiorum memoriam succensus, insidiarumque recordatus contra se à Chersonitenibus, & Bosporonianensibus, & reliquis climatibus effe-

Eta-

(6) ιθύλισσιν.
(7) βαῖσι.

(8) Aliter Protocyrum. Aliter pro eo Cyrum.

starum. Omnes naves, dromones videlicet, trieres, & scaphas, chimæras, & lntres usque ad Chelandia (9) per collationem ab unoquoque inhabitantium urbem, Senatorum videlicet, & ergasticorum, & plebejorum, ac omnis officij collegit, quibus missis præcepit, omnes habitantes in castris illis gladio interficere, & neminem vivificare, tradens eis, & Heliam Spatarium, qui deberet Prætor Chersones constitui. Qui Chersonem venientes nemine sibi resistente castra ceperunt, & omnes gladio interficerentur, exceptis parvulis, his parentes, & sibi hos in servitium reservantes. Tudunum autem Principem Chersonis, qui & ex persona Chajani erat, & Zelum ex linea, & genere ejus, qui & primus civium habebatur, atque alios illustres, & primores quadraginta Chersonis, una cum familia ipsorum vinclitos ad Imperatorem duxerunt. Alios verò ex primoribus Chersonis septem, in verubus lignis igni applicatos assaverunt. Alios, etiam viginti post tergum horum vinclis brachiis ad proram navis alligantes, & lapidibus hanc implentes, in profundum miserunt. His autem Justinianus auditis, super salute puerorum fæviens, jussit eos quantocuyus ad se venire. Cum autem stolus mense Octobri motus, & in pelago præoccupatus fuisset, in astri ortu, quod Taurus (10) dicitur, penè totus demersus est. Sanè numerati sunt eorum qui submersi sunt septuaginta tria millia. At verò Justinianus his agnitis non est tristatus, quin potius gaudio repletus, & hujusmodi adhuc vœfanæ deditus, clamore magno minitans, iterum alium stolum mittit, & arari usque ad pavimentum, & illidi universos qui remanserant parvulos ad parietem jussit. Audicrunt hæc qui erant ex castris illis, & se munierunt, coactique contra Imperatorem sapere, miserunt ad Chajanum in Cazariam petentes populum ad custodiæ sui. Verùm inter hæc erigitur, & Helias Spatarius, & Bardanes exul, qui tunc fuerat è Cephalaria revocatus, eratque cum clafse apud Chersonem. Porro Imperator his cognitis, misit cum paucis dromonibus Gregorium Patricium cognomento Syrum, & generalem Logothetam, & Joannem Prefectum, atque Christopherum Turmarchen Thracensium cum trecentis armatis, tradens eis Tudunum, ac Zelum, qui deberent Chersonæ restitui secundum quod antea fuerant, ad rationem reddendam Chajanum per apocrisarium, ducendosque ad se Heliam, atque Bardanem. Quibus transmeantibus in Chersonam, his Chersonitæ rationem reddere dignati sunt: in crastinum verò solos hos cives ingredi exhortati portas clauerunt, & generalem Logothetam unà cum Præfecto gladio trucidarunt. Tudanum verò cum Zelo etiam ducto Turmarche unà cum trecentis militibus Cazari tradiderunt, & ad Chajanum mittere curaverunt. Tudano autem in itinere mortuo, Cazari in susceptione ejus occiderunt turmarchen unà cum trecentis militibus. Tunc hi qui Chersones erant, cæterorumque castrorum, Justiniano mala imprecati sunt: Bardanem vero Philippicum, qui illic fuerat exilio relegatus, etiam in Imperatorem laudibus extulerunt. His compertis Justinianus per amplius insaniens, filios quidem Heliae Spatarii in matris sinu peremisit. Hanc autem coegit conjungi coquo, qui erat

A genere Indus. Sicque alio navigio constructo, Maurum Patricium Besum dirigit, traditis ei ad expugnationem civitatum machinis, & arietate, omnique instrumento ad urbis exterminium, mandans illis quidem muros Chersonis, omnemque urbem ad terram prostertere, nullam verò animam ex ipsis vivificare, crebrisque quæ agrerentur suggestionibus intimare. Hoc autem transmeante, perque arietem turrem, quæ dicebatur Centinaris, simul & proximam ejus Syagrum vocatam deponente, Cazarisque pervenientibus, factæ sunt induciae belli. Bardanes autem fugiens ad Chajanum pergebat. Cum verò inefficax stolus effectus ad Imperatorem remeare minus auderet, Justinianum quidem execrati sunt, Bardanem autem ut Imperatorem laudibus extulerunt. Præterea petierunt à Chajano ut daret sibi Philippicum. Porro Chajano verbum ab illis exigente ne prodetetur ab eis, & deferretur ei per unumquemque virum numisma unum: illi protinus his datis acceperunt Philippicum Imperatorem. Cum autem classis moraretur, & suggestione nulla veniret, sensit Justinianus causam, sumptisque his qui secum erant Obsicii, & parte Thracensium, ascendit usque Sinopen ad discenda quæ Chersonæ fuerant gesta. Cumque intueretur ulteriores partes, vident classem, (11) & ad urbem reversurus, impetum demonstravit. Verùm Philippico præveniente usque ad C Amastrin (12) castraneratus est. At verò Philippicus continuò mittit contra Tiberium quidem, Maurum Patricium, & Joannem Spatarium cognomento Struto, Heliam verò cum incursione militari contra Justinianum in Damastrin, iterumque alium contra Barisbacurium, qui fuga fuerat usus, & Maurus quidem unà cum prædicto Struto, cum ad Blacernas abiisset, invenerit Tiberium altera tenetem manu columellam sanctæ mensæ Dei, & Dei Genitricis altaris, & altera pretiosa ligna, & in collo phylacteria: extra tribunal autem residentem Anastasiam patris ejus matrem, quæ Mauri provoluta pedibus, flagibat ne suus occideretur nepos Tiberius, utpote qui nihil gesserit pravum. Cumque ille pedes hujus teneret, & cum lacrymis supplicaret, ingressus est Strutus intra tribunal, & vi arripuit illum, & pretiosa quidem ligna ab eo sublata supra mensam posuit, phylacteria verò in collo suo suspedit. Puero autem foras educto, & despoliato, supraque limen expanso, guttur ejus instar ovis secarunt, & hunc in templo sanctorum Anargirorum, (13) quod Paulinæ vocatur, sepeliri mandarunt. Comprehensus præterea & Barisbacurius primus Patricius, & Comes Obsicii est interemptus. Porro Helia unà cum eo qui secum erat, ascendente in Damastrin, & ad sermones cum eo qui illic erat exercitu veniente, verbumque impunitatis populo qui erat cum Justiniano præbente, & sequestrati sunt universi, & difcesserunt à Justiniano, solum hunc deferentes, & ad partes Philippici confluentes. Tunc prædictus Helias furore repletus currens, collo ejus comprehenso, pugione quo erat accinctus, caput ejus amputavit, & per Romanum Spatarium ad Philippicum misit. At verò Philippicus per eundem Spatarium hoc ad Occidentales partes usque Romam transmisit. Prærea

B

D

E

(9) ἀτὸ μηρὸν τὸ περιάνθον.

(10) Aliter Arturus.

(11) Aliter classem ad urbem vela moventem, frenendisque ut leo, & ipse ad urbem.

(12) Aliter Damastrin.

(13) Intellig. S. Cosmam, & Damianum quod gratuitò facerent medicinam.

rea priusquam imperaret, erat quidam inclusus in monasterio Callistrati prævisor, (14) & hæreticus, qui ad se venienti Philippico dixit: Imperium tibi est repositum. At ille turbatus est, & ait inclusus: Si jubet Deus, tu quam ob rem contradicis? Hoc autem dico, quia sexta Synodus male facta est. Si ergo imperaveris, hanc projice, & Imperium efficietur tibi forte, atque longævum, qui cum juramento spopondit ei se hoc facturum. Cum autem Leontius Justiniano successisset, ascendit Philippicus ad inclusum, qui dicit ei: Ne festines, fieri tibi. Cumque Absimarus imperasset, rursus ascendit ad eum, cui iterum ille ait: Ne acceleres, illud enim præstolatur. Porro cum Philippicus hoc quibusdam amicis suis suisset confessus confidenter, ab eis Absimaro nunciatum est, qui cæsum, & tonsum, atque ferreis vinculis alligatum hunc in Cephaleniam exulum misit. Cum autem Justinianus (15) Imperium suscepisset, revocavit eum, & cum regnaret, fecit pseudosynodum Episcoporum, juxta pseudomonachi, & inclusi sermonem, & abjecit sanctam, & universalem sextam Synodum. Eodem anno ille vanus oculorum cœcitatem incurrit. Quibus diebus cum in multa positus securitate degeret Justinianus, multitudinemque pecuniarum, & splendidissimarum substantiarum, illic ex multis retro temporibus ab his qui antea imperaverant, ex proscriptionibus, & diversis occasionibus, maximeque à prædicto Justiniano collectarum invenerat, hæc frusta, & incassum, ac sine dolore dispersit, & in disputationibus quidem suis rationabilis, & prudens estimabatur, in actibus autem & honestate indignè consummans improbabilis demonstrabatur ubique. Erat autem hæreticus, & adulter.

PHILIPPICUS.

Anno ab Incarnatione Domini DCCIV. Romanis imperat Philippicus, qui regnavit annis duobus. Arabibus autem præst Ulid, qui ducatum novem annis tenuit. Anno igitur primo Imperii sui Philippicus Armenios de terra sua pellens, in Armenia quarta, & Militene habitare coegit. Porro non prævaluit sævius moneri contra sanctam Ecclesiam, & universalem sextam Synodum subvertere studens, divinaque ab eo roborata sunt dogmata. Reperit autem sui sensus Joannem, quem Episcopum Constantinopoleos fecit, deposito Cyro Præfule, quem & exilio relegavit in monasterio Choras, Nicolaumque Diaconum Calicum effecit, qui cum medicinali esset disciplina sophista, tunc Quæstor erat. Algepidum Diaconum (16) magnæ Ecclesie, atque Antiochum chartophylacem, & alios morum eorundem, quique etiam scripto anathematizavere sanctam sextam Synodum. Interea Bulgares per Aphilea clam in angustum incidentes, & magna cæde facta usque ad urbem discurrentes, & multos transvehentes nuptiis opulentis, & dapsilibus prandii cum vario argento, ceteroque apparatu reperientes, usque ad Auream portam discurrentes, totaque Thrace prædā evacuatā, illæsi cum innumeris pecoribus reversi sunt ad propria. Similiter & Arabes Mistiam ceperunt, & alia castra, multa prædā familiarum plurimum, & pecorum innumerabilium facta. An-

Tom. I.

(14) ἀτόμος.

(15) Aliter Philippicus.

(16) Aliter à diacono caucum.

(17) παπαράνης τῷ ὄφεις. Aliter Obsequii.

(18) Aliter in Theodori Patricii Miacii.

A no secundo Imperii Philippici, movet exercitum Habas contra Romaniam, & accepit Antiochiam Pisidiæ cum multa præda, & reversus est. Factus est autem terræmotus in Syria. Biennio verò Imperii Philippici transacto, Circoque natalitio, cùm Praesini vicissent, visum est Imperatori sabbatho Pentecostes equitem cum susceptione, ac organis ingredi, & laveri in publico balneo Zeuxippi, & cum civibus prosapiaæ antiquæ prandere. Cum autem meridie requiesceret, repente per Auream portam introivit Russus primus stratorum Obsicii (17) cognomento Buramphi, & Theodorus Patricius Myacesii (18) cum taxatis, quos habebat in Thrace thematis sui, & festinans in palatium invènit Philippicum meridie quiescentem, & comprehensum eum duxit in oratorium (19) Praesinorum, & illic oculos ejus eruit nullo sciente. In crastinum autem, idest Pentecostes, coacervato in magna Ecclesia populo coronatus est Artemius primus à secretis, mutato nomine Anastasius. Sabbatho verò post Pentecosten oculis privatus est Theodorus Myacesii, & secundo sabbatho idipsum pertulit Gregorius Buramphus, & in exilium missi sunt apud Thessalonicens.

ARTEMIUS.

Anno ab Incarnatione Domini DCCVI. Artemius Romanis imperat. Mafalmas igitur incursions adversus Romaniam movit, & despoliatâ Galatiâ rediit cum præda, & spoliis multis. Ast Artemius Magistratibus in equestribus militiis idoneis, & rationabilibus in rebus civilibus ordinatis, jam requiem adeptus degebat. Cumque Arabes contra Romaniam, Maurophorique (20) armarentur, Imperator misit Principes in Syriam ad Ulid, quasi pro his quæ ad pacem pertinent loquuturos, Daniellem scilicet, & inter alios Sinopitem Patricium, & Praefectum urbis, mandans eis diligenter investigare de motu eorum, & virtute contra Romaniam instruenda. Qui cum audiissent, & remeassent, nunciaverunt Imperatori, magnum contra regiam urbem per terram, ac mare instrumentum eorum. Tum ille præcepit quousque quisque haberet sumptus usque ad triennii tempus se sollicitè præparare, qui autem hoc non posederit, ab urbe inquit discedat. Constituit autem præpositos construentium naves, & cœpit ædificare dromones, & trieres igniferas, & maximas trieres, & maritimos quidem renovavit muros, similiter autem & terrenos, fistens arcobalistas, & magnas (21) in turribus, & argumentosas alias machinas, & secundum quod possibile erat, sibi urbem munivit, frugesque plurimas in regalibus horreis posuit, atque munitissimè ibi servavit. Anno secundo Imperii Artemii, qui & Anastasii, mortuus est Ulid (22) Arabum dux, & Zulcimin filius Habdimelich in principatu successit, qui & tribus præfuit annis. Eodemque anno translatus à Cizico urbe metropoli Germânus Constantinopolim, in quo & commonitorium (23) translationis, quod subinsertur, pronunciatum est, continens ita. Electione, & approbatione religiosissimorum presbyterorum, & diaconorum totius venerabilis cleri, sacrique Senatus, & amici Christi populi à Deo conservandæ hujus regiae urbis

T di-

(19) ἀπαρτάποιον τῷ πρασίνῳ.

(20) Aliter terra marique.

(21) Aliter mangana.

(22) Aliter Hunalid. A. d. & Suliman.

(23) κοιτατάποιον.

divinâ gratiâ , quæ semper infirma curat , & ea , quæ non sunt , adimpleret , transtulit Germanum sanctissimum Præfulem Cizicensium metropoleos in Episcopum hujus à Deo conservandæ , ac Imperatoriæ civitatis . Facta est præsens translatio in præsentia Michaelis sanctissimi Presbyteri , & Apocrisarii Apostolicæ Sedis ; & reliquorum Sacerdotum , ac Præfulum sub Artemio Imperatore . Porrò cùm Artemius didicisset quòd classis Sarracenorum ab Alexandria in Phoenicem properaret ad incendium lignum cypressinum , electis ex proprio stolo velocibus scaphis , misit taxatos ex themate Obsilio , omnes apud Rhodum amnem colligi jussit , præposuitque Prætorem ejus , & caput Joannem magnæ Ecclesie ministrum , qui dicebatur Papa Joannacis , qui generalis tunc erat Logotheta . Is ergo cùm Rhodum adjisset , & navigia convenisset , alloquebatur principes super munitione , ac itinere ipsorum in Phœnicem ad incendium lignum , & præparatiōnem Agarenorum , quæ inveniretur . Cùmque omnes alacriter obaudissent , hi , qui erant Obsicii nullatenus admiserunt , & Imperatorem quidem detestati sunt , diaconum verò Joannem frāmeis peremerunt . Hi ergo stolidi (24) vīsi ad sua navigaverunt loca : illi verò nequam operatores contra regiam ascenderunt urbem . Cùm autem Adramizium adiissent , esentque sine capite , invenerunt illic hominem indigenam nomine Theodosium , qui erat tributorum publicorum exceptor , (25) iners , ac idiota , & hortati sunt eum imperare . At ille fugā lapsus in monte latebat , quem inventum ut Imperatorem laudibus extulerunt , vi cogentes hunc . Quibus Artemius cognitis , præfecit urbi domesticos homines suos principes cum stolo , quēm ipse construxerat , & armatis eis ipse Niceam ingressus abiit in urbem , & ibidem se munit . Rebelles autem ascendentēs , & commoro toto themate Obsicii , & Gotthogræcis comprehensis , multisque pusillis , & magnis negotiatoriis scaphis per terram , & per mare Chrysopolim venerunt . Cùm autem urbis classis in portum sanctæ Mammæ (26) stationem fixisset , singulis quibusque diebus per sex menses invioēm expugnarunt . Cùm autem stolus urbis ad Neorii urbis portum profectus stetisset , transiens Theodosius Thracenses obtinuit partes . Prodītione verò facta per portam singularis muri Blacernarum urbem cepit . Ast iniqui Obsicii populi , unā cum Gotthogræcis noctū per domos civium discurrentes , nulli parcentes maximum excidium operati sunt . Principes autem , qui in ea erant Artemii unā cum Germano sanctissimo Patriarcha Constantinopolitano comprehenso , duxerunt in casam Artemii , & eorum qui cum ipso erant . Porrò Artemius his vīsi desperationem sui confessus semetipsum tradidit , verboque impunitatis accepto , monastico indutus est habitu . Quem Theodosius illæsum reservans apud Thessaloniam exilio relegavit . Porrò Philippicus imperavit annis quidem duobus , & mensibus novem , Artemius verò anno uno , & mensibus tribus . Leo præterea cùm esset Prætor Orientalium , quoniam auxiliabatur Artemio , non est subditus Theodosio . Habebat autem conspirantem sibi , & concurrentem Artabasdu Armenium Prætorem Armeniacorum , cui & spopondit filiam suam se in uxorem

(24) Aliter *Hinc vero stolo divisi.*

(25) διοκήτης πράξτως τῷ δημοσίῳ .

(26) Aliter *Sancti Memæ.*

A daturum , quod & fecit .

THEODOSIUS.

Anno ab Incarnatione Domini DCCVIII . Theodosius imperat anno uno . Cujus tempore Masalmas adversus Constantinopolim aciem dirigit , & præmisit Zulcimin (27) cum exercitu per siccum , Haumarum verò per mare . Porrò ipse post eos cum multo apparatu vénit hostili . Zulcimin autem , & Bacarius Amorium pervenientes scribunt ad Leonem Prætorem Orientalium ita : Novimus quia Imperium Romanorum tē decet , veni ergo ad nos , & loquamur , quæ ad pacem sunt . Innuens (28) autem Zulcimin Amorium exercitum non habere , & inimicitia penes magistratum jacere ob auxilium quod Artemio conferebat , obfedit illud , volens ille Masalman expectare . Mox autem ut appropinquavit civitati , cooperunt Sarraceni laudibus diffamare Prætorem Leonem Imperatorem , rogantes & hos qui intus erant idipsum efficere . Videntes autem & hi , qui erant Amorii , quòd Sarraceni hunc amore laudarent , laudaverunt & ipsi . Cognoscens verò Prætor quòd taxatis ac Principibus non existentibus petiturum fore Amorium , significat Zulcimin : Si vis , inquiens , ut veniam ad te , & quæ pacis sunt loquamur , cur obsides civitatem ? At ille : Veni inquit , & recedo , & accepto ab eo verbo Prætor cum trecentis equitibus venit ad illum . Videntes autem eum Agareni vestiti lorūcīs suis venerunt ei obviam , quia manebat dimidio procul à castris eorum uno milliaro . Per tres sanè dies eo procedente , ad ipsum , quæ ad pacem sunt , loquebantur , & ut à civitate recederent . At illi asserebant : Sponde pacem , & recedimus . Comperto verò Prætor quòd vellent eum retinere , vocavit multos ex illustribus Sarracenis ad coenam , & descendebatib⁹ eis , misit Zulcimin tria millia loricatorum ad circumdandum eum ne fugeret , & servandum . qui cognitā custodiā nunciant ei , quia multitudo equestrium Sarracenorum in circuitu nostro stat . Veniens autem unus ex eis eques nomine Zubeir , in præsentia stetit dicens : Servus furatus pecunias multas fugit , & propter illum equis insedimus . Porrò ipsorum agnitus Prætor deceptione dixit ad eum : Ne turbemini , nam quocumque perrexerit , in castris nostris reperiemus eum . Tristatus autem voluit occulte per hominem suum innotescere his , qui Amorii erant , dicens : Timete Deum , ne vosmetipso prodatis : Ecce enim & Masalmas appropinquant , & exiit etiam Episcopus ad eum , & eadem ipsa dicit ei . Cum verò Zulcimin dicisset quòd exisset ad eum Episcopus , mittit ad Prætorem dicens : Da nobis Episcopum , qui moestus factus abscondit eum , & cuidam hominum suorum præcipiens . Nobis inquit colloquentibus induit eum aliis stolis , & quasi propter ligna , vel aquam missum , sine ut vadat in montes . Insistentibus autem pro eo Sarracenis , dicit Prætor : Nonne hic ? (29) ve- rūntamen pergit ad Amiram , & venio ipse , & de cunctis loquemur . Ipsi autem cogitantes quòd cùm introisset ad Amiram , in medio ipsorum retinerent eum , hunc dimiserunt . At ille cum equo insedisset , profecturus cum hominibus ducentis , quasi venaturus , dedit se in partem sinistram . Sarraceni ergo , qui erant cum eo , dicunt ei : Quò vadis ? qui ait : In pratis volo manere . At illi dixerunt , Consilium tuum non

(27) Aliter *Suselman . P. Pith. Subelman .*(28) Aliter *intuens .*(29) Aliter *Non est hic .*

non est bonum ; & non venimus tecum. Tunc Prætor dicit suis : Verbo nobis dato tenere nos voluerunt, & propter nos Christianos perdere. Verum ex his hominibus, vel animantibus, quæ remanerunt, nullum retinent. Et cum illent millibus decem, mansit. Postera verò die mitit stratorum suorum domesticum, & significat eis : Quia verbum mihi dedistis, & dolo me retinere voluistis, idcirco recessi. At verò Masalmas clausuras tenebat, & transferat. Zulcimin autem hoc ignorabat. Porro tumultuati sunt Amiræ, & populus Zulcimin perhibentes, ut quid obsidemus muros, & incursiones non facimus ? Depositisque tabernaculis discesserunt. Prætor autem Nicetam (30) Turmarcham cum octingentis militibus in Amorium introduxit, emissis multis mulieribus, & infantibus, & proficiscitur in Pisidiam. Cum autem Masalmas venisset in Cappadociam, (31) exierunt ad eum, ut se recipere flagitantes. Auditæ vero Masalmas inimiciâ, quam habebat Theodosius in Prætorem, volens hunc decipere, & pacisci cum eo, ac per ipsum Romaniam sibi subjecere, dicit eis : Non estis Prætoris ? At illi : Etiam. Qui dixit : Facitis quicquid ipse facit ? Qui dixerunt : Etiam. Tunc dicit eis : Ite ad castra vestra, & quenquam timere nolite. Jussitque populo suo ne prædarentur in cunctis provinciis. His Prætor compertis, & intelligens, quod Zulcimin nunciaret Masalmæ, quod le dimiserit, & discesserit, misit literas ad Masalman dicens : Ad te volebam venire, sed Zulcimin cum evenisssem, tenere me voluit, & idcirco metuo venire ad te. Dicit ergo Masalmas homini Prætoris : Novi quod illudat mihi Prætor, ne penitus depræder provincias ejus. Dicit ei homo Prætoris : Non est ita, sed in veritate scribit tibi. Tunc interrogat : Quomodo est, inquit, Amorium erga illum ? Ait : Benè, & in subjectione ejus. Irratus autem injuriis afficit eum dicens : Cur mentiris ? At ille : Ita est, ut dixi. Et taxatas misit unâ cum Turmarcha in ipsum, & eduxit abundantiores familias. Tribulatione itaque ingenti Masalmas super hoc acceptâ cum furore expulit eum. Consilium quippe habebat æstate capere illud, & expectandi classem, & sic in Asiam descendendi, atque hyemandi. Ergo quæsito iterum Prætoris homine sciscitabatur ab eo. Ille verò jurejurando dixit ad eum : Omnia quæ ajo tibi,

A vera sunt, sed & multi in id taxati cum Turmarcha ingressi sunt, cunctamque substantiam ibidem habitantium, & inopes familias eduxit illinc. His auditis scribit Prætori : Veni inquiens ad me, & tecum pacifcor, & universa ut vis parabo. Contemplatus igitur Prætor, quod Masalmæ appropinquasset, & quod in aliis quinque diebus provincias suas transitarus esset, misis ad eum duobus Consulibus, significat ei dicens : Literas tuas accepi, & voluntatem tuam suscepisti, en ad te venio. Sed ut nosti, Prætor sum, & pecunia, & argentum, & populus me sequuturus est. At permitte mihi per hoc super unoquoque ipsorum verbum. Et siquidem quemadmodum requiro ex vobis, causa mea fuerit facta, benè, & optimè : sin autem, indemnisi saltem, & tribulazione proficiscar exceptâ. Consulibus ergo pervenientibus ad eum Theodosianis, dicit illis Masalmas : Sciebam quod illuderet mihi Prætor verè. At illi, Absit inquiunt. Tunc facto, quod quæsierat, verbo absolvit eos, donec Consules cum subscripto verbo ad Prætorem fuissent reversi. Masalmas verò multitudines copiosas habens, & nusquam stare valens Acroenum adit. Præterea, cum vidisset Prætor, quod ille suas transisset provincias, Nicomediam vadit, & Theodosii filium consequitus capit hunc cum omni apparatu regio, & viris primis Palatii. At vero Masalmas descendens in Asiam hyemavit illic, & Haumar in Cilicia. Ast Prætor, assumpto Imperatoris filio, & initio consilio cum his, qui secum erant, venit Chrysopolim. Porro Theodosius compertis his, quæ gesta sunt, consilio à Germano Patriarcha, & Senatu percepto, per eundem Patriarcham à Leone indemnitas verbum accepit, & Ecclesiæ sine perturbatione servandæ, & sic ei committunt Imperium. Porro Theodosius una cum filio suo clerici facti, residuum vitæ suæ transferunt in pace : veniens autem Masalmas Pergamum, hanc obserdit, & indulgentiâ Dei per operationem diabolam accepit, & magisterio cuiusdam magi, Adductam enim viri civitatis illius mulierem incinctam, jamque paritaram inciderunt, & assumpto parvulo in cacabo coxerunt. Atque in hujusmodi Deo detestabili sacrificio omnes qui bellare volebant, dexteræ manus suæ manicas intingebant, & idcirco traditi sunt inimicis.

(30) Aliter Niceam.

(31) Aliter desperati super se Cappadoces exierunt.

Explicit Liber Vigesimus.

INCIPIT LIBER VIGESIMUS PRIMUS.

L E O.

ANNO ab Incarnatione Domini DCCIX. Leo Romanorum provehitur Imperator, qui viginti quatuor imperavit annis. Zulcimin verò Arabuni dux noscitur, qui tribus præsul annis. Hoc itaque anno Leo imperare coepit, ex Germanicensibus derivatus, genere Syrus, qui à Justiniano, cùm priùs regnaret, transfertur in Mesembriam Thracæ. Porrò posteriore Imperii sui tempore, cùm veniret unà cum Bulgaribus, obvius ei fuit cum muneribus ovium quingentiarum. Placatus autem Justinianus Spatarium illum protinus fecit, & habuit hunc sicut germanum amicum. Præterea invidia duœti quidam detrahebant ei, tanquam Imperium appetenti. Cùm verò quaestio super hoc fieret, velut insimulatores confusi fuit. Sanè hujuscemodi sermo extunc ei coepit dici à multis. Justinianus licet lœdere (1) eum voluerit, tedium quidem sibi contra eum injicitur, & mittit eum in Alaniam cum pecuniis ad commovendos Alanos adversus Abasgiam, Sarracenis retinentibus tam Abasgiam, quam Lazicen, & Hiberiam. At ille cùm pergeret in Lazicam, pecunias quidem reposuit apud Phasidem, perpaucisque assumptis indigenis apud Apsiliam, cùm transisset Caucasios montes, venit in Alaniam. Justinianus verò volens eum perdere misit, & tulit pecunias ex Phaside. Alani autem cum omni honore suscipientes Spatarium, atque verba ipsius audientes introierunt, & prædati sunt Abasgiani. At verò dominus Abasgorum intimat Alanis dicens: Ut invenio alium talem mentionarium (2) Justinianus quem habuit, quem mittere debuisset, & commovere vos contra nos vicinos vestros nisi hominem istum? Fefellit enim vos, & circa reprobationem quoque pecuniarum: mittens enim Justinianus has abstulit. Sed date nobis eum, & præbemus vobis numismata tria millia, & prisca charitas nostra non solvatur. Verùm Alani dixerunt: Nos non propter pecunias obedivimus ei, sed propter dilectionem Imperatoris. Iterum Abasgi mittunt ad eos dicentes: Date nobis eum, & tribuemus vobis numismata sex millia. Porrò Alani volentes discere regionem Abasgorum, reprobaverunt se accipere illa numismata sex millia, & dare Spatarium. Alani verò confessi sunt Spatario cuncta, & dicunt: Quemadmodum vides, via quæ dicit in Romaniam clausa est, & quomodo transeas non habes, sed potius callide agamus, & polliceamur quod tradamus te eis, & mittimus homines nostros cum eis, & discimus clausuras eorum, & irruimus, & exterminabimus regiones ipsorum. Apocrisarii verò Alanorum abeunt in Abasgiam, & reprobantes Spatarium prodere, plurima xenia acceperunt ab eis, & plures missos denuo mittunt simul etiam cum quantitate auri ad recipiendum Spatarium. Alani verò Spatario ajunt: Homines isti, quemadmodum & ante prædictimus, ad recipiendum te venerunt, & Abasgia te præstolatur, & quoniam proximi sumus eis, negotiatores eunt ad illos non deficient, ergo ne prodas consilium nostrum. Trademus te manifeste, & cùm nos moti recesserimus, mittimus occulte post

(1) Aliter manifeste lœdere eum noluerit.

(2) Aliter alien mansionarium non quem.

A tergum, & illos quidem occidemus, te autem occultabimus, donec coacervatur populus noster, & sic concorditer ingrediemur terram eorum, quod & factum est. Comprehenso denique Spatario cum hominibus ejus, missi Abasgorum vincentes eum abibant. Dein retro venientes Alani cum Lotaxo domino suo occiderunt Abasgos, Spatarium occultantes, & eleatis militibus motus est contra eos in Abasgiam, & insperatè clausuras ingressus multam in Abasgia prædam, & exterminium operatus est. Quibus auditis Justinianus, & comperto, quod etiam sine pecuniis præcepta sua sunt acta, mittit literas ad Abasgos: Quia si salvum inquiens Spatarium nostrum custodieritis, & per vos illæsum tranfire permiseritis, omnes excessus vestros vobis ignoscimus. At illi cum gaudio his receptis, miserunt denuo in Alaniam perhibentes: Dabimus vobis obsides filios nostros, & date nobis Spatarium, ut mittamus eum ad Justinianum. Verùm Spatarius hoc admittere noluit afferens: Vale mihi Deus aperire ostium exeundi. Nam per Abasgiam non exeo. Post aliquod verò tempus, cùm exercitus Rom. & Armeniorum ingressi essent in Lazicam, Archeopolim expugnarent, Sarracenorum audito adventu recesserunt. Separati verò ex eis usque ad ducentos ascenderunt in partes Apsilæ, atque Cancafiorum montium deprædantes. Sanè Sarracenis ad Lazicam veientibus fugâ lapsus Romanorum, Armeniorumque populus, Phasin remeans adit. Duecari verò illi remeantes in Caucasus stetero montibus latrocinantes, & sui desperationem patientes. Quo comperto Alani arbitrati sunt multitudinem Romanorum in Caucasus montibus esse, gaudentesque ajunt Spatario: Romanî appropinquant, perge ad eos. Assumpis ergo Spatarius Alanis quinquaginta, transivit cum cyclopedibus Majo mense Caucasios montes, & invenerit eos. Unde multum gavissus, sciscitabantur ubinam esset populus, qui dixerunt: Sarracenis irruentibus in Romaniam sunt reversi. Nos autem non valentes in Romaniam ire, ad Alaniam venimus, & dixit ad eos: Quid faciemus modò? Per regionem istam impossibile est transire nos. At verò Spatarius ait: Non est possibile per aliam tranfire. Castrum ergo erat illic cognominatum Siderium, in quo loco (3) quidam servator habebatur Manius nomine, sub ditione Sarracenorum consistens, & pacem cum Armeniis habens. Mittit itaque Spatarius, & significat ei dicens. Quandiu cum Armeniis pacem habes, pacifice & mecum, & esto sub regno meo, & danobis auxilium descendendi ad mare, & transfeundi ad Trapezuntensium loca. Eo verò patrare hoc non proponente, mittit Spatarius ex hominibus suis ad Armenios præcipiens eis, ut facerent occultationem, & cùm exierint, inquit, è castro ad laborem, capite ex eis quotquot potestis, portasque tenete ab his, qui foris sunt, donec & nos veniamus. Quibus abundantibus, & facientibus occultationem, cùm populus esset ad laborem, egressi subito irruerunt, & portas tenuerunt, & multos ceperunt. Cùm autem Pharasmanius in castris cum paucis venisset, pervenit & Spatarius, & prælouatus est cum Pharasmanio, ut aperiret cum pace.

(3) Aliter in quo loci servator habebatur quidem Pharasmanius. Aliter MS. Pharasmanius.

pae, qui noluit, sed conservavit bellum. Verum cum castrum munitum esset, capere id minimè potuerunt. Marcius verò primus Ab-siliensium cum didicisset, quod castrum expugnaretur, timore detentus est, existimans multum esse cum Sparario populum, & sumptus secum trecentis, abiit ad Spararium dicens: Ego te salvum duco usque ad maritima. At verò Pharasmanius visa necessitate dixit ad Spararium: Sume filium meum obsidem, & profiteor Imperio deservire. Qui recepto nato ejus dicit ei: Qualem servum teipsum perhibes, qui, cum sis inclusus, loqueris nobis? Impos-sibile est nobis discedere, donec castrum capiamus. Tunc dicit Pharasmanius: Da mihi verbum. At verò Spararius dedit ei verbum ni-hil ei nocendi, sed cum triginta, qui unà se-cum ingrediebantur, præcepit dicens: Mox ut ingressi fuerimus, tenete portas, & introeant omnes, & hoc facto rediit missurus ignem in castra. Cum autem factum fuissest incendium vastum, exiere, quicquid poterant gestare rapientes ex bonis suis, & transactis aliis triginta diebus destruxit muros usque ad terram, & motus descendit in Daphniam cum Marino pri-mo eorum, susceptus cum ingenti honore à Daphnientibus. Indeque abiens ad maritima ve-nit, & remeavit ad Justinianum. Præterea Ju-stiniano interempto, & Philippico visu oculo-rum orbato, imperat Artemius, qui provexit eum Orientalium Prætorem. Cum verò Theodo-sius imperasset, & Artemius pulsus extitif-feret, Romanorumque Respubl. esset confusa-tam ex Barbarorum incursum, quam ex Justinia-ni homicidiis, & Philippici scelestis actibus, hic Leo stimulabatur, & pro Artemio expu-gnabat, Theodosioque adversabatur, quin, ut verum dicatur, ad seipsum transferre Imperium decertans, quod & fecit. Habebat autem con-cordantem, & concurrentem sibi Artabasdum. Armeniacorum Prætorem, quem & generum. Anna filia sua, postquam regnavit, convinctum effect, promovens illum, & constituens Euro-palaten. Interea Masalmas, cum in Asia hy-enasset, praefolabatur Leonis promissa, cùmque nil à Leone recepisset, & comperto quod il-lus esset ab ipso, abiens Abydum rursum transvexit populum copiosum in Thracem, & contra regiam Urbem commotus est, scribens ad Zulcimin protosymbolum, quod veniret cum præparatis classibus. Porro XIX. Kalend. Septembrib. obsidere cœpit urbem Masalmas, deprædatus quoque est Thracia castella. Cir-cumvallato ergo terreno muro foderunt in cir-citu foveam prolixam, & magnam, & super eam sicci lapidis maceriam posuerunt. Kalen-dis autem Septembrib. primæ Indictionis ascen-dit impugnator Christi Zulcimin (4) cum stolo, & Amireis suis, habens miræ magnitudinis sca-phas, & naves sumptus vehentes, & dromones numero octingentos, (5) & fixit stationem à Magnaura usque ad Cyclovium. Post duos sanè dies Austro flante, inde profecti navigio vene-runt ad Urbem. Et quidam eorum ad loca, quæ dicuntur Eutropii, & Anthemii, transmearunt: quidam autem ad partes Thracæ à castello Ga-lathi, & usque ad Clidium applicuerunt. Ve-rum grandibus illis navibus ex onere aggra-tatis, atque retardatis, Dorfi custodes usque ad viginti scaphas renanserunt, habentes centenos (6) loricatos ad has custodiendas. Præterea ferentia, quæ has in rheumate comprehendit,

A effecti, & Austro modicum flante, ad exterio-ra impulsæ sunt. Imperator verò protinus igni-feris navibus contra eos directis ab Atropoli, (7) divina ope igne consumpsit, & aliae qui-dem ex his ad ripæ muros projectæ sunt, aliae verò una cum hominibus in profundum demer-sæ sunt, porrò aliae usque ad acutam, & latam insulam consumptæ, portanteque sunt. Hi ergo qui erant ex urbe, fiduciam perceperunt, at hostes magno pavore concussi sunt cognoscen tes efficacissimam ignis operationem. Volebant enim eadem die vesperi ad ripæ muros appli-care stationem, & temores supra pugnacula ponere, sed consilium eorum dissipavit omni-potens per intercessionem castissime Genitricis ejus Mariae. Eadem verò nocte Imperator ca-renam à locis Galathi secreto removit, inimici autem æstimantes, quod volens eos decipere, hanc moverit Imperator, non ausi sunt intrare usque ad ea, quæ dicuntur Galathi, vel appli-care, sed navigantes ad sinum Sostenii illic munierunt navigium suum. Sanè octavo Idus Octobris moritur Zulcimin dux eorum, & Amire sumit officium Haumar filius Habdimazid. Cum autem hyems valde gravis in Thra-ciam venisset, adeo ut terra non pareret, atque in crystallum versa esse videretur, multi-tudo equorum, & camelorum, cæterorumque animalium inimicorum mortua est. Porro ver-nali tempore venit Suphian cum stolo, qui fue-rat Ægypti constructus, habens naves frumenti quadringentas, & dromones, & compertâ Ro-maii ignis efficaciâ, transcurrit in Bithyniam, & e contra transiens ad portum Boniagri appli-cuit. Post paululum venit, & Gизid cum alio stolo, qui fuerat constructus in Africa, habens & ipse naves trecentas sexaginta, & armamen-tum, & sumptus, similiter & ipse cum eadem didicisset de humido igne, applicuit penes Sa-turon, & Brian, & usque Chortam portum. Ægyptii verò duarum harum classium apud se noctu consiliati navium ferentium frumentum sublati lintribus ad urbem confugerunt, laudantes Imperatorem, itaut ab Heria usque ad urbem igneum videretur mare. Comperiens autem per eos Imperator de absconditis in sinu duabus navibus, syphonibus constructis igniferis in dromones, atque trieres hos immittens, contra duas classes direxit. Deo autem coope-rante per intercessionem intemeratae Dei Genitricis Mariae protinus submersi sunt inimici, & assumptis spoliis nostri, & expensis eorum, cum gaudio reversi sunt. Adhuc autem, & Mardasan iterum à portis cum exercitu Arabum usque Niceam, & Nicomediam discurrente, Principes regni, qui in Libio, & Sophone, more Marditarum absconditi erant, simul & pedites in hos subito irruentes, & diversis dan-nis afficiens illinc fugere compulerunt. De-caetero modico meabilis freti aditu invento, ab urbe Chelandia exeuntia plurimas expensas fe-rebant. Præterea fame magna Arabibus innixa omnes moriebantur, & animalia sua comedebant, equos videlicet, asinos, & camelos. Ajunt autem etiam quidam, quod & homines mor-tuos, quin & sterlus suum in clibanum mis-sum, atque conspersum ederent. Incubuit au-tem in eos & pestilens languor, & innumerabiles ex eis perierunt. Porro coacervavit bel-lum in eos Bulgarum gens, & ut ajunt, qui hoc certius norunt, viginti duo millia ex Ara-bibus occiderunt. Et illo tempore multa eis acci-

(4) Aliter Subelman.

(5) Aliter milles octingentos.

(6) Aliter trecentos.

(7) Aliter Arofeli.

acciderunt atrocia, ita ut experimento disserent, quia Deus, & sanctissima Virgo, Deique Mater Maria hanc muniunt urbem, & Christianorum Imperatorem, & non est omnimoda dimissio Dei in his, qui invocant eum in veritate, licet admodum quid castigemur propter peccata nostra. Anno secundo Imperii Leonis, dux Arabum habetur Haumar, qui eis duobus præfuit annis. Eodemque anno Sergius Protospatarius, & Prætor Siciliæ, auditio, quod Saraceni ob siderent regiam urbem, coronavit illic proprium Imperatorem virum Constantinopolitanum ex hominibus suis, filium Gregorii Onomaguli mutato nomine Tiberium vocitatum, qui fecit promotiones, & suos Principes prædicti consilio Sergii. Ast Imperator his auditis, mittit Paulum proprium Chartularium, hunc Patricium ordinatum, & Prætorem Siciliæ, datis in auxilium ei duobus Spatariis, & in servitium ejus per paucis hominibus, iussionibusque ad Principes Occidentis, & sacra populo recitanda. Qui cum ingressi fuissent noctu indromonem velocem, exierunt in partes Cizici. A loco autem ad locum per terram, per quem mare itinere factò repente in Siciliam venerunt. Cumque Syracusam introissent, audivit Sergius, & obstupuit, & proprio excessu perpenso, confugit ad propinquos Calabriæ Longobardos. Populus vero congregatus, & Sacra relecta per eam certus effectus, quod & Imperium staret, & urbs promptior esset adversus gentes, necnon & enarrantibus illis, quæ facta fuerant super duobus stolis, Leonem Imperatorem laudaverunt, Basiliū autem Onomagulum, & Principes qui ab eo profecti fuerant, vinclitos Prætori tradiderunt. Ipse vero Basiliū cum singulari Prætore ipsius decollavit, & capita eorum pusca condita per Spatarios Imperatori transmisit, reliquorum autem quosdam aut verberatos, aut tonsos, quosdam vero abscissis naribus in exilium destinavit. Sicque factum est, ut hinc in Occidentalibus magna correctionis constitutio fieret. Porro Sergius verbo impunitatis accepto a Prætore pariter, & petito exivit ad eum, & ita omnes pace potuisse sunt Hesperiae partes. Interea Haumar cum obtinuissest Arabes, præcepit Mafalman redire. Saraceni ergo moti decima octava Kalend. Augusti cum multa confusione reversi sunt. Cum autem iter ageret classis eorum, tempestas a Deo per intercessionem Dei Matris incumbens in illos, hos dispersit, & alios quidem horum penes Proconesum, & reliquias insulas, alios vero in vertigines, & cetera demersit in aqua, residui quoque cum transiissent Aegeum pelagus, extemplo pervenit in eos terribilis indignatio Dei. Grando namque ignea descendens super eos, aqua maris ebullire fecit, & pice liquefacta simul cum hominibus naves inductæ sunt in profundum. decem solis ex eis salvis, & ipsis providentiâ Dei Salvatoris, ad annunciatum nobis, necnon & Arabibus magnalia Dei quæ in illis effecta sunt, quas etiam nostrates invenire potuerunt, & quinque harum comprehendere, aliae vero quinque salvæ in Syriam ductæ sunt Dei annunciatuæ potentiam. Eodem vero anno terræmotu magno facto Haumar civitatibus vinum inhibuit, & Christianos apostatare coegerit, & apostatantes quidem sine tributo esse faciebat, at vero non consentientes interimebat. ac per id multos martyres operatus est. Sanxit autem testimonium Christiani adversus Sarracenum minimè recipiendum. Fecit autem

A & epistolam dogmaticam ad Leonem Imperatorem, ratus impius persuadere quo à fide sua recederet. Anno tertio Imperii sui natus est Leoni Principi filius Constantinus, qui magis illo impius fuit, & Antichristi præcursor. Ceterum octavâ Kalend. Januarii Maria uxor Leonis coronata est in Triclinio Augusta, & processit sola cum solenni obsequio sine viro suo ad magnam Ecclesiam, & oratione ante ingressum altaris effusâ transit ad baptisterium magnum, viro ejus jam cum paucis familiari bus ingresso. Ubi cum Germanus summus Sacerdos Constantinum nequitæ ipsorum, & Imperii successorem baptizaret, dirum quiddam, & foedum parvulus Constantinus eodem præsignans exhibuit argumentum, cacans videlicet in sancto lavacro, ut ajunt qui diligenter hujus rei facti sunt inspectores, ita ut Germanus sanctissimus propheticè diceret: Constat maximi Christianis, & Ecclesiæ mali per eum efficiendi hoc signum esse futurum. Post divina sanè officia cum solenni rursus obsequio Augusta Maria, unâ cum baptizaro filio reversa est, donativis erogatis ab Ecclesia usque ad Aeneam portam. Eodem etiam anno Niceta Xylinites scribit ad Artemium Thessalonice morantem, quod pergeret ad Terbellum, & dare ei exercitum, & quinquaginta auri centenaria, & his receptis Constantinopolim venit. Urbe sanè id minimè admittente, Bulgares hunc Leoni tradiderunt, & liberali dignitate honorati reversi sunt. Ast Imperator hunc cum Xylinite permit, publico quoque fisco substantiam applicans Xylinitis, qui cum magister esset, substantiam multam possederat. Sifinum Patricium cognomento Rendacium, eo quod fuerit cum Artemio, Bulgares capite punierunt, & Archiepiscopum Thessalonicensem Leonii Principi tradiderunt, qui decollatus est cum Artemio. Similiter & Hisœn Patricium, & Comitem Obficii, & Teoctistum primum a secretis, & Nicetam Autarcen, & Comitem Thiticei, ut amicos, & concordes ejus occidit, reliquos autem mutilatis naribus, & proscriptione damnatos in exilium misit. Anno quarto Imperii Leonis, Gyzid Arabum dux habetur, filius Habdimelich, qui eis quatuor præfuit annis. Eodem anno Indictione tertia die Paschæ redditus est Constantinus a Leone patre suo in tribunali decem & novem accubitum, Germano Patriarcha faciente orationes secundum morem. Hoc etiam anno mortuus est Haumar dux Arabum, & oritur ex Perside tyrannus, & ipse nomine Gyzid Mohabe, & abierunt cum eo ex Perside multi. Misso autem Gyzid Mafalma occidit eum, & Persidem subdidit. Anno quinto Imperii Leonis, apparuit quidam Syrus Pseudochristus, & seduxit Hebreos, dicens se esse Christum. Anno sexto Imperii Leonis, Leo coegit Hebreos, & Montanos baptizari, at vero Judæi baptizati contra propositum suum diluebant baptismum, & comedentes sancto muneri participabantur, & contaminabant fidem. Porro Montani divinantes sibi, & diffinientes fidem, domos introierunt errori suo deputatas, & incenderunt semetipsos. Anno septimo Imperii Leonis, Judæus quidam oriundus ex Laodicea maritimæ Phœnicis, maleficus, veniens ad Gyzid promittit eum quadraginta annis retenturum Arabum principatum, si venerabiles, quæ in Ecclesiis in toto principatu suo imagines honorabantur, deponeret. Huic itaque credens stolidus Gyzid, edictum generale contra sanctas imagines promulgavit, sed gra-

gratia Domini Nostri Iesu Christi, & intercessionibus Matris ejus, omniaque Sanctorum, mortuus est Gizid, pluribus adhuc nec audire volentibus satanicum ipsius edictum. Percepta ergo amara ista, & illicita nequamque doctrina, Leo Imperator multorum effectus est nobis causa malorum. Porro cum invenisset indiscretionis hujus consentaneum quendam Beser nomine, qui natus quidem de Christianis fuerat, sed captivus in Syriam ductus, refuga fidei, quae est in Christum, repertus est, Arabum dogmata sectari apparuit. Is ante tempus non multum ab illorum servitute liber effectus, cum venisset ad remp. Romanorum, ob robur corporis, & consensum pravae opinionis honoratus est ab eodem Leone, qui & Imperatoris fautor in magni hujus mali piaculo factus est. Concordabat autem ei & Episcopus Nacolae, qui indiscretioni ejus operam dans, consimili vita vivebat cum ipso. Anno octavo Imperii Leonis, mortuus est Gizid Arabum dux, cui successit Evelid hujus filius, & cœpit aedificare per civitates, & regiones palatia, & novales facere. & paradisos, & aquas educere. Movit etiam aciem contra Romaniam, multisque eorum qui secum erant amissis reversus est. Anno nono Imperii sui cœpit impius Imperator Leo contra sanctas, & venerabiles imagines facere verbum. Quod cum didicisset Gregorius Papa Romanus, tributa Romanae urbis prohibuit, & Italie, scribens ad Leonem (8) epistolam dogmaticam, non oportere Imperatorem defide facere verbum, & novitate violare antiqua dogmata Ecclesiae Catholicæ, quae à sanctis Patribus sunt praedicata. Anno decimo Imperii Leonis, movit exercitum Masalmas contra Romaniam, & Cæsaream Cappadociæ, & cepit eam, Muhavias vero filius Evelid, aciem movit contra Romaniam, & cum deambulasset, reversus est. In ipso anno aestivo tempore vapor ut ex canino ignis visus est ebullire inter Theram, & Therasiam insulas ex profundo maris per aliquot dies: quo paulatim incrassato, & dilatato, igniti aestus incendio totus sumus igneus monstrabatur. Porro crassitudine terrene substantiae petrinos pumices grandes ut cumulos quosdam transmisit per totam minorem Asiam, & Lesbon, & Abidum. & maritima Macedonie, ita ut tota superficies maris his pumicibus esset repleta. In medio autem tanti ignis insula ex terræ congerie facta, insula, quae Sacra dicitur, copulata est, nondum prius existens. Verum sicut praedictæ Thera, & Therasia insulae quondam ebullierunt, ita & ipsa nunc temporibus impugnatioris Dei Leonis, qui divinam iram contra se pro se fore opinatus, impudentius contra sanctas, & venerabiles imagines prælium excitat, collegam, & auxiliatorem habens Beser Dei abnegatorem, & in irrationalitate simillimum. Ambo quippe in ineruditione erant, & indiscretione, ex qua multa malorum genera veniunt. Turbae autem quae in regia urbe erant valde tristes super novis doctrinis, meditabantur in eum surgere, & quosdam regios homines occiderunt, Dei deponentes icona, quae super magnam æneam portam posita cernebatur, adeò ut multi eorum pro veritate punirentur membrorum detrunctionibus, & flagris, & exiliis, & rerum jacturis, maximèque illi, qui nobilitate, ac verbo clari esse videbantur: ita ut etiam eruditionum scholas,

A & piam eruditionem à sanctæ memorie Constantino Magno hoc usque servatam extingueret. Cujus videlicet cum aliis quoque multis bonis destructor Leo factus est, ejus, cuius & Saraceni sensus existens. In his ergo zelo divino moti tumultabantur contra eum magna congreSSIONE navales exercitus concitati, tam Helladici, quam hi qui Cycladum fuerant insularum. Agallianus autem Turmarcha Helladicorum erat militiae dux, simul & Stephanus, qui & regiæ proximantes urbi quartadecim Kalend. Majas decimæ Indictionis superantur congressi cum Byzantiis, ibi confecto igne navibus concrematis, & alii quidem horum demerguntur, inter quos & Agallianus armatus seipsum præcipitavit. Porro superstibus ad Imperatorem confluentibus, Cosmas, & Stephanus capite puniuntur. Crescit itaque malitia impii Leonis, & consentanei ejus, contra pietatem extendendo persecutionem. Per aestivum vero solstitium hujus decimæ Indictionis post nequam de contribulibus acceptam victimam, contra Bithyniensum Niceam prælium construunt Saracenorum Amiræ duo, Amer scilicet in millibus quindecim expeditorum præcurrrens, & insperatè circumdans civitatem, & Muhavias subsequens in aliis octoginta quinque millibus, quæ post multam obsidionem, & particularem eversionem murorum, hanc quidem non obtinuerunt, benè acceptis sanctorum precibus Patrum ad Deum directis, & sanctificatione faciente venerabilis templi, ubi in colendis suis characteribus eriguntur, & usque nunc ab his qui eis similis sensus sunt, honorantur. Præterea Constantinus quidam strator Artabasdi videns imaginem Dei Genitricis stantem, apprehensum lapidem adversus eam projicit, & contrivit, & cum cecidisset, calcavit. Et vedit in somnis astantem sibi Dominam nostram, & dicentem: Nosti quam fortem causam in me operatus fueris? verum contra caput tuum hoc fecisti. Postea vero dum Saraceni adversum murum congesionem facerent, & ageretur bellum, currens ad murum ut fortis miles infelix ille, ejicitur à lapide transmisso ex Mangone, & contritum est caput ejus, & facies, dignam impietatis suæ retributionem percipiens. Prædâ multâ, & exuvia Saracen collectis reversi sunt, ostendente Deo etiam in hoc impio illi, quod non propter pietatem, quam ille diffamabat de contribulibus, triumphaverat, sed propter divinum, & ineffabile quoddam judicium retundens, ac removens hujusmodi Arabicam fortitudinem à sanctorum Patrum civitate, intercessionibus illorum propter diligentissimos characteres ipsorum qui honorantur in ea, in redargutionem, ac inexpugnabile judicium tyranni, & pie agentium certitudinem. Non enim solum circa venerabilem affectivam imaginum orationem errabat impius, sed & circa castissimæ Dei Genitricis intercessiones, omniumque sanctorum, quorum & reliquias scelestissimus, ut magistri ejus Arabes, abominabatur. Ex hoc igitur tempore impudenter Beato Germano Patriarchæ Constantinopolitano derogabat, accusans omnes antecessores suos Principes, atque Pontifices, & populos Christianos, quasi idololatre fuerint, super orationem sanctorum, ac venerabilem iconum, non capiens idiota infidelitate captus de affectuali oratione sermones.

B

C

D

E

Anno undecimo Imperii Leonis, eodem anno Mu-

(8) Vide Paul. Diac. 6. hist. Longob. cap. 49.

Muhavias capto Arheus castro reversus est. Anno duodecimo Imperii Leonis, movit filius Chajani Principis Cazaræ contra Medianam, & Armeniam, inventumque in Arabia Gradacum Arabum Prætorem trucidavit, & multitudinem quæ simul cum eo erat, & depopulatus Armeniorum, & Medorum regiones, rediit metum incutiens Arabibus multum. Anno decimoterio Imperii Leonis, castra movit Masalmas adversus humum Turcorum, & invicem congressi ex utraque parte cadunt in præliis, metumque perterritus Masalmas fugiens in montes Cazaræ reversus est. Eodem verò anno furens Leo Imperator contra rectam fidem, & adducto Beato Germano cœpit blandis sermonibus eum delinire. At vero Beatus, summusque Sacerdos dixit ad eum: Depositionem sanctorum imaginum audivimus quidem futuram, sed non tempore Imperii tui. Cum autem ille cogeret eum dicere, sub cuius Imperio: ait sub Cononis. At ille, re, inquit, verâ ex baptismo Conon mihi nomen est. At ille dixit: Absit domine, ut per Imperium tuum istud malum perficiatur, Antichristi præcursor est, qui hoc adimpletrus est, & Divinæ Incarnationis everfor. In his ergo sævus tyrannus insaniens Beato minas prætendebat, instar Herodis percussoris. Reducebat autem ad memoriam ejus Patriarcha sponsiones ejus ante Imperium factas, qualiter sibi Deum dederit vadem, in nullo commoturum Ecclesiam à suis Apostolicis, & divinitus traditis ritibus. Sed nec sic confusus est iniser, observans autem, atque submittens quosdam sermones, fatagebat sicubi inveniret eum contra Imperium suum agentem, quatenus hunc ut conjuratorem, non ut confessorem à throno deponeret, habens in hoc complices Anafasium discipulum, & syncellum ejus, cui spopondit utpote impietatis suæ contentaneo, throni eum adulterum successorem futurum. Quem Beatus non ignorans, sic parum se affectantem, imitatus Deum suum, ac si ad alium Iscariotem sapienter, & mansuetè eorum quæ proditionis sunt, memoriam faciebat. Quia verò eum inconvertibilem videbat, conversus calcantem ad eum aliquando posteriora stolæ suæ, cum ad Imperatorem ingredieretur ait: Non effugiet tempus à te ingrediendi Duppini. (9) At ille super sermone hoc tristatus, cum aliis, qui hunc audierant, præsagium ignorabat, quod cum in finem post quindecim annos perceperet, tertio videlicet Imperii Constantini Imperatoris, & persecutoris Indictionis XII. omnibus credere persuasit ex Divina gratia fuisse ingrato propheticè dictum. Constantinus enim post cognati sui Artabasdi rebellionem cum Imperium obtinuisse, per Duppini (10) ingressus, nudum super asinum verso vultu sedentem pomparvit, eo quod sibi unà cum aliis inimicis mala fuerit imprecatus, & Artabasduum coronaverit, sicut in suo indicabitur loco. Et Byzantii quidem propugnator pro dogmatibus pietatis sacer hic, & egregius pollebat Germanus, ceu contra bestias pugnans adversus Pheronymum (11) hunc Leonem, & fautores ejus. In seniori verò Roma Gregorius Sanctissimus vir Apostolicus, & Petri Apostolorum Principis Confessor, verbo. & actu coruscus, qui removit Romanam, & Italiam, nec non & omnia tam Reip. quam Ecclesiastica jura in Hesperiis ab obe-

A dientia Leonis, & Imperii sub ipso constituti. Porro in Syria penes Damascum Joannes (12) Presbyter, & Monachus cognomento Chrysorosas doctor optimus, vitâ, & verbo præfulsir. Verum Leo Germanum utpote sub se constitutum à throno pellit. Gregorius autem eum per epistolas, quæ multis sunt notæ, manifeste redarguit, sed & Joannes hunc cum Orientis Episcopis anathematibus subdidit. Porro septima Idus Januar. tertiadecimæ Indictionis tertia feria, impius Leo silentium contra sanctas, ac venerabiles celebravit iconas in tribunali decem, & novem cubituum, advocate quoque Germano Sanctissimo Patriarcha, ratus posse illi persuadere quo subscriberet contra sanctas iconas. Sed fortis Christi servus nullatenus acquiescens detestabili cacodoxiæ ipsius, cum verbum veritatis rectè direxisset, abrenunciavit summum Sacerdotium, tradens pallium, & post multos didascalicos sermones dicens: Si ego sum Jonas, mitte me in mare, absque universali quippe synodo innovare fidem impossibile est mihi secundum apostolicam doctrinam, & paternam traditionem ô Imperator. Et abiens ad locum qui dicitur Platanum, in parentalı domo sua quieti operam dedit, summo Sacerdotio sanctus annis quatuordecim, mensibus quinque, & diebus septem. Porro undecima Kalend. Februarii creant falsi nominis Anastasium discipulum, & syncellum ejusdem Beati Germani consentientem Leonis impietati, propter amorem principatus mundani, hunc Episcopum Constantinopoleos provehentes. Sane, Gregorius Sanctissimus Præful Romanus, quemadmodum prædixi, Anastasium unà cum libellis abjecit, Leonem per epistolas tanquam impiè agentem redarguens, & Romam cum tota Italia ab illius Imperio recedere faciens. Insaniens ergo tyrannus contra venerabiles imagines persequitionem tetendit. Porro multi clerici, & Monachi, & Religiosi Laici pro recto periclitati sunt verbo.

Anno decimoquarto Imperii Leonis, hoc anno movit Masalmas exercitum contra Romaniam, & cum venisset in Cappadociam, dolo cepit Cursianum castrum. Anno decimoquinto Imperii Leonis, Masalmas castra movit adversus Turciam, & cum pervenisset usque ad Caspias portas, metuens inde reversus est. Anno decimosexto Imperii sui, Leo Imperator filium Chajani Cazarorum arbitri filio suo Constantino, cum hanc Christianam fecisset, matrimonio sociavit, nominans eam Eirenem, quæ cum Sacras literas didicisset, pietati operam dans claruit, hos impietatis redarguens. Muhavias verò filius Evelid aciem direxit contra Romaniam, & veniens usque Paphlagoniam rediit cum præda multa. Ast Imperator contra Papam, atque recessum Romæ, ac Italiam sciebat, constructumque stolum magnum direxit adversus eum, Manem Prætorem Cyberrotensem caput in eis constituens. Tunc impugnator Dei per amplius sciebat, quum Arabico sensu teneretur, tributa capitalia Thraciæ parti Siciliæ, seu Calabriæ superimposuit: ea verò quæ dicuntur patrimonia Sanctorum Principum Apostolorum, quæ olim Ecclesiis auri dimidium, & tria conferebant talenta, publicæ rationi exolvi præcepit: considerare etiam, ac describere natos mares jubens, ut Pharaon quondam eos qui erant ex Hebreis, quod nec ipsi magi-

(9) διππόν, dispon.

(10) Hunc Anafasii cæsum, & cum aliis inimicis in hippotromum.

(11) Aliter Pheronymum. Cedren. ορπίμων.

(12) Aliter Joannes Mansur. Vide Paul. Diac. lib. 6. hist. Longobard. cap. 39.

magistri ejus Arabes in Christianos, qui in eis sunt oris, tecisse noscuntur. Anno decimo septimo Imperii Leonis facta est mortalitas in Syria, multique perierunt. Anno decimo octavo Imperii Leonis, Zacharias praeful Romanus habetur. Eodem anno Theodorus Mansur in exiliu missus est apud climata eremi, & factum est signum in cœlo igneum resplendens, & Muahias Asiam depopulatus est.

Anno decimonono Imperii Leonis movit exercitum Zulcimin adversus Armeniorum regionem, & nil profecit. Anno vigesimo Imperii Leonis, Zulcimin multis ex Asia in captivitatem ductis, quendam Pergamenum pariter duxit captivum, qui se dicebat Tiberium esse filium Justiniani. Hunc Evelid in honorem filii sui, atque Imperatorum terrorem, eum Imperorio, atque decenti honore, militisque, ac sceptris in Hierosolymam mittit, & per totam Syriam circumduci cum magno jubet honore ad visionem cunctorum.

Anno XXI. Imp. Leonis movit Zulcimin exercitum contra Romaniam, & depopulatus est castrum, quod dicitur Siderum, & Eutychium filium Mariani Patricii duxit captivum. Anno vigesimosecundo Imperii Leonis mense Mayo Indictionis octavæ movit exercitum Zulcimin contra Romaniam cum octoginta millibus, & Magistratibus quatuor, quorum Ganner dux erat insidians in denis millibus latrunculis Asianæ partis, cujus socii erant Melich, & Bathal cum viginti millibus equitum circa Acronium debacchantes, & post hos Zulcimin cum sexaginta millibus circa Cappadociam Tyanae progressus, quorum alii per Asiam, & Cappadociam multo excidio virorum, ac mulierum, atque jumentorum patrato illæsi reversi sunt. Hi verò, qui cum Melich, & Bathal apud Acronium erant, expugnati à Leone, seu Constantino superati sunt, & plures ex his armis ipsis, cum duobus Principibus perierte, octingentiverò pugnatores, qui ex illis ad sex millia institerant, Sinadam confugiunt, & salvi remanentes Zulcimin sociati sunt, & ad Syriam repedarunt inglorii. Eodem etiam anno in Africa multi ab eis cum Prætore Damasceno nomine perditioni patuerunt. Anno vigesimo tertio Imperii Leonis, nequissimi Syri, incensi sunt fori apud Damascum à Raticensibus, qui patibulo sunt affixi, eodemque anno terræmotus factus est magnus, atque terribilis Constantinopoli VII. Kalendas Novemb. Indictionis nonæ feriâ IV. horâ VIII. & corruerunt Ecclesiae, ac monasteria, populusque multus extinctus est. Cecidit autem & simulacrum, quod stabat super Attali porta Magni Constantini unâ cum ipso Attalo, & titulus Arcadii, qui supra Xerophili columnâ stabant, & simulacrum majoris Theodosii, quod supra Auream portam videbatur, necnon & terreni urbis muris, ac civitates, ac villæ in Thrace, & Nicomedia in Bythinia, & Prænetus, & Nicea, in qua una tantum salva remansit Ecclesia. Fugit autem & mare terminos suos in quibusdam locis, & perduravit terræmotus mensibus

A duodecim. Ast Imperator alloquitus est populum dicens: Vos non valetis ædificare muros, sed nos præcepimus administratoribus, & ipsi exigent in regulam per singulos auricos numum argenteum unum. Quo Imperator accepto ædificavit muros, & ita facta est consuetudo dandi binas siliquas (13) administratoribus, cùm annus esset à conditione quidem mundi, juxta Romanos ab Adam sextus millesimus quadragesimus octavus, secundum Aegyptios verò, seu Alexandrinos sextus millesimus ducentesimus trigesimus secundus: à Philippo, secundum Macedones millesimus sexagesimus tertius. Regnavit autem Leo ab octavo Kalendas Aprilis quintædecimæ Indictionis, usque quartamdecimam Kalendas Julii nonæ Indictionis, cùm regnasset annis vigintiquatuor, mensibus duobus, diebus viginti duobus. Similiter & Constantinus filius ejus, Imperii, & impietatis ipsius successor, ab eodem XIV. Kalend. Julii, Indictionis nonæ, cùm regnasset & ipse annis XXXIV. mensibus tribus, diebus duobus. Taliter ergo, ut prædictimus, eodem anno mortuus est Leo, cum animæ, & corporis morte, & imperat Constantinus filius ejus. Et quidem quæcumque sub Leone impi Christiani evenerunt. sive circa Orthodoxam fidem, sive super civilibus dispositionibus, sive super turpis lucri quæstu, & avaritiâ, per Siciliam, & Calabriam, & Cretam, ad inventâ pariter & impositâ, sive in Italiæ apostasia propter hujus cacodoxian, sive in fame, & pestilentia, gentiumque pressuris, ut particula ria taceam, in præcedentibus ostenduntur capitulis. Dignum autem est de cætero, & Imperii filii ejus, tanquam à Deo, qui omnia perspicit, contemplantem veraciter, & non superfluè, ad utilitatem posteris, & miseris, qui nunc in cacodoxia illius decipiuntur, ludibriæ exequi, quæ ab hac dæcima Indictione ipsius Imperii primi anni, usque ad quartam decimam Indictionem mortis illius impiè gessit. Hic enim perniciosissimus, & agrestis, serus, tyrannicè, nec legitimè abusus Imperio, primò quidem à Deo, & intemerata Matre ipsius, ac omnibus sanctis abscedit, magicis maleficiis, & luxuriis, cruentisque sacrificiis, & caballinis stercoribus, atque lotio delectatus, mollitibusque, ac dæmonum invocationibus gaudens, atque omnibus animas corruptientibus adventionibus à tenera ætate convivens. Quia verò paternum principatum cum malitia suscepit, non modicam in brevi tempore demonstrat nequitiam, ita ut ab omnibus ob impudentiam confessim odio haberetur, & Artabasdo curopalati, & comiti Obsicii, qui Annam fororem ejus duxerat, vis pro capessendo Imperio imponeretur. Eodemque anno Evelid interficit Christianos captivos in omni civitate, inter quos & Eutychius filius Mariani Patricii, martyr verus ostensus est in Carris Mesopotamiæ, ubi & reliquiæ ipsius sanitates per Dei gratiam operantur, & multi alii per sanguinem consummati sunt.

(13) viginti tres denarios. πόχος in singula

numismata.

Explicit Liber Vigesimusprimus.

INCIPIT LIBER VIGESIMUSSECUNDUS.

CONSTANTINUS.

ANNO ab Incarnatione Domini DCCXXXIII. Constantinus persequitor legum a Patribus traditarum imperat divinis judiciis, & multitudine nostrarum exigentia culparum, qui cum quintâ Kalendas Julii ad partes egressus Obscii adversus Arabes esset, venit ad civitatem quae dicitur Crafo. Cum autem praedictus Artabasius Dorilai cum Obsco populo esset, suspicabantur adinvicem. Mitem autem Constantinus ad eum, petebat sibi dirigi filios ejus, quos quasi nepotes suos desiderabat videre. Intentio autem ejus erat comprehendendi eos, & retrudendi. At ille cum intellexisset fraudem, immensurabilem malitiam ejus sciens, sui desperationem incurrit, populumque alloquens, & persuadens, impetu adversus illum cum omni multitudine properavit, & Beser quidem Patricium, qui sensu erat Saracenorum sectator, quique præcesserat, romphas interfecerunt. At verò Constantinus misero equo fortè strato reperito, cum ascendisset in eum, fugiens venit Amorium, & cum ad Orientalium thema, cuius Prætor erat Lacinus, eucurrisset, circumvenitur ab illis, quos cum magnis pollicitationibus sublevans, ad Sisinnatum mittit, qui Prætor erat Thracenium thematis, & persuadet illis auxiliari sibi. Hinc ergo atrocissimæ pugnæ, & conflictus subditis generantur, cum Imperator appellaretur uterque. Præterea scribit Artabasius ad Theophanen Patricium, & Magistrum, qui ex persona Principis in urbe remanserat, & per Athanasium Silentiarium quæ gesta sunt, qui cum Artabasdo faveret, coacervato populo apud Catechumenia magnæ Ecclesie, & per literas, & per jam dictum Athanasium persuasit omnibus credere, quod Imperator mortuus fuerit. Artabasius autem à thematibus pronunciatus est Imperator. Tunc omnis populus cum Athanasio falsi nominis Patriarcha, anathemati, & testationi submiserunt Constantinum, ut arroganter, & adversarium Dei, atque ipsius cædem amplectabiliter admiserunt tanquam à malo maximo liberati. Artabasius verò Imperatorem ut Orthodoxum prædicaverunt, & divinorum dogmatum propugnatorem. Mox ergo Monotes mitit in partes Thracenses ad Nicophorum filium suum Prætorem Thracenium, quo custodiā urbis muniret, & illic exercitum constitueret. Obseratis ergo portis murorum, & vigiliis positis, filios Constantini comprehensos, cæsos, ac tonsos in custodiā posuit. Cum autem Artabasius cum Obscius urbem esset ingressus, pervenit Constantinus Chrysopolim cum duobus thematibus, Thracenium scilicet, atque Orientalium. Et cum nil agere valuisset, reversus apud Amorium hibernavit. Artabasius autem per totam urbem sacras erexit imagines. Interea Barbari sentientes horum adversus invicem jurgium, multam prædam in Romania perpetrarunt, Zulcimin-Prætore ducente. Porro Anastasius pseudopatriarcha tenens honoranda, & vivifica ligna, juravit populo dicens: Per eum, qui in ipsis affixus est, sic dixit mihi Imperator Constantinus asseverans: Ne existimes filium Dei esse, quem peperit Maria, quique dicitur Christus, sed purum hominem. Maria enim eum peperit, sicut

A me peperit mater mea, & tunc maledixit ei omnis populus. Anno secundo Imperii Constantini, qui triginta quinque annos Rom. Imperium tenuit, mortuus est Evidus Arabum dux. Hic Sanctissima Ecclesia Antiochena per annos quadraginta viduata manente, prohibebatibus Arabibus Patriarcham fieri in eadem, habens quendam amantissimum Monachum Syrum, nomine Stephanum, agrestem quidem, sed religiosum, jubet in Oriente positis Christianis, si vellent permitti sibi Patriarcham habere, ipsum eligerent Stephanum, qui divinitus hoc fieri arbitrantes, consecrant eum in sede Theupoleos. Ex tunc usque nunc discutit fine prohibitione fieri hujusmodi. Eodem anno obtinuit Gisid (1) filius Habdimelich Arabum principatum, ad quem Constantinus quidem Andream Spararium, Artabasius autem Gregorium Logothetam miserunt, auxilium quærentes utrinque. Porro pluviae defectus, & terræmotus per loca facti sunt, ita ut montes unirentur adinvicem per erenum Sabæ, & castella in terram immergerentur absorpta. Eodem verò anno Cosmas Alexandria Patriarcha unâ cum tota civitate à Monothelitarum cacodoxia rediit ad orthodoxiam, cum teuisset sub Cyro, qui sub Heraclio Alexandria Patriarcha fuit. Porro exercitum movit Gater cum Arabum multitudine adversus Romaniam, & multis in captivitatem ductis reversus est. Et apparuit signum in cœlo ad Aquilonem, mense Junio. Hali autem Sanctissimum Metropolitam Damasci linguâ mutilari præcepit, tanquam arguentem palam Arabum, ac Manichæorum cognitionem, & exulem penes felicem Eudemonem Arabiam fecit, ubi moritur martyrio pro Christi nomine percepto, cum expressius divinas Missas celebraret, sicut hujus rei narratores ajunt, qui se propriis auditibus super hoc satisfactos esse testantur. Hujus æmulator, & homonymus Petrus apud Mamvam ejusdem temporibus ostensus est pro Christo martyr ultroneus. Languore siquidem detentus primores Arabum advocavit, utpote assuefactos sibi, cum Chartularius esset, & publica tributa factâ ratione conserret, & ait illis: Mercedem quidem pro mei visitatione à Deo recipiatis, licet infideles amici sitis: testamenti verò mei testes vos volo, cum sit tale: Omnis qui non credit in Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum consubstantialem, & divinam in monade Trinitatem, mortuus est animo, & æterno dignus tormento: talis est Muhammat pseudopropæta vester, & Antichristi præcursor. Discedite ergo, si mihi creditis testanti vobis cœlum, & terram, ab illius fabulatione. Consulo enim vobis ne cruciemini simul cum illo. Cum hæc & plura cum eis de Deo ratiocinatus diffireret, audientes illi stupore, seu vesania detenti longanimiter visi sunt ferre, ex languore hunc præter sensum esse putantes, cum autem ex infirmitate convaluisse, majori cœpit voce clamare: Anathema Muhammat, & fabulosum scriptum ejus, & cuncti qui obediunt, & credunt ei. Tunc per gladium animadversionem perpessus, martyr ostensus est. Hunc declamationibus sermonum honoravit sanctus Pater noster Joannes, qui benè cognominatus est Chrysoroas, propter auream, & fulgidam Spiritus San-

(1) Aliter Hualid filius Hisam.

Sancti gratiam, quæ in ipso tam verbo, quam in vita actu efflouit, quem videlicet Constantinus impius Imperator annuo propter eminentem orthodoxiam ejus anathemati submittebat, & pro Mansur, quod ejus avitum nomen est, quodque redemptus interpretatur, sensu Judaeo, novum Ecclesie magistrum, Manseron mutato nomine vocitabat. Eodem anno Gisid Cyrios in Syriam transtulit. Artabasdi autem Nicetam filium suum Monostrategum, promotum ad thema direxit Armeniacorum. Porro Nicephorum æquè filium suum coronavit per Anastasium Patriarcham. Mense vero Majo, cum Artabasdi ad partes Obscii egressus fuisset, & milites elegisset, totam Asiam cepit depopulans eam. Quo Constantinus comperto, motus est contra eum. Cum vero ad eum in partes Sardæorum & Celbiano redeunte venisset, & cum illo bellum inisset, vertit eum, & insequitur eos usque Cizicum. At ille cum Cizicum pervenisset, dromonem ingressus in civitate salvatur. Præterea mense Augusto ejusdem decimæ Indictionis Niceta Monostrategus filius Artabasdi, cum intulisset Constantino apud Modrinem, ac Cyseum bellum, terga vertens aufugit, & quendam Tridatem Armenium fortissimum militem, & consobrinum Artabasdum cum aliis multis principibus interfecit. Utriusque vero partis casus haud modicus factus est, Armenianorum scilicet, atque Armeniacorum impugnantium adversus Orientales, atque Thraceenses Constantini propugnatores. Ceterum antiquus hostis diabolus contra Christianos temporibus istis ralem excitavit saevitiam, & mactationem alternam, ut filii etiam contra parentes, & fratres contra fratres commoventur non parcentes à cæde, & immisericorditer incenderentur alternæ stationes, ac domus. Inter hæc autem & hujuscemodi Stephanus Papa Romanus multa mala ab Astulpho Longobardorum rege perpetratus ad Francos confudit sub Pipino, qui Major domus erat, & primus in omnium dispositione rerum gentis Francorum, quibus videlicet olim moris erat, dominum, idest, regem secundum genus principari, & nihil agere, vel disponere, quam irrationaliter edere, ac bibere, domique morari, & Kal. Maji præsidere coram tota gente, & salutare illos, & salutari ab illis, & obsequia solita impensa percipere, & illis dona impendere, & sic secum usque ad alium Majum habitare: habere autem Majorem domus consilio suo, & gentis omnia ordinantem negotia. Dicebantur Ianè ex genere illo descendere (2) Cristati, quod interpretatur Trichorachati, pilos enim habebant natos in spina veluti porci. Prædictus autem Papa Stephanus vi pressus, & crudelitate coactus Astulphi, simul etiam cohortatus est ab eodem ire in Franciam, & facere quæcumque posset. Qui veniens Pipinum provehit in Regem virum probatissimum, qui tunc quoque præter rebus post regem, & debellaverat Arabes, qui ab Africa in Hispaniam transmeaverant, quique tenent usque nunc eandem Hispaniam, & properaverant præliari nihilominus contra Francos. Quibus è contra idem Pipinus cum multitudine resistens, occidit quidem Principem eorum Habdirracinen, (3) filium Muhammæ, qui principatum hujus tenebat gentis: interfecit autem simul & multitudinem haud facile numerabilem juxta flu-

Tom. I.

- (2) Aliter *descendentes, Cristatae.*
(3) Aliter *qui etiam Principem eorum Habdracm.n.*

vium Rhodanum, & admirationi habetur, & amatur à gente non solum propter hoc, sed & propter alia præcipua gesta, & præficitur genti non ignobiliter (4) primus, solvente scilicet eum à perjurio in regem commisso eodem Stephano, qui & torondit decessorem ejus regem, & in monasterio cum honore, & requie circumscriptis. Hic Pipinus duos filios habuit Carolum, & Carolomannum fratrem ejus. Anno tertio Imperii Constantini apparuit signum ad Aquilonem, & cinis descendit per loca, factulque terræmotus magnus in Caspiis portis. Occisus est etiam Gisid ab Arabibus, qui præfuit anno uno, tenerque principarum Hyces (5) filius ejus. Is Habdimelich pecuniis multis erogatis obtinuit Damascum, & dextras accepit ut principaretur. Porro Constantinus mense Septembri duodecima Indictionis descendens ad partes Chalcedonis, remeavit ad Thraceas partes, cum Sisinnius Prætor Thraciorum ante per Abydum remeasset, terrenumque urbis murum ob sideret. At vero veniens Imperator ad Carissi portam, discurrevit usque ad Auream portam, semet ipsum turbis ostentans, & iterum reversus castrum erat apud sanctum Maman. Cives autem angustari cœperunt annonis deficientibus, quocirca ab Artabasdo misso Anastasio à secretis, & Artabasdo domestico suo ad deferendos sumptus in Caspiis portis invenerit hos classis Cibioretensium, & classis Abydi, & hos comprehensos ad Imperatorem duxit, qui frumentum quidem populis suis donavit. Anastasium vero, & Artabasdu oculis confessim privavit. Post hæc vero probavit Artabasdu à terra portas aperire, & prælium cum Constantino inire: verum facta congreßione fugatus est exercitus Artabasdi, & multi mortui sunt, inter quos Monetes periit. Constructis autem Artabasdus trieribus cacabo se rentibus ignem, misit ad sanctum Maman nonnullos contra classem Cibioretensium. Cum autem venissent ad sanctum Maman, exeuntes Cibioretenses pepulerunt illos. Facta est autem in urbe valida famæ, ita ut venundaretur modius ordei duodecim numismatibus, leguminis vero quindecim, milii, ac lupini octo, olei autem uno libræ v., sextarius vini dimidio. Cumque populus necaretur, coactus est Artabasdus dimittere illos, & foras civitatem exeundi, verum obseratis portis, quosdam eorum prohibebat, unde quidam eorum emundaverunt vultus suos, & muliebri circumamicti sunt vestite: ast alii monachico schemate, atque cincino vestimento contegebantur, & ita latè poterant, & exire. Niceta autem Monostrategus coacervato populo sub ab Odrina disperso venit usque Chrysopolim, & cum revertetur, transmeans Imperator persequutus est post terga ipsorum, & cum venisset Nicomediam, manu cepit eum cum curatore, qui fuerat dudum Marcellianorum Episcopus, quem & decollari continuò jussit: Monostrategum vero vinclum per murum monstrari præcepit. Porro quartâ Nonas Novembri repente præliatus est post meridiem, per terrenum murum urbem captavit. At vero Artabasdus una cum Bagrano (6) Patricio ingressus navem ad præfens exisse visus est Mopien, & abiens ad castrum Puzanen semet inclusit. Quibus Imperator manu captis Arabasdum cum duobus filiis privavit oculis: Bagranum autem in vivario

V 2 de-

- (4) Aliter ignorabiliter.
(5) Aliter Hiridippos.
(6) Aliter Bagtango.

decollavit, & hujus caput in Milio suspendit diebus tribus. Post triginta verò annos mali memor, & immisericors Imperator præcepit hujus uxorem in monasterium Choras pergere, illic enim sepultus erat, & hujus ossa effodere, atque in sepulcra, quæ dicuntur Pelagi, in pallio suo portare, & unà cum biothanatis mortuis jacere. O inhumanitatem! Multos autem & alios ex primoribus, qui auxiliati fuerunt Artabasdo, peremit, innumerabilesque oculis, & alios manibus, seu pedibus ablatis debilitavit. Præcepit autem externis militibus, qui secum ingressi sunt, introire domos, & rapere familiares civium res. Multa quoque & alia, quin & innumera mala urbi monstravit. Cùmque hippodromium celebraret, introduxit Artabas-dum unà cum filiis ejus, & amicis ligatum in circum per Dippium simul cum Anastasio falsi nominis Patriarcha, percuesso publicè, & in asino verso vultu sedente, quos omnes per Dippum in circum pompavit. Verùm Anastasiū, utpote consentaneum suum in throno Sacerdotii rursus locavit, deterrens, & servituti subjiciens, Sisiniū verò Patricium, & Prætorem Thraciorum, qui multū cum eo cūcurrerat, & pro ipso certaverat, ejusque consobrinus esse noscebatur, post xi. dies cæcavit.

Anno quarto Imperii Constantini, Maruan-dux Arabum noscitur, qui principatus est eis annis sex. Hoc quoque anno cometes magnus in Syria visus est, & seditionem concitavit Thebith contra Maruan, & Datach Arurensis, quos Maruan captos occidit in terminis Emesæ cum multitudine bellatorum, idest decem millium. Eodem anno prece Christianorum Orientis permisit Maruan consecrari Theophylactum presbyterum Edessenum Patriarcham Antiochias, Stephano dormiente, & hunc literis (7) præcepit honorari ab Arabibus. Donis enim spiritualibus adornatus erat, & maximè pudicitia. Porro Abas, qui multum Christianorum sanguinem fudit, & populatus est multa loca, occisus est in carcere, qui apud Cithim CX. Calbenos suspendit in ligno. Venit autem quidam Æthiops missus à Maruan, & impleto folle viva calce introivit ad eum, folleque ad totum caput, ac nares ejus imposito suffocavit illum, justam inveniens malefico Abæ pœnam. Magicis enim deceptionibus, ac dæmonum invocationibus multa contra Christianos fabricatus est mala. Hic etiam sanguini communicavit Gизid.

Anno quinto Imperii Constantini, Zulcimin coacervatis militiis rursus cum Maruan bellum agreditur, & amissis populi septem millibus superatur, & penes Palmiram salvatur, ac deinceps in Perside. Seditionem quoque concitaverunt Emeseni, & Heliopolitæ, & Damasceni Maruan obserantes, qui filio suo quidem misso contra Datach cum virtute ipse venit Emethsan, quam in quatuor mensibus cepit, Datach autem à Perside cum plurimo potenteru-tu veniebat. At verò Maruan aggressus eum in Mesopotamia, cùm multos collegarum occidisset, hunc comprehensum interfecit. In his Constantinus Germanicam cepit aciem dirigens contra Syriam, & Dulichium, aditu reperto propter Arabum mutuam pugnam, verbo sanè Arabes inermes dimittens, qui erant in ipsis. Assumpit autem & cognatos suos ex materna linea descendentes, & Byzantii collocavit, unà cum multis Syris Monophysicis hæreticis, ex quibus plures in Thrace usque nunc habitant,

A & juxta Petrum Cnaphea, trinitatem in trifilio crucifigunt. Porro à quarta Idus Augusti usque ad Octobris Kalendas tenebræ factæ sunt caliginosæ. Tunc Maruan victor Emethsan capta interfecit omnes cognatos, & liberos Hiscen, expugnatque muros Heliopoleos, & Damasci, & Hierosolymorum, trucidans multos potentes, & truncans residuos. Anno sexto Imperii Constantini, factus est & terræmotus magnus in Palæstina, & circa Jordanem, & totam Syriam, mense Januario, horâ quartâ, & multa millia, quin & innumerabilia mortua sunt, Ecclesiæque, ac monasteria corruerunt, & maximè penes eremum sanctæ civitatis. Eodem verò anno pestilens mors à Sicilia, & Calabria incipiens, veluti quidam ignis depascens, ad Monobasiam, & Helladem, atque interiacentes insulas venit, per totam quartamdecimam Indictionem flagellans impium Constantinum, & cohibus ab insania, quam adversus sanctas Ecclesias, & sanctas, ac venerabiles imagines irritabat. Verùm ille, ut Pharaō quondam, incorrectus permanxit. Sanè pestilentia hæc bubonis discurrens, decimaquinta Indictione regiam pervenit ad urbem. Cœperunt autem subito fieri tam in hominum vestimentis, & in sacris Ecclesiarum indumentis, quām & in velis cruciculæ plurimæ veluti ex oleo designatae. Facta est ergo hinc tristitia, & defectio animi multa propter dubium hujusmodi signum. Venit nihilominus & divinitus indignatio dissipans incessanter non solum urbis cives, sed & in omnibus suburbanis ejus degentes. Factæ verò sunt & phantasæ in multos hominum, qui in ecclasi facti existimabant se cum peregrinis quibusdam, ut putabant, & trucibus faciebus comitari. & eos qui in itinere obvii fiebant, se quasi amicos salutare, ac colloqui: notatis verò his quæ dicebantur ab eis, hæc postea referabant. Contemplabantur autem eodem domos ingredi, & alios quidem ex domo deserere, alios autem vulnerare. Contigit autem eorum quæ dicta sunt, ab eis plurima ut viderunt fieri. Præterea vernali tempore primæ Indictionis magis extensa est, estivo autem prorsus incendit, ita ut integræ quoque domus penitus clauderentur, nec essent, qui non deberent mortuos sepelire. Ex necessitate itaque multa excoxitum est, quod super animalia tabulæ sternerentur, & ita super has impositi mortui deferruntur. Pari modo & alii in plaustris suprapositi asportabantur. Cùm autem repleta fuissent universa tam scilicet urbana, quām suburbana monumenta, & cisternæ quoque sine aqua, & lacus, & plurimæ vineæ, nec non & intérieores horti, qui intra veteres muros erant, ad hujusmodi capessendam sepulturam effossi sunt, & ita vix omnia hæc ad tantam necessitatem sufficere valuerunt. Omni autem domo calamitate repleta propter depositionem, quæ impie facta est ab imperantibus in sacras imagines, confestim Agarenorum classis ab Alexandria venit in Cyprum, ubi & Romaicus erat stolus. At verò Prætore Cibioretarum irruente in eos, extemplo in portu Ciramea, & retenta portus fauce, cùm essent triginta dromones, tres solos exiluisse fatentur. Anno septimo Imperii Constantini, occeditur Gregorius ab Arurenisibus, & vicit Maruan, ut prætuli. Anno octavo Imperii Constantini, motus est in exterioribus Orientis partibus Persidis populus, qui dicuntur Chorosanitæ Maurophori, contra Maruan, & omnem cognitionem ejus, qui principati sunt

(7) Aliter literis Catholicis.

sunt ab ipso Muhammath pseudopropheta usque ad eundem Maruan, contra eos qui dicuntur filii Muhata. His enim post interemptionem Gizid debellantibus, & constringentibus invicem, hi qui dicebantur filii Hiscem, & Halim cognati, & ipsi pseudoprophetæ, sed absconditi, & fugaces existentes in minori Arabia congregati, tenente in eis primatum Hybraim, filio Evelid, mittunt libertum suum quendam Amussim dictum in Chorosam ad quosdam ibidem præminentibus, contra Maruan sibi suffragari petentes. Qui collecti apud Caetaban quendam consiliantur, & concitant servos in dominos proprios, & occidunt multos nocte una, quorum armis, equis, & pecuniis locupletati, facti sunt potentiores. Dividuntur autem in tribus duas, Caismos scilicet, & Lamonites, quorum potentiores intuens Amussim esse Lamonitas, (8) concitat contra Caismos, & interficit eis venit in Persidem cum Caetaban, & expugnans Hibin prolis Halbaren, capit cum victoria cunctos, virorum ferme centum millia. Et veniens ad Hibin, ubi erat, hostiliter cum ducentis millibus proficiscentem, & illum dissolvit, veniensque ad Maruan apud Zaban fluvium, habentem trecenta millia debellat eum, & multitudinem infinitam occidit ex eis. Eratque visu mirabile, cum secundum scripturam unus persequeretur mille, denaque millia transmoverent duo. Quos cum ita potentialiter videntes Maruan intuitus extisset, adiit Carras, & cum fluvium transmeasset, incidit pontem ex navibus factum, & assumpsis secum pecuniis, ac domo sua cum quatuor millibus viris vernalis suis fugâ lapsus est in Ægyptum. Anno nono Imperii Constantini, persequitionem patitur Maruan à Maurophoris, & comprehensus ab eis occiditur, bello gesto gravissimo. Praerat autem eis Salim filius Halim, qui unus ex prælatis profugis erat, & qui destinaverant Amussim, reliqui verò congregati contra Samariam, & Thrachonitidem regionem, sorte principatum distribuerunt. Abubalas scilicet, & post illum frater ejus Habdalla filius Muhammath, & post hunc Hyse. Et Syriæ quidem summam præturam taxaverunt Habdallam tenere filium Halim, fratrem verò Salim, ipsum autem Salim præfesse Ægypto. Porro Habdallam fratrem Abubalæ, ab illo habere sortem principatus super Mesopotamiam statuerunt. Ipse sane Abubalas, qui & omnium primas habebat in Perside sedes, translato quoque sub se Persarum principatu, qui ei auxiliati fuerant à Damasco. Hi verò qui salvati fuerant, tam videbilec filii, quam cognati Maruan, venientes ab Ægypto in Africam, indeque transmeantes freatum angusti maris ad Oceanum positi, quod dicitur Septem, quodque definit inter Libyam, & Europam, Europam Hispaniæ habitaverunt usque ad præsens tempus, habentes quosdam qui ibidem habitatæ ante noscebantur, à Muhavia illuc trajecti navigio, cum essent ejus cognati, & ipsius religionis. Perduravit autem excidium sub Muhavia sex annis. Porro octavâ Kalendas Februarii ejusdem tertiae Indictionis, natus est Imperatori Constantino filius, quem nominavit Leonem, ex Chajani Cazariæ filia. Anno verò eodem terræmotus factus est in Syria, & ingens, ac terribilis casus, unde civitatum aliarum quidem penitus exterminatae sunt, aliarum verò mediocriter, aliarum autem à montanis ad subiecta campestria cum muris, & habitacionibus suis integræ migraverunt, & salvæ quasi

A ad millaria sex, vel etiam modicum quid ultra. Denique asseveraverunt hi, qui propriis viis terram Mesopotamie contemplati sunt, in longitudine disruptam fuisse ad millaria duo, & ex profundo ejus ascendisse aliam terram nimis albam, & arenosam; de cuius medio ascendit, ut ajunt, animal mulnum incontaminatum, loquens humana voce, & prænuncians gentis incursionem ab eremo adversus Arabes, quod & factum est. Præterea sequenti anno quartæ Indictionis solemnitate sanctæ Pentecostes, coronavit Constantinus Imperator Leonem filium suum Imperatorem per Anastasium Patriarcham consentaneum suum. Anno decimo Imperii Constantini, Muhammath fit Arabum dux, qui eis præfuit annis quinque. Eodem anno similitates adversus Maurophorus Persas Chalcedonii concitaverunt, & interempta sunt ex eis in montanis Emesæ per illos quatuor milia. Idipsum verò factum est, & per Arabiam in Caisinos ab eisdem Persis. Cum autem caput Maruan myrrâ conditum allatum fuisse, plures à similitibus cessaverunt. Anno undecimo Imperii sui Constantinus Theodosopolim, & Militenen cepit, & captivos duxit Armenios. Theodorus quoque filius Bigarii, minoris Arabiæ oriundus, obeunte sanctissimo Theophylacto, Antiochiae Patriarcha præficitur, qui sex annis præfuit Ecclesiæ. Anno duodecimo Imperii sui Constantinus impius Imperator, elatus sensu, multa contra Ecclesiam, & Orthodoxam fidem meditans, & silentia per dies singulos faciens, populum ad sensum suum flexit infeliciter sectandum, prævius futuræ impietatis existens. Anno decimotertio Imperii Constantini, Anastasius, qui scelestè throno Constantiopolitano præfuit, mortuus est corpore simul & anima, miserabili passione, quæ dicitur cordapsos, satigatus, cum sterco per os evolvisset, dignam exolvens vindictam, pro audacia scilicet, quam contra Deum, contraque suum magistrum exhibuit. Eodem quoque anno Constantinus impius contra sanctas, ac venerabiles imagines Concilium iniquum triginta octo Episcoporum congregavit in palatio Hieriæ, quorum primi erant Ephesius filius Absimari, & Pastillas Pergensis, qui apud se, quæ sibi visa fuerant, dogmatizarunt, nullo præsente ex Catholicis sedibus Rom. scilicet, vel Antiochena, Alexandrina, Hierosolymitana: à quarta Idus Februarii incipientes perduraverunt usque ad sextam Idus Augusti ejusdem septimæ Indictionis. Qui cum in Blaternas Dei Genitricis hostes convenissent, ascendit Constantinus Imperator in ambonem tenens Constantinum Monachum, qui fuit Sylei Episcopus, & cum orasset voce magna pronunciavit dicens: Constantino universali Patriarchæ multos annos. Et deinceps ascendit Imperator cum Constantino scelerato Præfule, & reliquis Episcopis forum, & exclamaverunt suam divulgantes cacodoxam fidem in conspectu totius plebis: anathematizantes Germanum sanctissimum Patriarcham, & Gregorium Cyprium, & Joannem Chrysoroan Damascenum nepotem Mansur, viros sanctos, & reverendos magistros. Anno decimoquarto Imperii sui, Muhammath, qui & Abubalas, mortuus est, cum quinque præfuisse annis, eratque Habdallas frater ejus in Macha loco blasphemias ipsorum. Scribit ergo Amussim, qui erat in Perside, conservandum sibi locum principatus, sicut forte sibi fuerat deputatus. Qui cum didicisset Habdallan filium Halim, fratrem verò

(8) Aliter Hiamanitas.

verò Salim, summum Prætorem Syriæ, principatum sibi affectatam, & venientem ad obtinendam Persidem, adversantemque Persis, & faventem his qui erant Syriæ, quiue auxiliabantur ei, concitatis exercitibus suis aggreditur apud Nisibin, & viatore eo Amusini multos peremit. Erant autem plures ex his Sclavi, & Antiocheni. Ast Habdallas solus salvus remanens, post paucos dies petuit verbum ab altero Habdalla fratre Muhammath, veniente studio multo in Persidem à Macha, quo in domuncula putrefacta retruso, effodi fundamenta præcipiens. hunc clam interfecit. Porrò Amusim sprensum adversus Arabes Syriæ, pro eo quod in Maurophoros insurrexerant, & multos in Palæstina, & Emesa, & maritima ceperant, atque in eos irruere meditantem cohibuit cum exercitibus. At ille iratus Habdallæ ad interiorem Persidem cum multitudine properavit. Quem cùm vehementer ille metueret, accersit eum suasoriis verbis, & precibus, atque ipsi execrabilibus principis ipsorum symbolis destinatis, virgā scilicet, atque sandaliis pseudoprophetæ Muhammath, expetens ut ad se via unius diei diverteret, quatenus ei decentes gratiarum actiones referret. At ille deceptus venit cum centum millibus equitum, unitusque illi occiditur ab eo propriis manibus, sicque principatus Habdallæ confertur, qui uno & viginti annis præfuit Arabibus. Anno decimoquinto Imperii sui Constantinus Syros, & Armenios, quos à Theodosopoli, & Mitilena duxerat, in Thracem emigravit, ex quibus etiam Publicanorum (9) hæresis est dilatata. Similiter & in urbe paucis præ mortalitate factis habitatoribus ejus, duxit unà cum familiis, tam ex insulis, & Hellade, quam ex inferioribus partibus, sicque urbem habitare fecit, quam & condensam redidit. Eodem quoque anno quæsiere Bulgares pacta, propter castra, quæ constructa fuerant. Ast Imperatore apocrisarium eorum de honeste destinate, exierunt hostiliter, & usque ad longum murum venerunt, & multo excidio perpetrato illæsi reversi sunt.

Anno decimosexto Imperii Constantini, terræmotus haud modicus factus est in Palæstina, & Syria, septimo Idus Martii, & exul factus est Theodus Antiochiae Patriarcha, invidiâ derogatus Arabum, quod crebrò Imperatori Constantino causas eorum per literas indicaret, & de cetero Halim hunc exulem misit in Moabitidem regionem patriam suam, præcepitque ibidem Halim, non conseruendas novas Ecclesiæ, nec videndam crucem, sed neque de fide à Christiano cum Arabibus dogmatizandum. Porrò exercitum movit idem contra Romaniam cum octoginta millibus, & veniens in Cappadociam audivit Constantinum adversus se venientem armatum, & territus inefficax rediit, nihil depopulatus, nisi quod paucis Armeniis ad se confluentibus assumptis reversus est. Anno decimoquarto Imperii Constantini Habdallas tributorum rationem Christianis ampliavit, adeò ut omnes monachos, & inclusos, atque Cionitas, qui Deo placere noscebantur, sub tributis redigeret. Signavit autem & Ecclesiarum cimilia, (10) & adduxit Hebreos ad venundandum illa, & emerunt ea liberè. Anno decimoctavo Imperii sui Constantinus Sclavinas penes Macedoniam positas captivavit, & reliquos subjugavit. Eodem anno quidam ex Maurophoros Persis, cùm magicæ religionis essent,

A deceptione diaboli detenti, venundata substantia sua nudi supra muros ascendentibus projiciebant semetipos, ita ut se volare in coelum arbitrarentur, qui nihil dignum ratione fortis ilius habentes, artus conterebant, ad ima demersi, quorum sedecim, eos dumtaxat qui in errore præminebant, Habdallas per Halim interfecit in Beroëa, & Chalcide. Anno decimo-nono Imperii Costantini invidiâ Christianos prohibuerunt Arabes à publicis chartothesis ad modicum tempus. Sed rursus coacti committunt cum eis eadem ipsa, eo quod non possebant ipsi scribere calculationes, aciesque direxerunt multas, & Paulum Prætorem Armenia-corum bellum agentes apud Melan peremebant, nec non & quadraginta duos insignes viros captivos duxerunt, & capita multa. Imperator autem exercitum movit in Bulgariam, & venienti in Verebagan ad clausuram, Bulgares obviam ei advenerunt, & multos exercitus ejus trucidaverunt, in quibus & Leonem Patricium, & Prætorem Thracisiorum, & Leonem Logothetam Tudromii ceperunt, & arma eorum, & populum multum, & sic inhonestè reversi sunt. Anno vigesimo Imperii Constantini factus est error Paschæ, & Orthodoxi quidem in Oriente oœtavâ Idus Aprilis Pascha celebraverunt, at verò erronei hæretici Idus Aprilis. Eodem anno translatum est caput sancti Joannis præcursoris, atque Baptistæ à monasterio Spelei in templo suo in Emefensium civitatem sito, cùm esset illustre, & descensus ædificatus esset, ibi usque hodie à fidelibus honoratum, & adoratum, omni suavitatis, corporali scilicet, ac spirituali honoratur odore, & emanans effundit omnibus sanitatem, qui fide flagrantes occurrunt. Eodemque anno Docetes clarissima in Oriente apparuit per decem dies, & iterum ad Occidentem diebus viginti & uno. Quidam verò Syrus Theodorus nomine Libanites, circa regionem Heliopoleos, quæ est ad Libanum, adversus Arabes insurrexit, & cùm bellum movisset in eos, ceciderunt ex utrisque multi: novissime verò terga & ipse vertens effugit, & Libanitæ omnes qui cum ipso erant, interempti sunt. Factæ sunt & in Africa seditiones, & bella, solari eclipsi facta decimoœtavâ Kalen. Septemb. feriâ sextâ, horâ decimâ. Porrò insurrexerunt quidam ex Maurophoros apud Dabecho dicentes, filium protosymboli Deum, ut nutritorem suum, & protulerunt dogmata hujusmodi, & introjerunt domum Maurophori erroris sui, & occiderunt clavigeros sexaginta, & exierunt quidam in Barrasson, & captivos multos, & pecunias innumerofas sumpsiere. Anno vigesimoprimo Imperii Constantini seditionem concitarunt Cassiotæ contra Maurophoros propter mulieres. Manserant autem ex eis in domo, in qua tres fratres manebant, & voluerunt uxores eorum in pelagus jacere: surgentes autem tres fratres occiderunt, & obtinuerunt (11) illos, sed & coacervati occiderunt etiam reliquos, & cùm misisset Salimus militiam, fraudulenter venere super illos, & comprehensis eis patibulo suspenderunt, & multos alios occiderunt. Porrò Paschali festivitate ingressus est ad sanctam collectam in Ecclesia Catholica. cùmque Metropolitanus Episcopus astaret, & exclamaret more solito, Deo dicens: Plebs tua, & Ecclesia tua supplicat tibi: duxerunt eum, & concluserunt in carcere,

B (11) Aliter obruerunt.

(9) Aliter Publicianorum. Aliter Paulicianorum.
(10) Aliter cimiliaribia.

re, & aliis implevit sanctam collectam, & factus est timor magnus, & nisi Metropolita moralitate, ac humilibus verbis mitigasset eum, malum profectò ingens in hac hora perpetratum fuisset. Erat autem hic B. Anastasius. Eodem quoque anno Constant. persecutor Andream memorabilem Monachum, qui dicebatur Calybites, apud Blaternas flagris in hippodromio sancti Mamæ occidit, redarguentem impietatem ejus, & Valentinianistam, ac Civilianum (12) appellantem eum, quem & in rheuma maris jactari præcepit, nisi sorores ejus hunc rapientes in emporio Leucadii sepelissent. Anno vigesimosecundo Imperii Constantini, apparuit Docetes in Oriente, & interfactus est filius Phatniæ. At verò Bulgares insurgentes occiderunt dominos suos, & statuerunt virum in Senatum nomine Zeletin, cùm esset triginta annorum. Multi præterea Sclavi fugientes ad Imperatorem confluxerunt, quos constituit super Arthanam. Porrò decimaseptimâ Kallendas Julii exivit Imperator in Thracem, missò navigio per Euxinum pontum usque ad octoginta chelandia, ferentia duodenos equos. At verò Zeletis, auditâ contra se per terram, & mare facta commotione, assumpst in auxiliu ex adjacentibus sibi nationibus viginti millia, & in munitionibus his constitutis secautum, & intrepidum reddidit. Ast Imperator cùm venisset, castratus est in campo Anchiali, & pridie Kal. Julii primæ Indictionis feriâ quintâ Zeletis apparuit cum multitidine gentium veniens, ineuntesque bellum, occidunt diutius invicem; verò Zeletis terga vertens effugit. Porrò pugna tenuit ab hora quinta usque ad vespertinam, & multitudines Bulgarum numerosæ peremptæ sunt, & multi ex his capti, multique Imperatori subditi facti sunt. Ast Imperator hujuscemodi elatus victoriâ, publicavit hanc coram urbe cum exercitibus ingressus armatis, & laudibus plebium celeberrimus diffamatus, & ex hylopanduris constrictos trahens Bulgares captos, quos extra portam Auream decollari præcepit: Zeletis verò Bulgares tumultantes unâ cum principibus ejus interfecerunt, & constituerunt Sabinum generum Comersii quondam domini sui, qui videlicet Sabinus cùm mox ad Imperatorem misisset, & pacem fieri exquisisset, convenerunt Bulgares facto restiterunt robustè dicentes ei: Bulgaria per te, ut cernimus, redigitur in servitutem Romanis. Factâq; Sabinus simulata fugit in castrum Mesembrię, & ad Imperatorem se contulit: statuerunt autem Bulgares alium sibi dominum, Paganum nomine. Anno vigesimotertio Imperii Constantini, egressi sunt Turci à Caspiis portis, & occiderunt in Armenia multos, & prædâ sumptâ non paucâ reversi sunt. Cosmas autem quidam Episcopus erat Epiphanie, quæ est civitas Apamie Syriæ: porro quibusdam ex ciubus Epiphanie ad Theodorum Patriarcham Antiochenum accusationem contra eundem Cosmam super diminutione sacerorum vasorum facientibus, cùm ille minimè potuisset restituere, discessit ab Orthodoxa fide, consentaneus Constantini in hæresi, sacris adversatus imaginibus, quem communis sententia Theodorus Antiochenus Patriarcha, & Theodorus Hierosolymitanus, arque Cosmas Alexandrinus cum Episcopis sibi subjectis, die sanctæ Pentecostes post lectionem sancti Evangelii consonanter anathematizaverunt singuli in sua civitate. Eodem anno à Kal. Octobris factum est

(12) Aliter Julianum.

A gelu magnum, & amarissimum, non solum in terra nostra, verùm etiam in Oriente, & multò magis in Septentrionali parte, ut pelagus ponti usque ad centum milliaria præ glacie rigore in lapidis duritiam fuerit versum, habens cubitos in superficie ad profundum triginta, cunctis nimirum regionibus ab ipsa Lycia usque ad Danubium, & Euphræ fluvium, Danastri quoque & Danapri, atque Necropela, nec non & per reliquas ripas, & usque ad Mesembriam, & Mœsiam similiter patientibus. Cùmque hujuscemodi gelu nive fuisset coopertum, super alios viginti cubitos crevit, ita ut mare aridæ conformaretur, & pedibus calcaretur in superficie glacie à Cazaria, & Bulgaria, quin & adjacentibus insulis, tam ab hominibus, quam agrestibus, & mansuetis animantibus. Februario verò mense ipsius secundæ Indictionis, hujuscemodi gelu per iussionem Dei in multas, ac diversas in specie montium factas concisiones in Danupsiam, & Hieron descendit. Taliter per angustum pervenerunt ad urbem, & usque ad Propontidem, & insulas, & Abydum, omnes maritimos choros, ac ripas replentes, quarum videlicet concisionum inspectores & nos ipsi extitimus descendentes super unam eorum cum quibusdam triginta coætaneis nostris. Habebat autem & animalia campestria, & manus, & viva, & mortua. Omnis enim quiunque vellet à Sophianis usque ad urbem, & à Chrysopoli usque ad sanctum Mamam, & ad ea quæ dicuntur Galathi, per aridam sine prohibitione pergebat, & una quidem ex eis ad Acropoleos scalam disrupta contrivit eam, alia verò ingentis molis ad murum collisa, hunc magno impulsu concussum, adeò ut interiores quoque domus Salo comparticiparentur. Porrò in tria disrupta cinxit urbem, à Manganis videbatur usque ad Bosphorum, cuius altitudo muros excessit. Omnes autem tam viri, quam foeminae, simul & pueri horum visioni dantes indefinenter operam perseverabant, & cum lacrymis domum revertabantur, ignorantes quid ad id fari quivissent. Cæterum anno eodem mense Martio stellæ de cœlo cadentes apparuerunt, ita ut omnes qui hoc viderunt, instantis seculi consummationem esse putarent. Sic citas quoque multa effecta est, adeò ut etiam fontes exsiccarentur. Ast Imperator, accersito Patriarcha, dicit ei: Modò quid vos lèderet, si dixerimus, θιοτόκος, χριστόκος? At ille hunc complexus ait: Miserere Domine ne ad contagionem tuam veniat sermo iste, nonne vides qualiter divulgetur, & anathematizetur Nestorius à tota Ecclesia? Qui respondens ait: Ego discere volens interrogavi, verò usque ad te sermo. Anno vigesimoquarto Imperii Constantini exierunt iterum Turci ad Caspias portas, & Iberiam, quibus cum Arabibus (13) bellum ineunibus, ex utrisque perierunt multi. Habdallas verò hujuscemodi calliditate depositus à principatu Hysebin Muzæ, in quem, ut superius dictum est, tertia fors tenendi post eum cecidit. Videns enim eum dolore capitis hemigranite laborantem, & scotomi plenitudinem patientem, persuadet quod curandus foret, si ex aliqua confectione ptarmica in nares ejus insuflaretur à medico suo, Moyse nomine, Diacono Antiochenorum Ecclesie, quem jam muneribus fecerat acerrimum confidere medicamen, quod simul narcoticum foret vehementer; qui videlicet cùm paruissest Habdalla, suscepit per nares confectionem, & reple-

(13) Aliter Avaribus.

pletus in omnibus circa caput, cunctisque sensibus una cum hegemonicis operationibus defraudatus sine voce jacebat. Advocatis itaque Habdallas ducibus, ac primoribus gentis: Quid vobis, inquit, videtur super futuro rege? At illi abnegato eo concorditer, dextras dedere filio ejus Habdalla Muhammat, qui nuncupabatur Madi. Porro Hyse absque sensu domum reportaverunt. Hunc autem post tertium diem convalescentem excusationibus fictis consolabatur centum auri talentis injurias recompensans. Eodem etiam anno misit Paganus dominus Bulgariae ad Imperatorem, postulans, ut cum eo facie ad faciem jungeretur, & accepto verbo descendit cum eo cum Boiladis suis. Cumque Imperator una cum Sabino federet, suscepit eos, & exprobravit inordinationem eorum, & odium habitum in Sabinum, feceruntque pacem, ut putabant. Ast Imperator clam mittens in Bulgariae cepit Severorum principem Sclavinum, qui in Thrace multa fecerat mala. Comprehensus est autem & Christianus, qui est Christianis Margarites, & primus Scaurorum effectus est, quem apud S. Thomam manibus, & pedibus detruncantes, adduxere niedicos, qui hunc vivum inciderunt à thorace pubetinus, ad hominis cognoscendam positionem, atque struthuram, & sic eum tradiderunt igni. Actutum præterea exiens Imperator ab urbe, cum sine custodia invenisset ob deceptoriam pacem, per clausuras ingressus est Bulgariae usque ad Zitas, (14) & misslo igne in cohortes (15) reversus est, cum nil forte patrasset. Anno vigesimoquinto Imperii sui, duodecimā Kalend. Decembri Indictionis quartæ, furens impius, & scelestus Imperator adversus omnes timentes Deum, protomartyrem Stephanum novum abstrahi præcepit, cum inclusus esset apud sanctum Auxentium in proximo monte Amastris. Quem hi qui eruditum ejus fructum percipiebant, & unius, ac similis sensus cum eo erant, scholarii quoque, ac reliquis ordinibus deputati, accipientes pedem ipsius, rudente ligantes, traxerunt usque ad ea quæ sunt pelagia prætorio, ubi & discerpentes eum projecerunt honorabiles ipsius reliquias in biathanorum locum, eo quod multos monuerit, & adduxerit ad monasticam vitam, atque contemnere regias dignitates, atque pecunias persuaserit. Reverendus quippe vir omnibus erat, pro eo quod ferè sexaginta annos egerit in claustris, & virtutibus multis effulserit. Multos etiam principes, ac milites accusatos, quod imagines adorarent, diversis poenis & amarissimis tradidit verberibus. Jusjurandum etiam generale ab omnibus sub Imperio suo degentibus exegit, ne quisquam adoraret icona: cum quibus & Constantiū falsi nominis Patriarcham super ambonem ascendere, & exaltare pretiosa ligna, & jurare fecit, quod non esset ex eis, qui adoraret imagines. Cui mox ut ex monacho Stephanites efficeretur persuasit, & carnibus vesceretur, atque cytharoedos ad mensam regiam admitti pateretur, sed non in longum tardata ultio hunc homicidam debitum tradidit poenis. Denique duodecimā Kalend. Februarii quartæ Indictionis, motus est contra Bulgares, & direxit ad Achelon duo millia sexcenta chelandia, extruens ea, & armans ex cunctis thematibus. Quæ cum in Thoris stationem fixissent, flante Aquilone contrita sunt penè omnia, & populus necatus est multus,

A ita ut Imperator extendere retia, & mortuos educere, ac sepelire præceperit. Porro decimastatā Kal. Septemb. ejusdem quartæ Indictionis, publicè diffamavit, & dehonestavit habitum monachorum in hippodromo, præcipiens unumquemque monachum manu tenere mulierem, & taliter transire per hippodromum, sumptis injuris ab omni populo cumulatis. Similiter & octavo Idus Septemb. ducti sunt ad ludos Circenses insignes principes decem & novem, & pompati sunt quasi mala contra Imperatorem consiliati fuerint, non veraciter accusati, sed quia invidebat eis, eo quod essent formosi, atque robusti, & ab omnibus collaudati; quibusdam verò ex eis, & ob religionem, eo quod ad prædictum inclusum issent, & passiones ejus publicè divulgarent, quos interfecit, quorum præcipui sunt, Constantinus Patricius, & dudum Logotheta Dromi, cuique nomen imposuit Podopagrum, & hujus frater Stratejus Spatharius, & domesticus excubitorum: Antiochus Logotheta Dromi factus, & Prætor Siciliæ: David Spatharius, & Comes Obsci: Theophylactus protospatarius, & primus Imperialium stratorum, filius Patricii Bardanis: Theophylactus candidatus, & alii, quos cum in Hippodromo ludos palam traduci, & ab omni populo conspici, & maledici fecisset, sententiam dedit, & illos quidem duos fratres Constantiū, atque Stratejum intra venationis septa capitis animadversione punivit, multo super eos universæ plebis facto lamento, adeò ut cum hoc didicisset Imperator indignaretur, & Procopium Præfectum cederet, & ab administracione depelleret, tanquam id fieri permittentem: ceteros autem oculis privatos in exilium destinavit, quos per singulos mirtens, cum esset omni crudelitate plenus, ad loca in quibus degebat, centenis flagris vapulare jubebat. Porro tertiatā Kalendas Septembri ejusdem quartæ Indictionis, infaniens idem malevolus adversus æquivocum suum, & consentaneum suum Patriarcham, & inventis quibusdam clericis, ac monachis instruxit illos ut dicerent: Audivimus Patriarcham cum Podopaguro adversus Imperatorem loquentem, & misit eos ad Patriarcham, ut arguerent illum. Cumque ille juraret, fecit eos ad pretiosa ligna jurare factentes: A Patriarcha haec maledicta audivimus. Inter haec ergo misit, & bulla signavit Patriarcham, & hunc exilio relegavit apud Iberiam, (16) & rursum apud principem insulam.

Anno vigesimo sexto Imperii Constantini, Habdallas filius Hali mortuus est, ruente super se turre, in qua custodiebatur. Habdallas autem cum Amiræ fungeretur honore, multa mala Christianis sub principatu suo degentibus demonstravit. Siquidem & crucis Ecclesiarum abstulit, & vigilias nocturnas celebrare, sed & literas discere prohibebat. Hi verò qui dicuntur apud illos Aruritæ, quod interpretatur æmulatorum, contra Palmirensem eremum insurrexerunt. Is autem qui Christianis ineffabilibus Dei judiciis imperabat, fortassis ut Jezabel quondam, vel væfanus Achab, multò pejora quam Arabum sit infania, sub imperio suo positis Orthodoxis Episcopis, monachis, laicis, prælatis, atque subiectis ostendit, ubique intercessiones Sanctæ Virginis, & Dei Genitricis, ac omnium Sanctorum in scriptis, ut inutiles, ac sine scripto repellens, per quas nobis

B

C

D

E

(14) Aliter Turabani.
(15) Cedren. αὐλαὶ, cartes.

(16) Aliter Hieriam.

nobis emanat omne suffragium, & sanctas eorum reliquias ejiciens, & invisas reddens. Sic ubi insignis quisquam audiebatur ad animarum sanitatem, & corporum, vel sicut moris est à piè gentibus honorari, mox mortem adversus hujusmodi, tanquam impie agentes minabatur: sin autem, proscriptiones, exilia, & tormenta: Deo autem gratissimum lipsanum, utope quidam thesaurus possessoribus habitus auferebatur, invisum de cætero efficiendum. Tale quid, & in pretiosissimum laudabilis matris Euphemiae lipsanum profanus hic Imperator gesit, in profundum id cum loculo jacens, non ferens eam ex se super omnem populum suavitatem unguenti reddentem, & arguentem ejus adversus intercessiones Sanctorum deliramenta: sed Deus, qui custodit ossa sibi placentium secundum divina eloquia, illæsum hoc conservavit, rursus ostensus illud apud Lemnum insulam. Per nocturnam ergo visionem apprens, elevandum se præcepit, & conservandum. Sub Constantino verò, & Irene pīis Imperatoribus Indictione quarta cum decenti honore rediit ad templum suum, quod ipse quidem tanquam inimicus Ecclesiarum commune fecit armamentarium, sterquiliniumque fore decrevit, illi verò repurgatum hoc iterum sacraverunt, ad redargutionem quidem hujus impietatis, ostensionem autem horum pietatis. Hoc autem obstupendum, & scripturā dignum miraculum post viginti duos annos post iniqui Principis mortem, unà cum piissimis Imperatoribus, & Thrasio Sanctissimo Patriarcha nos vidimus, & cum eis complexi sumus, licet indigni magnam gratiam promerentes. Porro decimasexta Kalendas Decembri ejusdem quintæ Indictionis, decreto Imperatoris promovetur Nicetas eunuchus è Sclavis ortus irregulariter Patriarcha Constantinopoleos, & facta est siccitas, ita ut nec ros de cœlo caderet, defectaque penitus aqua ab urbe, ociosæ remanerunt tam cisternæ, quam lavacra, & fontalia fluenta, quæ prius jugiter effluebant. Quod intuens Imperator cœpit renovare aqueductum Valentinianni, qui cùm usque ad Heraclium perdurasset, ab Avaribus est destructus. Electis ergo ex diversis locis artificibus, ab Asia quidein duxit, & Ponto ædificatores mille, & linitores ducentos, à Græcia verò, & insulis testacearios quingentos. Porro ex ipsa Thrace operarios v. milia hominum, & regulas facientes ducentos, & præposuit eis Princes, exequutoresque operum, ac Patricium unum, sicut opere consummato aqua introivit in urbem. Cæterum eadem die, Indictione quinta provehit sui sensus prætiores, & operarios suā nequitia condignos, Michaelem scilicet Edessenum (17) in themate Orientalium, & Michaelem Lachanodraconem in Thracis: super Buccellarios (18) verò Manen à mania, idest insaniam nominatum. Sed quis est idoneus ad enarrandum horum scelerata piacula, quæ partim in suis à nobis perstringuntur locis? Omnia enim eorum opera si conscriberentur, quæ ad orationem, (19) imperantis sunt effecta, nec ipsum arbitror, ut propriè cum Euangelista dicam, capere mundum eos, qui scribendi sunt libros.

Anno vigesimo septimo Imperii Constantini, Constantinus falsi nominis Patriarcha ductus est nonà Octobris, sexta Indictione à Principe in Tom. I.

(17) Aliter Melissinon. σπατηγόνος ἡγεμόνας αἰρετολικῶν.
(18) iis τῷ βακελλάρῳ.
(19) Aliter curationem.
(20) Scotiopsit.

A sula, quem & cecidit tyrannus, quod evadere non valeret. Jussit autem in foro parari, & eundem sedere in gremio Ecclesiae magnæ, eratque à secretis cum eo ferens chartæ tomuni, in quo erant scripti hujus excessus. Omni ergo populo ex præcepto regis illic congregato, & vidente legebatur charta in audiencia totius populi, & per singula capitula percutiebat à secretis faciem ejus, Niceta Patriarcha sedente in confessione, ac intuente. Post hæc verò cùm imposuissent eum in ambonem, & rectè stare fecissent, accepit Nicetas chartam, & misit Episcopis, & ablato superhumerali ejus, anathematizaverunt eum, & hunc solum, (20) Absin cognominantes ab Ecclesia astrinxerunt. (21) Postea verò die cùm ludi Circenses agerentur, raserunt faciem ejus, & barbam denudaverunt, capitis, & superciliorum pilis ablatis, & indutum hunc laneo brevi, ac sine manicis vestimento, sedere fecerunt super asinum sagma ferentem, & ipsius tenere caudam, & duxerunt per Dippium in hippodromum cuncto populo imprecante illi mala, & conspuente. Trahebat autem asinum Constantinus nepos ejus naso recis, cùmque venisset ad vulgus descendenterunt, & conspuerunt, & pulverem projecerunt super illum. Et cùm adduxissent eum ad consistorium, dejecerunt eum de asino, & calcaverunt super collum ejus, & collocatus contra vulgus audiebat ab illis ludicra verba usque ad absolutionem ludorum equestrium. Eodem quoque mense, missis impiis Imperator Patriciis significat ei dicens: Quid dicis de fide nostra, & Concilio, quod tecum? Qui sensibus ad vanitatem conversis respondebat: Benè inquiens, & credis, & benè Concilium operatus es, putans se ob hoc illum placare sibi. At confestim illi respondentes dixerunt: Nos hæc audire noluimus ab ore tuo polluto, ex hoc ergo vade in tenebras. Et sic acceptâ sententiâ descendit ad claustra ferrum, & decollatus est, & caput quidem per aures ligantes tribus diebus in Milio suspenderunt ad ostentationem plebis: corpus vero resti pede ligato traxerunt per plateas usque ad loca pelagi, & sociandum biothanatis jactaverunt, similiter & caput ejus post tres dies illuc delatum projecerunt. O irrationabilitatem, & crudelitatem, atque immisericordiam immitissimæ bestiæ, non est veritus miser sanctum lavacrum. Duos enim filios ejus ex tertia conjugi ipsius in ulnas suas suscepserat. Siquidem semper feralibus moribus, & immanuetus esse probabatur. Ab hoc autem anno ampliori est insaniam usus, mittens quippe depositum Petrum nobilem Stilicen à Metra, quem virum (22) cùm suis dogmatis cedere renuisset, ligatis pedibus ejus in prædictum palatii (23) locum inclusit, & hunc tractum quoque per plateas projici jussit, alios etiam in fassis vinciens, & lapidibus aggravans, eruens oculos in pelagus jactari præcipiebat, nares abscindens, flagellis excorians, & omnem tormenti speciem adversus eos, qui piè vivebant, excogitans, & in urbe quidem per seipsum hæc, & consertaneos suos, Antonium Patricium, & scholaram domesticum, ac Petrum magistrum super populum singulorum ordinum, qui à se fuerat eruditus ad talia, agebat: in exteris verò partibus per jam dictos Prætores. Ipse namque

X citha-

(21) astrinxerunt gradinem retrorsum.

(22) Aliter vivum.

(23) Aliter palagii.

citharae delectabatur sonitu, atque conviviis, turpibus sermonibus, & saltationibus eos, qui sibi adhærebant, incessanter erudiens, & sic ubi quisquam corruens, vel dolens solitam Christianorum vocem emitteret dicens: Dei Genitrix juva, aut vigilias agens deprehenderetur, aut Ecclesiis assuetus, aut cum religione vivens, aut non passim juramentis abutens, ut inimicus Imperatoris damnabatur, & immemorabilis nominabatur. Monasteria vero, quæ in gloriam Dei, & salvandorum refugium effecta sunt, domos fore communes fautoribus suis militibus sanciebat. Denique Dalmatii cœnobium, quod inter optima Byzantii erat cœnobia, militibus in habitaculum tribuit. Ea vero quæ dicuntur Calistrati, & Dii, ac Maximi in Monasteria, nec non & alias sacras Monachorum, ac virginum domos à fundamentis destruxit. Eos autem qui monasticam vitam subire ex insignibus militibus (24) studuerant, & maximè illos, qui sibi adhæserant, & complices libidinis suæ, & nefandorum actuum fuerant, morti subdebat, suspectui habens confusionem, quæ sibi ex propalationibus fieret se pronunciantium. Unde & Stratejum Podopaguri fratre, cum esset urbanus specie, assumpit. Ambar enim talibus adhærere propter luxurias suas. Cumque molestè eum sensisset tulisse infandas in viros insanias suas, & Beato Stephano inclusu Sancti Auxentii has manifestas reddidisse, salutisque remedia suscepisse, hunc quasi insidiatorem suum diffamans unà cum inclusu, ut prædictum est, interfecit. Fecit autem abundare ornatas (25) species in urbe. Novus enim Midas factus, aurum coacervavit, & agricolas denudavit, & ob tributorum exactionem cogebant homines largas Dei genimimum munificentias facili, seu vili pretio venundare. Eodemque anno Nicetas falsi nominis Patriarcha iconas ex musivo (26) factas, quæ in Patriarchio secreti minoris erant, erasit, & imagines magni secreti, quæ sculptæ erant in ligno, depoluit, & cæterarum imaginum facies delinavit, sed & in Abramio similiter fecit. Anno vigesimoctavo Imperii sui coronavit Imperator Eudoxiam uxorem suam, cum esset trigamus, & hæc esset tertia conjux, in tribunali decem & novem accubitum. Kal. April. filios suos ex ipsa creatos, Christophorum scilicet, & Niccephorum postera die, qua sanctum celebratum est Pascha, Cæsares ordinavit, Patriarcha orationem faciente, & Imperatoribus chlamydes, & Cæsaricas imponentibus galeas. Pari modo & Nicetæ novissimo fratri eorum nobilissimo facto, superposuit ei chlamydem, & auream coronam, & ita processerunt jaſtantibus Imperatoribus hypatiam, & trimisia, & hemisia, & numismata nova usque ad magnam Ecclesiam. Anno vigesimonono Imperii Constantini ingressa est Irene ab Athenis veniens cum dromonibus, & chelandiis plurimis, adorantis sericis palliis, & proceribus urbis cum uxoribus obviam occurrentibus, & præcedentibus eam. Cumque venisset Patriarcha ad Palatium in Ecclesiam Phari, facta sunt ad eandem Eirenem sponsalia Leonis Imperatoris, & decimasextâ Kal. Jan. coronata est in triclinio Augusta Imperatrix Irene. Hoc etiam anno facta est commutatio in Syria viri ad virum, & fœminæ ad fœminam, & pueri ad puerum, & præcepit Habdallas radi barbas eorum, & fieri

A calamaucos (27) cubiti unius, & semis. Anno trigesimo Imperii Constantini movit exercitum Banacas contra Romaniam, & multos captivos abduxit, & Romani ingressi quartam Armeniam despoliaverunt eam. Præterea moritur Salem, & translata est Germanicia in Palestina. Eodem verò anno imitatus Lachanodraco magistrum suum, omnem Monachum, & Monacham in themate Thracisiorum commorantes apud Ephesum congregavit, & eduxit eos in campum, & ait: Qui vult Imperatori, ac nobis obedire, alba induatur ueste, & uxorem hac sumat hora. Ast qui hoc facere parviperint, privati luminibus in Cypro exilio damnabuntur. Tumque opus pariter cum verbo consummatum est, & multi ostensi sunt martyres, multi verò deficientes, & enervati perierunt, quos & familiares sibi Draco faciebat. Præterea Indictione nona, mense Januario natus est Imperatori Leoni, & Irene filius, dum adhuc viveret Constantinus Avus ejus. Anno trigesimoprimo Imperii Constantini movit exercitum Banacas contra Romaniam, & cum descendisset ab Isauria in castrum Scices, obsedit illud. Quod cum Imperator audisset, scripsit ad Michaelm Prætorem Orientalium, & ad Manen Buccellarium, (28) & Bardan Armeniacorum Prætores, qui cum venissent, tenuerunt egressum eorum, quia erat clausura valde difficilis ad meandum. Stolus autem Ciboretarum cum Præcona Sparario Prætore suo veniens, applicuit in portu prædicti castri. Quod cum Banacas vidisset sui desperatus, fiduciam rursus assumit, suosque alacres reddit, & ascendens ad pedestres exercitus magnis, & repentinis vocibus cum omnibus suis clamorem dedit, sique illos territos fugat, multisque peremptis deprædatus est omnia circa regionem, & cum spoliis multis reversus est. Eodemque anno misso Prætore Thracisiorum Lachanodraco, Leone notario suo, & Leone exmonacho, venundabat omnia monasteria virorum, ac mulierum, & omnia vasa sacrata, & libros, & pecora, & quæque patrimoniorum eorum erant, & horum pretia principi detulit: quotquot autem monachicos, & paternos libros reperit, igne combussit, & sicubi lipsanum sancti quisquam habens apparuisse ad custodiā, & hoc quoque nihilominus igni tradebat: eum verò qui habebat illud, ut impiè agentem puniebat, & multos quidem monachorum interfecit verberibus, quosdam etiam gladiis trucidavit. Præterea innumerabiles oculorum visibus privavit, & quorundam quidem barbas cerâ, & oleo perungens succendebat ignem, & ita tam facies, eorum, quam capita cremabat. Porro alios post multos cruciatus etiam exiliis destinabat, & postremò in toto themate sibi subiecto non deseruit hominem unum monastico schemate amictum. Quod cum didicisset Imperator, bonum semper exosum habens, scripsit ei gratias dicens: Inveni te virum secundum cor meum, qui facias omnes voluntates meas. Hunc ergo imitantes & cæteri similia perpetrabant. Anno trigesimo secundo Imperii Constantini misit Habdallas in Africam Mualabicum cum exercitu multo, ingressus est Alsdalbadinar in Romaniam, & cepit captivos quingentos. Mopsustenses autem obviam eis occurrentes, & bellum exagitantes occiderunt ex Arabibus milie. Ast Habdallas abiens Hierosolymam jejuna-vit.

(24) Aliter mil. vel Senatorib. s.

(25) P. Pith. horno. Aliter barto.

(26) sicut supradix.

(27) Aliter amelancos. Aliter cammelancos.

(28) Aliter Buccellanorum. P. Pith. Buccellitorum.

vit, & præcepit Christianos, & Hebreos inscribi in manibus, & idcirco multi Christianorum in Romaniam confugerunt. Anno trigesimotertio Imperii sui movit Constantinus mense Martio, duodecima Indictione, stolum chelandiorum duum millium contra Bulgariam. Et ingressus ipse in rubea chelandia motus est ad intrandum Danubium amnem, Prætoribus equestrum thematum derelictis extra clausuras, si fortasse possent Bulgaribus in se intuitum intentionis fagentibus introire Bulgariam. Cum autem venisset ad Barnas formidabat, & redire meditabatur, sed Bulgares simili pavore metuentes, & ei invidentes, miserunt Hoylam, & Zigaton petentes pacem. Quos cum vidisset Imperator, gavisus est, & pacem fecit, præstato vicissim jurejurando, quatenus neque Bulgares exirent contra Romaniam, neque Imp. studeret contra Bulgariam intrare. Et factis super hoc ex utraque parte scriptis adinvicem, reversus est Imperator, & urbem adiit, derelictis thematibus in castris, quæ condidit. Octobri vero mense, undecima Indictione, nuncium suscepit à Bulgaria ab occultis amicis suis, quod mitteret dominus Bulgariæ duodecim milia ex populo, & Boyladen ad captivandam Berzitiam, & adducendum eos in Bulgariam. Venerant enim ad eum legati domini Bulgariæ, cum adhuc hi essent in urbe, qui simulavit se adversus Arabes exercitum movere, & transmeaverunt tam vexilla, quam supellectiles ministerii regis, & apparatus. Cum autem apocrifarios dimisisset, per exploratores eorum egressu comperto, assumpto exercitu festinus iter arripuit, & coacervatis Taxatis, & Thracesianis, & unitis ordinibus optimatibus fecit eos octoginta millia. Et pergens in locum, qui dicitur Lithsoria nullius tubæ clangore sonante, irruerunt super illos, & vertens eos fecit victoriam magnam, & cum multis exuviis, & captivis reversus est, triumphum sui trophæi ostentans penes urbem, & obstipatus Obsidiis incendens, bellumque hoc nobile nuncupans, eo quod nemo sibi restiterit, nec mactatio in hoc, aut effusio Christiani facta fuerit sanguinis. Anno trigesimoquarto Imperii Constantini, Constantinus solvens Bulgarum pacem construxit iterum stolum magnum, & intro-

A missis in eum equitum XII. millibus, direxit omnes Prætores classum, omnes in illo: ipse verò timens mansit cum equestri militia. Cum autem venissent usque Mesembriam, & hanc ingressi fuissent, valenter Aquilone vento spirante omnia penè contrita sunt, & multi pereierunt, & rediit, cum nil utilitatis attulisset. Porro Telericus dominus Bulgariæ comperto, quod per familiares suos consilia sua cognosceret, scribit ei dicens: Vellem effugere, & venire ad te, transmite ergo mihi verbum securitatis, & quos habeas hic amicos, ut hoc eis credam, & mecum occurrant. At ille levitate usus scripsit ei, qui cum hoc didicisset, per medium eos recidit, quod audiens Constantinus, aliquandiu canos suos evulsit. Anno trigesimoquinto Imperii sui Imperator mense Augusto tertiadecima Indictione exivit contra Bulgares, qui divinitus in cruribus est plagâ percussus, quæ Græcè ἀνθρακες appellatur, & hinc febre validissima detentus Archadiopolim rediit, à subjectis humeros in lecto delatus. & veniens Silimbriam, navem ingressus est: Cumque ad rotundum pervenisset castellum, miserabiliter in chelandio moritur clamans, & dicens: Vivens adhuc igni sum inextinguibili traditus, sanctamque virginem, & Dei Genitricem laudari expostulans, cum sine fôdere ejus fuerit inimicus. Regnavit autem post mortem patris sui annis triginta quinque, mensibus duobus, diebus vigintisix, & ita vitam dissolvit, sanguinibus multis infectus, & dæmonum invocationibus, ac sacrificiis, persecutionibus quoque sanctorum Ecclesiarum, rectæque, ac immaculatae fidei, nec non & monachorum redemptionibus, & violationibus monasteriorum, malisque variis supercrescens, non minus quam Diocletianus, vel aliquis tyrannorum. Præterea eodem anno, & eodem mense moritur Abdallas Arabum dux. Cum enim ambo hi velut acerrimæ bestiæ diuturnis temporibus, ac crudelitatibus humanum genus depasti sint, mortui sunt providentia Dei, & obtinent principatum Leo, & Mady filii eorum. Præterea eodem anno Adilgisus Longobardorum rex ad regiam urbem veniens Imperatori se profugus contulit.

Explicit Liber Vigesimussecundus.

INCIPIT LIBER VIGESIMUSTERTIUS.

A Nno ab Incarnat. Dñi DCCLXVIII. Leo Constantini filius imperat, & Mady dux habetur Arabum, qui novem his præsuit annis: Leo vero Imperator cœpit expendere pecunias, quæ sibi fuerant à patre dimissæ, plautique tam optimatibus, quam populo, & visus est ad breve tempus pius esse, sanctæque Dei Genitricis, ac monachorum amicus: unde & monachos Metropolitanos in summis sedibus collocavit, militiasque themate fecit multas, & ordines in urbe ampliavit. Quam ob rem thematum principes commoti, omnes ingressi sunt cum multitudine populi copiosa, petentes Constantinum filium Imperatorem ejus. At ille, ut moris est principibus, renunciavit eis, Filius est, inquit, meus unicus mihi, & idcirco vereor hoc facere, ne fortè contingat mihi quod humanum est, & cum adhuc sit parvulus, morti eum tradatis, & alium promoveatis. At illi cum juramentis se profitebantur illi satisfacturos, neminem regnaturum præter filium ejus, etiam si mori eum Deus voluisset. Hoc autem à Dominica die, qua Palmarum solennitas agitur, usque ad quintam feriam hebdomadæ majoris populo in hippodromo coacervato petente, sancta parasceve jussit jurare illos. Et juravit omnis populus in honrandis, & vivificis lignis, tam scilicet ex thematibus, & Senatu, quam etiam exterioribus ordinibus, & civibus omnibus, & ergasteriacis, Imperatorem non admittendi, excepto Leone, seu Constantino, ac semine ipsorum, & fecerunt scripta, quemadmodum juraverunt, propriæ manus, & in crastino sabbatho sancto exivit Imperator in tribunalibus xix. accubituuni, & provexit nobilissimum Eudoxium fratre suum; Nam Anthimum vivens pater ejus provexerat. Et processit Imperator cum reliquis Cæsaribus, & tribus nobilissimis, ac novo Constantino ad magnam Ecclesiam, & mutato indumento, sicut Imperatoribus moris est, ambonem ascendit cum filio suo simul, & Patriarcha, & ingressus omnis populus posuerunt scripta sua in mensa sancta. Tunc Imperator alloquutus est populum sic: En fratres, petitiones vestras adimpleo, & dono vobis filium meum Imperatorem, ecce ab Ecclesia, & de manu Christi suscipitis. At illi clamaverunt voce magna dicentes: Fidejussor noster esto fili Dei, quia de manu tua suscipimus dominum Constantium Imperatorem, ad custodiendum eum, & commoriendum pro eo. Et in crastinum, quando videlicet magnus, & dominicus dies Paschæ celebratus est octavâ Kalend. Maji, decimaquarta Indictione, auroræ crepusculo, exente Imperatore una cum Patriarcha in hippodromum, delato altario, omni populo contemplante Patriarcha fecit orationem, & coronavit Imp. filium suum, & ita processit ad magnam Ecclesiam uterque Imperator cum duobus Cæsaribus, & tribus nobilissimis. Processit autem & Imperatrix Eirene, cùm præcessissent Imperatores, sceptris obsequentibus per scholas antelatis, & ascendentibus per ænæ portæ ascensum in Catechumeni (1) Ecclesiam, non exiens in plateam Emboli. Mense vero Mayo eiusdem Indictionis accusatus est Nicephorus Cæsar, & frater Imperatoris, quòd

insidias construxisset adversus eum cum quibusdam Spatariis, atque stratoribus, aliisque regiis hominibus, & facto Imperator silentio apud Magnauram, exposuit populo, quæ de se fuerant dicta. Qui unanimiter exclamaverunt, ut uterque recederet è medio, non memorantes, semper perjuri, se patri eorum jurasse non admissuros post mortem ejus injuriam pari natos ejus. Ast Imperator rebelles cascos, & tonsos exilio damnavit, & apud Chersonam deportatos fore decrevit, & climata illa sub custodia, & munimine conservanda. Anno secundo Imperii Leonis confugit Telericus Bulgariae dominus ad Imperatorem, qui fecit eum Patricium, jungens illi uxoris suæ Eirene consobrinam. Cum autem baptizatum eum ex sancta piscina suscepisset, magnifice honoravit patriter, & amavit. Anno tertio Imperii Leonis sedidit Ithumas apud Dabechum, & seditionem commovit. Leo autem militias Romanorum direxit, & ingressa sunt Syriam 100. millia, quibus duces erant, Michael Lachanodraco Thracisiorum, Artavadus (2) Armenius Orientalium, Tazates Buccellariorum, & Basterotes Armeniacorum, & Gregorius Obsidianensis Praetores. & circumdederunt Germaniam, ubi erat Isbal (3) filius Mady, & apprehenderunt omnes camelos ejus, & futurum era ut caperent etiam Germaniam, nisi munib[us] persuasisset Lachanodraconi Isbali, & recessisset à castro, & exivit in prædam regionis, & captivatis hæreticis Jacobites Syris iterum ad castra reversus est. Et missio Ithumas exercitu à Debecho, & Amiradibus bellum cum Romanis fecerunt, & ceciderunt ex Amiradibus quinque, & Arabibus sex millia, & sexta feria redierunt. Egressi enim fuerant dominica die. Præterea μαιωμα facta, Imperator in Sophianis sedidit in folio cum filio suo, & ita divulgaverunt Praetores triumphos, quos sumpserant. Transtulit autem Syros hæreticos in Thracem, & locavit eos illic. Anno quarto Imperii Leonis furore accensus Arabum dux Mady, mittit Asach cum virtute multa Maurophorum scilicet Syriae, ac Mesopotamie, & descendit usque ad Dorileum: verum Imperator præcepit Frætoribus, ne debellarent eos publico bello, sed munirent civitates, & populum introducerent, ad earum custodiam destinatis & principibus magnis per singulas civitates, ipsique sumerent electorum militum terna millia, & insequerentur eos, ne dispergerent cursus. Et incenderunt ipsi primitus tam pabula equorum, quam escas ubicunque fuissent inventæ. Cum autem residerent Dorilei diebus quindecim, & defecissent sibi, quæ victui sunt necessaria, exilia effecta sunt eorum animalia, multaque in eis præda patrata est. Et reversi sunt, & obsederunt Amorium die uno: quod cum vidissent munitum esse, & multam habere armaturam, reversi sunt nihil proficientes. Anno quinto Imperii Leonis venit Mady Arabum dux Dabechum cum multo apparatu, atque potentatu, & missio filio suo in Romaniam, ipse rediit ad sanctam civitatem, & misit Thesian, qui dicebatur Zeletes, & dat ei potestatem apostatas faciendi Christianorum servos, & desolandi Ecclesiæ sanctas, & venit Emesam, & repromittit se non

(1) Aliter Catechumenia Ecclesiæ. P. Pith. Catechumenæ Ecclesiæ.

(2) Aliter Artanasdus.

(3) Aliter Isbalithius.

non compellere ad menzerandum, (4) nisi eos qui dudum ex infidelibus fuissent, donec patefacti sunt Hebrei, & Christiani. Et statim cepit impie cruciare, sicut nec Lysias olim, vel Agricola, multosque perdidit. Sanè fœminæ, gratia Christi Dei nostri, vicerunt ejus insaniam: & hæc cum Nubitenses essent Archidiaconi Emesæ, ac filii Esajæ, multum cruciatæ, cùm non cessissent impietati, millena quippe flagra recipientes, & aliis multis cruciatibus attentatæ, coronam victoriarum à Christo percepérunt. Pervenit aurem & usque Damascum, & multas Ecclesias desertas fecit, non intendens dato Christianis verbo ab Arabibus. Præterea octavâ Idus Feb. mortuo Niceta, de quo prædictum est, Constantinopoleos Episcopo, secundâ jejuniorum hebdomadâ, die Dominico, Paulus honorabilis, genere Cyprius, verbo, & actu coruscans, post plurimam propter hæresim qua tenebatur excusationem, vi multa compellente consecratur Patriarcha Constantinopoleos. Mediâ verò hebdomadâ jejuniorum tentus est Jacobus Protospararius, & Papias, ac Stratejus, & Theophanes cubicularii unâ cum aliis religiosis viris, eo quod imagines adorarent. Tunc denudans occultam mahtiam suam Leo persequitoris filius, & hos immisericorditer cæsos, & tonsos, & per medium urbis vinctos pompari fecit, & includi in Prætorio mandavit, inter quos dictus etiam moritur Theophanes Confessor effectus, & coronam martyrii consequutus: reliqui autem omnes post hujus obitum probati monachi inventi sunt. Ait Aaron ingressus Armeniacorum thema obsedit Semaluos castellum estate tota, & Septembri mense cepit illud in verbo. Misserat autem Ithuman in Asiam cum quinquaginta milibus, & occurrens Michael Lachanodraco cursu modico suo debellavit eum, & jugulavit fratrem Ithumæ. Eodemque mense, quarta Indictione, mortuus est Leo filius Constantini hoc modo. Cùm insaniret (5) circa lapides, nimis adamavit coronam magnæ Ecclesiae, & accipiens portavit eam, & exierunt carbunculi in capite ejus, & captus à valida febre mortuus est, cùm regnasset annis quinque, diebus sex.

CONSTANTINUS, & EIRENE.

Anno ab Incarnatione Domini DCCLXXIV. Eirene piissima, unâ cum filio suo Constantino gloriose Imperium divinitus accepit, sextâ Idus Septemb. Indictione quarta, quum mirabilis prædicaretur Deus etiam in hoc, per viduam fœminam, & puerum orphanum depositus immensam contra se, famulosque suos impiatem, & adversus cunctas Ecclesias motam impugnatoris Dei Constantini tyrannidem, & olim diaboli pescatorem, & illiteratorum infirmitatem. Post quadraginta verò dies Imperii ejus, cùm filius ejus esset decem annorum, consilium facientes quidam Senatorum voluerunt educere Nicephorum Cæsarem, & Imperatorem statuere. Cùm autem hoc ad notitiam suam pervenisset, tenti sunt Gregorius Logotheta Dromi, & Bardas dudum Prætor Armeniacorum, Constantinusque vicarii Spatarius, & domesticus excubitorum, & Theophylactus Rangabi Drongarius duodecimæ insulæ, & multi alii, quos cæsos, & tonsos in diversis locis exilio relegavit. Porro viri sui fratres, Cæsares, ac nobilissimos, tonsos Sacerdotio fungi, & populo communionem in festivitate Nativi-

A tatis Christi porrigerere fecit, in qua procedens Imperatorio more publicè cum puero, reddidit Ecclesiæ stemma, quod fuerat à marito ablatum, pulcherrimè fabrefactum, & lapidibus pretiosis venustatum. Promovit autem Helpidum Prætorem in Sicilia, qui & illic ante Prætor extiterat. Porro decimaseptimâ Kalend. Maji accusatus est idem Helpidius, quod cum Cæsaribus sentiret, & misso Theophilo Spatario præcepit, ut compendio raperet, & duceret eum, qui cùm perrexisset, non dederunt eum Siculi: At illa hujus uxorem, & filios cæsos, & tonsos Prætori misit custodiendos. Junio autem mense omnia interiora thematis destinavit ad clausuras custodiendas, & observandi exitum Arabum, præponens ei caput Joannem facellarium, qui erat eunuchus, & domesticus ejus: at vero misit Mady Cebir cum virtute multa, & occurruit in locum, qui dicitur Milium, & inito bello superarunt Arabes, & occiduntur ex eis multi, & ita cum confusione sunt reversi. Cœperunt interea piissimi Principes fiducialiter agere, & verbum Domini dilatare, & qui volebant salvare, sine prohibitione mundo abrenunciare, & glorificationem Dei exaltare, ac monasteria recreare, atque omne bonum manifestare. Hoc etiam anno in longis Thracæ nivis quidam homo fodens invenit arcam (6) lapideam, quam cùm expurgasset, & relevasset, reperit virum jacentem, & conglutinatas arcæ literas continentes hæc: Chriitus nascetur ex Virgine Maria, & credo in eum: sub Constantino, & Eirene Imperatoribus: o sol iterum me videbis.

Anno secundo Constantini, & Eirene, direxit Eirena Constantem facellarium, & Mamalum primicerium ad Carolum Francorum regem, quo filiam suam nuptum traderet Imperatori Constantino filio suo. Et facto placito, ac jurejurando inter utrosque reliquerunt Heliæum eunuchum, atque notarium ad docendum illam Græcorum literas simul, & linguam, sed & ut eruditum eam secundum mores Rom. Imperii. Constructis autem navibus numerosis, & electis ex thematibus populis, ac principibus, qui sufficerent, promovit Theodorum Patricium eunuchum virum industrium, & directit adversus Helpidum in Siciliam, cùmque multa fierent bella, vicerunt hi, qui circa Theodorum erant. Quo viso Helpidius timuit, & sumptis quotquot habebat pecunias, cum Nicephoro transmeavit in Africam, & accepto verbo securitatis ad Arabes confluxit, quem illi suscepimus, ut Romanorum tenebant Imperatorem, coronantes eum incassum, & ocreis, & schemate induentes. Cùm autem Romanorum populus in his vacaret, egreditur Mady filius Aaron cum potentatu, & apparatu nimio, tam Maurophorum, quam totius Mesopotamiæ, & Syriæ, & Deserti, & vénit Chrysopolim, derelicto Binuso, ad obsidendum Nacoliam, & custodiendum dorsa sua. Misit autem & Burnice in Asiam cum triginta milibus, quæ cùm debellasset Lachanodraconem cum themate Thraciorum in loco Darino dito, & ipsi cùm triginta millia essent, quinque millia interfecit. Ait Imperatrix, misso Antonio domestico suo cum ordinibus, obtinuit Barim, & concluserunt eos. Confligit autem ad eos Tazates Buccellatiorum Prætor propter odium, quod contra Stauratium Patricium habebat, & Logothetam Tudromii, eunuchum omni-

E

(4) Aliter magariz.

(5) λιθοπαντος.

(6) λογραξ.

omnibus, qui tunc esse videbantur, præminenter, & omnia disponentem, & dato eis consilio postulaverunt pacem. Cum autem ad hoc exissent Stauratius, & Petrus magister, & Antonius domesticus, non studuerunt subtiliter agere, ut verbum cautè susciperent, & filios primorum, sed exeentes inconsultè, tenti sunt ab illis, & compedibus vinciti sunt, & coacti sunt utræque partes ad faciendam pacem, & donaverunt invicem, Augusta videlicet, & Aaron xenia multa pacto firmato, ut per singulos annos eis censum tribueret. Et facta pace discesserunt, etiam dimittentes civitatem Nacoliæ. Tulit autem & Tazates uxorem suam, & omnem substantiam. Anno tertio Imperii sui pace facta cum Arabibus, & aditu reperto Eirena mittit Stauratum Patricium, Logothetam Dromi cum virtute multa contra Sclavonorum gentes, qui cum descendisset in Thessaliam, & Græciam, subjecit omnes, & tributarios fecit Imperio. Introivit autem & in Peloponnesum, & multam captivitatem, & exuvias Romano Imperio attulit. Anno quarto Imperii Constantini, & Eirenæ, rediit Stauratius, de quo supra dictum est, à Sclavis, & triumpho manifestavit trophæa in hippodromo. Mense autem Mayo ejusdem septimæ Indictionis, exivit Imperatrix Eirena unà cum filio suo, & virtute copiosa in Thracem, circumferens organa, & cætera genera musicorum, & venit usque Beroëam, & hanc ædificari jubens, nominavit Erenopolim. Venit autem & usque Philippopolim cum omni securitate, & rediit, cum construxisset etiam Anchialum. Eodem quoque anno Arabum dux Mady, qui & Muhammat mortuus est, & principatus est Moyses filius ejus. Porro primo die Kal. Septemb. ejusdem septimæ Indictionis Paulus Almificus Patriarcha sanctissimus infirmatus thronum reliquit, & descendens ad monasterium Flori, monasticum suscepit habitum Imperio ignorante. Cum autem Imperatrix hoc didicisset, venit cum filio tristis, & clamans: Cur, inquit, hoc fecisti? At ille cum lamentis ait ad eam: Utinam ne unquam in Sacerdotii throno sedissem, Ecclesiâ Dei tyrannidem patiente, præsertim cum scissa sit à reliquis universalibus sedibus, & anathematizata. Quædemum ascitos Patricios, & Senatus primores misit ad eum audire, quæ ab ipso dicebantur, qui dixit ad illos: Nisi synodus universalis fiat, & error, qui est in medio vestri, corrigatur, salutem non habetis. At illi dixerunt ei: Quare subscrifisti cum consecrareris (7) icona? At ille ait, idcirco lamentis afficior, & cucurri ad pœnitentiam deprecaturus Deum, ne me sicut Sacerdotem judicet, & cruciet, qui tacuerim usque nunc, & præ timore furoris vestri non prædicaverim veritatem. Et in his obdormivit in pace, derelicto lamento multo tam piis, quam impiis, & religiosis viris Reip. Colendum enim vir erat, & supra mensuram misericors, ac omni reverentia dignus, multaque fidem habebat tam Resp., quam Imperium erga illum. Ex tunc ergo cœpit dici, & disputari super sanctis imaginibus. Anno quinto Imperii Eirenæ, cum filio, Arabum dux provehitur Moyses, qui eis uno præfuit anno. Hoc quoque anno collecto Eirene omni populo apud Magnauran, dixit ad eos: Scitis fratres quid secerit Paulus Patriarcha. Et si quidem vixisset, non hunc utique pateremur dimittere Sacerdotii thronum, licet monasticum

A induerit habitum: quia verò sicut Dœ placuit, de hac vita migravit, qui pôssit pascere nos, provideamus hominem, & Ecclesiam Dei didascalicis servare sermonibus, qui universaliter dixerunt, non fore alium nisi Thrasium à secretis. At illa: Et nos inquit, ipsum elegimus, sed resultat, & dicit, pro qua causa non suscipit electionem Imperii, & totius plebis. At ille respondit populo dicens: Immaculatæ fidei nostræ Christianorum custodes, & eorum, qui in gloria Dei sunt, æmulatores fideles Imperatores nostri, & in commodum nostrum curam facientes, & maximè nunc ecclesiastica negotia diligenter considerantes, quo Summus Sacerdos in hac urbe regia constitueret, in suæ pie-tatis animum me assumpsere, & ut manifeste mihi diceretur, quod consiliati sunt, præperunt. Cumque ad hoc me indignum esse pronunciarem, & nullum consensum efficerem, utpote qui jugum hujus sarcinæ portare, vel sufficere non possem, jusserunt me adduci ante faciem vestram, pro eo quod hujus consilij unanimis, & comprobatores effecti sis. Et nunc ô viri, qui Deum timeris, & semper hunc in cordibus habetis, qui que Christi invocatione nominamini veri Dei nostri Christiani, audite brevissimum ab exiguitate mea, & humilitate sermonem. Ego enim quicquid piis Imperatoribus nostris, & per omnia Orthodoxis responderim, etiam in conspectu vestro orationis meæ apologiâ respondebo. Timore, deprimor ad consentiendum huic electioni, & vereor à facie Dei currere taliter, & quomo-dolibet incircumspectus, ut non terribili damnationi succumbam. Si enim divinus Apostolus Paulus, qui Dei voces audivit, cœlumque habuit erudiens se, & paradisi inspecto effectus est, audivitque arcana verba, & portavit nomen Domini coram gentibus, & regibus, dixit: Ne fortè cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar: quomodo ergo ego, qui in mundo conversatus, & cum laicis connumera-tus, in Imperatoris administrationibus militavi, sic absque iudicatione, atque circumspectio-ne possim insilire ad Sacerdotii magnitudinem? Horrendum conamen ad exiguitatem meam, & temerarium studium. Causa verò timoris mei hæc est, Aspicio enim, & video Ecclesiam, quæ super petram Christum Deum ædificata est, & fundata, scissam nunc, & divisam, & nos alia, atque aliter loquentes, & aliter eos Christianos, qui in Oriente unius nobiscum fidei sunt, sed & his concordantes Occidentales, nos ab omnibus illis alienatos, & à se per singulos dies anathematizatos. Dira poena est anathema, procul à regno cœlorum expelli, & à Deo emitti, ducens in tenebras exteriores. Nescit lex Ecclesiæ, vel terminus sectam, sive contentionem, sed sicut novit confiteri unum Deum, vnum baptisma, vnam fidem, ita & concordiam unam in omni Ecclesiastico negotio. Nihil enim est in conspectu Dei tam acceptum, atque placabile, quam ut unus simus, & una efficiatur Ecclesia catholica, quemadmodum in synceræ fidei nostræ symbolo confitemur. Et petimus nos fratres, ut reor & vos, quoniam scio timorem Dei vos habere, à piissimis Imperatoribus vestris, & Orthodoxis Synodum universalem colligi, ut efficiamur nos, qui unius Dei sumus, unum, & qui Trinitatis cultores existimus, unici & unanimis collegi, & quod capitum nostri Christi sumus, efficiamur corpus unum compactum, atque connexum, & qui

(7) Aliter consecrareris, iconi, non te consecra-

turum iconia?

qui Sancti Spiritus sumus, efficiamur non contra invicem, sed pro invicem, & qui veritatis existimus, efficiamur sapientes, verum atque dicentes, & non sit in nobis certamen, neque dissensio, ut pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, munit nos omnes. Et siquidem jusserint Orthodoxi, & propugnatores, Imperatores scilicet, vestrae postulationi, & meæ annuere, consentio & ego: sed autem, impossibile est mihi & hoc facere, ne subjiciar anathemati, & inveniar condemnatus in die Domini nostri, & justi judicis, ubi neque Imperator, neque Sacerdos, neque Principes, nec hominum multitudine poterit eripere me. Et quicquid placuerit vobis fratres, date apologiaæ meæ, immo verò assertioni vestrae, & reddite petitioni meæ responsum. Et libenter audierunt omnes quæ dicta sunt, assensum præbentes ut fieret Synodus. At verò Tharasius rursus disputans ad populum ait: Leo Imperator subvertit imagines, & quando facta est Synodus subversas invenit, & propter quod Imperatoria manu subversæ sunt, iterum quæstionem habet idem capitulum, quomodo antiquam consuetudinem in Ecclesia traditam præsumperunt, sicut eis libitum fuit, exterminare, sed veritas Dei, ut Apostolicè dicamus, non est alligata. Itaque octavâ Kalend. Januarii, ipsius octavae Indictionis consecratus est almus pater noster Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus, qui missis synodicis Romam viris, & libello fidei suæ, receptus est ab Adriano Papa. Mittens autem & Imperatrix petiit ut mitteret literas suas, & homines claros qui invenirentur in Synodo. Qui direxit Petrum vicedonum Ecclesiæ. & Petrum Hegumenum sancti Sabæ, viros honorabiles, ac omni virtute adornatos. Misit autem & Antiochiam, & Alexandriam tam Imperatrix, quam Patriarcha. Adhuc namque pax quæ facta fuerat cum Arabibus, non est soluta, & duxerunt ab Antiochia quidem Joannem magnum, atque famosum verbo, & operæ, sanctitatis participem, qui syncellus Antiocheni Patriarchæ fuit, & Thomani Alexandrinum virum zelatorem, & religiosissimum, qui & Thessalonicae civitatis magnæ, quæ est in Illyrico, factus Archiepiscopus claruit. Interea mortuo Moysi, fit Aratum dux Aaron, qui viginti tres eis præfuit annis, & multa Christianis ostendit mala.

Anno sexto Imperii sui mittentes Imperatores convocarunt omnes, qui sub eorum erant potestate antistites: pervenientibus quoque à Roma transmissis ab Adriano literis, & hominibus, ut prædiximus, & ab Antiochia, & Alexandria: & septimâ Idus Augosti, nona Indictione, præsidentes in templo Sanctorum Apostolorum apud regiam urbem, cœperunt fanatas scripturas relegere, & objicere invicem, Imperatoribus, ac catechumenis aspicientibus. Ast populus scholariorum, & excubitorum, atque ordinum cæterorum adunati à suis principibus, cùm haberent etiam ipsi magistrum Constantium Deo odibilem dudum Imperatorem, irruerunt in eos nudatis gladiis, minitantes mortificare tam Summum Sacerdotem, quam Orthodoxos Episcopos, & Abbates. Imperio verò per astantes fibi familiares homines hos sedare nitente, non acquieverunt, quin potius exprobraverunt. Cùm autem surrexisset Patriarcha, & tribunal cum Episcopis, & Monachis esset ingressus, hi qui maligni sensus eorum erant Episcopi, exierunt ad eos clamantes, & dicentes: Vicius, & gratiâ Dei nemini nocuerunt

A furiosi illi, & inhumani, & taliter dissoluta Synodo unusquisque rediit ad propria. Anno septimo Imperii sui, misso Eirene Stauratio Patricio, & Logotheta in Thracem mense Septembris in initio decimæ Indictionis ad ulteriora themata, persuasit eos sibi cooperatores fieri, & depellere ab urbe impium populum, quem nequissimus Constantinus instruxerat, & cùm se fingeret, quod totum exercitum motu ra esset in Orientales partes, eo quod Arabes fuissent egressi, exiit omnis regius apparatus, atque supplex usque ad Malagma, & introeuntes hi qui exteriorum thematum erant, tenuerunt urbem. Mittens autem ad illos significavit eis dicens: Mittite mihi arma vestra, opus enim non habeo vobis. At illi stulti divinitus facti dederunt arma. Tunc missis familiis eorum in naves, exules eorum misit ab urbe in propriam regionem unumquemque jubens abi re, in qua & genitus esset. Et cùm fecisset proprium exercitum, & Principes sibi obtemperantes, ipsa iterum mense Mayo mittens per omnem locum convocavit omnes Episcopos, quo convenirent in Nicensem civitatem ad efficiendum illic Concilium. Et per totum astivum tempus congregati sunt omnes apud Nicream. Siquidem eos qui ex Romanæ sedis, & Orientalium persona venere, non dimiserat, sed retentos secum habebat.

C Anno octavo Imperii Eirenae, & Constantini, exiit Therasius Archiepiscopus Constantiopolenos in Nicensem civitatem, & celebrata est sancta, & universalis septima Synodus Episcoporum, & recepit Catholica Ecclesia pri scia ornamenta sua nihil novum prædicans, sed Sanctorum Patrum dogmata immota custodiens, & novam hæresim abdicans, tresque falsos nominatos Patriarchas anathematizans, Anastasiū scilicet, Constantinū, & Nicetam, atque omnes consentaneos eorum. Facta est autem prima conventio, ac sessio Episcoporum, in Ecclesia Catholica sanctæ Sophiæ Nicenæ civitatis. Et quinto Idus Octobris undecimæ Indictionis, mense Novembris ingressi sunt omnes regiam urbem, & præsidentibus Imperatoribus unâ cum Episcopis in Magnaura lectus est tomus, & subscrispsit tam Imperator, quam mater ejus, firmantes pietatem secundum antiqua dogmata operâ Sacerdotum, & cum honore dimiserunt eos, & pace potita est Ecclesia Dei Catholica, quanquam inimicus zizania sua in operibus suis seminare non cesset, sed Ecclesia Dei semper impugnata triumphat. Anno nono Imperii sui Eirene Imperatrix pace soluta cum Francis causa nuptialis contractus direxit Theophanem protospatarium, & adduxit pueram ex Armeniacis nomine Mariam ab Anna, & junxit eam Constantino filio suo, cùm ipse multum tritaretur, & nollet propter affe ctum, quo erga filiam Caroli regis Francorum flagrabat, quam antea desponsaverat, & consummaverunt nuptias ejus mense Novembris Indictionis duodecimæ. Interea Eirene misit Joannem facellarium, & Logothetam in Longobardiam, unâ cum Adelgilo (8) dudum majoris Longobardiæ rege, quem illi Theodatum dicebant ad ultionem inferendam si possent in Carolum, & quosdam subducendos ab illo. Descenderunt ergo cum Theodoro Patricio eu nucio Prætore Siciliae, & inito bello tentus à Francis amarè peremptus est. Anno decimo Imperii Eirenes, movit diabolus livore pietatis Imperatorum homines, qui instigaverunt ma trem

(8) Aliter Theodoro.

trem adversus filium, & filium adversus matrem. Inflexerunt enim eam, quasi ex praesignantibus futura cognitionibus certi facti, afferentes ei: Non est prædestinatum apud Deum tenendi filium tuum Imperium, sed tuum est, à Deo tibi datum. At illa ut mulier seducta, praesertim cùm amorem quoque principatus haberet, credidit ita esse, & non recognovit, quòd ipsi volentes dispensare res, id sub occasionem pretenderent. Ergo cùm Imperator jam viginti esset annorum, factus robustus, atque idoneus, videbat se nihil potestativè gerentem, & triflabatur: intuens è contrariò Stauratium Patricium, & Logothetam omnia possidere, omnesque ad illum procedere, & neminem ad se frequentare audere: tum consilio inito cum familiaribus perpaucis hominibus suis, & Petro magistro suo, & Theodoro Patricio, & Damiano Patricio, æquè firmavit quo comprehenderet eum, & exulem in Siciliam destinaret, ipseque teneret Imperium cum matre sua. Porro sextā Idus Februarii horribilis factus est terræmotus, itaut non auderet quisquam domi dormire, sed omnes in hortis, & sub dio tabernaculis factis, & tentoriis degebant. Ast Imperatrix unà cum filio suo egredia est ad sanctum Maman. Cùm autem Stauratio nunciata fuisset, & presignata res, commovit Augustam contra filium, quæ comprehensos omnes Imperatoris homines cecidit, atque rotundit, unà cum Joanne protospatario, & bajulo ipsius, & exilio relegavit in inferioribus partibus usque in Siciliam: Petrum verò magistrum dehonestationibus submittens in domo sua sedere præcepit, similiterque Theodorum Patricium: Porro Damianum Patricium cęsum, ac tonsum in castrum Apolloniadē exulem fore destinavit, percutiensque filium, convitiis multis lacessens egit ne procederet per dies non paucos. Cœpit autem juramentis submittere militiam ita dicentem: Quia quousque tu vivis, non permittimus filium tuum imperare, & jurabant omnes sic, nemine contradicere audente. Interea classis Arabum in Cyprum exivit. Quod cognoscens Imperatrix coacervavit etiam ipsa omnia Romana navigia, & misit adversus eos. Cùm autem usque Myra uterque Prætor venisset, divertit à promontorio Chelidoniorum, & ingressus est in Attaliz sinum. At verò moti Arabes de Cypro, cùm serenitas eos cepisset, circumferebantur in pelago, cùmque terra proximi cernerentur, viderunt eos Prætores, & acie directa præparati sunt ad bellandum. Theophilus autem Ciboretorum Prætor, cùm vir esset robustus, fisis ante omnes egrefsus, tentus est ab illis, qui tum ductus ad Aaron, videndus ab eo, adhortatus est ut proditor fidei fieret, & temporalia dona susciperet, qui cùm hoc nullatenus admisisset, per ampliusque coactus nequaquam cessisset, gladii animadversionem sustinens martyr optimus est ostensus.

Anno ab Incarnatione Domini DCCLXXXIII. Irene primo Imperii sui anno, mense Septembri, Indictione decimaquarta misit, & venerunt qui jurabant ad Armeniacorum thema, qui jurare minimè consenserunt: quia non impérabimur à filio tuo in vita tua, sed nec præponemus, inquiunt, Eirenes ante Constantini nomen, sed Constantini, & Eirenes, ut ab initio suscepimus. Misit autem iterum ad inflectendum eos Alexium spatarium, & Drongarium vigilæ. At illi tenentes eum, ut

A sibi præcesset, provexerunt. Nicephorum verò Patricium custodiz manciparunt, Constantiūnumque suum Principem, & Imperatorem laudaverunt, & acclamaverunt. Hoc comperto reliquorum populi thematum, Prætoribus suis expulsis, Constantiūnum tantum Imperatorem & ipsi prædicabant. O maligni diaboli versutias, quomodo per multa argumenta studet genus hominum perdere! Qui enim ante quindecim annos terribili jurejurando juraverunt, & facta propriæ manus scripta in sancto altari recon siderunt, iterum jurabant se à filio ejus non imperandos in vita ipsius, & rursus oblivioni hoc tradentes Constantiūnum Imperatorem bona famæ laudibus efferebant, non perpendentes miseri, quòd non oporteat reciprocum fieri juramentum. Necessitas enim incumbit, ut omnem reciprocam jurationem perjurium subsequatur: perjurium autem abnegatio Dei est. Collecti autem mense Octobri, decimaquarta Indictione, hi qui ex thematibus erant apud Acroam, (9) exquisierunt omnes communī consilio Constantiūnum Imperatorem vigesimum (10) agentem annum: timens autem Irene, impetum populi absolvit eum. At illi quidem Imperatorem firmaverunt: hujus autem matrem respuerunt. Præterea direxit Imperator Michaelē Lachanodraconem, & Joannem bajulum suum, ac protospatarium, & juramentis submiserunt Armeniacos ne susciperent Eirenen matrem suam in Imperatricem: Alexium verò confirmavit in Prætorem suum. Et cùm redisset in urbem mense Decemb. cæsum, & tonsum Stauratium exulem fecit apud Armeniacorum thema ad satisfactionem eorum. In exilium nihilominus & Ætium misit protospatarium spadonem, & intimum ejus, & omnes domesticos ipsius spadonis: hanc autem cum suavitate sua, & affluentia locavit in palatio Eleutherii, quod ipsa construxerat, in quo & pecunias multas absconderat. Factum est autem eodem mense incendium, & concreatum est triclinium Patriarchæ, quod dicitur Thomaites, & quæstorium, & aliæ domus usque ad Milium. Cæterum Aprili mense Constantinus cùm movisset castra contra Bulgares, venit ad castellum, quod dicitur Probat, ad rivum scilicet Sancti Gregorii, & cùm occurisset Cardamo domino Bulgariæ, pusillo circa vesperam facto bello, formidantes qui ex parte Romanorum erant, per noctem fugerunt, & inglorii redierunt, quin & Bulgares metuentes reversi sunt. Anno secundo Imperii Constantini, mense Septemb. castra movit adversus Arabes, & profectus ab Amorio abiit Tarsum Ciliciæ. Porro decimaoctavā Kalend. Feb. rogatus Imperator à propria matre, & à multis optimatibus, pronunciat eam iterum Imperatricem, & laude simul cum illo attollitur, ut à primordio Constantini, & Eirenes, & omnes quidem obediunt. Ast Armeniacorum thema pertinaciter instans adhuc renitur, & quærerit Alexium, qui paulò ante Prætor in eis fuerat, & ab Imperatore evocatus, dignitate Patricii sublimatus, penes ipsum degere videbatur. Hunc ergo propter hujusmodi requisitionem, & quosdam sermones super ipso dictos, quòd videlicet regnaturus esset, cædens, ac tondens in Prætorio posuit. Julio verò mensē exercitum movit adversus Bulgares, & construxit castrum Marcellorum, & duodecimā Kalend. Augusti exivit Cardamus dominus Bulgariæ cum omni virtute sua, & stetit

(9) Aliter Tynæam.

(10) Aliter vigesimum quintum. Aliter trigesimum.

stetit in munitionibus. Fiducia verò fretus, & à pseudopropheticis Imperator credere persuasus, quod ejus esset victoria, incircumspecte, ac inordinatè bellum infert, & valido vincitur marte, fugatusque rediit in urbem, multis amissis non solum communis populi, sed primatum, inter quos Michael magister Lachanodracon, & Bardas Patricius extiterunt, & Stephanus Protospararius, Nicetas quoque, ac Theognostes facti Prætores, & homines regii non pauci, sed & Pancratius pseudopropheta, & Astronomus, qui & vieturum illuminatus est. Abstulerunt etiam Bulgares sarcinam, pecuniam, equos, & aulæa, unâ cum universo regio apparatu. Cùm autem collecti essent ordines in urbem, consiliati sunt educere Nicephorum, & Cæsarem, & Imperatorem constituerere. Quo comperto Constantinus misit, & eduxit utrosque filios Constantini avi sui ad S. Maman, & Nicephorum quidem oculis, Christophorum, atque Nicetam, Anthimum, atque Eudoxium linguis privavit: cum quibus & predictum Alexium Patricium lumenib[us] privavit, obediens maternis, & prælati Stauratii suadelis, ei asseverantium, quod nisi hunc cæcum redderet, in Imperatorem forent electuri. Factum est autem horum pena malorum mense Augusto, die sabbati, Indictione decimaquinta, hora nona. Veruntamen non in longum Dei justitia hanc injustam ultionem dimisit inultam. Post quinquennium namque eodem mense, & eodem die sabbati orbatus est oculis à propria matre idem Constantinus. Anno tertio Imperii Constantini, audientes Armeniaci de Alexio Patricio, quod cæcus factus fuerit, custodiæ mancipant Prætorem suum, Theodorum videlicet Patricium Camulianum. Quo comperto Imperator misit primùm quidem ad eos nonnullos: post sanctum verò Pafsha ipse movit exercitum contra eosdem Armeniacos, unâ cum reliquis thematibus octavâ Kalendas Junii, Indictionis primæ, die sancto Pentecostes, cùm proditos eos Armenianorum fraude, qui cum ipsis erant, vicissent, comprehendit illos debellatos, & interfecit Andronicum Spatarium, & Turmarchan, (ii) atque Gregorium Episcopum Synopensem, reliquos verò rerum jacturis, & sumptibus, & proscriptionibus affecit. Porro mille vincitos exercitus ipsorum introduxit per Blacernarum portam in urbem, quorum faciebus atramento, & punishmentibus superscripsit Armenianus insidiator, & dispersit eos tam in Siciliam, quam cæteras insulas. Armenii sanè proditores eorum nihil ab Imperatore honoris, seu libertatis assequuti, castrum Amachan Arabibus tradiderunt. Anno quarto Imperii Constantini, ceperunt Arabes Sebasian castrum sub verbo, propter quod & Principes ejus ad propria redierunt. Anno quinto Imperii sui Constantinus odio habens Mariam uxorem suam, summissione matris suæ Imperium appetentis, & quod ab omnibus reprehensibilis judicaretur, affectantis, cogit ut fieret monacha, quam cùm inflexisset, totundit mense Januario, & Aprili mense movit exercitum adversus Arabes, & mense Mayo bellum iniens cum uno cursu ipsorum in loco, qui dicitur Amusan, vicit, vertit, & hos insequutus est usque ad amnem, & cùm venisset Ephesum, & apud Dei locum orationes fecisset commercium nundinarum, quod centum esset auri librarum, indulxit ad famulatum sancti Joannis Apostoli. Augusto verò mense co-

Tom. I.

(ii) Aliter Theophilum Turmarcham eorum,

A ronavit Imperator Theodaten Cubiculariam in Augustam, & desponsavit eam Imperator. Anno sexto Imperii sui, Indictione prima celebravit Imperator Constantinus cum Theodate nuptiarum principia in palatio sancti Mamæ per dies quadraginta. Mense verò Aprili ejusdem Indictionis, nocturno tempore factus est terræmotus in Sicilia, & Creta valde terribilis. Mense autem Mayo factus est terræmotus Constantinopoli nimis horribilis. Cardamus præterea dominus Bulgariæ denunciavit Imperatori dicens: Aut tribue mihi pacta, aut veniam usque ad Auream portam, & demoliar Thracem. Ast Imperator posuit equina stercore in mapsa, & transmisit ei: Qualia inquiens, pacta te decere prævidi, transmisi tibi. Verum quia senex es, nolo ut fatigeris usque ad hæc loca, sed ego veniam usque ad Marcellam, & tu exi, & quicquid Deus judicaverit facito. Et cùm misisset Imperator ad ulteriora themata, concivit populu[m] suum, & venit usque Versiciniam, & Cardamus usque ad lucum Abroleva, & cùm formidaret, mansit in nemore. Ast Imperator, confortato populo suo, abiit usque ad lucum Abrolevam, invitans eum per dies septemdecim, at ille non est ausus, sed repedavit fugax ad sua. Eodem quoque anno Arabes venerunt Amorium, & cùm nihil proficiissent, reversi sunt prædâ in regionibus circumquaque factâ. Eodem quoque anno Platon Sacundionis Abbas se abscedit à communione Tharasii Patriarchæ, pro eo quod Imperatorem receperit in communionem, & permisit eum tondere uxorem suam Mariam, & Joseph monacho, & Abbatu[m] monasterii, quod appellatur Concarata, coronare eum Theodaten præceperit. Quod eum didicisset Imperator, misso Bardanio Patricio, & scholarum Domestico, cum Joanne Comite Obscii Platonem introduxit in urbem, & retrusit intra claustra in templo Principis militæ, quod est in palatio: reliquos verò monachos cum nepotibus ejus percusso exilio relegavit apud Thessalonicanam, quibus auxiliabatur mater Imperatoris, tanquam qui filio resistebant, & eum confundebant. Anno septimo Imperii sui, mense verò Septembri, egressus est Imperator cum matre sua ut calefieret apud Prusam. Octobre verò mense natus est Imperatori filius, quem cognominavit Leonem, quæ cùm cognovisset Imperator, derelicta matre apud thermas, unâ cum ordine regio universo, atque Principibus, cursum in urbem regressus est. Quapropter hujus mater spatio reperto alloquuta est, & subtraxit munieribus, ac promissionibus agminum Principes, ut deponeretur filius ejus, & ipsa singulariter imperaret, & alios horum per seipsum, alios verò per homines suos blandiens attraxit ad se omnes, & præstolabatur congruum invenire diem. Interea obeunte Romæ Adriano Papa, consecratur Leo vir honorabilissimus, & per omnia reverendus. Mense vero Martio exivit Imperator adversus Arabes, habens secum Stauratum Patricium, & cæteros amicos matris suæ. necnon & electam catervam expeditorum militum ex utrisque thematibus viginti millia. Videntibus autem, qui circa Stauratum erant alacritatem populi, & Imperatoris, timuerunt ne forte inito bello ille vinceret, & ipsi adiuentis adversus eum frustrarentur insidiis: ergo muneras vigilibus persuaserunt eis mentiri, perhibendo Saracenos fugisse. Imperator itaque multum tristus,

Y

atque Gregorium.

tus, inefficax urbem ingressus est, & Kalend. Maji mortuus est filius ejus Leo, & luxit cum vehementer. Porro decimasextâ Kalend. Augusti ab equestri agone ad sanctum Maman. transeunte, transmearunt ad eum comprehen dendum hi qui erant ex ordinibus, quos mater Imperatoris alloquuta est: quo ille cognito in chelandium suum ingressus est, & transmeavit ad Pylas, volens ad Orientalium thema confugere. Erant autem cum eo & amici matris ejus, quos ille sic esse ignorabat. Præterea ipse, & mulier ejus exivit usque ad Tritonem. Porro consilio inito amici matris ejus dixerunt ad semetipso: Si coacervatus ei fuerit populus, non jam dominio constringetur, nec jamlarè poterimus eum, & perdet nos. Materque ipsius congregatis in palatio Eleuterii, qui ex ordinibus fuerant collocati, introivit in palatium, & cùm didicisset populi ad Imperatorem concursum, timuit nimis, & tractabat qualiter mitteret Episcopos ad eum, & acciperet verbum, & sederet in angulo. Verum scripsit occulte ad amicos, qui cum ipso erant, quia nisi modum quemlibet feceritis, & tradideritis eum, verba que habetis mecum, habeo indicare Imperatori. At illi metuentes tenuerunt eum ad preces, & in chelandium deduxerunt eo, sabbato manè venerunt ad urbem, & incluserunt eum in domo Purpurea, in qua & natus est, & circa horam nonam crudeliter, & insanabiliter oculos ejus evellunt, itaut hunc mors subsequens confessim extingueret, consilio matris suæ, & consiliariorum ejus. Obte-nebratus est autem sol per dies septemdecim, & non dedit radios suos, itaut errarent naves maris, omnesque dicerent, quòd propter obcæcationem Imper. sol obœcatus radios suos retraxerit, & taliter de cætero imperat Eirene mater ejus. Eodem etiam anno Romæ cognati beatæ memorie Adriani Papæ commoventes populum tumultuati sunt contra Leonem Papam, & tenentes cæcaverunt eum, non tamen penitus lumen ejus extinguere potuerunt. At ille confugit ad Carol. regem Franc., qui ultus est inimicos ejus amarè, & restituit eum in sede sua. Cæterum vicem Carolo recompensans, in Imperatorem coronavit eum in templo sancti Petri Apostoli, perungens oleo à capite usque ad pedes, & circumdans Imperatoria veste, atque corona VIII. Kalendas Januarii, Indictione nona. Igitur Romanis imperat Eirene annis V.

EIRENE.

Anno ab Incarnatione Domini DCCXCI. Eirene cùm secundò imperare cœpisset, confessim direxit Dorotheum Egomenum Chrysopolitanum, & Constantimum Carthophylacem. Ecclesiae magnæ ad Habdimelich partes Cappadociæ depopulantem, atque Galaciæ, intercedens pro pace, quod tamen factum non est. Octobre mense quidam rebelles in custodia positis in palatio Tuterapiu (12) filiis impugnantis Deum, Constantini scilicet, ad magnam persuadent Ecclesiam confugere, quasi petentes securitatem subsequentis indemnitatis suæ, quatenus per hujusmodi occasionem appellarent ex eis quenquam Imperatorem. Et multo populo ad Ecclesiam concurrente, ingressus est Aetius eunuchus Patricius, & eduxit eos verbo, nemine ad eos attendente, & exilio damnaverunt eos apud Athenas. Duo autem Patricii Staurati, & Aetius, qui dilecti esse noscebantur

(12) Aliter Tonterapiu.

(13) Aliter Lidiam.

A Imperatricis, facti sunt in alterutrum hostes, ita ut inimicitiam manifestè monstrarent, ambo intentionem habentes, post mortem ejus cognatis suis Imperium acquirendi. Anno secundo Imperii Eirene Habdimelich exivit contra Romaniam, & missis expeditorum millibus in cursum, descendit usque Malagma, & præoccupans in stabulis Stauratii equos, Imperatorio equitatu capto sine laesione reversus est, & reliqui descendunt usque Liliam, (13) & multam consequuti sunt prædam. Mense autem Martio, septima Indictione, voluit Achamirus Sclavinorum Belzitiae Princeps pulsatus ab Helladicis educere filios Constantini, & ex eis promovere in Imperatorem. Cum autem cognovisset Imperatrix Eirene, mittit ad Patricium Constantium Serentapicum, (14) Theophylactum, filium ejus, qui Spatarius erat, & nepos ejus, & omnium oculos eruit, & dissipavit consilium eorum contra se nequiter adiungendum. Porro Paschalis festivitatis secundâ feriâ processit Eirene à Sanctis Apostolis, in curru aureo vecta, qui quatuor albis equis trahebatur, & à quatuor Patriciis tenebatur, Bardanio videlicet Prætore Tracesiorum, Sisinnio Prætore Thracæ, Niceta Domestico scholarum, & Constantino Boyla, jactans liberaliter hypatian. Mense vero Mayo infirmata est Imperatrix penè usque ad mortem, & protenta est contentio eunuchorum Aetii, & Staurati. Aetius autem auxiliatus est Nicetæ Patricio, & scholarum Domestico, & insequuntur severè Stauratum, credere facientes Imperatricem, quòd Imperium appeteret: ita ut atrociter irata illi, ascendens in palatium Tentherium, (15) direxit rebellionis, & simultatis solicitorum eum esse sibi sceleris acquisitorem: qui ad hæc apologiæ factâ, muniebat seipsum. Insaniebat autem adversus Aetium, & Nicetam, & predictos Patricios. Anno tertio Imperii Eirene mense Februario, Indictione octava, jam dictus Stauratus Patricius tyrannidem, ac simultatem in urbe regia construebat, scholars, qui erant in ea, excubidores unâ cum primis eorum, pecuniis, & muneribus assumens, & placans: Eirene autem pia Imperatrix silentio in triclinio Justiniani facto, prohibuit omnem qui militaret adhærere Stauratio, & sic adepta sunt modicam tranquillitatem negotia. Aetius vero, & Nicetas cum aliis quibusdam certatim adversabantur Stauratio, qui corde percussus, sanguinem per os emisit spumosum ex partibus pectoris, & pulmonis: hoc medici aspicientes, mortale pronunciaverunt: ast adulatores, & imperiti, non solum medici, sed & pseudomonachi, & divini, juramentis credere persuaserunt usque ad diem mortis ejus, quæ facta est Junio mense, Indictione octava, quòd victurus, & regnaturus esset: quibus ille innixus seditionem in Cappadociis construxit adversus Aetium fieri, quam non meruit vivens audire. Post duos namque dies mortis ejus super hoc nuncius venit, & in seditione comprehensi exiliis sunt, & animadversionibus subditi. Anno quarto Imperii Eirene, octava Kalend. Januarii, Indictionis nonæ, Carolus rex Francorum coronatus est à Leone Papa, & cùm voluisset contra Siciliam classibus præliari, se poenituit, conjungi potius cum Eirene volens, legatis ad hoc sequenti anno directis, Indictione decima. Martio vero mense, nona Indictione, Eirene pia Imperatrix Byzantiis civilia donavit tributa, Habdique, ac

Hye-

(14) Aliter Tefferacondapechum.

(15) Aliter Tontiera.

Hyeræ ea, quæ dicuntur commercia relevavit, magnis super his, & aliis multis beneficiis gratiarum actionibus freta. Anno quinto Imperii Eirenæ Aetius Patricius liber à Stauratio factus, & ideo securitate potitus, Imperium ad proprium fratrem transferre satagebat, quem & Monostrategum fecit in Thrace simul & Macedonia, ipse ulteriora themata tenens, Orientalis scilicet, & Obscii. Cum ergo elatione refertus esset, eos Principes, qui sublimiores erant, dehonestans pro nihilo reputabat, qui & valde moesti adversus eos effecti simultatem adversus Imperatricem meditantes, hanc in opus duxerunt. Pervenerunt autem & apocrisari à Carolo, & Leone Papa directi ad Eirenen piissimam, postulantes ut jungeretur illi ad nuptias, & veniret eò ad Hesperia, quæ prosector obaudivisset, nisi Aetius supradictus inhibuisset prævalens, & Imperium in proprium fratrem usurpans. Sequenti autem anno, qui est primus annus Nicephori, pridie Kalendas Novembris, Indictione undecima, quartâ noctis horâ, quæ feria secunda lucefecit, idem Nicephorus cùm esset Patricius, & Logotheta generalis, tyrannidem adversus Eirenen piissimam concitavit, Deo quidem ineffabilibus ob nostrorum multitudinem peccatorum judiciis indulgente, cooperantibus ei Niceta Patricio, ac Domestico scholarum, & Sisinnio Patricio fratre ipsius, viro (16) perjuriis, & fraudulentiis pleno, & Niceta Triphilio. Erant autem & cum eo Leo Patricius Musulatii, & Theoctistus Patricius, & Petrus Patricius, & quæstor, seducentes quodam à populo, qui erant ex ordinibus, cùmque venissent ad portam, quæ dicta est Chalce, custodesque falsò, ac subito decepissent, persuaserunt eis ut crederent, quòd ab ipsa fuerint destinati, quatenus eundem Nicephorum Imperatorem appellarent, eo quòd Aetius Patricius sibi vim inferret ad enunciandum fratrem suum Leonem Imperatorem, qui mendacio tanto credentes Imperatorem pariter pronunciaverunt eum, qui erat tyranus. Taliter ergo ad magnum palatium iidem Patricii venientes, ingressi sunt illud, indeque per totam urbem ignobiles servos dirigentes acclamationem fecerunt ante medianam noctem, & custodes in medio palatii, quod Tueletherii nuncupatur, posuerunt, ubi contigit Imperatricem esse. Diluculo sanè accerfentes eam, concluserunt eam in majori palatio, & ita processerunt ad magnam Ecclesiam ad coronandum scelestum. Convénit interea universa plenitudo urbis, & omnes super his quæ geregantur molestè ferentes, maledicebant coronanti, & coronato, cunctisque congratulantibus ei. Evidem cum religione, ac ratione viventes divinum mirabantur judicium, qualiter eam permiserit, quæ pro recta fide more martyrum agonizaverat, à subulco expelli: præsertim cùm ei devotissimi ejus præcipue adhædere propter avaritiam proposuerint, Leo scilicet Patricius eunuchus, & Sacellarius Sinopeos, & Deo perosi tribus (17) filiis, ac Patricii, qui superius dicti sunt, qui donis plurimis ab illa ditati sunt, & cum ea sæpe convescentes, & adulacionibus cum juramentis horribilibus certam reddentes, omnibus mundi rebus se necessariorem reputare, quam haberent erga il-

A lam benevolentiam affirmabant, alii autem ut in ecstasi facti, gestorum certitudinem minimè sentientes, somnum se vidisse putabant: alii autem, qui dumtaxat perpendere benè sciebant, præteritam felicitatem beatificabant, & futuram infelicitatem per tyrannidem lugebant, maximèque hi, qui maligni voti tyraanni experientiam quandam ante perecerant. Porrò universos communiter possidebat caligo, & sine consolatione mentis defectio, ne per singula illius miseranda diei deformia verba scribens problem sermonem. Denique sequenti die sumptis quibusdam ex Patriciis ascendit ad Imperatricem custodiæ mancipatam, simulans, ut ei moris erat, falsam benignitatem, per quam & plures decepit, & excusans se, quòd invitus ad principatum ascenderit, nec hunc unquam desideraverit. Maledicebat autem his qui se provexerant, & illam insidiis appetiverant, ut proditor Domini postquam cum ipso cœnavit, quos & imitatores illius testabatur. Ostensis etiam nigris calceamentis, amarè se talibus uti præter leges Imperatorias affirmabat, fiduciamque dolosè habere monebat eam, etiam cum jumentis de omni corporali requie, quam consequi dominam à servo deceret, nullamque arbitrari ærumnam casus illius hortabatur: commonebat postremò nil oculere à se Imperialium thesaurorum, & damnabat avaritiæ vitium, hos illam habere non ferens. Languebat enim eo vehementer omnia devorans, omnemque in auro spem, & fiduciam ponens. At verò dilecta Deo Irene, quamvis congrueret, ut passione tam repentinæ commutationis utpote mulier teneretur, forte prudentiâ dixit ad eum: Qui heri quidem servus perjurus fuerat, hodie foliis, & seditionis tyrannus, ac impudens habetur. Ego quidem ô homo Deum deputo, & pridem cùm essem orphana, exaltasse me, & dein super solium cùm essem indigna, provocasse me: causam verò depositionis mihi applico, & peccatis meis ascribo, in cunctis autem, ac modis omnibus sit nomen Domini benedictum. Porrò modum promotionis tuæ Deo reddo: veruntamen delatas mihi contra te super dignitate, qua nunc circumdaris, audientes non ignorabam, quas veras fuisse rerum finis ostendit, quas si molestè tulissem, facile mihi erat te interficiendi. Sed modò juramenti tuis fidendo, modò tibi parcendo, multos mihi devotos parvipendi, Deo quæ mea sunt dans, per quem reges regnant, & potentes obtinent terram. Sed & nunc, cùm sis pius, & ab ipso profectus, te adoro, & per te mea parcere infirmitati, & concede mihi domum Eleutherii à me constructam in resuscitationem incomparabilis calamitatis meæ. At ille ait: Si hoc vis fieri tibi, jura mihi per omnem divinam virtutem, non absconsuram te quicquam ex thesauris Imperii, & adimpleo postulationes tuas, & omnem placationem faciam. Quæ juravit ei ad pretiosa, & vivifica ligna, quia non movebo à te obolum unum, quod & fecit. Verum ille consequitus quod desiderabat, protinus exilio relegavit eam apud Principem insulam, in monasterio, quod ipsa ædificaverat, cùm adhuc essent in urbe Missi Caroli, & quæ agebantur aspicerent.

(16) Aliter viris perjuris, & fraudulentis Triphiliis. Erant autem & cum eo Leo Patricius Tesseracontaechis, Gregorius Pa-

tricius Musulatii.
(17) Aliter trium filii. Aliter deos perosi filii.

Explicit Liber Vigesimustertius.

Tom. I.

Y 2

INCI-

INCIPIT LIBER VIGESIMUSQUARTUS.

Anno ab Incarnat. Dñi DCCXCV. Nicephorus vorax cunctorum Imperio potitus, nec saltim parum voluit hypocrisim tegere, sed quasi recisurus justitiam, nequam in Magnaura, & injustum fore constituit judicium. Intentio namque tyranno inerat, ut res ipsae ostenderentur, non pauperibus jura tribuendi, sed per hoc omnes qui magni erant, inhonorandi, & captivandi, & ad se quæ cunctorum erant transferendi, quod & fecit. Videns autem adversum se omnes contristatos, & pavens ne forte memores Eirene beneficiorum adsciscerent eam iterum ad Imperium, Novembre mense, hyeme nimium gravi imminente, non est ipsius misertus immisericors ille, sed exilio deportari præcepit in insulam Lesbum, & cautissime custodiri, quin & à nemine contueri. Porro pridie Kal. Maij, mortuus est Niceta Triphylius, ut ajunt, à Nicephoro veneno extictus, & Nonis Maij, feria quintâ, cùm Nicephorus ad suburbana Chalcedonis exisset, equumque mansuetissimum ascendisset, hunc ex providentia Dei ejiciens, dextrum pedem ejus contrivit. At verò decimaquarta Kal. Augusti, feria quartâ, hora primâ, Bardanes Patricius, & Prætor Orientalium, qui cognominatus est Turcus, appellatus est Imperator ab omnibus ultro suis thematibus, qui multum renitens, ut evaderet illos minimè valuit, & descendens usque Chrysopolim, cùm circuisset diebus octo, & minimè fuisset receptus rediit usque Malagma, qui metuens Deum, & recognitans, ne forte per se mactatio Christianorum efficeretur, misit ad Nicephorum, & accepto verbo in scriptis propriæ manus ejus, in quo & sanctissimus Tharasius Patriarcha, & omnes Patricii subscripterunt, quod illæsus, & indemnis cum omnibus qui cum ipso erant, foret reservandus, sextâ Idus Septemb. clam fugiens descendit in civitatem Bithiniæ, in monasterio Heraclii, & invento chelandio, quod ab Imperatore fuerat super hoc missum, tonsus est, & induitus stola monachicâ, & ingressus illud abiit in insulam quæ dicebatur Prima, in qua ædificaverat monasterium, operatus, quod foret veritus terribile verbum, quod dederat sibi contemptibilis Nicephorus, & in nullo esset lædendus. At ille primùm quidem denudat illum substantiâ ejus, & occasione accepta, omnes thematum principes, & habitatores, quosdam & de regia urbe captivavit: exercitum autem privatum roga deseruit. Verum quis sermo enarrare sufficiet dignè cetera quæ diebus illis ab eo gesta sunt propter indulgentiam Dei pro commissis nostris? Nona verò die. mense Augusto undecima Indictionis deuncta est Imperatrix Eirene in exilio in insula Lesbi, & translatum est corpus ejus in insulam Principis, in monasterium quod ipsa construxit.

Anno secundo Imperii sui, Nicephorus coronavit filium suum Stauratum per Tharasium sanctissimum Patriarcham in ambone majoris Ecclesiæ in Imperatorem, cùm esset inutilis modis omnibus ad tantam dignitatem, tam aspectu, quam robore, & sensu. Cæterum Nicephorus, qui nunquam usquam veritatem servavit, Lycœnenses quosdam, immo verò Lyœanthropos concordes, & consentaneos ad Progen insulam misit, & jussit eos discedere, &

A prædictum, quasi se ignorantem, luminibus privare Bardanem, & post facinus ad Ecclesiam fugere. Quo facto tam Patriarcha, & Senatus, quam omnes timentes Deum acriter doluerunt. Ast Imperator nequissimus Nicephorus cum iuramentis omnes primores Lyœnenses simulatus exquirebat in eos ut putabatur ulturus, omnia secundum ostentationem, & nihil secundum Deum agens. Erat enim illi præcipue cum reliquis prævaricationibus huicmodi mentis idioma, per quod videlicet & ante Imperium multos seduxit; veruntamen in ridiculum habebatur, liquidò hoc scientibus ejus studium, ita ut impudentiâ multe, & caligosa, & polluta facies ejus tunc inaccessibilis fieret per septem dies, eo dolosè intra cubiculum Imperatorum ejulante. Nam & naturaliter ejus muliebres aderant lacrymæ, quas multis pravis inesse, & pseudoprophetis proculdubio constar, quanquam plurimos non latuerit. Mense vero Augusto, cùm adversus Arabes exisset, occurrit eis apud Crason Phrygiæ, & inito bello superatur, multisque amissis, cùm propemodum ipse vivus foret capiendus, principum quidam fortissimi vix hunc salvabant. Anno tertio Imperii sui, simultate facta in Perside, descendit Arabum dux pacificatus eos. Nicephorus autem spatio reperto, ædificavit Ancyram Galatiae, & Thebasan, & Analatrasum; misit etiam & cursum, qui revertentes nihil profecerunt, sed contra multos perdiderunt. Anno IV. Imperii Nicephori movit exercitum Aaron dux Arabum adversus Romaniam in virtute gravi, trecentorum scilicet millium, tam Maurophoris, quam Syriâ, & Palæstina coacervatis, & cùm venisset Tyana, ædificavit domum blasphemie suæ, & obsidens cepit Heraclium tunc castrum, quod erat valde munitum, & Thebasan, & Malacopan, & Sideropelum, & Andrasum. Misit autem & cursum sexaginta milia bellatorum, & descendit usque Ancyram, & hac visâ reversus est. Ast Imperator Nicephorus metu, & impossibilitate detentus, exiit & ipse in desperatione fortia infortunii demonstratus, & multis trophaeis factis misit ad Aaron Metropolitanum Synodorum, & Petrum Egumenum Gylei, & Gregorium œconomum, & multum disputantibus eis firmaverunt pacem, ut per unumquemque annum tribueret illis tricena milia numismatum, & tria numismata in tributum capitis Imperatoris, & tria filii ejus: quibus acceptis Aaron jocundatus est, & plus exultavit, quam si denuo millia suscepisset talenta, tanquam qui subegisset Romanum Imperium. Porro convenerit inter eos, castra, quæ destructa erant non reædificanda. Cùmque Arabes regressi fuissent, construxit eadem continuò castra, & præmunivit: quo comperto Aaron misit iterum, & recepit Thebasan, missoque stola in Cyprum, Ecclesiæ destruxit, Cypros emigravit, & multo excidio facto pacem dissolvit. Anno quinto Imperii sui Nicephorus castra movit contra Bulgares, & cùm venisset Adrianopolim, & sensisset quod similitatem contra se Imperatorii homines, & quidam ex ordinibus meditarentur, inefficax repedavit, nihil proficiens, nisi quod tribulibus suis tantum ultionem intulit, horum multos cædibus, & proscriptionibus rerum submittens.

Anno sexto Imperii Nicephori, mense Septem-

tembri, Aaron dux Arabum cum classe contra Rhodum, Chumeid direxit, qui cum subito transmeasset, Rhodiumque pervenisset, multum in ea excidium fecit. Veruntamen maius, quod in ea erat, non impugnatum remansit. Cum autem ipse remeasset, evidenter impugnatus est a sancto, & miraculorum patratore Nicolao. Cum enim Myram venisset, & sacram ejus arcam conterere tentasset, aliam pro ea contrivit, moxque classem multorum ventorum, & mariorum fluctuum, tonitruorum quoque, & fulgorum inaequalitas comprehendit, ita ut plurimæ scaphæ conquassarentur, ipseque impugnator Chumeid virtutem sancti cognosceret, & præter spem periculum evaderet. Porro decimaquarta Kal. Jan. Nicephorus post multam electionem virginum ex omni potestate sibi subdita, causa copulandi Stauratium filium suum, conjugi factam, Theophaniam Athenensem cognatam beatæ Eirensæ, quæ viro desponsata erat, separavit ab eodem viro, & ipsi Stauratio misero copulavit, imprudenter ut in aliis, & in hoc quoque prævaricator effectus: alias verò duas ista pulcres, quas cum ea elegerat, manifestè corrupit in eisdem nuptiarum diebus, ab omnibus idem obscurus irrisus. Denique mense Feb. simultatem excogitantes adversus eum multi ex proceribus, Arsabir Quæstorem, & Patricium, virum pium, & rationabilissimum elegerunt, quod cum multiformis Nicephorus agnovisset, ipsum quidem cæsum, ac tonsum monachum fecit, & exilio relegarum in Bithyniam misit: reliquos autem cædibus, & tonsuris, publicationibus insuper, & exiliis subdidit, non solum mundialis vita Principes, sed & Episcopos, & monachos, nec non & majoris Ecclesiæ syncellum, & sacellarium, & chartophylacem, viros rationabiles, & reverentiā dignos. Anno septimo Imperii Nicephori Arabum dux mortuus est in interiori Perside, quæ vocatur Curasan, & suscepit principatum Muhammat filius ejus, scrupulosus per omnia, contra quem Habdallas frater ejus seditionem commovens, intestini belli factus est auctor, & hinc ii qui in Syria, & Aegypto, & Libya erant, in diversos incisi principatus, tam publicas res, quam alterutros subverterunt, stationibus, & rapinis, ac diversis flagitiis contra se, contraque subditos Christianos confusi. Ac per hoc Ecclesiæ, quæ in sancta Dei nostri erant civitate, desertæ factæ sunt, & monasteria duarum magnarum labrarum, (1) sanctæ videlicet memorie Charitonis, & Cyriaci, atque Sabæ, nec non & reliqua sanctorum cœnobia Euthymii, ac Theodosii. Theodorus autem Egumenus studii, & Joseph frater ejus Archiepiscopus Thessalonicensis, una cum Platone inclusio, & cæteris monachis suis à communione recesserunt Tharasii sanctissimi Patriarchæ, propter Joseph vicedominum, qui prævaricatoriæ Constantinum, & Theodaten coronaverat. Tunc Nicephorus Imperator occasione percepta, cum Episcopos, & Egumenos congregasset, Synodum adversus illos celebrari præcepit, per quam à monasterio, & urbe dejecti, exilio sunt destinati, mense Januario, Indictione secunda. Eodem etiam anno, dum roga penes Strimonem amnem populo distribueretur, irruentes Bulgares hanc ademerunt, auri libras centum & mille, multumque populum occiderunt, cum Prætore, atque Principibus. Erant enim & cæterorum thematum

A ibidem taxati Principes non punci, qui omnes illic perierunt. Ceperunt autem & totam farcinam, & ita reversi sunt. Eodem etiam anno ante solemnitatem Paschæ, Crunus Bulgarum dux acie contra Sardicam directâ dolo hanc cepit; ex militiis autem Romaicis interfecit sex millia absque multitudine privatorum. Nicephorus autem adversus eum tertia feria hebdomadæ salutaris passionis egressus, dignum quidem sermone nihil gesit. Hos autem principes, qui de cæde Bulgarica salvati verbum salutis depositi, cum dare designatus fuisset, amicis, inter quos erat & Cumatius Spatarius, mechanice artis expertus. At Nicephorus multo dedecore juratoris sacris regiæ urbi persuadere satagebat, ut crederent, quod festivitatem Paschæ in aula Crunni celebraverit. Præterea cum civitatem Sardicam, quæ destructa fuerat, redificare voluisse, multitudinibus resistentibus timens, persuadendum turbis Imperatorem super ædificio pecunias ab eis cœpit exigere. At illi sensu ingenuo, ut ex nequam illius argumentationibus subministrato, tumultuantur adversus illum, & adversus principes suos per horas sex, & irruentes disrupti tabernacula ipsorum. Cum autem venissent usque ad Imperatorem, injuriis, & maledictis hunc submittunt, ulterius se non sufferre immensam avaritiam, & nequam moliminis ejus animum dejurantes. At ille repentinio simulato pavore perterritus surrexit à mensa, & primò quidem per Nicephorum, & Petrum Patricios juramentis, & persuasilibus verbis sedare conabatur exercitum. At illi modica quiete potiti collem quendam ceperunt, quem quia per se in manibus habebant, obliti sunt: κύπει ἐλένος exclamantes, ac si super quodam terræmotu, vel imbrum defectu. Ille autem utpote ad omne malum semper paratus, clandestinis muneribus noctu multis ex principibus pellectis, in crastinum ipse per se ipsum medius veniens, alloquitus est turbas cum omni tranquillitate, ac super æquali cura erganatos eorum juramentis horribilibus eos certificans, & continuo regiam pervenient ad urbem, Theodosio Patricio, & Primiscrinio cognomento Salibra deserto, ad perdiscendum ex alterutris eos qui seditionem patraverant. Cumque multitudines reverterentur, rogas eis apud sanctum Maman se tribuere singens, cædibus, ac tonsuris, & exiliis, multis ex eis punitis, Chrysopolim reliquos transduxit, calcans tanta, ac tam horribilia juramenta. Illi autem propter æruginam igneum fluvium meatum appellaverunt. Anno octavo Imperii sui Nicephorus post multas impias animadversiones, militias prorsus humiliare tractans, Christianos exiles ex omni themate in Sclavinias ferri jussit, horum autem substantias venundari. Erat autem hæc res captivitate non minor, multis ex amentia blasphemantibus, & iimicorum cursus poscentibus, aliis nihilominus circa sepulcra parentalia lamentantibus, & defunctos beatos asseverantibus: fuerunt autem & qui suspendio usi sunt, ut à tantis malis eriperentur. Etenim immobilium res quæ inerant sibi, secum ferre non poterant, & substantiam, quam ex parentalibus doloribus possederant, perditam contemplabantur, & impossibilitas omnis omnes posidebat. Hæc quidem inchoata sunt à Septembre, porro circa Pascha finita sunt. Secundam verò cum hac afflictionem commovens, militare præcepit egenos, & armari adversus com-

laurarum.

(1) Aliter librarum. Aliter baurarum. P. Pith.

compatriotas, conferre nihilominus etiam decem & octo, ac dimidium numisma per singulos fisco, unà cum omni proximitate ad tributa publica. Tertiam malignitatem inferens, perpendere jussit, & augeri horum tributa, & præstare Cariacitorum (2) causa siliquas binas, & ad quartam nequitiam, reliquos redditus omnes augmentari præcepit. Quinta verò afflictione illata à venerabilium domorum inquilinis orphanotrophii scilicet, ac hospitalium gerocominorum, Ecclesiarum quoque, ac monasteriorum regularium per singulos focos census exigī, à primo tyrannidis ejus anno præcepit, & quæ meliora erant in rebus, in regiam curatoriā deferri jubebat. Sextam commovens afflictionem, à Prætoribus inspici jubet eos, qui ex paupertate repente creati essent, & ab his pecunias exigi, quasi ab inventoribus thesaurorum. Septimam quoque adinveniens, eos qui ante viginti annos invenerant, & usque ad hunc, dolium, aut vas quodcumque omnibus propriis privari pecuniis. Oct. eos qui ex avis, vel patribus hæreditaverunt, & divisa substantia pauperes facti fuerunt, ex eisdem annis, viginti sicos ærario publico jubebat præbere, & eos qui emerant extra Abydum corpora servilia, bina numismata in tributum dare præcepit, maximè eos qui in Dodecasino erant. Nonnā, naucleros qui maritima inhabitabant, & maximè eos terreno labore minoris Asie viventes, emere de rebus, quæ ab illo rapiebantur cogebat, utcunque appretiarentur ab ipso. Decimā, insignibus Constantinopoleos naucleris collectis, dedit ad usuram quatuor siliquarum numismata, cùm auri duodecim librarum persolverent simul, & consueta commercia. Hæc ex multis summatim pauca descripta sunt, significanti multimodum ad omnem speciem avaritiae ejus molimen. Quæ enim in regia urbe primoribus mediocribus, & exiguis ostensa sint mala, nequeunt scribi, alias quidem eo inventigante qualiter domi viverent, ac submitente quosdam malignorum servorum derogandi dominis, in primordiisque quasi dubitante super his, quæ dicebantur, deinde verò affirmante columnas, idipsum & super ignobilibus gerebat, dignos honoribus judicans detrahentes. Præterea domorum multas habitatorum à prima in tertiam generationem subvertebat, spe fretus, ut quantò celerius ruerent, tantò has ipse hæreditate citius possessurus eset. Dignum autem est, ut & hoc, causâ voluptatis, & paradigmatis, memorie commendemus. Cerularius quidam erat in foro ex laboribus suis locuples, & nihil agens, quo accersito omnium vorax Imperator ait: Pone manutuam in vertice meo, & jura quantum tibi sit aurum, qui parum tanquam indignus recusans coactus est ab eo facere hoc, & centum se libras habere dixit, quas eadēm hora auferri præcepit dicens: Tu quid opus habes sollicitari? prande tecum, & tolle libras decem, & his vade contentus. Anno nono Imperii sui Nicephorus contra Christianos adinventiones extendit, inspectiones sine Deo in emptionibus animalium, diversorum fructuum injustas titulationes, & jaqturas Principum, fœnerationes in navibus, qui omnibus legem ponebat, ne ad usuram quicquam tribueretur, & alia dena millia malorum commenta, quorum particularis historia onerosa est his, qui compendiosas discere causas exquirunt. Kalend. autem Octob. tertia feria, evaginato quidam dissipatus in ha-

A bitu monachi gladio, cujusdam militantium cucurrit in palatum, Nicephorum interficere querens, duo verò ex his qui circumstabant, irruentes in eum, atrociter vulnerati sunt ab eo. Comprehensus autem & multis poenis affectus excusavit se, dæmonium habere prætendens, nullumque prorsus accusans, at ille munivit hunc in ligno cum patientibus. Multi ergo deinceps augurati sunt, enormis fore hoc miraculi signum asseverantes tam Imperantibus, quam subjectis, quemadmodum & in impio Nestorio factum est. Manichæorum verò, qui nunc Paulitiani, & Atingani dicuntur, qui in Phrygia, & Lycaonia constituti, confines ejus habebantur, amicus ferventissimus erat, responsis eorum semper, & immolationibus congratulatus. In quibus & cum Bardanius Patricius contra eum insurrexit, his advocatis, hunc molitionibus eorum subegit. Taurum quippe in loco quodam ferreo palo cornibus alligans, ad terram incurvatum sic dum mugiret, & volvaretur, occidi fecit, hujusque vestem in mola versa vice molens, & incantationibus usus victoriā tulit, permittente Deo propter multitudinem peccatorum nostrorum. Iste locum sub Imperio ejus adepti sunt intrepidè conversandi, unde multi leviorum infandis eorum corrupti sunt sectis. In exactione verò quidam falsus eremita Nicolaus nomine, & quidam cum eo blasphemati facti fuerant etiam recti sermonis, venerabilemque imaginum adversarii, quos Nicephorus defendebat, & summum Sacerdotem, & omnes secundum Deum viventes tristatos pro hac causa reddebat. Sæpe namque quiritantibus adversus eos indignatus est, inimicitias invicem agitantibus congratulans, deridens omnem Christianum proximum diligentem, veluti divinorum mandatorum eversor, cui studium erat, iudiciorum rationabilia, & irrationalia contra omnem hominem in Magnauræ penaliter admovendi, quo nemo vacaret agere adversus impietas ejus. Denique militares Principes more servorum uti Episcopis, & inferioris ordinis clericis jussit aditum Episcopia, & monasteria, & his qui eorum erant auctorabiliter abusuris, eos qui à seculo divinis contulerant obsequiis aurea, vel argentea vasa, vituperabat, & Ecclesiarum quæque sacrata pro communibus haberi dignum fore dogmatizabat, instar Judæ tali quid super dominico decernentis unguento. Antecessores etiam suos Imperatores universos velut improvidos accusavit, generaliter omnium providentiam auferens, simul & dicens, neminem posse imperantem circumvenire, si voluerit, qui imperat, strenue principatum tenere, sed vanus factus est in cogitationibus suis divinitus occidens. Interea mense Febr. ejusdem quartædecimæ Indictionis primo sabbato jejuniorum obvii facti Saraceni penes Eu-chiacam Leoni Prætori Armeniacorum defrenti thematis rogam, hanc abstulerunt cum multitudine populi copiosa. Talenta ergo erant sedecim, libræ mille trecentæ. In his nec sic redargutus Nicephorus ab avaritia sua cessavit. Igitur novus Achab signis non eruditus, quin è contra Phalaride, ac Mida ambitionis factus, contra Bulgares prælium præparat, unà cum Stauratio filio suo, & Julio mense à regia urbe digressus jussit Nicetæ Patricio, & generali Logothetæ publicos Ecclesiarum, & monasteriorum census imponere, & octo annorum præteriorum redhibitiones à Principum dominibus exigere, & erat lamentum magnum. Cum au-

(2) Aliter Cariacitorum. Aliter Chartiatis.

autem querimoniam audiret à quodam proprio famulo, Theodosio videlicet Salibara Patricio dicente sibi: Omnes & domine contra nos clamant, & in tempore tentationis casui nostro congratulabuntur, sic ait ad eum: Si Deus obdurans obduravit cor meum ut Pharaonis, quid boni erit his, qui sub manu mea sunt à Nicephoro? Theodosio, noli expectare præter quæ à te conspiciuntur: hæc Dominus novit, ipse ego conscriptor horum viva voce audivi à Theodosio. Collectis itaque militiis non solum ex Thrace, verum etiam ex ulterioribus thematibus, cum his etiam egenos pedites cum propriis stipendiis contra Bulgares fundis, & virgis armatos, & blasphemantes minavit. Crunus autem multitudines timens, cum essent Marcellis pacem petebat. At ille nequam consiliis, & consentientium consiliorum suorum persuasionibus prohibitus est, & post multos anfractus per avia loca præcipitanter temerarius simul & pavidus ingreditur Bulgariam. XIII. Kal. Augusti, cùm Syrius appareret cuncta consumens frequenter ita satus: Quis ibit inquiens, & decipiet Achab? Quia si Deus, siue adversarius trahit me nolentem. Porro priusquam ingressus fuisset Bulgariam Bizantius dilectus hujus famulus ad Crunnum confundit Marcellis, secum subrepta ueste Imperiali, & auri libris centum. Multi autem hujus fugarum in malum Nicephori auspicati sunt. Tribus quippe diebus post primos conflictus se prosperari opinatus, non prosperam facienti Deo adscribebat victoriam, sed Stauratii solius bonam formam, bonumque consilium prædicat, & Principibus, qui introitum inhibuerant, minabatur, & irrationalia quoque animantia, & infantes, & omnem etatem immisericorditer occidi præcepit, & mortua comprovincia- lium corpora inseulta dimisit, solius spoliorum collectionis curam faciens. Claves autem, & signacula penetralibus Crunni superimponebat, ea ut propria de cætero communiens. Aures etiam, & cætera Christianorum membra, qui saltem tetigisset ex spoliis quicquam abscindebat, & aulam incendit, quæ dicebatur Cortis Crunni, cùm ipse vehementer esset humiliatus, & significasset, dicens: Ecce viciisti, tolle ergo quicquid tibi placuerit, egressere in pace. At ille cùm pacis esset inimicus, hanc admittere noluit. Tunc sœviens ille in regionis introitus, & exitus lignea munimina mittens maceriam circumdedit, atque tutavit. Nicephorus autem, hoc comperto, mox attonitus quidnam ageret, circumiebas ignoravit, & his qui simul aderant, futuram perditionem prænunciabat asseverans: Etiamsi pennati fuerimus, nemo speret exitium se evasurum. Hæc autem molierum erant per dies duos, quintam videlicet, & sextam feriam, & nocte sabbati turbationes turbarum armatarum circa Nicephorum. & eos qui cum ipso erant, auditæ acies omnes enervaverunt. Ante diei verò principium supervenientes Barbari contra tabernaculum Nicephori, & magnates, qui cum ipso erant, hunc miserabiliter interficiunt, inter quos erant Aetius Petrus, & Sisinnius Trifiles Patricii, atque Theodosius Salibaras Patricius, qui contristavit, & multa mala beatæ ostendit Eirene, nec non Eparchus Patricius, & Prætor Orientalium, multique Protospatarii, & Spatarii, & excubitus domesticus, & ordinum Princeps, seu Drongarius Imperialis vigilis, simul & Thracæ Prætor, & multi principes thematum cum infinitis populis, omnisque Christianorum corrū-

A pta est spes, arma quoque omnia perierunt, & Imperii vasa. Porro talis diei deformia verba abit ut Christiani ulterius videant, utopte omne lamentum excedentia. Caput autem Nicēphori Crunus recisum suspendit diebus multis in ligno, in ostentationem ad se venientium nationum, & confusionem omnium nostrum. Post hæc sanè accipiens illud, & denudans, argentoque forinsecus induens, bibere in illo Scholarum principes fecit gloriatus. Verum licet multæ viduæ, ac orphani fuerint facti uno die, & lamentatio intolerabilis haberetur: hujus tamen occisio, multorum facta est consolatio. Modum verò hujus occisionis nullus eorum qui salvati fuerant, liquidiū enarravit. Ferunt etiam quidam, quod Christiani hunc cadentem lapidibus impetierunt: ast effeminorum virorum, servorum scilicet ejus, cum quibus & concubebat, alii quidem igne valli, alii verò gladiis perierunt cum ipso. Hujus principatu Christiani graviorem nullo tempore sunt consequuti. Ornes enim qui ante se imperaverunt, ambitionibus, & luxuriis, atque barbaricis crudelitatibus superavit, de quibus persingula prosequi, & posteris incredibile, & nobis erit laboriosum. Vulneratus est autem & Stauratus periculosè in dextra parte colli, & vix à pugna salvus evasit, & vénit Adrianopolim atrociter plagâ colaphizatus. At verò Stephanus Patricius, & scholarum Domesticus, cùm adesset quoque Theoctistus Magister, pronunciavit Stauratum Imperatorem, & disputavit populo, qui salvatus fuerat contra patrem suum, qui oppidò delestati sunt. Michael sanè Europalates illæsus evadens admodum ab amicis rogatus est, ut Imperator appellaretur. & non admisit propter juramenta Nicephoro præstata, atque Stauratio. Huic Stephanus Domesticus resistebat. spe vitæ Stauratii. Porro Stauratus per urinam sanguine immenso prorumpente, aresactus est sémoribus, & tibiis, adeò ut phorio veniret Byzantium. Hunc Nicephorus Patriarcha valido amans affectu, consilium dabat ei, ut Deum placaret, & eos, qui in avaritia prægravati erant, à patre suo consolarentur, ad quem paterni sensus hæres germanus dicebat, non posse plus tribus reddere talentis. Hæc autem erant exilis pars in justitiæ illius: veruntamen & circa hæc pigritabantur, non vivere fidens. Cùm autem foedus illibatum more paternæ mentis circa neminem servaret, frequentibus de honestationib. submittebat Theoctistum Magistrum, & Stephanum Domesticum, & Michaelem Europalem, avertens animo, & Procopiam sororem suam ut insidiantem sibi Theophaniam Augustæ submissionibus. Mox quippe misera per beatæ imitationem Eirenam obtinere sperabat Imperium, cùm sine liberis esset. Ast verò Stauratus videns se insanabiliter infirmari, habitum Imperium uxori acquirere festinabat, & Bulgares in Christianos excitare supra præcedentia mala, supra quo paventes Nicephorus Patriarcha. Theoctistus Magister, & Stephanus Domesticus, ex multa inimicitia in alternam amicitiam cum Michaele Europalem venere. Circa fines Septembri v. Indictione Kal. Octob. vespere Stauratus ad vocatum Stephanum Domesticum percontabatur, quonam modo Michaelem sororis suæ maritum ex propria domo posset ducere ad ejus oculos eruendos: quo perhibente, hoc impossibile fore hac hora propter virtutem, quæ circa illum esset, & ob munitionem domus loci ejus, rogat nemini fieri nota quæ dicta sunt.

At

At ille cum verbis persuasibilibus inflexisset eum ne sollicitus esset, per totam noctem militias ordinum, quæ remanserant, collegit in Hippodromo, unà cum principibus propriis ad pronunciandum Michaelē Imperatorem, quemadmodum in subsequentibus indicabitur. Porrò Nicephorus Patriarcha scriptum à Michaelē propriæ manus exegit de recta fide, & ut sine sanguine manus à Christianis servaret, ac de sacris hominibus, seu monachis de toto Ecclesiastico catalogo, ne percuterentur ab illo.

MICHAEL.

Anno ab Incarnatione Domini DCCCCIV. Indictione quinta, tertiat Nonas Octob. Michael Europalates mitissimus appellatus est Imperator Ro. in Hippodromo à toto Senatu; atque ordinibus, qui imperavit annis duobus. Stauratius autem acclamazione hujus auditâ statim comam totondit, & monachicis induitus est vestimentis, & per Simeonem monachum cognatum suum valde Patriarcham implorans, qui veniens in palatium unà cum Imper. Michaelē, Stauratum rogabat ne tristaretur super hoc, quod factum est: non enim per insidias, sed desperatione vitae ipsius id gestum asseverans. At ille nequitia paternæ rabie furens, non acquievit, dicens ad eum: Amicum meliorem me non habebis. Horâ verò quartâ coronatus est Michael à Nicephoro Patriarcha in ambone magnæ Ecclesiæ, in quo magna exultatio facta est, & donavit Patriarchæ auri libras l. & clero xxv. Vir enim magnanimus, & non avarus omnes consolatus est, qui Nicephori nequitia sunt læsi, donisque Senatum, ac militiam recreavit. Porrò IV. Idus Octobris coronata est Procopia in Triclinio Augusta, multisque donis liberalibus auxit Senatum. Mulieribus verò Thematicorum militum, qui fuerant in Bulgaria perempti, auri quinque talenta dedit. Theophaniam autem uxorem Staurati singularem vitam amplexam, & cognatos illius, qui miserabiliter sub Nicephoro vixerant, ditavit, interque alia insignem domum, & monasterium Thebraica dictum, ubi Stauratius est sepultus, illi concessit. Omnes etiam Patricios, & Senatores, Sacerdotes, & summos Sacerdotes, & militantes monachos, & pauperes tam in regia urbe, quam in thematibus degentes locupletavit, adeò ut immensurabilis avaritia Nicephori, propter quam & malè periit, paucis diebus disparuisse probaretur. Super multos præterea optimos mores suos, cùm piissimus, & Orthodoxus esset, tristabatur super his, qui à sancta scindebantur Ecclesia quacunque occasione, sive ratione, multumque sanctissimum Patriarcham, & eos qui poterant pro communi pace concurrere, rogans non quiescebat, inter quos & Theodorum Egumenum Studii, & Platonem, atque Joseph Archiepiscopum Thessalonensem fraterem Theodori in studiis detentos amaris, unà cum principibus monasterii eorum fatigebat unire, quod & fecit. Cæterum misit ad Carolum regem Francorum pro pace, atque contractu nuptiarum in Theophylactum filium suum. Nicephorus quoque sanctissimus Patriarcha transmisit synodicas literas ad Leonem sanctum Papam Romanum, antea quippe faciendi hoc à Nicephoro prohibebatur. Porrò octavâ Kal. Januar. quintæ Indictionis Michael transquillissimus Imperat. coronavit Theophylactum filium suum Imperatorem à Nicephoro Patriarcha in ambone majoris Ecclesiæ, feriâ V. & obtulit pretiosissimum stemma in sancto altario

A in vasis aureis, & lapidibus venustis, & quadrangulis velis antiquitus ex auro, & purpure clare contextis, atque admirabilibus sanctis imaginibus variatum. Donavit autem & Patriarchæ auri libras XXV., ac venerabili clero libras centum, splendidam reddens sanctam festivitatem, & filii pronunciationem. Multo sanè divino zelo Imperator piissimus motus contra Manichæos, qui nunc Pauliciani dicuntur, & Atingarios in Phrygia, & Lycaonia degentes, capitalem animadversionem Nicephori sanctissimi Patriarchæ, ac aliorum piorum prædicamentis promulgavit. Adversus est autem per alios nequam morum consiliarios obtenuit pœnitentiæ, cùm esset impossibile illos pœnitentiam agere, qui eorum errore decepti fuissent. Dogmatizabant autem indoctè, non licere Sacerdotibus promulgare contra impios mortem, per omnia divinis super hoc adversantes scripturis. Si enim Petrus vertex Apostolorum Anatiam, & Saphiram ab uno mendacio tantum mortificavit, & Paulus clamat: Qui talia, inquiens, agunt, digni sunt morte, & hæc de solo corporali peccato: quomodo non horum contrarii erunt, qui omni spiritali, & corporali spurcitia dæmonibus serviunt? Stauratius verò ulcere tabefactus ex mortali plaga circa spinae loca infixa, ita ut non posset quisquam appropinquare illi ob multum fœtorem, mortuus est tertiat Idus Jan. Indictione quinta, cùm imperasset, ut putatur, mensibus duobus, diebus sex. Porrò quintâ Idus Maji, feriâ quintâ, eclipsis solaris facta est magna, & septimâ Idus Junii egressus est Imperator Michael contra Bulgares, & cum eo simul Procopia usque Zerulum. Crunnus autem dux Bulgarum, cùm Debeldum obsidione cepisset, & eos qui in ipso fuerant, unà cum Episcopo transmigrasset, multitudines, quæ propter malum, frequensque consilium nequam consiliariorum Imperatoris ad eum confluxerant, ad insidias, & injurias Obscici maximè, & Thraciorum conversi sunt, quos Michael compescens, donis, & admonitionibus silentio imposito mitigavit. At verò Bulgares similitatibus militiarum compertis, & quod essent formidantes prælium, amplius confortati prævaluerunt adversus Thracem, & Macedoniam. Tunc Ancialum, & Beroem dimittentes Christiani fugerunt, nemine persequente, Nicetamque, ac Probatī castrum, & alia quedam prælia, similiiter & Philippopolim, & Philippos, & Strymonem habitantes, occasione accepta fugientes ad propria redierunt. Hoc autem divina indignatio fecit, Nicephori vesaniam arguens, per quam putativæ correctiones ejus, in quibus gloriabatur, celeriter corruerunt, pravæque opiniones multorum, qui Deum impugnantes, & abundantes hærefes Paulitianorum, Atinganorum, Iconoclastarum, & Tetrarditarum desierunt accusare. Omitto enim adulteria, fornicationes, libidines, atque perjuria, odia fraternalia, & avaritias, nec non & prævaricationes reliquas contra sanctas, ac venerabiles imagines, contraque sanctum monachicum habitum: movebant linguas, beatum dicentes Deo abominabilem Constantinum, quod fortiter adversus Bulgares gesserit propter pietatem, quam, ut impiè illi infelices fatebantur, habuerit. At vero hi qui in urbe regia erant, armabantur post Synodum universalem ad fidem subvertendam Orthodoxam, cæcos cæcis membris fine Deo volentes imperare filios Constantini Deum impugnantis, apud Banorum insulam custodiæ mancipatos, quos per noctem fura-

furari voluerunt, & adducere ad exercitum. Sed Dominus hos confudit, erigens Michaelem piissimum in defensionem veritatis. Disputatis enim convenientibus de fide plebis, regiam repedavit ad urbem, & sapienter cogitans, multos rebellionum per paucas plagas deteruit, exilio jubens deportari filios Constantini, qui oculis orbati esse cernebantur, in Aphusiam. Unum verò ex supra dictis seductoribus falsum eremitam, exactione maleficii socium Nicolai, qui icona sanctissimæ Dei Genitricis deposuerat, lingua recisâ mutilavit, qui & mortuus est corpore, & anima. Collegam autem suum Nicolaum, promittentem se poenitentiam acturum, omnibus publicavit, & confitentem sua ipsius mala, tradidit illum in monasterio custodiendum, ne libera conversatione habitu proprio abuteretur. At verò Antiganos publicans exilio tradidit per Leonem Orientalium Prætorem. Porrò Augusto mense, quinta Indictione, Thebid contra Christianos movit exercitum, cum quo Leo bellum conferens, prosperatus est, duo milia interficiens, & equos comprehendens, & arma. Muhammat autem primus filius Aaron tenens principatum gentis, inito bello in interiori Perside cum Habdalla fratre suo superatus est, & fugiens in Gabda hanc obtinuit. Damascum verò alter tyrannus, & Ægyptum, & Africam duo partiti sunt, & alias Palæstinam more latronis depastus est. Anno secundo Imperii Michaelis, Crunnus Bulgarum Dux per Dragomirum pro pace rursum ad Imperatorem Michaelem legationem misit, querens foedera, quæ sub Theodosio Adramitino, & Germano Patriarcha repromissa fuerant Cormesio, qui per illud tempus dominus erat Bulgariae, quæ terminos continebant Amelonis Thracensis: vestimenta quoque, seu coccineas pelles usque ad pretium quinquaginta librarum auri, & super hæc profugos utriusque patris ad alterutrum reddi si contigisset eos insidiari prælatis: negotiantes verò in utraque regione per præcepta, & signacula commendari: si qui verò sine signaculo inventi fuissent, diriperetur quod haberent, & inferretur publicis rationibus. Scripsit autem ad Imper. Nisi acceleraveris, inquiens, ad pacem judicio tuo, præliabor contra Mesembriam. His receptionis Imperator nequam consiliariorum admonitionibus pacem non admisit. Sub obtenu enim falsæ pietatis, & circa Remp. perditionis nequam consiliatores asserebant, non oportere fugitivos reddere, perhibentes in testimonium illud Euangelicum Domini eloquium perhibentis: Eum qui venit ad me non ejiciam foras. Mediante verò mense Octobri aciem dirigit Crunnus contra Mesembriam in machinamentis, & mangulis, & arietibus, quæ Nicephori causa destructoris Christianorum didicerat. Arabs enim quidam ad baptismum consugerat satis expertus mechanicæ artis, quem cum castrametatus esset, in Adrianopolim constituit, cui nullum meritum conferens, quin potius abbrevians ejus rogam, murmurantem nimis cecidit: qui super hoc tristatus fugit ad Bulgares, & docuit eos omnem mechanicam artem in his. In his insistens, nomine ob multam stultitiam resistente per totum mensum, cepit eam. Kalendis autem Novembris advocavit Imperator Patriarcham cum angustiaretur, & de pace consilium sumpxit. Aderant autem & Metropolitani, Nicenus scilicet, & Cizicenus, præsentibus quoque pravis consiliaris cum Theodoro Egumeno studii: etiam Patriarcha, ac Metropolitani Antistites,

Tom. I.

A pacem cum Imperatore amplectebantur: mali verò consiliarii cum Theodoro Egumeno studii hanc subvertebant fatentes: In subversione divini mandati nemo pacem amplectitur. Eum quippe qui venit ad me, ait Dominus, non ejiciam foras. Primò quidem quomodo nemine ad nos ex eis confugiente, nos eos, qui intra Curtem erant prodidimus, valentes hos cum pace salvare? secundò verò, quia & si fugerunt, rarò quidem ad nos, pro acquirenda tamen plurimorum salutem oportebat potius decertare, quam super incertis, & invisibilibus locupletari. Gratus enim est Deo, plures potius salvare, quam paucos. Porrò damnum in pluribus pati propter modicum lucrum, primæ dementiæ est. Hæc Kal. facta sunt Novembrib. Porrò prima die Nonas Novembrib apparuit cometes in figura duarum lunarum fulgentium, adunatum se, atque separantium in diversa schemata, ita ut in acephali viri fictionem formarentur. Et in crastinum de excidio Mesembriæ venit miserum nuncium, deterrens omnes ob majorum omnium malorum expectationem. Invenientes enim eam inimici plenam omnibus rebus, quæ ad habitationem hominum adesse folent, hanc tenuerunt unà cum Debelto, in quo & syphones æreos invenerunt triginta & sex, & ignis humidi, qui per eos emittebatur, argentique, ac auri non modicam copiam. Eodem anno multi Christianorum ex Palæstina, ac Syria in Cyprum venere fugientes immensam Arabum afflictionem. Cum enim sine generali principatu Syria esset, & Ægyptus, & Africa, & omnis principatus, qui sub ipsis est, homicidia, rapinæ, adulteria, ac omnes Deo odibiles actiones in civitatibus, ac villis, ut divinitus peritura gente perpetrabantur, inque alma Dei nostri civitate colenda loca sanctæ Dei Genitricis, & resurrectionis, ac Calvariæ, seu reliqua profanata sunt. Similiter autem & Lauræ eremi opinatissimæ, sancti Caritonis, & sancti Sabæ, & reliqua monasteria, & Ecclesiæ desertæ factæ sunt. Alii autem percepto martyrio interempti sunt: alii verò Cyprum, & ex hac Byzantium properarunt, quos Michael pius Imperator, & Nicephorus sanctissimus Patriarcha benignâ munificentia receperunt. Nam his qui venerunt ad urbem, monasterium insigne donavit: his verò qui in Cypro remanserant, monachis, & laicis talentum auri transmisit, & hos diversis consolatus est modis. Erat quippe Michael circa omnes suavis, & clemens, circa negotiorum verò dispositionem iners, servitute subactus Theodisto Magistro, & cæteris principibus. Praeterea mense Februario duo Christiani ex Bulgaria fugientes nunciaverunt Imperatori, Crunnum prædaturum eos, qui essent in Thrace. repente festinare. Quintodecimo Kalend. Martii exivit Imperator ab urbe, & Dei providentiâ inefficax rediit, & ascendens monasterium Tharasii sancti Patriarchæ, celebratis ejus memoriis unà cum Procopia Augusta, petalo argenteo librarum nonagintaquinque; sacrum ejus sepulcrum vestivit. Post captam verò Mesembriam Imperator Crunno pace negata, ex omnibus thematibus electam militiam ante vernale tempus in Thracem transfire præcepit, ita ut omnes moleste ferrent, maximè Cappadoces, & Armeniaci. Imperatore autem exeunte cum ordinibus mense Majo, exivit cum eo iterum Procopia uxor sua usque ad aqueductum juxta Heracleam. At verò multitudines super hoc duriter ferentes in derogationem, ac maledictionem conversæ sunt contra Michaelem. Porrò quartâ Idus Maji, eclipsis

Z facta

sæcta est circa XII. partem Tauri juxta horologium oriente Sole, & multus timor cecidit super turbas. Ast Imperator circuibat Thracem cum prætoribus, ac militiis, neque contra Mæsembriam pergens, neque aliud quid eorum quæ agi debent ad destructionem hostium patrants, sed tantum suos sermonibus vanis consiliariorum suorum, bellorum experientiam non habentium, ac per hoc asseverantium, non audere inimicum adversum illum venire in propria regione sedentem. Et erat barbarico impetu gravior concivium coetus, deficientium circa necessarias utilitates, & rapinis, ac invasionibus exterminantium compatriotas. Circa initia verò Junii mensis Crunnus Bulgarum dux exiit cum exercitibus suis, veritus quod multi essent Christianorum: cùmque movisset exercitum in Verziniam, quasi triginta signis ab Imperialibus castris, Leo Patricius, & Prætor Orientalium, Joannes quoque Patricius, & Macedonia Prætor cognomento Aplaces, multum prompti ad hos debellandos, prohibiti sunt ab Imperatore per malos consiliarios. Cùm autem urbs litanias celebraret cum summo Sacerdote in templo sanctorum Apostolorum, quidam impiorum. Deo perosi, Constantini hæreses, obserata portâ Imperialium sepulcrorum, nemine attendente propter turbæ frequentiam, quo subito cum quodam sonitu aperirentur egerunt, quasi ex quadam operatione facti prodigi, & intro insilentes procidebant seductoris monumento, hunc invocantes, & non Deum. Surge dicentes, & auxiliare perditæ Reip. Diffamaveruntque quia surrexit super equum sedens, & vadit Bulgares debellaturus, qui è contrario Tartarum habitat cum dæmonibus. Qui ab urbis Præfecto comprehensi, primò quidem mentiebantur, divinitus ultrò fuisse apertas sepulcrorum portas, præsentati verò tribunali Præfecto, & circa testimonium claudicantes, obserationis fraudem ante omnem pœnam confessi sunt, quos meritò vestibus pompe submisit, vociferantes causam publicæ pœnæ. Sic enim nequitæ inventor diabolus suos milites eruditivit, ut non peccata sua accusent, sed Orthodoxam, & patribus traditam fidem, sacramque habitum monachorum, qui divinæ est philosophiæ gymnasium. Multi autem qui in his blasphemabant, habitu tantum Christiani erant, veritate verò Pauliciani. qui non valentes detestabilia opera sua manifestare, hujuscemodi occasione indoctos adulterabant, Constantinum qui Judaici erat sensus, beatum dicentes ut Prophetam, & victorem, hæresimque ipsius in subversionem incarnatæ dispensationis Domini nostri amplectentes. Porro decimâ Kalend. Junii prælium ineuntibus haud procul ab Adrianopoli, delinquunt quidem Christiani valde dire circa bellum, obtinent autem inimici pugnam, adeò ut plures congressionem nec intuentes summâ fugâ uterentur: ita ut Crunnus consternatus ætimaret insidiarum argumentum esse quod factum est, ut modicū retineret suos ab inseguitione: quia verò eos vidit sine ulla retentione fugere, persequutus occidit multitudines copiosas, & veniens nihilominus ad sarcinas, has cum exuvijs abstulit. Ast Imperator fugiens repedebat in urbem cum multitundinibus, harumque principibus sumptis insuper pollicebatur Imperii depositiones dejurans, inter quos & Leonem Patricium. & Prætorem Orientalium, tanquam pium, & fortissimum,

(3) Hic tenus An. stat. Bibl. ex Theophane, cui in Graeco exemplari subjuncta sunt quædam ex Leonis Grammatici chronographia posteriorum Imperatorum usque ad Constantium Romanum generum.

A & per omnia strenuum, in tenendo Imperio asciscere socium voluit: qui nullatenus acquiescens, dimisit eum thematibus præesse, octavâ Kalen. Junii deponere volens Imperium, & alium promovere, qui tamen ab uxore, & filiis permisus non est, & ab his qui nequiter prævaluerant. Verum in hoc Nicephorus sanctissimus Patriarcha consentiebat, & ipse, inquietus, & filii ejus salvandi erunt, sitaliter quis promoveatur. At verò Prætores descendentes cum multitundinibus in urbem, Imperatorem fugisse audientes, desperati quod ab eo de cetero imperandi forent, consiliati sunt apud semetipos, & implorabant Leonem, quo auxiliaretur communis Reip., & Christianorum religioni opitularetur. At ille aliquandiu quidem vehementer differebat, temporis confidrans difficultatem, & Barbarorum incursionem intolerabilem, & semetipsum erga Imperatores conservans rectum, & absque infidili, quia verò ad urbem properare inimicum vidit, scribit Nicephoro Patriarchæ de fide sua recta affirmans, petens etiam ut cum oratione, & nutu ejus Imper. fumeret, & veniens ad tribunal ante urbem positum, unâ cum Prætoribus, & exercitibus, valde legitimus Romanorum Imperator ostenditur, & die media Constantinopolim per Carsii portam ingreditur, & ad regalia pervenit. Porro auditâ hujus acclamazione Michael in oratorium Phari accurrens, unâ cum Procopio, natusque suis, detonis capillis, monastica induit vestimenta, V. Idus Julii, sexta Indictione, feria secunda.

L E O.

Postera verò die, Leo coronatus à Nicephoro Patriarcha in ambone majoris Ecclesie, urbis præcepit custodiri portas, & muros die, ac nocte ipse per se circuiens, & exercitans cunctos, ac bonam spei fiduciam habere commones, eo quod Deus celeriter foret inopinatè facturus per intercessiones intemeratae Dei Genitricis, & omnium sanctorum, nec omnino confundi nos esset passurus ob multitundinem culparum nostrarum. Interea novus Senacheribus, Crunnus videlicet, derelicto proprio fratre cum virtute sua ad impugnandum Adrianopolim, post sex dies Imperii Leonis superveniens in viribus suis, & equis, regiam urbem gyavit juxta muros à Blacernis usque ad Auream portam, ostendens virtutem suam, & celebrato polluto dæmonico sacrificio in prato penes mare sito, postulavit ab Imperatore, ut figeret contum suum in eandem portam Auream: quo id fieri non permittente, reversus est ad tabernaculum suum. Cùm autem admiratus fuisset muros urbis, & benè ordinatam Imperatoris aciem, & super obsidionem, quam sperabat, desperatus effectus esset, ad conventiones convertitur, & ante pacem tentatoria verba faciebat. At Imperator accepta occasione conatus est huic insidiari, sed à multitudine peccatorum nostrorum hoc in finem perducere prohibitus est, administrantium hujuscemodi rusticitate, vulnerantium quidem hunc, mortalem tamen non inferentium plagam. Super hoc ergo insaniens nequissimus, misso cursu ad sanctum Mamam, palatium illiç habitum incendit, & æreo Leone Hippodromi, unâ cum urso, & dracunculo, lateribus, ac marmoribus electis in plaustro impositis, reversus est, & obfessam Adrianopolim cepit.

Explicit Liber Vigesimus quartus. (3)

Sequitur in An. stat. P. Pth. Hic est collectio annorum, ut subinfertur Adam anno CCXXX. &c. In ex. Briss. sequitur Bosina Bissini regis uxor. Et narratio de Theodosio. Canisius.

Landulphi Sagacis additamentum ad Historiam Miscellam ex MS. Bibliothecæ Ambro- siane nunc primum editum.

Cum jam, ut præmissum est, Romanorum desierit apud Italos Imperium, plurimæque gentes irruerent contra ipsos adusque pertransierat pelasgum. Hac tempestate Justinianus Augustus Romanorum eumdem felici forte regebat Imperium, qui & bella prosperè gessit, & in causis civilibus mirificus exitit. Nam per Belisarium Patricium Persam fortiter devicit, perque ipsum Belisarium Wandalorum gentem, capto eorum rege Gelismero, usque ad internectionem delevit, Africam quoque totam, post annos nonaginta & sex, Romano Imperio restituit. Purisque Belisarii viribus, Gothorum in Italia gentem, capto Withigis eorum rege superavit. Mauros quoque post hæc Africam infestantes, eorumque regem Attilam, per Johannem Exconsulem mirabili virtute prostravit, parietiam modo & alias gentes belli jure compressit. Quam ob causam propter eorum omnium victorias, ut Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Wandalicus, Africanusque diceretur habere hæc nomina meruit. Leges etiam Romanorum, quarum prolixitas nimia erat, & inutilis dissontia, mirabili brevitate correxit. Nam omnes constitutiones Principum, quæ utique multis in voluminibus habebantur, intra duodecim libros coarctavit, idem quoque volumen Codicem Justiniani appellari præcepit. Rursusque singulorum Magistratum, sive judicum leges, quæ usque ad duo millia penè libros erant extensæ, intra quinquaginta librorum numerum rededit, cumque Codicem Digestorum, sive Pandectarum vocabulo nuncupavit. Quatuor etiam Institutionum libros, in quibus breviter universarum legum textus comprehenditur, noviter composuit. Novas quoque leges, quas ipse statuerat, in unum volumen redactas, idest Codicem Novellam nuncupari sancivit. Extraxit quoque idem Princeps intra Constantinopolim urbem Christo Domino, qui est Sapientia Dei Patris, templum, quod Græco vocabulo Agiam Sophiam, idest, Sanctam Sapientiam nominavit. Cujus opus adeò cuncta ædifica excellit, ut in totis terrarum spatiis, huic simile non possit inveniri. Erat enim Princeps fide Catholicus, in operibus rectus, in iudiciis justus, ideoque omnia concurrebant ei in bonum. Hujus temporibus Cassiodorus, apud urbem Romam tam seculari, quam divinâ scientiâ claruit, qui inter cetera, quæ nobiliter scripsit, psalmorum præcipue occulta potentissimè referavit. Hic primum Consul, deinde Senator, ad postremum verò Monachus exitit. Hoc etiam tempore Diotusius (*) Alba in urbe Roma constitutus, paschalem calculum miranda argumentatione composuit. Tuncque nihilominus Arator Romanæ Ecclesie Subdiaconus, poeta mirabilis, actus Apostolorum versibus hexametris exaravit. His quoque diebus B. Benedictus pater, & prius, in loco, qui Sublacum dicitur, qui ab urbe Roma quadraginta millibus abest, & postea in castro Cassini, quod Clarum appellatur, & magnæ vitæ meritis, & Apostolicis virtutibus effulsi. Igitur cum cir-

Tom. I.

(*) In Paulo Diacono legitur *Dionysius*.

A cumqua frequenter Longobardorum victoriæ personarent, Narsis Chartularius Imperialis, qui tunc præerat Italiae, bellum adversus Totilam Gothorum regem præparans, cum jam pridem Longobardos confederatos haberet, legatos ad Alboin dirigit, quatenus ei pugnaturum cum Gothis, auxilium ministraret. Tunc Alboin electam è suis manu direxit, qui Romanis adversum Gothos suffragium ferrent, qui per maris Adriatici sinum in Italiæ transvecti, sociati que Romanis, pugnam inierunt cum Gothis. Quibus usque ad internectionem deletis, taliter cum Totila suo rege honorati multis munieribus, viatores ad propria remcarunt, omnique tempore, quo Longobardi Pannoniam posse federunt, Romanæ Reipublicæ adversus æmulos adjutores fuerunt. His temporibus Narsis etiam Buccellino duci bellum intulit, quem Thendepertus Rex Francorum cum in Italiæ introisset, reversus ad Gallias cum Hamingo alio duce, ad subjiciendam Italiæ reliquerat. Tunc quoque apud Constantinopolim Priscianus Cæsariensis Grammaticæ artis, ut ita dixerim, profunda rimatus est. Qui Buccellinus cum penè totam Italiæ direptionibus vastaret, & Thendeperto suo regi de præda Italiæ munera copiosa conferret, cum in Campania hyemare disponeret, tandem in loco, cui Tannecum nomen est, gravi bello à Narsete superatus, extinctus est. Hamingus verò, dum Widin Gothorum Comiti contra Narsetem rebellanti auxilium ferre conatus fuisset, utrique à Narsete superati sunt. Widin captus Constantinopolim exulatur. Hamingus verò, qui ei auxilium præbuerat, Narseti gladio perimitur. Tertius quoque Francorum dux, nomine Leutharius, Buccellini germanus, dum multâ prædâ onustus ad patriam cuperet reverti, inter Veronam, & Tridentum, juxta lacum Benacum propria morte defunctus est. Habuit nihilominus Narsis certamen adversus Sindual Brentorum regem, qui adhuc de Herulorum stirpe remanserat, quos secum in Italiæ veniens solum Odoacer adduxerat. Huic Narsis fideliter sibi primum adhærenti, multa beneficia contulit, sed novissimè superbè rebellantem, & regnare cupientem, bello superatum, & captum, celsa de trabe suspendit. Eo tempore quoque Narsis Patricius, per Dagisteum Magistrum militum, virum bellicosum, & fortem, universos Italiæ fines obtinuit. Hic Narsis prius quidem Chartularius fuit, deinde propter virtutem merito Patriciatus honorem promeruit. Erat autem vir piissimus, in religione Catholicus, in pauperes munificus, in reparandis Basilicis fastis studiosus, vigiliis, & orationibus in tantum studens, ut plus supplicationibus ad Deum profusis, quam armis bellicis victoriam obtinebat.

E Inter hæc Justiniano Principe vitâ decadente, Justinus minor Rempublicam apud Constantinopolim regendam suscepit.

His quoque temporibus Narsis Patricius, cuius ad omnia studium vigilabat, Vitalem Episcopum Altinæ civitatis, qui ante annos plurimos, ad Francorum regem consugerat,

Z z hoc

hoc est, ad Gothensem civitatem, comprehensum, apud Siciliam exilio damnavit. Igitur deletâ, ut dictum est, vel superatâ, Narsis omni Gothorum gente, his quoque, de quibus dixi, minus pari modo devictis, dum multum auri, sive argenti, seu ceterarum specierum divitias adquisisset, magnam ab his, pro quibus multa contra eorum hostes laboraverat, invidiam per tulit, qui contra eum Justino Augusto, & ejus conjugi Sophiae, in hæc verba suggesterunt dicentes: Quia expedierat Romanis, Gothis potius servire, quam Græcis, ubi Narsis Eunuchus imperat, & nos servitio premit, & hæc noster piissimus Princeps ignorat. Aut libera nos de manu ejus, aut certè in civitatem Romanam, & nos metipos gentibus tradimus. Cumque hæc Narsis audisset, hæc breviter retulit verba: Si male feci cum Romanis, male inveniam. Tunc Augustus in tantum adversus Narsetem commotus est, ut statim in Italiam Longinum Præfectum mitteret, qui Narsetis locum obtineret. Narsis verò his cognitis valde pertimuit, & in tantum, maximè ab eadem Sophia Augusta territus est, ut regredi ultra Constantinopolim non auderet. Cui illa inter cetera, quia Eunuchus erat, hæc fertur mandasse, ut cum puellis in ginæco lanarum faceret pensas dividere. Ad quæ verba Narsis dicitur hæc verba dixisse; Talem se eidem telam orditurum, qualem ipsa dum viveret, deponere non posset. Itaque odio, metuque exagitatus, in Neapolim Campaniæ civitatem secedens, legatos mox ad Langobardorum gentem dirigit, mandans, ut paupera Pannoniæ rura deserenter, ad Italiam, cunctis repletam divitiis, possidentam venirent. Simulque multimoda pomorum genera, aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, mittit, quatenus eorum adveniendum animos posset illicere. Longobardi læta nuncia, & quæ ipsi præoptabant, grataanter suscipiunt; denique futuris commodis animos attollunt. Continuò apud Italiam terribilia noctu signa visa sunt, hoc est, ignæ acies in cœlo apparuerunt, eo scilicet, qui postea effusus est, sanguine coruscantes. Narsis verò de Campania Romam reversus, ibidem non post multum tempus, ex hac luce subtractus est. Cujus corpus positum in locello plumbeo, cum omnibus ejusdem divitiis Constantinopolim est perlatum. Per hæc tempora apud Constantinopolim, ut supra præmissum est, Justinus minor regnabat, vir omni avaritiae deditus, contemptor pauperum, Senatorum spoliator. Cui tanta fuit cupiditatis rabies, ut arcas juberet ferreas fieri, in quibus ea, quæ rapiebat auri talenta congereret, quem etiam ferunt in hæresin Pelagianam dilapsum. Hic cum à divinis mandatis aurem cordis averteret, justo Dei judicio, amissio rationis intellectu, amens effetus est. Hic Tiberium Cæsarem ascivit, qui ei palatum, vel singulas provincias gubernaret, hominem justum, utilem, strenuum, sapientem, eleemosynarium, in judiciis æquum, in victoriis clarum, & quod his omnibus supereminet, verissimum Christianum. Hic cum multa de thesauris, quos Justinus aggregaverat, pauperibus erogaret, Sophia Augusta frequentius eum increpabat, quod Rempublicam redigisset in paupertatem, dicens: Quod ego multis annis congregavi, tu infra paucum tempus prodigè dispergis. Ajebat autem ille: Confido in Domino, quia non deerit pecunia Fisco nostro, tantum ut pauperes eleemosynam accipient, aut captivi redimantur. Hoc est ma-

A gnum thesaurum facere, dicente Domino; Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea corruptit, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ergo de his, quæ tribuit Dominus, congregemus thesauros in cœlo, & Dominus nobis augere dignabitur in seculo. Igitur Justinus cum undecim annis regnasset, amentiam, quam incurrerat, tandem cum vita finivit. Bella sanè, quæ per Narsetem Patricium Gothis, vel Francis illata, superius per anticipationem diximus, hujus temporibus gesta sunt. Denique & cum Roma temporibus Benedicti Papæ, vastantibus omnia per circuitum Longobardis, famis penuria laboraret, multa millia frumenti navibus ab Ægypto dirigens, eam sub studio misericordia relevavit. Mortuo ergo Justino, Tiberius Constantinus, Romanorum regum quinquagesimus, sumpsit Imperium. Hic cum, ut superius diximus, Justino adhuc Cæsare, palatum regereret, & multas quotidie eleemosynas faceret, magnam ei Dominus auri copiam subministravit. Nam deambulans per palatum, vidi in pavimento domus tabulam marmoream, in qua erat Crux Dominica sculpta, & ait: Crucem Domini, qua frontem nostram, & pectora munire debemus, ecce eam sub pedibus conculcamus. Et dicto citius jussit eandem tabulam auferri de fossa, qua elevata, atque erecta, inveniunt subtrus & alia hoc signum ☧ habentem, qui & ipsam jussit auferri. Qua amota, reperiunt & tertiam, jussuque ejus cum hæc fuisset ablata, inveniunt magnum thesaurum; habentem supra mille auri centenaria. Sublatumque aurum, pauperibus adhuc abundantius, quam consuetus fuerat, largitur. Narsis quoque Patricius Italæ, cum in quadam civitate intra Italiam, domum magnam haberet, ad supra memoratam urbem advenerit, ibique in domo sua occultè cisternam magnam fodit, in qua multa millia centeniorum auri, argenteique reposuit, interfectisque omnibus consciis, uni tantummodo seni hæc per juramentum ab eo exigens, commendavit. Defuncto verò Narsete, supradictus senex ad Cæsarem Tiberium veniens, dixit: Si mihi, inquit, aliquid prodest, magnam rem Cæsar dicam. Cui ille: Dic ait quid vis, enim proderit tibi, si quid nobis profuturum esse narraveris. Thesaurum, inquit, Narsetis habeo reconditum, quod in extremo vitæ positus celare non possum. Tunc Cæsar Tiberius gavisus mittit usque ad locum pueros suos, præcedente verò sene hi sequuntur attenti. Pervenientesque ad cisternam, deopertamque ingrediuntur, in qua tantum auri, vel argenti repertum est, ut per multos dies vix à deputantibus potuisse evacuari. Quæ ille penè omnia secundum morem suum erogatione largissima dispensavit egenis. Hic cum Augustalem coronam accepturus esset, eumque secundum consuetudinem ad spectaculum Circi populus expectaret, insidiasque ei præpararet Sophia Augusta, ut Justinianum, Justini neporem, ad dignitatem Imperatoriam sublimaret, ille per loca sancta prius præcedens, deinde vocato ad se Pontifice urbis, cum Consulibus, ac Præfatis palatum ingressus, indutus purpura, diademate coronatus, throno Imperiali positus, cum immensis laudibus in regni est gloria confirmatus. Quod ejus adversarii audientes, nihilque ei, qui in Domino spem suam posuerat, officere valentes, magno sunt confusione pudore cooperati. Transactis autem paucis diebus, Justinianus, projectis se pedibus Imperatoris,

ris, ob meritum gratiae, quindecim ei auri centenaria deferens. Quem ille secundum patientia suæ meritum colligens, sibi ut in palatio assisteret jussit. Sophia vero Augusta immemor promissionis, quam quondam in Tiberium habuerat, insidias ei pertentavit ingerere. Praecedente autem eo ad villam, ubi juxta ritum Imperiale triginta diebus ad vindemiam jocundaretur, vocato clam Justiniano, voluit eum sublimare in regno. Quo comperto Tiberius cursu veloci Constantinopolim regreditur, apprehensaque Augustam omnibus thesauris, ex spoliavit, solum ei victum quotidianum in alimento relinquens, segregatisque pueris ejus ab ea, alias de fidelibus suis posuit, qui ei parerent, mandans prorsus, ut nullus de anteroriis, ad eam haberet accessum. Justinianum vero verbis solummodo objurgatum, tanto in posterum amore dilexit, ut filio ejus filiam suam promitteret, rursusque filio filiam suam expeteret. Sed haec res minimè, quam ob causam nescio, ad effectum pervenit. Hujus exercitus ab eo directus Persas potentissime debellavit, victorque regrediens, tantam molem praedæ, cum viginti pariter Elephants detulit, ut humanæ crederetur posse sufficere cupiditati. Tiberius igitur Constantinus, postquam septem rexerat annis, sentiens sibi diem mortis imminere, una cum consilio Sophie Augustæ Mauricum genere Cappadocem, virum strenuum, ad Imperium elegit, ornatamque suam filiam regalibus ornamentis eam tradidit ei, dicens: Sit tibi Imperium meum cum hac puerilla concessum, utere eo felix, memor semper, ut æquitate, justitiaque delecteris. Haec postquam dixit, de hac luce ad æternam patriam migravit magnum luctum populis de sua morte relinquent. Fuit enim summæ bonitatis, in elemosynis promptus, in judicio justus, in iudicando cautissimus, nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate complectens, omnesque diligens, ipse quoque est dilectus à cunctis.

Quo defuncto Mauricius induitus purpurâ, & redimitus diademate, ad Circum processit, acclamatisque sibi laudibus, largitus populo munera, primus ex Græcorum genere in Imperio confirmatus est. Hoc tempore Mauricius Imperator Childeperto regi Francorum quinquaginta millia solidos per legatos suos direxit, ut cum exercitu super Longobardos irrueret, eosque de Italia exterminaret. Qui cum innumeræ Francorum multitudine, in Italiam subito introivit. Longobardi vero in civitatibus se communientes, intercurrentibus legatis, oblatisque muneribus, pacem cum Childeperto fecerunt. Qui cum ad Gallias remeasset, cognito Imperator Mauricius, quia cum Longobardis fœdus finierat, quod ei Longobardorum derrementum dederat, repetere cupit. Sed ille suarum virium potentia fretus, pro hac re nec responsum reddere voluit. His itaque gestis Autharius rex Brexillum civitatem, super Padi marginem positam, expugnare aggressus est, in quam Dotrulf dux à Longobardis confugerat, se partibus Imperatoris tradens, sociatus militibus Longobardorum exercitu fortiter resistebat. Iste ex Suavorum, hoc est Alamannorum gente oriundus, inter Longobardos creverat, & quia erat formâ idoneus, ducatus honorem meruerat. Sed cum occasionem ulciscendæ suæ captivitatis repperit, contra Longobardorum illico armæ surrexit. Adversus quem Longobardi gravia bella gesserunt: tandemque eum cum militi-

A bus, quos juvabat, exuperantes, Ravennam cedere compulerunt. Brexillus capta est, in urbi quoque ejus ad solum usque destructi sunt. Post hæc Antharius rex cum Smaragdo Patricio, qui tunc Ravennæ præerat, usque in annum tertium pacem fecit. Denique post Benedictum Papam, Pelagius Romanæ Ecclesæ Pontifex absque iussione Principis ordinatus est, eo quod Longobardi Romanam per circuitum obfiderent, nec posset quisquam à Roma progredi. Hic Pelagius Helicæ Aquileiensi Episcopo, nolenti tria capitula Chalcedonensis Synodi suscipere, epistolam satis utilem misit, quam B. Gregorius, cum esset adhuc Diaconus, conscripsit. Rursum Mauricius Augustus, legatos ad Childepertum mittens, eum ut contra Longobardos in Italiam exercitum dirigeret persuasit. Childepertus existimans suam adhuc germanam apud Constantinopolim vivere, legatis Mauricii acquiescens, ut suam posset sororem recipere, iterum adversus Longobardos Francorum exercitum ad Italiam direxit. Contra quos dum Longobardorum acies properarent, Franci, & Alamanni dissensionem habentes, sine ullius lucri conquitione, ad patriam sunt reversi. Eo tempore fuit aquæ diluvium in finibus Venetiarum, & Liguriæ, seu ceteris regionibus Italiæ, quale post Noe tempora non creditur fuisse. Factæ sunt lacunæ possessiones, seu villarum, hominumque pariter, & animantium magnus interitus. Destructa sunt itinera, dissipatae viæ; tantumque Athesis fluvius tunc excrevit, ut circa Basilicam Beati Zenonis martyris, quæ extra Veronensis urbis muros sita est, usque ad superiores fenestras aqua pertingeret, licet sicut B. Gregorius post ea Papaæ scripsit, in eandem Basilicam aqua minimè introivit. Urbis quoque ejusdem Veronensis muri ex parte aliqua eadem sunt inundatione subruti. Facta est autem haec inundatio, sextodecimo Kal. Novembris. Sed & tantæ coruscations, & tonitrua fuerunt, quantæ fieri vix æstivo tempore scilicet. Post duos quoque menses, eadem urbs Veroniæ, magna ex parte incendio concremata est. In hac diluvii effusione in tantum apud urbem Romam fluvius Tyberis excrevit, ut aquæ ejus super muros urbis influerent, & maximè in ea regiones occuparent. Tunc peralveum ejusdem fluminis, cum multa serpentium multitudo, draco etiam magnæ, miraque magnitudinis per urbem transiens, usque ad mare descendit. Subsecuta statim est hanc inundationem gravissima pestilentia, quam inguiriæ appellant, quæ tanta strage populum devastavit, ut de inæstimabili multitudine, vix pauci remanerent. Primumque Pelagium Papam, virum venerabilem perculit, & sine mora extinxit. Deinde pastore interempto, sese per populum extendit. In hac tanta rei tribulatione B. Gregorius, qui tunc Levita erat, à cunctis generaliter Papa electus est, qui dum septiformem Letaniam fieri ordinasset, intra unius horæ spatium, dum hi Dominum deprecarentur, octoginta ex eis subito ad terram corruentes, spiritum exhalarunt. Septiformis autem Letania ideo dicta est. quia omnis urbis populus à Beato Gregorio in septem partibus deprecatur Dominum est divisus. In primo namque choro, fuit omnis clerus; in secundo, omnes Abbates, cum monachis suis; in tertio omnes Abbatissæ cum congregationibus suis; in quarto omnes infantes; in quinto omnes laici; in sexto, universæ viduæ; in septimo

mo omnes mulieres conjugatae. Ideo autem de Beato Gregorio plura dicere omittimus, quia jam ante aliquot annos ejus vitam, Deo auxiliante, texuimus. In ea, quæ dicenda erant, juxta nostræ tenuitatis vires, universa descripsimus. Hoc tempore idem Beatus Gregorius, Augustinum, & Mellitum, & Johanneum, cum aliis pluribus monachis timentibus Deum, in Britanniam misit, eorumque prædicatione ad Christum Anglos convertit. His diebus defuncto Helia Aquileiensis Patriarcha, postquam quindecim annis sacerdotium gesserat, Severus huic succedens regendam suscepit Ecclesiam. Quem Smaragdus Patricius veniens de Ravenna in Gradus, per semetipsum ex Basilica extrahens, Ravennam cum injuria duxit, cum aliis tribus ex Histria Episcopis: idest, Johanne Parentino, & Severo, atque Vindemio, nec non etiam Antonio jam sene Ecclesiæ defensore. Quibus comminans exilia, atque violentiam inferens, communicare compulit Johanni Ravennati Episcopo trium Capitulorum damnatori, quia tempore Papæ Vigilii, vel Pelagii, à Romanæ Ecclesiæ desciverat societate. Exempto verò anno, à Ravenna ad Gradus reversi sunt, quibus nec plebs communicare voluit, nec cæteri Episcopi eos receperunt. Smaragdus Patricius à Dæmonio non injustè correptus, Successorem Romanum Patriciatus accipiens, Constantinopolim remeavit. Post hæc facta est Synodus decem Episcoporum in Mariano, ubi receperunt Severum Patriarcham Aquileensem, dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicavit Ravennæ. Nomina verò Episcoporum, qui se ab hoc schismate cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de Altino clarissimus, Ingemutius de Sabione, Angelus Tridentinus, Junior Veronensis, Horonius Vicentinus, Rusticus de Travisio, Fontejus Feltrinus, Angellus de Altillo, Laurentius Belliniensis, Maxentius Juliensis, & Adrianus Polensis. Cum Patriarcha autem communicaverunt isti Episcopi: Severus, Parentinus, Johannes Patricius, Vindemius, & Johannes. Igitur Mauricius Augustus postquam uno & viginti annis rex Imperium cum filiis Theodosio, & Tiberio, & Constantino à Focace, qui fuit strator Prisci Patricii, occiditur. Fuit autem utilis Reipubl.; nam sæpe contra hostes dimicans, victoriam obtinuit. Hunni quoque, qui & Avaræ appellantur, ejus virtute devicti sunt. His diebus defuncto Severo Patriarcha, ordinatur in loco ejus Johannes Abbas Patriarcha in Aquileja vetere, cum consensu regis, & Ghisolfi ducis. In Gradus quoque ordinatus est Romanis Candidianus Antistes. Rursus mense Novembrio, & Decembrio, stella Cometes apparuit. Candidiano verò defuncto apud Gradus ordinatur Patriarcha Epiphanius, qui fuerat Primicerius notariorum ab Episcopis qui erant sub Romanis; & ex illo tempore cœperunt duo esse Patriarchæ.

Focas igitur, ut præmissum est, extincto Mauricio, ejusque filiis, Romanorum regnum invadens, per octo annorum curricula principatus est. Hic rogante Papa Bonifacio statuit sedem Romanæ Ecclesiæ ut caput esset omnium Ecclesiarum, quia Ecclesia Constantinopolitana, primam se omnium Ecclesiarum scribebat. Idem alio Papa Bonifacio petente jussit in veteri fano, quod Pantheon vocabatur, ablatis idolatriæ fôrdibus, Ecclesiam B. semper Virginis Mariæ, & omnium SS. Martyrum fieri, ut ubi

A quondam, non deorum, sed dæmoniorum cultus habebatur, vel agebatur, ibi deinceps omnium fieret memoria Sanctorum. Hujus tempore Prafisi, & Veneti per Orientem, & Ægyptum civile bellum faciunt, ac sese mutuacæde prosternunt. Persæ quoque adversus Rem publicam gravissima bella gerentes, multas Romanorum provincias, & ipsam Hierosolymam auferunt; & destruentes Ecclesias, sancta quoque profanantes, inter ornamenta locorum sanctorum, vel communium, etiam vexillum Dominicæ Crucis abducunt.

B Contra hunc Focacem Eraclianus, qui Africam regebat, rebellavit, atque cum exercitu veniens, eum regno, vitâque privavit: remque publicam Romanam, Eraclius ejusdem filius regendam suscepit.

C His diebus defuncto Heraclio Augusto, apud Constantinopolim, Heracleoneus ejus filius cum matre Martina regni jura suscepit, rexique Imperium duobus annis.

Quo mortuo successit in loco ejus Constantinus germanus ejusdem filius Heraclii, impetravitque mensibus sex.

D Hoc etiam mortuo, Constantinus ejusdem filius ad regni dignitatem ascendit, tenuique regnum annis octo, & viginti. Circa hæc tempora regis Persarum conjux nomine Cæsara, de Perse exiens cum paucis suis fidelibus, privato habitu propter Christianæ fidei amorem Constantinopolim venit. Quæ ab Imperatore honorificè suscepta, post aliquot dies, ut desiderabat, Baptismum consecuta est, & ab Augusta de facro fonte levata est. Quod vir ejus Persarum rex audiens, legatos Constantinopolim ad Augustum direxit, quatenus eidem suam uxorem redderet, qui ad Imperatorem venientes, verba regis Persarum nunciant, qui requirerat suam reginam. Imperator hoc audiens, remque omnino ignorans, eis responsum dedit dicens: De regina quam queritis fatemur nihil scire, præter quod ad nos hic aliqua mulier privato habitu advenit. Legati verò responderunt dicentes: Si placet vestro conspectui, velimus hanc, quam dicitis, mulierem videre.

E Quæ cùm jussu Imperatoris advenisset, mox ut eam legati conspicunt, ad ejus vestigia provolvuntur, eique venerabiliter, ea quæ vir suus requerireret, suggerunt. Quibus illa respondit: Ite renunciate regi vestro, & domino, quia nisi sicut ego jam credidi, ita ipse & in Christum crediderit, me jam ultra consortem thori habere non poterit. Quid multa? Reversi legati ad patriam, universa quæ audierant, regi renunciant. Qui nihil moratus, cum sexaginta millibus viris Constantinopolim pacificè ad Imperatorem venit, à quo gratarter, & sati dignè suscepitus est. Qui cùm universis Christum Dominum credens, pariter cum omnibus Sacri Baptismatis undâ perfusus, & ab Augusto de fonte levatus, Catholica fide confirmatus est, multisque muneribus ab Augusto honoratus, acceptâ suâ conjuge latus, & gaudens ad suam patriam repedavit. His diebus Constantinus, qui & Constans est appellatus, Italiam à Longobardorum manu eruere cupiens, Constantinopolim egressus, per littora iter habens, Athenas venit, indeque mare transgressus, Tarentum applicuit. Qui tamen prius ad solitarium quendam, qui prophetæ spiritum habere dicebatur, adit, studiosè ab eo sciscitans, utrum gentem Longobardorum, quæ in Italia habitabat, superare, & obtinere posset. A quo cùm Servus Dei spatium unius noctis expetisset,

ut

ut pro hoc ipso Dominum supplicaret, facto manè ita eidem Augusto respondit: Gens Longobardorum superari modo ab aliquo non potest, quia regina quedam ex alia provincia veniens, Basilicam Beati Johannis Baptiste in Longobardorum finibus construxit, & propter hoc ipse Beatus Johannes pro Longobardorum gente intercedit. Veniet autem tempus quando ipsum oraculum habebitur despectui, & tunc gens ipsa peribit. Quod nos factum ita esse probavimus, quia ante Longobardorum perditionem, eandem Beati Johannis Basilicam, quæ utique in loco, qui Modicia dicitur, est constituta, per viles personas ordinari conspeximus, ita ut indignis, & adulteris non pro vita merito, sed præmiorum datione largiretur. Igitur cùm, ut diximus, Constanus Augustus Tarantum venisset, egressus exinde Beneventanorum fines invasit, omnesque penè per quas venerat Longobardorum civitates cepit. Luceriam quoque opulentam Apulię civitatem expugnata fortius invadens diruit, & ad solum usque prostravit. Agerentiam sanè propter munitissimam loci positionem, capere minimè potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneventum circumdedit, & eam vehementer pugnare coepit, ubi Grimoaldi filius, adhuc juvenculus ducatum tenebar, qui statim ut Imperatoris adventum cognovit, nutricium suum nomine Jesualdum ad patrem Grimoaldum trans Padum direxit, obsecrans eum, ut quantociùs veniret, filioque suo, ac Beneventanis, quos ipse nutrierat, potenter succurreret, quod Grimoaldus rex audiens, statim cum exercitu filio latus auxilium, Beneventum pergere coepit; Quem plures ex Longobardis in itinere relinquentes, quia expoliasset palatium, & jam non reversus repeteret Beneventum, diversis machinis vehementer expugnabat; è contra Romoaldo cum Longobardis fortiter resistebat. Qui quamvis cum tanta multitudine congregati manum, propter paucitatem exercitus, non auderet, frequenter tamen cum expeditis juvenibus hostium castra irrumpens, magnas eisdem inferebat undique clades. Cùmque Grimoaldus ejus pater jam properaret, eundem nutricium ejus, de quo præmisimus, ad filium misit, qui ei suum adventum nunciaret. Qui cùm prope Beneventum venisset, à Græcis captus, Imperatori delatus est. Qui ab eo unde adveniret requirens, ille se à Grimoaldo rege venire dixit, eundemque regem citius adventare nunciavit. Statimque Imperator exterritus consilium cum suis init, quatenus cum Romoaldo pacifceretur, ut Neapolim posset reverti, acceptaque obside Romoaldi forore, cui nomen Gisa fuit, cum eodem pacem fecit. Ejus verò nutricium Jesualdum ad muros duci præcepit, mortem eidem minatus, si aliquid Romoaldo, aut civibus de Grimoaldi adventu nunciaret, sed potius asseveraret eundem venire minimè posse. Quod ille ita se facturum, ut ei præcipiebatur promisit; Sed cùm prope muros advenisset, velle se Romoaldum videre dixit: Quo cùm Romoaldus citius advenisset, sic eum allocutus est: Constanus esto domine Romoalde, & habens fiduciam noli turbari, quia tuus genitor citius tibi præbiturus auxilium aderit. Nam scias eum ista nocte juxta Satricum fluvium cum valido exercitu manere, tantum obsecro, ut misericordiam exhibeas cum mea uxore, & filiis, quia gens ista perfida me vivere non sinet. Cùmque hoc dixisset, jussu Imperatoris caput ejus abscissum, atque cum belli machina,

A quam petrariam vocant, in urbem projectum, est. Quod caput Romoaldus sibi jussit deferri, idque lacrymans oscularus est, dignoque in loco tumulari præcepit. Metuens subito Grimoaldi regis adventum Imperator dimissa Beneventi obsidione, Neapolim proficiuntur: Cujus tamen exercitum Micola Capuanus Comes juxta fluenta Caloris fluminis, in loco, qui usque hodie Pugna dicitur, vehementer attrivit. Postquam vero Imperator Neapolim pervenit, unus ex ejus optimatibus, cui nomen Saburrus erat, ab Augusto, ut fertur, viginti millia militum expetiit, seque cum Romoaldo pugnaturum, victoremque spopondit. Qui cùm accepto exercitu ad locum, cui Forinus nomen est advenisset, ibique castra posuisset, Grimoaldus, qui jam Beneventum advenerat, hæc audiens, contra eum proficiendi voluit. Cui filius Romoaldus, non est opus, inquit, sed tantum partem nobis de exercitu vestro tribuite. Ego Deo favente cum eo pugnabo, & cum vicero, major utique gloria vestre potentiae adscribetur. Factumque est, accepta aliqua parte de patris exercitu, pariterque cum suis hominibus contra Saburrum proficiuntur. Qui prius quam bellum cum eo iniret, à quatuor partibus tubas insonare præcepit. Cùmque utræque acies forti intentione pugnarent, tunc unus de regis exercitu, nomine Amangus, qui regium contum ferre erat solitus, quandam Græculum eodem conto utrisque manibus fortiter percutiens, de sella, super quam equitabat fustulit, eumque in aera super caput suum levavit. Quod cernens Græcorum exercitus, immenso pavore perterritus, in fugam convertitur, ultimaque pernicie cæsus, sibi fugiens mortem, Romoaldo, & Longobardis victoriā peperit. Ita Saburrus, qui se Imperatori suæ victoriæ trophœum de Longobardis promiserat patrare, ad eum cum paucis remeans ignominiam deportavit. Romoaldo vero, patratâ de inimicis victoriâ, Beneventum triumphans reversus est, patrique gaudium, & cunctis securitatem, sublato hostium timore, convexit. At vero Constanus Augustus, cùm nihil contra se Longobardos gesisse conspiceret, omnes sevitiae suæ minas contra suos, hoc est Romanos retorsit. Nam egressus Neapoli Romam perrexit. Cui sexto ab urbe millario Vitalianus Papa cum Sacerdotibus, & Romano populo occurrit. Qui Augustus, cùm ad Beati Petri limina pervenisset, obtulit ibi pallium auro textum, & manus apud Romam diebus duodecim, omnia quæ fuerant antiquitus instructa ex ære in ornamentum civitatis, depositi, in tantum ut etiam Basilicam Beatæ Mariæ, quæ aliquando Pantheon vocabatur, & condita fuerat in honorem omnium deorum, & jam ibi per concessionem superiorum Principum locus erat omnium Martyrum, discooperiret, tegulasque æreas exinde auferret, easque simul cum aliis omnibus ornamentis, Constantinopolim transmitteret. Deinde reversus Imperator Neapolim, itinere terreno perrexit in civitatem Regium, ingressusque Siciliam per Indictionem septimam, habitavit Siracusas, & tales afflictiones in suo populo, seu habitatoribus, vel possessoribus Calabriæ, Siciliæ, Africæ, atque Sardiniae exercuit, quales antea nunquam auditæ sunt, ita etiam ut uxores à maritis, vel filii à parentibus separarentur. Sed talia multa, & inaudita harum regionum populi sunt perpessi, ita ut alicui spes vitæ non remaneret.

Nam

Nam & vasæ facia, & cimelia sanctorum Dei Ecclesiarum, Imperiali iusu, & Græcorum avaritiæ sublata sunt. Mansit autem in Sicilia ab Indictione septima usque in duodecimam: sed tandem tantarum iniquitatum poenas luit, atque dum se in balneo lavaret, à suis extintus est. Interfecto igitur apud Siracusas Constante Imperatore, Mezentius in Sicilia regnum arripuit, sed absque Orientalis exercitus voluntate. Contra quem Italæ milites, alii per Histriam, alii per partes Campaniæ, alii vero à partibus Africæ, & Sardiniae venientes in Siracusas, eum vitâ privaverunt. Multiq; ex judicibus ejus truncati, Constantinopolim perducti sunt, cum quibus pariter & falsi Imperatoris caput est deportatum.

Hæc audiens gens Saracenorum, quæ jam Alexandriam, & Ægyptum pervaferat, subito cum multis navibus venientes Siciliam invadunt, Siracusas ingrediuntur, multamque stragem faciunt populorum, vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra, & juga confugerunt montium. Auserentes quoque prædam nimiam, & omnem illum, quem Conflans Augustus à Roma abstulerat ornatum in ære, & diversis speciebus, sive Alexandriam reversi sunt. Porro regis filia, quam de Benevento obsidis nomine sublatam diximus, Siciliam veniens diem clausit extremum.

Igitur extincto, ut diximus, apud Siciliam Constante Augusto, punitoque, qui ei successerat Mezentio Tyranno, Romanorum regnum Constantinus Constantii Augusti filius suscepit regendum, Romanisque principatus est annis decem & septem. Constantii sanè temporibus Theodorus Archiepiscopus, & Adrianus Abbas vir doctissimus à Vitaliano Papa missi in Britanniam, plurimas Ecclesiæ Anglorum doctrinæ Ecclesiastice fruge fœcundarunt. E quibus Theodorus Archiepiscopus peccantium judicia, quantis scilicet pro uno quoque peccato quis pænitere debeat, mirabili, & discreta consideratione descriptis. Dum hæc geruntur, Hæresis apud Constantinopolim orta est, quæ unam in Domino nostro Jesu Christo voluntatem, & operationem asseverabat. Hanc autem hæresim excitarunt Georgius Patriarcha Constantinopolitanus, Macarius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus. Quam ob causam Constantinus Augustus, centum quinquaginta Episcopos congregari fecit: inter quos etiam fuerunt Legati Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, missi ab Agathone Papa, Johannes Diaconus, & Johannes Portuensis Episcopus, qui omnes eandem hæresim damnaverunt. Ea horâ tantæ aranearum telæ in medio populi cederunt, ut omnes mirarentur, ac per hoc significatum est, quod fortes hæreticæ pravitatis depulsæ sunt. Et Georgius quidem Patriarcha corruptus est, cæteri vero in sua defensione perseverantes anathematis sunt ultione perculsi. Eo tempore Damianus Tyeniensis Ecclesiæ Episcopus, sub nomine Mansueti Mediolanensis Archiepiscopi, ea de causa satis utilem, recteque fidei Epistolam composuit, quæ in præfata Synodo non mediocre suffragium tulit. Recta autem, & vera fides est, ut sicut in Domino nostro Jesu Christo, duæ sunt naturæ, hoc est, Dei, & hominis, sic etiam duæ traduntur esse voluntates, sive operationes. Vis audire quid deitatis est? Ego, inquit, & Pater unus sumus. Vis audire quid humanitatis? Pater major me est. Cerne secundum humanitatem eum in navi dormientem; cerne ejus divinitatem, Euangelista ait, tunc surgens imperavit ventis,

A & mari, & facta est tranquillitas magna. Hæc est sexta Synodus universalis, Constantinopoli celebrata, & Græco sermone conscripta, temporibus Papæ Agathonis, & sequente, ac residente Constantino Principe intra septa palatii sui. Dehinc apud Constantinopolim Imp. moritur Constantinus, & ejus minor filius Justinianus Romanorum regnum suscepit, cuius per decem annos gubernacula tenuit. Hic Africam à Saracenis abstulit, & cum eisdem pacem terrâ, marique fecit. Hic Sergium Pontificem, quia in errore illius Synodi, quam Constantinopoli fecerat, favere, & subscribere noluit, misso Zacharia Protospatario suo, jussit Constantinopolim deportari. Sed militia Ravennæ, vicinarumque partium, jussa Principum nefanda contemnens, eundem Zachariam cum contumeliis ab urbe Roma, & injuriis pepulit.

Contra hunc Justinianum Leo Augustalem dignitatem arripiens, eum regno privavit; Regnumque Romanorum tribus annis regens, Justinianum exulem in Ponto servavit.

Rursumque Tiberius contra hunc Leonem infurgens, regnum ejus invasit, eum quoque toto quo ipse regnavit tempore, in eadem civitate in custodia tenuit. Hoc tempore Synodus Aquilegiæ facta ob peritiam fidei, quintum universale Concilium suscipere diffidit, donec salutaribus Beati Papæ Sergii monitis instructa, & ipsa huic cum ceteris Christi Ecclesiis annuere consentit. Facta autem est hæc Synodus Constantinopoli, temporibus Papæ Julii, sub Justiniano Principe, contra Theodorum, & omnes Hereticos, qui B. Mariam solum hominem, non Deum & hominem genuisse affirmabant. In qua Synodo Catholice est institutum, ut Beata Maria semper Virgo, Theodosius dicetur, quia sicut Catholica fides habet, non hominem solum, sed verè Deum & hominem genuit. Hoc tempore apud Gallias in Francorum regnum, Anschis Arnulfi filius, qui de nomine Anchisæ, quondam Trojani creditur appellatus, sub nomine Majoris domus, gerebat principatum. At vero Justinianus, qui amissio principatu in Ponto exulabat, auxilio Terebelli Burgarorum regis, regnum rursus recipiens, eos qui se expulerant Patricios occidit: Leonem quoque, & Tiberium, qui locum ejus usurpaverant, cepit, & in medio Circo coram omni populo jugulari præcepit. Gallinum vero Patriarcham Constantinopolitanum erutis oculis Romam misit, Cyrumque Abbatem, qui eum in Ponto exulem aluerat, Episcopum in loco Gallicini constituit. Hic Constantinus Papam ad se venire jubens, honorifice suscepit, ac remisit. Quem prostratus in terram pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta ejus Ecclesiæ privilegia renovavit. Qui cum exercitum in Pontum mitteret ad comprehendendum Philippicum, quem ibi relegaverat, multum eum idem venerabilis Papa prohibuit, ne hoc facere deberet, sed tamen inhibere non potuit. Exercitus quoque qui missus contra Philippicum fuerat, ad partem se Philippici contulit, eumque Imperatorem fecit. Qui Constantinopolim contra Justinianum veniens, cum eo ab urbe milliario duodecimo pugnavit, vicit, & occidit, regnumque ejus adeptus est. Imperavit autem Justinianus cum filio Tiberio in hac secunda vice, annos sex, quem Leo in expulsione illius naribus detruncavit. Qui post, iterum assumpto Imperio, quotiens defluentem guttam rheumatis manu detergit, penè totiens aliquos ex iis, qui contra eum fuerant, jugulari præcepit.

At

At verò Philippicus, qui & Bardanis, postquam Imperiali dignitate confirmatus est, Cynam, de quo dixeramus, de Pontificatu ejus, ad gubernandum monasterium suum, Pontum redire præcepit. Hic Philippicus Constantino Papæ literas pravæ dogmatis direxit, quas ille cum Apostolicæ Sedis consilio respuit, & hujus rei causâ fecit picturas in portico Sancti Petri, quæ gesta sex sanctorum Synodorum universalium retinenter. Nam & hujusmodi picturas, cùm haberentur in urbe regia, Philippicus jussicerat auferrari. Statuit Populus n. Hæretici Imperatoris nomen, aut chartas, aut figuram solidis susciperent; unde nec ejus effigies in Ecclesiam introducta est, nec nomen ad Missarum solennia prolatum. Hic cùm annum unum, & sex mensibus regnum gessisset, contra eum Anastasius, qui & Artemius dictus est, insurgens eum regno expulit, oculisque privavit, nec tamen occidit.

Hic Anastasius literas Constantino Papæ Romanæ per Scholasticum Patricium, & Exarchum Italæ direxit, quibus se fautorem Catholicæ fidei, & sanctæ sextæ Synodi, vel Concilii prædicatorem esse declaravit. Hoc tempore Anastasius Imperator classem in Alexandriam contra Saracenos direxit, cuius exercitus ad aliud versus consilium, ab itinere medio Constantinopolitanam urbem regressus, Theodosium Orthodoxum inquirens, Imperatorem elegit, atque coactum in solio Imperii confirmavit. Qui Theodosius apud Niceam civitatem Anastasium gravi prælio vicit; datoque sibi sacramento, eum clericum fieri, ac presbyterum fecit ordinari.

Ipse verò, ut regnum accepit, mox in regia urbe imaginem illam venerandam, in qua sancta Synodus erat depicta, & à Philippico fuerat dejecta, pristinum in locum erexit. His diebus Tyberis fluvius ita inundavit, ut alveum suum egressus multa Romanæ fecerit exitia civitati, ita ut in via lata ad unam, & semis statutram excresceret, atque à porta sancti Petri usque ad pontem Milvium aquæ descendentes contingent. Mansit autem diebus septem, donec agentibus litanias crebras civibus, octavo demum die reversæ sunt.

Inter hæc defuncto Imperatore Theodosio,

(*) Legendum effert.

A qui uno solummodo Imperium rexerat anno, ejus in locum Leo Augustus subrogatur. Hoc etiam tempore eadem Saracenorum gens cum immenso exercitu veniens Constantinopolim circumdedit, ac per continuum triennium obfedit, donec civibus multâ justitiâ ad Deum clamantibus, plurimi eorum fame, & frigore, bello, & pestilentia perirent, ac sic pertæsi obsidionis abscederent, qui inde egressi Bulgarorum gentem, quæ est super Danubium, bello aggrediuntur, & ab hac quoque vieti ad suas naves refugint, quod cùm altum pesterent, ingruente subito tempestate, plurimis & mersis, sive contritis navibus perierunt. Intra Constantinopolim verò, trecenta millia pestilentia interierunt. Hac tempestate Leo Imperator apud Constantinopolim Sanctorum imagines depositas incendit. Romano quoque Pontifici similia facere, si Imperiale gratiam habere vellet, mandavit. Sed hoc facere Pontifex contempnit. Omnis quoque Ravennæ exercitus, vel Venetiarum, talibus jussis uno animo restiterunt, & nisi eos prohibuisset Pontifex, Imperatorem super se constituere aggressi sunt (*). Eo tempore Longobardorum Rex Luitprandus Ravennam obsedit, Classem invasit, atque (*) struxit. Tunc Patricius Paulus extra Ravennam misit, qui Pontificem interimerent. Sed Longobardis pro defensione Pontificis repugnantibus Spoletanis in solatio positis, & ex aliis partibus Longobardis Tuscis resistentibus, consilium Ravennatum dissipatum est. Rursus cum Ravennam Hildebrandus regis nepos, & Peredeo Vincentius Dux obtinerent, irruentibus subito Peredeo viriliter pugnans occubuit. Per idem tempus Leo Augustus ad pejora progressus est, ita ut compelleret omnes Constantiopolis habitantes, tam vi, quam blanditiis, ut deponerent ubicunque haberentur imagines, tam Salvatoris, quam sanctæ ejus Genitricis, vel omnium Sanctorum, easque in medio civitatis incendio concremari fecit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri præpediebant, aliquanti ex eis capite truncati, alii corporis parte multati sunt. Cujus errori Germanus Patriarcha non consentiens, à propria sede depulsus est, & ejus in loco Anastasius præsbyter ordinatus est.

(*) Legendum diffixit.

Finis Historia Miscellæ.

JORDANIS HISTORIA

DE GETARUM, five GOTHORUM
ORIGINE, ET REBUS GESTIS

A P. JOHANNE GARETIO
MONACHO ORD. S. BENEDICTI

E Congregatione S. Mauri

EDITA, ET NOTIS ILLUSTRATA,

Nunc verò iterum ad fidem antiquissimi
Codicis MS.

BIBLIOTHECÆ AMBROSIANÆ

ACCURATISSIME COLLATA,
ATQUE EMENDATA

CURA, ET STUDIO

JOSEPH ANTONII SAXII
EJUSDEM BIBLIOTHECÆ PRÆFECTI.

LECTORI MONITUM.

Endem, quam in Eutropio, diligentiam adhibuimus, ut collata cum antiquissimo MS. Bibliotheca Ambrosiana Jordanis historia, accurasier edetur. Jordanem porro appellare non dubitamus, freni vetustissimo Codicis nostri testimonio, in quo auctor ipse Jordanis, cap. L. nomen hoc suum aperte prodit. Varias lectiones initiali litera A., que Ambrosianum Codicem indicat, pari modo notavimus suis quaque locis, diversa characterum formâ distinguentes ea verba, que non leguntur in nostro. Garitum vero, aliorumque lectiones, aut notas ab ipso apositas protriis corundem nominibus retulimus. Atque ut lectori nihil desiderandum relinqueretur, specimen ipsam antiqui characteris MS., prout in Eutropio egimus, hic attexere placuit, ut quantæ sit auctoritatis lectio nostra peritus quilibet antiquitatis facile perpendat.

SPECIMEN CHARACTERUM HISTORIAE IORNANDIS

DE REBUS GETICIS

ex Codice Ambrosiano pergameno Sig. lit C.n. 72

Incepit prologus historie gotorum. ... 0000
Tunc me parvo subiectu nauigii ora anguli littoris stringere. in uno de plicis ut
quidam ac flagris pesciculis legem — in altu frumenti cultule. laxare uel ac pellere. Relic-
toque opusculo: quod in manu habeo: de abbreviacione chronicon suades ut nimirum ab xu. senatoriis
uolumina de origine actibus; quod getarum ab oti ad usq; nec generationes reges descendencia. in uno
etiam parvo libello coarte. dura satis ipsa. et tanquam abeo quod pondus opis hinc scire nolam inposita. Nec
illud asperius. quod tenuis in spicula adiplendat tam magnifica dicendi tuba. Supponit autem pondus quod nec
facultas eius de librorum nobis dat. quoniam sensu iheruam. sed ut in mea ad triuana lectione du-
pensator ei beneficio libro ipsos ante hinc relegi. Quoniam quis uba non recolo. sensu tamen in actuali credome
integram retinere. Adquisi in multis historiis grecis latini addidi conuenientiam in fineque; pluramne
dicitur in dictione prouincia; que sine causa media quod exegi scilicet libens libenter sine lege; & si quis de paru-
dis virtutibus uerum uenit genita conmemorat addit. Ora pro me hinc dñe tecum.

— tu. rex eorum latissimus pater. paucos flores legisse. unde in quarenti capituli ingenio li-
mercorona contexta; Nec me quis sa in fauore gentis predictae quod ex ipsa trahentem
originem gloria aliquaque addidisse credat. quod que legi copi. Nec tamen cuncta que de ipsius
scribunt aut referunt complexissimum neec tamen adeo laude quam ad eum quicunque
expot. — **16 N**;

189

IN JORDANIS, sive JORNANDIS CHRONICON DE REBUS GETICIS

P R A E F A T I O

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

Inter eas gentes, quae ad Romanum Imperium exscindendum majores olim vires attulerunt, atque Italiam praecipue nostram e summo gloriae, potentiae, & nitoris, in abjectam sortem, & barbaros mores penitus dejecere, Gothi potissimum enumerantur. Illorum autem Originem, atque Historiam primus contextuerat celeberrimus Vir, & amplissimus Senator Magius Aurelius Cassiodorus. Testis ipse est in Praefatione ad librum primum Variarum, ubi alios inducit de se loquentes his verbis; *Duodecim libris Gothorum Historiam defloratis prosperitatibus condidisti*. Imo ipse Athalaricus Rex ad Senatum scribens Variarum lib. 9. ep. 25. de Cassiodoro, quem Praefectum Praetorio constituerat, haec habet: *Iste Reges Gothorum, longa oblivious celatos, latibulo vetustatis eduxit &c. Originem Gothicam Historiam fecit esse Romanam &c.* At ingenti bonarum Literarum jactura hujusmodi Historia periit. Bene tamen nobis cessit, quod saltem abbreviatam *Jornandes*, sive potius, ut Veteres appellant, *Jordanes*, aut *Jordanus*, nobis secundo fato servavit. Ita vero scribit iste in Praefatione ad Castalium: *De breviatione Chronicorum suades, ut nostris verbis duodecim Senatoris volumina de Origine, actaque Getarum ab olim usque nunc per generationes, Regesque descendente, in unum & hoc parvo libello coartem.*

Quis vero fuerit *Jordanes*, aut *Jordanus*, & quo tempore vixerit, ille nos edocuit cap. L. Historiae suae his verbis: *Cujus Candacis Ducis Alanorum uathis patris mei genitor Peria, idest meus avus, Notarius, quoisque Candax ipse viveret, fuit. Ego item, quamvis agrammatus, Jordanes, ante conversionem meam Notarius fui. Ergo origine Gothus Jordanes seculo AErae Christianae sexto floruit, & quin ad Justiniani Magni tempora suam perduxerit Historiam, credendus est eam concinnasse circiter annum 552. Apud Vossium, Caveum, & alios, atque in postrema editione Operum Cassiodori a P. Garetio Benedictino peracta, ita is inscribitur: Jornandes, sive Jordanus Episcopus Ravennas.* Et sane communis opinio hactenus habuit, ipsum Ravennatem Episcopum fuisse, aut saltem Episcopum fuisse Gothorum, cui tamen sententiae ne omnino subscribamus haec obstant. Nam quod est ad *Episcopatum Ravennatis Ecclesiae*, pene pro certo statuendum reor, nunquam Jordani tam illustre munus fuisse collatum. Habemus continuatam, ac perspicuam Archiepiscoporum Ravennatum seriein apud Rubeum, Ughellum, & alios, & quod rem confidere posse videtur, apud Agnellum vetustissimum scriptorem, quippe qui vixit seculo nono sub Lothario I. Augusto, eorumque Vitas nobis reliquit, a Clarissimo tandem Viro Benedicto Bacchini ex Estensis Bibliothecae Codice evulgatas. Nulla ibi Jornandis, sive Jordanis vestigia. Vix fieri potest, ut in syllabo Praelulum illorum diligentiam, ac eruditionem Agnelli Jordanes effugerit, & in Ecclesia potissimum magni nominis, & tot monumentis, diptycis, & chartis instructa. Christophorus Sandius in Notis ad Vossium de Historic. Latin. n. 22. scribit. Anno 565. quoque Archiepiscopum Ravennatem Vitalem nobis memorat Venantius Fortunatus, praedictis auctoribus ignotum, hoc est Rubeo, Sigonio, Baronio &c. Sed legendus ipse Rubeus lib. 3. Histor. Ravenn. & Bacchinius in Observat. ad Vitam S. Maximiani pag. 108. part. 2. Quod vero Jordanes Gothorum saltem Episcopus fuerit, id ipse tacuit. Sigebertus quidem Gemblacensis, Historicum hunc memorans, *Jordanem Episcopum appellat, quod & fecit Godefridus Viterbiensis. In nonnullis quoque Codicibus MSS., quos laudat Vossius de Histor. Latin. lib. 2. cap. 20. altera Jordanis Historia, de qua infra agemus, ita inscribitur: Jordani Episci Liber de origine mundi, & actibus Romanorum, caeterarumque gentium. In Codice etiam vetusto ac MS. Bibliothecæ Estensis, unde Sicardi Historiam hausi, est aliud Chronicon, de quo agam in Praefatione ad ipsum Sicardum, ibique de Justiniano Augusto loquens is Auctor, haec habet: Hucusque Jordanis Episcopus natione Gothus, ut ipse testatur, sua Chronica, & Gotorum Historias protelavit.*

Deni-

Denique Johanni Trithemio in lib. de Scriptor. Ecclesiast. manifestis verbis dicitur *Jordanus ex Monacho Episcopus Gothorum*. His testibus acquieverunt subsequuti Scriptores. Evidem inficiari non ausim, Episcopatus etiam munere auctum fuisse Jordanem, quamquam ipse fileat, & ab uno fere Sigeberto pendeat haec notitia. Quod mihi certum, Monasticam vitam a se suscepit satis indicat ipse Historicus. Scribit enim, ut supra vidimus: *Ante Conversionem meam Notarius fui*. Vocabulo *Conversionis* olim Monachismus significari consuevit. In Regula S. Benedicti ad *Conversionem venire* idem est ac Monasticam vitam amplecti: Salvianus lib. 4. ad Eccles. Cathol. *Licet de Conversorum venerabili videaris choro esse, licet Religionem vestibus similes &c.* & lib. 4. de Gubern. Dei: *Si quis ex Nobilibus converti ad Deum cooperit, statim honorem Nobilitatis amittit. Ubi enim quis mutaverit vestem, mutat protinus dignitatem*. Ut narrat S. Gregorius Turonensis lib. 3. de miracul. S. Martini cap. 15. Gundulfus quidam a S. Martino sanatus converti decrevit, scilicet ut humiliatis capillis ipsi Sancto serviret Antistiti. S. Gregorius Magnus lib. 7. Epist. 11. *Ne militiae, vel rationibus publicis obligati ad Ecclesiasticum habitum veniant, vel in Monasteriis convertantur*. Sic apud Bedam, & in Capitularibus Caroli Magni, & apud alios. Quamobrem quum de *Conversione* sua a seculari vita, & a Notariatus arte loquatur Jordanus, statuere saltem possumus, ipsum abjurato seculari fastu humilem Monachorum vitam elegisse.

Prodiit non semel *Getica Historia*; sed emendatiorem ex P. Pithoei exemplari MS. Fornerius illam exhibuit inter Opera Cassiodori Parisiis anno 1588. Hamburgi quoque anno 1611. cum notis Lindenbrogii lucem vidi. Subinde ipsam una cum aliis consimilis argumenti Chronicis Bonaventura Vulcanius typis tradidit Lugduni Batavorum anno 1618. Legitur eadem, & in collectione Historicorum de Gothicis rebus a Grotio concinnata anno 1655. & in Bibliotheca Patrum Tom. XI. Accuratam autem illius editionem habemus inter Opera Cassiodori collecta a P. Garetio Ord. S. Benedicti Congreg. S. Mauri Rothomagi anno 1679. quam sequuti sumus. Porro praeter *Historiam Gothorum*, alteram, eamque brevem Jordanus consarcinavit, quae & ipsa ad nostra usque tempora incolumis servata est. Ita se habet ejus titulus: *De Regnorum, ac temporum successione, sive de origine mundi, & aetibus Romanorum, caeterarumque gentium Liber ad Vigilium*. Apud Thritemium *De gestis Romanorum* liber iste inscribitur. Ab Adamo ad tempora usque Justiniani narrationem ille perducit, & ubi de Romanorum Imperio sermo est, Annaeum Florum pene totum expilat, quem tamen insultatum, atque innominatum, illaudabili, imo inurbano silentio, dimittit, ut & reliquos Scriptores, per quos profecerat ad hanc Historiam exornandam. Publicis typis traditus est hic Liber Francofurti anno 1588. Lugduni Batavorum anno 1595. & Hamburgi Anno 1611. Una vero cum *Historia Gothorum* editus est Hanoviae anno 1611., illustratus notis Jani Gruteri, ac subinde in Bibliothecam Patrum Tom. XI. illustratus. Hunc autem & huic nostrae Collectioni inserere placuit, veluti synopsim antiquae Historiae ad Justiniani I. aevum usque deductam, per quam instructi Lectores ad sequentium seculorum res gestas aliquo ordine deducantur.

JOR.



JORNANDES, SEU JORDANUS EPISCOPUS RAVENNAS DE GETARUM, sive GOTHORUM Origine, & rebus gestis AD CASTALIUM. (*) PRÆFATIO.

Volentem me parvo subiectum navigio, crām tranquilli litoris attingere, & minutos de priscorum (ut quidam ait) stagnis pīsciculōs legere, mālūm frāter (1) Caſtali laxare vela compellis, relīctoque opūſculo, quod intra manus babeo, id est de breviaſione Cbronicorum, suader ut noſtris verbis duodecim Senatoris (2) volumina de origine, (3) actuque Getarum ab olim usque nunc per generationes, regeſque delicente, (4) in unum, & hoc parvo libello coartem. Dura ſatis imperia, & tanquam ab eo, qui pondus bujus operis ſcire nolit, imposta. Nec illud ad ſpiriſis, quid temus mihi eſt ſpiritus ad implendam ejus tam magnificam dicendi tubam. Superat nos haec pondus, (5) quid nec facultas eorundem librorum nobis datus, quatenus ejus ſenſu inserviamus. Sed ut non mentiar, ad triduanam lectionem diſpensatoris ejus beneficio libros ipſos antebar relegi. Quorum quatuor verba non recolo, ſenſus tamen, & res aetas credo me integrē tenere. Ad quos nonnulla ex bistoriis Græcis, ac Latinis addidi convenientia, initium, finemque, & plura in medio mea diſtatione (6) permixſens. Quare ſine contumelia quod exegiſti, ſuſcipe libens, libentiffime lege, & ſi quid parum diſtum eſt, & tu, ut vicinus genti, commemoras, (7) adde. Ora pro me frater charifſime. (8)

CAPUT PRIMUM.

De totius Orbis terrarum diſtione. (1)



Ajores nostri, ut refert Orosius, totius terre circulum Oceani limbo circumſeptum triquetrum statuere, ejusq; tres partes, Asiam, Europam, & Africam vocavere. De quo tripartito orbis terra-

rum ſpatio innumerabiles penè scriptores exiſtunt, (2) qui non ſolū urbium, locorumve positiones explanant, verū etiam & quod eſt liquidius, paſſuum, milliariumque dimetiuntur quantitatē. Insulas quoque marinis fluctibus intermixtas, tam majores, quam etiam minores, quas Cycladas, vel Sporadas cognominant, in immenso maris magni pelago ſitas determinant. Oceani verò intrameabilis ulteriores fines non ſolū non diſcribere quis aggressus eſt, verū etiam nec cuiquam licuit transfretare: quia reſiſtente ulva, & ventorum ſpiramine quiescente, impermeabiles eſſe ſentiantur, & nulli cogniti, niſi ſoli ei, qui eos conſtituit. (3) Citerior verò ejus pelagi ripa, quam diximus, totius mundi circulum in modum coronæ ambiens, fines ſuos curiosis hominibus,

(*) A. inſcribitur hiſ verbiſ: *Incipit prologus bistoria Gotborum*
(1) A. *Caſtule*.
(2) Garetius noravit ideſt Caffiodori.
(3) A. *origine, ac libusque*.
(4) A. *descendentia in uno &c.*
(5) A. *tubam*. Super omne autem pendus.
(6) A. *mea diſtione*.
(7) A. *commemorans*.
(8) A. *habet in fine Dominus tecum*.

(1) Ambroſianus oratione continua legit integrā hiforiam, abſque ullo titulo, aut capitū diſtione.
(2) A. ſpatio extārunt.
(3) A. Oceani verò intrameabilis ulteriores fines, non ſolū quiſ diſcribere aggressus non eſt, verū etiam nec unquam licuit transfretara, quia reſiſtente ulva, & ventorum ſpiramine quiescente, impermeabilis eſſe ſentitur, & nulli cognitus niſi ei qui fecit eum.

nibus, & qui de hac re scribere voluerunt, per quam innotuit, quia & terræ circulus ab incolis possidetur, & nonnullæ insulae in eodem mari habitabiles sunt, ut in orientali plaga, & Indico Oceano. Hippodes, Jamnesia, sole perusta, quamvis inhabitabiles, tamen omnino sui spatio in longum, latumque extensa. Taprobane quoque, in qua, exceptis oppidiis, vel possessionibus, dicunt muritissimas urbes, decoram Sedaliam, omnino gratissimam Silestantinam, nec non Etheron, licet non ab aliquo scriptore dilucidata, tamen suis possessionibus affatim referatas. (4) Habet in parte occidua idem Oceanus aliquantas insulas, & penè cunctas ob frequentiam euntium, & redeuntium notas. Et sunt juxta fretum Gaditanum, haud procul, una Beata, & alia quæ dicitur Fortunata, quamvis nonnulli, & illa gemina Gallicia, (5) & Lusitanæ promontoria in Oceani insulis ponant. In quorum uno templum Herculis, in alio monumentum adhuc conspicitur Scipionis; tamen quia extremitatem Gallicæ terra continent, ad terram magnam Europæ potius, quam ad Oceani pertinent insulas. Habet tamen & alias insulas interius in suo æstu, quæ dicuntur Baleares. Habet & aliam Mevaniam, nec non Orcadas numero xxxiv., (6) quamvis non omnes exultas. Habet & in ultimo plagæ occidentalis aliam insulam nomine Thylen, de qua Mantuanus:

-tibi serviat ultima Thyle.

Habet quoque etipsum immensum pelagus in parte arctea, idest, septentrionali amplam insulam nomine Scanziæ (7) unde nobis sermo, si Dominus juverit, est assumendum: quia gens, cuius originem flagitas, ab hujus insulae gremio, velut examen apum erumpens, in terram Europæ advénit. Quomodo verò, aut qualiter, in subsequentibus (si Dominus donaverit) explanabimus.

CAPUT II.

De Britannia insula.

Nunc autem de Britannia insula, quæ in sinu Oceani inter Hispanias, Gallias, & Germaniam sita est, ut potuero, paucis absolvam. Cujus licet magnitudinem olim nemo (ut refert Livius) circumvectus est, (1) multis tamen data est varia opinio de ea loquendi. Quamdiu siquidem armis inaccessam Romanis, Julius Cæsar præliis (2) ad gloriam tantum quæstitis, aperuit: perviam deinceps (3) mercioniis, aliasque ob causas multis patefacta mortaliibus, non indiligenti, quæ secuta est, etati, certius sui prodit situm: (4) quam, ut à Græ-

- (4) A. per quaquam innotuit, quia etiam ne circulus ab incolis possidetur, & nonnullæ insulae in eodem mari habitabiles sunt; in Orientali plaga, & Indico oceano Hippodes via solis perusta, quamvis inhabitabilis, tamen omnino sui spatio in longo, latuque extensa; Taprobane quoque, exceptis oppidiis, & possessionibus, decem muritissimas urbibus decorata sunt, & alia omnino gratissima Silestantinam, nec non Etheron, tametsi non ab aliquo scriptore dilucide tamen suis possessionibus, affatim referatas. Habet &c.
- Garetius etiam legit in alio Cod. Silcbanianam, & Tberon.
- A. legit semper Galecia.
- A. Habetque aliam Ewaniam, nec non Orcadas num. 33.
- A. Scandiam semper.
- Garetius legit alias Scandiam, sic & Plinius eam vocat. Jacobus Zieglerus Scandaniam appellatam fuisse ait: Scandie verò nomen mansisse, quod amoenitatem, pulchritudinemque significat, quoniam nulli cedit beatæ regioni. B. Vulcanius.
- (1) A. sit.

A cis, Latinisque autoribus accepimus, persequimur: Triquetram (5) eam plures dixerunt, cono similem, inter septentrionalem, occidentalemque plagam projectam, uno, qui magnus est, (6) angulo in Rheni ostia spectantem: dehinc correpta latitudine obliqua retro abstractam in duos exire alios: geminoque latere longiore Galliae protendi, atque Germaniae. In duobus milibus trecentis decem stadiis latitudo ejus ubi patentior: longitudo non ultra septem millia centum triginta duo stadia fertur extendi: modò verò dumosa, modò sylvestri jacere planicie, montibus etiam nonnullis increscere: mari tardo circumflua, quod nec remis facile impellentibus cedat, nec ventorum flatibus intumescat, quia (7) remotæ longius terræ causas motibus negant, quippe illuc latius, quam usquam, æquor extenditur. Resert autem Strabo, Græcorum nobilis scriptor, tantas illam exhalare nebulas, madefacta humo Oceani crebris excursibus, ut subiectus sol per illum penè totum foediorem, qui serenus est, diem negetur aspectui, noctem quoque clariorem. In extrema ejus parte (8) Memma, quam Cornelius etiam annalium scriptor narrat, metallis plurimis copiosam, herbis frequenter, & his feraciorem omnibus, quia pecora (9) magis, quam homines alat. Labi verò per eam, & multa quammaxima, relabique flumina, gemmas, margaritasque volventia, sylorum colorata vultus, torto plerique crine, & nigro nascuntur. Calidoniam verò incolentibus, rutilæ come, corpora magna, sed fluida: qui Gallis, sive Hispanis (10) quibusque attenduntur affimiles. Unde conjectavere nonnulli, quod ea ex his accolas continuo vocatos acceperit, inculti æquæ omnes populi, Regesque populorum: cunctis tamen in Calidoniorum metallum concessisse nominandi, (11) autor est Dio celeberrimus scriptor annalium. Virgeas habitant casas, communia tecta cum pecore, silvæque illis sæpè sunt domus. Ob decorum nescio, analiam ob rem, ferro pingunt corpora. Bellum inter se aut imperii cupidine, aut amplificandi quæ possident, sæpius gerunt, non tantum equitatu, vel pedite, verum etiam bigis, curribusque falcatis: quos more vulgari Effedas vocant. Hæc pauca de Britannæ insula forma dixisse sufficiat.

CAPUT III.

De Scanziæ insulae situ, & nationibus.

AD Scanziæ insulae situm, quam superius reliquimus, redeamus. De hac enim in secundo sui operis libro Claudius Ptolemæus orbis

- (2) A. Julius centum præliis &c.
- (3) A. Pervia deinde mercioniis.
- (4) A. prodidit situm.
- (5) A. Tricadram.
- (6) A. qui maximus.
- (7) A. credo quia &c.
- (8) A. Noclem etiam clariorcm in extrema ejus parte, minimaque. Cornelius &c.
- Garetius verbo Memma, notavit alias Miniaque.
- (9) A. quid pecora &c.
- (10) A. Hispanis, ut quibus qui attenduntur olsimiles.
- (11) A. ex his accolas contiguo vocatos acceperit, inculti que omnes populi, Regesque populorum: cunctos tamen in Calidoniorum, Meatarumque concessisse nomina Dio auctor est.
- Garetius ad verbum Calidoniorum, notat alias InCalidoniorum, Meatarumque concessisse nomina &c. forte legendum Memmatum.
- Idem verbo pingunt, forte pingunt, sic Ammianus Marcellinus pag. 432. Jur.

orbis terræ descriptos egregius meminit, dicens. Est in Oceani arcto solo posita insula magna nomine Scanzia, in modum folii cedri, lateribus pandis pot longum ductum concludens se: ejus ripas (1) influit Oceanus. Hæc à fronte posita est Vistulæ fluvii, qui Sarmaticis montibus ortus, in conspectu Scanziæ septentrionali Oceano trisulcus illabitur, Germaniam, Scythiamque disternans. Hæc ergo habet ab oriente vastissimum lacum, in orbis terræ gremio: unde Vagi fluvius velut quodam ventre generatus in Oceanum undosus evolvitur. Ab occidente namque immenso pelago circumdatur: à septentrione quoque innavigabili eodem vastissimo concluditur Oceano, ex quo quasi quodam brachio exeunte, sinu distento, Germanicum mare efficitur. His gentes, quæ carnibus tantum vivunt: ibi etiam parvæ, sed plures perhibentur insulæ esse dispositæ, ad quas si congelato mari ob nimium frigus lupi transfringunt, luminibus feruntur orbari, ita non solum inhospitalis hominibus, verum etiam belluis terra crudelis est. In Scanzia verò insula, unde nobis sermo est, licet multæ, & diversæ manent nationes, septem tamen earum nomina meminit Ptolemæus. Apum ibi turba mellifica ob nimium frigus nunquam reperitur. In cuius parte arcta gens Alogit (2) consistit, quæ fertur in æstate media quadraginta diebus, & noctibus luces habere continuas, itemque brumali tempore, eodem dierum, noctiumque numero lucem claram nescire. Ita alternato mœrore cum gaudio, beneficio aliis, damnoque impar est, & hoc quare? Quia prolixioribus diebus solem ad orientem per axis marginem vident redeuntem, brevioribus verò non sic conspicitur apud illos, sed aliter, quia austriana signa percurrit, & qui nobis videtur sol ab imo surgere, illis per terræ marginem dicitur circuire. Aliæ verò ibi gentes tres, Crefemna, (3) qui frumentorum non queritant victum, sed carnibus ferarum, atque avium vivunt: (4) ubi tanta paludibus foetura ponitur, ut & augmentum præsent (5) generi, & satietatem, ac copiam genti. Alia verò gens ibi moratur Suehans, (6) quæ velut Thuringi equis utuntur eximiis. Hi quoque sunt, qui in usus Romanorum Saphirinas pelles commercio interveniente, per alias innumeræ gentes transmittunt, famosi pellum decora nigredine. Hi quum inopes vivant, ditissimè vestiuntur. Sequuntur (7) deinde diversarum turba nationem, Theusthes, Vagoth, Bergio, Hallin, Liorhida: quorum omnium sedes sub humo plana, ac fertili, & propterea inibi aliarum gentium incursionibus infestantur. Posthos Athlinal Finnaithæ, (8) Feruir, Gautigoth, acre hominum genus, & ad bella promptissimum. Dehinc mixti Evagere Othingis. (9) Hi omnes exesis rupibus, quasi castellis (10) inhabitant, ritu belluino. Sunt ex his exteriores Ostrogothæ, Raumaricæ,

Tom. I.

- (1) A. in Oceanum arcto solo posita insula magna scanza nomine, in modum folii cedri lateribus pandis per longum ducta concludens se aequam, & Pomponius Mela in maris sinu codano positam refert, cuius ripas &c.
Garetius verbo Cedri legit alias curi.
(2) A. Adegit.
(3) A. gentes Roffmæ.
Garetius verbo Crefemna, notavit B. Rhenanus in casufigacione ad Tacitum pag. 174. Scritofemna.
(4) A. atque ovium, aviumque vivunt.
(5) A. ut & augatum præsent &c.
(6) A. subveans quæ velut Thuringi.
(7) A. Sequitur.
(8) A. post hos Athlinal Finnaithæ.
(9) A. mixti Evagere Tzingis.
(10) A. rupibus, Casu Castellis.

A Ragnaricæ (11) Finni mitissimi, Scanziæ cultoribus omnibus mitiores: nec non & pares eorum Vinoviloth, Suethidi, Cogani in hac gente (12) reliquis corpore eminentiores, quamvis & Dani ex ipsorum stirpe progressi, Erulos propriis sedibus expulerunt: qui inter omnes Scanziæ nationes nomen sibi ob nimiam proceritatem affectant præcipuum. Sunt quamquam & illorum posituræ Grannii, Arganze, (13) Unixæ, Ethelurgi, Arochiranni, quibus non ante omnes, sed ante multos annos Rodulf rex fuit, qui contempto proprio regno, ad Theoderici Gothorum regis gremium convolavit, & ut desiderabat, invenerit. Hæ itaque gentes Romanis corpore, & animo grandiores, (14) infestæ sevitia pugnæ.

C A P U T IV.

Gothi unde primùm egressi, quo paulatim sedes suas promoverint in Scythiam Pontico mari vicinam.

E X hac igitur Scanzia insula quasi officina gentium, aut certè velut vagina nationum, cum rege suo nomine Berig, Gothi quondam memorantur egressi: qui vt primùm è navibus exeuntes, terras attigere, illico loco nomen dederunt. Nam hodi illic, ut fertur, Gothiscanza vocatur. (1) Unde mox promoventes ad sedes Ulmerugorum, qui tunc Oceani ripas insiebant, catrametati sunt, eosque commissio prælio, propriis sedibus pepulerunt, eorumque vicinos Wandalos jam tunc subjugantes, suis applicuere (2) victoriis. (3) Ibi verò magna populi numerositate crescente, etiam penè quinto rege regnante, post Berig, Filimer, Filogud, Arigis consilio (4) sedit, ut exinde cum familiis Gothorum promoveret exercitus, qui aptissimas sedes, locaque dum quereret congrua, pervenit ad Scythæ terras, quæ lingua eorum Ovim (5) vocabantur: ubi delatato magna ubertate regionum exercitu, & medietate transposita, fons dicitur, unde amnum transjecerat, miserabiliter corruisse. (6) nec ulterius jam cuiquam licuit ire, aut redire. Nam is locus, ut fertur, tremulis paludibus, voragine circumjecta, concluditur, quem utraque confusione natura reddidit in pervium. Veruntamen hodieque illic & voces armentorum audiri, & inditia hominum deprehendi, commentium adestante, quamvis à longè audiendum credere licet. Hæc igitur pars Gothorum, quæ apud Filimer dicitur in terras Ovium emenso amne transposita, optatum potita solum. (7) Nec mora, illico ad gentem Spalorum adveniunt, consertoque prælio victoriam adipiscuntur: exindeque jam velut victores ad extremam Scythæ partem, quæ Pontico mari vicina est, properant: quemadmodum & in priscis eorum carminibus penè historicò ritu in

B b com-

- (11) A. sunt & bis exterioris Hujtrogotæ, Raumaricæ, Ragnaricæ Fimnu.
(12) A. cogniti in hac gente.
(13) A. Auganze.
(14) A. Germanis & corpore, & animo grandioris pugnabant belluina sevitia.
Ita etiam legit alias Garetius.
(1) A. nam hodieque Gothiscanza dicitur.
(2) Garetius alias appellatur.
(3) A. Ubi vero &c.
(4) A. Filio Radarigis consilium &c.
(5) A. Ocum temper. Garetius, al. Ojum.
(6) A. ubi delatus est magna ubertate regionum; exercitus meliitate transposita, pons dicitur unde amnum transgrat irreparabiliter corruisse.
(7) A. optata potissimum terra.

commune recolitur: quod & (8) *Ablavius* de-
scriptor Gothorum gentis egregius verissimā
adtestatur historiā. In quam sententiam & non
nulli consensere majorum: *Josephus*, quoque
Analium relator verissimus, dum ubique veri-
tatis conservat regulam, & origines caesarum
à principio revolvit, hæc verò, quæ diximus,
de gente Gothorum principia cur omiserit,
ignoramus. Sed tamen ab hoc loco eorum stir-
pem commemorans, *Scytha* eos, & natione, &
vocabulo afferit appellatos: cujus soli terminos,
antequam aliud ad medium deducamus, ne-
cessē est uti jaceant (9) dicere.

C A P U T V.

*Scythia situs, & descriptio, & varia Gotborum
in ea sedes.*

SCYTHIA siquidem Germaniae terræ confinis,
seotenus ubi Hister oritur amnis, vel sta-
gnum dilatatur *Mysianum*, tendens (1) usque
ad flumina *Tyram*, *Danastrum*, & *Vagosolam*,
magnumque illum *Danubium*, (2) Taurumque
montem, non illum *Asie*, sed proprium,
idest *Scythicum* per omnem *Mæotidis ambitum*,
(3) ultraque *Mæotida* per angustias *Bosphori*
usque ad *Caucasum* montem, amnemque *Ara-
xem*, ac deinde in sinistram partem reflexa,
post mare *Caspium*, quæ in extremis *Asie* fini-
bus ab Oceano *Euroboreo* in modum fungi,
primùm tenui, post hæc latissimā, & rotundā
formā exoritur, vergens ad *Hunnos*, *Albanos*,
& *Seres* usque digreditur. Hæc inquam patria,
idest *Scythia*, longè se tendens, latèque ape-
riens, habet ab oriente *Seres*, in ipso sui prin-
cipio ad litus *Caspii* maris commanentes, ab oc-
cidente *Germanos*, & flumen *Vistulæ*, ab arctoo,
idest septentrionali, circumdatur Oceano, à me-
ridie *Perseide*, *Albania*, *Hiberia*, *Ponto*, atque
extremo alveo *Histri*, qui dicitur *Danubius* ab
ostio suo usque ad fontem. In eo verò loci la-
tere, quo Ponticum litus attingit, oppidis
haud obscuris involvitur, *Boristhenide*, *Olbia*,
Callipode, *Chersonese*, *Theodosia*, *Pareone*,
Mirmycione, & *Trapezunte*, (4) quas indo-
mitæ *Scytharum* nationes Græcos permisere
condere, sibimet commercia præstatores. In-
cujus *Scythie* medio est locus, qui *Asiam*,
Europamque ab alterutro dividit, *Riphæi* scili-
cat montes, qui *Tanais* vastissimum fundunt in-
trantem *Mæotida*, cuius paludis circuitus pas-
suum millia CXLIV., nusquam octo ulnis
altius subsidentes. In qua *Scythia* prima ab occi-
dente gens sedit *Gepidarum*, quæ magnis, op-
natisque ambitur fluminibus. Nam *Tisanus*
per Aquilonem ejus, eorumque discurrit. Ab
Africo verò magnus ipse *Danubius*, ab Euro
fluvius *Tauris* secat, qui rapidus, ac verticosus
in *Histri* fluenta furens devolvitur. Introrsus illi
Dacia est, ad coronæ speciem arduis alpibus
emunita, juxta quorum sinistrum latus, quod in

A Aquilonem vergit, & ab ortu *Vistulæ* fluminis
per immensa spatia venit, *Vvinidarum* natio
populosa confedit. (5) Quorum nomina licet
nunc per varias familias, & loca mutantur, prin-
cipaliter tamen *Sclavini* (6), & Antes nominantur.
Sclavini à civitate nova, & *Sclavino Rumun-
nense*, & lacu qui appellatur *Musianus*, usque
ad *Danastrum*, & in Boream *Viscla* tenuis com-
morantur. (7) Hi paludes, fylvasque pro civita-
tibus habent. Antes verò, qui sunt eorum for-
tissimi, qui ad Ponticum mare curvantur, à
Danastro extenduntur usque ad *Danubium*, (8)
quæ flumina multis mansionibus ab invicem ab-
funt. (9) Ad litus autem Oceani, ubi tribus
faucibus fluenta *Vistulæ* fluminis ebibuntur,
Vidovarii (10) resident, ex diversis nationibus
aggregati, post quos ripam Oceani Itementi
tenent, pacatum hominum genus omnino. Qui-
bus in Austro adsedit gens *Agazzirorum* fortis-
sima, frugum ignara, quæ pecoribus, & venationibus
victitat. Ultra quos distenduntur supra
mare Ponticum *Bulgarorum* sedes, quos notissi-
mos peccatorum nostrorum mala fecere. Hinc
jam *Hunni*, quasi fortissimarum gentium focun-
dissimus cespes, in bisariam populorum rabiem
pullularunt. Nam alii *Altziagri*, (11) alii *Avi-
ri* nuncupantur, qui tamen sedes habent diver-
sas. Juxta *Chersonem* *Altziagri*, quæ *Asia bo-
na* avidus mercator importat, qui cœtate cam-
pos pervagantur effusos, sedes habentes, prout
armamentorum invitaverint pabula. (12) hyeme
supra mare Ponticum se referentes. *Hunugari*
autem hinc sunt noti, quia ab ipsis pellium
muringarum venit commercium, quos tanto-
rum virorum formidavit audacia. Quorum man-
sionem primam esse in *Scythie* solo juxta palu-
dem *Mæotidem*, secundò in *Moesia*, *Thracia-
que*, & *Dacia*, tertiò supra mare Ponticum,
rursus in *Scythia* legimus habitasse: nec eo-
rum fabulas alicubi reperimus scriptas, qui eos
dicunt in *Britannia*, vel in una qualibet insula-
rum in servitatem redactos, & unius caballi
pretio quondam redemptos. (13) Aut certè si quis
eos aliter dixerit in nostra orbe, quām quod
nos diximus, (14) fuisse exortos, nobis aliquid
obstrepit; nos enim potius lectioni credimus,
quām fabulis anilibus consentimus. Ut ergo
ad nostrum propositum redeamus, in prima
parte *Scythie*, juxta *Mæotidem* commanentes
(15) præfati, unde loquimur, *Filimer* regem
habuisse noscuntur. In secundo, idest *Dacia*,
Thraciaque, & *Moesia* solo *Zamolken*, quem
miræ philosophicæ eruditionis fuisse testantur
plerique scriptores annaliū. Nam & *Zeutam*
prius habuerunt eruditum, post etiam *Dice-
neum*, tertium *Zamolken*, de quo superius di-
ximus. Nec defuerunt, qui eos sapientiam eru-
diren. Unde & penè omnibus barbaris *Gothi*
sapientiores semper extiterunt, Græcisque penè
consimiles, ut refert *Dio*, qui *historias* eorum,
annalesque Græco stilo composuit. Qui dixit
primum *Zarabos Tereos*, deinde vocitatos Pi-
lea-

(8) A. quod & *Aplavius*.
(9) A. necesse est adjacentes dicere.
(10) A. dilatatur *Mesia* monte tendens usque &c.
(11) A. magnusque aliud *Danapnum*.
(12) A. *Mæotidis* aditum.
(13) A. *Horisende*, *Olbia*, *Callipoda*, *Chersona*, *Theodosia*,
Careon, *Mirmicon*, & *Trapezunta*.
(14) A. *Vinidarum* natio populosa confedit.
(15) A. *Scaevi* ad civitatem novi, & unense, & lacu, qui
dicitur *Musianus*, usque ad *Danastrum*, & in Bo-
ream *Viscla* tenuis commanentes.
(8) A. *Danupnum* semper.

(9) A. mansionibus invicem adfunt.
(10) A. *Vidovarii*.
(11) A. alii *Altziagiri*, alii *Faviri* nuncupantur.
(12) A. habent divisas juxta *Chersonam*, aut *Zingiri*, quæ *Asia
bona* avidus mercator importat, quia cœtate campos per-
vagantur effusis sedibus, prout armamentorum inveniunt
pabula.
(13) A. à quodam ereptos.
(14) A. dixerit in nostra urbe, quām, ut nos diximus, fuisse
exortos.
(15) A. in prima *Scythie* sede juxta *Mæotidem* paludem
commanentes.

leatos (16) hos, qui inter eos generosi extabant: ex quibus eis, & Reges, & Sacerdotes ordinabantur. Adeò ergo fuere laudati Getæ, ut dudum Martem, quem poetarum fallacia deum belli pronunciat, apud eos fuisse dicant exortum. Unde & Virgilius:

Gradivnumque patrem Geticis qui præsidet arvis.

Quem Martem Gothi semper asperrimè placavere culturæ. Nam vidimè ejus mortes fuere captorum, opinantes bellorum præfulem aptius humani sanguinis effusione placandum. Huic prædæ primordia vovebantur, huic truncis suspendebantur exuviae, eratque illis religionis præter cæteros insinuatus affectus, quum parenti devotio *nominis* (17) videretur impendi. Tertia verò sedes supra mare Ponticum, jam humaniores, & ut superiùs diximus, prudentiores effecti, divisi per familias populi, Vesegothæ familiae Balthorum, Ostrogothæ præclaris Amalis serviebant, quorum itudium fuit, primùm, inter alias gentes vicinas, arcus intendere nervis, Lucano plus historicò, quām poeta testante:

Armeniosque arcus, Geticis intendere nervis. (18)

Ante quos etiam cantu majorum facta modulationibus, citharisque canebant, *Etbepamara*, *Hanalæ*, *Fridigerni*, *Vividiculæ*, & aliorum, quorum in hac gente magna *opinio* est, (19) quales vix heroas fuisse miranda jactat antiquitas. Tunc, ut fertur, Vesofis Scythis lacrymabile sibi potius intulit bellum, eis videlicet, quos Amazonum viros prisca tradit auctoritas. De *queis fæminis bellatrices* & *Orosius in primo volumine* professa voce testatur. (20) Unde cum Gothis eum dimicasse evidenter probamus, quem cum Amazonum viris absolutè pugnasse cognoscimus, qui tunc à Boristhene amne, quem accolæ *Danubium* (21) vocant, usque ad Tanain fluviū circa finum paludis Mæotidis confidebant. Tanain verò hunc dico, qui ex Riphæis montibus dejectus adeò præceps ruit, ut quum vicina flumina, sive Mæotis, vel Bosphorus gelu solidentur, solus *animus* (*) confragans montibus vaporatus, nunquam Scythico durescit algore. Hic inter Asiam, Europamque terminus famosus habetur. Nam alter est ille, qui montibus Chrinnorum oriens, in Caspium mare dilabitur. *Danubius* autem ortus grandi palude, quasi *ex mari* profunditur. (22) Hic usque ad medium sui dulcis est, & potabilis, piscesque nimii saporis gignit, ossibus carentes, cartilaginem tantum habentes in corporis continentiam. Sed ubi fit Ponto vicinior, parvum fontem suscipit, cui ex Ampheo cognomen est, adeò amarum, ut cùm sit xl. dierum itineris navigabilis, hujus aquis exiguis immutetur, infectusque, ac dissimilis sui, inter Græca oppida Callipidas, & Hypanis in mare defluat. Ad cuius ostia insula est in fronte, Achillis nomine. Inter hos terra vastissima, silvis consita, paludibus dubia.

Tom. I.

- (16) A. qui dixit priuion Tarabjles eos, deinde vocatos Pileatos.
- (17) A. duxio munin.
- (18) A. intendite novis.
- (19) A. canebant Eterpamara, Hanalæ, Fridigerni, Vividiculæ, & aliorum, quorum in hac gente magna copia est. Garetius verbo Harolæ notat fortè Amale.
- (20) A. de quibus fæminis bellatricibus Orosius in primo libro prof. sive voce testatur.
- (21) Garetius alias Danubium. (*) A. omnibus.
- (22) A. Danus per autem ortus grandi palude quasi ex matre profunditur.

A

CAPUT VI.

Gothi Vesofim Ægyptiorum Regem profligant, & Asiam in reditu ex Ægypto subjugant.
Item de Parthorum origine.

B

C

D

E

Hic ergo Gothis morantibus, Vesofis Ægyptiorum rex in bellum irruit: quibus tunc *Taunasis* (1) rex erat. Quo prælio ad Phasim fluvium, à quo Phasides aves exortæ, in toto mundo epulis potentum exuberant, Taunasis Gothorum rex Vesofis Ægyptiorum occurrit, eumque graviter debellans, in Ægyptum usque persecutus est: & nisi Nili annis intransmeabilis obstitissent fluenta, vel munitio-nes, quas dudum sibi ob incursionses Æthiopum Vesofis fieri præcepisset, (2) ibi in ejus eum patria extinxisset. Sed dum eum semper ibi positum non valuerit lădere, revertens penè omnem Asiam subjugavit, & sibi tunc charo amico (3) Sorno *rege* Medorum ad persol-vendum tributum *subditum* (4) fecit. Ex cujus exercitu victores tunc nonnulli provincias subdi-tas contuentes, & in omni fertilitate pollentes, deserto suorum agrime, sponte in Asia partibus resederunt. Ex quorum nomine, vel gene-re Trogus Pompeius Parthorum dicit extitisse prosapiam. Unde etiam hodieque lingua Scythicâ fugaces, *quod est* Parthi, (5) dicuntur, suoque generi respondentes, inter omnes penè Asia nationes soli sagittarii sunt, & acerrimi bellatores. De nomine verò, quod diximus eos Parthos, idest fugaces, ita aliquanti etymologi-am traxerunt, ut dicerentur Parthi, quia suos refugere parentes. Hunc ergo Taunasis regem Gothorum mortuum inter numina sui populi coluerunt.

CAPUT VII.

Amazones absentibus in prælio maritis, hostium variis incursibus resistunt, & diversas Asia gentes bello superant.

Post cujus deceßum exercitu ejus cum suc-cessore ipsius in aliis partibus expeditio-nem gerente, foeminæ Gothorum à quadam vicina gente tentatae, in prædamque duæ à vi-ris, (1) fortiter restiterunt, hostesque super se venientes cum magna verecundia abegerunt. Quæ (2) parta victoria, fretæque majori audacia, invicem se cohortantes, arma arripiunt, eligentesque duas audaciores Lampeto, & Mar-pesiam, principatui subrogarunt. Quæ dum cu-ram gerunt, ut propria defendent, & aliena vastarent, fortito Lampeto restitit. fincs patrios tuendo; (3) Marpesia verò foeminatum agmine sumpto, novum genus exercitus duxit in Asia, diversaque gentes bello superans, alios verò pace concilians, ad Caucasum venit: ibi-que certum tempus demorans, loco nomen-dedit, saxum Marpesiae: Unde Virgilius:

Ac si dura filex, aut stet Marpesia cautes.

Bb 2 In

(1) A. *Tanayus* temper.

(2) A. præc. pit.

(3) A. *S rno regi*; Garetius alias legit *Sorni regi*.

(4) A. *sulditos* sc. cit.

(5) A. *fugaces* id st Partbi, & ita legit alias Garetius.

(1) A. vi'ma gente tentantur in prædam; quæ doctæ à vi-ris &c.

Garetius alias in prædaque doctæ.

(2) Garetius alias putrata, ita in A.

(3) A. vi'starent, Lampeto forte restitit fincs patrios tuen-dos.

In eo loco ubi post hæc Alexander Magnus portas constituens, Pylas Caspias nominavit: quod nunc Lazorum gens custodit pro munitione Romana. Hic ergo certum temporis Amazones commanentes confortatae sunt. Unde egressæ, & Alym fluvium, qui juxta (4) Garganum civitatem præterfluit, transentes: Armeniam, Syriam, Ciliciamque, Galatiam, Pisidiam, omniaque Asia oppida, æqua felicitate domuerunt: Jonium, Aeoliamque conversæ, deditas sibi provincias effecerunt. Ubi diutius dominantes, etiam civitates, castraque suo nomini dicaverunt. Ephesi quoque tempulum Diana ob sagittandi, venandique studium, quibus se artibus tradidissent, effusis opibus, miræ pulcritudinis condiderunt. (5) Tali ergo Scythica gentis foeminae casu Asia regno poteræ. per centum penè annos tenuerunt, & sic demum ad proprias socias in cautes Marpesias, quas superiorius diximus, repedarunt, in montem scilicet Caucasum. Cujus montis quia facta iterum mentio est, non ab re arbitror ejus tractum, situmque describere, quando maximam partem orbis noscitur circuire jugo continuo. Is namque ab Indico mari surgens, quâ meridiem respicit, sole vaporatus ardescit. Quâ Septentrioni patet, rigentibus ventis est obnoxius, & pruinis. Mox in Syriam curvato angulo reflexus, licet amnum plurimos emittat, in Asianam (6) tamen regionem Euphratem, Tigrimque navigeros ad opinionem maximam perennium fontium copiosis fundit uberibus. Qui amplexantes terras Assyriorum, Mesopotamiam, & appellari faciunt. & videri, insinum maris rubri fluenta deponentes. Tunc in Boream revertens, Scythias terras, jugum antefatum magnis flexibus pervagatur: atque ibidem opinatissima flumina in Caspium mare profundens, Araxem, Cyssum, (7) & Cambyses, continuatoque jugo ad Riphæos usque montes extenditur. Indeque Scythicis gentibus dorso suo terminum præbens, ad Pontum usque descendit: consertisque collibus, Histri quoque fluenta contingit, quo annis (8) scissus dehiscens, in Scythia quoque Taurus vocatur. Talis ergo, tantusque, & penè omnium montium maximus excelsas suas erigens summitates naturali constructione præstat gentibus inexpugnanda munimina. Nam (9) locatim recisus, quâ disrupto jugo vallis hiatu patescit, nunc Caspias portas, nunc Armenias, nunc Cilicas, vel secundum locum qualis fuerit, facit: vix tamen plaustro meabilis, lateribus in altitudinem utrinque directis, qui pro gentium varietate diverso vocabulo nuncupantur. Hunc enim Jamnum, mox Propanissum (10) Indus appellat. Parthus primum castra post Nisacen edicit. Syrus, & Armenius Taurum, Scythæ Caucasum, ac Riphæum, iterumque in fine Taurum cognominant: aliaque complura gentes huic jugo dedere vocabula. Et quia de ejus continuatione pauca libavimus, ad Amazones, unde divertimus, redeamus.

- (4) A. & Alym fluvium, qui Garganum civitatem.
Garetius legit Gorgarum.
(5) A. Tali ergo Scythæ genita foemina casu, Asia &c.
Garetius legit alias Tales Scythæ genita &c.
(6) A. in Vassanensem tamen.
(7) A. Cirrus.
(8) A. quo anno scissus debiscens, in Scythia Taurus dicitur.
(9) Garetius paulatim.

A

C A P U T VIII.

De Amazonum cum vicinis gentibus concubitu, earumque partibus.

B

Quæ veritæ, ne earum proles raresceret, à vicinis gentibus concubitum petierunt, facta nundina (1) semel in anno, ita ut futuri temporibus eis deinde revertentibus (2) in idipsum, quicquid partus masculini edidisset, patri redderet: quicquid vero foemine sexus nasceretur, mater ad arma bellica erudiret. Sive, ut quibusdam placet, editis mariis, novocali odio infantis miserandi fatrum peplabant, ita apud illas detestabile puerium erat, quod ubique constat esse votivum. Quæ crudelitas illis terrorem magnum cumulabat, opinione vulgata. Nam quæ, rogo, spes esset capto, ubi ignosci, vel filio nefas habebatur? Contra has, ut fertur, pugnabat (3) Hercules, & Melanes penè plus dolo, quam virtute subegit. Theseus vero Hippolyten in prædam tulit, de qua genuit & Hippolytum. Ha quoque Amazones post hæc habuere reginam, nomine Penthesileam, cuius Trojano bello extant clarissima documenta. Nam hæ foemina usque ad Alexandrum Magnum referuntur tenuisse regnum.

C

C A P U T IX.

De viris Amazonum, & eorum Rege Telepho, deque ejus ortu, & rebus gestis.

D

Ed ne dicas, de viris Gothorum sermo asumptus, cur in foeminis tamdiu perseveret: audi & virorum insignem, & laudabilem fortitudinem. Dio historicus, & antiquitatum diligentissimus inquisitor, qui operi suo Getica titulum dedit: quos Getas iam superiori loco Gothos esse probavimus, Orosio Paulo dicente. Hic Dio regem illis post tempora multa commemorat, nomine Telephum. Ne vero quis dicat hoc nomen à lingua Gothicæ omnino peregrinum esse: nemo est qui nesciat, animadvertisse (1) usu pleraque nomina gentes amplecti, ut Romani Macedonum, Græci Romanorum, Sarmatae Germanorum, Gothis plerumque muruantur Hunnorum. Is ergo Telephus Herculis filius, natus ex Auge sorore Priami, conjugio copulatus, procerus quidem corpore, sed plus vigore terribilis, qui paternam fortitudinem, propriis virtutibus æquans, Herculis (2) geno formæ quoque similitudinem referebat. Hujus itaque regnum Mœsiam appellavere majores. Quæ provincia ab oriente ostia fluminis Danubii, à meridie Macedoniam, ab occasu Histriam, à septentrione (3) Danubium habet. Is ergo antefatus habuit bellum cum Danais, in qua pugna Thessandrum ducem Græciæ interemit, & Ajacem infestus invadit, Ulyssensemque persequitur, equo cadente ipse corruit, Achillisque jaculo femore sauciatus, diu mederi nequivit. Græcos tamen, quamvis jam sauciatus, è suis finibus proturbavit. Telepho vero defuncto Eurypillus (4) filius successit in-

E

- (10) A. Propanissum.
(1) A. facta nundina.
(2) A. ita ut futuri temporis eadem die reverterentibus.
(3) A. pugnavit Hercules, & Melanes.
(1) A. animadvertisse tamne usu.
(2) A. ingenuum, formæ quoque.
(3) A. ab Arœbo.
(4) A. Eurypilus.

regno, ex Priami Phrygium regis germana progenitus, qui ob Caisandri amorem bello interesse Trojano, ac parentibus, soceroque ferre auxilium cupiens, mox ut venit, extensus est.

C A P U T X.

De variis Gothorum adversis Reges Persarum, & Macedonum bellis, & victoriis.

CYrus rex Persarum post grande intervallum, & penè post sexcentorum triginta annorum tempora, Pompeio Trogō testante, Getarum reginæ Thamiri (1) sibi exitiale intulit bellum. Qui elatus ex Asiae victoria, (2) Getas nūtit subjugare, in quibus (ut diximus) regnauerat Thamiris. (3) Quæ cūm ab Araxe amne Cyri arcere potuisset accessus, transire tamen permisit, eligens armis eum vincere, quam locorum beneficio submovere. Quod & factum est, & veniente Cyro, prima cessit fortuna Parthis tanta, (4) ut & filium Thamiris, & plurimum exercitum trucidarent: sed iteratò Marte, Getæ cum sua regina Parthos devictos superant, atque prosternunt, opiramque prædam de eis auferunt: ibique primum Gothorum gens serica vident (5) tentoria. Tunc Thamiris regina (6) acta victoria, tantaque præda de inimicis portata, in partem Mœsiæ (quæ nunc ex magna Scythia nomen mutuata, minor Scythia est appellata) transiens, ibi in ponte Mœsiæ colitur, & Thamiris civitatem suo de nomine ædificavit. Dehinc Darius rex Persarum Hystaspis filius Antriregiri (7) regis Gothorum filiam in matrimonium expostulavit, rogans pariter, atque deterrens, nisi suam peragerent voluntatem. Cujus affinitatem Gothi spenentes, legationem ejus frustrarunt. Qui repulsus, furore *flammatu*s est, & octoginta millia armatorum (8) contra ipsos produxit exercitum, verecundiam suam malo publico vindicare contendens. Navibusque penè à Chalcedonia usque ad Byzantium ad instar pontium tabulatis æquè consertis, petit Thraciam, & Mœsiam. Ponteque rursus in Danubio pari modo constructo, duobus mensibus crebris fatigatus (9) *intaphis octo millia* (10) perdidit armatorum, timensque ne pons Danubii ab ejus adversariis occuparetur, celeri fuga in Thraciam repedavit: nec Mœsiæ solum credens sibi tutum fore aliquantum remorandi. Post cujus decesum iterum Xerxes filius ejus paternas injurias ulcisci sc̄elitans, cum suis (11) ducenti, & auxiliatorum trecentis millibus armatorum rostratas naves habens mille septingentas, & onerarias tria millia, (12) super Gothos profectus ad bellum: nec tentata re in confictu prævaluit animositate constantie superatus. Sic namque ut venerat, absque aliquo certamine suo cum rubore recessit. Philippus quoque pater Alexandri magni cum Gothis amicitias copulans (13) *Medopam* *Gothilæ* filiam regis accepit uxorem, ut tali affinitate roboratus, Macedonum regna firma-

A ret. Qua tempestate, Dione historico dicente, Philippus inopiam pecuniae passus, Udisitanam Mœsiæ civitatem instructis copiis vastare deliberauit, quæ tunc propter viciniam Thamiris, Gothis erat subjecta. Unde & sacerdotes Gothorum aliqui, illi qui pii vocabantur, subito patesfactis portis, cum citharis, & vestibus candidis obviam sunt egressi paternis diis, ut sibi propitiis Macedones rappellerent, voce supplici modulantes. Quos Macedones sic fiducialiter sibi occurrere contuentes, stupescunt, & si dici fas est, ab inermibus (14) tenentur armati. Nec mora, acie soluta, quam ad bellum construxerunt, non tantum ab urbis excidio removere: verum etiam & quos foris fuerunt jure belli adepti, reddiderunt, fædereque inito ad sua reversi sunt. Quem dolum post longum tempus reminiscens, egregius Gothorum dux Sitalcus CL. virorum millibus congregatis, Atheniensibus intulit bellum, adversus Perdiccam. Macedoniam regem, quem Alexander apud Babyloniam ministri insidiis *potans* (15) interitum, Atheniensium principatui hereditario jure reliquerat successorem. Magno prælio cum hoc inito, Goths superiores inventi sunt: & sic pro injuryia quam illi in Mœsiæ dudum fecissent, isti in Græciam discurrentes, cunctam Mœdoniam vastavere.

C A P U T XI.

De Dicenei Boroista ad Gothos adventu, qui eos omnem Philosophiam docuit: deque ejus summa apud Gothos auctoritate.
Item de Comiso Dicenei successore.

Dehinc regnante in Gothis Sitalco, Boroista (1) Diceneus venit in Gothiam, quo tempore Romanorum Sylla potitus est principatu, quem Diceneus suscipiens Boroista, dedit ei penè regiam potestatem: cujus consilio Gothi Germanorum terras (quas nunc Franci obtinent) depopulati sunt. Cæsar vero, qui sibi primus omnium Romanum vindicavit Imperium, & penè omnem mundum sue ditioni subegit, omniaque regna perdomuit, adeo ut extra nostrum orbem in Oceani sinu repositas insulas occuparet, & qui nec nomen Romanorum auditu quidem noverant, eos Romanis tributarios faceret: Gothos tamen crebro tentans, nequivit subigere. Gajus Tiberius jam tertius regnat Romanis, Gothi tamen suo regno incolumes perseverant. Quibus hoc erat salubre, aut commodum, aut votivum, ut quicquid Diceneus eorum consiliarius præcepisset, hoc modis omnibus expetendum, hoc utile iudicantes, effectui manciparent. Qui cernens eorum animos sibi in omnibus obedire, & naturale eos habere ingenium, omnem penè philosophiam eos instruxit. (2) erat enim hujus rei magister peritus. Nam Ethicam eos eruditivit, ut barbaricos mores ab eis compesceret: Physicam tra-

dens,

(1) A. *Thamiri semper.*

(2) A. *Victoriis.*

(3) A. *qui quis erat Regina Thamiris.*

(4) A. *in tantum.*

(5) A. *victus.*

(6) A. & Garetius aucta.

(7) A. *Antris.*

(8) A. *inflammatus est, & ECC.m. armator.*

(9) A. *Garetius alias in Scæbis.*

Locus corruptus, nec quid sibi velit vox *intaphis* scio, nisi forte ab italico *intoppo*, quod occursum illius significat: *tantum*, & hanc ipsam vocem Ita-

los, ut & Hispanos *topar* à Gothis mutuatos existimari. B. Vul. ita notat Garetius.

(10) A. *VII.mil. armator.*

(11) Garetius *septuaginta. A. septingentis.*

(12) A. *rostratus navibus mille CC. oneriarum III. super &c.*

(13) Garetius al. *Medorum Gudilæ. A. Medopam Gadila.*

(14) A. *terratur. Garetius al. torrentur.*

(15) A. *putans.*

(1) A. *Erruisse Diceneus, semper.*

(2) A. *in omni penè eos Philosophia instruxit.*

dens, (3) naturaliter propriis legibus vivere fecit, quas usque nunc conscriptas (4) *Bellagines* nuncupant: Logicam instruens, eos rationis supra ceteras gentes fecit expertos: Praticen ostendens, in bonis actibus conversari suavit: Theoricen demonstrans, signorum duodecim, & per ea planetarum cursus, omnemque Astronomiam contemplari edocuit, & quomodo lunaris orbis augmentum sustinet, aut patitur detrimentum edixit, solisque globus igneus quantum terrenum orbem in mensura excedat, ostendit: aut quibus nominibus, vel quibus signis in coeli polo vergentes, aut revergentes CCCXLIII. (5) stellæ ab ortu in occasum præcipites ruant, exposuit. Qualis erat, rogo, *voluntas*, (6) ut viri fortissimi quando ab armis *quadratum usque vacassent*, (7) doctrinis philosophicis imbuebantur? videres unum coeli positionem, alium herbarum, frugumque (8) explorare naturas: istum lunæ commoda, incommodaque, illum solis laborem attendere, & quomodo rotatu coeli raptus, retro reduci ad partem occiduam, qui ad orientalem plagam ire festinarit, ratione accepta quiescere. Hæc & alia multa Diceneus Gothis suâ peritiâ tradens, mirabilis apud eos *invenitur*, (9) ut non solum mediocribus, immo & regibus imperaret. Elegit namque ex eis *tunc* nobilissimos prudentiores viros, quos Theologiam instruens, numina quædam, & facella venerari suavit, fecit que Sacerdotes, homen illis Pileatorum contradens, ut reor, quia opertis capitibus thiaris, quos pileos alio nomine nuncupamus, litabant: reliquam verò gentem Capillatos dicere jussit, quod nomen Gothi pro magno suscipientes, adhuc hodie suis cantionibus *reminiscuntur*. (10) Decedente verò Diceno, penè pari veneratione habucre Comosicum, quia nec impar erat solertia. Hic etenim & Rex illis, & Pontifex ob suam peritiam habebatur, & in (11) sua justitia populos judicabat.

C A P U T XII.

De Corillo Gothorum Rege. Item descriptio Dacie antiquæ. Item descriptio Danubii.

ET hoc rebus excedente humanis, Corillus rex Gothorum in regnum concedit, & per XL. annos in Dacia suis gentibus imperavit. Daciam dico antiquam, quam nunc Gepidarum populi possidere noscuntur. Quæ patria in conspectu Mœsiæ (1) trans Danubium coronâ montium cingitur, duos tantum habens

- (3) A. Nam & hic eos erudiens barbaricos mores compescuit physicam tradit, naturaliter &c.
- (4) A. Bellagines nuncupant. Garetius notat. *Bellagines* Gothicum vocabulum esse nemo mihi persuaderit, sed ex Gothicō corruptum. Id vero fuisse credi devia *Vuel-bagen*, brevitatis causa ita *contracutum à Vuel-bebagem*, quod significat beneplacitum; itaut bellagines mā quidem sententiā nihil aliud sint, quam placita Principum. B. Vulcan.
- (5) A. CCCXLVI.
- (6) A. voluptas.
- (7) A. quantulumcumque vacassent.
- (8) A. fruticumque.
- (9) A. & Garetius emituit.
- (10) A. cantibus frequentant.
- (11) A. summa.
- (1) A. Mœsie sita.
- (2) A. unum per Bontas, alterum per Zapas banc Gotthicam &c.
- (3) A. Arxolani ab occasu Jaziges, Garetius Tarizes.
- (4) A. Nam Aziges ab Arxolani Aliuta tamen fictio segregantur.
- (5) A. egr. glo.

A accessus, unum per Bontas, alterum per Tabas. Hanc Gothicam, (2) quam Daciam appellaverunt Majores (quæ nunc, ut diximus, Gepidia dicitur) tunc ab Oriente Roxolani (3) ab occasu Tamazites, à Septentrione Sarmatæ, & Baternæ, à meridie amnis Danubii fluente terminant. Tamazites à Roxolani alveo tantiō fluvii (4) segregantur. Sed quia Danubii mentio facta est, non ab re judico pauca de tali amne egregia (5) indicare. Nam hic in *Alemannis* (6) arvis exoriens, LX. habet à fonte suo flumina usque ad ostia in Pontum vergentia, (7) per mille ducentorum passuum millia, hinc inde suscipiens flumina in modum spinæ, quæ costas ut cratem intexunt: omnino amplissimus est, qui in lingua Bessorum Hister vocatur, ducens tantum pedibus in altum aquam alveo habet profundam. Hic etenim amnis inter cetera flumina immanis, (8) omnes superat, præter Nilum. Hæc de Danubio dixisse sufficiat. Ad propositum verò, unde nos digressi sumus, adjuvante Domino, redeamus.

C A P U T XIII.

De Dorpaneo Gothorum Rege, & variis eorum contra Romanos sub Domitiano Imp. præliis, & victoriis.

Longum namque post intervallum, Domitiano Imperatore regnante, (1) ejus avaritiam metuentes, fœdus, quod dudum cum aliis principibus pepigerant Gothi, solventes, ripam Danubii jam longè possessam ab Imperio Romano, (2) dejectis militibus cum eorum ducibus vastaverunt, cui provinciae tunc post Agripam (3) *Poppæus præterat Sabinus*. (4) Gothi autem Dorpaneus principatum agebat, quando bello commissio Gothi Romanis devictis, (5) *Poppæi Sabini* capite abscesso, multa castella, & civitates invadentes de parte Imperatoris publicè deprædarunt: qua necessitate suorum Domitianus cum omni virtute sua in Illyricum properavit, & totius penè reipublicæ militibus ductore Fusco prælato cum electissimis viris amnam Danubium concertis navibus ad instar pontis transireare coegerit super exercitum Dorpanei. Tum Gothi haud segens reperti armæ capessunt, primoque *armati* conflictu, mox Romanos devincunt. Fuscoque duce extincto divitias de castris *militum despoliant*, magnâque potiti per loca victoria, jam proceres suos (6) quasi qui fortuna vincebant, non puros homines, sed (7) semideos, idest *Anses* vocavere. Quorum genealogiam, ut paucis percurram,

- (6) A. Alamericis.
- (7) A. mergentia, per VCC.
- (8) A. in magno.
- (1) A. Longo namque post intervallo Domitiano imp. rante ejus &c.
- (2) A. deletis, Garetius al. *deleatis*.
- (3) A. Oppius, Garetius notat Edit. Niv. Pompejus.
- (4) A. Savicinus.
- (5) A. Oppii Savicini, Garetius al. Oppius.
- (6) A. qui rum quasi fortuna.
- (7) Semil-los interpretor *Heroas*, quos & Hesiodus *spelæus*, sive Hemideos vocat, sed Heroas de quibus hic sermo, non in media aera's regione, ut Hesiodus, constituimus, *άπει ταραχέως*, ut ille ait; neque ut Apulejus lib. De Deo Socratis, internuncias, atque interpretes decrum facimus, sed primaria in gente Gothica nobilitatis, ac dignitatis homines. Eadem sc̄e ratione Galli vocant *Les Pairs de France*. Hispani, *Los Grandes del reyno*. Vide autem an ab hoc vocabulo *Anses*, dicta sit *Ansa Teutonica*, & Civitates Ansiaticæ fœderatae, tametsi non ignoror alicui alias hujus vocis interpretationem, sive etymologiam adterre. B. Vulc.

ram, (8) ut quo quis parente genitus est, aut unde origo accepta, ubi finem efficit, absque invidia qui legis vera dicentem auscultat.

C A P U T X I V.

Genealogia Procerum Gothorum, quos illi Anses, idest, Semides vocabant deque eorum origine, & fine.

HOrum (1) ergo (ut ipsi suis fabulis ferunt) primus fuit Gapt, qui genuit (2) Halmal, Halmal vero genuit Augis: Augis genuit eum, qui dictus est Amala, à quo & origo Amalorum decurrit. Et Amala genuit Isarna, Isarna autem genuit Ostrogotha, Ostrogotha genuit Unitl, Unitl genuit Athal, Athal genuit Achulf, Achulf genuit Ansilam & Edulf, Vululf, & Hermenrich: Vululf vero genuit Valeravans, Valeravans autem genuit Vivinitharum, Vivinitharius quoque genuit Thodemir, & Walemir, & Widimir: Theodenir genuit Theoderium, Theodericus genuit Amalasuentam, Amalasuentae genuit Athalaricum, & Mathasuentam, de Utherico viro suo, cuius affinitati generis sic ad eam conjunctus est. Nam supradictus Hermericus filius Achulfis genuit Hunnumundum, Hunnumundus autem genuit Thorismundum, Thorismundus vero genuit Berimund, Berimund genuit Widericum, Widericus genuit Eutharicum, qui conjunctus Amalasuentae genuit Athalaricum, & Mathasuentam. Mortuoque in puerilibus annis Athalarico, Mathasuentae Witichi est sociatus, de quo non suscepit liberum (3), adductiq; simul à Belisario in Constantinopolim, & Witichi rebus excedente humanis, Germanus Patricius fratrellis Domini Justiniani Imperatoris eandem in coniugio sumens, Patriciam ordinariam fecit, de qua filium genuit item Germanum nomine. Germano vero defuncto ipsa vidua perseverare disponit (4). Qualiter autem, aut quomodo Amalorum regnum destructum est, loco suo (si Dominus voluerit) edocebimus. Nunc autem ad id, unde digressum fecimus, redeamus, doceamusque quanto (5) ordo gentis, unde agimus, cursus sui metam expleverit. Ablavius enim historicus resert, quia ibi super limbum Ponti, ubi eos diximus in Scythia commanere, pars eorum, qui orientalem plagam tenebant, eisque praeerat Ostrogotha. incertum (urrum ab ipsis nomine, an à loco (6) orientali) dicti sunt Ostrogothae, residui vero Vesegothae in parte occidua. Et quidem jam diximus, eos transito Danubio aliquantum temporis apud Moeiam, Thraciamque vixisse.

A

C A P U T X V.
De Maximini Imperat. è gente Gotbica orti mira fortitudine, & quo pacto ad Imperium pervenerit.

EX eorum reliquias fuit, & Maximinus Imperator, post Alexandrum Mamme, (1) ut dicit Symmachus in quinto suæ historiæ libro. *Alexandro, inuit, Cæsare mortuo, Maximinus (2) ab exercitu factus est Imperator, ex infimis parentibus in Thracia natus. à patre Gothe nomine Mecca, (3) matre Alana, quæ Ababa dicebatur. Is triennium regnans, dum in Christianos arma commoveret, Imperium simul & vitam amisit. Nam hic Severo Imperatore regnante, & natalem filii diem celebrante, post primam ætatem, & rusticam vitam, de pascuis in militiam venit. Princeps siquidem Severus militares dederat ludos. Quod cernens Maximinus, (4) qui erat semibarbarus adolescentis, positis præmiis, barbaræ linguæ petit ab Imperatore, ut sibi luctandi cum expertis milibus licentiam daret. Severus admodum miratus magnitudinem formæ, (erat enim, ut fertur, statura ejus procera ultra octo pedes) iusfit eum cum lixis corporeo nexu contendere, ne quid à rudi homine militaribus viris veniret injuria. Tunc Maximinus sedecim lixas tanta felicitate prostravit, ut vincendo singulos, nullam sibi requiem intercapidine temporum daret. Hic captis præmiis jussus est in militiam mitti, primaque ei stipendia equestria fuere. Tertiam post diem, cum Imperator prodiret in campum, vidit eum exultantem more barbarico, jussitque Tribuno, ut eum coercitum ad Romanam imbuferet disciplinam. Ille vero ubi de se intellexit Principem loqui, accessit ad eum, equitantemque præire pedibus cœpit. Tum Imperator equo (5) a lecto in cursum cal aribus in itin, multos ortes huc atque illuc usque ad suam fatigationem variis inflexibus (6) interpedavit, ac deinde ait illi: Numquid vis post cursum Thracisce luctari respondit. quantum libet, Imperator. Ita Severus ex equo desiliens, recentissimos militum cum eodem certare iussit. At ille septem valentissimos (7) milites ad terram elisit, ita ut antea nihil per intervalla respiraret. (8) Solus à Cæsare & argenteis præmiis, & aureo torque donatus est, jussus deinde inter stipatores degere corporis principalis. Post hæc sub Antonino Caracalla ordines duxit, ac sèpè famam factis extendens, inter plures militiæ gradus centuriasque strenuitatis suæ pretium tulit. Macrino tamen postea in regnum ingreto, recusavit militiam penè triennium. Tribunatusque habens honorem, nunquam se oculis obtulit Macrini, indignum ducens ejus imperium, quod per patratum facinus erat quæsitem (9) ab Heliogabalo. Dehinc quasi ad Antonini filium revertens.*

E

- (8) A. vel quis quo parente &c. ita &c Garetius notat.
- (1) A. Horum ergo berorum, ut ipsis in suis fab. refertur.
- (2) A. Hulmul, qui fuit pater Augis, qui fuit pater Amal à quo origo Amalorum, qui Amal genuit Isarna, & ipse Ostrogotha, qui fuit Pater Hunnul, qui genuit Athal patrem Achulf, & Odulf: Achulf genuit Ansilam, & Edulf, Vululf, & Hermenrich: Vululf vero genuit Valeravans, qui genuit Vivinitharum, & ipse Vandalarium, patrem Lindemer, Valetmir, & Widimir. Thudemir genuit Theodericum, qui genuit Amalasuentam, que fuit mater Athalarici, & Athal verita de Eutharico viro suo.
- Cujus affinitas generis sic ad eam conjuncta est. Nam supradictus Hermericus fil. Achulf genuit Hunnumundum, & ipse Thorismundum, qui genuit Berimundus &c.
- (3) A. liberos.
- (4) A. persu. ravit. Quomodo autem.
- (5) A. quomodo.
- (6) A. Orientales dicti sunt, idest Ostrogothæ.
- (1) A. Mamme.
- (2) A. Maximinus, inquis, Cæsar, mortuo Alexandro, &c.
- (3) A. Mica.
- (4) A. quoniam semibarbarus adolescentis, propositis præmiis, patria linguæ petit.
- (5) Garetius notat in Edit. Niv. adjclo. A. equo abiente cursum calcariis incitato, multas urbes &c. Puto legendum ad violentum.
- (6) A. impeditus, Garetius notat ex Juret. intripedavat.
- (7) A. cum Garetio Juvenes.
- (8) A. solusque à Cæsare.
- (9) A. quod perpetrato facinore fuerat acquisitum ad Heliogabalon, delinc quasi ad Antonii filium &c.

tens, Tribunatum suum adiit, & post hunc sub Alexandro Mammeæ contra Parthos mirabiliter dimicavit. Eoque Mogontiaco militari tumultu occiso, ipse exercitus electione absque Senatusconsultu effectus est Imperator, qui cuncta bona sua in Christianorum persecutione malo voto foedavit, occisusque Aquilejæ à Pupione, (10) regnum reliquit Philippo. Quod nos idcirco *buic opusculo de Symmacho bistoria mutuvimus*, (11) quatenus gentem, unde agimus, ad regni Romani fastigium usque venisse doceamus. Cæterum causa exigit, ut ad id, unde digressi sumus redeamus.

C A P U T XVI.

Gotbi antea Romanorum fœderati, ob distracta sibi stipendia hostes facti, Mœsiam, Thraciamque vastant, dum Ostrogotha Regis.

Nam gens ista mirum in modum in ea parte, qua versabatur, idest *Ponti in litore Scythæ soli immotuit*, (1) sine dubio tanta spatia tenens terrarum, tot sinus maris, tot fluminum cursus, sub cujus sèpè dextra (2) *Wandalus* jacuit; stetit sub pretio Marcomannus, Quadorum Principes, in servitutem redacti sunt. Philippo namque antedicto regnante Romanis, qui solus ante Constantiū Christianus *cum Philippo*, (3) idest filio fuit, cuius & secundo anno regni Roma millesimum annum explevit, Gothi, ut assolet, *distracta* (4) sibi stipendia sua ferentes sègrè, de amicis facti sunt inimici. Nam quamvis remoti *sunt regibus* (5) viverent suis, Republicæ tamen *Romanæ* fœderati erant, & annua munera percipiebant. Quid multa? Transiens tunc Ostrogotha cum suis Danubium, Mœsiam, Thraciamque vastavit: ad quem repellendum Decius Senator à Philippo dirigitur. qui veniens, dum *genti* (6) nihil prævalet, milites proprios exemptos à militia fecit vitâ privatâ degere, quasi eorum neglectu Gothi Danubium transissent, factâque, *ut puta, in suis* (7) vindictâ, *ad bilippum revertitur*. Milites vero videntes, se esse rotos (8) labores militiâ pulsos, indignati ad *Ostrogotha regis* Gothorum auxilium confugerunt. Qui excipiens eos, eorumque verbis accensus, mox *triginta milia virorum* (9) armata produxit ad prælium, adhibitis sibi (10) *Tribulis*, & Astringis nonnullis. Sed & Carporum tria millia, genus hominum ad bella nimis expeditum, qui sèpe Romanis infesti sunt, quos tamen post hæc imperante Diocletiano (11) Galerius Maximinus Cæsar de Crivitat. (12) Republicæ *Romanæ* subegit. Is ergo habens (13) Gothos. & Peucenos, ab insula Peuce, quæ ostio Danubii Ponto mergenti adjacet, Argaitum, & Gunthericum nobilissimos suæ gentis præfecit ductores. Qui mox Danubium vadati, & secundò Mœsiam populati, Marcianopolim ejusdem patriæ urbem famosam Metropolim aggrediuntur, diuque obsecram, acceptâ pecunia ab his qui inerant, reli-

A quere. Et quia Marcianopolim nominavimus, liber aliqua de ejus situ breviter intimare. Nam hanc urbem Trajanus Imperator hac re ædificavit, ut fertur, eo quod (14) Marcia soror sua pueræ, dum lavat in flumine illo, quod nimirum limpiditatis, saporisque in media urbe oritur, *Potami* (15) cognomento, exindeque vellet aquam haurire, casu vas aureum, quod ferebatur, in profundum cecidit, metalli pondere gravatum, & longè post emersit, (16) quod certè non erat usitatum, aut vacuum sorberi, aut certè semel voratum undis respuentibus renatare. His Trajanus sub admiratione compertis, fontique numinis quiddam inesse credens, conditam civitatem germanæ sue in nomine *Marcianopolim* nominavit. (17)

C A P U T XVII.

Fastida Gepidarum Rex, Ostrogotha Gothorum Regi bellum infert, Gotbi vultores evadunt. Item de cognatione inter se Gothorum, & Gepidarum.

A B hinc ergo, ut dicebamus, post longam obsidionem accepto præmio ditatus Geta, recessit ad patriam: (1) quem Gepidarum cernens natio subito ubique vincentem, prædisque datum, invidia ductus, (2) arma in parentes movet. Quomodo verò Getæ, Gepidæ sint parentes, si quæris, paucis absolvam. Meminisse debes, me initio de Scanzia insulæ gremio Goths dixisse egressos cum Berich (3) suo rege, tribus tantum navibus vectos ad citerioris Oceani ripam, (4) quarum trium una navis, ut assolet, tardius vecta, nomen genti fertur dedisse, nam lingua eorum pigra, gepanta dicitur. Hinc factum est, ut paulatim & corruptè nomen eis ex convitio nasceretur. Gepidæ namque sine dubio ex Gothorum prosapia ducunt originem; sed quia, ut dixi gepanta pigrum, aliquid tardumque signat, pro (5) gratuito convitio Gepidarum nomen exortum est, quod nec ipsum credo falsissimum, sunt enim tardioris ingenii, & graviores corporum velocitate. Hi ergo Gepide racti invidia, dudum, (6) spretâ provinciâ, commarebant in insula Visclæ amnis vadis circumacta, quam pro patro sermone dicebant *Gefidos* (7). Nunc eam, ut fertur, insulam gens Vividaria incolit, ipsis ad meliores terras meantibus. Qui Vividarii ex diversis nationibus, ac si in unum asylum collecti sunt, & gentem fecisse noscuntur. Ergo (ut dicebamus) Gepidarum rex Fastida, (8) qui etiam gentem excitans, patrios fines per arma dilatavit, (9) Burgundiones pene usque ad terneconem delevit, aliasque nonnullas gentes perdomuit. Gothos quoque male provocans, consanguinitatis fœdus prius importuna concertatione violavit, superbaque admodum elatione jactatus, crescenti populo dum terras cœpit addere, incolas patrios reddidit rariores. Is ergo misit legatos ad Ostrogotham, cuius adhuc im-

(10) A. *Pupino*.
(11) A. *de Symmaco mutuati sumus*, Garetius legit Lib. 5.
(1) A. *in Ponti litore Scythæ sol emotuit*.
(2) A. *Gandalus*.
(3) Garetius pro *idest*, legit al. *eiusdem*.
(4) A. *distracta*.
(5) A. *remoti legibus vivent suis*.
(6) A. *dum Gotis mil. &c.*
(7) A. *ut putat in suis vindictâ revertitur*.
(8) A. *se p. b. tot &c.*
(9) A. *CCC. millia suorum*, ita legit Garetius.
(10) A. *Tribulis*, ita Garetius.
(11) A. & Garetius, & Maximiano.
(12) A. *Maximus Cæsar devicit, & Republicæ subegit*.
(13) A. *Is ergo addens Gotbos, & Peucinos ab insula Peucis,*

que inter ostia Danubii Ponto marginata jacet &c.
(14) A. Garetius legit al. *Marcia soror sua*.
(15) A. *Potamica*.
(16) A. *pondere prægravatum &c. imis emersit*.
(17) A. *appellavit*.
(1) A. *ad propria*.
(2) A. *invidia ducta*.
(3) A. *Berige*.
(4) A. *ad ripam Oceani citerioris, idest Gotiscandzam, quarum &c.*
(5) Garetius *gravi tunc*.
(6) A. *dum sp. sis provincia commanant in insulam &c. cir-*
(7) A. *Gepidojos*.
(8) A. *quiete*. Garetius *quietam*.
(9) A. *nam Burgundiones*. Garetius al. *Burgunzones*.

imperio tam Ostrogothæ, quam Vesegothæ, idest utrique ejusdem gentis populi subjacebant, inclusum se montium queritans asperitate, sylvarumque densitate constrictum, unum poscens è duobus, ut aut bellum sibi, aut locorum suorum spatia præpararet. Tunc Ostrogotha Rex Gothorum (ut erat solidi animi) respondit legatis, bellum se quidem tale horrere, durumque fore, & omnino scelestum armis configere cum propinquis, (10) loca verò non cedere. Quid multa? Gepidæ in bella irruunt, contra quos ne (11) nimii judicaretur, movit & Ostrogotha procinctum, convenientque ad oppidum *Galtis*, (12) juxta quod currit fluvius Aucha, ibique magna partium virtute certatum est: quippe quos in se & armorum, & pugnæ similitudo commoverat, sed causa melior, (13) vivaxque ingenium juvat Gothos: inclinata denique parte Gepidarum, prælium nox diremit. Tunc relicta suorum strage, *Fastida* rex Gepidarum properavit ad patriam, tam pudendis opprobriis humiliatus, quam fuerat elatione erectus. Redunt victores Gothi, Gepidarum discessione contenti, suaque in patria nostri in pace (14) versantur, usque dum eorum prævius existeret Ostrogotha.

C A P U T XVIII.

Cniva Rex Gothorum post obitum Ostrogothæ exercitum in Mœsiam dicit, & variis præliis Romanos infestat, in quibus Decius ceditur.

Post cuius deceßum Cniva exercitum dividens in duas partes, nonnullos ad vastandam Mœsiam dirigit, sciens eam negligentibus principibus defensoribus destitutam. Ipse vero cum septuaginta (1) millibus ad (2) *Eustesium*, idest Novas concendit: unde à Gallo duce (3) remotus, Nicopolim accedit, quæ juxta Jatrum fluvium est constituta notissima: quoniam (4) devictis Sarmatis, Trajanus eam fabricavit, & appellavit Victoriae civitatem: ubi Decio superveniente Imperatore, tandem Cniva in (5) *Hemonia* partes, quæ non longè aberant, recessit: inde apparatu disposito, Philippopolim ire festinans. Cujus secessum Decius *Imperator* cognoscens, & ipsius urbi ferre subsidium getiens, jugo (6) montis transacto, ad Beræam venit: Ibique dum equos, exercitumque *laßum* resloveret, illico Cniva cum Gothis in modum fulminis ruit, vastatoque Romano exercitu, Imperatorem cum paucis, qui fugere quiverant ad *Thraciam*, rursus trans Alpes in Mœsiam proturbavit, ubi tunc Gallus dux limitis cum plurima manu bellantium morabatur. Collectoque tam exinde, quam (7) de hoste exercitu, futuri belli (8) reparat aciem. Cniva vero diu obsecram invadit Philippopolim, prædaque potitus, Priscum ducem, qui inerat, sibi foederavit, quasi cum Decio pugnaturum. Venientesque ad conflictum, illico Decii filium sagittâ saucium, crudeli vulnere confodiunt. Quod pater animadvertis, licet ad confortandos animos militum, dixisse fertur: Nemo tri-

Tom. I.

(10) ... uco.

(11) A. cum Garetio ne minr.

(12) A. *Caltis*.

(13) A. cum Garetio vivacitasque.

(14) A. in patria feliciter in pace &c.

(1) Garetius legit *LXXX.m.*

(2) A. *Eustesum*.

(3) A. *repulsus*.

(4) A. quam devictis &c.

(5) A. in Hemi partes, ita etiam Garetius.

(6) A. jugo Hemi montis, & ita legit al. Garetius.

A stetur: perditio unius militis, non est Reipublicæ diminutio: tamen paternum affectionem serens, hostes invadit, aut mortem, aut ultionem filii exposcens, veniensque (9) abrupto Mœsiæ civitatem, circumscriptus à Gothis & i-se extinguitur, Imperii finem, vitæque terminum faciens. Qui locus hodieque Decii ara dicitur, eo quod ibi ante pugnam (10) miserabiliter idolis immolare.

C A P U T XIX.
Quo patto Gallus, & Volusianus fœdus cum Gothis inierint, & Æmilianus Mœsiam infestarit.

B Efuncto tunc Decio, Gallus, & Volusianus Regno potiti sunt Romanorum, quando & (1) pestilens morbus, pænè istius necessitatis consimilis, ut nos ante hos novem annos experti sumus, faciem totius orbis fœdavit, supremum quoque Alexandriam, totiusque Ægypti loca devaltans, Dionysio *biforio super banc cladem lacrymabiliter exponente*, quam & noster conscripsit venerabilis Martyr Christi Episcopus *Cyprianus* in libro, cuius titulus est de Mortalitate. Tunc & Æmilianus quidam, Gothis saepe ob Principum negligentiam Mœsiam devastantibus, ut vidit licere, nec à quoquam sine magno Reipublicæ dispendio removeri, similius suæ fortunæ arbitratus posse evenire, tyrannidem in Mœsiam arripuit, omniq[ue] manu militari ascita, cœpit urbes, & populos devastare. Contra quem intra paucos menses multitudo apparatus accrescens, non minimum incommodum Reipublicæ parturivit, qui tamen in ipso pænè nefario conatus sui initio extinctus, & vitam, & Imperium, quod (2) *invadebat*, amissit. Supradicti *v.ro Gallus, & Volusianus Imperatores*, quamvis vix biennio in Imperio perseverantes, ab hac luce migrarunt: tamen ipso biennio, quo assuere, ubique pacati, ubique regnare gratosi, præterquamquod unum eorum fortunæ reputatum est, idest generalis morbus: sed hoc ab imperitis, & calumniatoribus, qui vitam solent aliorum dente maledico lacerare. Hi ergo mox, ut Imperium adepti sunt, fœdus cum gente Gothorum pepigere, & nec longo intervallo utrisque *rigibus* occubentibus, Gallienus arripuit principatum.

C A P U T XX.
Gothi regnante Gallieno in Asiam involant, Diana Ephesma templum incendunt: Chalcedoniam subvertunt: Trojam vastant: Thraciam infstant.

D Hoc in omni lascivia resoluto, Respa, & Veduco, (1) *Thuro, Varoque* duces Gothorum sumptis navibus Asiam transiere, fretum Helleponiticum transvecti: (2) ubi multis ejus provinciæ civitatibus populatis, opinatissimum illud Ephesi Diana templum, (3) uod dudum dixeramus *Amazonas condidisse*, igne succendent, partibus Bythinie delati, Chalcedoniam subverttere, quam post Cornelius Avitus aliqua parte reparavit. Quæ hodieque quamvis regiæ urbis (4) civitate congaudeat, signa tamen suarum.

C c ruina-

(7) A. pro de Hoste, legit Edeuso, quid sibi velit hoc verbum legentium relinquitur conjectura.

(8) A. se preparabat in aci.m.

(9) A. viens ad Alrittum Mœsiæ civitatem &c.

(10) A. mirabilit.r.

(1) Garetius legit al. pestilens annus mortis.

(2) A. & Garetius al. iniabat.

(1) A. *Tiorvaroque*, Garetius al. *Thirvaroque*.

(2) A. ubi multis ejus Provincia civitates populati.

(3) A. opus Amazonum.

(4) Garetius, & A. vicinitate congaudeat.

ruinarum aliquanta ad *indicia* retinet (5) posteritatis. Hac ergo felicitate Gothi, qua intravere partibus Asiae, præda, spoliisque potiti, Helleponicum fretum retransfmeant, vastantes in itinere suo Trojam, Iliumque, quæ vix à bello illo Agamemnoniaco aliquantulum (6) respirantes, rursus hostili mucrone deletæ sunt. Post Asie ergo tale excidium, Thracia eorum experta est feritatem. Nam ibi ad radices Hemi montis mari vicinam (7) Anchialos civitatem aggressi mox adeunt, urbem, quam dudum Sardanaplus Rex Parthorum inter limbum maris, & Hemi radices locasset. Ibi enim multis feruntur mansisse diebus, calidarum aquarum delectati lavacris, quæ (8) à quintodecimo milliario Anchialitanæ civitatis sunt sitæ, ab imo sui fontis igni scaturientes, & inter reliqua totius mundi thermarum innumerabilium loca omnino præcipue ad sanitatem infirmorum efficacissimæ. Exinde ergo ad proprias sedes regessi.

C A P U T X X I.

Maximianus Imperator Gothorum auxilio maximas victorias de Parthis, & Persis reportavit. Constantinus etiam eorum auxilio multa præclare gessit.

POst hæc à Maximiano Imperatore ducuntur in auxilia Romanorum contra Parthos rogari, ubi datis auxiliariis fideliter (1) decertati sunt. Sed postquam Cæsar Maximianus pñne cum (2) eorum solatio Narsen regem Persarum Saporis Magni nepotem fugasset, ejusque omnes opes, simulque uxores, & filios deprædasset, Achillemque in Alexandria cum Diocletiano superasset, & Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos adtrivisset, pacem Reipublicæ naœti, cœpere quasi Gothos negligere. Nam sine ipsis dudum contra quasvis gentes Romanus exercitus difficile (3) decertatus est. Apparet namque frequenter, quomodo invitabantur, sicut & sub Constantino rogati sunt, & contra cognatum ejus Licinium arma tulere, eumque devictum, & in Thessalonica clausum, privatum Imperio, Constantini victoris gladio trucidarunt. Nam & dum famosissimam, & Romæ æmulam in suo nomine condederat civitatem, Gothorum intersuit operatio, qui foedere inito cum Imperatore, xl. suorum millia illi in solatio contra gentes varias obtulerunt. Quorum & numerus, & millia (4) usque ad præsens in Republica nominantur, idest, Fœderati. Tunc etenim sub (5) Ararici, & Aorici regum suorum florebant Imperio. Post quorum decepsum successor regni extitit (6) Geberich, virtutis, & nobilitatis eximiae.

(5) A. ad inditum. Garetius al. per statis.
(6) A. aliquantulum se reparantes, &c ita Garetius.
(7) A. Anchialos.
(8) A. cum Gareto duodecimo mil.
(1) A. decertaverunt.
(2) A. cum eorum solatiis Narsen verò Regem.
(3) A. decertavit.
(4) A. militia.
(5) Garetius legit al. Ariani, & Atrici. A. Ariarici.
(6) A. Giberet semper.
(1) A. Midata.
(2) A. qui Aſdingorum.

A

C A P U T X X I I .
Gebericus Gothorum Rex Visumaro Wandalorum Regi bellum infert, & vincit. Pauci Wandali è clade superstites. Pannoniam à Constantino inhabitandam petunt, & obtinent.

NAM is Hilderich patre natus, avo Ovida, proavo (1) Cnivida, gloriam generis sui factis illustribus exæquavit, primicias regni sui mox in Wandalica gente extendere cupiens contra Visumar eorum regem (2) Aſdingorum è stirpe, quæ inter eos eminet, genusque indicat bellicosissimum, Dexippo historico referente, qui eos ab Oceano ad nostrum limitem vix in anni spatio pervenisse testatur præ nimia terrarum immensitate. Quo tempore erant in eo loco manentes, ubi Gepidae sedent. juxta flumina (3) Marisia, Miliare, & Gilfil, & Grisia, qui annis supradictos excedit. Erant namque illis tunc ab oriente Gothi, ab occidente Marcomanni, à septentrione (4) Ermunduri, à meridie Hister, qui & Danubius dicitur. Hic ergo Wandalis communitibus bellum indictum est à Geberich rege Gothorum, ad litus prædicti amnis (5) Marisia, ubi tunc diu certatum est ex æquali. Sed mox ipse Rex Wandalorum Visumar magna cum parte gentis suæ prosternitur. Geberich verò ductor Gothorum eximus, superatis, deprædatisque Wandalis, ad propria loca, unde exierat, remeavit. Tunc præpauci Wandali, qui evassissent, (6) collectâ (7) imbellum suorum manu, infortunatam patriam relinquentes, Pannoniam sibi à Constantino Principe petiere, ibique (8) p.r qua' razinta annos plus minus sedibus locatis, Imperatorum decretis ut incolæ famularunt. (9) Unde etiam post longum à Stilicone Magistro militum, & Exconfuse, ac Patricio invitati, Gallias occupavere, ubi finitimos depræstantes non adeo fixas sedes habuere.

C

C A P U T X X I I I .
De Ermanarici Rgis Gothorum, qui Alexandro Magno ob multas gentes, quas perdomuit, comparatus fuit, in Erulos, Venetos, & Aſtrogothos expeditiōibus, & viatoriis.

D

GOTHORUM rege Geberich rebus excedente humanis, post temporis aliquod Ermanaricus nobilissimus Amalorum in regno successit, qui multas, & bellicosissimas armatas gentes perdomuit, suisque parere legibus fecit. Quem meritò nonnulli Alexandro Magno comparavere majores. Habebat siquidem quos domuerat, (1) Gothos, Scythas, Tibuidos in Aunxis, Vasinabroncas, Merens, Mordenimis, Caris, Rocas, Tadzans, Athual, Navego, Bubegenas, Coldas, & cion tanto rum servitio (2) charus haberetur, non paſsus est, nisi & gentem Erulorum, quibus præerat Alaricus, magna ex parte trucidatam, reliquam suæ subigeret ditioni. Nam prædicta gens,

E

(3) A. suum Marisia, Miliare, & Gilfil, & Grisia, quæ omnes supradictos excedit.
(4) A. Ermundulus.
(5) A. Marisia, ubi n.c diu certatum &c.
(6) A. evas. rant.
(7) Garetius legit al. in bellum.
(8) A. per sexaginta annos.
(9) A. famulabantur.
(1) A. Goltbes, Etta, Tibuidos, Inaxungis, Vafina, Bozvencas, Merens, Morden, Remmican, Rogans, Tadzans, Athual, Navego, Bubegenas, Coldas, sed cum &c.
(2) A. & Garecius clarus.

gens, Ablavio historico referente, (3) *juxta Maeotidas paludes habitans in locis stagnantibus, quas Graeci Ele vocant, Eruhi* (4) nominati sunt, quanto velox, eo amplius superbissima. Nulla siquidem erat tunc gens, qua non levem armaturam in acie sua ex ipsis elegerint. (5) Sed quamvis velocitas eorum ab aliis (6) *soritate bellantibus non evanesceret*, Gothorum tamen stabilitati subiacuit, & tarditati, fecitque causa fortunae, ut & ipsi inter reliquias gentes Getarum regi Ermanarico (7) serviverint. Post Eruorum cædem idem Ermanaricus in Venetos arma commovit, qui quamvis armis (8) dissipati, sed numerositate pollentes, (9) primo resistere conabantur. Sed nihil valet multitudo (10) *in bello, praesertim ubi & multitudo armata advenit*; nam hi, ut iactio expositionis, vel catalogo gentis dicere coepimus, ab una stirpe exorti, tria nunc nomina reddidere, id est Veneti, (11) Antes, Sclavi, qui quamvis nunc, ita facientibus peccatis nostris, ubique deserviunt, tamen tunc omnes Ermanarici imperiis serviebant. (12) *Aestrorum quoque similiter nationem, qui longissimam ripam Oceani Germanici insident, idem ipse prudentiam, virtute subegit, omnibusque Scythiae, & Germaniae nationibus, ac si propriis laboribus imperavit.*

CAPUT XXXIV.
De Humorum execranda origine; beneficiorum scilicet cum immundis spiritibus congressu. Et de Humorum in Ostrogothos Scythicos expeditione, ubi & de immuni, & terribili Hunnorum vultu.

Post autem non longi temporis intervallum, ut resert Orosius, Hunnorum gens omnifercitate atrocior exarsit in Gothos. Nam hos, ut resert antiquitas, ita extitisse compemus. Filimer Rex Gothorum, & Gadarici magni filius, post egressum Scanziae insulae jam quinto loco tenens principatum Getarum, qui & terras Scythicas cum sua gente introisset, sicut à nobis dictum est, reperit in populo suo quasdam magas mulieres, quas patrio sermone (1) *Aliorunnas is ipse cognominat*, easque habens suspectas, de medio sui proturbat, longèque ab exercitu suo fugatas, in solitudine coegerit (2) *terrae*. Quas spiritus immundi per eremum vagantes dum vidissent, & earum se complexibus in coitu miscuissent, genus hoc ferocissimum edidere: quod fuit primum inter paludes minutum, tetrum, atque exile, quasi hominum genus, necalia voce notum, nisi (3) *qua* humani sermonis imaginem assignabat. Tali ergo Hunni stirpe creati, Gothorum finibus advenere. Quorum natio saeva, ut Priscus historicus resert, in Maeotide palude ulteriore ripam insedit, venatione tantum, nec alio labore experta, nisi quod postquam crevisset in populos, fraudibus, & rapinis vicinam gentem conturbavit. Hujus ergo (4) (ut assolent venato-

Tom. I.

- (3) A. *juxta Maeotidem paludem in habitans in locis stagnantibus, que Graeci Ele* etc.
- (4) A. *Eruhi*.
- (5) A. *eligeret*.
- (6) A. *ab aliis crebro bellantibus evagaretur*.
- (7) A. *servirent*.
- (8) A. *dissipati*.
- (9) A. *primum*.
- (10) A. & Garetius *imbellium, praesertim ubi & Deus permittit, & multitudo armata convenit*.
- (11) A. *Antes, Sclaveni*.
- (12) A. *Aestrorum*.
- (13) A. *Alioruncas dicunt. Garetius al. Aliorunes, que bodie vocantur Alrunz, Hisp. Bruxos. B. Vulc.*
- (14) A. & Garetius *in solitudine coegerit errare*.

A res) dum in ulteriori Maeotidis ripa venationes inquirunt, animadvertisco quomodo ex improviso cerva se illis obtulit, ingressaque palude, nunc progrediens, nunc subluctans, indicem se via tribuit, quam secuti venatores paludem Maeotidem, quam imperviam ut pelagus existimabant, pedibus transiere. Mox quoque ut Scythica terra ignotis apparuit, cerva disparuit. Quod credo spiritus illi, unde progeniem trahunt, ad Scytharum invidiam egere. (5) *Illi vero, qui preter Maeotidem paludem alium mundum esse penitus ignorabant, admiratione inducti terre Scythiae, & ut sunt solentes, iter illud nulli ante hanc ætatem notissimum, divinitus sibi ostensum rati, ad suos redeunt, rei gestum (6) edicunt. Scythiam laudant, persuasaque gente sua, viâ, quam cerva indice didicere, ad Scythiam properant, & quantoscunque (7) prius in ingressu Scytharum habuere, litavere Victoriae, reliquos perdomitos subegere. Nam mox ingentem illam paludem transiere, illico (8) *Alipzuros, Alcidzuros, Itamaros, Tuncassos, & Boiscos*, qui ripæ istius Scythiae insidebant, quasi *quidam* turbo gentium rapuere. Alanos quoque pugnâ sibi pares, sed (9) *bumanitatis* victu, formâq; dissimiles, frequenti certamine fatigantes subjugavere. Nam & quos bello forsitan minime superabant, vultus sui terrore nimium pavorem ingerentes terribilitate sugabant, eo quod erat eis species pavenda (10) *nigredine*, sed velut quedam (si dici fas est) deformis offa, non facies, habensque magis puncta, quam lumina. Quorum animi fiduciam torvus prodit aspectus, qui etiam in pignora sua primo die nata deserviunt. Nam maribus ferro genas se cant, ut antequam lactis nutrimenta percipient, vulneris cogantur subire tolerantiam. Hinc imberbes senescunt, & sine venustate ephœbi sunt: quia facies ferro sulcata, tempestivam pilorum gratiam per cicatrices absunit. Exigu quidem formâ, sed (11) *arguti motibus*, expediti, & ad equitandum promptissimi: scapulis latis, & ad arcus, sagittasque parati: firmis cervicibus, & (12) *m* superbia semper erecti. Hi vero sub hominum figura vivunt belluinae saevitiae. Quod genus expeditissimum, multarumque nationum (13) *graftorem* Getæ ut viderunt, expavescunt: suoque cum rege deliberant qualiter se à tali hoste subducant. Nam Ermanaricus rex Gothorum, licet (ut superius retulimus) multarum gentium extiterit triumphator, de Hunnorum tamen adventu dum cogitat, (14) *Roxolanorum* gens infida, quæ tunc inter alias illi famulatum exhibebat, tali eum nanciscitur occasione decipere. Dum enim quandam mulierem (15) *Sanielb* nomine ex gente memorata, pro mariti fraudulentio discessu, Rex furore commotus, equis ferociibus illigatam, incitatisque cursibus, per diversa divelli præcepisset: fratres ejus Sarus, & Ammius germanæ obitum vindicantes, Ermanari-*

Cc 2 ci

- (3) A. *quid.*
- (4) A. *gentes*.
- (5) A. *illic vero, qui preter Maeotidem alium mundum*.
- (6) A. *edocunt*.
- (7) A. *prius in ingressu Scytharum olrios balurunt. ita Gar.*
- (8) A. *Alipzuros, Alcidzuros, Itamaros, Tuncassos. Garetius alias Alpidzyros, Alcidridzyros, Itamaros, Tunccancer, & Barcos.*
- (9) A. *bumanitate*.
- (10) A. *nigredinis, & velut*.
- (11) A. *argutis motibus*.
- (12) A. *& superbia semper erectis.*
- (13) A. *excidio*.
- (14) A. *Roxolanorum*.
- (15) A. *Sanilda*.

ci latus ferro petierunt : quo vulnere saucius , ægram vitam corporis imbecillitate contraxit , quam adversam ejus valetudinem captans (16) *Balanir Rex Hunorum* , (17) in Ostrogothas movit procinctum : à quorum societate jam Vesegothæ (18) discessere , quam dudum inter se juncti habebant . Inter hæc Ermanaricus tam vulneris dolorem , quam etiam incursiones Hunnorum non ferens , grandævus , & plenus diem centesimo decimo anno vitæ suæ defunctus est . Cujus (19) mortis occasio dedit Hunnis prævalere in Gothis illis , quos dixeramus orientali plaga sedere , & Ostrogothas nuncupari .

C A P U T X X V .

Vesegothæ , Ostrogothis à Vandals victis , à Valente Imper. Mæsiam habitandam appetunt , & obtinent , & cion Christiani fieri cuperent , Valens , ut Arianus , Prædicatores Arianos ad eos mittit , & perfidiae suæ veneno inficit .

Vesegothæ , idest , alii eorum socii , & occidui soli cultores , metu parentum exterriti , quid nam de se propter gentem Hunnorum deliberarent , ambigebant , diuque cogitantes , tandem communi placito legatos ad Romaniam direxere , ad Valentem Imperatorem fratrem Valentiniani Imp. senioris , ut partem Thraciæ , sive Mœsiæ si illis traderet ad colendum , ejus legibus viverent , ejusque imperiis subderentur . Et , ut fides uberior illis habetur , promittunt se , si doctores linguae suæ donaverit , fieri Christianos . Quo Valens comperto , mox gratulabundus annuit , quod ultrò petere voluisset : suscepitosque in Mœsiæ partibus Getas , quasi murum regni sui contra cæteras gentes statuit . Et quia tunc Valens Imperator Arianorum perfidiæ saucius , nostrarum partium omnes Ecclesiæ obturasset , suæ partis fautores ad illos dirigit Prædicatores , qui (1) venientibus rudibus , & ignaris , illico perfidiæ suæ virus defundunt . Sic quoque Vesegothæ à Valente Imperatore Ariani potiùs , quam Christiani effetti . De cætero tam Ostrogothis , quam Gepidis parentibus suis per affectionis gratiam evangelizantes , hujus perfidiæ culturam edocentes , omnem ubique linguae hujus nationem ad culturam hujus sectæ invitavere . Ipsi quoque (ut dictum est) Danubium transmeantes , Daciam Ripensem , Mœsiam , Thraciasque permissu Principis insedere .

C A P U T X X VI .

Vesegothi Romanorum subditi , ingenti fame pressi , & à Ducibus Romanis pessime habiti , sese in libertatem vendicant , & Thracias , Daciamque Ripensem occupant . Valens Imper. qui eos Ariana perfidia infici curarat , divinæ vindictæ a ipsiis comburitur .

Evénit his (ut adsolet (1) gentibus necdum bene loco fundatis) penuria famis . Cœpere

A autem primates eorum , & duces , qui regum vice illis præerant , idest *Fridigernus* , (2) Alatheus , & Safrach exercitus inopiam condolere , negociationemque à Lupicino , Maximoque Romanorum ducibus expetere . Verum quid non auri sacra fames compellit adquiescere ? Cœperunt duces (avaritia compellente) non solum ovium , boumque carnes , verum etiam canum , & immundorum animalium morticina eis pro magno contradere : adeo ut quodlibet mancipium (3) in unum panem , aut decem libras in unam carnem mercarentur . Sed jam mancipiis , & suppellectili deficientibus , filios eorum avarus mercator viatos necessitate exposcit . Haud enim secus parentes faciunt , salutem (4) suorum pignorum providentes , satius (5) deliberant ingenuitatem perire , quam vitam , dum misericorditer (6) alendus quis venditur , quam moriturus servatur . Contigit enim illo sub tempore ærumnoso ut Lupicinus duxtor Romanorum *Fridigernum* (7) Gothorum regulum ad convivium invitaret , columque ei , ut post exitus docuit , moliretur . Sed Fridigernus dolens , cum paucorum comitatu ad convivium veniens , dum intus in Prætorio epulatur , clamorem miserorum morientium audiret , (8) jamque alia in parte socios ejus reclusos , dum milites ducis sui jussu trucidare conarentur , & vox morientium duriter emissa jam suspectis auribus intonaret , illico (9) apertos ipsos dolor cognoscens Fridigernus , evaginato gladio (10) in convivio , non sine magna temeritate , velocitateque egreditur , suosque socios ab imminentí morte ereptos ad necem Romanorum instigat . Qui (11) nocta occasione votiva , elegerunt viri fortissimi in bello magis , quam in fame deficere , & illico in ducum Lupicini , & Maximi armentur occisionem . Illa namque dies Gothorum famem , Romanorumque securitatem admetit : cœperuntque Goths jam non ut advenæ , & peregrini , sed ut cives , & domini possessoribus imperare , totasque partes septentrionales usque ad Danubium suo jure tenere . Quod compatriens in Antiochia Valens Imperator mox armato exercitu , in Thraciarum partes (12) digreditur : ubi lacrymabili bello commisso , vincentibus Gothis , in (13) quodam prælio juxta Hadrianopolim saucius ipse refugiens , ignorantibus quoque quod Imperator in tam vili casula delitesceret Gothis , igneque (ut affolet) seviente ab inimico supposito cum regali pompa crematus est haud secus , quam Dei prorsus iudicio , ut ab ipsis igne combureretur , quos ipse veram fidem petentes in perfidiam declinasset , & igni charitatis ad gehennæ ignem detorsisset . Quo tempore Vesegothæ Thracias , Daciamque Ripensem post tanti gloriam (14) trophæi , tanquam solo genitali potiti , cœperunt incolere .

B

C

D

E

CA-

(16) A. *Balanir*.

(17) A. in Ostrogothorum partem.

(18) A. quadam inter se contiguæ si juncti habebantur.

(19) A. Cuius mors occasionem dedit.

(1) A. Venientibus rudibus , & ignaris illico perfidiæ suæ virus defundunt .

(2) A. egenti .

(3) A. Fratricris .

(4) A. saluti .

(5) A. facilisque .

(6) A. misericordiæ .

(7) A. *Fridigernum* semper .

(8) A. nam in alia parte socios ejus inclusos .

(9) A. aperte dolum cognoscens .

(10) A. è convivio .

(11) A. nocti occasione votivam .

(12) A. regreditur .

(13) A. in quoddam præmium .

(14) A. triumphi .

CAPUT XXVII.

Vesegothæ Theodosio Imperat. eis internacionem moliente, eo ægrotante ad Thessaliam, Epiros, & Achajam, & Pannoniam prædandas digreduntur. Gratianus Imp. fœdus cum iis init, quod & Theodosius sanxit.

Sed (1) Theodosium ab Hispania Gratianus Imperator electum, in orientali principatu loco Valentis patrui subrogat, miliarique disciplinâ mox in meliori statu repositâ, ignaviam priorum Principum, & desidiam exclusam Gothus ut sensit, pertimuit. Nam Imperator acri omnino ingenio, virtuteque, & consilio clarus, cùm præceptorum severitate, & liberalitate, blandieque sua remissum exercitum ad fortia provocaret; at verò ubi milites Principe meliore mutato fiduciam acceperunt, Gothos impetrere tentant, eosque Thraciae finibus pellunt: sed Theodosio Principe pñè tunc usque ad desperationem ægrotante, datur iterum Gothis audacia, divisoque exercitu, Fridigernus ad Thessaliam prædandam, Epiros, (2) & Achajam digressus est: Alatheus verò, & Safrach cum residuis copiis Pannoniam petierunt. Quod quum Gratianus Imperator, qui tunc Româ in Gallias ob incursionem Wandalorum recesserat, (3) comperisset: quia Theodosio fatali desperatione succumbente, Gothim agis sàvirent, mox ad eos collecto venit exercitu, nec tamen fretus in armis, sed gratiâ eos, muneribusque victurus, pacemque, & victualia illis concedens, cum ipsis inito fœdere (4) fecit. Ubi verò post hæc Theodosius convaluit Imperator, reperitque Gratianum cum Gothis, & Romanis pepigisse fœdus, quod ipse optaverat, admundum grato animo ferens, & ipse in hac pace (5) consistit.

CAPUT XXVIII.

Atanaricus Vesegotharum Rex, Fridigerni successor, à Theodosio Imp. Constantinopolim evocatus magnis honoribus ab eo afficitur, ibique moritur: ubi & de Fœderatis, & de Theodosii adversus Eugenium tyrannum, qui Gallias occuparat, auxilio Vesegotharum vicit.

ATANARICUM quoque regem, qui tunc Fridigerno successerat, datis sibi muneribus sociavit moribus suis benignissimis, & ad se eum in Constantinopolim accedere (1) invitavit. Qui omnino libenter acquiescens, regiam urbem ingressus est, miransque: En, inquit, cerno quod sàpere incredulus audiebam, famam videlicet tantæ urbis, & huc illuc oculos volvens, nunc situm urbis, commeatumque navium, nunc mœnia clara prospectans miratur, populosque diversarum gentium, quasi fonte in uno è diversis partibus scaturiente unda, sic quoque militem ordinatum aspiciens: Deus, inquit, sine dubio terrenus est Imperator, &

A quisquis adversus eum manum moverit, ipse sui sanguinis reus existit. In tali ergo admiratione, majoreque à Principe honore suffultus, paucis mensibus interjectis, ab hac luce migravit. Quem Princeps affectionis gratiâ pñè plus mortuum, quam vivum honorans, dignæ tradidit sepulture; (2) ipse quoque in exequiis feretro ejus præiens. Defuncto ergo Atanarico, cunctus exercitus in servitio Theodosij Imperatoris perdurans, Romano se Imperio subdens, cum milite velut unum corpus (3) efficit, milliaque illa dudum sub Constantino Principe fœderatorum renovata, & ipsi dicti sunt Fœderati. E quibus Imperator contra Eugenium tyrannum, qui occiso Gratiano Gallias occupasset, plus quam XX. millia armatorum fideles sibi, & amicos intelligens secum duxit, victoriaque de prædicto tyranno potitus, ultionem exegit.

CAPUT XXIX.

Vesegothæ substratis sibi à Theodosii filiis consuetis donis, pertæsi occi, Alaricun sibi Regem eligunt, & Italianum invadunt.

POstquam verò Theodosius amator pacis, (1) generisque Gothorum, rebus excessit humanis, coeperunt ejus filii utramque Rempub. luxuriosè viventes ad nihilare, auxiliariisque suis, idest Gothis consueta dona substrahere, mox Gothis fastidium eorum increvit, verentesque ne longa pace eorum resloveretur fortitudo, ordinant super se regem Alaricum, cui erat post Amalos secunda nobilitas, (2) Baltazarumque ex genere origo mirifica, qui dudum ob audaciam virtutis Baltha, idest audax nomen inter suos acceperat. Mox ut ergo antefatus Alarius creatus est Rex, cum suis deliberans suavit (3) suo labore quærere regna, quam alienis per ocium subjacere: & sumpto exercitu, per Pannonias, Stilicone, & Aureliano Consulibus, & per(4) Firmium dextro latere quasi viris vacuam intravit Italiam. Nullo penitus obstante ad pontem applicuit (5) Condiniani, qui tertio milliario ab urbe (6) erat regia Ravennate. Quæ urbs inter paludes, & pelagus, interque Padi fluenta uni tantum patet (7) accessu, cuius dudum (ut tradunt majores) possessores Eneti, idest laudabiles dicebantur. Hæc in sinu regni Romani super mare Jonium constituta, in modum (8) influentium aquarum redundatione concluditur. Habet ab oriente mare, ad quod qui recto cursu de Corcyra, atque Helladis partibus navigat dextrum latus, (9) primum Epirum, dein Dalmatiam, Liburniam, Histriamque, & sic Venetas radens palmulâ navigat. Ab occidente verò habet paludes, per quas uno angustissimo introit, ut porta relicita est. A septentrionali quoque plaga ramus illi ex Pado est, qui fossa vocatur Asconis. A meridie idem ipse Padus, quem (10) solum fluviorum regem dicunt, cognomento Eridanus, ab Augusto Imperatore altissima (11) fossa demissus, qui septima sui alvei parte medium influit civitatem. Ad ostia sua amoenissimum portum præ-

(1) A. Sed Theod. à Grat. electo, & in orien. princip. &c. sulro-

(2) A. gato.

(3) A. fūxit eos.

(4) Garet. forte Sirmium, ita legit Ambros.

(5) A. ad pontem applicavit Candidiana.

(6) A. aberat.

(7) A. uno tantum patet accessu.

(8) A. Garetius forte addendum insula, & ita in Ambros.

(9) A. dextro latere primum Epirus.

(10) A. quem Italia soli.

(11) A. latissima.

(1) Hinc collige morem priscum: olim enim turba, & pompa fuisse precedebat, ut ex An. Marcellino, pag. 440. Garet.

(2) A. efficitur, militiique illa.

(3) Garetius alias gentis.

præbens, classem *CCXL.* (12) navium, Dionem referente, tuifissimâ dudum credebatur recipere statione. Qui nunc, ut Fabius ait, quod aliquando portus fuerat, spatiofissimos hortos ostendit, arboribus plenos: verùm de quibus non pendeant vela, sed poma. Trino siquidem urbs ipsa vocabulo gloriatur, trigeminaque positione exultat, idest, prima Ravenna, ultima Classis, media (13) Cæsarea, inter urbem & mare (14) plena mollicie, arenâque munita, vegetationibus apta.

C A P U T XXX.

Alaricus Stiliconem Gothos inopinatò bello adorsum, cædit; Italianam vastat, Romanam spoliat.
Inde, in Africam coxitans, cum spoliis moritur. Vesegothæ Alaricum in alveo fluminis Busentini mira ratione sepelunt.

Verumentimverò cùm (1) in ea civitate Vesegotharum applicuisset exercitus, & ad Honorium Imperatorem (qui intus resedebat legationem misisset, (2) quatenus si permetteret, ut Goths pacati in Italia residerent, sic eos cum Romanorum populo vivere, ut ungens utraque credi posset: sin autem aliter, bellando quis quem valebat, expelleret, (3) etiam securus qui victor existeret, imperaret. *Honorius Imperat.* utramque pollicitationem formidans, suoque cum Senaru inito consilio, quomodo eos extra fines Italos expelleret, deliberabat. Cui postremum sententia fedit, quatenus provincias longè positas, idest Gallias, Hispaniasque, quas jam pænè perdidisset, & Gizerichi eas Wandalorum Regis vastaret irruptione, si valeret Alaricus, sua cum gente sibi tanquam lares proprios vendicaret, donatione sacro oraculo confirmata. Consentienti Gothi, (4) hac ordinatione, & ad traditam sibi patriam profiscuntur. Post quorum discessum, nec quicquam mali in Italia perpetratum, (5) *Stilico Patricius*, & sacer Honorii Imperatoris, (nam utramque ejus filiam, idest Mariam, & Ermantiam, (6) quas sibi Princeps unam post unam sociavit, utramque virginem, & intactam Deus ab hac luce migrare præcepit) hic ergo *Stilico* (7) ad Polentiam civitatem in alpibus Cottiis locatam dolosè accedens, nihilque mali suspicantibus Gothis, ad necem totius Italie, suamque deformitatem ruit in bellum. Quem ex improviso Gothi cernentes, primò perterriti sunt, sed mox recollectis animis, &, ut solebant, hortationibus excitati, omnem pænè exercitum Stiliconis in fugam conversum, usque ad internectionem dejiciunt, furibundoque animo arreptum iter deserunt, & in Liguriam post se, unde jam transferant, revertuntur: (8) ejusque prædis, spoliisque potiti, *Æmiliam* pari tenore devastant, Flaminiaeque aggerem inter Picenum, & Thusciam, usque ad urbem Romam discurrentes, quicquid inter utrumque latus fuit, in prædam diripiunt, ad postremum Romam ingressi, Alarico jubente, spoliant tantum, non autem, ut solent gentes, ignem sup-

A ponunt, nec locis Sanctorum in aliquo penitus injuriam irrogari patiuntur. Exindeque egressi, per Campaniam, & Lucaniam simili clade peracta. (9) *Brutios* accesserunt: ubi diu residentes, ad Siciliam, exinde ad Africam transire deliberant. Brutiorum siquidem regio in extremis Italie finibus australi interjacens parti angulus ejus Apennini montis initium facit, Adriæque pelagus, ut lingua porrecta à Tyrrheno æstu sejungens, nomen quondam à (10) *Brutia* fortitur regina. Ibi ergo veniens Alaricus Rex Vesegotharum cum opibus totius Italie, quas in præda diripuerat, exinde, ut dictum est, per Siciliam in Africam quietam patriam transire disponit. Cujus, quia non est liberum, quocunque homo sine nuru Dei disposuerit, fretum illud horribile aliquantas naves submersit, plurimas conturbavit. Quia adversitate repulsus Alaricus, dum secum quid ageret deliberaret: subito immatura morte preventus, rebus excessit humanis. Quem *nimia* (11) dilectione lugentes *Barentinum amnum* juxta Consentinam civitatem de alveo suo (12) derivant. Nam hic fluvius à pede montis juxta urbem dilapsus fluit undâ salutiferâ. Hujus ergo in medio alveo collecto captivorum agmine sepulturæ locum effodiunt, in cuius foveæ gremio Alaricum cum multis opibus obrunt, rursusque aquas in suum alveum reducentes, ne à quoquam quandoque locus cognosceretur, fossores omnes interemerunt.

C A P U T XXXI.

Athaulphus Alarici successor Italianam spoliat.
Placidiam Theodosii Imper. germanam uxorem ducit. Ex Italia in Gallias, ad exigendos inde Vandalos, & Alanos transit.
Inde in Hispaniam, ibi interficitur.
Item Regericus 3. Vesegotharum Rex interficitur.

Mortuo Alarico Vesegotha regnum Ataulfo ejus consanguineo, & forma, & mente conspicuo tradunt. Nam erat *quamvis* non adeò proceritate statura formatus, quantum pulcritudine corporis, vultuque decorus. Qui suscepto regno revertens (1) item ad Romam, si quid primum remanserat, more locustarum erasit, nec tantum privatis divitiis Italianam spoliavit, imò & publicis, Imperatore Honorio nihil resistere prævalente, cujus & germanam Placidiam, Theodosii Imperatoris ex altera uxore filiam, Urbe captivam abduxit, quam tamen ob generis nobilitatem, formaque pulcritudinem, & integritatem castitatis attendens, in (2) *Forolivii Æmilie* civitate suo matrimonio legitimè copulavit, ut gentes hac societate comperta, quasi adunata Gothis Republica efficacius terrorerentur. Honoriumque Augustum, *quamvis* opibus exhaustum, (3) tamen quasi cognatum grato animo derelinquens, Gallias tendit: (4) ubi cùm advenisset, vicinæ gentes perterritæ, in suis se finibus cœperunt continere, quæ dudum crudeliter Gallias infestassent, tam Franci, quam Burgundiones. Nam Wan-

dali,

(12) A. C. L.

(13) Garetius al. *Cæsaria*.(14) A. *plena mollices*.

(1) A. in ejus vicinitatem.

(2) A. mittunt.

(3) A. cum G. retio jam.

(4) A. huic ordinatio.

(5) Hic in Amb. MS. locus est mancus, legitque tandem *Lælio Patricius*, & sacer *Honorii Imperatoris*, nam utramque virginem, & intactam Leon ab hac luce vocavit.(6) alias *Ermantium* Garet.(7) A. semper *Stilico*.(8) A. eamque prædis, spoliisque potiti, & *Æmiliam* &c.(9) A. *Brixios* semper.(10) A. à *Bricia*.(11) A. quem *nimia* sui dilectione lugentes, *Basco* annemGaretius *Busentum amnum*.

(12) A. derivato.

(1) A. iterum.

(2) A. in *Foro Julii*, Garetius *Foro Cornelii*.

(3) A. exhaustum jam tamet.

(4) A. quò cùm advenisset.

dali, & Alani, quos supra diximus, permisso Principum Romanorum utrâque Pannoniâ rese-dere, nec ibi sibi, ob metum Gothorum, arbitrantes tutum fore si reverterentur, ad Gallias transire. Sed mox à Galliis, quas ante non multum tempus occupassent, fugientes, Hispania (5) se recluere, adhuc memores ex relatione majorum suorum, quid dudum Geberich Rex Gothorum genti suæ præstisisset incommo-di, vel quomodo eos virtute sua patrio solo expulisset. Tali ergo casu Galliæ Ataulfo pa-tuere venienti. Confirmato ergo Gothis regno in Galliis, Hispanorum casu (6) coepit dolere, eosque deliberans à Wandalorum incursibus eripere, per suas opes Barcilonam cum certis fidelibus (7) deleatis, plebeque imbelli, interiores Hispanias introivit, ubi sæpe cum Wan-dalis decerans, tertio anno postquam Gallias, Hispaniasque domuisset, occubuit (8) gladio illo perforato Vervulfi, de cuius solitus erat ridere statura. Post cujus mortem Regericus Rex (9) constituitur, sed & ipse suorum fraude peremptus, oculis vitam cum regno reliquit.

C A P U T XXXII.

Valia IV. Vesegotharum Rex pace cum Honorio Imper. inuita, Placidiam Romanis reddit.

Item de Constantino, Conante, Jovino, & Sebastianio Galliæ invasoribus.

DEHINC jam quartus ab Alarico Rex consti-tuitur Valia, nimis destrictus, & prudens, contra quem Honorius Imperator (1) Constan-tinum virum industria militari pollentem, multisque præliis gloriosum cum exercitu (2) di-redit, veritus ne fœdus dudum cum Athaulfo initum ipse turbaret, & aliquas rursus in Re-pub. insidias moliretur, vicinis sibi gentibus re-pulsis, simulque desiderans germanam uam Pla-cidiam subjectionis opprobrio liberare, paci-scens cum Constantino, ut aut bello, aut pace, vel quoquo modo si eam potuisset, ad suum regnum revocaret, eique eam in matrimonium sociaret. Quo placito (3) Constan-tinus ovans cum copia armatorum, & pænè jam regio apparatu Hispanias petit. Cui Valia Rex Gothorum non minori procinctu ad claustra Pirenæi occurrit: ubi ab utraque parte legatione directa, ita convénit pacisci. ut Placidiam fororem Principis redderet, suaque solatia Romanæ Rei-publicæ, ubi usus exigeret, non denegaret. Eo namque tempore Constantinus quidam apud Gallias invadens Imperium, filium suum Constan-tenam ex Monacho fecerat Cæsarem. sed non diu tenens regnum præsumptum, mox fœde-ratis Gothis, Romanisque, ipse occiditur Are-la-ti, filius vero ejus Viennæ. Post quos item Jovi-nus, ac Sebastianus pari temeritate Rempub. occupandam existimantes, pari exitio periere. Nam duodecimo anno regni Valiae. quando & Hunni post pænè L. annos invasâ Pannoniâ à Ro-manis, & Gothis expulsi sunt, videns Valia-Wandalos in suis finibus, idest Hispaniæ solo,

A audaci temeritate ab interioribus partibus (4) Galliæ (ubi eos fugaverat dudum Athaulfus) egressos, (5) cuncta in prædis vastar, eo tempore. quo Hierius, & Arlaberius Consules exitissent: nec mora, mox contra eos movit exercitum.

C A P U T XXXIII.

De Wandalorum Regum serie in Africa per annos fœcuntum, utque Belisarius de Gilimere Constantinopolim adducto triumpharit, & Africa rursum Interio Romano adje-cla fuerit. Item de Valiae morte.

SED Gizericus Rex Wandalorum jam à Boni-facio in Africam invitatur, qui Valentinianno Principi veniens in offensam non aliter quam se malo Reipub. potuit vindicare. Is ergo suis precibus eos invitans, (1) per trajectum angu-stum, quod dicitur fretum Gaditanum, & vix septem millibus Africam ab Hispaniis dividit, (2) ostio ue maris Tyrrheni Oceani æstum egerit, transposuit. Erat namque Gizericus jam Ro-manorum clade in (3) urbe notissimus, staturâ mediocris, & equi casu claudicans, animo pro-fundus, sermone (4) rarus, luxuriæ contem-ptor, irâ turbidus. habendi cupidus, ad so-llicitandas gentes providentissimus, semina con-tentionum jacere, odia miscere paratus. Ta-lis Africæ Emp. precibus Bonifacii. ut dixi-mus invitatus intravit, (5) ubi ad divinitatem (ut fertur) accepta auctoritate diu regnans, ante obitum suum filiorum agmen ac itum (6) ordi-navit, ne inter ipsos de regni ambitione esset dissensio. sed ordine quisque, & grau suo, qui aliis superviveret, idest seniori suo fieret sequens successor, & rursus ei posterior ejus. Quod observantes per annorum multorum spa-tia, regnum feliciter possedere, nec, quod in reliquis gentibus auctoritate, intestino bello tœ-dati sunt, suoque ordine unus post unum suscipiens regnum. in pace populis imperarunt.

DUORUM ordo iste, ac successio tuit. Primum Gizericus. qui pater, & dominus, sequens Hun-nericus. tertius Gundamundus. quartus Tran-samundus. quintus Hilderich. Quo malo gen-tis suæ, Gelimer immemor atavi præceptorum, de regno ejecto, & interempto, tyrannidem præsumpsit, sed non ei cessit impunè quod fecerat. Nam Justiniani Imperatoris ultio in eo apparuit, & cum omni genere suo, opibus-que, quibus more prædonis incubabat, Con-stantinopolim delatus per virum gloriosissimum Belisarium, Magistrum militum orientalem, (7) & Consul m ordinarium, atque Patricium, magnum in Circo populo spectaculum fuit, se-ramque sui poenitulinem gerens, quum se vi-deret de fastigio regali dejectum, privatæ vitæ, cui noluit famulari, redactus occubuit. Sic Africa, quæ in divisione orbis terrarum tertia pars mundi describitur, centesimo ferè anno Wandalico jugo erepta in libertatem revocata est regni Romani: & quam dudum ignavis do-mi-

(5) A. & cuncta in præda sua star, eo fœre tempore, quo Hierius, & Arlaberius Consules præcesserint.
(1) A. per trajectum angustiarum, qui dicitur &c.
(2) A. ostiumque maris Tyrreni in Oceani æstum egeritur,
(3) A. Orbe.
(4) Garetius al. ratus.
(5) A. ubi è divinitate.
(6) A. suorum agmine accito.
(7) A. Exconsulem.

(5) A. Hispanias fecerunt.
(6) A. casum.
(7) A. d' relictis.
(8) A. gladio Everulfi illia perforatus.
(9) A. instaurat.
(1) Garetius, & A. Constantium.
(2) A. dirigens.
(3) A. Constantius.
(4) A. Galatæ, quo Garetius, Galicie.

minis, ducibusque infidelibus, à Reip. Romanæ corpore gentilis manus abstulerat, solerti domino, & fidei ductore tunc (8) revocata, hodièque congaudet. Quanvis & post hæc aliquantum intestino prælio, Maurorumque infidelitate adtritam (9) se lamentaverit: tamen triumphus Justiniani Imperatoris à Deo sibi donatus, (10) quod inchoaverat ad finem usque perduxit. Sed nobis quid opus est, unde res non exigit, dicere? Ad propositum redeamus. Valia siquidem Rex Gothorum adeò cum suis in Wandalos sæviebat, ut voluissest eos etiam in Africa persequi, nisi eum casus, qui dudum Alarico ad Africam tendenti contigerat, revocasset. Nobilitatus namque intra Hispanias, in ru. ntāq; victoria (11) potitus, Tholosam revertitur; Romano Imperio, fugatis hostibus, aliquantas provincias (quod promiserat) derelinquens, sibique adversa post longum valetudine superveniente, rebus humanis excessit, eo videlicet tempore, quo (12) Berimundus Thorismundo patre genitus, de quo in catalogo Amalorum familie superiùs diximus, cum filio Witiricho ab Ostrogothis, qui adhuc in Scythia terra Hunnorum oppressionibus subjacebant, ad Vesegotharum regnum migravit. Conscius enim erat virtutis, & generis nobilitatis, facilis sibi credens principatum à parentibus deferri, quem hærem regum constabat esse multorum. Quis namque de Amalo dubitaret, si vacasset eligere? sed nec ipse adeò voluit, quis esset, ostendere. Et illi jam post mortem Valiae (13) Theodoricum ei d d re successorem, ad quem veniens Berimund, animi pondere, (14) quo valbat eximiam, generis suis amplitudinem commoda taciturnitate suppresit: sciens regnantibus semper de regali stirpe genitos esse suspectos. Pasius est ergo ignorari, ne faceret ordinanda (15) confundi. Susceptusque est cum filio suo à Rege Theoderico honoriſcè nimis; adeò ut nec (16) consilio suo expertem, nec convivio faceret alienum, non tantum pro generis nobilitate, quam ignorabat, sed pro animi fortitudine, & robore (17) gentis, quam non poterat occultare.

C A P U T XXXIV.

Theodoricus V. Vesegotharum Rex. In hunc Romani cum auxiliariis Hunnis rupta pace exercitum ducunt. Fœderantur. Attila pacatur. Itum de Attila aula.

Defuncto Valia, ut superiùs quod diximus repetamus, qui parum fuerat felix (1) Gallis, prosperrimus, feliciorque Theodoricus successit in regno: homo summa moderatione, compositus animi, corporisque (2) vi ilitate abundans. Contra quem Theodosio, & Festo Consulibus, pace erupta Romani Hunnis auxiliariis secum junctis, in Gallias arma moverunt. Turbaverat namque eos Gothorum foederato-

A rum manus, quæ cum Caina Comite Constantinopolim (3) se fœderasset. AEtius ergo Patri- cius tunc præterat militibus, fortissimorum Moesiorum stirpe progenitus, in Dorostena (4) civitate, à patre Gaudentio, labores bellicos tolerans, Reipub. Romanæ singulariter natus, qui superbiam Suevorum, Francorumque barbariem immensis cædibus servire Romano Imperio (5) coegisset. Hunnis quoque auxilia- riis, Litorio ductante, contra Gothos Romanus exercitus movit procinctum, diuque ex ultra- que parte acie ordinata, quum utrique fortes, & neuter (6) firmior esset, datis dextris, in pristinam concordiam redierunt, fœdereque firmato, ab alterutro fida pace peracta, (7) recessit uterque. Qua pacatur Attila Hunnorum omnium dominus, & penè totius Scythæ gentium solus in mundo regnator, qui erat famo- sa inter omnes gentes claritate mirabilis. Ad quem in legationem (8) remissus: à Theodosio juniore Priscus tali voce inter alia refert. Ingentia siquidem flumina, idest Tyssiam, Tibi- siamque, & Driccam transeuntes, venimus in locum illum, ubi dudum (9) Vidicu'a Gothorum fortissimus Sarmatum dolo occubuit. In- deque non longè ad vicum, in quo Rex Attila morabatur, accessimus: vicum inquam ad instar civitatis amplissimæ, in quo lignea mœnia ex tabulis nitentibus fabricata reperimus, quarum compago ita solidum mentiebatur, ut vix ab intento posset juncta tabularum compre- hendi. Videres triclinia ambitu prolixiore di- stenta, porticusque in omni decore dispositas. Area verò (10) curtis ingenti ambitu cingebatur, ut amplitudo ipsa regiam aulam ostende- ret. Hæ sedes erant Attilæ Regis barbariam totam (11) tenentis, hæc captis civitatibus habitacula præponebat.

C A P U T XXXV.
De Attilæ Regis Hunnorum Patre, Fratribus, deque ipsius statuta, forma, & moribus.
Item de gladio Martis, qu m ipse usurparit. Locus insignis ē Prisco historico.

Denamque Attila patre genitus Mundzucco, cuius fuere germani, Octar, & Roas, qui ante Attilam regnum Hunnorum tenuisse narrantur, quamvis non omnino cunctorum. Eorum ipse post obitum cum (1) Bleta germano Hunnorum successit in regnum, & ut antè ex- pediti, quam parabat, par foret, augmen- tum virium parricidio querit, tendens ad di- scrimen omnium nece suorum. Sed librante (2) justitia d testabili remedio crescens, de- formes exitus suæ crudelitatis invénit. (3) Bleta enim fratre fraudibus perempto, qui magnæ parti regnabat Hunnorum, universum sibi populum (4) subjugavit, aliarumque gentium, quas tunc in ditione tenebat, numerositate col- lecta, primas mundi gentes, Romanos, Vesego- thasque subdere peroptabat. Cujus exercitus quin-

(8) A. nunc.
(9) A. se lamentata sit.
(10) A. quem inchoaverat ad pacem, usque perduxit.
(11) A. incrementaque victoria.
(12) A. Berimut, al. Garetius Beremut.
(13) A. Theoderidum ei dederant.
(14) A. quo valebat eximio.
(15) A. ordinata.
(16) A. nec consiliū sui expertem, nec convivii.
(17) A. robore mentis, quam non poterat occultare. Quid plur?
(1) A. Gallus.
(2) Garetius al. utilitate, ita in Ambros.
(3) Garetius al. efferaſſet, ita in Ambros.

(4) A. Dorostana.
(5) A. coegit.
(6) A. intrinſicè esset.
(7) A. secessit uterque. Qua pace Attila.
(8) A. se missum.
(9) A. & Garetius Vidigoja.
(10) A. Curtis.
(11) A. Ha sedes erant Attilæ Regi barbariam totam tenenti.
(1) A. quorum ipse post quorum obitum cum Bleda, &c. Garetius alias legit Bledam. Prosper Budam.
(2) A. Justitia remedio.
(3) A. Bleda, Garetius al. Buda.
(4) A. adunavit.

quingentorum millium esse numerus cerebatur. Vir in concussionem (*) gentis natus in mundo, terrarum omnium metus, qui nescio qua sorte terrebat cuncta, formidabili de se opinione vulgata. Erat namque superbus incessu, huc atque illuc circumferens oculos, ut elati potentia ipso quoque motu corporis appareret. Bellorum quidem amator, sed ipse manu temperans, consilio validissimus, supplicantibus exortabilis, propitius in fide semel receptis. Forma brevis, lato pectore, capite grandiori, minutis oculis, rarus barba, canis aspersus, (5) simo naso, teter colore, originis suæ signa restituens. Qui quamvis hujus esset naturæ, ut semper magna considereret, addebat ei tamen confidentiam gladius Martis inventus, sacer apud Scytharum reges semper habitus. Quem Priscus historicus tali refert occasione detectum. Cum pastor, inquiens, quidam gregis unam buculam consiperet claudicantem, nec causam tantum vulneris inveniret, sollicitus vestigia cruxis insequitur, tandemque venit ad gladium, quem depascens herbas bucula incaute calcaverat, effossumque protinus ad Attilam defert. Quo ille munere gratulatus, ut erat magnanimus, arbitratur se totius mundi Principem constitutum, & per Martis gladium potestatem sibi concessam esse bellorum.

CAPUT XXXVI.

Attila, suæ naturæ ad vastandum orbem paratus, à Gizerico Wandalorum Rege multis muneribus ad id instigatur. Is omni ratione discordiam inter Romanos, & Gothos serere conatur; sed frustra. Epistola Valentinianni Imp. ad Vesegothas, eorumque responsum.

Hujus ergo mentem ad vastationem orbis paratam compieriens Gizericus Rex Wandalorum, quem paulò ante memoravimus, multis muneribus ad Vesegotharum bella præcipitat, metuens ne Theodericus Vesegotharum Rex filie (1) ulcisceretur injuriam, quæ Hunricho Gizerici filio juncta, prius quidem tanto conjugio lætaretur; sed postea, ut erat ille & in sua pignora truculentus, ob suspicionem tantummodo veneni ab ea parati, eam naribus abscessis, truncatisque auribus spoliens decore naturali, patri suo ad Gallias remiserat, (2) ut turpe funus miseranda semper offerret, & crudelitas, qua etiam moverentur externi, vindictam patris efficacib[us] impetraret. Attila igitur dudum bella concepta Gizerici redemptione parturiens, legatos in Italiam ad Valentinianum Principem misit serens Gothorum. Romanorumque discordiam: ut quos prælio non poterat concutere, odiis internis elideret, adserens se Reipub. ejus amicitias in nullo violare, sed contra Theodericum Vesegotharum Regem sibi esse certamen, unde eum excipi libenter optaret. Cætera epistolæ usitatis salutationum blandimentis opplererat, studens fidem adhibere.

Tom. I.

(5) A. immo. (*) A. gentium.

(1) A. fitte sue.

(2) A. scilicet ut turpe.

(3) A. fortissimi gentium adversis oris, & ita Garetius.

(4) A. Ab Hunnis non per bella, ubi communis casus est fusum, sed quod graviter anget in diis appetitum, ut de nobis &c.

(5) A. potestates.

(6) A. hostes interrogate &c.

(7) A. innumerabilis exercitus.

A mendacio. Pari etiam modo ad Regem Vesegotharum Theodericum dirigit scriptum, horrens ut à Romanorum societate discederet, reculeretque prælia, quæ paulò ante contra eum fuerant concitata sub nimia feritate. Homo subtilis, antequam bella gereret, arte pugnabat.

Tunc Valentinianus Imperator ad Vesegothas, eorumque Regem Theodericum in his verbis legationem direxit. Prudentia vestra est, fortissime gentium, adversus (3) urbis conspirare tyrannum, qui optat mundi generale habere servitum, qui causas prælii non requirit, sed quicquid commiserit, hoc putat esse legitimum.

Ambitum suum brachio metitur, superbiam licentia satiat, qui jus fasque contempnens, hostem se exhibet naturæ cunctorum. Etenim

B meretur hic odium, qui in commune omnium se approbat inimicum. Recordamini queso, quod certè non potest oblivisci. Ab Hunnis casus est fusus, sed quod graviter agit, insidiis agit appetitum. Unde (5) ut de nobis taceamus potestis hanc inulti ferre superbiam? Armorum (4) potentes, favete propriis doloribus, & communes jungite manus. Auxiliamini etiam Reipub., cujus membrum tenetis. Quæ sit autem nobis expetenda, vel amplexanda societas, (5) hostes interrogate consilia. His & similibus legati Valentiniani Regem perniovère Theodericum. Quibus ille respondit: Habetis, inquit, Romani, desiderium vestrum: fecistis Attilam, & nobis hostem. Sequimur illum quocunque vocaverit, & quamvis infletur de diversis superbabarum gentium victoris, norunt tamen Gothi configere cum superbis. Nullum bellum dixerim grave, nisi quod causa debilitat, quando nil triste paver, cui majestas arriserit. Acclamat responso comites Ducis, lætum sequitur vulgus. Fit omnibus ambitus pugnæ, hostes jam Hunni desiderantur. Producitur itaque à Rege Theoderico Vesegotharum innumerabilis

C (6) multitudo, qui quatuor filiis domi dimissis, idest Friderico, & (7) Turico, Rotemero, & Himmerit, secum tantum Thorismund, & Theodericum majores natu participes laboris assument. Felix procinctus, auxiliantium suave collegium habere, & solatia illorum, quos delecat ipsa etiam simul subire discrimina. A parte vero Romanorum tanta Patricii AEtii providentia fuit, cui tunc innitebatur Respub. Hesperiæ plæs, ut undique bellatoribus congregatis, adversus ferocem, & infinitam multitudinem non impar occurreret. (8) His enim adfuerunt auxiliares Franci, Sarmatæ, Armoritiani, (9) Liticiæ, Burgundiones, Saxones, Riparioli, Ibriones, quondam milites Romani, tunc vero jam in numero auxiliariorum exquisiti, aliæque nonnullæ Celticæ, vel Germanicæ nationes. Convenitur itaque in (10) campos Catalaunicos, qui & Mauricii nominantur C. (11) leugas, ut Galli vocant, in longum tenentes, & LXX. in latum. Leuga autem Gallica mille & quingentorum passuum quantitate metitur. Fit ergo area innumerabilium populorum pars illa terrarum. Conseruntur acies utræque fortissimæ, nihil subreptionibus agitur, sed aperto marte certatur. Quæ potest digna causa tantorum

D D mor-

D

E

(7) A. Teurico, Rotemero, & Irmerit.

(8) A. Hi enim adfuerunt auxiliares Franci.

(9) A. Liticiæ, Burgundiones, Saxones, Riparioli, Ibriones.

(10) A. in campus Catalaunicos, qui & Mauricii vocantur.

(11) Leuga verbum Gallorum est, & nomen Francicum, ut constat ex D. Hieronymo in Joelem, Paulo Diacono lib. 15. & Amm. Marcel. lib. 15. pag. 68. & lib. 16. pag. 91. ex legibus Bajomar, & Rutlio lib. 2. Itiner. ut enim Romani milliaribus, scilicet Galli leugas metiri soliti sunt. Juret.

motibus inveniri? Aut quod odium in se cunctos animavit armari? Probatum est humatum genus Regibus vivere, quando unius mentis insano impetu strages fit facta populorum, & arbitrio superbi Regis momento dejicitur, quod tot saeculis natura progenuit.

C A P U T XXXVII.

De iis rebus, que in ipsorum bellorum motibus, priusquam prælium inter Romanos, & Hunnos committeretur, acciderunt.

Sed antequam pugnae ipsius ordinem referamus, necessarium videretur edicere quae in ipsis bellorum motibus accidere, quia sicut famosum prælium, ita multiplex, atque perplexum. Sangibanus namque Rex Alanorum metu futurorum perterritus, Attilæ se tradere pollicetur, & Aurelianam civitatem Galliæ, ubi tunc consistebat, in ejus jura (1) transducere. Quod ubi Theodericus, & AEtius agnovere, magnis aggeribus eandem urbem ante adventum Attilæ destruunt, suspectumque custodiunt Sangibanus, & inter suos auxiliares medium statuunt cum propria gente. Igitur Attila *Rex Humorum* tali perculsus eventu, diffidens suis copiis, metuens inire conflictum, intusque fugam revolvens, ipso funere tristiorum, statuit per haruspices futura inquirere. Qui more solito nunc pecorum fibras, nunc quasdam venas in abrasis ossibus intuentes, Hunnis infausta denuntiant. Hoc tamen quantulum prædixere solatii, quod summus hostium ductor de parte adversa occumberet, reliquaque victoriâ, sua morte triumphum foedaret. Cumque Attila necem AEti, quod ejus motibus obviabat, vel cum sua perditione duceret expetendam, tali præfigio sollicitus, ut erat consiliorum in rebus bellicis exquisitor, circa nonam diei horam prælium sub trepidatione committit, ut, si non secus cederet, nox imminens subveniret. Convenere partes, ut diximus, in campos Catalaunicos.

C A P U T XXXVIII.

Positio loci, quo in Catalaunicis campis prælium inter Romanos, & Hunnos est commissum, & descriptio utriusque aciei.

Erat autem positio loci declivi tumore, (1) in modum collis excrescens, quem uterque cupiens exercitus obtinere, quia loci opportunitas non parvum beneficium conferret, dextram partem Hunni cum suis, sinistram Romanis, & Vesegothæ cum auxiliariis occuparunt. Relictoque de cacuminis ejus jugo (2) certamine, dextrum cornu cum Vesegothis Theodericus tenet, sinistrum AEtius cum Romanis, collocantes in medio Sangibanum, quem superius retulimus præfuisse Alanis, providentes cautione militari, ut eum, de cuius animo minus præsumebant, fidelium turba concluderent. Facile namque adsumit pugnandi necessitatem, cui fugiendi imponitur difficultas. E diverso verò fuit Hunnorum acies ordinata, ut in medio Attila cum suis fortissimis locaretur, sibi

(1) A. contradere.

(2) A. in editione collis.

(3) A. Relicto de cacumine ejus jugo certamini; dextrum itaque cornu.

(4) pugnaturis, Garet us al. pugnaturus.

A potius Rex hac ordinatione prospiciens, quatenus inter gentis sue robur positus, ab imminenti periculo redderetur exceptus. Cornua, verò ejus multiplices populi, & diversæ nationes, quas ditioni sue subdiderat, ambiebant. Inter quos Ostrogotharum præeminebat exercitus, Walamire, & Theodemire, & Widemire germanis ductantibus, ipso etiam Rege, cui tunc serviebant, nobilioribus: quia Alanorum generis eos potentia illustrabat, eratque & Gepidarum agmine innumerabili Rex ille fortissimus, & famosissimus Ardaricus, qui ob nimiam suam fidelitatem erga Attilam, ejus consiliis intererat. Nam perpendens Attila (3) sagacitatem suam, eum, & Walamirem Ostrogotharum Regem super ceteros regulos diligebat. Erat namque Walamir secreti tenax, blandus alloquio, doli ignarus, Ardaricus fide, & consilio, ut diximus, clarus. Quibus non immerito contra parentes Vesegothas debuit credere (4) pugnatoribus. Reliqua autem, si dici fas est, turba regum, diversarumque nationum duces, ac si satellites, nutibus Attile attendebant, & ubi oculo annuisset, absque aliqua murmurazione cum timore, & tremore unusquisque adstabat, aut certè quod jussus fuerat, exsequebatur. Sed solus Attila Rex omnium regum, super omnes, & pro omnibus sollicitus erat. Fit ergo de loci, quem diximus, opportunitate certamen. Attila suos dirigit, qui cacumen montis invaderent, sed à Thorismundo, & AEtio preventus est, qui eluctati collis excelsa ut concenderent, superiores effecti sunt, venientesque Hunnos montis beneficio facile turbaverent.

C A P U T XXXIX.

Attila oratio ad Hunnos, quæ eos ad prælium adversus Romanos innundum exhortatur.

Tunc Attila, cum videret exercitum causam precedente turbatum, eum tali extempore credit alloquio confirmandum. Post victorias tantarum gentium, post orbem, si consolatus, edomitum, ineptū judicaverim, tanquam ignaros rei, verbis acuere. Quærat hoc aut novus ductor, aut inexpertus exercitus. Nec mihi fas est aliquid vulgare dicere, nec vos oportet audire. Quid autem aliud vos (1) quam bellare consueti? Aut quid (2) forti suavius, quam vindictam manu querere? Magnum munus à natura animalium ultione satiare. Aggrediamur ergo hostem alacres, audacieores sunt semper, qui inferunt bellum. Adunatas despicie diffusas gentes. Indicum pavoris est societate defendi. En ante impetum terroribus jam feruntur, excelsa querunt, tumulos capiunt, & sera penitidine in campis munitiones efflagitant. Nota vobis sunt, quam sint levia Romanorum arma: primo etiam non dico vulnere, sed ipso pulvere gravantur. Dum (3) inordinate coeunt, & acies, testudinemque connectunt, vos configite, præstantibus animis, ut soletis, despicientesque eorum acies, Alanos invadite, in Vesegothas incumbite. Inde nobis est citam victoriam querere, unde se continet bellum. (4) Abscissa autem nervis mox membra (5) relabuntur, nec potest stare corpus, cui ossa sub-

(1) A. volbis, quam bellare conjuctum est.

(2) A. aut quid vitro forti.

(3) A. in ordine.

(4) Garet us fortiæ alscissis, & ita in A.

(5) A. diabuntur.

subtraxeris. Consurgant animi, furor solitus intumescat. Nunc consilia Hunni, nunc arma depromite, aut vulneratus quis adversarii mortem deposcat, aut illæsus hostium clade satietur. (6) *Victuros nulla tela convenient*, morituros, & in otio fata præcipitant. Postremo cur fortuna Hunnos tot gentium victores (7) adsereret, nisi ad certaminis huius gaudia præparasset? (8) Quis denique *Mæotidarum iter aperiret* maioribus nostris tot seculis clausum, ac secretum? Quis adhuc inermibus cedere faciebat armatos? Faciem Hunnorum non poterit ferre adunata collectio. (9) Non fallor eventus: hic campus est, (10) quem nobis tot prospera promiserant. Primus in hostes tela conjiciam. Si quis potuerit Attila pugnante oculum ferre, sepultus est. His verbis accensi, in pugnam cuncti præcipitantur.

C A P U T X L.

Successus prælii commissi inter Romanos, & Végothas adversus Hunnos. Theoderici regis mors. Attila se plaustris vallat.

ET quamvis haberent res ipsæ formidinem, præsentia tamen Regis cunctationem heteribus auferebat. Manu manibus congreguntur, bellum atrox, multiplex, immane, pertinax, cui simile nulla usquam narrat antiquitas, ubi talia gesta referuntur, ut nihil esset, quod in vita sua conspicere potuisset egregius, qui hujus miraculi privaretur aspectu. Nam si senioribus credere fas est, rivulus memorati campi humili ripa prolabens, peremptorum vulneribus sanguine multo proiectus, non auctus imbris, ut solebat, sed liquore concitatus insolito, torrens factus est cruxis augmento. Et quos illic coegerit in aridam sitim vulnus inflatum, fluenta mixta clade traxerunt: (1) ita constricti sorte miserabili sorbeant, potantes sanguinem, quem sudere fauciati. Hic Theodericus Rex dum adhortans discurreret exercitum, equo depulsus, pedibusque suorum concutatus, vitam matura senectute conclusit. Alii vero dicunt eum imperfectum telo Andagis de parte Ostrogotharum, (2) qui tunc Attulanum sequebantur regimen. Hoc fuit, quod Attilæ præfigio haruspices prius dixerant, quamquam ille de AEtio suspicaretur. Tunc Végothæ dividentes se ab Alanis, invadunt Hunnorum catervas, & penè Attilam trucidassent: nisi prius providus fugisset, & se, suosque illico intra septa castrorum, quæ plaustris vallata habebat, reclusisset. Quamvis (3) fragile munimentum, tamen queasierunt subsidium vitae, quibus paulò ante nullus poterat muralis agger obstatere. Thorismund autem Regis Theoderici filius, qui cum AEtio collem anticipans, hostes de superiori loco proturbaverat, credens se ad agmina propria pervenire, nocte cæca ad hostium carpeta ignarus incurrit. Quem fortiter dimicantem quidam capite vulnerato equo dejecit, suorumque (4) providentiâ liberatus, à præliandi intentione desit. AEtius vero similiter noctis confusione divisus, cum inter

Tom. I.

- (6) A. *victoris nulla tela convenient*.
- (7) A. *afficeret*.
- (8) A. *Quis denique Mæotidarum inter maiores nostros aperiret tot seculis clausum secretum*.
- (9) A. *Nisi fallor*.
- (10) A. *quem in his tot prospera promiserunt*.
- (1) A. *detraxerant*.
- (2) A. *qui tunc Attila sequeretur regimen*.
- (3) A. *nimirum fragili munimente ceram queasierunt subsidium vite*.

A hostes medios vagaretur, trepidus ne quid incidet adversi (5) Gothis, inquirens, tandemque ad socia castra perveniens, reliquum noctis scutorum defensione transegit. Postera die luce orta, cum cadaveribus plenos campos aspicerent, nec audere Hunnos erumpere: suam arbitrantur esse victoram, scientesque Attilam non nisi magna clade (6) confusum, bello confusisse, cum tamen nil ageret, (7) vel prostratus abjectum, sed strepens armis tubis canebat, incussionemque minabatur: velut leo venabulis pressus, speluncæ aditus obambulans, nec audet insurgere, nec desinit tremebus vicina terrere, sic bellicosissimus Rex victores suos turbabat inclusus. Conveniunt itaque Goths, Romanique, & quid agerent de superato Attila deliberant. Placer eum obsidione fatigari, qui annonæ copiam non habebat, quando ab ipsis sagittariis intra septa castrorum locatis, crebris iactibus arceretur accessus. Fertur autem desperatis in rebus prædictum Regem adhuc & in supremo magnanimum, equinis sellis construxisse pyram, seseque, si adversarii irrumperent, flammis injicere voluisse, ne aut aliquis ejus vulnere lætaretur, (8) aut in potestatem tantorum hostium gentium dominus perveniret.

C A P U T X L I.

C *Thorismund Theoderico Regi patri suo exequias parat, & consilio AEtii Patricii, qui Hunnis funditus intercessit, malè à Gotbis metuebat Imperio Romano se recipit, & patri ju. cedit; Franci, & Gefidae mutua clade se atterrunt, numerus cætorum in prælio inter Romanos, & Attilam.*

D *Verum inter has obsidionum moras Végothæ Regem filii patrem requirunt, admirantes ejus absentiam, dum felicitas fuerit subsequuta. Cumque diutiùs exploratum, ut viris fortibus mos est, inter densissima cadavera reperissent, cantibus (1) honoratum, inimicis spectantibus abstulerunt. Videres Gothorum globos dissonis vocibus confragosos, adhuc inter bella furentia funeri reddidisse culturam. Fundebantur lacrymæ, sed quæ viris fortibus impendi solent: (2) nostra mors erat, sed Hunno teste gloria, unde hostium putaretur inclinata fore superbia, quando tanti Regis effere cadaver cum suis insignibus inspiciebant. At Goths Theoderico adhuc justa solventes, armis insonantibus regiam deserunt majestatem, fortissimusque Thorismund bene gloriatus, (3) ad manus carissimi patris, ut decebat filium, exequias est prosequutus. Quod postquam peractum est, orbitatis dolore commotus, & virtutis impetu, qua valebat, dum inter reliquias Hunnorum, mortem patris vindicare contendit: AEtium Patricium, ac si seniorem, prudentiâ maturum, de hac parte consuluit, quid sibi esset in tempore faciendum. Ille vero me-*

Dd 2 tuens,

- (4) A. *prudentia*.
- (5) A. *alvisti, Gothos impunit*.
- (6) A. *magna clade confusum bella fugre*.
- (7) A. *v. ut prostratus, aut alveatum se demonstrabat, sed sbr. pns.*
- (8) *forte legendum, aut in potestate bestium tantorum gentium dominus &c. ita A.*
- (1) A. *bonitatis*.
- (2) A. *nam mors &c.*
- (3) A. *bene gloriatus manus, carissimi &c.*

tuens, no Hunnis funditus (4) interemptis, à Gothis Romanorum premeretur Imperium, præbet hac suatione consilium, ut ad sedes proprias remearet, regnumque quod pater reliquerat, arriperet: ne (5) germani ejus opibus sumptis paternis, Væsegotharum regnum pervaderent, graviterque dehinc cùm suis, & quod pejus est, miserabiliter pugnaret. Quo responso non ambigüè, ut datum est, sed pro sua potius utilitate suscepto, relictis Hunnis, redit ad Gallias. Sic humana fragilitas dum suspicionibus occurrit, magna rerum agendarum occasione intercipitur. In hoc enim famosissimo, & fortissimarum gentium bello ab yrisque partibus CLXII. (6) millia cæsa referuntur, exceptis XC. (7) millibus Gepidarum, & Francorum, qui ante congressionem publicam noctu sibi occurrentes, mutuis concidere vulneribus, Francis pro Romanorum, Gepidis pro Hunnorum parte pugnantibus. Attila igitur discessione cognita Gothorum, quod de (8) inordinatis colligi solet, & inimicorum magis astimans dolum, diutius se intra (9) castra continevit. Sed ubi hostium (10) absentia sunt longa silentia consecuta, erigitur mens ad victoriā, gaudia præsumuntur, atque potentis Regis animus in antiqua fata revertitur. Thorismund ergo patre mortuo, in campis statim Catalaunicis, ubi & pugnaverat regia maiestate subiectus, Tholosam ingreditur. Hic licet fratum, & fortium turba gauderet, ipse tamen sic sua initia moderatus est, ut nullius reperiatur de regni successione certamen.

C A P U T X L I I .

Attila de Væsegotharum recessu à Romanis certior factus, ad oppressionem Romanorum omnibus viribus se confert. Aquilejam, Mediolanum, Ticinum vastat. Leo Papa ad eum accedit, & pacem Italæ certis conditionibus impetrat. Attila ad suas sedes ultra Danubium remeat.

Attila verò nacta occasione de recessu Væsegotharum, & quod sèpè optaverat, cernens hostium solutionem per partes, mox jam securus ad oppressionem Romanorum movit procinctum, primaque aggressione Aquileensem obsedit civitatem, quæ est metropolis Venetiarum, in mucrone, vel lingua Adriatici posita finus. Cujus ab oriente muros Natissa amnis fluens, à monte Picis elambit, ibique cùm diu, multoque tempore obsidens, nihil penitus prævaleret, fortissimus intrinsecus Romanorum militibus resistentibus: exercitu jam murmurante, & discedere cupiente, Attila deambulans circa muros, dum utrum solveret castra, an adhuc moraretur deliberat, animadvertisit candidas aves, idest ciconias, quæ in fastigio domorum nidificant, de civitate fortis suos trahere, atque contra morem per rura forinsecus comportare. Et ut hoc, sicut erat sagacissimus inquisitor, persensit, ad suos inquit:

(4) A. exsors.

(5) A. germanus ejus, opibus sumptis paternis, regnum invadit.

(6) A. CLXV.

(7) A. XI.

(8) Garet, alias impinatis. ita A.

(9) A. claustra.

(10) A. alfaniam.

(1) A., it apparat.

(2) A. fid.

A Respicie aves futurarum rerum providas perituram relinquere civitatem, casurasque arces periculo imminentे deferere. Non hoc vacuum, non hoc credatur incertum: rebus praesciis consuetudinem mutat ventura formido. Quid plura? Animus suorum rursus ad oppugnandum Aquilejam inflammatur. Qui machinis constructis, omnibusque tormentorum generibus adhibitis, nec mora, invadunt civitatem, spoliant, dividunt, vastantque crudeliter, ita ut vix ejus vestigia ut (1) appareant, reliquerint. Ex hinc jam audaciōres, & neclum Romanorum sanguine satiati, per reliquias Venetum civitates Hunni bacchabantur. Mediolanum quoque Ligurias metropolim, & quondam regiam urbem pari tenore devastant, neclum & Ticinum æquali sorte dejicunt, vicinaque loca sœvientes allidunt, demolunturque penè totam Italiā. Cumque ad Romam animus fuisset ejus attentus accedere, sui eum (ut Priscus resert historicus) removere, non Urbi, cui inimici erant, consulentes, sed Alarici quondam Væsegotharum Regis objicientes exemplum, veriti Regis (2) suis fortunam, quia ille post fractam Romanam diu non supervixerat, sed protinus rebus (3) excessit humanis. Igitur dum ejus animus ancipiti negotio inter ire, & non ire fluctuaret, secumque deliberans tardaret, placita (4) ei legatio à Roma advenit. Nam Leo Papa per se ad eum accedit in (4) Acroventu Mambolijo, ubi Mincius amnis commeantrum frequentatione transiit. Qui mox (5) deposito exercitus furore, & rediens quā venerat, idest, ultra Danubium, promissa pace discessit: illud præ omnibus denuncians, atque interminando (6) discernens, graviora se in Italiā illaturum, nisi ad se Honoria Valentianī Principis germanam, filiam Placidias Augustæ, cum portione sibi regalium opum debita (7) mitteret. Ferebatur enim quia hæc Honoria, dum propter aulæ decus, (8) ac castitatem teneretur nutu fratris inclusa, (9) clandestino eunycho missō Attilam invitasset, ut contra fratris potentiam ejus patrocinis uteretur: prorsus indignum facinus, ut licentiam libidinis malo publico compararet.

C A P U T X L I I I .

Attila in Alanos trans Ligerim confidens movet. A Thorismundo Rege Væsegotharum conserto prælio in suas sedes fugere compellitur. Thorismundi cædes.

REversus itaque Attila in sedes suas, & quasi otii pœnitens, graviterque ferens à bello cessare, ad orientis Principem Marciatum legatos dirigit, provinciarum testans vastationem, (1) quod sibi promissa à Theodosio quondam Imperatore minimè persolveret, & inhumanius solito suis hostibus appareret. Hæc tamen agens, ut erat versutus, & callidus, alibi minatus, alibi arma sua commovit, & quod restabat.

(3) A. excesserit. (4) A. plaudit.

(4) Garet, alias agro Venerum Ambulijo. ita Ambros.

(5) A. Qui mox depositus exercitus furorem, & rediens

quo vincit. C.

(6) A. discernens.

(7) A. mitterent.

(8) A. ad castitatem.

(9) A. clam.

(1) A. nisi sibi promissum à Theodosio quondam Imperatore munus solveretur.

(2) restabat indignationis, faciem in Vesegothas revertit, sed non eum, quem de Romanis, reportavit eventum. Nam per dissimiles anteriores vias recurrens, Alanorum partem trans flumen Ligeris confidentem statuit suæ redigere ditioni, quatenus mutata per ipsos bellum facie, terribilior (3) eminaret. Igitur ab Dacia, & Pannonia provinciis, in quibus tunc Hunni cum diversis subditis nationibus insidebant, egrediens Attila, in Alanos movit procinctum. Sed Thorismund Rex Vesegotharum fraudem Attilæ non impari subtilitate persentiens, ad Alanos tota (4) subtilitate prius advenit, ibique supervenientis jam Attilæ motibus præparatus, occurrit, consertoque prælio, penè simili eum tenore, ut prius in campis Catalaunicis, à spe removit victoræ, fugatumque à partibus suis sine triumpho remittens in fedes proprias fugere compulit. Sic Attila famosus, & multarum victoriarum dominus, dum querit famam perditoris abjicere, & quod prius à Vesegothis pertulerat, abolere, geminatam sustinuit, ingloriusque recessit. Thorismund vero repulsi. ab Alanis Hunnorum catervis, sine aliqua suorum læfione Tholosam migravit, suorumque quieta pace composita, tertio anno regni sui ægrotans, dum sanguinem tollit de vena, ab (5) Ascaloru clienti inimicos nuncianto, armis subtractis, peremptus est. Unatamen manu, quam liberam habebat, scabellum tenens, sanguinis sui (6) existit ultiors aliquantos insidiantes sibi extinguebant.

CAPUT XLIV.

Theodericus Thorismundi frater Rex Vesegotharum Riciarium Suevorum Regem, qui Hispaniam invaserat, bello superat. Achiulphum clientem Suevis præficit. Is tyrrannidem affectans capite plectitur. Suevi permisso Theoderici Remismundum sibi Regem eligunt. Theoderici Regis mors.

Post cujus decessum, Theodericus germanus ejus Vesegotharum in regno succedens, mox Riciarium Suevorum Regem cognatum suum reperit inimicum. Hic (1) item Riciarius affinitatem Theoderici præsumens, universam penè Hispaniam sibi creditit occupandam, judicans opportunum tempus (2) surreptionis compita initia tentare regnantis. Quibus ante Gallicia, & Lusitania sedes fuere, quæ in dextro latere Hispaniæ per ripam Oceani porruguntur, habentes ab oriente Austrogoniam, ab occidente in promontorio sacrum Scipionis Romani ducis monumentum, à septentrione Oceanum, à meridie Lusitaniam, & fluvium Tagum, qui arenis suis permiscens auri metalla, trahit cum limi utilitate divitias. Exinde ergo exiens Riciarius Rex Suevorum, nititur totam Hispaniam occupare. Cui Theodericus cognatus suus, ut erat moderatus, legatos mittens, pacificè dixit, ut non solum recederet à finibus alienis; verum etiam nec tentare præsumeret, odium.

- (2) A. test. in indignationis in V. sc. gothos convertit.
- (3) A. immixtus.
- (4) Garetius ex Edit. Novell. velocitate, ut in A.
- (5) Garetius al. Ascalorum. A. ab Asculo suo cliente inimicus nuntiante arma subtracta.
- (6) A. extitit.
- (1) A. etrius Riciarius affinitate.
- (2) A. opportunum tempus surreptioni, incomposito initio tentare.
- (3) A. hoc retulit.

A sibi tali ambitione acquirens. Ille vero animo præsumido ait: Si hic murmuras, & me venire causaris, Tholosam, ubi tu sedes, veniam: ibi, si vales, resiste. His auditis, (3) ageret tulit Theodericus, compacatusque cum ceteris gentibus, arma movit in Suevos, Burgundionum quoque (4) Gnudiacum, & Hilpericum. Reges auxiliares habens, sibiique devotos. Ventum est ad certamen juxta flumen (5) Urbium, quod inter Asturiam, Hiberiamque prætermeat, consertoque prælio, Theodericus cum Vesegothis, qui ex justa parte (6) pugnabat, viator efficitur, Suevorum gentes penè cunctas usque ad internectionem prosternens. (7) Quorum Rex Riciarius relictâ infœcta victoria, hostem fugiens, in navium consendit, adversaque procella Tyrrheni ostii repercussus, Vesegotharum est manibus redditus, (8) miserabilem non differens mortem, cum elementa mutaverit. Theodericus vero viator existens, subactis pepercit, nec ultra (9) certamine levire permisit, præponens Suevis, quos subjecerat, (10) clientem Achiulphum. Qui in brevi animum ad prævaricationem ex Suevorum suasionibus commutans, neglexit imperata complere, potius tyrannica elatione superbiens, credensque se ea virtute provinciam obtainere, qua dudum cum domino suo eam subegisset. Is siquidem erat Warnorum stirpe genitus, longè à Gothici sanguinis nobilitate sejunctus; idcirco nec libertati studens, nec patrono fidem servans. Quo comperto, Theodericus mox contra eum, qui eum de regno pervaso dejicerent, destinavit. Qui venientes, sine mora in primo eum certamine superantes, congruam factorum ejus ab eo exegerunt ultionem. Captus namque & suorum solatio defitutus, capite plectitur: sensitque tandem iratum qui propitium dominum crediderat contemnendum. Tunc Suevi rectoris sui interitum contuentes, locorum Sacerdotes ad Theodericum supplices direxerunt. Quos ille Pontificali reverentia suscipiens, non solum impunitatem Suevorum indulxit, sed & ut sibi de suo genere Principem constituerent, flexus pietate concessit. Quod & factum est, & Remismundum sibi Suevi regulum ordinaverunt. His peractis, paceque cunctis munitis, tertio decimo regni sui anno Theodericus occubuit.

CAPUT XLV.

Euricus Vesegotharum Rex Theoderico succedit, Romanis Imperatoribus aliis super alios cæsis, Gizericus Wandalorum Rex Italiam invadit, Ronam vastat. Euricus Galias invadit, Britones Romanorum auxiliarios profigat, Arverniam Galliae civitatem occupat.

E Cui frater Euricus percupida festinatione succedens, sœva suspicione pulsatus est. Nam dum hæc circa (1) Vesegotharum gentem, & alia nonnulla geruntur, Valentinianus Imperator dolo Maximi oceitus est, & ipse Maximus

- (4) A. Gnudiacum.
- (5) A. Urbium, quod inter Asturiam.
- (6) A. pugnabant.
- (7) A. Quorum Rex relicto infœto hoste fugiens navem consendit.
- (8) A. miserabilis enim differt mortem, dum elementa mutavirit.
- (9) A. certamine.
- (10) A. clientem proprium nomine Agrivalsum.
- (1) A. Gotborum.

mus tyrannico more regnum invasit. Quod audiens Gizericus Rex Wandalorum, ab Africa armata classe in Italiam venit, Romanumque ingressus cuncta devastat. Maximus vero fugiens, a quodam Urso milite Romano interemptus est. Post quem, jussu Marciani Imperatoris (2) orientalis, Majorianus occidentale suscepit Imperium gubernandum. Sed & ipse non diu regnans, dum contra Alanos, qui Gallias infestabant, movisset prociustum, Dertona juxta flumen Hira cognomento occiditur. Cujus locum Severus invasit, qui tertio anno Imperii sui Romae obiit. Quod cernens Leo Imperator, qui in orientali regno Marciano successerat, Anthemium Patricium suum ordinans, Romae Principem (3) ordinavit. Qui veniens illico Ricemerem generum suum contra Alanos direxit, virum egregium, & penè tunc in Italia ad exercitum singularem. Qui multitudinem Alanorum, & Regem eorum Beurgum in prima statim certamine (4) superatos, internectioni prostravit. Euricus ergo Vesegotharum Rex crebram mutationem Romanorum Principum cernens, Gallias suo jure nifus est occupare. Quod compriens Anthemius Imperator, protinus solita Britonum postulavit. Quorum Rex (5) Rhiotimus cum XII. millibus veniens, in (6) Biturigas civitatem Oceano, è navibus egressus, suscepitus est. Ad quos Rex Vesegotharum Euricus innumerum ductans exercitum advenit, diuque pugnans, Riothimum Britonum Regem, antequam Romani in ejus societate conjungerentur (7) superavit. Qui ampla parte exercitus amissa, eum quibus potuit fugiens, ad Burgundionum gentem vicinam, Romanis in eo tempore foederatam advenit. Euricus vero Rex Vesegotharum Arverniam (8) Gallie civitatem occupavit, Anthemio Principe jam defuncto, qui cum Ricemere genero suo intestino bello senviens Romaniam trivisset, ipseque à genero suo peremptus, regnum reliquit Olibrio. Quo tempore in Constantinopoli Aspar primus Patriciorum, & Gothorum genere clarus, cum Ardabure, & Patriciolo filiis, illo quidem olim Patricio, hoc autem Cæsare, generoque Leonis Principis appellato, spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit. Et nec dum Olibrio VIII. mense in regnum ingresso obeunte, Glycerius apud Ravennam plus presumptione, quam electione Cæsar effectus est. Quem anno vix expleto, Nepos Marcellini quondam Patricii sororis filius, à regno dejiciens, in portu Romano Episcopum ordinavit. Tantas varietates, mutationesque Euricus cernens, ut diximus superius, Arverniam occupat civitatem, ubi tunc Romanorum dux præterat (10) Decius nobilissimus Senator, & dudum Aviti Imperatoris, qui ad paucos dies regnum invaserat, filius. Nam hic ante Olibrium paucos dies tenens Imperium, ultra recessit Placentiam, ibique Episcopus est ordinatus. Hujus ergo filius Decius diu certans cum Vesegothis, nec valens, (11) anteflare, relicta patria, maximèque urbe Arvernate hosti, ad tutiora se loca collegit. Quod audiens Nepos Imperator, præcepit Decio, reliquis Gallis ad se venire, in locum ejus (12) Oreste Magistro militum ordinato, qui Ore-

A stes suscepito exercitu, & contra hostes egrediens, à Roma Ravennam pervenit, ibique remoratus, Augustulum filium suum Imperatorem efficit. Quo comperto, Nepos fugit in Dalmatias, ibique defecit privatus regno, ubi jam Glycerius dudum Imperator Episcopatum Salonitanum habebat. Augustulo vero à patre Oreste in Ravenna Imperatore ordinato.

C A P U T X L V I .

Odvacer Turcilingorum Rex Italiam invadit, & subjugat.

B **N**on multum post Odovacer Turcilingorum Rex, habens secum Scyros, Herulos, diversarumque gentium auxiliarios, Italiam occupavit, & Oreste interfecto, Augustulum filium ejus de regno pulsum, in Lucullano Campania castello exilio poena damnavit. Sic quoque Hesperium Romanæ gentis Imperium, quod septimecentesimo nono urbis conditæ anno primus Augustorum Octavianus Augustus tenebre cœpit, cum hoc Augustulo periit, anno decessorum, prædecessorumque regni quingentesimo vigesimo secundo, Gothorum dehinc Regibus Romanam, Italiamque tenentibus. Interea Odovacer Rex gentium omni Italia subjugata, ut terrorem suum Romanis indicaret, (1) mox initio regni, sui Brachilam Comitem apud Ravennam occidit, regnoque suo confortato, penè per (2) quatuordecim annos, usque ad Theoderici præsentiam, de quo in subsequentibus dicturi sumus, obtinuit. Interim tamen ad eum ordinem, unde digressi sumus, redeamus,

C A P U T X L V I I .

Euricus Vesegotharum Rex Arelatum, Massiliam, & Burgundiones subigit. Moritur. Alaricus Eurici filius, nonus Vesegotharum Rex.

C **E**uricus Rex Vesegotharum Romani regni vacillationem cernens, Arelatum, & Massiliam propriæ subdidit ditioni. Gizericus etenim Wandalorum Rex (1) suis eum manubibus ad ista committenda illexit, quatenus ipse Leonis, vel Zenonis insidias, quas contra eum direxterant, præcaveret, egitque ut Orientale Imperium Ostrogothæ, Hesperium Vesegothæ vastarent, ut in utraque Repub. hostibus (*) decernentibus, ipse in Africa quietus regnaret. Quod Euricus grato suscipiens animo, totas Hispanias, Galliasque sibi jam jure proprio tenens, simul quoque, & Burgundiones subigit, Arelatoque degens, decimonono anno regni sui vitâ privatus est. Huic successit proprius filius Alaricus, qui nonus in numero ab illo Alarico magno regnum adeptus est Vesegotharum. Nam pari tenore, ut de Augustulo superius diximus, & in Alaricis provenisse cognoscitur, & in eis sèpe regna deficiunt, à quorum nominibus inchoant. Quo interim nos prætermisso, sicut promisimus, omnem Gothorum texamus originem. Et quia dum utræque gentes tam Ostrogothæ, quam etiam Vesegothæ in uno essent, ut valui, majorum sequens dicta revolvi, divi-

(2) A. in Constantinopoli.

(3) A. Aedicius semper.

(4) A. refiere.

(5) A. Oroste semper.

(6) A. indicaret.

(7) A. traxit.

(8) A. Arverniam.

(9) A. in Constantiopolis.

(10) A. decantibus.

(11) A. fuisse.

(12) A. Oroste semper.

(13) A. indicaret.

(14) A. traxit.

(15) A. fuisse.

(16) A. decantibus.

(17) A. fuisse.

(18) A. decantibus.

(19) A. fuisse.

(20) A. decantibus.

(21) A. fuisse.

(22) A. decantibus.

(23) A. fuisse.

(24) A. decantibus.

(25) A. fuisse.

(26) A. decantibus.

(27) A. fuisse.

(28) A. decantibus.

(29) A. fuisse.

(30) A. decantibus.

(31) A. fuisse.

(32) A. decantibus.

(33) A. fuisse.

(34) A. decantibus.

(35) A. fuisse.

(36) A. decantibus.

(37) A. fuisse.

(38) A. decantibus.

(39) A. fuisse.

(40) A. decantibus.

(41) A. fuisse.

(42) A. decantibus.

(43) A. fuisse.

(44) A. decantibus.

(45) A. fuisse.

(46) A. decantibus.

(47) A. fuisse.

(48) A. decantibus.

(49) A. fuisse.

(50) A. decantibus.

(51) A. fuisse.

(52) A. decantibus.

(53) A. fuisse.

(54) A. decantibus.

(55) A. fuisse.

(56) A. decantibus.

(57) A. fuisse.

(58) A. decantibus.

(59) A. fuisse.

(60) A. decantibus.

(61) A. fuisse.

(62) A. decantibus.

(63) A. fuisse.

(64) A. decantibus.

(65) A. fuisse.

(66) A. decantibus.

(67) A. fuisse.

(68) A. decantibus.

(69) A. fuisse.

(70) A. decantibus.

(71) A. fuisse.

(72) A. decantibus.

(73) A. fuisse.

(74) A. decantibus.

(75) A. fuisse.

(76) A. decantibus.

(77) A. fuisse.

(78) A. decantibus.

(79) A. fuisse.

(80) A. decantibus.

(81) A. fuisse.

(82) A. decantibus.

(83) A. fuisse.

(84) A. decantibus.

(85) A. fuisse.

(86) A. decantibus.

(87) A. fuisse.

(88) A. decantibus.

(89) A. fuisse.

(90) A. decantibus.

(91) A. fuisse.

(92) A. decantibus.

(93) A. fuisse.

(94) A. decantibus.

(95) A. fuisse.

(96) A. decantibus.

(97) A. fuisse.

(98) A. decantibus.

(99) A. fuisse.

(100) A. decantibus.

(101) A. fuisse.

(102) A. decantibus.

(103) A. fuisse.

(104) A. decantibus.

(105) A. fuisse.

(106) A. decantibus.

(107) A. fuisse.

(108) A. decantibus.

(109) A. fuisse.

(110) A. decantibus.

(111) A. fuisse.

(112) A. decantibus.

(113) A. fuisse.

(114) A. decantibus.

(115) A. fuisse.

(116) A. decantibus.

(117) A. fuisse.

(118) A. decantibus.

(119) A. fuisse.

(120) A. decantibus.

(121) A. fuisse.

(122) A. decantibus.

(123) A. fuisse.

(124) A. decantibus.

(125) A. fuisse.

(126) A. decantibus.

(127) A. fuisse.

fosque Vesegothas ab Ostrogothis ad liquidum sum prosequutus : necesse nobis est , iterum ad antiquas eorum Scythicas sedes redire , & Ostrogotharum genealogiam , actusque pari tenore exponere .

CAPUT XLVIII.

Ostrogotharum Regum ab Ermanarici Regis deceSSIONe genealogia usque ad Walamirum Thorismundi filium , & Attilae mortem .

Ostrogothae Ermanarici Regis sui deceSSIONe à Vesegothis divisi , (1) Hunnorum subditæ ditioni , in eadem patria remorati sunt : Winithario tamen Amalo principatus sui insignia retinente , qui avi Ataulfi virtutem imitatus , quamvis Ermanarici felicitate inferior , tamen molestè ferens Hunnorum imperio subjaceere , paululum se subtrahebat ab illis , suamque dum nititur ostentare virtutem , in (2) Antarium fines movit procinctum , eosque dum aggreditur , prima congreSSIONe superatur : deinde fortiter egit , regemque eorum (*) Box nomine cum filiis suis , & LXX. primatibus in exemplo terroris cruci adfixit , ut dedititiis metum cadata pendentium geminarent . Sed cum tali libertate vix anni spatio imperasset , non est passus (3) Balamber Rex Hunnorum , sed (4) ascito ad se Sigismundo Hunnimundi magni filio , qui juramenti sui , & fidei memor cum ampla parte Gothorum Hunnorum imperio subjacebat , renovatoque cum eo foedere , super Winitharium duxit exercitum . Diuque certantibus , primo , & secundo certamine Winitharius vicit . Nec valet aliquis commemorare , quantam stragem de Hunnorum Winitharius fecit exercitu . Tertio verò prælio subreptionis auxilio ad fluvium nomine (5) Erac , dum uerque ad se uenisset , Balamber sagittæ missâ , caput Winitharii saucians , interemit : neptemque ejus (6) Valadamarcam sibi in conjugio copulans , jam omnem in pace Gothorum populum subactum possedit : ita tamen , ut genti Gothorum semper unus proprius regulus (quamvis Hunnorum consilio) imperaret . Et mox defuncto Winithario , rexit eos Hunnimundus filius quondam Regis potentissimi Ermanarici , acer in bello , totiusque corporis pulcritudine pollens : qui post hæc contra Suevorum gentem feliciter dimicavit , eoque defuncto , successit Thorismund filius ejus , flore juventutis ornatus , qui secundo principatus sui anno contra Gepidas movit exercitum . Magnaque de illis potius victoria , casu equi dicitur interemptus . Quo defuncto , sic eum luxere Ostrogothæ , (7) ut XL. per annos in ejus loco Rex alius non fuccederet , quatenus & illius memoriam semper haberent in ore , & tempus accederet , quo Walamir (8) ambitum repararet virilem , qui erat ex consobrino ejus genitus Wandalario , quia filius ejus , ut superius diximus , Berismund , jam contempta Ostrogotharum gente propter Hunnorum dominium , ad partes Hesperias Vesegotharum fuisset gentem sequutus ,

A de quo & ortus est Vedericus . Vederico quoque filius natus est Eutharicus , qui junctus Amalafuentæ filia Theoderici , item Amalorum stirpem jam divisam conjunxit , & genuit Athalaricum , & Matthesuentam . Sed quia Athalaricus in annis puerilibus defunctus est , Matthesuenta Constantinopolim (9) intata , de secundo viro , idest Germano fratrele Justiniani Imperatoris , genuit posthumum filium , quem nominavit Germanum . Sed nobis , ut ordo , quem (*) cupimus decurrat , ad Wandalarii sobolem que trino flore pullulabat , redeundum est . Hic etenim Wandalarius fratrellis Ermanarici , & suprascripti Thorismundi consobrinus , tribus editis liberis , in gente Amala gloriatus est , idest Walamir , Theodemir , Widemir . Ex quibus per successionem parentum Walamir in regnum concendit , adhuc Hunnis eos inter alias gentes generaliter obtinentibus . Eratque tunc in tribus his germanis contemplatio grata , quando mirabilis Theodemir pro fratribus Walamir militabat imperio . Walamir verò pro altero (10) jubet ornando , Widemir servire pro fratribus (11) estimabat . Sic eis mutua affectione seruentibus , nulli penitus deerat regnum , quod utrique in sua pace tenebant . Ita tamen , ut sæpe dictum est , imperabant , ut ipsi Attilæ Hunnorum Regis imperio deservirent . Quibus nec contra parentes Vesegothas licuisset recusare certamen , sed necessitas domini , etiam si parricidium jubet , implendum est . Nec aliter ab Hunnorum dominio divelli potuit gens aliqua Scythica , nisi optata cunctis nationibus in commune , & Romanis mors Attilæ provenerit , que tam (12) utilis fuit , ut vita mirabilis .

C

CAPUT XLIX.

De Attilæ Hunnorum Regis morte ex nimia ebrietate , & de magnificis exequiis ei praestitis .

Atila , ut Priscus historicus refert , extintionis suæ tempore puellam , Ildico nomine , decoram valde , sibi in matrimonium post innumerabiles uxores , ut mos erat gentis illius , socians , ejusque in nuptiis (1) magna hilatitate resolutus , vino , somnoque gravatus , resupinus jacebat , redundansque sanguis , qui ei solitè de naribus effluebat , dum consuetis meatibus impeditur , itinere ferali fauibus illapsus eum extinxit . Ita gloriose per bella Regi temulentia pudendum exitum dedit . Sequenti verò luce , cum magna pars diei fuisset exempta , ministri regii triste aliquid suspicantes , post clamores maximos fores effringunt , inveniuntque Attilæ sine vulnere necem sanguinis effusione peractam , puellamque demissio vultu sub velamine lacrymantem . Tunc , ut illius gentis mos est , crinium parte truncata , informes facies cavia turpavere vulneribus , ut prælator eximius non fœmineis lamentationibus , & lacrymis , sed sanguine lugeretur virili . De quo id accessit mirabile , ut Marciano Principi Orientis detam feroci hoste sollicito , in somnis Divinitas adiutans , arcum Attilæ in eadem nocte fractum ostenderet , quasi quòd gens ipsa eo telo multa

pra-

(1) A. Quos constat &c. à V. scythis divisos , Hunnorum subditos ditioni , in eadem patria remansisse .
(2) A. Atorum . (*) A. Boxa .
(3) Garetius supra Balamir . A. Balaber semper .
(4) A. Gesmundo . Garetius al. accersito à se Gesmundo .
(5) A. Aredon utriusque ad se venientes .
(6) Garetius al. Valamaricam . A. Vadameram .

(7) Garetius notat Edit. Niv. LX.
(8) A. abitum .
(9) A. allata . (*) A. cæpinus .
(10) A. jubelat .
(11) A. estimabatur .
(12) A. vilis ita legit fortè Garetius .
(1) A. nunia .

(2) *presumat*. Hoc Priscus historicus vera se dicit adtestatione probare. Nam in tantum magnis Imperiis Attila terribilis habitus est, ut ejus mortem in locum muneris superna regnabitus indicarent. Cujus manes quibus modis à sua gente honorati sunt, pauca de multis dicere non omittamus. In mediis siquidem campis, & intra tentoria ferica cadavere collocato, spectaculum admirandum, & solemniter exhibetur. Nam de tota gente Hunnorū electissimi equites in eo loco, quo erat positus, in modum Circensium cursibus ambientes, facta ejus cantu funereo tali ordine referebant. Præcipuuſ Hunnorū Rex Attila, patre genitū Mundzucco, fortissimarum gentium dominus, qui inauditā ante se potentia solus Scythica, & Germanica regna possedit, necnon utraque (3) *Romanæ urbis Imperia captis civitatibus terruit*, (4) & ne præda reliqua subderent, placatus pre-cibus, annum vœctigal accepit. Cumque hæc omnia proventu felicitatis egerit, non vulnere hostium, non fraude suorum, sed gente incolumi, inter gaudia lætus, sine sensu doloris occubuit. Quis ergo hunc (5) *dicat exitum, quem nullus estimat vindicandum*? Postquam talibus lamentis est defletus, (6) stravam super tumulum ejus, quam appellant ipsi, ingenti commissione concelebrant, & contraria invicem sibi copulantes, (7) *luctum funereum mixto gaudio explicabant*, noctuque secretò cadaver est terra reconditum. Cujus (8) *fercula* primùm auro, secundò argento, tertio ferri rigore communiunt, significantes tali argumento potentissimo Regi omnia (9) *convenisse*: ferrum quo gentes edomuit: aurum, & argentum, quod ornatum Reipublicæ utriusque acceperit. Addunt arma hostium cædibus acquisita, phaleras vario gemmarum fulgore pretiosas, & diversi generis insignia, quibus colitur aulicum decus. Et ut tot, & tantis divitiis humana curiositas arceretur, operi deputatos detestabili mercede trucidarunt, emersitque momentanea mors sepelientibus cum sepulto.

CAPUT L.

Attila mortuo contentio inter innueneros ejus filios de successione orta. Ardaricus Gepidarum Rex Ellac Attilæ filium in prælio interficit, reliquos filios ad Ponticum usque mare fugat. Marcianus Imperator variis Gothis, & Gepidis diuersas sedes concedit.

T Alibus peractis, ut solent animi juvenum ambitu potentia concitari, inter successores Attilæ de regno orta contentio est, & dum inconsultè imperare cupiunt *cuncti*, omnes simul imperium perdiderunt. Sic frequenter regna gravat plus copia, quam inopia successorum. Nam filii Attilæ, quorum per licentiam libidinis penè populus fuit, gentes sibi

(2) A. *presumebat*.(3) A. *Romani Orbis*.(4) A. & ne præda reliqua subderentur. Garetius vero notat: *lege præda reliqua suberet*.(5) A. *exitum putet, quem nullus estimet vindicandum*.(6) *Strava Goticum vocabulum quid significat non immerti dubitatur. Commentator Statti, in locum illum Tbeaid. 2. Hostiles super ipse it, ita enim legendum, non ut, viator acervos: Acervos, inquit, ex viarum, mœles. Ex vias enim hostium Regibus exstrebantur mortuis sepultura. Quem ritum sepultura bodie quoque barbari servare dicuntur, quem Strabam dicunt sua lingua. Ego vero Stravam vocabulum mere Goticum, Straffam ab illis dictam fuisse contenderim, quod vocabulum supplicium, & penam significat, ut*

A dividi æqua sorte poscebant, ut ad instar familiæ bellicosi Regis cum populis mitterentur in sortem. Quod dum Gepidarum Rex compert Ardaricus, de tot gentibus indignatus, velut vilissimorum mancipiorum conditione tractari, contra filios Attilæ primus insurgit, illatumque serviendi pudorem sequuta felicitate determinat: nec solùm suam gentem, sed & cæteras, quæ pariter premebantur, sua discessione absolvit: quia facile omnes appetunt, quæ procunditorum utilitate tentantur. In mutuum igitur armantur exitium, bellumque committitur in Pannonia, juxta flumen, cui nomen est (1) *Netad*. Illic concursus factus est gentium variarum, quas Attila in sua tenuerat ditione. Dividuntur regna cum populis, fiuntque ex uno corpore membra diversa, nec quæ unius passioni compaterentur, sed quæ exciso capite invicem infanirent. Quæ nunquam contra se pares invenerant, nisi ipsi mutuis se vulneribus fauientes, se ipsas discerperent fortissimæ nationes. Nam ibi admirandum reor fuisse spectaculum, ubi cernere erat (2) *cunctis*, pugnantem Gothum ense furentem, Gepidam in vulnere (3) *suorum cuncta tela frangentem, Suevum pede*, Hunnum sagittâ præsumere, Alanum gravi, Herulum levi armatura aciem instruere. Post multos ergo, grayesque confititus favit Gepidis inopinata victoria. Nam triginta ferè millia tam Hunnorū, quam aliarum gentium, quæ Hunnis ferebant auxilium, Ardarici gladius, (4) *conspiratorumque peremt*. In quo prælio filius Attilæ major natu, nomine Ellac occiditur, quem tantum pater super cæteros amasse prohibebatur, ut *eum cunctis*, diversisque filiis suis in regno præferret: sed non fuit voto patris fortuna consentiens. Nam post multas hostium cædes sic viriliter *eum* constat peremptum, ut tam gloriosum superstes pater optasset interitum. Reliqui vero germani ejus eo occiso fugantur juxta litus Pontici maris, ubi prius Goths sedis descriptimus. Cessere itaque Hunni, quibus cedere putabatur universitas. Adeo dissidium pernicioſa res est, ut divisi corruerint, qui adunati viribus territabant. Hæc causa Ardarici Regis Gepidarum felix adfuit diversis nationibus, qui Hunnorū regimini invitati famulabantur, eorumqne diu moestissimos animos ad hilaritatem libertatis votivæ erexit: venientesque multi per legatos suos ad solum Romanorum, & à Principe tunc Marciano gratissimè suscepisti, distributas sedes, quas incolerent, accepere. Nam Gepidae Hunnorū sibi sedes viribus vendicantes, totius Daciæ fines, velut viatores potiti, nihil aliud à Romano Imperio, nisi pacem, & annua solempnia, ut strenui viri, amica pactione postulavere. Quod & libens tunc annuit Imperator, & usque nunc confuetum donum est. Nam gens ipsa à Romano suscipit Principe. Gothi vero cernentes Gepidas Hunnorū sedes sibi defendere, Hunnorūque populum suas antiquas sedes

& bodie apud Germanos, & Belgas, à verbo *Straffen* quod punire, sive panam ab aliquo exigere significat. Verijmille itaque est, Hunnos Attilæ non hostium tantum ex viarum acervis ad tumulum congestis, sed captorum cæde parentasse. Judicent docti an conjectura mea sit *ινσοχ* & *B. Vulcan*.

(7) A. *luctu funereo mixta gaudia celebrabant*.(8) Garetius al. *Coopercula*.(9) A. *convenire*.(1) A. *Nedao*. Garetius al. *Neda*.(2) A. & Garetius *contis*.(3) A. & Garetius suo regum tela frangentem, *Suevum pede*.(4) A. *conspiratoque*.

sedes occupare, maluerunt à Romano regno terras petere, quām cum discrimine suo invadere alienas, accipientes Pannoniam, quae in longa porrecta planicie habet ab oriente Mœsiam superiorem, à meridie Dalmatiam, ab occasu (5) Noricum, à septentrione Danubium. Ornata patria civitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema Vindomina. Sauromate verò, quos Sarmatas diximus, & Cemani, & quidam ex Hunnis in parte Illyrici ad castrum Martenam sedes sibi datas coluere. Ex quo genere fuit Blivilas Dux Pentapolitanus, ejusque germanus (6) Froila, & nostri temporis Bessa Patricius. Sciri verò, & Satagarii, & ceteri Alanorum cum Duce suo, nomine Candax, Scythiam minorem, inferioremque Mœsiam accepere. Cujus Candacis Alanouamuthis patris mei genitor, (7) Peria, idest, meus avus, Notarius quoisque Candax ipse vivet, fuit; ejusque germanæ filius Gunthigis, qui & Biza dicebatur, Magister militum, filius Andagis, filii Andalæ, de prosapia Amalorum descendens. Ego item (quamvis (8) agrammatu) Fornandes, ante conversionem meam Notarius fui. Rugiverò, aliæque nationes nonnullæ (9) Biziozetas, Scandiopolin, ut incolerent, petivere. Hernac quoque junior Attilæ filius cum suis in extremo minoris Scythiae sedes delegit, (10) Emmedzar, & Uzindur consanguinei ejus in Dacia Ripensi. (11) Uto, & Iscalmus, qui ea potiti sunt, multique Hunnorū passim prouentes tunc se in Romaniam dederunt. E quibus nunc usque Sacromontisi, & Fofatisii dicuntur.

C A P U T L I.

De Gothorum, qui Minores dicuntur, sedibus; & de Vulfila ipsorum Pontifice, qui eos literis instituit.

Erant siquidem & alii Goths, qui dicuntur Minores, populus immensus, cum suo Pontifice, ipsoque Primate Vulfila, qui eos dicitur & literis instituisse, hodieque sunt in Mœsia regione incolentes (1) Encopolitanam. Ad pedes (2) enim montis gens multa sed sit pauper, & imbellis, nihil abundans, nisi armamento diversi generis pecorum, & pascuis, silvæ lignorum, parum habens tritici, cœtrarum specierum est terra foecunda. Vineas verò nec si sunt alibi, certe eorum (3) cognoscent, ex vicinis locis sibi vinum negotiantes; nam luct aluntur. (4)

C A P U T L II.

De Ostrogotharum variis post Attilæ mortem sedibus in Pannonia; utque Attilæ filios irruentes propulsarint in Scythiam. Deque Ostrogotharum cum Romanis amicitia, obside pacis Constantiopolim missio Theoderico Theodemiri filio.

Plerique ergo, ut ad gentem, unde agitur, revertamur, idest Ostromotharum, qui in Tom. I.

(5) A. Moricum.

(6) A. Froila.

(7) A. Paria.

(8) A. agrammatos Jordanis.

(9) A. Bzin, & Archadiopolis. Garetius al. Brizim, & Arbiadopolis.

(10) A. Emmedzar, & Ultzindur, & ita Garetius.

(11) A. ut Detbifro, Almoque potiti sunt.

Garetius Isto Aliquoque.

(12) A. Nicopolitanam, ita & Garetius.

(13) A. Henni montis, ita & Garetius.

A Pannonia sub Rege Walemir, ejusque germanis, Theodemir, & Widemir morabantur, quamvis (1) divisa loca, consilia tamen batuere unita. Nam Walemir inter Scarniungam, & Aquam nigram fluvios, Theodemir juxta lacum Pelsidis, Widemir inter utrosque manebat. Contigit ergo, ut Attilæ filii contra Gothos, quasi desertores dominationis suæ, velut fugacia mancipia requirentes, venirent, ignarissimum aliis fratribus, super Walemir solum irruerent. Quos tamen ille, quamvis cum paucis, exceptit, diuque fatigatos ita prostravit, ut vix pars aliqua hostium remaneret, quæ in fugam versa, eas partes Scythiae peteret, quas (2) Danubii amnis fluente prætermeant, quæ lingua sua (3) Hunnivar appellant. (4) Eoque tempore cum ad fratrem Theodemir gaudii nuncium direxisset, eo mox die nuncius veniens felicius in domo Theodemiris reperit gaudium. Ipso siquidem die Theodericus ejus filius quamvis de Erelieva concubina, bonæ tamen spei puerulus natus erat. Post tempus ergo non multum Rex Walemir, ejusque germani Theodemir, & Widemir, consueta dum traderent dona à Principe Marciano, quæ ad instar strenuæ gentis acceperunt, ut pacis foedera custodirent, missa legatione ad Imperatorem, vident Theodericum (5) Triarii filium, & (6) hunc generem Gothicum, alia tamen stirpe, non Amala procreatum, omnino florentem cum suis, Romanorumque amicitiis junctum, & annua solennia consequentem, & se tantum despici. Illico furore commoti, arma arripiunt, & Illyricum penè totum discurrentes, in prædam devastant. Sed statim Imperator animo mutato, ad pristinam recurrit amicitiam, missaque legatione, tam præterita cum instantibus munera tribuit, quām etiam de futuro sine aliqua controversia tribuere compromittit, pacisque obsidem ab eis, (*) quem supra retulimus, Thodericum infantulum Theodemiris accepit. Qui jam annorum septem incrementa consendens, octavum intraverat annum. Quem dum pater (7) cunctatus daret, patruus Walemir extitit supplicator, tantum ut pax firma inter Romanos, Gothosque maneret. Datus igitur Theodericus obses à Gothis, ducitur ad urbem Constantinopolitanam Leoni Principi, & quia puerulus elegans erat, meruit gratiam Imperiale habere.

C A P U T L III.

Ostrogothæ post Attilæ mortem in Satagas movent. Hunnos, duce Dinzione Attilæ filio, obfidentes propulsant. Variæ Ostrogotharum cum Suevis, & Sciris prælia. Walemiri mors. Sciri ad interacionem deleti.

E Postquam ergo firma pax Gothorum cum Romanis effecta est, videntes Goths non sibi sufficere ea, quæ ab Imperatore acciperent solatia, simulque cupientes ostentare virtutem, cœperunt vicinas gentes circumcirca prædari: primò contra (1) Satagas, qui interiorem Pannoniam possidebant, arma moventes. Quod ubi E Rex

(3) A. si sunt alibi certe cognoscunt &c.

(4) A. nam plerique lacte utuntur. Ergo &c.

(1) A. divisi loca, consilio tamen uniti.

(2) Garetius al. Danabri.

(3) Hunnivar, id. est trajectum Hunnorū. Vulc.

(4) A. Eo namque tempore ad fratrem gauli nuncium directit, sed & mox eo die &c.

(5) Garetius Tiani.

(6) A. & Hunno genere. (*) A. ev.

(7) A. cunctaretur dare.

(1) A. Sadares semper.

Rex Hunnorum (2) Dinzio, filius Atilæ, cognovisset, collectis secum, qui adhuc videbantur, quamvis pauci, ejus tamen sub Imperio remanisse, (3) *Uzingures*, *Angisciros*, *Bistugures*, *Bardores*, veniens ad Bassianam Pannoniae civitatem, eamque circumvallans, fines ejus cœpit prædare. Quo comperto Gothi, ubi erant, expeditionemque solventes, quam contra Satas collegant, in Hunnos convertunt, & sic eos suis a finibus inglorios pepulerunt, ut jam ex illo tempore, qui remanerant Hunni, & usque hactenus, Gothorum arma formident. Quiuscenit verò tandem Hunnorum gente à Gothis, Hunnimundus Suevorum Dux, dum ad prædandas Dalmatias transit, armenta Gothorum in campis errantia deprædavit: quia Dalmatiis Suevia vicina erat, nec à Pannoniis multum distabat, præsertim ubi tunc Gothi resedebant. Quid plurimum? Hunnimundo cum Suevis, vastatis Dalmatiis, ad sua revertente, Theodemir germanus Walemiris Regis Gothorum non tantum jacturam armentorum dolens, quantum metuens, ne Suevi, si impunè hoc lucrarentur, ad majorem licentiam profilirent, sic vigilavit in eorum transitu, ut intempesta nocte dormientes invaderet ad lacum Pelsodis, confertoque inopinato prælio, ita eos opprescit, ut etiam ipso Rege Hunnimundo capto, omnem exercitum ejus, qui gladium evasisset, Gothorum subderet servituti. Et dum multum esset amator misericordiæ, facta ultione, veniam condonavit, reconciliatusque cum Suevis eundem, quem ceperat, adoptans sibi filium, remisit cum suis in Sueviam. Sed ille immemor paternæ gratiæ, post aliquod tempus conceptum dolum parturiens, Scirorum gentem incitavit, qui tunc supra Danubium considerant, & cum Gothis pacificè morabantur, quatenus scissi ab eorum foedere, secumque juncti, in arma profilirent, gentemque Gothorum invaderent. Tunc Gothis nihil mali sperantibus, præsertim de utrisque amicis vicinis confisis, bellum insurgit ex improviso, coactique necessitate ad arma configiunt; solitoque certamine arrepto, se suamque injuriam ulciscuntur. In eo siquidem prælio Rex eorum Walemir dum equo insidens ad cohortandos suos ante aciem curreret, proturbatus equus corruit, fessoremque suum dejecit; qui mox inimicorum lanceis confossus, interemptus est. Gothi verò tam Regis sui mortem, quam suam injuriam à rebellionibus exigentes, ita sunt præliati, ut pænè de gente Scirorum, nisi qui nomen ipsum ferrent, & hīc cum dedecore non remansissent, sic omnes extinxerunt.

CAPUT LIV.

Suevorum Reges Hunnimundus, & Alaricus cum Sarmatis, & Sciris, Gepidis, & Rugis in Ostrogothas moverentes, maxima clade afficiuntur.

Quorum exitium Suevorum Reges Hunnimundus, & Alaricus veriti, in Gothos arma moverunt, freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga, & Babai Regibus suis (1) auxiliariis eorum devenissent, ipsasque Scirorum reliquias, quasi ad ultionem suam acrius pugnaturas accersentes cum Edica, & (2) Wifo eorum primatis, habuerunt simul secum tam

(2) Garetius al. *Dinzic*. A. *Dintzic*.

(3) A. *Uzingures*, *Angisciros*, *Bistugures*, *Bardores*.

(1) A. auxiliarii advenissent.

A Gepidas, quam ex gente Rugorum non parva solatia, ceterisque hincinde collectis, ingenitem multitudinem aggregantes, ad annem Bolliam in Pannoniis castrametati sunt. Gothi tunc Walemire defuncto, ad frarem ejus Theodemir confugerunt. Qui quamvis dudum cum fratribus regnans, tamen auctioris potestatis insignia sumens. Widemire fratre juniore accito, & cum ipso curas belli partitus, coactus ad arma profilivit; confertoque prælio, superior pars invenitur Gothorum, adeo ut campus inimicorum corruentium cruce madefactus, ut rubrum pelagus appareret, armaque, & cadavera in modum collum cumulata, campum plus quam decem millibus oppleverunt. Quod Gothi cernentes, ineffabili exultatione letantur, eo quod Regis sui Walemiris sanguinem, & suam injuriam cum maxima inimicorum strage ulciscerentur. De innumeranda verò, varia que multitudine hostium, qui valuerunt evadere, effugati vix ad sua inglorii pervenerunt.

CAPUT LV.

Theodemirus Rex in Suevos moveret, eosque vastat, & pænè subigit. Theodericus Theodemiri filius pænè adhuc puer, inscio patre Babai, Sarmatarum Regens adortus, intermit. Singidonum civitatem capis.

Post certum verò tempus instanti hyemali frigore, amneque Danubii solitè congelato: (nam istiusmodi fluvius ita rigescit, ut in silicis modum vehat exercitum pedestrem, plaustraque, & tragulas, vel quicquid vehiculi fuerit, nec cymbarum indigeat lintre) sic ergo eum gelatum Theodemir Gothorum Rex cernens, pedestrem dicit exercitum; emensoque Danubio, Suevis improvisus à tergo apparuit. Nam regio illa Suevorum ab oriente (1) *Bajobatos* habet. ab occidente Francos, à meridie Burgundiones, à septentrione Thuringos. Quibus Suevis tunc juncti Alemanni etiam aderant, ipsique alpes erectas omnino regentes: unde nonnulla fluenta Danubio influunt, nimio cum sono vergentia. Hic ergo taliter munito loco, Theodemir Rex hyemis tempore Gothorum ductavit exercitum, & tam Suevorum gentem, quam etiam Alemannorum utrasque ad invicem foederatas devicit, vastavit, & pænè subigit. Inde quoque victor ad proprias sedes, idest Pannonias revertens, Theodericum filium suum, quem Constantinopolim obsidem dederat, à Leone Imperatore remisum cum magnis muneribus gratauerit exceptit. Qui Theodericus jam adolescentia annos contingens, expletâ pueritia, octavum decimum peragens annum, adscitis satellitibus patris, ex populo amatores sibi, clientesque consociavit, pænè sex millia viros; cum quibus inscio patre, emenso Danubio, super Babai Sarmatarum Regem discurrit, qui tunc de Camundo Duce Romanorum victoriâ potitus, superbè rumore regnabat, eumque superveniens Theodericus intermit, familiamque, & censem depredans, ad genitorem suum cum victoria repedavit. Singidonum dehinc civitatem, quam ipsi Sarmatæ (2) occupassent, invadens, non Romanis reddidit, sed suæ subdidit ditioni.

CA-

(2) A. *Hunwifo*.

(1) A. *Bajobatos*.

(2) A. *occupaverant*.

CAPUT LVI.

Ostrogothæ pertæsi pacis, Italiam, Gallias,
& Illyricum infestant. Theodemirus
fædere cum Romanis intio
moritur.

Minuentibus deinde hinc inde vicinarum gentium spoliis, coepit & Gothis victus, vestituque deesse; & hominibus, quibus dum bella alimoniam prestitissent, pax coepit esse contraria; omnesque cum clamore magno ad Regem Theodemir accedentes Gothi orant, quacunque parte vellet ducent exercitum. Qui accito Germano, missaque forte, hortatus est, ut ille in partem Italizæ, ubi tunc Glycerius regnabat Imperator, ipse verò ceu (1) fortior ad fortius regnum accederet, orientale quidem; quod & factum est. Et mox Widemir Italizæ terras intravit, & extremum fatum reddens, excessit rebus humanis, successorem relinquens regni Widemir filium suum. (2) Quem Glycerius Imperator muneribus datis, de Italia ad Gallias transtulit, quæ à diversis circumcirca gentibus premebantur: adserens vicinos sibi Vesegothas eorum parentes regnare. Quid multa? Widemir acceptis muneribus, simulque mandatis à Glycerio Imperatore, Gallias tendit, seque cum parentibus jungens Vesegothis, unum corpus efficitur, ut dudum fuerat; & sic Gallias, Hispaniasque tenentes suo iure defendunt, ut nullus (3) sibi aliis prævaleret. Theodemir autem frater senior cum suis transit. (4) Saum amnem, Sarmatis, militibusque interminans bellum, si aliquis obstareret ei. Quod illi verentes, quiescunt; imò nec præalent ad tantam multitudinem. Videns Theodemir undique sibi prospera provenire, Naissum primam urbem invadit Illyrici: filioque suo Theoderico (5) consociatus adstat, & in villam comites per castrum Herculis transmitit Ulpianam. Qui venientes, tam eam, (6) quam & opes mox in deditioñem accipiunt, nonnullaque loca Illyrici inaccessibilia sibi tunc primum pervia faciunt. Nam Heracliam, & Larissam civitates Thessalizæ primum præda capta, jure bellico potiuntur. Theodemir verò Rex animadvertis tam felicitatem suam, quam etiam filii; nec hac tamen contentus, egrediens Naissanam urbem, paucis ad custodiām derelictis, ipse Thessalonicanam petiit, in qua (7) Clarianus Patricius à Principe directus, cum exercitu morabatur. Qui dum videret vallo muniri Thessalonicanam, nec se eorum conatus posse resistere, missa legatione ad Theodemir Regem, muneribusque oblatis, ab (8) obfitione eum urbis retorquet. In quoque foedere, Romanus Ductor cum Gothis loca eis iam sponte, quæ incolerent, tradidit, idest (9) Cerapallas, Europam, Medianam, Petinam, Bereum, & alia, quæ (10) suum vocantur. Ubi Gothi cum Rege suo armis depositis, composita pace quiescunt. Nec diu post hac & Rex Theodemir in civitate Ceras fatali ægritudine occupatus, vocatis Gothis,

Tom. I.

(1) Garetius al. fortiter.

(2) A. suum Synonimum.

(3) A. ibi.

(4) Garetius al. Spadum.

(5) A. sociatis adstat, & in villa comitibus per castrum, &c.

(6) A. quam Mefulus mox.

(7) A. Elarianus. Garetius al. Hilarianus.

(8) A. excidio.

(9) A. Cerapallas, Europam.

A Theodericum filium regni sui designat hædem, & ipse mox rebus humanis excessit.

CAPUT LVII.

Theodericus Ostrogotharum Rex à Zenone Imp.
Romam evocatur, ab eo adoptatur, Con-
sulatu, & equestri statua donatur,
Odoacrum in Hesperia magna
clade afficit. Insignia Regis
Romanorum assunt.

Theodericum verò genti suæ Regem audiens ordinatum Imperator Zeno, gratum suscepit, eique evocatoria destinata, ad se in urbem venire præcepit, digneque suscipiens honore, inter Proceres sui Palati collocavit. Et post aliquod tempus ad ampliandum honorem ejus in arma, sibi eum filium adoptavit, de suisque stipendiis triumphum in urbe donavit; factusque est Consul ordinarius, quod summum bonum, primumque in mundo decus edicitur; nec tantum hoc, sed etiam equestrem statuam ad famam tanti viri ante Regiam Palati collocavit. Inter hæc ergo Theodericus Zenonis Imperio foedere sociatus, dum ipse in urbe bonis omnibus frueretur, gentemque suam in Illyrico, ut diximus, residentem, non omnino idoneam, aut resertam audiret, elegit potius solito more gentis suæ labore quærere viatum, quam ipse otiosè frui regni Romani (1) bona, & gentem suam mediocriter viettare: secumque deliberans, ad Principem ait: Quamvis nihil deest nobis Imperio vestro famulantibus: (2) tantum, si dignum dicit pietas vestra, desiderium mei cordis libenter exaudiat. Cumque ei, ut solebat, familiariter facultas suis loquendi concessa: Hesperia, inquit, plaga, quæ dudum decefforum, prædecessorumve vestrorum regimine gubernata est, & Urbs illa caput orbis, & domina, quare nunc sub Regis Turcilingorum, & Rugorum tyrannide fluctuat? (3) Dirige cum gente mea, si præcipis, ut hic expensarum pondere careas, & ibi si adjutus à Domino vicero, fama vestræ pietatis irradiet. Expedit namque, ut ego, qui sum servus vester, & filius, si vicero, vobis donantibus regnum illud possideam; haud ille, quem non nos, (4) tyranni jugo Senatum vestrum, partemque Reipublicæ captivitatis servitio premit. Ego enim si vicero, vestro dono, vestrōque munere possideo: si vietus fuero, vestra pietas nihil amittit; imò, ut diximus, lucratur expensas. Quo audio, quamvis ægrè ferret Imperator discessum ejus, nolens tamen eum contrastare, annuit que poscebat, magnisque datum muneribus dimisit à se, Senatum, populumque ei commendans Romanum. Igitur egressus urbe regia Theodericus, & ad suos revertens, (5) omnem gentem Gotborum, quæ tamen ei præbuerat consensum affutens; Hesperiam tendit, rectoque itinere per Sirmas ascendit, vicinas Pannoniaz. Indeque Venetiarum fines ingressus, ad (6) Pontem Sontium nuncupatum castrametatus est. Cùm-

E c 2 que

(10) A. Sutib. Garetius al. Phium.

(1) A. bonis.

(2) A. cum Garetio tamen.

(3) A. dirige me cum.

(4) A. tyramico loco.

(5) A. cum omni gente Gotborum, qui tamen ei præbuerat consensum, Hesperiam tendit.

(6) A. Pontem Sonci.

que ibi ad reficienda corpora hominum, iumentorumque aliquanto tempore resedisset; Odovacer armatum contra eum direxit exercitum, quem ille, ad campos Veronenses occurrens, magna strage delevit, castrisque soluis, fines Italie cum potiore audacia intrat; transactoque Pado amne ad Ravennam regiam urbem castra componit, tertio ferè milliario ab urbe, loco qui appellatur Pineta. Quod cernens Odovacer, intus se in urbe communivit; indeque subreptivè noctu frequenter cum suis egrediens, Gothorum exercitum inquietat; & hoc non semel, nec iterum, sed frequenter, & pènè molitus toto triennio; sed frustra laborat, quia cuncta Italia dominum jam dicebat Theodericum, & illius ad votum res illa publica obsecundabat. Tantùm ille solus cum paucis satellitibus, & Romanis qui aderant, & fame, & bello quotidie intra Ravennam laborabat: quod dum nihil proficeret, missa legatione veniam supplicat, cui & priuilegium concedens Theodericus, postmodum hac luce privavit. Tertioque, ut diximus, anno (7) ingressus in Italiam, (8) Zenonisque Imperatoris consilio privatim habitu, siveque gentis vestitum repens, insigne regii amicetus, quasi jam Gothorum, Romanorumque Regnator adsumit.

C A P U T L V I I I .

De Theoderici Regis uxore Audefleda, & concubina, ejusque filiis, & filiabus, earumque cum variis Regibus conjugio, alisque affinitatibus. Item de Mundone grassatore, & de trophæo de Francis parte.

Missa legatione ad Lodoin Francorum Regem, filiam ejus Audefledam sibi in matrimonio petit, quam ille gratè, libenterque concessit, suos filios (1) *Ildebertum*, & *Cheldebertum*, & *Thuidpertum* credens hac societate cum gente Gothorum, inito fœdere, sociari. Sed non adeò pacis ad concordiam profuit ista conjunctio, quin sèpenumero propter Gallorum terras graviter inter se decertati sunt, & nunquam Gothus Francis cessit dum viveret Theodericus. Antequam ergo de Audefleda sobolem haberet, naturales ex concubina, quas genuisset adhuc in Moesia, filias habuit, unam nomine Theudicodo, & aliam Ostrogotho, quas mox ut in Italiam venit, Regibus vicinis in conjugio copulavit, idest, unam Alarico Vesegotharum, & aliam Sigismundo Burgundionum. De Alarico ergo natus est Amalaricus, quem avus Theodericus in annis puerilibus utroque parente orbatum dum sovet, atque tuerit, comperit Eutharicum Witerichi filium, Beremundi, & Torsmundi nepotem, Amalorum de stirpe descendenter, in Hispania degere, juvenili ætate, prudentia, & virtute, corporisque integritate pollentem. Ad se eum facit venire, ei que Amalafuentham filiam suam in matrimonio jungit; & ut ad plenum progeniem suam dilataret, Amalafredam germanam suam, matrem (2) *Theodati*, qui postea Rex fuit, Afri-

(7) A. *ingressus fui.*(8) A. *Zenone Imp. consilio, privatum balitum, gentisque sua v. situm sc. p. nens.*(1) A. *Hildebertum, & Thodebertum credens.*(2) A. cum Garetio *Tb. odbadi* semper.(3) A. *Pizzamum* semper.(4) A. cum Garetio *Margunque*.

Ace Regi, Wandalorumque, conjugem dirigit Trasemundo, filiamque ejus neptem suam Amalbergam Thuringorum Regi consociat Hermfredo. (3) *Patzamin* quoque suam Comitem inter primos electum ad obtinendam Sirmiensem dirigit civitatem, quam ille expulso Rege ejus Transarico, filio Trafstile, retenta ejus matre obtinuit. Indeque contra Sabiniandum Illyricum Magistrum militare, qui tunc cum Mundone paraverat conflictum, ad civitatem cognomine Margopiano, que inter Danubium, (4) *Martianumque* flumina adiacebat, cum duobus milibus peditum, equitibus quingenatis, in Mundonis solaria veniens, Illyricum exercitum demolivit. Nam hic Mundo (5) *Attilanis* quandam origine descendens, Gepidarum gentem fugiens, ultra Danubium in incultis locis, sine ullis terra cultoribus debacchatur, & plenisque abactoribus, (6) *Scamarisque*, & latronibus undeconque collectis, currim, quæ Herta dicitur, supra Danubii ripam positam, occupans, ibique agresti ritu prædans vicinos, Regem se suis graciariibus nuncupat. Hunc ergo pènè desperatum, etiam de traditione sua deliberantem, Perza subveniens, è manibus Sabiniiani eripuit, siveque Regi Theoderico cum graciarium actione fecit subjectum. Non minus trophyum de Francis per Hibbam suum Comitem in Gallis acquisivit, plus triginta milibus Francorum in prælio cæsis. Nam & (7) *Thiodem* suum armigerum post mortem Alarici generi, tutorem in Hispanie regno Amalarici nepotis constituit. Qui Amalaricus in ipsa adolescentia Francorum fraudibus irretitus, regnum cum vita amisit. Post quem Thiodis tutor ejusdem regnum ipsum invadens, Francorum insidiosam calumniam de Hispanis pepulit, & usque dum viveret Vesegothas continuat. Post quem Thiodigis glossa regnum adeptus, (8) non regans defecit, occisus à suis, cui succedens Hactenusagil. continuat regnum. Contra quem (9) *Athanariculus* insurgens, Romani regni concitat vires. Ubi & Liberius Patricius cum exercitu destinatur. Nec fuit in parte occidua gens, quæ Theoderico, dum viveret, aut amicitia, aut subjectione non deserviret.

C A P U T L I X .

Theodericus Rex senes Athalaricum filie sue Amalafuentha filium, patre orbum; Regem dementiat; Athalarico immatura morte sublato, mater Theodatium consobrinum suum Regem instituit, qui illam in insulam quandam relegat, ubi strangulatur.

E **S**ed postquam ad senium pervenisset, & se in brevi ab hac luce egressurum cognosceret, convocans Gothos Comites, gentisque suæ Primates, Athalaricum infantulum adhuc vix decennem, filium filiæ suæ Amalafuentæ, qui Eutarico patre orbatus erat, Regem constituit; (1) eisque in mandatis dedit, ac si testamentali voce denuncians, ut Regem colerent, Senatum,

(5) A. de *Attilani*. Garetius forte ab Attilanis.(6) Garetius forte *Sicaris*, nisi idem utrumque Gotis significat.(7) A. *Tlendem* semper.

(8) A. non diu r. gnans.

(9) A. *Alanigildus*.

(1) A. ac si testamentali lege demarcans, ut legem colerent.

rum, populumque Romanum amarent, Principemque orientalem placatum, semper propitiandumque (2) haberent. Quod praeceptum quamdiu Athalaricus Rex, ejusque mater viveant, in omnibus custodientes, pene per octo annos in pace regnarunt; quamvis Francis de regno puerili desperantibus, imo in contemptu habentibus, bellaque parare molientibus, quod pater, & avus Gallias occupasset, eis concessit. (3) *Cetera in pace tranquillitate possessa.* Dum ergo ad spem juventutis Athalaricus accederet, tamen suam adolescentiam, quam matris viduitatem Orientis Principi commendavit: sed in brevi infelicissima immatura morte preventus, rebus humanis excessit. Tum mater, ne pro sexus sui fragilitate à Gothis spernereatur, secum deliberans, Theodatum confobrimum suum germanitatis gratia accepitum à Thuscio, ubi privatâ vitâ degens, (4) in laboribus propriis erat, in regnum collocavit. Qui immemor consanguinitatis, post aliquantum tempus à Palatio Ravennate abstractam, in insulam laci Bulsinensis eam exilio relegavit, (5) ubi paucissimos dies in tristitia degens, ab ejus satellitibus in balneo strangulata est.

CAPUT LX.

Belisarius à Justiniano Imp. adversus Goths cum exercitu missus. Siciliam occupat. Gotbi Witigim Regem sibi eligant. Theodatum interficiunt. Witigis Ravennam cum Mathasuentam, regisque opibus det Romanis.

Quod dum Justinianus Imperator orientalis mandisset, quasi susceptorum suorum mors ad suam injuriam redundaret, sic est commotus. Eodem namque tempore de Africa à Wandaliis cum per fidelissimum suum Belisarium (1) Patricium reportaret triumphum, aec mora, in ipso tempore madentibus adhuc armis cruore Wandalico, contra Gothos, per eundem Duxem movit procinctum; qui Dux prudentissimus haud secus arbitratur Getharum subigere populum, (2) si prius nutricem eorum occupasset Siciliam; quod & factum est; Trinacriamque ingresso, mox Goths, qui Syracusanum oppidum insidebant, videntes senihil prevalere, cum suo duce Sinderich ulro se Belisario dediderunt. Cumque ergo Romanus dux Siciliam pervasisset, Theodatus comperiens (3) Evermor generum suum cum exercitu ad fretum, quod inter Campaniam, Siciliamque interjacet, & de Tyrrheni maris sinu valitissimus Hadriaticus æstus evolvitur, custodiendum dirigit. Ubi cum Evermor accessisset, ad Rheygium oppidum castra composuit. Nec mora, deterioratam causam cernens suorum, ad partes victoris cum paucis, & fidelissimis famulis consociis movit, ulroque se Belisarii pedibus advolvens, Romani regni optat servire Principibus. Quod Gothorum exercitus sentiens, suspectum Theodatum clamitat regno pellendum, & sibi ductorem suum Wi-

tigim, qui armiger ejus fuerat, in Regem levandum, quod & factum est. Et mox in campis Barbaricis Witigis in regnum levatus Romanum ingreditur, præmissisque Ravennam fidelissimis sibi viris, Theodati necem demandat. Qui venientes imperata sibi perficiunt, (4) & occisum Theodatum Regem, qui à Regem missus adveniebat, ut adhuc in campis Barbaricis erat, Witigim populis nunciat. Intet hæc Romanus exercitus emenso freto, Campaniam accedens, subversaque Neapoli, Romanum ingreditur; unde ante paucos dies Rex Witigis egressus, Ravennam profectus, Mathasuentam filiam Amalasuentam, Theoderici quondam Regis neptem, sibi in matrimonium sociarat. Cumque his novis nuptiis delectatus, aulam regiam fover Ravenne, Roma egressus Imperialis exercitus, munita utriusque Thuscio loca invadit, quod cernens per nuncios Witigis, (5) Cumunilam ducem Gothorum manu armis conferita mittit Perusiam. Ubi dum magnum Comitem cum parvo exercitu residentem, obfessione longa evelere cupiunt; superveniente Romano exercitu, ipsi evulsi, & omnino extinti sunt. Quod audiens Witigis, ut leo furibundus, omnem Gothorum exercitum congregat, Ravennaque egressus, Romanas arcas obsidione longa fatigat. Sed frustra ejus audacia, post quatuordecim menses ab obsidione Romanæ urbis aufugit, & se ad Ariminensem oppressionem preparat. Unde pari tenore frustratus, fugatusque, Ravennam se recepit, & obsesus, nec mora, ulro se ad partes dedit victoris, cum Mathasuenta jugali, regisque opibus. Et sic famosum regnum, fortissimamque gentem, diuque regnantem, tandem (6) deinde millesimo & trecentesimo anno victor gentium diversarum Justinianus Imperator per fidelissimum Consulem vicit Belisarium, & perductum Witigim Constantinopolim Patricii honore donavit. Ubi plus biennio demoratus, Imperatorisque in affectu *convictus*, (7) rebus excelsis humanis. Mathasuentam vero jugalem ejus fratri suo Germano Patricio conjunxit Imperator. (8) *De quibus postquam patris Germani natus est filius, item Germanus.* In quo conjuncta Aniorum gens cum Amala stirpe, spem adhuc utriusque generis, Domino prestante, promittit. Huc usque Getarum origo, ac Amalorum nobilitas, & virorum fortium facta, ac laudanda progenies laudabiliori Principi cessit, & fortiori Duci manus dedit: cuius fama nullis sculis, (9) nullis silebitur etatibus. Sic victor, ac triumphator Justinianus Imperator, & Consul Belisarius, Wandalici, Africani, Getique dicuntur. Hæc qui legis, scito me veterum secutum scripta, ex eorum spatio pratis paucos flores collegisse, unde inquirenti pro captu ingenii mei coronam texerem. Nec me quis in favorem gentis predictæ, quasi ex ipsa trahentem originem, aliqua addidisse credit, quam quæ legi, aut compéri. Nec si tamen cuncta, quæ de ipsis scribuntur, aut referuntur complexus sum: nec tantum ad eorum laudem, quantum ejus laudem, qui vicit, exponens.

(2) A. baberent post Deum.
(3) A. Ceteris in pace, & tranquillitate poss. ss.
(4) Garetius forte in laribus, ut in lib. i. Var. Epist. 39. & ita in Ambro.

(5) Garet. al. Ubi Amalasuentia plures dies &c.
(1) Garet. al. Betramum. A. reportavit.
(2) A. nisi.

(3) Garet. al. Evermundum. A. Evermutb.
(4) Garet. al. occiso Theodato Rege, & ita in Amb.

(5) A. cum Hunila dux Gotorum.
(6) A. tandem penè duo (forte leg. dein) millesimo, & trigesimo anno.

(7) A. conjunctus.
(8) A. De quibus post bumatum patris.

(9) A. nullis delebitur etatibus, sed victor.

JORDANIS, seu JORNANDES DE REGNORUM, ET TEMPORUM SUCCESSIONE.

JORNANDES VIGILIO S. D.

Vigilantia vestra, nobilissime Frater Vigili, gratias refiro, quod me perlongo tempore dormientem vestris tandem interrogacionibus excitatis. Deo magno gratias, qui vos ita fecit solicitos, ut non solum vobis tantum, quantum & aliis vigiletis, malecte virtutis, & meriti. Vis enim praesentis mundi cognoscere erunnas, aut quando capitur, vel quid ad nos usque perpeffus est, edoceri. Addis preterea, ut tibi quomodo Respublica capitur, & temuit, totumque penè mundum subegit, & batheus vel imaginarie tenet, ex dictis majorum flosculos carpens breviter referam: vel etiam quomodo regnum à Romulo, & deinceps ab Augusto Octaviano in Augustum venerit Justinianum, quamvis simpliciter, meo tamen pandem eloquio. Licet nec conversatione mea, quod admones convenire potest, nec peritis: tamen ne amici petitionibus obviemus, quoquo modo valimus, latè sparsa collegimus, & prius ab autoritate diuinarum scripturarum, cui & inservire conuenit, incboantes, & usque ad orbis terra diluvium, per familiarum capita currentes, devenimus ad regnum Nini, qui Assyriorum in gente regnans, omnem penè Asiam subjugavit, & usque ad Arbacem Medum: qui destruxit regno Assyriorum in Medos illud convertit, tenuisque usque ad Cyrum Persam: qui itidem Medorum regnum subversum in Persas transiit, & exinde usque ad Alexandrum Macedonem, qui devictis Persis, in Graecorum ditionem Rempublicam demutavit. Post hoc quomodo Octavianus Augustus Cesar, subverso regno Graecorum, in ius, dominationemque Romanorum perdusit. Et quia ante Augustum, iam per septingentes annos Consulum, Dictatorum, Regumque suorum solertia, Romana Respublica nomilla subegit, ab ipso Romulo adscriptare ejus originem sumens, in vicestoquarto anno Justiniani Imperatoris, quamvis breviter, uno tamen, in tuo nomine, & hoc perissimo libello confici, jungens ei altud volumen, de origine, atque Getica gentis, quod jam dudum communis amico Caſtaliu edidisse, quatenus divergarum gentium calamitate comperta, ab omni arumna liberum te fieri cupias, & ad Deum convertas, qui est vera libertas. Legens ergo utrosque libellos, scito quod diligenter mundum semper necessitas imminet. Tu verò ausculta Joannem Apóstolum, qui ait, Carissimi, nolite diligere mundum, neque ea, que in mundo sunt, quia mundus transit, & concupiscentia ejus: quis autem fecerit voluntatem Dei, manet in eternum. Estoque tuto corde diligens Deum, & proximum, ut adimpleas legem, & era pro me, nobilissime, & magnifice frater.

ROmani, ut ait Jamblicus, armis, & legibus exercentes sese, orbem terræ suum fecerunt. Armis siquidem construxerunt, legibus autem conservaverunt. Quod & ego, sequens eruditissimum virum, cùm aliqua de cursu temporum scribere delibero, necessarium duxi opusculo meo velut insigne quoddam ornamentum præponere. Cupio namque ob inquisitiones amici fidelissimi, ex diversis voluminibus majorum prælibans aliquos flosculos, pro captu ingenii mei, in unum redigere, & in modum historiunculae, tam annorum seriem, quam etiam eorum virorum, qui fortiter in Rempublicam laboraverunt gesta strictim, breviterque colligere. Quod quamvis simpliciter reor dictum videri doctissimis, gratum tamen fore existimo mediocribus, dum & brevia sine fastidio legant, & sine aliquo fuco verborum, quæ lectitaverint sentiant. Ab origine etenim orbis, primaque creatione tam hominum, quam elementorum, usque orbis terræ diluvium, secundum veridici legislatoris verba Moysis, duo millia ducentos quadraginta & duos annos collegimus. In quibus annis adhuc rudi, & simplici hominum natura, non Reges, sed familiarum capita in suo genere erant. Quorum tamen ordo hujuscemodi fuit. Adam protoplastus, primusque mortalium, vixit annos CCXXX., & genuit Seth. Seth vixit annos CCV. & genuit Enos. Enos autem vixit annos CLXXX. & genuit Cainan. Cainan autem vixit annos CLXX. & genuit Malalehel. Malalehel vixit annos CLXV. & genuit Jareth. Jareth verò vixit annos CLXII. & genuit Enoch. Enoch verò vixit annos CLXX. & genuit Mathusalem. Mathusalem vixit annos CLXXVII. & genuit Lamech. Lamech quoque vixit annos centum octoginta octo, & genuit Noë. Noë verò sexcentorum erat annorum, quando diluvium mundi crudelissima facinora expiavit. A cuius regimine, vel ab ipso diluvio, usque ad confusionem linguarum, quæ item ob delicta ædificantum turrim facta est in campo Sennaar, & Heber, in quo Hebreorum genus, & lingua prisca remansit, quia nec in illa conspiratione interfuit, sunt anni quingenti vigintiquinque per familias, sic. Arfaxat filius Sem, nepos Noë, qui post diluvium anno secundo est genitus, vixit annos CXXXV. Cai-

A nan verò vixit annos CXXXV. & genuit Sale. Sale autem vixit ann. CXXX. & genuit Heber. Heber quoque vixit annos CXXX. & genuit Falech. A confusione verò linguarum, & primatu Heber, à quo Hebrei, & usque nativitatem Abræ, quando & primus Rex in gente regnabat Assyriorum Ninus, anno regni sui XLII. suprascriptâ familiarum serie, currentes fiunt anni quingenti quadraginta unus. Sic Falech vixit annos CXXX. & genuit Ragan. Ragan vixit annos CXXXII. & genuit Saruch. Saruch autem vixit annos CXXX. & genuit Nanchor. Nanchor verò vixit annos LXXIX. & genuit Thare. Thare quoque vixit annos LXX. & genuit Abram. Simul ergo ab Adam, usque ad nativitatem Abræ, idest, ab ortu mundi, usque quadraginta secundum annum Regis Assyriorum Ninus, ut supra diximus, per familias, capitaque eorum sunt generationes viginti. Anni autem MMMCCCXVIII. Unde jam relictae familiis, Regum seriem prosequamur: & sicut Eusebius, seu Hieronymus, primum Assyriorum, deinde Medorum, Persarumque, & Graecorum regnum percurrentes, ad Romanum Imperium quomodo deletum sit, vel quali tempore latius, si Dominus permiserit exequamur.

Origo ergo Regum, regnorumque antiqua, Assyria nobis amplexanda est, in qua primus Ninus Beli filius, urbem sui nominis fabricans Niniven, regnavit annos XLII. ubi à primo anno ipsius Nini, & usque in ultimum annum Thonus Concoloros, quem Regem Sardanapalum appellant, quem occidit Arbaces Medorum. Præfectus, regnum illud transferens in Medos, regnatum est à Regibus XXX. & VI. per annos MCCXL. sic.

1. Ninus Rex Assyriorum post nativitatem Abræ, regnavit annos X.

2. Semiramis uxor Nini annos LXII. Hanc dicunt, quasi Babylonie conditricem, quamvis non legatur, quia condidit, sed quia reparavit. Sub ea Abraham adolescit in Chaldæa.

3. Zameis, qui & Ninias, filius Nini, & Semiramidis annos XXXVIII. cuius trigesimo tertio anno facta est promissio ad Abraham, quum esset annorum LXXV.

4. Arius annos XXX. cuius decimo anno centenarius Abraham genuit filium Isaac.

5. Ara-

5. Aralius regnavit annos LX. Hujus in ultimo regni anno nascuntur gemini Isaac, idest, Jacob, & Esau.

6. Xerxes, qui & Baleus, annos XXX. In hujus regni tempore Jacob germanum fugiens Esau descendit in Egyptum solus, ditarulque cum turba ascendit.

7. Armanitres annos XXXVIII. Jacob à servitate socii Laban recedens, ad patrem revertitur.

8. Belochus annos XXXI. Hoc regnante Joseph adolescens somnia sua fratribus, & patri narravit.

9. Baleus annos LXII. Hujus anno tricesimo Jacob penuria famis descendit in Aegyptum, ibique filium suum reperit præpositum terræ totius Aegypti.

10. Altadas annos XXXII. Hoc regnante Jacob defunctus in Aegyptio, cuius cadaver Joseph cum magno honore locat in terra Chanaan.

11. Maminthus annis XXX. Sub istius regni tempore, moritur Joseph, & Hebreos depri- munt Aegyptii gravissima servitute.

12. Manchaleus annos XXX. & hoc regnante servitus durat in Aegypto Hebreorum.

13. Sperus annos XXX. Hujus regni temporibus ultimis, Ambra ex tribu Levi genuit Moysen.

14. Mamilus triginta annis, & hoc regnante Moses adolescens omnem philosophiam didicit Aegyptiorum.

15. Sparetus annis XL. quo tempore Moyses occiso Aegyptio in terram fugit Madiam.

16. Alcades annos LX. Hujus regni anno octavo Moyses quadringentesimo trigesimo anno re-promissionis populum Hebreorum in signis, & virtutibus educit ex Aegypto, eisque in eculo per annos quadragesima legem exponit.

17. Amyntes XLV. annis. Hujus nono anno moritur Moyses, & Jesus Nave ducatum populo præbet.

18. Belothus annis XXV. sub quo Othoniel Judæus Hebreorum, populum, & sacerdotium continet Finees.

19. Belebaris annis XXX. quo tempore Hebreorum Judex Ajoth, Allophylique infesti omnino Hebreis.

20. Lamprides annis XXXVII. & in hujus regno ipse perdurat Ajoth.

21. Sofares annis XX. & hujus temporibus quamvis senex, tamen adhuc confundit Ajoth, pugnatque cum alienigenis, & vicit adjutus à Deo.

22. Lampares annos XXX. quo regnante Judæis præterat Debora.

23. Pannias annis XLV. sub cujus tempore præfuit Gedeon, qui & Jerobail.

24. Sofarnius annos XIX. sub cujus tempore Thola, & Abimelech Judices erant Hebreorum.

25. Mithreus annis XXIX. sub quo Judæis præterat Jair.

26. Tantanes XXII. annis, cujus sub regno Judices Hebreorum, Hesebon, & Labdon. Nam & ipso tempore Græci Trojam vastaverunt, unde Aeneas fugiens in Italiam venit, & se quoque cum latino Fauni filio, Pici nepote, Saturni abnepote, affinitatis gratia jungens, accepit filia ejus in uxorem Laviniam, unitos Phrygas, Italosque populos nominavere Latinos, & sic deinceps quamvis in pauperrimo regno, locoque angusto, quod dicebatur Agro-laurentum, regnaverunt. Post Latinum Aeneas, & successores ejus, qui & Silvii, Albanique vo-

A cati, pro Albana urbe, & pro posthumo Aenea ejusdem Aeneæ, qui idcirco Silvius dictus est, quia Lavinia post mortem Aeneæ, timens Ascanii invidiam, clam eum in silva generavit, Aeneamque Silvium nominavit. Ante quem, ut superius diximus, Italæ regnatum est, à Jano, Saturno, Pico, Fauno, atque Latino, per annos circiter CLXXX.

27. Teuteus annos LX. sub quo Samson ille ultra fortis fortissimus Judex Hebreorum.

28. Tinnens annos XXX. Hoc regnante anno decimoctavo, Heli Sacerdos, auditio nuncio de morte filiorum, arcâque testamenti ablata, cadens mortuus est.

B 29. Dercilius annos XL. sub quo aliquantum tempus Saül Rex Hebreorum, alias verò Rex David ex tribu Juda constitutus regnavit.

30. Eupales XXXVIII. annis. Hoc regnante anno tricesimosecundo Salomon templum Domini inchoavit, & perfecit singulare in mundo, per annos septem.

31. Laosthenes annos XLV. & hoc regnante Assyriis, Salomon regnat Hebreis, Sadoch verò, & Achias Selonites prophetant.

C 32. Pritiades annis XXX. sub quo jam mortuo Salomone inter Roboam, & Jeroboam regnum dividitur Hebreorum, & alii Judæi, alii dicuntur Israëlitæ.

33. Ofrathæus annis XX. sub isto in parte Judæorum regnat Josaphat, Israëlitarum verò celeri morte Nabad, & Basa, Ela, & Ambri obeuntibus tenebat regimen Achas cum Hiesabel.

34. Ofrathenes annis L. sub quo Joram, Ochozias, & Godolia, & Joas parti Judææ regnabant, Israëli verò Ochozias. Joram, & Jehu principatu unus post alium successerunt.

D 35. Acrajapes annis XLII. sub quo Amasias in Juda regno ascitus obtinet principatum, Israëli verò Joab, & Joas, unus post alium regnat.

36. Thonus Concoloros, quem Græci Sardanapalum nominant, annis XX. sub quo Judæorum Azarias, qui & Ozias Israëlitæ verò Roboam. Regnum verò Assyriorum, post numeros annorum mille ducentorum, & quadragesima finem tantæ diuturnitatis accepit. ad Medosque translatum est. Nam Arbaces Præfectus Medorum, Sardanapalo occiso regnum ejus invasit, & in Medos deuexit.

REGNUM MEDORUM SERIES.

E 1. **A**rbaces Medorum Rex annos XXVIII. sub quo regnabat adhuc Azarias, qui & Ozias, Judæ in parte. In Israël autem post Roboam paucis diebus fuerat Zacharias, rursusque Sellum, quibus successerat, Manaë.

2. So'arinus annis XXX. In Judæ parte regnabat Joatham, Israëlitæ Facee, quando & quintodecimo anno prima Olympias cœpta est numerari. Tunc etenim post innumerabiles, ut ita dicam, Laurenti loci, & Latii Reges Silvios, Albanosque, qui trecentos per annos in parte Italæ regnaverunt, quamvis pauperrimè, Amulius Rex Numitoris fratris sui filium Rheam nomine, quæ & Ilia vocabatur, Vestalem virginem fecerat, quæ gravida inventa, dum scelus suum nititur excusare, à Marte se comprefsam mentita est. Ex qua genitis duabus. geminos Rex exponi præcepit. Quos vagientes meretrix quædam, Lupa nomine, cum audisset, statim tollens ad Faustulum pastorem adduxit.

duxit. Quos Accia uxor ejus nutriens, inter alios pastores conversari edocuit.

3. Madiclus annos XL. quo Medis regnante, Iudeis regnabat Achas, Israëlitis alias Facee, annoque Madicli nono, septima Olympiade, Romulus, ejusque germanus, quos inter pastores enutritos diximus, collecta pastorum multitudo, Romanæ urbis ædificia inchoaverunt, suoque de nomine junior, qui germanum premerat, urbem vocari Romam præcepit. Cujus actus, seriemque successorum ejus saltu quodam prætergrediens, externa regna, ut cœpi percurram; ut quum se locus obtulerit, ad eum ordinem redeam, tantum qui legis, adverte, ab origine mundi ad hujus usque magnæ urbis exortum annos fuisse IVMDCL.

4. Caldices annos XIII. sub quo Ezechias filius Achas succedens regnat Iudeis. Nam Israëlitarum gentes supradicti Madicli quinto-decimo anno, à Salmanassar Chaldaeorum Rege, Medorum sunt montibus transductæ captivæ, postquam regnassent in Samaria annos CCL.

5. Deloces annos LIII. Hujus tempore primo Hebræorum ex Juda Manasses ductus captivus, & ferreis vinculis illigatus, fertur poenitentiam egisse. Cujus & canticum poenitentiae legitur. Postea verò reversus in regno suo, successorem reliquit filium suum Ammon.

6. Fraortes annos XXIII. sub quo Josias Rex Iudeorum, qui lucos succidit, & gentium idola de suo regno abjecit, Deumque coeli integrè coluit.

7. Cyaxares annos XXXII. sub quo Iudeis regnat Joachim, cui successit Heliachim, qui & Joachim, alterque & Joachim primò adhuc Cyaxare vivente successit, in quo & finis regni evénit.

8. Astyages annos XXXII. Hujus anno octavo Iudei de Hierosolyma captivantur à Nabuchodonosor Rege. Sic regnum Medorum, quod per annos CCLVIII. duravit, destructum est, & in Persas translatum, quia Cyrus Rex Persarum, Darius Medorum, filius suprascripti Astyagis, parentelâ conjuncti, nepos, avunculusque fuerunt: irruentesque super Balthasar ab nepotem Nabuchodonosor, Regem Babylonie, idest, Chaldaeorum regnum ejus pervadunt; mortuoque Dario, Cyrus & suum, idest, Persarum, & affinis sui Darii, hoc est, Medorum, cum illo quod captivaverat, tertio regno obtinuit. Post is admodum gentem Persarum elevavit. Quæ gens à Cyro prædicto, & usque ad Darium filium Arsami, regnat per annos plus minus CCXXX. & sic ad Græcos devenit, post Reges XIV. Persarum de gente.

REGNUM MEDORUM IN PERSAS TRANSLATUM.

1. Cyrus Persa annos XXXII. Hic ferè quingenta millia Iudeorum laxata captivitate regredi fecit in Iudeam: qui constructo altari, templi fundamenta jecerunt. Quumque à vicinis gentibus impediretur opus, usque ad Darium remansit imperfectum.

2. Cambyses annos VIII., & sub isto opus impeditum à vicinis consistit, nec ædificatur.

3. Magi duo fratres regnant mensibus VIII.

4. Darius annos XLVI. cuius secundo reædificatum est templum à Zorobabel, & Jesu filio Josedech quingentesimo duodecimo anno post primam Salomonis ædificationem, ab Adam verò plus minus IVMDCCCCXXX.

A 5. Xerxes deinde filius Darii annis XX. regnavit Persis, Medis, atque Chaldaeis.

6. Artabanus menses VII.

7. Artaxerxes, qui Macrochir ducebatur, annos XL.

8. Xerxes menses duos.

9. Sogdianus menses VII.

10. Darius cognomento Nothus annos XVIII.

11. Artaxerxes Mimon Darii, & Parisades filius annos XL. Ipse est ab Hebræis qui dicitur Asuerus, sub quo liber Hester consecutus est.

12. Artaxerxes, qui & Ochus annos XXVI. Hic etenim Sidonem subvertit, Ægyptumque suo subegit imperio, Syriamque cunctam invasit.

13. Arses filius Ochi annos IV. sub quo Iudas Maximus, & insignis Pontifex Iudeorum.

14. Darius filius Arsami annos VI. Hunc Alexander Magnus Macedo occidit, regnumque ejus in suum rededit dominium, qui Alexandriam in suo nomine condidit, ubi regnatum est à Regibus Græcorum per annos CCXCVI. sic.

REGUM GRÆCORUM SERIES.

1. A Lexander Magnus post mortem Darii annos VI.

2. Ptolemæus Lagi filius annos XI. Hic iterum gentem Hebræorum captivam ducit in Ægyptum.

3. Ptolemæus Philadelphus annos XXVIII. Hic captivitate Iudeorum relaxata, muneribusque Eleazaro Pontifice Iudeorum placato, diuinæ Scripturas per septuaginta interpretes ex Hebreæ lingua vertit in Græcam.

4. Ptolemæus Evergetes annos XXVI. Hujus temporibus Jesus filius Syrach Sapientæ librum scripsit.

5. Ptolemæus Philopator annos XVII. Sub hoc jidem victi Iudei, & sexaginta millia eorum cœsa ab Antiocho Rege Syriæ, quando & Pontifex magnus Onias.

6. Ptolemæus Epiphanes annos XXIX. Hic directo Scopa Principe militiae capit Iudeam; rursusque Scopa superante, Iudeam sibi sociat in amicitiam Antiochus.

7. Ptolemæus Philometor annos XXV. Sub hoc Rege Aristobulus inde Peripateticus Philosophus scripsit commentarios in libros Moysi, & Regi obtulit Ptolemæo. Antiochus agens contra legem Iudeorum multos interemit. Contra quem Judas, qui & Machabæus, armis commovit.

8. Ptolemæus Evergetes annos XXVIII. Hoc regnante Jonatas Dux Iudeorum præclarus, qui cum Romanis, & Spartiatis fœdus initit.

9. Ptolemæus Fista, qui & Soter, annos XVII. Sub hoc Aristobulus Jonathæ filius, Rex pariter & Pontifex constitutus Iudeorum.

10. Ptolemæus, qui & Alexander annos X. quo regnante multa Iudeorum populus tam ab Alexandrinis, quam etiam ab Antiochenibus tolerabat.

11. Ptolemæus, qui à matre fuerat ejectus annos VIII. Iudei tunc regnabat Ameus, qui & Alexander.

12. Ptolemæus Dionysius annos XXX. sub cuius regno Alexandra, quæ & Salina, uxor Alexandri Regis Hebræorum Hierosolymis regnat. Ex cuius ætate Iudeos rerum confusio, & variae clades oppresserunt.

13. Cleopatra annos XXII. qua regnante Iudei

Judæi in amicitiam Romanorum se sociantes corum jam legibus vivunt, quia Pompejus sublato regno ab Aristobulo, Hircanum fratrem ejus prætecerat. Hanc siquidem Cleopatram Romanus ductor suscipiens Antonius, & suo socians lateri, contra cives proprios dimicat. Quem Augustus Octavianus in certam ne superans Actiatico in litore, egit, ut utrique jugales seipso perimerent, regnumque eorum in Romanorum Imperium devenerit, ubi & usque hactenus, & usque in finem mundi secundum Danielis prophetiam, regni debetur successio. Et quidem abhinc Augustalis exoritur potestas, quod animo recondendum est. Augustus Imperator, qui & Octavianus dicebatur, à quo posteri Principes vocati sunt Augusti, tam cives patrios rebelles, quam etiam gentes externas superans, singularem sibi vindicat Principatum, regnans per annos LXII. Hujus quadragesimo secundo Imperii, Dominus noster JESUS CHRISTUS de Sancta Virgine natus, ut verus Deus, ita & verus homo, insignis, & virtutibus admirandis eniuit, anno ab origine mundi VMD. ab urbis autem Romæ conditione anno DCCLV. Et quia Romanorum Regum ordinem, actusque inquirere statuisti, & nos breviter tuis percontationibus respondere sumus polliciti, necessarium est ergo nobis ea interim, quæ ad tempora Augulti Imperatoris dicuntur, omittere, & rursus ad Romanæ urbis primordia repedare, originemque Romuli ejus conditoris expondere, simulque successorum ejus Regum, Consulumque annos, actusque ad liquidum demonstrare, qui sunt hi.

REGUM ROMANORUM SERIES.

Ab origine urbis Romæ, & usque Tarquinium Regem cognomento Superbum, qui expulsus est, numerantur anni CCXLIII. Nam primus ille, & Urbis, & Imperii conditor Romulus, fuit à Marte (ut ipsorum verbis loquamur) genitus, & Rhea Silvia, hoc sese Sacerdos gravidatam confessa est. Nec mox fama dubitavit; quin Amulii Regis Imperio abjectus in aquam profluentem cum Remo fratre, non potuit extingui; siquidem & Tiberis amnem repressit, & relictae catulis lupa secuta vagitum, ubera admovit infantibus, matrisque gesit officium. Sic repertos Faustulus regii gregis pastor tulit in casam, atque educavit. Albatum erat Latio caput, Julii opus; nam Lavinius patris Æneæ contempserat. Abhinc Amulius jam septima soboles regnabat, fratre pulso Numitore, cuius ex filia natus erat Romulus. Igitur statim prima juvenæ face patrum ab arce deturbat, avum reponit. Ipse fluminis amator, & montium, apud quos erat educatus, mœnia novæ urbis agitabat. Gemini erant: ute auspicaretur, & regeret, adhibere placuit deos. Remus montem Aventinum, hic Palatinum occupat. Prius ille sex vultures, hic postea duodecim vidit. Sic victor urbem augurio excitat, plenus spei bellatricem fore, id assuetæ sanguini, & prædæ aves pollicebantur. Ad tutelam novæ urbis, sufficere vallum videbatur: cuius dum angustias Remus increpat, saltu transilivit, dubium an iussu fratris, occisus est. Prima certè victima fuit, munitionemque urbis novæ sanguine suo consecravit. Imaginem urbis magis, quam urbem fecerat, incolæ deerant. Erat in proximo lucus, hunc asylum facit, & statim mira hominum vis, Latini, Tusciique pa-

Tom. I.

A stores, etiam transmarini Phryges, qui sub Ænea, Arcades, qui sub Evandro duce, confluxerant. Ita ex variis quasi elementis congregavit corpus unum, populumque Romanum ipse fecit. Erat verò unius ætatis populus. Viatorum itaque matrimonia à finitimis petita; quia non impetrabantur, manu capta sunt: simulatis quippe ludis equestribus, virgines, quæ ad spectaculum venerant, prædæ fuerunt. Hæc statim causa bellorum, pulsi, fugatiq; Vejentes, Cæninensium captum, ac direptum est oppidum. Spolia insuper opima de Rege Agrone Feretrio Jovi manibus suis Rex reportavit. Sabinis prodita porta per virginem Tarpejam, non dolo, sed puella pretium rei, quod gerabant in sinistris manibus, petierat; dubium clypeos, an armillas. Illi, ut & fidem solverent, & ulciscerentur, clypeis obruerunt. Ita admissis intra mœnia hostibus, atrox in ipso aditu fit pugna, adeò ut Romulus Jovem oraret, fœdam ut suorum fugam sisteret. Hinc templum, & Stator Juppiter. Tandem funeribus intervenere raptæ, laceris comis, sic pax facta cum Tatio, fœdusque percussum. Secutaque res mira dictu, ut relictis sedibus suis, novam in urbem hostes demigrarent, & cum generis suis avitas opes pro dote sociarent. Auctis brevi viribus, hunc Rex sapientissimus statum Reipublicæ imposuit. Juventus divisa per tribus, in equis, & armis, ut ad subita bella excubaret, consilium Reipublicæ penes senes esset; qui ex auctoritate Patres, ab ætate Senatus vocabantur. His ita ordinatis, repente cùm concionem haberet ante urbem, apud Capreæ paludes, è conspectu ablatus est. Discerptum aliqui à Senatu putant, ob asperius ingenium. Sed oborta tempestas, Solisque defectio, consecrationis speciem præbuere. Cui rei mox Julius Proculus fidem fecit, visum à se Romulum affirmans augustiore forma, quam suisset: mandare præterea, ut se pro numine acciperent: Quirinum in cœlo vocari; placitum diis ut gentium Roma potiretur. Successit Romulo Numa Pompilius, quem Curibus Sabinis agentem ultro petiverunt, ob inclytam viri religionem. Ille Sacra, cærenonias, omnemque cultum deorum immortalium docuit: ille Pontifices, Augures, Salios, cæteraque sacerdotia, annumque in XII. menses, fastos dies, nefastosque descripti. Ille Ancilia, atque Palladium, secreta quedam Imperii pignora, Janumque bifrontem, fidem pacis, ac belli, in primis focum Veltæ virginibus colendum dedit, ut ad simulacrum cælestium siderum, custos Imperii flamma vigilaret. Hæc omnia quasi monitu deæ Egeriæ, quo magis barbari acciperent. Eo denique ferocem populum redigit, ut quod vi, & injuria occuparet Imperium, religione, atque justitia gubernaret. Excepit Pompilius Numam Tullus Hostilius, cuius honori, & virtuti regnum ultro datum. Hic omnem militarem disciplinam, atque bellandi instituit. Itaque mirum in modum exercitata juventute provocare ausus est Albanos, gravem, & diu principem populum. Sed quum pari robore frequentibus præliis utriusque comminuerentur, misso in compendium bello, Horatiis, Curiatiisque, trigeminis hinc atque inde fratribus, utriusque populi fata permissa sunt. Anceps, & pulcræ contentio, exituque ipso mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occisis, qui supererat Horatius, addito ad virtutem dolo, ut distraheret hostem, simulat fugam, singulosque, prout sequi poterant, adortus, exsuperat. Sic,

F f

rarum

tarum decus aliis, unius manu parata victoria est, quam ille mox parricidio foedavit. Nam flentem spolia circa se sponsi quidem, sed hostis, sororem viderat, hunc tam immaturum amorem virginis ultus est ferro. Ut audiret leges, nefas: sed abstulit virtus parricidam, & facinus infra gloriam fuit. Nec diu in fide Albanus perstat. Nam Fidenati bello missi in auxilium ex foedere, medii inter duos expectavere fortunam. Sed Rex callidus, ubi inclinare socios ad hostem videt, tollit animum quasi mandasset. Spes inde Romanis, metus hostibus incussus, sic fraus proditorum irrita fuit. Itaque hoste victo, ruptorem foederis Metium Suffetum religatum inter duos currus, perniciibus equis distrabit; Albamque ipsam, quamvis parentem, æmulam tamen diruit; quem prius omnes opes urbis, ipsumque populum Romam transtulisset: prorsus ut consanguinea civitas non perisse, sed in suum corpus redisse rursus videretur. Ancus deinde Marcius, nepos Pompilii ex filia, pari ingenio. Igitur & muro moenia amplexus est, & influenter Urbi Tiberim ponte commisit, Ostiamque in ipso maris, fluminisque confinio posuit coloniam; jam tunc videlicet præfigiens animo, futurum ut totius mundi opes, & commeatus illo velut maritimo Urbis hospitio reciperentur. Tarquinius postea Priscus, quamvis transmarinæ originis, regnum ultro petens accepit, ob industriam, atque elegantiam; quippe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicas artibus miscuisset. Hic & Senatus centum Patrum numero ampliavit, & centuriis tribus auxit, quamvis Actius Nevius numerum augeri prohiberet, vir summus augurio, quem Rex in experimentum rogavit, fierine posset quod ipse mente conceperat? ille, rem expertus augurio, posse respondit. Atqui hoc, inquit, agitabam, an cotem illam secare novacula possem. Et augur, potes, inquit, & secuit. Inde Romanis sacer Auguratus. Neque pace Tarquinius quam bellò promptior. Duodecim namque Tusciæ populos frequentibus armis subegit. Inde fasces, trabeæ, curules, annuli, falerae, paludamenta prætextæ: inde quod aureo curru quatuor equis triumphatur: togæ pictæ, tunicaeque palmatae: omnia denique decora, & insignia, quibus Imperii dignitas eminet, sumpta sunt. Servius Tullius deinceps gubernacula Urbis invadit: nec obscuritas inhibuit, quamvis matre serva creatum. Nam eximiam indolem uxori Tarquinii Tanaquil liberaliter educaverat, & clarum fore visa circa caput flamma promiserat. Ergo inter Tarquinii mortem, admittente Regina, substitutus in locum Regis, quasi ad tempus, regnum dolo partum sic egit industriè, ut jure adeptus videretur. Ab hoc populus Romanus relatus in censum, digestus in classes, Decuriis, ac Collegiis distributus: summâque Regis solertia ita est ordinata Res publica, ut omnia patrimonii, dignitatis, ætatis, artium, officiorumque discrimina in tabulas referrentur, ac sic maxima civitas minimæ domus diligentia contineretur. Postremus fuit omnium Regum Tarquinius, cui cognomen superbus ex moribus datum. Hic regnum avitum, quod à Servio tenebatur, rapere maluit quam expectare; missisque in eum percussoribus, scelere partam potestatem non melius egit. quam adquisierat. Nec abhorrebat moribus Tullia, quæ ut virum Regem salutaret, supra cruentum patrem vecta carpento, consternatos equos egit. Sed ipse in Senatum cæ-

A dibus, in plebem verberibus, in ottimes superbiam, quæ crudelitate gravior est bonis, graffatus, quum sævitiam domi fatigasset, tandem in hostes conversus est. Sic valida Latii oppida capta sunt, Ardea, Oriculum, Gabii, Suevia, Pometia. Tum quoque cruentus in suos. Neque enim filium verberare dubitavit, ut simulantis transfugam apud hostes hinc fides esset. Quo à Gabiis. ut voluerat, recepto, & per nuncios consulenti, quid fieri vellet; eminentia fortè papaverum capita virgulæ excutiens, quum per hoc interficiendos esse principes vellet intelligi, eâ superbiam sic respondit, ut senserat. Tamen de manubiosis captarum urbium templum erexit. Quod dum inaugurate, cedentibus ceteris diis, (mira res dictu) restiterat Juventas, & Terminus. Placuit Patribus contumacia numinum, siquidem firma omnia, & æterna pollicebantur. Sed illud horrendius, quod molientibus ædem, in fundamentis humaanum caput repertum est. Nec dubitavere cuncti, monstrum pulcherrimam Imperii sedem, caputque terrarum promittere. Tamdiu superbiam Regis populus Rom. perpessus est, donec aberat libido. Hanc ex liberis ejus importunitatem tolerare non potuit. Quorum cum alter ornatissimæ feminæ Lucretia stupravit, matrona dedecus ferro expiavit, Imperium tum Regibus abrogatum. Haec est prima ætas populi Romani, & quasi infantia, quam habuit sub Regibus septem, per annos, ut diximus, CCLIII. quadam fatorum industria tam variis ingenio, ut Reipublicæ ratio, & utilitas postulabat. Nam quid Romulo ardentius? tali opus fuit ut invaderet regnum. Quid Numa religiosius? ita res poposcit, ut rex populus, deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus? bellatoribus viris quam necessarius, ut acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? ut Urbem coloniæ extenderet, ponte jungeret, muro tueretur. Jam vero ornamenta Tarquinii, & insignia, quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatem? Actus à Servio census quid efficit, nisi ut ipsa se nosset Romana Respublica? Postremò Superbi illius importuna dominatio non nihil, imò vel plurimum profuit. Sic enim effectum est, ut agitatus injuriis populus, cupiditate libertatis incenderetur, mutataque regali dominatione, ad Consulum infulas se conferret, qui bini annis singulis Rempublicam gubernantes, sequenti anno ab aliis venientibus succedebantur, scientesque se annis tantum singulis præfesse in populo, erga alios agebant qualiter eos erga se acturos postea cupiebant. Qui ordo usque ad Augustum Cæsarem obtinuit privilegium, per viros nongentos quindecim in annis CDLVIII. Novem siquidem annis, sine Consulibus, sed tantum sub Tribunis plebis fuit, quatuor sine Judicibus. Nam post exactos Reges annum unum quinis diebus, singulis diebus singuli Senatorum Rempublicam obtinuerunt, & tunc duobus creatis Consulibus, Bruto, & Collatino, in posterum usque ad Pansam, & Hirtilium servaverunt per annos prænotatos. Et quia omnium Consulum nomina, actusque conscribere, & mihi tedium, & tibi, qui legis, fastidio fore præcavi, aliqua exinde prælibans, multa superedi, quod pœnè nonnullis jam usurpatum esse, breviatumque opus cognovi.

ADME

ADMINISTRATIO REIPUBLICÆ
PER CONSULES.

IGitur primi Consulum Brutus, & Collatinus, quibus ultiōnem sui matrona moriens mādaverat. Populus Romanus ad vindicandum libertatis, ac pudicitiae decus quodam quasi instinctu deorum concitatus, Regem repente destituit, bona diripit, agrum Marti suo consecrat, Imperium in eisdem libertatis suæ vindices transfert, mutato tamen, ut diximus, & jure, & nomine, quippe ex perpetuo annum placuit, ex singulari duplex; ne potestas solitudine, vel mora corrumperetur: Consulesque appellavit pro Regibus, ut consulere civibus suis debere meminissent. Tantumque libertatis novæ gaudium incesserat, ut vix mutati status fidem caperent, alterumque ex Consulibus Lucretia maritum, tantum ob nomen, & genus regium, fascibus abrogatis, Urbe dimitterent. Itaque substitutus Valerius Publicola summo studio usus est ad augendam populi majestatem. Nam & fasces ei pro concione submisit, & jus provocationis adversus ipsos dedit: &, ne species arcis offenderet, eminentes ædes suas in plana submisit. Brutus verò favori civium etiam domus suæ clade, & parricidio velificatus est, quippe quum studere de revocandis in Urbem Regibus liberos suos comperisset, protraxit in forum, & in concione media virginis cecidit, securique percussit: ut planè publicus parens, in locum liberorum adoptasse sibi populum videretur. Liber jam hinc populus Romanus prima adversus exterios arma pro libertate corripuit, pro finibus mox, deinde pro sociis; tum pro gloria, & imperio, laceffentibus assidue uisqueque finitimis: quippe cum patrii soli gleba nulla esset, sed statim hostile pomarium, mediusque inter Latiū, atque Etruscos, quasi in quodam bivio collocatus, omnibus portis in hostem incurreret; donec quasi contagione quadam per singulos itum est; & proximis quibusque correptis totam Italiam sub se redigeret. Nam Porsena Rex Etruscorum ingentibus copiis aderat, & Tarquinios manu reducebat. Hunc tamen, quamvis & armis, & fame urgeret, occupatoque Janiculo in ipsis Urbis faucibus incubaret, sustinuit, repulit: novissimè etiam tanta admiratione perculit, ut superior, ultro cum pœnè victis amicitiae foedera feriret. Nam Mucius Scevola Romanorum fortissimus Regem per insidas in castris ipsius aggreditur, sed ubi, frustrato circa purpuratum ejus illato iectu, teneretur; ardentibus mox focis intulit manum, terroremque geminat dolo. En, ut scias, inquit, quem virum effugeris, idem trecenti juravimus: cum interim (immane dictu) hic interritus, ille trepidaret, tanquam manus Regis arderet. Sed ne sexus quidem muliebris altera laude cessaret, ecce & virginum virtus, una ex obsidibus Regi data, elapsa custodiâ, Cloelia, per patrum flumen equitabat. Rex quidem tot, tantisque virtutum territus monstris, valere, liberosque esse jussit. Tarquinii tamdiu dimicaverunt, donec Aruntem filium Regis manu sua Brutus occidit, superque ipsum vulnere mutuo exspiravit, planè quasi adulterum ad inferos usque sequeretur. Nec secus Latini Amulio Tusculano duce apud Regilli lacum expugnantur, vincuntur, atque subjiciuntur. Oriculum, atque Corniculum, Soraque, & Alsium, eorum urbes captæ, pro-

Tom. I.

A vinciaque effecta. De Verulis, & de Bovillis pudet; sed triumphavere Romani. Tibur nunc suburbanum, & æstivæ Prænestine deliciæ, nuncupatis in Capitolio votis petebantur: idem tunc Fesulæ, quod Carræ nuper: idem nemus Aricinum, quod Herculis saltus; Fregellæ, quod Cæsarea; Tiberis, quod Euphrates. Coriolos quoq; (proh pudor!) devictos adeò glorię fuisse, ut post captum oppidum Gnæus Marcius Coriolanus, quasi Numantia, aut Africa nomini Rom. induceretur. Extant & de Antis spolia, quæ Mænius in suggesto fori, capta hostium classe, infixit: si tamen illa classis; nam sex fuere rostratae. Sed hic numerus illis initiis navale bellum fuit. Pervicacissimi tamen Latinorum Æqui, & Volsci fuere, & quotidiani (ut sic dixerim) hostes. Et hos præcipue Titus Quintus domuit, ille Dictator ab aratro; qui obsessa, & pœnè jam capta Manlii Consulís castra egregiâ victoriâ recuperavit. Medium erat tempus forte fementis, quum Patricium virum innixum aratro suo, lictor in ipso ope re deprehendit. Inde in aciem proiectus, ne quid à rustici operis imitatione cessaret, victos pecudum more sub jugum misit. Expeditione finita, rediit ad boves rursus triumphalis agriculta. Fides numinum, qua felicitate! intra quindecim dies cœptum. peractumque bellum: prorsus ut festinasse Dictator ad relictum opus videretur. Pari tenore Vejentes, Falisci, & Fidenates, tunc magno labore devicti sunt. Qui modo etiæ fuerint, non videntur aliquod reliquisse vestigium. Laborat enim annalium fides, ut Vejos, Faliscos, Fidenates fuisse credamus. Galli autem Senones, gens naturâ ferox, moribus incondita, ad hoc ipsa corporum mole, perinde ac armis ingentibus, adeò Romano generi terribilis fuit, ut planè nata ad hominum interitum, urbium stragem, videretur. Hi quondam ab ultimis terrarum oris, & cingente omnia Oceano, ingenti agmine proiecti, quum jam media vastassent, positis inter Alpes, & Padum sedibus, ne his quidem contenti per Italianam bacchabantur. Tunc Clusium Tusciae urbem obsidebant, ubi pro sociis, & foederatis Romanus intervénit, missis ex more legatis. Sed, quod jus apud Barbaros? ferocius agunt; & inde ad certamen cum exercitu conversi Galli Clusio Romanum, quibus ad Alliam flumen cum exercitu Fabius Consul occurrit. Non Cremereæ foedior clades. Itaque hunc diem fatis Roma damnavit. Fuso exercitu, Galli jam mœnibus Urbis appropinquabant, ubi pœnè nulla erant præsidia. Tum igitur sic, ut nunquam aliæ apparuit illa vera Romana virtus. Jam primum maiores natu, amplissimis usi honoribus, in foro coēunt. Ibi devote Pontifice, diis sc Manibus consecrant. Statimque in suas quisque ædes regresli sunt, sicut in trabeis erant, & amplissimo cultu in curulibus sellis sese reposuerunt, ut quum venisset hostis, in sua quiske dignitate moreretur. Pontifices autem, & Flamines, quidquid religiosissimi in templis erat, partim in doliis refossâ terrâ reconderunt, partim imposita plaustris, secum Vejos auferunt: virgines ex sacerdotio Vestæ, nudo pede fugientia sacra comitantur. Tamen exceptis fugientes unus è plebe fertur Albinus, qui depositis uxore, ac liberis, virgines in plaustrum recepit, adeò tunc quoque in ultimis religio publica privatis affectibus antecellebat. Juventus, quam satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio, arcem Capito linii

ffz

lini montis infedit, obtestata ipsum quasi praesentem Jovem, ut quemadmodum ipsi ad defendendum templum ejus occurrisserent, ita ille virtutem illorum numine suo tueretur. Aderant interim Galli, apertamque Urbem adeunt. Ibi sedentes in curulis suis praetextatos senes, velut deos, geniosque venerati, mox eosdem, postquam esse homines liquebat, alioquin nihil respondere dignantes, pari vecordia mactant, facesque tectis injiciunt, & totam Urbem igni, ferro, manibus, solo exequant. Sex mensibus Barbari (quis crederet?) circa montem unum pependerunt, nec diebus modò, sed noctibus quoque omnia experti, cùm tamen Manlius nocte subeuntes, clangore anseris excitatus, à summa rupe dejecit, & ut spem hostibus demeret, quamquam in summa fame, tamen ad speciem fiduciae, panes ab arce jaculatus est: & statu die, per medias hostium custodias, Fabium Pontificem ab arce dimisit, qui solempne sacrum in Quirinali monte conficeret: atque ille per media hostium tela in columis religionis auxilio rediit, propitiosque deos renunciavat. Novissime cùm jam obsidio sua Barbaros fatigasset, mille pondo auri recessum suum venditantes, subito aggressus à tergo Camillus cecidit, ut omnia incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Igitur pastorum quondam casa, Urbs enituit, & post servatam à Manlio faciem, restitutamque à Camillo, acrius etiam, vehementiusque in finitos surrexit. Nec tamen contenti Romani, suis eos mœnibus expulisse, quum per Italiam naufragia sua latius traherent, sic persecuti sunt ductante Camillo, ut hodie nulla Senorum vestigia supersint. Semel apud Anienem trucidati, quum singulari certamine Manlius aureum torquem Barbaro inter spolia detraxit, unde & Torquatus est dictus. Item in Pomptino agro, quoniam simili pugna Valerius, insidente galeæ sacro alite adjutus, retulit spolia, dictusque est ipse Corvinus. Necnon tamen post aliquot annos, omnes reliquias eorum in Etruria ad lacum Vadimonis Dolabella delevit, ne quis extaret ex ea gente, qui incensam à se Romanam urbem gloriaretur. Conversoque à Gallis Torquato. Latini experti sunt, & devicti. Indeque Sabini, qui eorum belli socii, ductante Tatio, extitissent, à Curio Dentato subjecti, eorumque loca à Baranio fonte, Adriatico tenus mari, igni, ferroque vastata, tantaque Romano populo additæ opes, ut nec ipse posset estimare qui vicerat. Precibus deinde Campaniæ motus, non pro se, sed pro sociis Samnitas invadit. Omnia namque non modò Italæ tantum, sed pænè toto orbe terrarum pulcherrima Campaniæ plaga est. Nihil mollius cœlo: denique bis floribus vernat. Nihil uberior solo, ideo Liberi, Cererisque certamen dicitur. Nihil hospitalius mari. Hic ille nobilis portus Cajeta, Misenus, tepentes fontibus Bajæ, Lucrinus, & Avernus, quædam maris ostia. Hic amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Massicus, & pulcherrimus cunctorum Vesuvius, Ætnæ ignis imitator. Urbes ad mare, Formiæ, Cumæ, Puteoli, Neapolis, Herculaneum, Pompeji, & ipsa caput urbium Capua, quondam inter tres maximas. Romam, Carthaginemque, numeranda. Pro hac urbe, & his regionibus, Populus Romanus Samnitas invadit: gentem, si opulentiam quereras, aureis, & argenteis armis, & discolori veste, usque ad ambitum armatam: si fallaciam, saltibus ferè, & montibus grassatam: si rabiem, ac furorem, sacris legibus, humanisque

- A hostiis in exitium Urbis agitatum: si pertinaciam, sexies rupto foedere, cladibusque, animosiorum. Hos tamen quinquaginta annis per Fabios, ac Papyrios patres, eorumque liberos, ita subegit, & domuit, ita ruinæ ipsas urbium diruit, ut hodie Samnum in ipso Samnio requiratur, nec facile appareat materia quatuor & viginti triumphorum. Maximè tamen nota, & illustris apud Caudinas Furculas ex hac gente clades, Veturio, Posthumioque Consulibus, accepta est. Cluso per insidias intra eum salutem exercitu, unde non posset evadere, stupens tanta occasione dux hostium Pontius, Herrenium patrem consuluit, num illos sub jugum mitteret, an occideret. Sapienter, ut senior, suaferat. Hic armis exutos mittere sub jugum maluit: ut nec amici forent beneficio, & post flagitium hostes magis. Itaque & Consules statim magnifice voluntaria deditio turpitudinem foederis dirimunt, & ultionem flagitans miles, Papyrio Duce, horribile dicū, strictis ensibus, per ipsam viam ante pugnam fuit, & in congressu arsisse omnium oculos hostis auctor fuit. Nec prius finis cædibus datum, quā jugum sibi promissum Romani, & Duci Samnitum, & hostibus reposuerunt. Haec tenuis cum singulis gentibus certatum est: mox acerbatim, sic tamen quoque par omnibus fuit. Etruscorum duodecim populi, Umbri in id tempus intacti, antiquissimus Italæ populus Samnitum, & reliqui, in excidium Romani nominis repente conjurant. Erat terror ingens tot simul, tantorumque populorum, latè per Etruriam infesta quatuor agminum signa volitabant. Ciminius interim saltus in medio, ante invius planè, quasi Calidonius, vel Hercynius, adeò terrori erat, ut Senatus Consuli denunciat, ne tantum periculi ingredieretur. Sed nihil horum terruit Duce, quin fratre premisso exploraret accessus. Ille per noctem pastorali habitu speculatus omnia, resert torum iter. Sic Fabius Maximus periculosisimum bellum sine periculo explicuit. Nam subito inconditos, atque palantes aggressus est: captisque superioribus jugis, in subiectos suo jure detonuit, ea namque species illius fuit belli, quasi in terrenas è cœlo, ac nubibus tela jacerentur. Nec tamen incruenta illa victoria; nam oppressus in sinu vallis alter Consulum Decius, more patro devotum diis Manibus obtulit caput, solemnemque familie suæ consecrationem in victoriæ pretium redegit. Necdum Etrusco bello exemplo, mox sequitur Tarentinum, unum quidem in nomine, sed multiplex in victoriis. Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos, & caput belli Tarentinos, idest totam pænè Italiam, & cum his omnibus Pyrrhum Regem, Epirotarum, Græcum Regem, unâ velut ruina pariter involvit; ut eodem tempore, & Italiam consumaret, & transmarinos triumphos auspicarebatur. Tarentus Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quondam, & Apuliæ, totiusque Lucaniæ caput; cum magnitudine, & muris, portuque nobilis, tum mirabili situ: quippe in ipsis Adriæ maris saucibus posita, in omnes terras, Histriam, Illyricum, Epirum, Achajam, Africam, Siciliam, vela dimittit. Imminet portu ad prospectum maris positum theatrum: quod quidem causa miseræ civitati, & caput fuit omnium calamitatum. Ludos fortè celebabant, cùm ad remigantem litori Romanam classem vident: atque hostem rati, emicant sine discrimine, & insultant. Qui enim, aut unde Romani, non satis norant. Aderat sine moraque-

querelam ferens legatio. Hanc quoque fodè per obscenam, turpemque dictu contumeliam violant : & hinc bellum. Sed apparatus horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis consurgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus, qui semigræcam ex Lacedæmoniis conditoribus civitatem vindicaturus, cum totis viribus Epiri, Thessaliz, Macedoniz, incognitusque in id tempus elephantis, mari, terra, viris, equis, armis, addito insuper ferarum terrore, veniebat. Apud Heracleam, & Campanæ fluvium Lirim, Lævino Consule prima pugna facta est, quæ tam atrox fuit, ut Ferentane turmæ Præfectus Obsidius invictus in Regem turbaverit, coegeritque projectis insignibus prælio excedere. Actum erat, nisi elephanti converso inspectacula procurrissent bello, quorum cum magnitudine, tum deformitate, & novo odore simul ac stridore consternati equi, cùm incognitas sibi belluas amplius quam erant suspicarentur, fugam, stragemque latè dederunt. In Apulia deinde apud Asculum melius dimicatum est, Curio, Fabricioque Consulibus. Jam quippe terror belluarum exoleverat, & Gajus Minucius quartæ legionis hastatus, unius proboscide abscissa, mori posse belluas ostenderat. Itaque, & in ipsas pila congesta sunt, & in tures vibratæ faces, tota hostium agmina ardentiibus ruinis operuerunt. Nec alijs finis cladi erat, quam nox dirimeret, postremusque fuggientium Rex ipse à satellitibus saucus in armis suis referretur. Lucaniæ suprema pugna sub Arusinis, quos vocant, campis, Ducibus iisdem quibus superiùs, sed cum tota victoria exitum, quem datura virtus fuit, casus dedit. Nam proiectis in primam aciem rursus elephantis, unum ex illis pullum adacti in caput teli gravis ictus avertit, qui quum per stragem suorum recurrens, stridore quereretur, mater agnovit, seque, quasi vindicare vellet, exhibuit, quum omnia circa quasi hostilia gravi mole permiscuit, ac sic eadem feræ, quæ primam victoriam abstulerant, secundam parem fecerant, tertiam sine controversia tradiderunt. Nec verò tantum armis, & in campis, sed confiliis, & domi quoque intra Urbem cum Rege Pyrrho dimicatum est. Quippe post primam victoriam, intellecta Romana virtute, statim desperavit armis, seque ad dolos contulit, nam interemptos cremavit, captivosque indulgentius habuit, & sine pretio restituit: missisque legatis in Urbem, omni modo annisus est, ut facto federe in amicitiam recipiteretur. Sed & bello, & pace, & foris, & domi, omnem in partem Romana virtus tum se approbavit. Nec alia magis, quam Tarentina victoria ostendit populi Romani fortitudinem, Senatus sapientiam, Dūcum magnanimitatem. Nec alijs pulchrior in Urbem, aut speciosior triumphus intravit. Ante hunc diem nihil præter pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidisses. Tum autem, si captivos aspiceret, Molossi, Thessali, Macedones, Bruci, Apulus, atque Lucanus: si pompam, aurum, purpura, signa, tabule, Tarentinæque lauticiæ. Sed nihil libentius populus Romanus aspergit, quam illas, quas timuerat cum turribus suis belluas, quæ non sine sensu captivitatis, submissis cervicibus victores sequebantur. Post Tarentinam cladem domiti Picentes, & caput gentis Asculum, à Sempronio Duce, qui tremente inter prælium campo, Tellurem deam promissa ade placavit. Salentini verò Picentibus additi, caputque his regionibus Brundusium cum inclito

A portu, M. Attili Duce, & in hoc certamine, victoris premium templum sibi pastoria Pales ultro poposcit. Postremi Italorum in fidei munere Vulsoni opulentissimi Etruscorum, implorantes opem adversus servos quondam suos, qui libertatem à dominis datam in ipsos exercent, translataque in se Republ. dominabantur. Sed hi quoque Duce Fabio Gurgite poenas dererunt. Domitâ subactaque Italâ, populus Rom. Appio Claudio Consule primùm, freatum ingressus est, fabulosis infame monstris, æstuque violentum. Sed adeò non est exteritus, ut ipsam illam ruentis æstus violentiam pro munere amplectetur, quod velocitas navium juvaretur, statimque, ac sine mora Hieronem Syracusanum tanta celeritate devicit, ut ille ipse prius se victum, quam hostem videret, fateretur. Duellio, Cornelioque Consulibus, etiam mari congregati ausus est. Tum quidem ipsa velocitas classis comparata, victoriaræ auspicium fuit. Intra enim sexagesimum diem, quam cœsa silva fuerat, centum sexaginta navium classis in ancoris stetit, ut non arte factæ, sed quodam munere deorum conversæ in naves, atque mutatae arbores viderentur. Prælii verò forma mirabilis, quum illas celeres, volucresque hostium naves, hæ graves, tardæque comprehendenderent, longè plus illis nauticæ artis, detorquere remos, & ludificari fugâ rostra. Injectæ enim ferreæ manus, machinæque validæ, ante certamen multum ab hoste derisæ, coactique hostes quasi in solido decernere. Victor ergo apud Liparam mersa, aut fugata hostium classe, primum illum maritimum egit triumphum, cuius quodnam gaudium fuit! quum Duellius Imperator non contentus unius diei triumpho, per vitam omnem, ubi à coena rediret, prælucere funalia, & præcinere sibi tibias jussit; quasi quotidie triumpharet. Præ tanta victoria leve hujus prælii damnum fuit alter Consulum interceptus Afina Cornelius; qui simulato colloquio evocatus, atque ita oppressus, fuit perfidiæ Punicæ documentum. Calatino Dictatore, ferè omnia præsidia Poenorum Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Lilybæoque detraxit. Trepidatum est semel circa Camerinensium saltum. Sed eximia virtute Calpurnii Tribuni militum periculo evasimus, qui lectâ trecentorum militum manu, infessum ab hostibus tumulum occupavit; adeoque moratus hostes, dum exercitus omnis evaderet: ac sic pulcherrimo exitu, Thermopylarum, & Leonidæ famam adæquavit, hoc illustrior noster, quod expeditioni tantæ superfuit, & nihil inscripsit sanguine. Lucio Cornelio Scipione, quum jam Sicilia suburbana esset populi Romani provincia, serpente latius bello, Sardinâ adnexâ, atque Corsicâ, transit Olbiam, ibi Caralæ urbis excidio incolas terruit, adeoque omni terra, & mari Poenos fugavit, ut jam victoriæ nihil nisi Africa ipsa restaret. Marco Attilio Regulo duce, jam in Africam navigabat bellum, nec defuerant qui in ipso Punici maris nomine, ac terrore deficerent; insuper augente Manlio Tribuno metum, in quem, nisi paruisse, securi districta irruisset Imperator. Metus mortis navigandi fecit audaciam, mox deinde ventis, remisque properatum est, tantusque terror hostici adventus fuit Poenis, ut aperiæ pænè portis Carthago caperetur. Prima premium belli fuit civitas Clypea. Prima enim à Punico litore, quasi ark. & specula procurrit, & hæc, & trecenta amplius castella vastata sunt.

sunt. Nec cum hominibus modo, sed cum monstribus quoque dimicatum est, quum quasi in vindictam Africæ nata, miræ magnitudinis serpens, posita apud Bragadam castra vexaverit. Sed omnium vixtor Regulus, quum terrorem nominis sui latè circumtulisset, quumque magnam vim juventutis, ducesque ipsos aut cepisset, aut haberet in vinculis, classemque ingenti præda onustam, & triumpho gravem in Urbem præmisisset, jam ipsam belli caput Carthaginem urgebat obsidione, ipsisque portis inhærebat. Hic paululum circumacta fortuna est, tantum ut plura essent Rom. virtutis insignia, cuius ferè magnitudo calamitatibus approbatur. Nam conversis ad externa auxilia hostibus, quum Xantippum illis ducem Lacedæmon milisset, à viro militiae peritissimo Regulus vixsus est, foedaque facta clades, Romanisque usu incognita, nam vivus in manus hostium venit fortissimus Imperator. Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit, nam nec Punico carcere infractus est, nec legatione suscepta, quippe diversa, quām hostis mandaverat, censuit, ne pax fieret, nec commutatio captivorum recipiceretur. Sed nec illo voluntario ad hostes suos reditu, nec ultimo, sive carcere, seu crucis supplicio, deformata majestas. In omnibus admirabilior, quid aliud, quām vixtor de victoribus? itaque quia Carthago non cesserat, de fortuna triumphavit. Populus autem Romanus multò acrior, intentiorque pro ultione Reguli, quām pro victoria fuit. Metello igitur Consule, conspirantibus arctius Poenis, & reverso in Siciliam bello, apud Panormum sic hostes cecidit Rom. exercitus, ne amplius eam insulam aggredi cogitarent. Argumentum ingens victoriæ centum circiter elephantorum captivitas, sic quoque magnas egit prædas, ut gemmam illum non bello, sed venatione cepisset. Appius Claudius Consul non ab hostibus, sed à diis ipsis superatus est, quorum auspicia tempferat, ibi statim classe demersa, ubi ille præcipitari pullos jusserset, quod pugnare ab his vetaretur. Marcus Fabius Buteo classem hostium in Africo mari apud Ægimurum jam in Italiam ultrò navigantem cecidit. Quantusrum triumphus tempestate intercidit cum opulenta præda? Classis adversis acta ventis, naufragio suo Africam, & Syrites, omnium imperia gentium, insularumque litora implevit. Magna clades fuit, sed, non sine aliqua Principis populidignitate interceptam tempestate victoriæ, & triumphum perisse naufragio constat, & tamen, cùm Punicæ prædæ omnibus promontoriis, insulisque fluitarent, populus Rom. & sic triumphavit. Lutacio Catulo Consule, tandem bello finem impositum apud insulas, quibus nomen Ægates. Nec major alias in mari pugna, quippe comeatisbus, exercitu, propugnaculis, armis gravis hostium classis, & in ea quasi tota Carthago, quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta, levis, & expedita, & quodam genere castrensis, ad similitudinem pugnæ equestrīs, sic remis agebatur quasi habenis, & in hos, vel illos ictus mobilia rostra, speciem viventium præferebant. Itaque momento temporis laceratæ hostium rates, totum inter Siciliam, Sardiniamque pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta denique fuit illa victoria, ut de excidendis hostium mœnibus non quæreretur. Supervacuum visum est, in arcem, murosque sœvire, cùm jam in mari esset deleta Carthago. Peraeto quidem bello Punico, nec dum aliquantulum respirato, sequitur Liguricum. Nam

A Ligures hi, imis Alpium jugis adhærentes, inter Varum, Macramque amnem impliciti, dum silvestribus vicitabant, quos pœnè magis fuit invenire, quām vincere. Tuti siquidem locis, & fugâ, durum, atque velox genus, ex occasione latrocinia magis, quām bella faciebant. Itaque cùm diù, multumque eluderent saltu, viis, latebris, Deceates, Oxybii, Euburiates, Ingauni, tandem Fulvius latebræ eorum igni sepfit, Bæbius verò in plana deduxit. Posthumius ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur. Post quos mox Gallis Insubribus, & his Alpium incolis, animi ferarum, corpora plusquam humana erant. Sed experimento deprehensum est, quippe virtus eorum sicuti primo impetu major, quām viorum est, ita sequens minor, quām fœminarum. Alpina corpora humente cœlo educata, habent quoddam simile nivibus suis, cùm mox caluere pugnâ, statim in sudorem eunt, & levi motu quasi sole laxantur. Hi sœpe, & alias, & Viridomaro duce, non priùs posituros se baltea, quām Capitolium ascendisset, juraverant. Factum autem est, & victos eos Æmilius in Capitolo discinxit, & quod dux eorum de Romano milite prædam Marti suo torquem aureum devovisset, intercepit Jupiter votum, & de ejus ipsis Ariobistinis, aliorumque Galorum torquibus aureum trophyum Jovi erexit Flaminius. Rex quoque eorum Viridomarus Romana arma Vulcano promiserat. Aliorum vota ceciderunt. Occiso enim eo, Marcellus tertia post patrem Romulum Feretrio Jovi olimma suspendit. Illyrici autem, idest Veneti, seu Liburni, sub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arsiam, Titiumque flumen, longissime per totum Adriatici maris litus effusi. Hi regnante Teutana muliere, populationibus non contenti, licentiae scelus addiderunt, legatos Romanos, ob ea quæ deliquerant, jure agentes, ne gladio quidem, sed ut viætimas, securi percusserunt: Præfectos navium igni comburunt. Idque quo indignius foret, mulier imperavit. Itaque Gneo Fulvio Centimalo Duce latè dominatur, strictæ secures in Principum colla, legatorum Manibus litavere. Post primum autem Punicum bellum, vix quadriennium requies, ecce alterum bellum, minus quidem spatio, (nec enim amplius decem novem annos tenens) sed adeò cladium atrocitate terribilis, ut si quis conferat damna utriusque populi, similior victo sit populus ille, qui vicit. Urebant nobilem populum mare ablatum, raptæ insulæ, dare tributa, quæ jubere consueverat. Hinc ultionem puer Hannibal ad aram patri juraverat, nec morabantur. Igitur Saguntus in causam belli electa est, vetus Hispanæ civitas, & opulenta, fidei erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum, quam, in libertatem communis fœdere exceptam, Hannibal causas novorum motuum quærens, & suis, & suorum manibus evertit, ut Italiam sibi rupto fœdere aperiret. Summa fœderum Romanis religio est. Itaque ad auditam sociæ civitatis obsidionem, memores iicti quoque fœderis cum Poenis, non statim ad arma procurrunt, dum priùs more legitimo queri malunt. Interim jam novem mensibus fessi fame, machinis, ferro, versâ denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogum, tum desuper se, suosque cum omnibus opibus suis ferro, & igni corrumpunt. Hujus tantæ cladis auctor Hannibal poscitur. Tergiversantibus Poenis dux legationis, quæ, inquit, mora est, Fabius. In hoc

hoc sinu bellum , pacemque porto, utrum eligitis? Succlamantibus , Bellum: Bellum ergo inquit, accipite, & excusso in media Curia rogo gremio, non sine horrore, quasi pleno sinu bellum ferret, effudit . Similis exitus belli initia fuit . Nam quasi has inferias sibi Saguntinorum ultimæ diræ in illo publico parricidio, incendioque mandassent: ita Manibus eorum vastatione Italæ, captivitate Africæ, Ducum, & Regum, qui id bellum gererunt, exitio, parentatum est . Igitur simul se in Hispaniam movit illa gravis, & luctuosa Punici belli vis, atque tempestas, destinatumque Romanis jamdiu fulmen Saguntino igne conflavit, statim quodam impetu rapta medias fregit Alpes, & in Italiam ab illis fabulosæ altitudinis nivibus velut celo missa descendit . Ac primi quidem impetus turbo inter Padum, & Ticinum valido statim fragore detonuit . Tunc Scipione Duce, fatus exercitus: saucius etiam ipse venisset in hostium manus Imperator: nisi protectum patrem praetextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset . Hic erit Scipio, qui in exitium Africæ crescit, nomen ex malis ejus habiturus . Ticino Trebia succedit, hinc secunda Punici belli procella deservit, Sempronio Consule . Tum callidissimi hostes, frigidam, & nivalem diem nacti, quum se ignibus prius oleoque fovisserent. (horribile dictu) homines à meridie, & sole venientes, nostra nos hyeme vicerunt . Thrasimenus lacus tertium fulmen Hannibal, Imperatore Flaminio . Ars nova Punicea fraudis: quippe nebulâ lacus, palustribusque virgultis tectus equitatus, terga subito invasit pugnantium . Nec de diis possumus queri: imminenter temerario duci cladem predividerant infidencia signis examina, & aquilæ prodire nolentes: commissamque aciem fecutus terra tremor: nisi illum horrorem soli equitum, virorumque discursus, & mora vehementius arma fecerunt . Quartum, id est, pñè ultimum vulnus Imperii, Cannæ ignobilis Apulæ vicus, sed magnitudine clavis emerit. & quadraginta millium cæde patrata nobilitatus . Simul in exitium infelis exercitus, Dux, terra, cælum, dies, tota rerum natura consensit . Siquidem non contentus similitudis transfigis Hannibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt: insuper callidus Imperator, in patentibus campis, observatio loci ingenio, quod & sol ibi acerrimus, & plurimus pulvis, & Eurus ab Oriente semper, quasi ad constitutum, ita instruxit aciem, ut Romanis adversus hæc omnia obversis, secundum cælum tenens, vento, pulvere, & sole pugnaret . Itaque duo maximi exercitus cæsi ad hostium satietatem, donec Hannibal diceret militi suo, Parce ferro . Ducum alter fugit, alter occitus est: dubium uter majore animo . Paulum puduit . Varro non desperavit . Documenta clavis, cruentus aliquandiu Aufidus: pons de cadaveribus jussu Duci factus in torrente Vergello: modii duo annulorum missi Carthaginem, dignitarisque equestris taxata mensura . Dubium deinde non erat, quin ultimum illum diem habitura fuerit Roma, quintumque intra diem epulari Hannibal in Capitolio potuerit . (Sic Poenum illum dixisse Mahabalem Hamilcar ferunt) si Hannibal, quemadmodum sciret vincere, sic uti victoriæ scisset . Sed tum quidem illum, ut vulgo dici solet, aut fatum Urbis imperatur, aut ipsius mens mala, & aversi à Carthagine dii, in diversum abstulerunt . Et cum victoria posset uti, frui maluit, reliquaque Româ, Campaniam, Tarentumque

A perrexit, ubi mox & ipse, & ipsius exercitus ardor elanguit: adeò ut verè dictum sit, Capuam Hannibali Cannas fuisse: siquidem invictum Alpibus, indomitumque armis, Campani (quis crederet?) soles, & tepentes fontibus Bajæ subegerunt . Permissum est interim Romanis respirare, & quasi ab inferis emergere . Arma non erant: detracta sunt templis: deerat juventus: in sacramentum militiae liberata servitia: egebant ærarium: opes suas Senatus in medium libens protulit; necnon pariter quod in bullis, cingulisque, & annulis erat, nec quidquam sibi auri reliquerunt . Eques secutus exemplum, imitatæque equitem tribus . Denique vix suffecerunt tabulae, vix scribarum manus, Lævino, Marcelloque Consulibus, quum privatorum opes in publicum referrentur . Quid autem in eligendis Magistratibus, quæ centuriarum sapientia: cùm juniores à senioribus consilium de creandis Consulibus petierunt? Quippe adversus hostem roties victorem, tam calidum, non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consiliis oportebat . Prima redeuntis, & (ut ita dixerim) reviviscens Imperii spes Fabius fuit, qui novam de Hannibale victoriam commentus est, non pugnare . Hinc illi cognomen novum, & Reipublicæ salutare, Cunctator: hinc illud ex populo, ut Imperii Scutum vocaretur . Itaque per Samnum totum, per Faernos, Gauranosque saltus sic maceravit Hannibalem, ut qui frangi virtute non poterat, morâ comminueretur . Inde Claudio Marcello Duce, etiam congregati ausus est: comitus venit, & pepulit è Campania sua, & ab obsidione Nolæ urbis excusit . Ausus est, & Sempronio Graccho Duce per Lucaniam sequi, & terga premere cedentis, quamvis cum (ô pudor) servili pugnaret exercitu, (nam hucusque tot mala compulerunt) sed libertate donatos, de servitute Romanos fecerunt, ô horribilem in tot adversis fiduciam! ô singularem animum, & spiritum populi Romani! tam arctis, afflictisque rebus, ut de tota Italia dubitare debuisset, ausus tamen est in diversa respicere . Quumque hostis in jugulo per Campaniam, & Apuliam volitaret, mediisque de Italia Africam ficeret, eodem tempore, & hunc sustinebat, & in Siciliam, Sardiniam, Hispaniamque divisa per terrarum orbem arma mittebat . Siciliam mandat Marcello, neque diu restitit, tota enī insula in una urbe superrata est . Grande illud, & ante illud tempus invictum caput Syracusæ, quamvis Archimedes ingenio defenderentur, aliquando cessarunt, longè illi triplex murus, totidemque arcæ, portus ille marmoreus, & fons celebratus Arethusæ: nisi quod hactenus profuere, ut pulcritudini victæ urbis parceretur . Sardiniam Gracchus arripuit, nihil illi gentium feritas, insanorumque, nam sic vocantur immanitas montium profuere . Sævitum in urbes, urbemque urbium Caralim: ut gens contumax, vilisque mortis, saltem desiderio patrii soli dormaretur . In Hispaniam verò missi Gnæus, & Publius Scipiones, pñè totam Pœnæ eripuerunt provinciam, sed insidentes Punicea fraudis insidiæ, alterum ferro, castramentum, alterum, quum evasiisset in turrim, cinctum facibus oppresserunt . Igitur in ultionem patris, & patrui missus est cum exercitu Scipio, cui jam grande nomen de Africa fata decreverant, Bellatricem illam, viris, armisque nobilem Hispaniam, illam seminarium hostilis exercitus, illam jam Hannibal's eruditricem (increibile

dibile dictu) totam à Pyrenæis montibus, in Herculis columnas, in Oceanum recuperavit. Eodem quidem die, quo obsessa est Carthago, capta est: nescio citius, an felicius: quād facile, vel una probat, omenque Africanæ victoriæ fuit, quod tam facile victa est Hispaniæ Carthago. Certum est tamen, ad profligandam provinciam maximè profecisse Ducis sanctitatem: quippe qui captivos pueros, puerasque præcipue pulcritudinis Barbaris restituenter, ne in conspectum suum quidem passus adduci, ne quid de virginitatis integritate delibasse saltem oculis videretur. Hæc inter diversa terrarum populus Romanus. Nec ideo tamen visceribus Italæ inhærentem submovere poterat Hannibalem. Pleraque ad hostem defecerant, & Dux acerrimus contra Romanos Italics quoque viribus utebatur. Jam tamen eum, plerisque oppidis, & regionibus excussere Romani. Jam Tarentum tulerant; jam & Capua, sedes, domus, & patria altera Hannibal, tenetebatur. Cujus amissio tantum Poeno duci dolorem dedit, ut deinde totis viribus Romam converteretur. O populum dignum orbis Imperio, dignumque omnium favore, & admiratione hominum, ac deorum! compulsus ad ultimos metus, ab incœpto non destitit, & sua de urbe sollicitus, Capuam tamen non obmisit, sed parte exercitus sub Appio Consule relicta, parte Flaccum in Urbem secuta, absens simul, præsensque pugnabat. Quid ergo miramur, moventi castra à tertio lapide Hannibali iterum ipsos deos restitisse? Tanta enim, ad singulos illius motus, suis imbruum copia effusa est, tantorum ventorum violentia coorta est, ut divinitus hostem submoveri, non à coelo, sed ab Urbis ipsius mœnibus, & Capitolo videretur. Itaque fugit, & cessit, & in ultimum se Italæ recepit sinum, quum Urbem tantum non adortam reliquisset, siquidem ab Hispania Hasdrubal frater Hannibal cum exercitu novo, novis viribus, nova belli mole, veniebat: actum esset proculdubio, si vir ille cum fratre se junxisset. Sed hunc quoque, tantum quod ab Alpe descenderat, apudque Metaurum castrametantem, Claudius Nero cum Livio Salinatore debellat, Nero in ultimos Italæ angulos submoverat Hannibalem: Livius in diversissimam partem, idest, in ipsas nascentis Italæ fauces, signa converterat. Tanto, idest, omni, qua longissima est Italia, solo interjacenti, quo confilio, qua celeritate, Consules castra conjunixerint, inopinatumque hostem collatis signis oppresserint, neque id fieri Hannibal senserit, difficile dictu est. Certè Hannibal re cognita, quum projectum fratris caput ad sua castra vidisset: Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginis. Hæc fuit illius viri, non sine præfigio quodam fati imminentis, prima confessio. Jam certum erat, Hannibalem etiam ipsius confessione posse vinci. Sed tot rerum prosperarum fiduciâ plenus populus Romanus magni æstimabat aspernum hostem in sua Africa debellare. Duce igitur Scipione in ipsam Africam tota mole conversus, imitari cœpit Hannibalem, & Italæ suæ clades in Africa vindicare. Quas ille (dii boni) Hasdrubalis copias fudit? quos Syphacis Numidici Regis equitatus? quæ, quantaque utriusque hostis castra, facibus illatis, una nocte delevit? denique jam non à tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatierat. Sic factum ut inhærentem, atque incubantem Italæ extorqueret Hannibalem. Non fuit major sub

A Imperio Romano dies, quād ille, quum duō omnium, & antea, & postea Ducum maximi Duces, ille Italæ, hic Hispaniæ vīctor, collatis cominus signis, direxere aciem. Sed & colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis, steterunt diu mutua admiratione defixi: ubi verò de pace non convénit, signa cecinere. Constat utriusque confessione, nec melius instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari. Hoc Scipio de Hannibalis, Hannibal de Scipionis exercitu prædicaverunt. Sed tamen Hannibal cessit: præmiumque victoriæ Africa fuit: & secutus Africam statim terrarum orbis. Post Africam jam vinci neminem puduit: sed æquo jure ubique subacti. Primum igitur Lævino Consule Populus Romanus Jonium mare ingressus, tota Græciæ litora, velut triumphante classe peragravit. Spolia quippe Siciliæ, Sardiniae, Africæ, præferebat: & manifestam victoriam, quam nata in prætoria puppi laurus pollicebatur. Aderat sponte in auxilium Attalus Rex Pergamenorum: aderant & Rhodii, nauticus populus, quibus à mari Consul, à terris omnia equis, virisque quatiebat. Bis vīctus, bis fugatus Rex Macedonum: bis exutus castris: quum tamen nihil terribilis Macedonibus fuit ipso vulnerum aspectu, quæ non spiculis, nec sagittis, nec ullo græculo ferro, sed ingentibus pilis, nec minoribus adacta gladiis, ultra mōrem patebant. Enim verò Flaminio duce, ad invios antea populo Romano Chaonum montes, Savumque amnem per abrupta vadentem, & ad ipsa Macedoniae claustra penetratum vīctoriæ fuit. Nam postea nunquam ausus congregi Rex, ad tumulos, quos Cynocephalos vocant, uno, ac ne eo quidem injusto prælio opprimitur. In Numidia tunc amici populi Romani regnabant. Sed Jugurtha contra se bellum movit Romanorum, propter necem Adherbalis, & Hiempsalis Micipsæ liberorum: expugnataque est primùm à Metello Consule, dehinc à Mario Numidia domita. Mauritiam verò Bochoris tuebatur, sed quum collectio omnium Maurorum facta est, Jubas Rex videns quæ pugnæ fuisset offensio, mox superatum se sefenit, veneno hausto defecit: omnisque Mauritania Romanis subacta. Tripolis namque, & utraque Mauritania, Sitifensis, & Cæsariensis, similiter Romano juri, cæterorum formidine tactæ, ultro se subegerunt. Hispanias, quamvis (ut supra diximus) Saguntina clades ab amiciis Romanorum segregasset, Scipio tamen eos tam gratiâ, quam virtute rufus conjunxit Romanis: rufusque resistentes Sylla Consul sedavit. Celtiberos, similiter cum Numantinis adversus Romanos insurgentes, Scipio junior sedavit, compescuit, atque penè subvertit. Cantabri, & Astures, confisi montium suorum munimine, dum resistere moluntur, plenissimè demoliti sunt, & in provinciam redacti. Tarragonenses, Lusitani, Gallæci, Carthaginifii, & Seticani contra promontorium Africæ siti, omnes uno penè prælio superati, & in provincias Romanas descripsi sunt. Epirotæ, qui in Illyrico quamvis cum Pyrrho Rege suo contra Italiam consiprassent, tamen primùm pacem moliti, secundò, ac tertio rebellantes, cum Achivis, & Thessalians edomiti, Romano jugo subacti sunt. Macedonia namque primùm sub Philippo, deinde sub Perseo, tertio sub Pseudophilippo arma contra se provocavit Romana; oppressaque primò Flaminio Consule, secundò à Paulo, tertio à Metello superata, colla submisit, Romana-

manaque provincia facta. Illyriam autem, cum Gentione suo Rege, Macedonibus auxiliantibus vicit Romanorum Lucius Prator, & in provinciam redegit. Dardanos, Mœsiisque Curione primum Proconsule domuit; primusque omnium Romanorum Danubium amnem usque profectus, cuncta ejus loca vastavit. Pannoniarum quoque Regem in certamine superans idem Lucius, redegit in provinciam utrasque Pannonias. Amantinos autem, qui inter Savum, Dravumque flumina infident, Rege eorum interempto, ipsa vice Romanam fecit provinciam. Marcomanni, & Quadi in illa Valeria, quæ inter Dravum, Danubiumque interjacet, ab eodem tunc ductore oppressi, finesque inter Romanos, & Barbaros Augustæ Vindelicæ per Noricum, Mœsiamque dispositi. Daces autem post hæc jam sub Imperio suo Trajanus, Cebulo eorum Rege devicto, in terras ultra Danubium, quæ habent mille millia spatia, in provinciam redegit. Sed Gallienus eos, dum regnaret, amisit: Aurelianusque Imperator evocatis exinde legionibus, in Mœsia collocavit, ibique aliquam partem Daciam mediterraneam, Daciamque Ripensem constituit, & Dardaniam junxit. Illyricus autem cuncta per partes quidem, & membra devicta, ad unum tamen corpus apta est, quæ habet intra se provincias decem & octo: hæ sunt, Norici duæ, duæ Pannoniæ, duæ Valerianæ, Suevia, Dalmatia, Mœsia superior, Dardania, Daciæ duæ, Macedonia, Thessalia, Achaja, Epiros, Prævales, Creta; simul decem octo. Thracias autem non aliter, nisi occasio Macedonici belli, fecit aggredi. Diri namque homines, omniumque gentium ferociissimi sunt Thraces, quorum fævitiam pariter habent, & Scordisci, & Emontii, Asticique, ob quorum immanitatem, Romani multa, & gravia pertulerunt, crebrisque certaminibus exercitus cæsus. Ad postremum à Marco Didio & ipso subacti, & loca eorum in provinciam redacta, jugum excepere Romanum. Nam Marcus Drusus intus eos in montibus eorum contrivit, Minucius in Gebro eorum multos extinxit, & vicit, Rodopeni per Appium Claudiū devicti sunt, & civitates maritimæ Europæ, quæ dudum Romanæ fuissent, & postmodum rebellassent, Marcus Romanis subegit. Lucullus siquidem primus in Thracia contra Bessos pugnans, eos, qui in fortitudine, famaque præbant, devicit, Emontiosque debellans, Pulendenam, quæ nunc Philippolis, & Ustudamam, quæ Adrianopolis vocatur, in Romanorum redegit dominium. Similiter & capiens civitates, quæ litori Pontico inhærebant, idest Apolloniam, Galathon, Parthenopolim, & Tomos Istri, omniaque loca usque ad Danubium subdens, Scythis Romanorum ostendit virtutem. Hactenus ad partes occiduas: nunc quæ in Eoa plaga sunt, percurramus. Primum quidem in Asia locum Romanī hæreditario jure invenerunt; nam Attalus Rex, amicissimus populi Romani, humanis rebus excedens, per testamentum suum Romanos suo in regno hæredes constituit: quod penè non ante Romanus populus adiit, nisi & suo labore vicina loca cepisset, idest Lydiam, Cariam, Hellespontum, utramque Phrygiam. Nam Rhodus opinatissima insula, & totius Adriæ insularum Metropolis, penè cum omnibus Cycladibus arma pertimescens Romana, jamdudum se foederatam populo illi coniunxit, & navalī bello salario condonabat. Cum quibus Servilius Proconsul directus, quasi pi-

Tom. I.

(1) Manlius.

ratico bello, obtinuit tamen Pamphyliam, Lydiā, Pisidiāque devicit, fecitque provincias. Bithyniam verò Nicomedes Rex moriens, testamentali voce reliquit. Gallogræciam autem, idest Galatiam, Syriaci belli ruina convolvit, fuit namque inter auxilia Regis Antiochii. An fuisse cupidus triumphi Manlius, (1) dubium est. Dubiis namque præliis fusi, fugatiisque sunt, quamvis sub adventu hostis sedibus relictis in altissimos se montes recepissent, colonos abegit. Olympum tecti sago, & magaba insederant. Utrumque fundis, sagittisque detracti, in perpetuam se pacem dederunt; sed alligati miraculo quadam fuere, quum catenas mortibus, & ore tentassent, quum effocandas invicem fauces præbuissent. Nam Origagontis (2) Regis uxor à Centurione stuprum passa, memorabili exemplo custodiam evasit, revulsumque adulteri caput ad maritum reportavit. Dejotarum siquidem amicum Senatus præfecit Galatæ; sed post hæc Cæsar eos redegit, provinciamque fecit. Cappadoces quoque sub Epaphra Rege constituti, primū per legatos suos Romanorum amicitias petierunt, deinceps Ariobarzane Rege succedente, & à Mithridate expulso, ultro se Romano servitio tradiderunt, magnamque civitatem suam Mazacam, in honorem Cæsaris Cæsaream appellaverunt. Post hæc iterum sub Claudio Imperatore Rex eorum Archelaus Romanam adveniens, quasi amicus populi Romani, ibique defunctus, testamentali voce Cappadociam Romanis dedit: & sic jam ex integro in provinciam facta est. Pontus à Pompejo devicta, cum suo Rege Mithridate, & facta provincia est. Pa-phalagoniæ Pylæmenes Rex, amicus populi Romani, à multis dum inquietaretur, Romanorum petiit auxilium. Se quoque dum de inimicis ulcisceretur, defunctus, Romanos per testamentum hæredes reliquit. Hactenus intra Taurum, nunc ulterius transgrediamur, & quæ patriæ, aut quibus subjugantibus populo Romano conjunctæ sint, memorabimus. Antiochus Syriæ fortissimus Rex, magnum apparatum belli contra populum Romanum commovit; triginta millia siquidem armatorum, currusque falcatos, quamplures elephantos, innumeros turritos, & instar muralis in acie ordines fitos, cui obviavit Scipio Africani Scipionis frater in Asia ad Magnesiam civitatem, commissoque prælio Antiochus vicitus est, percussumque fœdus cum Romanis, ab Asia discessit, & ultra Taurum ex Senatus consulo regnare permisus est, filiosque ejus in obsidatu Romæ deductos, post patris obitum regnare genitali loco concessum. Cilices cum Isauris piræ effecti, & in mari magna sæpe latrocinia concitantes, à Servilio Proconsule vici, & prostrati sunt, hic quoque Servilius primus Romanorum Tauri jugum pervium fecit, triumphansque de eorum spoliis, Isauricus, & Cilicus vocatus est. Cyprum Cato classe nagera directus invasit. Cyprii negantibus habere se aliiquid, magnas illic opes reperit, proscriptionibusque mulctavit. Quod non ferens Gnosius Rex eorum, veneno hausto semet occidit; & sic Cyprus Romana facta provincia. Libyam, idest, Pentapolim totam à primo illo Ptolemæo Romanis sub libertate concessam, tamen resistentes deinceps, Apionis consilium populo Romano subdidit. Ægyptus omnis ab amicis Romanorum. idest, Lagidis, per Ptolemæos possessa, post hæc Cleopatra, & Antonius, jure proprio vindicantes, & se, & illam (2) edit. Vulc. Orgia Contis uox. Gg amit-

amittunt. Montes verò Armeniæ primū per Lucullum Romana arma viderunt, per quem & Osroëne, & Sarracenorum Phylarchi devicti, Romanis se dediderunt, Mesopotamiamque idem ipse, Nisiben quoque urbem invasit. Post quem Pompejus eadē loca ingrediens, Romano confirmavit Imperio. Syriam Comagenen., justo prælio Tigrane devicto, invaserat. Arabes, & Palæstini, eodem Pompejo ductante devicti sunt. Babylonii autem, crebrò concertantes, sæpenumero victi, nunquam tamen ad integrum domiti sunt; quos tamen primū Lucius Sylla Proconsul sub Arsace eorum Rege devicit, ab eoque rogatus per Legatos, pacem concessit. Secundò dum Lucius Lucullus à Pontico regno Tigranem Regem Armeniæ cum decem & octo millibus superatum expelleret, omni Armeniâ invasâ, ad Mesopotamiam venit, ibi Nisiben cum fratre Regis Parthorum cepit, equa forte Persidem cupiens devastare, nisi Pompejus à Senatu directus, e iadvenisset successor. Hic etenim Pompejus illico veniens, mox nocturno prælio in minori Armenia super Mithridatem irruens, XLII. millia armatorum prostrans, ejus castra succedit. Unde Mithridates cum uxore, & duobus satellitibus fugiens, Bosporum venit, nimiaque desperatione detentus, venenum accepit, sed dum nec sic mors ei accederet, alterum è duobus satellitibus rogavit, ut se perimeret. Pompejus autem in majori Armenia dum persequeretur Tigranem Mithridati contra Romanos auxilium commodantem, ille in Artaxata urbe regno deposito, ultro diadema suum Pompejo obtulit, sed Pompejus pietate ductus, ultra majorem Armeniam ei concessit regnare, auferens ab eo Mesopotamiam, & Syriam, partemque Phœnicis, cum Armenia. Nam Bosporanis, Colchisque Aristarchum Regem Pompejus præposuit, Albanosque insequens, Orodem Regem eorum tertio superavit, ad postremum rogatus pacem concessit. Hibericam similiter cum Artace Rege in ditionem accepit. Sarracenos, Arabasque exsuperans, Hierosolymam inde captivavit. Cum Persis fœdere percusso, revertens, Dafnensem agrum Antiochenis concessit ob nimiam loci amoenitatem pro munere. His, & aliis rebus in Syria benè gestis unius omnia fœdavit avaritia. Nam Crassus Consul, dum Parthico inhiat auro, undecim legiones penè cum suo capite amisit, cuius in conspectu, & filius hostilibus telis confossum, & ipse peremptus, caputque ejus præcismum cum dextera manu, ad Regem reportatum, ludibrio suit, neque indigno, aurum ei liquidum in rictus oris infusum est, ut cuius animus auri arserat cupiditate, ejus etiam mortuum, & exangue corpus auro uteretur. Reliqui verò infelicitis exercitus, quo quenque rapuit fuga, in Armeniam, Ciliciam, Syriamque distracti, vix cladis tantæ nuncium retulerunt. Hac ergo clade altius Parthi animos elevantes, per Pacorum Ducem Syriam invadunt, Ducemque Labinum, quem dudum ceperant, exerciti præponentes, contra socios, idest Romanos, in prælio dirigunt. Sed Ventidius Bassus Persas sub utroque Duce Syriam populantes, superatos effugat, Labinumque interfecit. Pacorum verò regium juvenem telis undique circumseptum extinxit, moxque capite ejus dempto, & circumlato per urbes quæ desciverant, Syriam sine bello recepit. Sic Crassianam cladem Ventidius Pacori capite, Labiniique morte pensavit. Nec sic contentus populus Romanus Crassianum interitum oblitisci, inde adhuc

A sœvit in Parthos; nam Marcus Antonius, in Mediam ingressus, contra eos arma commovit, ibi superans eos, deinde cum duabus legionibus inedia, hyemeque correptus, vix in Armeniam Parthis sequentibus fugit, ibique exceptus est. Sub Augusto dehinc Octaviano Armenii cum Parthis commixti, per Claudium Cæsarem nepotem Augusti oculis superantur. Armenii siquidem utilius rati Romanorum amicitia reconciliari, & proprias sedes incolere, quam cum Parthis conjungi, & sedes perdere, & Romanos infestos habere. Sic quoque dum in partibus orientalium Romanus laborat exercitus, occidua plaga infestæ sunt. Norici in Alpibus Noricis habitantes, credebant quasi in rupes, & nives bellum non posset ascendere; sed mox omnes illius cardinis populos, Brennos, Teutones, Senones, atque Vindelicos, per eundem Cæsarem gladio Romanus vicit exercitus. Quæ tamen fuerit Alpinarum gentium feritas, facile est, vel per mulieres ostendere, quæ deficiuntibus telis, infantes suos afflictos humi, in ora militum adversa miserunt. Nec minore his sœvitia Illyrici pariter acciduntur, contra quos Augustus è vicino egressus, pontem, unde aquam transiret, fieri imperavit, dumque aquis, & hostibus ad ascensum milites turbarentur, scutum ipse rapuit, & viam primus ingressus est. tum agmine secuto, cum subruptus multitudo pons succidisset, fauciis manibus, & cruribus, speciosior sanguine, & ipso periculo augustior, terga hostium cecidit. Pannoni verò, duobus saltibus, tribus flaviis, Drao, Savo, Histroque vallantur, contra quos Duennium misit, qui eos plus feliciter vicit, quam eorum flumina cursu rapido currant. Dalmatae, similiter silvis commandantes, plurimam partem latrocinando vastabant, ad quos edomandos Vibium mandat, qui efferum genus fodere terras coëgit, aurumque è venis repurgare. Mœsiverò quam feri, quam truces erant? unus Dumcum ante aciem postulato silentio, qui vos estis? inquit. Responsum est, Romani, gentium Domini. Et ille, ita fiet, inquit, si nos viceritis. Sed mox ad bellum ventum est, nec classicum audire valuerunt, sic à Marcio superati sunt. Thraces antea sæpe, tunc tamen Rometca regnante, sibi à Romanis desciscunt; nam hic Barbaros, & disciplinæ, & signis militaribus assuefecerat. Sed à Pisone perdomiti, in ipsa captivitate rabiem ostendebant, nam catenas, quibus ligati erant, morsibus vellicantes, feritatem suam ipsi puniebant. Daciam quoque ultra Danubium sitam, exindeque sœpius elatos, gelato Danubii alveo, ad furtu in Pannionam transeuntes, Lentulo misso, vicit, expulit, atque subegit. Sarmatas quoque per eundem Lentulum ultra Danubium pepulit, qui nihil aliud, ubi degunt, præter nives, pruiniasque, & silvas habent, tantaque barbaries in illis est, ut nec intelligent pacem. Marmaridas verò, & Garamantes in orientali hyemali plaga per Quirinum subegit. Germanos, Gallos, Britones, Hispanos, Hiberos, Astures, Cantabros, occiduali axe jacentes, & post longum servitium, descidentes, per se ipse Augustus accedens, rursus servire coëgit, Romanisque legibus vivere. Cleopatra verò Alexandrinorum Regina, ex genere Lagidarum, Ptolemæorumque successor, prius contra viri sui Ptolemæi infidias Cajum Julium Cæsarem interpellavit, qui ob stupri, ut perhibent, gratiam, regnum ejus confirmavit, ipsamque in urbem cum magna pompa deductam, Alexandriæ permisit regnare. Cassius

Cassius Judæa captâ templum spoliavit. Occiso verò in Curia Romæ Cæsare Julio, nepos ejus Augustus suscepit principatum, quem Antonius dum invideret, nihilque lèdere posset, urbem Romanam egreditur, & ad partes Ægypti, quasi Romanæ provisor Reipublicæ, accedit. Ibi jam viduam à viro regnante reperiens Cleopatram, se quoque cum illa consocians, cœpit sibi dominationem parare, nec tacitè; sed patrīz, nominis, togæ, fascium oblitus, totus in monstrum illud, ut mente, ita animo quoque, cultuque desceiverat, aureus in manu baculus, in latere acinaces, purpurea vestis ingentibus obstricta gemmis, diadema deerat, ut Regina, Rex & ipse frueretur. Quod Augustus Cæsar audiens, à Brundisio Calabriæ, in Epirum, ut eum à copta removeret tyrannide, transferat; nam Antonius omne Actiacum litus jam classibus obsidebat; sed mox ubi ad prælium ventum est, & Cæsar's classis illius cœpit turbare navigium; prima mox fugâ Regina cum aurea puppi, veloque purpureo in altum se dedit. Mox secutus Antonius, sed instat vestigiis eorum Cæsar. Itaque nec præparata in Oceanum fuga, nec munita præsidis utraque Ægypti cornua, Parætonium, atque Pelusium profuere. Prope fuere, prope manu tenebantur, primus ferrum occupavit Antonius, Regina ad pedes provoluta, tentavit oculos Dicis, frustra quidem, nam pulcritudo intra pudicitiam Principis fuit, nec illa de vita, quæ offerebatur, sed de parte regni laborabat. Quod ut desperavit à Principe, servarique se triumpho cognovit, incau-tiorem nocta custodiā, in Mausoleum se Regum recepit, ibique maximos, ut solebat, cultus induita, in referto odoribus solio, juxta suum se collocavit Antonium, admotisque ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta est. Hic finis bellorum Augusti Cæsar's, tam cum civibus, quam cum extraneis. Sic quoque Augustus, ut Cæsar Octavianus, quo nullus Imperatorum in bellis felicior, nec pace moderatior fuit, civilissimus in omnibus, qui ab oriente in occidentem, à septentrione in meridiem, ac per totum Oceani circulum, cunctis gentibus una pace compositis, Jani portas ipse tunc clausit, & censem Romæ cum Tiberio cogitans, invenit hominum nonages trecenta septuaginta millia, omnemque orbem, venientis JESU CHRISTI nativitate pacatum, censi præcepit, regnavitque annos quinquaginta sex. Sed Imperii ejus secundo ac quadragesimo anno, Dominus Jesus Christus ex Spiritu Sancto, ac Maria Virgine Deus verus, ac homo verus nasci dignatus est, quatuordecim residuos annos post Domini adventum corporali præsentia, in pace regnans, & ipse singularem obtinuit principatum, & posteris eandem Imperii potestatem cum suo nomine Augusti derelinquens, rebus excessit humanis, successorem relinquens Tiberium privignum suum. Tiberius Augustus Cæsar regnavit annos viginti tres, qui multos Reges ad se blanditiis evocatos, nunquam ad propria regna remisit, in quibus & Archelaum Cappadocum Regem, cuius & regno, postquam defunctus est, in provinciam verò, Mazacam civitatem ejus de nomine suo Cæsaream vocavit. Hujus verò anno XVIII. Dominus noster Jesus Christus sub Pontio Pilato in Judæa carne passus est, non deitate. Caius Cæsar cognomento Caligula, regnavit annos tres, menses decem, (sceleratissimus, ac funestissimus), hic namque Memmum Regulum coëgit, ut uxorem suam sibi lege filiæ conjugem daret,

Tom. I.

A instrumentaque matrimonii ut pater conscriberet, hæc & his similia perpetrans, necnon & in templo Hierosolymitano Jovis statuam per Gajum Petronium statuens, & in Alexandria Judæos per Flaccum Anilium Præfectum opprimens, postremò à protectoribus suis in palatio Romæ occisus est, anno ætatis vigesimono. Claudio dehinc huic succedens regnavit annos tredecim, & menses novem. Fe- cit etiam hic Claudio expeditionem in Britan-niam insulam, quam jam nemo ante Julium Cæsarem, neque post eum quisquam adire ausus fuerat, exercitum duxit, ibique sine ullo prælio, ac sanguine, intra paucissimos dies, plurimam insulæ partem in ditionem recepit. Orchadas autem insulas intra Britanniam in Oceanō positas, Romano adjecit Imperio, ac sexto, quo profectus erat mense, Romam repe-davit, ibique defunctus est annorum sexagin-taquatuor. Nero nepos Caii Caligulæ, regna-vit annos tredecim, menses octo, tantæque luxuriæ fuit, ut frigidis, & calidis lavaretur unguentis. Is etenim non solum quidem non profuit Reipublicæ, imò obsuit nimis; nam duas legiones in Armenia cum ipsa provincia simul amisit, qui Parthico jugo servientes, gravem infamiam Romanis dederunt. Juxta omne sce-lus, & parricidium, quod in propriis paren-tes commiserat, addidit facinus, ut ad instar Trojæ Romam incenderet, manusque injiciens in Christianos, persecutionem concitat, ipsoque Doctores fidei Petrum, ac Paulum in Urbe interemit, alterum cruci affigens, alterum capite plectens. Eoque cum dedecore regno evulso, Galba in Hiberia, Vitellius in Germa-nia, Otho Romæ, Imperium arripuerunt, omnesque tamen celeri interitu interierunt. Vespasianus apud Judæam ab exercitu in re-gnum ascitus, regnavit annis decem; nam reliquo filio suo Tito ad expugnationem Hierosolymorum, ipse Romam proiectus, regnavit in pace. Titus filius Vespasiani, idemque Ves-pasianus, debellator Judææ gentis, regnavit annis duobus, mensibus duobus. Hic namque, secundum Josephi fidem, undecies centena millia Judæorum fame, & gladio interemit, & alia centum millia captivorum publicè vendidit. Tantam autem multitudinem in Hierosolymis paschalis festivitas adunaverat. Domitianus frater Titi, filius Vespasiani, regnavit annos XV. menses quinque, tantæque fuit superbiæ, ut se deum ab omnibus primùm appellari præ-cepérat, multosque nobilium exilio relegans, nonnullosque occidens, de substantiis eorum aureas, argenteasque sibi statuas fecit, manusque in Christianos injiciens, Joannem Aposto-lum, & Evangelistam, postquam in ferventi oleo missum non potuisset extinguiere, in Pathmos eum insulam relegavit, ubi Apocalypsim vidit. Cujus crudelitatem non tolerantes Romani, in palatio Romæ interficere sta-tuerunt; omneque, quod constituerat irritum fecere. Nerva admodum senex regnavit anno uno, mensibus quatuor, qui, ut privatâ vitâ lenis, lenior fuit in regno, nec quidquam profuit Reipublicæ, nisi quòd Trajanum se vivente elegit. Trajanus, penè omnium Imperato-rum potior, regnavit annis XVIII. mensibus VI. Hic enim de Dacis, Scythisque triumpha-vit, Hiberosque, & Sauromatas, Osdroenos, Arabas, Bosporanos, Colchos edomuit, postquam ad feritatem proruperunt. Seleuciam, & Ctesiphontem, Babyloniamque pervasit, & tenuit, necnon & in mari rubro classem, unde

Gg 2

Ia-

India fines vastaret, instituit, ibique suam statuam dedicavit, & post tot labores apud Seleuciam Isauriae profluvo ventris, anno ætatis extinctus est sexagesimo tertio, ossaque ejus in urna aurea collocata, & in foro sub columna posita, solusque omnium Imperatorum intra Urbem sepultus. Adrianus Italicae de Hispania natus, consobrinae Trajani filius, regnavit annos viginti unum. Hic penè nil profuit Reipublicæ, nisi quod dudum subversas Alexandriam, & Hierosolymam propriis reparavit expensis, nonnullisque in locis publica relaxavit tributa. Hierosolymam siquidem suo de nomine Æliam appellans, nulli Judæorum ingredi permisit. Nam claret eum invidum factis Trajani, quia mox ut ei successit, illico nulla necessitate faciente, exercitum ad se revocans, Mesopotamiam, Assyriamque, & Armeniam Persis reliquit, Euphratem fluvium finem, terminunque inter Parthos, Romanosque consti- tuens. Quo regnante, Aquila Ponticus scripturas de Hebræo transtulit. Adrianus morbo apud Bajas quatiente obiit. Antoninus cognomento Pius cum suis liberis Aurelio, & Lucio regnavit annis XXII. mensibus III. Etsi non profuit quidquam Antoninus, nullam tamen læsiōnem Respublica sensit. Defunctus est duodecimo Urbis milliario, in villa sua Loris nuncupata, anno ætatis septuagesimo sexto. Regnavit annis XIX. mense uno. Marcus Antoninus, qui & Verus, & Lucius Aurelius Commodus, affinitate conjuncti, æquo jure Imperium ad- ministraverunt, è quibus junior contra Parthos arma movens, magna egit, & fortia, Seleuciamque urbem eorum cum quadringentis milibus accepit pugnatorum: senior verò, multis sepe bellis interfuit, sèpiusque per Duces suos triumphum revexit maxima de gente Quadrorum, è quibus cum magna gloria triumphavit. Sed unus in Altino apoplexiā pafsus, defunctus est; alter in Pannonia morbo periit. Commodus filius Antonini regnavit annis tredecim, magnumque triumphum de gente revexit Germanica, & post hæc in domo Vestiliā strangulatus defecit. Ælius Pertinax major sexagenario, quum Praefecturam ageret, ex Senatusconsulto Imperator creatus, regnavit menses sex. Hic etenim obsecrante Senatu ut uxori suam Augustam, filiumque Cæsarem appellaret: Sufficere, inquit, debet, quod ego ipse invitus regnavi, quum non mererer. Nimis æquissimus, omniumque communis, quem Julianus jurisperitus in palatio ejus peremit: ipseque postea a Severo occisus est. Severus, genere Afer, Tripolitanus, regnavit annis decem & octo, ultusque est occisionem Pertinacis in Juliano; se quoque Pertinacem appellavit. Hic etenim Parthos, & Adiabenos, contra Romanos insurgentes, mirabiliter superavit. Arabas quoque interiores ita cecidit, ut regionem eorum Romanam faceret provinciam. Sic quoque triumphans, Parthicus, Arabicus, Adiabenicus dictus est. Hoc regnante Samarites quidam Symmachus, Judæorum factus proselytus, item divinas Scripturas ex Hebræo sermone Græca lingua transfludit, suamque condidit editionem, post quem penè tertio anno secutus Theodotion Ponticus, item suam in eodem suo opere editionem Scripturarum composuit. Britannicum bellum exortum; unde Severus mirabiliter triumphavit. Antoninus cognomento Caracalla, filius Severi, regnavit annos septem. Nam ideo hoc nomen natus est, quod ejusmodi vestium genera Romæ

A de manibus erogans, sibi nomen Caracalla, & vesti Antoniniana dederit. Sub hoc iterum editio Scripturarum divinarum, quam Quintam vocamus, in Hiericho in dolio reperta est. Hic etenim Imperator, dum contra Persas movit procinctum, Osdroëne Edessa defunctus est. Macrinus Praefecturam agens Praetorianam, Imperator creatus est, regnavitque anno uno, occiditurque ab Archelaide. Marcus Aurelius, Antonini Caracallæ filius, templique Heliogabalii Sacerdos, Imperator factus. Hujus anno quarto Emmaus in Judæa constructa. & Nicopolis nominata. Tunc & Africanus egregius scriptor temporum, pro ipsa legationem suscepit ad Principem. Sed Imperator, dum nullum genus obscuritatis in regno suo, quod non faceret, prætermittebat, occisus est à tumultu militari, regnavit annis tredecim (*). Alexander Mammæ filius ignobilis fortune existens, adhuc juvenis, regni moderationem suscepit, moxque contra Xerxem Regem Persarum arma arripiens, mirabiliter de Parthorum spoliis triumphavit. Sub hujus item Imperio, in Nicopoli Actiaca, idest Epiro, editio, quæ Sexta dicitur divinarum Scripturarum, in dolio reperita est, ipseque Moguntiaci tumultu occiditur militari. Maximinus genere Gothicus, patre Miocca, Abaquâ Alana genitus matre, sola militum voluntate ad Imperium consendens, bellum adversus Germanos feliciter gessit. Indeque revertens, contra Christianos intestina prælia sextus à Nerone movit, ac vix annos tres regnans, Aquilejæ à Pupieno occisus est. Gordianus, admodum puer Imperator factus, vix regnavit annos sex. Hic etenim, mox ut Romanum ingressus est, illico Pupienum, & Balbinum, qui Maximum occidentes tyrannidem arruerant, occidit, Janumque geminum aperiens, ad Orientem proiectus, Parthis intulit bellum: indeque cum victoria revertens, fraude Philippi Praefecti Praetorii, haud longè à Romano solo interfactus est. Philippus Imperium impudenter ingressus, regnavit annis septem. Hic etenim filium suum, idest Philippum, consortem regni fecit, ipseque omnium Imperatorum primus Christianus effectus est, tertioque anno Imperii sui, festivitatem Romanæ urbis millesimo anno, quem expleverat, celebravit, urbemque nominis sui in Thracia, quæ dicebatur Pulpudena, Philippopolim reconstruens nominavit. Decius è Pannonia inferiore Bubalæ natus, occisis Philippis utrisque, regnavit anno uno, mensibus tribus, armisque in Christianos erectis, ob Philipporum nominis odium, ipse bellantibus Getis cum filio suo crudeli morte occubuit abrupto. Gallus, & Volusianus regnaverunt annis duobus, mensibus quatuor. Hi quum adversum Æmilianum, qui in Mœsia res novas moliebatur, ex Urbe profecti essent, in foro Flaminii interficti sunt, Æmilianus verò tertio mense invasæ tyrannidis extinctus est. Valerianus, & Gallienus, dum unus in Rhetia à militibus, alter Romæ à Senatu in Imperio levarentur, regnaverunt annos XV. Valerianus siquidem in Christianos persecuzione commota, statim à Sapore Rege Persarum capit, ibique servitute miserabili confescit. Gallienus illius exitum cernens, Christianis pacem dedit; sed dum nimis in regno lasciviret, nec virile aliquid ageret. Parthi Syriam, Ciliciamque vastaverunt, Germani, & Alani Gallias deprælantes, Ravennam usque venerunt, Græciam Gothi vastantes, Quadi, & Sarmati Pannonias invaserunt, Germani rursus

E (*) tres.

Hispanias occupaverunt. Idcirco Gallienus Mediolani occisus est. Claudius regnavit anno uno, mensibus octo, qui Gothos jam per XV. annos Illyricum, Macedoniamque vastantes, bello adortus, incredibili strage delevit. Senatus ingenti honore eum decoravit, scilicet ut in Curia ei clypeus aureus, & in Capitolio statua aurea posneretur, occisusque apud Syrmium est. Post hujus mortem Quintilius frater ejus à Senatu Augustus appellatus, XVIII. Imperii sui die Aquileje occisus fuit. Aurelianus Dacia Ripensis oriundus, regnavit annos quinque, menses sex. Qui mox, Tetrico apud Catalauios, prodente exercitu, Gallias recepit, expeditioneque facta ultra Danubium, Gothos magnis pœliis profligavit, cultoresque Divini nominis persequutus est. Odenatus Palmyrenus, ante ipsum collecta rusticorum manu, Persas de Mesopotamia expellens, ipse ea loca invaserat, quo occiso, uxor sua orientis tenebat Imperium: contra quam expeditionem suscipiens Aurelianus, apud Hymmas vicum Antiochiae superavit, Romæque in triumpho vivam perduxit, ac dehinc secundò arripiens expeditionem, inter Byzantium, & Heracleam in Cœnophurrio viæ veteris occiditur. Tacitus regnavit annos sex. Quo occiso apud Pontem, Florianus suscepit Imperium, tenuitque diebus trecentis quinquaginta octo. Similiter & ipse apud Tarlum interfactus est. Probus regnavit annos sex, menses quatuor. Hic enim Gallos, & Hispanos vineas habere permisit. Quo tempore Saturninus Magister militum, dum ad restorationem Antiochenæ civitatis missus fuisset, abrepta ibidem tyrannide, mox oppressus est, & Apamiae interfactus. Ipse quoque Imperator Probus tumultu militari Syrmii in turre, qua vocatur Ferrata, occisus est. Carus cum filiis Carino, & Numeriano, regnavit annos undecim, oriundus Narbonâ Galliæ. Hic admirabiliter penè omni Perside vastata, nobilissimas earum urbes occupavit, Seleuciam, & Ctesiphontem. Bellum Sarmaticum, feliciter superavit. Ipse quoque Carus super Tigrudem amnam dum castrametaret, fulmine ictus occubuit. Numerianus autem oculorum dolentus, dum in lectoria veheretur, socii sui Apri insidiis occisus est, foetor cadaveris vix tertio die agnitus est. Carinus verò apud Margum in pœlio vicitus occiditur. Diocletianus Dalmata, scribæ filius, Imperator elatus, regnavit annis viginti. Hic etenim mox ut in regno elevatus est, illico Aprum in militum concione percussojurans sine suo scelere illum Numerianum interemisse; & mox in consortium suum Maximianum Herculium ascivit. Qui Maximianus rusticorum multitudine oppressa, quos Bagandas dicunt, pacem Gallis reddidit, quo tempore Carausius sumptâ purpura, Britannias occupaverat, Narseus Rex Persarum, Orienti bellum intulerat, Quinquegentiani Africam infestaverant, Achilleus Ægyptum invaserat. Ob quæ Constantius, & Galerius, ac Maximianus, Cæsares assumuntur in regnum, quorum Constantius, Claudi ex filia nepos fuit, Galerius, in Dacia, non longè à Sardica natus; atque ut eos Diocletianus etiam affinitate conjungeret, Constantius privignam Herculii Theodoram accepit, ex qua sex liberos procreavit: Galerius autem Valeriam Diocletiani filiam accepit, uterque pristina matrimonia repudiante. Corporum siquidem gens tunc devicta, & in Romanum solum translata est. Tunc etenim primus omnium Imperato-

A rum Diocletianus adorari se ut deum præcepit, & gemmas vestibus, calceamentisque inferuit; diademataque in capite ante eum omnes, cum chlamyde tantum purpurea, ut à privatis discernerentur, habebant, & ut judices ceteri salutabantur. Assumptâ ergo unusquisque Principum expeditione, Diocletianus, Ægypti tyranno octavo mense devicto, provinciam cunctam subegit: Maximianus Herculius in Africa Quinquegentianos exsuperavit: Constantius, juxta Lingonas una die sexaginta millia Alemaniæ cecidit. Galerius Maximianus, vietus primo pœlio à Narseo, ante carpentum Diocletiani purpuratus cucurrit, quæ verecundiâ compunctus, secundò viriliter dimicavit, superavit Narseum, uxores ejus abegit, ac liberos, & cum debito honore à Diocletiano suscepimus est. Post quam victoriam mirabiliter Diocletianus, & Maximianus Romæ triumpharunt, antecedentibus sibi liberis, uxoribusque Regis Persarum, prædâque illâ ingenti gentium diversarum. Sic quoque concitata persequitione in Christianos, Diocletianus in Capadocia defunctus est. Constantius.

* * * * *

B Julianus apostata regnavit anno uno, mensibus octo, relictaque Christianitate, ad idolorum culturam conversus est, multosque blanda persequitione illiciens, ad sacrificandum idolis compulit. Ipse quidem vir egregius, & Reipublicæ necessarius. Parthis ingenti apparatu intulit bellum. Ubi proficiscens, Christianorum post victoriam sanguinem diis suis votavit. Nonnulla Parthorum oppida in deditioñem accepit, multaque vi populatus est, castraque aliquandiu apud Ctesiphontem habuit, unde egressus, dolo cuiusdam transfugæ in deserta perductus, cum urentis ardore solis confessus periret exercitus, ipse tantorum discriminum anxius, dum per vasta deserti evagatur incautius, ab obvio quodam hostium equite conto ilia percussus interiit, anno ætatis suæ tricesimo tertio. Post quem sequenti die ab exercitu Jovianus ex Primicerio (*) domesticorum in regnum ascitus est. Jovianus regnavit menses octo, qui mox necessitate compulsus, Nisibin, & magnam Mesopotamia partem Sapori Parthorum Regi contradidit, ipseque odore prunarum præfocatus, defunctus est Dadastanæ, anno ætatis tricesimo tertio. Valentinianus, & Valens regnaverunt annis tredecim, mensibus quinque. Nam Pannones erant Cibalienses, utrumque germani. In Nicomedia Tribunatum Valentinianus agebat, qui Imperator creatus, fratrem suum Valentem regni socium assumpit. Ipse verò egregius, & Aureliano similis moribus, nisi quod severitatem nimiam, & parcitatem, quidam crudelitatem, & avaritiam, causabantur. Relicto germano Orientali in regno, ipse Hesperium tenuit. Quo tunc regnante, alter Valentinianus in Britannia tyrannidem assumentis, in continentis oppressus est. Constantinopoli quoque Procopius quidam contra Valentem infurgens, nihilque prævalens, urbe egreditur, & in Phrygiam salutarem tyrannizans, extinctus est, multique partis Procopianæ cæsi, atque proscripti. Valens ab Eudoxio Arrianorum Episcopo suafus, & baptizatus, contra Orthodoxos infestus insurgit. Gratianum filium suum Valentinianus Ambianis Imperatorem constituit, quem habuit de Severa priore jugali, & contra Saxones, & Burgundiones, qui plus octoginta millia armatorum primùm Rheni in limbo castrametassent, movit

(*) Tribuno.

(*) *Parthorum.*

(1) *Arbazenus*. (2) *Marinus*. Hono-

Honorio defuncto, regnum Occidentale invasit, contra quem Placidia creata Augusta, & Valentianus filius ejus Cæsar, diriguntur, quem & dolo potius Alparis, & Artaburis, quam virtute superavit. Occisoque Joanne tyranno, Valentianus Ravennæ Imperator à patruele Theodosio ordinatur, cujus germana Honoria, dum ad aulæ decus virginitatem suam cogere tur custodire, clam missò clientulo, Attilam Hunnorum Regem invitat in Italiam, quumque veniente Attila votum suum nequirit explere, facinus, quod cum Attila non fecerat, cum Eugenio procuratore suo committit; quam ob rem tenta à germano, & in Constantinopolim Theodosio Principi destinata est. Post hæc tertio anno Valentianus Imperator à Roma Constantinopolim ob suscipiendam in matrimonium Eudoxiam Theodosii Principis filiam venit, datâque pro munere socero suo totâ Illyriâ, celebratis nuptiis, ad sua regna cum uxore recessit. Africana provincia per Bonifacium Comitem Wandalis tradita, à Romano jure subtracta est, quia Bonifacius, dum in offensam Valentiniani venisset, malo publico se defendere voluit, invitatoque ab Hispaniis Gizerico Wandalorum Rege, dolum quem conceperat, peperit. Hunnorum Rex Attila, junctis secum Gepidis cum Ardarico. Gothisque, & Walanis, diversisque aliis nationibus, suis cum Regibus, omnem Illyricum, Thraciamque, & utramque Daciam, Mœsiam, & Scythiam, populatus est, contra quem egressus Arnegistius Magister militum, Mœsiæ apud Marcianopolim fortiter dimicavit: eo quoque sub se decidente præventus est; & nec sic quiescens bellare, occisus est. Marcianus Imperator regnauit annos sex, menses sex. Hic enim mox defuncto Theodosio in regno ascitus, Pulcheriam germanam Theodosii, quæ in palatio matura mulier virginitatem servaverat, in matrimonio adsumens, regnum. quod delicati deceffores, prædecefforesque ejus, per annos fere sexaginta vicissim imperantes, minuerant, divina provisione sic reparavit, ut exultatio ingens cunctis accresceret. Nam cum Parthis. & Wandalis omnia infestantibus pacem instituit, Attilæ minas compescuit, Novades, (*) Blēmyesque Æthiopâ prolapsos, per Florum. Alexandrinæ urbis procuratorem sedavit, & pepulit à finibus Romanorum, obitumque Attilæ, & Zenonis Isauri interitum, antequam moreretur, felix comperit, infelicium, omniumque inimicorum suorum colla Domini virtute calcans, sexto anno, sextoque mense regnans, in pace quievit. Valentinianus autem occidentalis Imperator, dolo Maximi Patricii, cujus etiam fraude AEtius perierat, in campo Martio, per Obitlam, & Transistilam AEtii satellites, jam percusso Cerealio (*) spadone, truncatus est. Imperium quoque ejusdem Maximus invasit; tertioque tyrannidis suæ mense membratim Romæ à Romanis disceptus est. Gizericus tunc Rex Wandalorum ab Eudoxia Valentiniani uxore invitatus, ex Africa Romam ingressus est, eâque urbe rebus omnibus expoliata, eandem Eudoxiam cum duabus filiis secum in Africam reduxit. Leo Bessica ortus progenie, Asparis Patricii potentia ex Tribuno militum factus est Imperator. Cujus nutu mox Valentiniani apud Ravennam Majorianus Cæsar est ordinatus, qui tertio necdum anno expleto in regno, apud Derthonam occiditur, locumque ejus, sine Principis jussu Leonis, Severianus invasit, sed & ipse, tyranni-
(*) Nobades.

A dis suæ tertio anno expleto, Romæ occubuit. Tunc Leo Anthemium, divi Marcianni generum, ex Patricio Cæsarem ordinans, Romæ in Imperio destinavit, Bigelemque Getarum Regem, per Ardaburem Alparis filium interemit, Basiliscum cognatum suum, idest fratrem Augustæ Verinæ, in Africam dirigens cum exercitu, qui navalí prælio Carthaginem sæpe aggrediens, ante eam, victus cupiditate, pecuniis vendidit Regi Wandalorum, quam in Romanorum potestatem redegerat. Asparem autem Patricium, cum filiis Ardabure, & Patriciolo, Zenonis generi sui instinctu, in palatio trucidavit, occisoque Romæ Anthemio, Nepotem filium Nepotiani, copulata nepte sua in matrimonio, apud Ravennam per Domitianum clientem suum Cæsarem ordinavit. Qui Nepos regno potitus legitimo, Glycerium, qui sibi tyrannico more regnum imposuisset, ab Imperio expellens, in Salona Dalmatiæ Episcopum fecit. Sic quoque Leo Leonem Juniorem, ex Ariadne filia nepotem suum, in Imperio ordinans orientali, anno sui sextodecimo obiit. Leo junior mox paucis mensibus, quum puerile, ordinanter tamen, rexisset Imperium, manu sua genitorem suum Zenonem coronans, Imperatoremque constituens, rebus excessit humanis. Zenon, natione Isaurus, gener Leonis Imperatoris, regnavit annis decem & septem. Hic etenim dum processibus Chalcedone degereret, subito Verina Augusta socrus sua, fratrem Basiliscum in Imperium inducens, Augustum in Urbe appellavit. Quod comperiens Zenon, Chalcedone sine aliqua Reipublicæ læsione in Isauriam recessit, malens se solum cum Ariadne Augustæ exulare, quam suâ causâ Reipublicæ aliquid ex bellis civilibus incommodum provenire. Quod Basiliscus cognoscens. Zenonisque fugâ letatus, Marcum filium suum Cæsarem ordinavit. Qui perfidiâ Nestorianâ inflatus, multa contra Ecclesiam tentavit protinus agere, sed volente Deo ante inflatus crepuit medius, quam pœnitens stare potuerat. Nam revertens Zenon rursus in regnum proprium, & eum. & patrem, & matrem, in exilium oppidi Slemnii provinciæ Cappadociæ destinavit, ubi, quia charitas Dei, & proximi in illis refixerat, frigore consumpti sunt, vitamque cum regno amiserunt. Parte vero Hesperiae Nepote Imperatore Orestes fugato, Augustulum suum filium in Imperium collocavit. Sed mox, Odovacer, genere Rugus, Thurcilingorum, Scirorum, Herulorumque turbis munitus, Italiam invasit, Augustulumque Imperatorem de regno evulsum, in Lucullano Campaniæ castello exiliis pœnâ damnavit. Sic quoque Hesperium regnum, Romanique populi principatum, quod septingentesimo nono Urbis conditæ anno, primus Augustorum, Octavianus Augustus tenere cœpit, cum hoc Augustulo periit, anno decefforum regni Imperatorum quingentesimo vigesimo secundo, Gothorum dehinc Regibus Romanam tenentibus. Theodericus autem, Triarii filius, cognomento Strabo, Rex Gothorum, à Sciris suis usque ad Apulum quartu urbis milliario armatus advenit. nulli tamen Romanorum noxijs, continuò est reversus. Porrò in Illyricum properans, dum inter suorum moventia plaufra progreditur, jacentis super carpentum teli acumine, pavitantisque equi sui impulsione fixus, transverberatus interiit, & Reipublicæ diem festum morte sua donavit. Walamero Rege Gothorum in bello Scirorum defuncto, Theodemir in regno fratris successit, cum Widimero fratre, & filio Theoderico, sed
(*) Cere alio.
missa

missa forte, Widimero partes Hesperiæ, Theodemiro cum filio Theoderico Illyricum obvenit. Relicta ergo Pannoniæ, alter Italiam, alter Illyricum suscepit populandum; sed utrique Reges, mox ubi sortita loca ingressi sunt, illico rebus humanis excedunt. Widimer Italiam, Illyrico Theodemir relictis filiis decesserunt. Quorum Widimer ab Italicis præmis vicitus, ad partes Galliæ, Hispaniæque, omissa Italiam, tendit: Theodericus verò, Zenonis Augusti pellestus humanitate, Constantinopolim venit, ubi magister militum statim effectus, Consulis ordinari triumphum ex publico dono peregit. Sed quia tunc (ut diximus) Odoacer regnum Italiam occupasset, Zenon Imperator cernens jam gentes illam patriam possidere, maluit Theoderico, ac si proprio jam clienti, eam committi, quā illi, quem nec noverat, secumque ita deliberans, ad partes eum Italiam mittens Romanum illi populum, Senatumque commendat, ovansque Rex gentium, & Consul Romanus Theodericus, Italiam petit, magnisque præliis Odoacrum vicit, & Ravennam in ditione suscepit, deinde verò, acsi suspectum, Ravennæ, in palatio jugulans, regnum gentis suæ, & Romani populi principatum, prudenter, & pacificè per XXX. continuit annos. Ilus autem Isaurus, magister officiorum, & Zenoni Imperatori in privata vita amicissimus, charitateque conjunctus, dum secretò, in detractionem Ariadnes Augustæ, cum ejus viro loquutus est, in zelo Augustum concitavit, qui deliberans eam perimere, uni suorum rem tacitè demandavit, quod dum ille agere ntitur, cuidam cubiculariæ prodit scelus eadem nocte factum. Regina scelus cognovit, suoque in lectulo eādem, quæ rem suggesserat, collocatâ, in Episcopium ad Acacium nemine sciente subterfugit. Postera die Zenon, rem æstimans perpetratam, dum luctum quendam quasi mōrens simulat, neminem suscepit. Acacius Episcopus ingressus, & facti arguit impietatem, veniæque fidem exposcit, Augustamque suspicionis innoxiam compromittit, acceptaque fide, veniæ patione Augusta revertitur, secumque dum crebro deliberat, qua sorte de inimico exigat ultionem, nacta (ut opinata est) opportunitatem, uni suorum mandat in abditis stanti, ut illum à se recentem perimeret, qui parens præceptis Reginæ, dum avidus ferit in capite, ense non cervicem, ut cupiebat, sed aurem illius amputavit, quod periculum evadens Ilus, mox ad urbem recedens, Zenonique infestus, Orientem invasit. Contra quem Leontius directus, pellibus verbis illectus, diadema arripuit, simulque Leontius, & Ilus Reipublicæ inimici effetti, tyranni, in partes Syriæ, & Isauriæ debacchantur, additoque super solito Isauris domino, omnes simul conspirant contra Zenonem, cuius thesauris in Papyrio castello munitissimo repertis, desæviunt. Sed non post multum ab exercitu Zenonis in eodem castello capti, decollati sunt, & capita eorum Constantinopolim allata, præfixaque hastilibus statuerunt. Sic quoque Zenon, superatis inimicis suis, in pace bona quievit. Anastasius, ex Silentario subito ab Ariadne Augusta in Imperio assumptus, simulque Imperator, & maritus innotuit, regnavitque annis viginti septem, mensibus duobus. Contra quem Isauri, dum sibi quod Ilus tyrannus ille adjecerat donativum, & Zenon reconciliationis gratiâ invitum largitus est, ab isto fraudantur, arma arripiunt, consertoque prælio, juxta Cotzianum Phrygiæ civitatem ca-

A strametati, penè per sex continuos annos Reipublicæ adversantur, ubi & Lilingis, eorum & in bello, & in consilio prævius, quamvis peccibus ob corporis debilitatem segnis, eques tam en in bello acerrimus, dum peremptus fuisse, omnes Isauri fugerunt, atque dispersi sunt, & devicti, & per quaquam exilio ablegati, ubesque eorum nonnullæ solo usque prostratae. Variis namque sub Anastasio miles præliis fatigatus, & nunc in Illyrico cum Sabiniano, & Mundone ad Margum, nunc cum Pompejo ad Adrianopolim, nunc cum Aristo ad Zoriam, (*) nunc cum Parthis in Syria, ut omittam intestinas clades, & pugnas in foro regiæ civitatis, ad postremum contra Italiam plus piratico, quā publico Marte concertans, frustratus est. Sed quod sit plus dolendum, contra ultimum suum famulum Vitalianum de Scythia per sex annos civile bellum extruxit. Is siquidem Vitalianus, cum LX. millibus armatorum, tertio penè milliario, non Reipublicæ, sed Regi infestus, accedens, multa suburbana Regiæ urbis prædis, spoliisque attrivit. Contra quem dum Hypatius nepos Cæsar, cum exercitu numero pugnaturus egreditur, ante ab Hunnis auxiliaribus capit, & Vitaliano turpiter venditur, antequam aperto prælio parte adversa se se inimicus ostenderet. Post quem iterum suus gubernator, magisterque militum, sæpe superati, sæpe irrisi ab eo & spreti sunt. Sic quoque diversis partibus inimicorum vallatus agminibus Anastasius, sæpe congreguit, nulliusque tamen meruit inimicorum suorum vindictam audire, sicut nec ipse Ecclesiæ jura servavit, immo mōrens & fuerens, major octogenario ætatis anno, regnique vigesimo & octavo, rebus excessit humanis, contritaque Respublica vix Justino ei succedente aliquantulum respiravit. Justinus, ex Comite excubitorum à Senatu Imperator electus, annos regnavit IX. Qui mox inhiantes regno suo, Amantium præpositum palatii, Andream, & Misaëlem, & Ardaburem Cubicularios, sentiens, affixit. Nam Amantium, & Andream ferro truncavit, Misaëlem, & Ardaburem Perdicam in exilium misit, Theocritum quoque satellitem Amantii, quem idem quoque Amantius ad regnandum clam præparaverat, comprehensum, carcera tumque, faxis, contisque ingentibus cæsum, salsum in gurgitem jecit, sepultum tamen; Imperio, cui inhiaverat, eum privans, foedusque cum Vitaliano percussit, & ad se evocatum, Magistrum militum præsentem, & Consulem ordinarium fecit, quem rursus in suspicione habens prioris facti, sedecim vulneribus in palatio cum Celeriano, & Paulo satellitibus confossum perimit. Hic quoque Imperator, ante quartum mensem obitus sui, senectuti suæ consulens, & Reipublicæ utilitatibus, Justinianum ex sorore sua nepotem, confortem regni, successoremque Imperii ordinans, rebus humanis excessit. Justinianus regnat jam jubente Domino annos XXIV. Qui ut sceptris, genioque ab avunculo suo mancipatus est, mox Parthos bella moventes destinato exercitu compescuit, & fines proprios tutans, Parthorum sæpe multos occidit. Postea vero, facientibus peccatis, in die Sabbati Sancti Paschæ inito certamine, exercitus, & non ducis instinctu, in fluvio Euphrate, fugiens Parthos, Romanus numerosus ruit exercitus; Illyricumque sæpe ab Herulis, Gepidisque & Bulgaris devastatum, per suos judices frequenter obstitit vi, subterque cecidit. Post hæc Hypatium Pom-
(*) Zortam.

pejumque regni sui insidiatores, coadunata manu civili Circum ingressos, & Hypatium torque aureo redimitum pro diademate, locaque Imperatoris jam occupantem, Pompejum vero sub chlamyde loricatum, & jam palantium invadentem, utrumque detentum, ante fores palati captum, catenatumque discussit, amputatisque eorum capitibus, ante eos fecit Imperium perdere, quam haberent, sociisque eorum, qui evaserant hac cede, proscriptis, veluti grandi hoste prostrato de manubiis triumphavit. Eodemque anno, post diurnum, immanemque belli laborem, quod contra Parthos Romanorum fuissest gestum sudoribus, per Rufinum Patricium, perque Hermogenem Magistrum officiorum, & utrumque legatum directum ad Principem, pax depacta est, foedusque initum, & munera ab utroque Principe sibi invicem destinata. Mox quoque soluto de orientali parte exercitu, eundem ductorem, quem dudum Orienti transmisserat, elegit Belisarius, & numerosos, fortissimosque milites deputans, ad australem plagam contra Vandilos mittit; qui favente Deo, qua venerat facilitate, ea celeritate Wandilos superavit, Libyamque ad corpus totius Reipubl. jungens, Gelimerem Regem, opesque Chartaginis, in urbe Regia Principi spectante populo obtulit. Cujus nutu remuneratus, Consulque ordinarius mox designatus, de manubiis Wandilicis Belisarius triumphavit. In Italia verò, Theoderico Rege defuncto, Athalaricus nepos ejus, ipso ordinante, successit, & annos octo, quamvis pueriliter vivens, matre tamen regnante Amalasuentha, degebat: quando & Gallias, diutentatas, (*) Franci repetentibus reddidit. Mortuoque Athalarico, mater sua, Theodahatum confobrinum suum regni sui participem faciens, non post multum ipso jubente occisa est. Et quia dudum se, suumque filium commendaverat Principi Justiniano, is mortem ejus audiens doluit, nec passus est inultam transire, sed mox eundem ducem bellum, qui Pœnorum dominator fuit, & de opibus Wandilicis triumphans adhuc in fascibus erat, agmini diversarum præponens nationum, ad partes Hesperias destinavit, qui primo accessu mox Siciliam pervadit, duce ejus Sinderich superato, ubi dum aliquantum temporis ob ordinandam patriam resideret, comperit in Africa civilia bella, intestinaque prælia debacchari. Nam Stozas, penè ultimus militum, & Martini clientulus Magistri militum, tyrannidem arripiens, auctorque seditionis effectus, Cyrrillo, Marcelllo, Fara, aliisque diversis judicibus dolo peremptis, in ducem Salomonem sæviebat, totamque Africam tyrannico ritu vastabat. Emenio ergo Belisarius à Sicilia in Africam pelago, solita felicitate rebelles fugat, provinciam liberat, Salomonemque rursum Carthagine collocans, Siciliam reddit. Ubi mox Eurimund, Theodahati Gothorum Regis gener, qui contrarius cum exercitu venerat, cernens prosperitatem Consulis, ultro se dedit ad patres victoris, oravitque, ut jam anhelanti suo adventu suspectæ subveniret Italiæ. Constructo ergo Belisarius exercitu, & tam navaли, quam equestria ductans agmina, vallavit Neapolim, paucisque diebus eam obsidens, per aquæ ductum noctu invasit, & tam Gothis, qui aderant, quam Romanis bellantibus interfectis, urbem plenissimè spoliavit. Quod Theodahatus animadvertisens, Witigem unum inter alios ductorem exercitus præponens, contra

Tom. I. (*) tentas.

A Belisarium dirigit. Qui Campaniam ingressus, mox ubi ad campos venisset barbaricos, illico exercitus favorem, quem contra Theodahatum suspectum habebat, Rex cepit. &, Quid, inquit, vultis? at illi, Tollatur, inquiunt, de medio qui cum sanguine Gothorum, & integratu sua cupit scelera excusari, factoque impetu in eum, consona voce Witigem Regem denunciant. At ille regno levatus, quod ipse optaverat, mox populi voto consentit, directisque sociis, Theodahatum Ravennam revertentem extinguit, regnumque suum confirmans, expeditionem solvit, & privata conjugi repudiata, Regiam puellam Mathefuentam Theoderici Regis neptem, sibi plus vi copulat, quam amore. Dumque ille novis nuptiis delectatur Ravennæ, Consul Belisarius Romanam urbem ingressus est, exceptusque ab illo populo, quondam Romano, & Senatu, jam penè ipso nomine cum virtute sepulso, consertim vicina occupat loca, urbium, oppidorumque munimina; primaque Græca congressione, Hunila ductante, Perusinum ad oppidum superat, & plusquam VII. millibus trucidatis, reliquos Ravennam usque proturbat, secundâ verò, cum ipso Witige Romanas arcas vallante congrederitur, machinasque illius, & turres, quibus Urbem adire tentabat, igni consumptas, per anni spatium, quamvis inedia laborans, deludit. Post hæc ad Ariminum perseguatur, exindeque effugatum, Ravennâ clausum in ditionem suscepit, atque unus Consul, qui contra Getas dimicat, penè pari eventu de Francis, qui cum Theodeberto Rege suo plus ducenta millia advenerant, triumphavit; sed, quia ad alia occupatus alibi noluit implicari, rogantibus Francis pacem concessit, & sine suorum dispendio, de finibus Itallicis expulit, sumptuque Rege, & Regina, simulque, & opibus Palatii, ad Principem, qui eum miserat, reportavit. Sicque intra pauci temporis spatium Justinianus Imperator per fidelissimum Consulem duo regna, duasque Republicas suæ ditioni subegit. Quod Parthus comperiens, facibusque invidiæ exardens, in Syriam movit procinctum; & Callinicum, Cæsareamque devastans, Antiochiam venit, ubi Germanus Patricius cum Justino filio suo, eodemque Consule, postquam ab Africana provincia remeasset, dum adventui Parthorum obviare nequit, relicta urbe ad partes, secessit Ciliciæ. Persæ verò, vacuam ab exercitu Antiochiam naucti populum quidem per Orontis alteum ad Seleuciam maritimam cum militibus mixtis fugientem aspiciunt, nec sequuntur; sed prædas per urbem certatim diripiunt, vicinalaque urbes, & oppida, partim invasa, partim pecuniæ quantitate multata, prætereunt, & totius Cœlesyriæ bona sibi unius in anni spatium penè Parthus assunt. Nec sic quoque recedit, sed jugiter adversus Rempublicam Romanam dimicat. Contra quem Wandalicus, & Geticus Consul solitè destinatur, qui, et si non ut reliquas gentes eum edomuit, tamen ut intra suos se fines recoligeret, compulit: fuisseque de hac gente felici Duci parta Victoria, ni clades in Italia, quæ post ejus discessum emergerat, celerem ei successorem dedisset Martinum, qui, et si viribus impar, consilio tamen quamvis cum Constantiano coniuncto non minor, dum resistere contra Parthos non prævalet, ne bella diu teneret, pacem effecit. Cladem verò, quam diximus in Hesperia plaga, ut liquidius lector cognoscat, apertiùs memorabo. Egradiente Belisario Coniule ab Italia,

H h lia,

lia, & (ut diximus) Rege, & Regina, opibusque palatii, ad Principem reportante, Gothi, qui trans Padum in Liguria consistebant, recrudescentes animo, ad bella consurgunt, & ordinato sibi regulo Hildebaldo milite, existunt adversi, contra quos dum non unius, sed diversorum tentantur apparatus, illi fortiores effecti persistunt, annique spatio vix emenso, Hildebaldu interficitur, & loco ejus succedit Errarius, qui & ipse vix anno expleto peremptus est, & in regno, malo Italiae, Badiula, juvenis nepos asciscitur Hildebaldi, qui mox, & sine mora Faventino in oppido Aemilia solo, prælio commisso, Romanum superavit exercitum: nec diu post hæc item per suos ad cancellos annonariæ Thusciæ feliciter dimicans, fugat exercitum, judices partim donis, partim blandiciis sibi consociat, totamque Italiam cum ipsa Roma pervadit, omniumque urbium munimenta destruens, cunctos Senatores nudatos, demolitâ Româ, Campaniæ terra transmutat. Contra quem, ut superius diximus, Belisarius de Oriente digreditur cum paucis, ratus omnem exercitum, quem dimiserat, integrum reperire; & ideo, postquam Ravennam ingressus est, nec, cum quibus ei obviaret, invenerit, remenso Adriatico mari, Epirum revertitur, ubi Joannes, & Valerianus conjuncti, dum in conciones, & jurgia concertant, Totila cum Badiula hostile opus in Italia peragit. Belisarius quoque impatiens tantæ crudelitatis, navalem classem à Sicilia solvens, per Tyrreni maris æstum, Romani in portus se recipit stationem; egressusque ad Urbem, quam vi destructam, & desolatam attendit, hortansque socios ad reparationem tantæ urbis, accingitur: ubi nec dum vallo circumseptus, infestum experitur Totilam; sed solitis victoriis intrepidus, quamvis cum paucis contra eum egressus, sic effugavit, ut plures fugiens Tiberi demergerentur, quæ gladio caderent. Indeque hortatus exercitum, regreditur Siciliam, quatenus & Romæ faceret copiam annonæ, & vicinus ad fretum, Totilam turbaret in Campania commorantem. Sed ut afolet, rerum immutatione, & Principum voluntate diversa, quiescente in Domino Theodora Augusta, evocatur ad urbem Belisarius de Sicilia. Post cujus discessum Totila securus, iterata rabie, & furoribus Isauris, invadit Romam, & sic sumptis undique viribus, militarique vallatus auxilio, ingreditur, cepitque Siciliam. Contra quem Germanus Patricius, dum exire disponit cum exercitu, Matthesuentam Theoderici Regis neptem. & Witigi mortuo derelictam, tradente sibi Principe in matrimonio sumptam,

A in Sardicensi civitate extremum halitum fudit; relinquens uxorem gravidam, quæ post ejus obitum, posthumum edidit filium, vocavitque Germanum. Qua felicitate sibi Totila comperta, totam penè insultans Romanis devastat Italiam. In Africa vero, à Mauris dudum perempto Salomone, Stozas, & Joannes invicem singulari certamine corruunt, aliusque Joannes, qui Stozas junior dicebatur, suscepta tyrannide, Guntharim Magistrum militum secum esse suadet. Qui, interficiens Ariobindam, jugalem ejus, neptem Imperatoris sibi cupiens sociare, prævenitur ab Artabane, qui eo in convivio trucidato, neptem Imperatoris ereptam ad urbem Principi dirigit cum honore, simulque ferreis vinculis colligatum ei tyrannum destinavit Joannem, qui Stoza perempto, in eadem successerat tyrannide, quem in urbem discussum, manibusque truncatis, ad exemplum cæterorum in patibulo fixit. Joanni dehinc Patricio, cognomine Troglitæ, Africæ procreatione commissa, Artabanus evocatus, Magistri militum presentis accepit dignitatem. Nec diu intercedente, in ipsum Principem manus injicere gestiens, detectus, & comprobatus, pietate tamen principali impunitus permansit, & quasi benevolus, cum gratulatione in Siciliam cum Liberio Patricio properavit. Joannes vero in Africana provincia feliciter degens, Mauris partis adversæ per pacificos Mauros superatis, una die decem & septem Praefectos extinxit, pacemque totius Africæ juvante Domino impetravit. Longobardorum gens, socia Romani regni Principibus, & Theodahati sororis filiam, dante sibi Imperatore, in matrimonio jungens Regi suo, contra æmulos Romanorum Gepidas, una die pugna commissa, eorum penè castra pervalet, cecideruntque ex ultraque parte amplius quadraginta millia, nec par (ut ferunt) audita est in nostris temporibus à diebus Attilæ, in illis locis, præter illam, quæ antehac contigerat sub Calluce Magmilide cum Gepidis, aut certè Mundionis cum Gothis, in quibus auctores ambo bus bellis pariter corruerunt. Hæ sunt causæ Romanæ Reipublicæ, præter instantiam quotidiam Bulgarorum, Antarum, & Sclavorum. Quæ si quis scire cupit, annales, Consulumque seriem revolvat sine fastidio, reperiens dignam nostri temporis Reipublicæ tragœdiam, scietque, unde orta, quomodo aucta, qualiterve sibi cunctas terras subdiderit, & quomodo iterum eas ab ignavis rectoribus amiserit, quod & nos pro captu ingenii breviter tetigimus, quatenus diligens lector latibus ista legendo cognoscatur.

Finis Historiæ Jornandis de Regnorum Successione.

Jornandis librum de Successione Regnorum ex Lugdunensi Bibliotheca Patrum, ut in sua Praefatione designarat Vir Clar. Ludovicus Antonius Muratorius in seriem hanc nostram contulimus; Verion cùm tot, tantisque mendis depravatum cognoverimus, ad alteram lectionem ex Museo Nicolai Blankardi avud Adrianum Wisgaerden Lug. Batav. ann. 1647. expurgavimus. Quod & Muratorius ipse presens facile probasset. Id Lectores ne lateat, & nos fraudem fecisse videamur, ultro profitemur.

PROCOPII
CÆSARIENSIS
HISTORIARUM SUI TEMPORIS
DE BELLO GOTHICO
Libri Quatuor,
EX INTERPRETATIONE
CLAUDII MALTRETI
SOCIETATIS JESU
HISTORIÆ BYZANTINÆ INSERTA.
ACCESSIONE
HUGONIS GROTTII
Explicatio nominum, & verborum
Gothicorum, Vandalicorum,
ac Langobardicorum.

Tom. I.

Hh 2

245

IN PROCOPII CAESARIENSIS LIBROS DE BELLO GOTHICO

P R A E F A T I O

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

NUllum certe prima fronte jus *Procopio* in Collectionem nostram inferendi pedem; is enim ab Italico coelo longe natus, Caesaream Palaestinae Partiam habuit, & Graece loquens, Graeco quoque sermone in suis contextenis Historiis est usus. Et tamen illi inter Scriptores nostros locus per me, & quidem libenter, datus. Patiatur quaeſo Graecia celebrem hunc Historicum suum inter nos quoque tantisper versari, dum nobis Italica narret, quae non aliunde, quam ab ipso audituri concinne descripta, imo neque audituri essemus. Patiatur, inquam, me aliquot ejus libros, nempe *de Bello Gothicō*, Italicorum monumentis inserere. Gestum est in Italia illud bellum, ipſeque Procopius fere omnia, ut ita dicam, sub oculis habuit; nam a Justiniano Augusto Comes, & a Consiliis additus Belisario, in ea ipsa expeditione pro Italiae liberatione, & gloria sui Principis sedulam operam navavit, classis, & rei annonariae cura sibi commissa, ut ipſe auctor est Lib. 2. cap. 4. Non incongruum ergo locum inter nostros habeat Scriptor hic, non Italicus quidem, sed qui felicius, quam ipsi nostrates ad Italica referenda se contulit, eaque revera descripsit illo successu, ut hominem heic natum, aut saltem diu versatum audire tibi facile videaris.

Exorditur autem Procopius narrationem suam a Gothorum ingressu in Italiam sub Theoderico, ac proinde ab anno 489. nam vix duo verba habet de Augustuli Imperio, qui anno 475. regnavit. Prosequitur inde ejusdem Populi in Italia regnantis Historiam ad annum usque 552. hoc est ad XVIII. annum belli Gothicī, cui tandem post duos annos finis impositus fuit per Narsetem bellicosissimum Dūcem, ut ex Agathia habetur. Quare videas, ad illustrandas Italiae res eo seculo nullum nobis occurere luculentiorem Historicum, quam Procopium. Adnotavit autem Clariss. Cardinalis Norisius Dissert. de Synodo V. cap. 6., & post eum Pagius, a Procopio secundum annum cum tertio belli Gothicī fuisse confusum: quod tamen Librariis etiam tribui potest, male notas numericas interdum describentibus. Ceterum quatuor libros *de Bello Gothicō* inscriptos ab eodem Procopio habemus. Verum Nicolaus Alemannus in Praefatione ad Historiam Arcanam ejusdem Procopii contendit, quartum librum hoc titulo perperam donari; complectitur enim quae cum Persis, Vandalis, & Gothis post edita priora volumina, Romanis contigere, ac proinde rectius illum esse inscribendum *Historiam Miscellam*. Imo de hoc nos monuit Procopius ipse cap. 1. ejusdem libri quarti, qui revera ad alia divertens, vigesimo primo tantum capite bellum Gothicum in Italia gestum repetit. Attamen mihi satius visum est praecedentia, quamquam aliena a rebus Italicis, retinere, quam librum illum, non nimis alioqui prolixum, detrun- catum exhibere. Neque heic silendum, conflatam olim invidiam Leonardo Aretino, viro tum Latinarum, cum Graecarum literarum peritissimo, quod *Historiam Gotorum Latinam* dederit, tanquam suo labore e variis Auctoriis contextam, ac proinde veluti suum opus populo venditarit; quum tamen nihil fere aliud egerit, quam integros Procopii libros expilare, quos ubique dissimulat, quasi speraret, Procopii Graeca a nemine legenda, aut aliquando peritura, suam vero Historiam ejus loco ad seros nepotes transiit. Accusationis hujus per alios postea renovatae auctor fuit Christophorus Persona, ejusdem seculi, quo Leonardus decessit, Graece doctus Scriptor. Verum non tam facile putandum Leonardo Aretino id consilii fuisse; neque enim homo probis moribus, ingenio, & singulari eruditione praeclarus, ignorare poterat, Procopii celebrem esse famam, neque in una Florentia, unoque codice ejus libros concludi, ac propterea minime futurum, ut plagium diu posset celari. Historiam hanc, sicut & reliquias a se concinnatas, ex variis Auctoriis, & praesertim Procopio, Aretinus decerpit, ut reor, bona fide, nullo veteri Scriptore laudato, eo quod ejusmodi silentium in more jam esset. Et sane in ea consuetudine socios, ac imitatores non paucos ille habuit. Attamen hinc saltem discimus, ingenuitatis legibus melius consultum iri,

iri, ubi Auctores, per quos profecimus in Historia texenda, testes, ac vades eorum, quae scribimus, memoramus. Quod & plerique nostris temporibus faciunt, quoties res antiquas sibi enarrandas suscipiunt, & eidem Aretino jure majori faciendum erat, quando e Procopii nostri scriniis pleraque fuerat mutuatus.

Praeter Leonardum Aretinum Christophorus Persona supra memoratus *Historiam Gothicam* Procopii e Graeco vertit, sed non plane secundo successu. Tum Hugo Grotius in eodem studio se felicius exercuit, nova versione instituta, quam anno 1655. Amstelodami edidit, inseruitque Historiae Gothorum, Vandalorum, & Langobardorum. Tandem Claudius Maltretus e Soc. Jesu alteram versionem ex suo penu dedit, quum Grotianam, ut ipse profitetur, nondum vidisset, eamque numeris omnibus absolutam, ceterisque Procopii libris additam anno 1662. Parisis ex Typographia Regia evulgavit Graece, & Latine; cuius labor duos in Byzantinae Historiae collectio- ne tomos constituit. Ego postremam hanc *Historiae Gothicæ* versionem diligendam censui ad nostræ Collectionis usum, ac ornamentum.

PRO-



PROCOPII CÆSARIENSIS HISTORIARUM TEMPORIS SUI DE BELLO GOTHICO. LIBER PRIMUS.

C A P U T I.

Byzantii Zeno imperat, in Occidente Augustulus. Oreste unus patre occiso, regnat Odoacer. Theodericus Gothorum Rex è Thracia in Italiam migrat, Zenonis impulsu. Ravennam, cuius situs describitur, obsidet. Odoacrum è medio tollit. Potitus Italiam, subditis cum laude praest. In ferculo videre sibi visus caput Symmachi, quem cum Boetio iniquè occiderat; territus ac lugens moritur.



in Occidente imperavit Augustus, quem Romani, diminuto blandè vocabulo, appellaverunt Augustulum; propterea quod Imperium susceperebat adolescentulus. Id verò Orestes ipsius pater, singulari prudentia vir, administravit. Aliquando ante Romani Sciros, Alanos, & alias quasdam gentes Gothicas in societatem ascriverant, ex quo illas ab Alarico, Attilaque clades acceperant, quas in superioribus libris descripti.

A Sed quantum, & fortunæ, & dignitatis addebant militiæ Barbaræ, tantum Romanæ detrahebant, subque honesto fœderis nomine ab extraneis tyrannicè opprimebantur. Horum certè impudentia eo crevit, ut post alia multa ab invitis expressa, demum agros omnes Italiæ dividere inter se voluerint, & cùm tertiam eorum partem ab Oreste exigerent, abnuentem eum illico vitâ spoliariint. Inter ipsos quidam erat, Odoacer nomine. Protector Cæsarianus, qui tunc, si illorum operâ Principatum consequeretur, se voti compotes facturum recepit. Quavia arrepta tyrannide, Imperatori nihil præterea mali intulit, vivere privatum finens; tertiaque agrorum parte concessa Barbaris, eos sibi devinxit penitus, ac tyrannidem per annos decem firmavit.

B Sub idem tempus Gothi, qui Imperatoris permisso Thraciam incolebant, in Romanos rebellavere, duce Theoderico, qui vir erat Patricius, & Byzantii sellam Consularem ascenderat. At Zeno Aug. rationem optimam è renata inire callens, Theoderico suasit, ut Italiam peteret, & cum Odoacro collata manu, sibi, Gothisque Imperium Occidentis pararet: cùm esset convenientius, præsertim Senatori, tyrannum exigere, & Romanis, atque Italies præesse omnibus, quam armis cum Imperatore contendere, & in tantum venire discrimen. Eo delectatus consilio Theodericus, in Italiam proficitur. Gothi se comites adjunxerunt, parvulis, fœminisque in plausta impositis cum supellestili, quantacumque deferri potuit. Ubi ventum est ad sinum Jonium, quoniam trajicere nequibant, defecti navibus, illum circumueundo, per Taulantiorum, aliorumque ejus accoliarum oras progressi sunt. Ipsis factæ obviam

obviam Odoaci copias, & multis fusæ congreſibus, cum ſuo Principe Ravennæ te commiſſerunt, aliisque munitissimis locis, quæ Goths cùm obſediffent, pleraque variis, prout cujuſque fors tulit, cepere modis: Caſenam autem caſtellum, Ravennæ ſtadiis CCC. diſſitum, nec non Ravennam ipſam, ubi erat Odoacer, in potestatem ſuam nec vi, nec deditione redigere valuerunt. Eſt enim Ravenna piano in campo poſita ad extreum ſinum Jonium, à quo ſtadiis duobus diſtāt. Neque enim maritima eſt, nec videtur adiri classibus facilē poſſe, immo nec pedeſtribus copiis. Quippe naues ad litus illud appelli nequeunt, prohibitæ brevibus, quæ in mare ad XXX. ſaltem procurrunt ſtadia, ac circuitu ſuo longiſſime eos ipſos à litore ſummovent, qui illud habent in conſpectu proximè navigantes. Pedetrem verò exercitum excluſant aquæ, quibus Padus amnis, quem & Eridanum vocant, è montibus Gallicis eō decurrens, aliique fluvii navigabiles, & lacus, urbem illam undique ambiunt. Ibi quotidie quiddam fit, fanè permirum. Diluculo mare, in morem fluminis, tanto ſpatio, quantum expeditus via tor uno die conficiat, in terram effundit ſe ſe, & naues patitur in media continent. Vesperi trajectum, quem dedit, aufert, atque, æſtu reciprocante, ad ſe undas reducit. Itaque quinque res, viæ uſibus accommodatas, in urbem commercii gratiâ, aliamve ob causam in ferre volunt, vel inde evehere, impositis mer cibus in navigia, hisque eum in locum traectis, unde transmitti ſolet, accessum maris expeſtant. Affluente æſtu, humo ſenſim ſublatæ naues feruntur, & naute, admotæ jam operi manu, navigant. Quod non hic ſolū, ſed in toto illo etiam litora ad urbem uſque Aquilejam continenter fit, haud tamen ſemper pari modo, ac ratione. Cùm enim Luna minus jubar terris ostendit, tunc mitius exundat mare: at ex quo Luna medium implevit orbem, donec decreſcens æqua iterum portione diviſa fuerit, æſtu magis fervore ſolet. Sed de his hactenus.

Jam annos tres Theodericus, & Goths Ravennam circumſederant fruſtra, cùm hinc Goths obſidionis tædium, inde Odoaci defenſores penuria cibariorum ad hanc perpulit pactio nem, cuius conciliator fuit Antistes Ravennæ; ut in ea urbe Theodericus, atque Odoacer ex æquo viverent. Aliquandiu quidem mansere pacta: poſtea verò Theodericus, detecta, ut perhibent, fraude, quam Odoacer ipſi ſtruebat, eum dolosè ad epulas invitatum occidit. Exin Barbaris hostibus, quicunque ſupererant, ad ſe pellectis in ſua diſtione Gothos, atque Italos habuit. Ac licet Romani Imperatoris nec iñſignia, nec nomen uſurpare voluerit, ſed vi xerit contentus Regis appellatione, qua Barbari ſupremos Principes ſuos donare conſuerunt; tamen ſubditis ita präfuit, ut ipſi nihil defuerit eorum, quæ ſunt Auguſtorum moribus conſentanea. Nam, & iustitiae cultor fuit eximius, & auctoritatis legum assertor. Provincias suas à vicinis Barbaris intactas custodiit, ad apicem proiectus non prudentiæ modò, verū etiam fortitudinis. Nulla ferè injuriâ ſubditos affecit ipſe, neque ulli, qui talia admifſet, induſlit; niſi quod partem agrorum, quos Odoacer factioni ſuæ confeſſerat, inter ſe Gothi diſerunt. Verbo tyrannus fuit Theodericus; re ipsa verus Imperator, eorum nemini poſponendus, qui ab ortu Imperii in illo honoris gradu ex celluerunt. Illum Itali juxta ac Gothi amabant plurimum, contra humani morem ingenii. Nam

A cùm in rerum administratione civilium aliud aliud optare ſoleat; qui cum potestate eſt, continuo quidem placet, quibus, quæ agit, ju cunda accidunt; at illis diſplicet, quorum votis adverſatur. Cùm ſuperstes annos XXXVII: fuſſet, hoſtibusque omnibus formidabilis, ex vita diſceſſit, magnum ſui deſiderium relinqueſt ſubditis. Sic autem illius obitus contigit.

B Symmachus, ejusque gener Boëtius, nobilifimo loco nati, iidemque viri Consulares, in Senatu eminebant. A Philosophia nemo illis erat inſtructior, nemo ſtudioſior æquitatis. Acceſdebat benignitas, qua inopiam cum civium, tum peregrinorum levabant. Hinc magnam adepti gloriam, ſibi invidiam cumularunt apud homines acerbifllos: quorum calumniis inducitus Theodericus, ambos ſtudii novarum rerum inſimulatos morte affecit, eorumque bona publicavit. Paucis poſt diebus coenanti ipſi, cum pifciſ grandioris caput ministri appofuifſent, viſum eſt id Symmachī caput eſſe, recens obtruncati, quod dentibus inferiori labro impreſis, & oculis torvè, truculentque tuentibus, graviter minantis haberet ſpeciem. In genti prodigio territus, rigensque frigore extra modum, ad cubile properat, complures impo ni ſibi lacernas jubet, ac ſub iis tenet ſeſe: deinde expoſita rei ſerie Elpidio Medico, comiſſum in Symmachum, ac Boëtium ſcelus deſleuit. Id lamentatus, & animi dolore preſſus, quem calamitas afferebat, paulo poſt obiit. In ſubditos hæc prima fuit eademque poſtrema ejus iñjuria, quam fecit in utrumque virum ſententiā ferens, cauſā, p̄r̄ter conſuetudinem, non cognitā diligenter.

C A P U T II.

Theoderici ſuccellor Atalaricus puer à Matre Amalafuntha, laudatissima femina, precepto ribus traditū literis imbuendus. Eārum oſores Gotbi, Reginam vituperrant. Ipſius conſtantia, & in difflanda conſpiracione prudentia.

D M Ortuo Theoderico in regnum ſuccellit ejus ex filia nepos Atalaricus; qui annos tum octo natus, & orbus patre, ab Amalafuntha matre educabatur: nec multo poſt Byzantii Justinianus Imperium fuſcepit. Adminiſtrabat regnum Amalafuntha, quippe quæ filii tutelam gereret, prudentiā pollens, æqui ſervantissima, ac virilem ſupra modum animum oſtendens. Quandiu rem traectavit publicam, nec paenā corporis, nec mulctā Romanorum, quemquam mulctavit: iniquam nocendi ipſis cupidinem, qua ardebat Gothi, repreſſit: Symmachī, ac Boëtii liberos in paterna bona reſtituit. Filium autem ad Romanorum Principum vitam, & mores inſtitui voluit, adegitque ludum literarium frequentare. Eundem ad tres viros applicuit, è ſenibus Gothis delectos, quos omnium intelligentiſſimos, ac moderatiſſimos noverat. Hæc Gothis minimè placebant, more magis barbaro gubernari volentibus ab Atalarico, quo licentiū injurias imponerent ſubditis. Aliquando mater, cùm in cubiculo peccantem aliquid deprehendiffet, colaphum illi infregit: (*) iſ verò flens, ſe inde proripuit in andronitidem. Tum Gothi, in quos incidit, exāndescere, in Amalafuntham convitia jacere, & affirmare eō ſpectare ejus conſilia, ut morte quamprimum deleret filium, & alteri viro

(*) rectius legendum impegit. nu-

nupta, cum eo Gothis, atque Italos imperaret. Subinde collecti spectatissimi quique, Amalasuntham adeunt, & queruntur nec honeste Regem, nec commode sibi educari: literas à fortitudine longè esse disjunctas, traditamque à senibus institutionem in timiditatem, & animi humilitatem plerumque verti: itaque oportere, ut in re bellica futurus animosus, gloriāque insignis, amoto Doctorum metu, armis exerceatur. Theodericum allegant, nunquam passum Gothorum liberos ad ludimistros mitti; cùm diceret omnibus, eos nunquam hastam, aut gladium despecturos mente intrepida, si scuticam tremuissent. Subjiciunt debere ipsam reputare cum animo, erectum sibi fato Theodericum, postquam tot potitus provinciis, regnumque alienum adeptus esset, quamvis literas, ne tantillum quidem auribus admisisset. Ergo, inquiunt, hos, Domina, pædagogos in præsens valere jube, & Atalarico convictores aliquot æquales adhibe, qui ætate cum ipso florentes ad generosè, & more barbaro regnandum impellant.

Quæ cùm audisset Amalasuntha, etsi parum probabat, tamen verita, ne quid Barbari moverent, sibi, quæ dixissent, grata accidere simulavit, & quidquid postulabant, concessit. Amotis ab Atalarici latere senibus, aggregantur in ipsius convictum pueri nondum puberes, nec longè ætate eum præcurrentes. Simul ut pubertatem attigit, eorum impulsu præceps in temulentiam, & foeminarum concubitus, evasit insigniter nequam, atque in matrem cum ranta vecordia contumax, ut de illa nil laboraret; quamvis jam Barbari in eam aperte consiparent, & regiæ faciliſſere impudenter juberent. Quam Gothorum molitionem non extimuit Amalasuntha, nec muliebriter contraxit animum; sed regiam adhuc probans auctoritatem, è Barbaris selegit tres nobilissimos, & seditionis, qua petebatur, auctores præcipios, eosque per causam tuendi fines ab hostium irruptione, in extremam amandavit Italianam, non simul, sed ita ut longissimè inter se abessent. Nihilo hi tamen minus, amicorum, & propinquorum ope, consilia communicabant, viæ longinquitatem vincente internunciorum omnium studio, & Amalasunthæ perniciem parabant. Rem illa non valens ferre diutius, rationem hanc secum init. Byzantium misit rogatum Justinianum Imperatorem, vellet ne sui adeundi potestatem facere Theoderici filiæ Amalasunthæ, constitutum habenti quamprimum cedere ex Italia? Quo nuncio latus Imperator foemina ad se invitat, & Epidamni domum pulcherrimam parari jubet, ut postquam Amalasuntha venerit, in ea diversetur, & inibi morata, quandiu collibitum fuerit, Byzantium petat. Certior de his facta Amalasuntha, delectis inter Gothos viris strenuis, sibique addicteſſimis, trium illorum cædem demandat, quos auctores fuisse præcipios excitati in eam motus proximè dixi. Tum præter alias opes quadraginta millibus auri pondo in navem impositis, cum quibusdam è numero fidissimorum, his, ut Epidamnum navigent, imperat: eò cùm pervenerit, ad portum quidem applicent; eorum verò, quæ navi commissa sint, nihil exponant; donec ipsa quid fieri velit mandaverit. Ideo hæc agebat, ut, si tres illos de medio sublatos rescribet, non moveret se loco, & navim revocaret, secura jam ab inimicis: fin cuiquam illorum vita supereret, sibique adeo nihil bonæ esset reliquum spei, celeri na-

Tom. I.

A vigatione in Cæſareæ ditionis oras cum auro se se reciperet, evaderetque. Hoc Amalasuntha consilio navem Epidamnum misit: qua ad portum illius urbis appulsa, paruere mandatis, qui pecuniam servabant. Paulò post Amalasuntha, peractis ex animi sententia cædibus, quas imperaverat, navim revocavit, & Ravennæ manens, sceptrum manu validissima tenuit.

C A P U T III.

Theodati genus, mores, consilium. Missi Byzantio Legati ad Romanum Pontificem. Procopii de Religione judicium. Egrotante Atalarico, sibi timens à Gothis Amalasuntha cum Alexandro de Italia Justiniano dedenda clanculum agit; dum in speciem expostulatorię utrinque literæ commeant, Byzantium Legati redeunt. Imperator Petrum in Italianam destinat.

Inter Gothos quidam erat, nomine Theodus filius Amalafridæ sororis Theoderici, proœcta jam ætate homo, ac latinis quidem literis, & Philosophia Platonis imbutus, sed rei bellicæ planè rudis, summè ignavus, & avaritiæ deditus extra modum. Hic agrorum Tusciae partem maximam cùm possideret, è reliquis exturbare dominos enitebatur, genus quodam infelicitatis esse ducens, habere vicinos. Quam hominis cupiditatem omni studio reprimebat Amalasuntha: ideoque hanc ille inexpibili odio prosequebatur, victusque impatientiæ. Tusciam in Justiniani Aug. potestatem tradere cogitabat, ut ab eo multâ auctus pecuniâ, & in Senatum allectus, deinceps Byzantii vitam ageret. Cùm id Theodato deliberatum esset, Legati ad Romanum Pontificem venerunt Hypatius Ephesiorum Antistes, ac Demetrius Philippensis, qui sunt in Macedonia, ut de Religionis dogmate agerent, in quo dubiis sententiis inter se Christiani dissentiant. Eam controversiam etsi ipse probè teneo, minimè tamen commemorabo; quod insanæ arrogantiæ esse putem, Dei quæ sit natura disquirere: nam, ut equidem sentio, nequit homo, vel humana, nedum Dei naturam perfectè sequi. Ac mihi quidem, quæ non aliter quam pia credulitate benè coluntur, ea præterire silentio tutum est, idque unum affirmare de Deo lubet, esse illum summè bonum, ac suâ potentia res universas complecti: Quisque autem vel Sacerdos, vel homo privatus, de his pro suo loquatur sensu. Porro Theodatus cum Legatis illis clam collocutus, quæ dicebam modò, ipsis plane exposuit, injunxitque, ut initum à se consilium Justiniano Aug. enunciarent.

Hoc interim spatio Atalaricus, cùm in crapulam effusè se immersisset, tabe confici cœpit. Hinc animi peridens Amalasuntha, quod nec filii, adeo absurdī, voluntate fidere posset, nec, si moreretur Atalaricus, suam in tuto vitam postea fore existimaret, Gothorum optimaribus jam offensis, ut saluti suæ consulteret, statuit Gothorum, Italorumque regnum in Justiniani Aug. ditionem transferre. In Italianam se contulerat Alexander Senator, cum Demetrio, & Hypatio proœctus. Nam ubi navigium, quod Amalasuntha præmisserat, applicitum stare in portu Epidamni, ipsam autem multo licet elapsò tempore, moram facere Imperator audisset, Alexandrum destinaverat, re quidem ipsa

Li

ipsa

ipsa, ut de Amalasunthæ rebus ab eo penitus inspectis certior fieret; in speciem vero legationem ipsi dederat, se commotum repulsâ significans ad Lilybæum acceptâ, de qua dixi in superiore libro: tum quod Hunnos decem ab exercitu Africæ dilapios fugâ, atque in Campaniam delatos, Uiliaris, Neapolii custos appositus, accepisset, non invitâ Amalasunthæ: & Gothi, dum ad Sirmium cum Gepedibus bellum gererent, urbem Gratianam in finibus Illyrici sitam hostiliter vexassent. Amalasunthæ hæc per literas objiciens Imperator Alexandrum miserat: qui postquam pervenit Romam, ibi Præfules de rebus, quarum causâ venerant, agentes reliquit, & Ravennam profectus, admissusque ad conspectum Amalasunthæ, clam quidem arcana retulit Imperatoris verba, palam vero ejusdem literas reddidit, in hanc sententiam scriptas. Lilybæi castellum, quod nostrum est, injusta vi captum retines, nequum placuit remittere Barbaros, quos à me trans fugas accepisti: per summam quoque injuriam damna gravissima intulisti Gratianæ meæ. Quo tandem hæc eruptura sint, tuum est cogitare. Cum has literas Amalasunthæ sibi datas legisset, his verbis rescripsit. Magnum, & forti animo præditum Imperatorem magis decer pueroribus, & quid agatur ignaro opitulari, quam sine causa indicere inimicitias. Ex iniquo enim congressu ne victoriæ quidem honestam refert. Scilicet Lilybæum, & fugitivos decem, & quod in urbem amicam milites nostri, dum hostes suos peterent, peccarunt per ignorantiam, minaciter Atalarico commemoratas. Absint procul, absint hæc à te, Imperator: quin potius fac memineris nos tuæ adversus Vandalo expeditioni non modò non obstatuisse, sed tendentibus in hostem copiis lubentissime dedisse iter, copiamque emendi annonam, & cum alia, tum equos tanto numero suppeditasse, ut hostem nulla re magis, quam eorum operâ, debellaveris. Socii demum, & amici nomen meretur non ille tantum, qui arma cum vicino consociat, verum etiam qui quælibet ad bellum quodvis necessaria palam subministrat. Id etiam reputa tunc temporis classem tuam, nec alio, quam in Siciliam, recipere se è pelago, nec absq; rebus ibi coëmptis tenere cursum in Africam potuisse. Quare victoriæ summam ascribere nobis debes: siquidem qui negotii tollit obices, dignus est qui successus gloriam, ac præmium ferat. Quid autem homini dulcius, quam potiri hostium, o Imperator? Nos tamen jacturam haud mediocrem passos, quippe spoliorum expertes, contra quam lex belli jubet, nunc etiam Lilybæo, in ditione Gothicâ jam pridem posito, spoliare vis, uno videlicet scapulo, o Imperator, nullius ferè pretii digno: qui si in tuo prius Imperio fuisset, eo saltet Atalaricum, tibi in rebus maximè necessariis auxiliatum, remunerari debueras. Imperatori his palam scriptis Amalasunthæ, clam recepit tradituram se illi universam Italiam. Reversi Byzantium Legati Justiniano August. cuncta renunciant, Alexander quidem Amalasunthæ consilia, Demetrius vero, atque Hypatius quæcunque acceperant ex ore Theodati, & nullo hunc negotio perficere promissa posse, quod in Tuscia polleret plurimum, & partem magnam ejus provinciæ possideret. His latus admodum Imperator, extemplo in Italiam Petrum destinat. Erat is natione Illyrius, patria Thessalonicensis, Advocatus Byzantii, prudenter vir singulari, commodis moribus, & persuadendi vi præditus.

A

C A P U T IV.

Amalasuntha Theodati rapacitatem coerct. Eundem, Atalarico mortuo, studet sibi conciliare, & ad regnum vocat. In carcерem mittitur ab ingratissimo Rege, cui Petrus Justiniani Legatus, post Amala-
sunthæ cædem, belum denunciat.

B

Hæc ibi dum aguntur, interea Tusci complures de vi in omnes provincias suæ incolas apud Amalasuntham accusant Theodatum, ex mera libidine cum in alios quoqvis, tum in domus Regiæ fundos, quos Patrimonium vocant, involantem. Quamobrem illa accitum ad rationem reddendam Theodatum, & ab accusatoribus manifestè convictum quæcunque malis artibus eripuerat, restituere coëgit, ac tum demum remisit. Inde cum in summam offensionem hominis incurrisset, deinceps intercessit inter ambos discordia, illum avaritiæ conficiente, quod nec peccare licentiūs, nec vi invadere cupita posset.

C

Sub idem tempus tabe exesu obiit Atalaricus; cum in regno annos VIII. vixisset. Tunc Amalasuntha, haud dubiè peritura, nullâ nec indolis Theodati, nec suæ in eum recentis severitatis habita ratione, in animum induxit, se illum planè innoxium experturam si in ipsum majus aliquod beneficium conferret. Eum igitur accersit, ac post ipsius adventum delinuit, asseverans, se antea cognovisse quæ esset opinio de morte propinquâ filii; quippe cum & Medicis omnibus prænunciatam illam audiret, ac videret ipsa Atalarici corpus in dies contabescere: quoniam vero perspiciebat, minus commode apud Gothos, & Italos audire Theodatum, ad quem Theoderici genus redactum esset; sibi id cordi fuisse, ut turpi illa existimatione depulsa, ipsi ad regnum vocato nihil obstaret: præterea se ex amore equi solicitam, timuisse, ne quando ab illis circumfusa, qui se injuriâ affectos ab eo dicerent, audiret expostulantes, adesse neminem, ad quem, quæ passi essent, deferrent, sibique insensum dominum imperare: itaque se ad regnum jam illum invitare, cum esset purus a suspicione, & in famam secundam restitutus: at sanctissimè jurandum esse, nomen quidem Regiæ protestatis ad Theodatum transiturum, rem vero ipsam, ut prius, in Amalasuntham mansuram. Theodatus, his auditis, quidquid placuit Amalasunthæ, jurato promisit, sed malo animo, ac fraudulenter; quippe memor, uti ante ab ea fuisse habitus. Juravit quoque Amalasuntha Theodato ex animi sui sententia, ac decepta, Regem illum constituit: qua de re missis Byzantium Legatis Gothis, Justinianum Aug. certiorem fecit.

D

Principatum adeptus Theodatus, cum spem Amalasunthæ, tum sui promissi fidem prorsus secellit. Gothorum enim, ab illa interjectorum, complexus propinquos, quorum magnus in ea gente & numerus erat, & splendor; repellente quosdam ex Amalasunthæ necessariis occidit, adeoque ipsam conjecit in carcere, priusquam Legati Byzantium pervenissent. Est in Tuscia lacus (Vulsinum appellant,) & in eo parva admodum insula, castello munita valido. Clausam hic Amalasuntham Theodatus servari jussit, ac veritus, quod accidit, ne eo facto Imperatorem offenderet, Liberium, &

Opi-

E

Opilionem Senatores Romanos, aliosque nonnullos misit, omni ope deprecari jussos illius odium, affirmando, nihil mali Amalasunthæ irrogasse Theodatum, quamvis ab ea prius acceptum pessimè. In eandem sententiam literas & ipse Rex dedit, & ab Amalasuntha, vel invita, expressit. Hæc ibi sic se habebant. Petrus autem his instructus à Justiniano Augustinatis, ut clam omnibus convento Theodato, & jurejurando obstricta illius fide, eorum, de quibus agerent, nihil foras elatum iri, cum eo factam pactionem de Tuscia optimè stabiliaret: occulto itidem cum Amalasuntha colloquio, de omni Italia, prout è re foret utriusque, transigeret: veniebat Legationi prætendens speciem controversiæ de Lilybæo, aliisque rebus, quarum mentionem proximè feci. Nihil dum enim de Aularici obitu, Theodari principatu, Amalasunthæ casibus Imperator audierat. Ac primùm quidem in via Petrus cum Legatis Amalasunthæ collocutus, Regem creatum Theodatum didicit: dein verò in urbe Aulone, quæ ad sinum Ionium sita est, cum Liberio, & Opilione sermone habitu, quæcumque contigerant ex ipsis cognovit, ibique substituit, de re tota admonito Imperatore.

Hæc ubi Justinianus Aug. accepit, secum inita ratione, qua Gothis ac Theodato perturbationem injiceret, Amalasunthæ scripsit, se, quoad posset, defensionem ejus suscipere, ac Petro mandavit, ne consilium hoc teneret abdutum; sed cum Theodato, tum Gothis omnibus declararet. Cùm autem Legati Italæ Byzantium pervenissent, omnes, Opilione excepto, qui in Amalasuntham nihil delinquisse Theodatum constantissimè affirmabat, rem planè, uti se habuerat, Imperatori narrarunt; in primis Liberius, vir honestis moribus, & bonitate præditus singulari, qui veritatem contaminare mendacio nesciebat. Italiam verò tum Petrus attigit, cùm jam inter homines esse desisset Amalasuntha. Gothorum enim, quos illa morte affecerat, propinquai Theodatum adierant, eique affleverant, nec ipsum, nec se vivere securos posse, nisi Amalasuntham de medio quamprimum tollerent. Annuente illo, nullâ interpositâ morâ delati in insulam, necem attulerunt Amalasunthæ, & ea re mœrorem maximum Italæ omnibus, ac cæteris Gothis. Hæc enim mulier summâ animi firmitate, ut paulò supra dixi, omnium officia virtutum obibat. Quo circa Petrus Theodato, Gothisque cæteris apertè denunciavit, quandoquidem hoc facinus admisissent, Imperatori bellum cum ipsis fore inexpiable. At stolidè ineptus Theodatus, cùm Amalasunthæ interfectoribus plurimum honoris tribueret, Petro, & Imperatori persuadere volebat, se minimè approbante, quin potius invitissimo, Gothos hoc piaculum perpetrasse.

CAPUT V.

Justinianus bellum Gothicum suscipit. Mundum in Dalmatiam, Belisarium cum classe in Siciliam mittit. Ad Francorum Principes scribit. Mundus Salonas capit. Belisarius universa Siciliâ potitus, Consulatum suum munificientia claudit.

Hoc tempore Belisarium recens de Gelimer, Vandalsque reportata victoria commendabat. Imperator verò, simul, ut de Tom. I.

A Amalasunthæ casu factus est certior, bellum suscepit, annum agens Imperii nonum, ac Mundo, Magistro militum per Illyricum Imperavit, ut in Dalmatiam Gothis subditam proficisceretur, & Salonas tentaret. Erat Mundus genere natus Barbaro, studiosissimus rerum Imperatoris, ac bello egregius. Belisarium quoque Augustus cum classe misit, agentem secum quatuor militum millia ex numeris militaribus, & foederatis, & Isauros ter ferè mille. Præcipui Duces erant Constantinus, & Bessas Thraces; Peranius in Iberia, quæ Medis vicina est, è domo Regis Iberum ortus, & ad Romanos jampridem transfuga propter invisos Persarum mores. Equestribus numeris præerant Valentinus, Magnus, & Innocentius; pedestribus, Herodianus, Paulus, Demetrius, & Ursicus: Isauros ducebat Ennes: Hunni socii sequebantur bis centum, Mauri trecenti. Summum belli imperium penè Belisarium erat, habentem in comitatu Prætorianos hastatos, scutatosque permultos, & inclytos. Assumpserat uxoris suæ Antoninæ ex priori marito filium, Photium, adhuc primæ lanuginis adolescentem; in quo excellens prudentia, ac naturæ vis longè præcurrebant æstatem. Præcepit autem Belisario Imperator, ut ire se Carthaginem simularet: ubi in Siciliam ventum esset facta per necessitatis causam exscensione, tentaret insulam, ac, si fieri posset, nullo negotio occuparet; receptam teneret ita, ut non dimitteret: sin quid obstat, cursum celeraret in Africam, dissimulato prorsus consilio.

Tum quoque ad Francorum Principes Legationem cum his literis misit. Quoniam Gothi non modò Italiam, quam habent, ditioni nostræ ereptam vi, restituere nolunt, sed injurias etiam nobis nec mediocres, nec tolerabiles, imposuerunt, non lacefitti; ipsis bellum inferre coacti sumus. Nobiscum vos id suscipere convenient, quod commune facit cum germana Religio, erroris Ariani expultrix, tum odium, quo æquè ut nos, dissidetis à Gothis. Hæc scripsit Imperator, quibus amplum pecuniæ munus addidit, plura pollicitus daturum se, rem aggressis. Illi socia arma lubentissimè promisebunt. In Dalmatiam ingressus Mundus cum exercitu suo, & cum Gothis, quos obvios habuit, præliatus, illis acie victis, Salonas cepit. Belisarius verò appulsa in Siciliam classe, potitus est Catana: inde movens, Syracusas deditio, cæterasque urbes labore nullo recepit, præter Panormum; cuius mēnibus confisi Gothi præfidiarii (& verò locus munitus erat) Belisario permittere se noluerunt, mandaruntque ut inde exercitum properaret abducere. Belisarius urbem terrâ expugnari non posse animadvertis, classem jubet subire portum, usque ad mēnia patentem. Erat enim hic extra muros, & ab hominibus planè vacabat. Appulsis eò navibus, accidit, ut earum mali altius quam murorum pinnæ evaderent. Quare illico Belisarius omnes navium lembos sagittariis complevit, sublatosque è fastigiis malorum suspendit. Inde telis a vertice petiti hostes, & gravissimo correpti metu, statim Panormum Belisario dediderunt. Ex eo tempore Siciliam universam vestigalem habuit Imperator: quando cum Belisario felicius, quam dici posuit, actum est. Consulatum enim, quem post victoriam Vandalicam suscepérat, adhuc gerens cùm Siciliam omnem subegit extremo illius die Syracusas ingressus est, cum exercitus, ac Siculorum ingenti plausu, nummos aureos omnibus

nibus spargens. Id quod non ex composito fecit, sed casu quodam evenerit; ut tota insula jam Romanis recuperata, eo die Syracusas inveheretur, & Consularu, non, ut mos erat in Byzantii Curia, sed ibi deposito, vir Consularis evaderet. Hos Belisarius successus habuit.

C A P U T VI.

*Theodatus cum Petro Justiniani Legato pacificatur.
Eiusdem demissio animi lepido expressa
colloquio. Theodati, & Justiniani mutua litera.*

HÆc Petrus cùm accepisset, magis, ac magis instare, & terrorem offerre Theodato non cessabat. Ille pavidus, nec minus attonitus, quām si cum Gelimere captus etiam ipse jam teneretur, cum Petro, arbitris omnibus remotis, egit. Tandem convénit, ut omni Sicilia Theodatus Justiniano Aug. cederet: ad ipsum quotannis coronam mitteret auream tercentum pondo, ac ter mille bellatores Gothos, quando collibitum eidem esset: ne liceret Theodato Sacerdotum quemquam, aut Senatorum, privare vitâ, vel ejus bona publicare, nisi de Imperatoris sententia: si quos è subditis ad Patriciatum provehere, vel in Senatum legere yellet, id illis ne daret ipse; verūm peteret ab Imperatore: in spectaculis, ac ludis Circensis, & ubicunque faustis populi Rom. acclamationibns locus est, primū Justiniano Aug. semper clamaretur, deinde Theodato: huic nunquam soli statua ex ære, aliave materia poneretur, at utriusque semper, & eo quidem ordine, ut quæ exprimeret Imperatorem, dexteram, quæ Theodatum, sinistram obtineret. Postquam his Theodatus pæctis conventis subscripsit, Legatum remisit.

Paulò post invasit hominem horror, & in variis timores, qui modum excedeant, ita adduxit, ut de statu mentem ejus dimoverit, vel ipso belli nomine consternatam; cùm illud statim affore intelligeret, si ipsius cum Petro compositionem Imperator non approbaret. Confestim igitur Petrum, cùm jam apud Albanos esset, ad colloquium revocat, ac seorsum rogat, num Imperatori gratam fore existimet passionem coniectam? Atque illi affirmanti se ita conjicere, Quid verò postea fiet, inquit, si non placuerit? Cui Petrus, Tibi ait, præclare vir, gerendum deinceps bellum. Quid? subjicit Theodatus, idne æquum est, Legate charissime? Tum ita Petrus suscipit: Quidni æquum, ò bone, ut ingenio quisque suo consentanea sectetur studia? Hic querenti Theodato, quid hoc sibi vellet, respondit: Tu quidem vehementer amas philosophari, Justinianus verò generosum præbere se Romanorum Imperatorem. Hoc demum ab illo differt, quod hominibus, præsertim tot numero, integrum afferre Philosophum minimè deceat, idque ex disciplina Platonis: cuius tu cùm sis consultus, ab omni utique cæde puram agere vitam debes. At illum nihil vetat sibi armis vendicare provincias, jure veteri ad ipsius Imperium pertinentes. Hac inductus commonitione Theodatus, se Justiniano Aug. cessurum regno spopondit, & promissum jurejurando cum uxore firmavit. At unà Petrum jurare compulit, non prius ipsum hæc editurum, quām ab Imperatore priorem rejici pactionem videret: cum eo Rusticum (id viro nomen erat Romano, ac Sacerdoti, quo familiarissimè uteba-

A tur) ut de his coram transigeret, destinavit, & utriusque literas dedit.

Ergo Petrus, & Rusticus, postquam advenere Byzantium, ex praescripto Theodati, primū quidem priora pacæ Imperatori expnunt: deinde verò conditionem repudianti, posteriores literas exhibent, quarum hæc erat sententia. Evidem in aula non sum extraneus; cùm & in avunculi Regia natus sim, & pro dignitate generis educatus: at bella, eorumque tumultus non planè didici usu. Quippe cùm à puero Musarum amore captus, rationem cum illis semper habuerim, longissimè ab infesto strepitu Martis hactenus absui: ita ut nihil sit, cur armorum alea plenam nunc sequar vitam, gloriæ regnandi cupidus; quando amoliri utrumque licet (bellum inquam, & regnum.) Mihi certè neutrum arridet: hoc quidem, quoniam satietate multstatur, atque fastidio, suavibus omnibus moveri solito; illud verò, quia rerum insolentia perturbationem parit. Si modò habeam prædia, unde mihi quotannis auri pondo saltem mille & ducenta proveniant, regnum his posthabeo, ac tibi statim Gothorum, Italorumque Imperium tradam: ut qui terram animo vacuo colere malim, quām regales inter solicitudines vivere, quæ me in alia ex aliis pericula mittant. Age, eum ocyus huc virum destina, cui conveniat, à me Italianam, & quidquid ad regnum spectat accipere. Hæc significabat epistola Theodati: cui Imperator, summa auctus letitia, in hunc modum rescripsit. Te virum cordatum esse famâ pridem acceperam: nunc verò etiam experientia doctus talem agnosco, dum statuis non expectare exitum belli: quæ demens expectatio jam quosdam in summi momenti rebus sefellit. At te nunquam poenitebit, quod nos ex hostibus amicos feceris: verūm concessis iis, quæ postulas, illud accederet, ut amplissimis Romanorum Magistratibus scribaris. In præsenti Athanasium, ac Petrum destino, rem ita composituros, ut ea præclarè stet utriusque nostrum. Belisarius quoque propediem te conyeniet, omnibus quæcunque inter nos pepigerimus, extremam impositurus manum. Hæc ubi scripsit Imperator Athanasium, fratrem Alexandri, legatione apud Atalaricum antea functi, ut dictum est, iterumque Petrum Causidicum, de quo supra memini, misit, cum his mandatis; ut fundos, domui Regis addictos, quos Patrimonium vocant, Theodato attribuerent: cùm pacta retulissent in tabulas, ac juramentis firmassent, Belisarium accenserent è Sicilia, quo Palatum, omnemque Italianam reciperet, & custodiret. Ipsi demum Belisario injunxit, ut ab illis accitus, maturaret.

C A P U T VII.

Mundi, filiique ejus interitum prædixisse Sibylla creditur. Theodatus fidem fallit, & Imperatoris Legatos malè accipit. De Legationum jure colloquion. Justiniani ad Gotorum Optimates epistola. Ab eo missus cum exercitu Constantianus Dalmatiam reipit. Exit annus belli Gothicus primus.

DUM hæc tractat Imperator, & Legati, quos dixi, in Italianam profiscuntur; interea Goths cum magno exercitu, Asinario, Grippa,

Grippa, aliisque Ducibus, in Dalmatiam veniunt. Quibus ad Salonas progressis occurrit cum exigua manu Mauricius, Mundi filius, explorandi gratia, non pugnandi. Nihilominus acri commissio certamine, hinc Gothorum primarii, fortissimique, illinc Romani ferè omnes cum Duce Mauricio ceciderunt. Mundus, accepto nuncio, magnum ex infelici casu dolorem cepit: mox irâ ardens, adversus hostem incompositè properat. Validissimè configitur: ac victoria quidem Romanis cedit, sed Cadmea. Confectis enim plerisque hostium, cùm ceteri palam fugerent, Mundus cæde furens, ac temere insequeens, nec valens commotum filii casu animum cohibere, à quadam fugientium vulneratus, occubuit: tandem hostis urgeri desitus, & uterque exercitus digressus est. Tunc Romani in memoriam revocarunt Sibyllinum Oraculum, quod antea decantatum prodigiū loco habebant. Sic enim illud accipiebant, ut dicerent, post captam Africam, Orbem cum sua progenie ad interitum redactum iri. Non erat hæc sententia vaticinii, sed prænunciatio Africæ reditu in ditionem Romanam, id sequebatur; tunc Mundum cum filio peritum. Etenim his verbis constabat: *Africā captā, Mundus cum nato peribit.* Et quoniam Mundus latine Orbem universum significat, ad Orbem oraculum referebant. Sed hæc hacce-
nus. Salonas autem nemo se recepit. Nam & Romani, omnino orbati Ducibus, redire domum, & Gothos, amissò exercitus robore, in regionis illius castella metus compulit. Neque enim Salonarum muris fidebant, præfertim cùm Romani, urbis illius incole, ipsis parum studerent.

Theodatus, his auditis, Legatos, qui ad ipsum jam venerant, nullo numero habere ceperit. Erat enim perfidiosus naturâ, itâque mobilis, ut fortuna, quæcunque adesset, eum temere, & contra personæ, ac muneric dignitatem, jam immodico terrore dejiceret; jam audaciâ efferrat tantâ, quantam verbis conse-qui nequeo. Tunc igitur allato necis Mundi, ac Mauricii nuncio supra modum, & rerum gestarum conditionem elatus, Legatos, quos jam acceperat, argutè ludificari aggressus est, ac die quodam, cùm ei Petrus pactionem, quam cum Imperatore confecerat, violatam exprobriasset, accitis ambobus publicè hæc verba protulit. Augusta quidem est, & apud omnes gentes verenda admodum Legationis functio. Hoc autem honore tamdiu Legati merito fruuntur, dum Legationis dignitatem modestiâ suâ retinent. Etenim jure communigenitum occiditur Legatus, qui vel in Regem aperte fuit contumeliosus, vel torum cuiuspiam temeravit. His Petrum Theodatus perstrinxit, non quod ille cum fœmina rem habuisset, verum ut ostenderet esse crimina, quæ Legatum capitali supplicio obnoxium redderent. Legati vero sic responderunt. Hæc non ita se habent, ut dixisti, Gothorum Princeps, nec tu Legatos gravium scelerum reos feceris, levibus, vanisque pretexcibus. Nequit enim, ut maxime velit, adulter esse Legatus, qui ne aquam quidem habere facile possit, nisi eorum, à quibus asservatur, permisso. Quod ad verba illius attinet; cùm is omnia refert, quæ à delegante accepit, si qua est in his culpa, eam jure sustineat, qui imperavit, non Orator, in quo nihil, nisi ministri operam, spectes. Quare quidquid ex Imperatoris ore exceptum afserimus, dicemus: tu verò fac animo tranquill-

A lo audias: nam perturbatus, huc facile prolaberis, ut Legatorum jus violes. Nunc demum tempus est quæcunque Imperatori promisisti; implere sponte; eamque ob causam venimus, & tibi scriptas ab eo literas jam accepisti: quas autem ad Optimates Gothorum dedit, ipsis tantum reddemus. Hæc à Legatis dicta cùm audiissent, qui aderant, Barbarorum primores, missas ad se literas jussere tradi Theodato: erant autem hujusmodi. Id nobis cordi est, ut vos in nostræ Rei corpus publicæ recipiamus: quod vobis jucundissimum esse debet. Venturos enim ad nos, non imminutio dignitatis, sed accessio manet, & cumulus. In primis valeat, quod Gothos non ad externa, & ignota ipsis domicilia invitamus: verum familiares accimus nostros, post interruptam aliquanto spatio consuetudinem. Quamobrem Athanasium, & Petrum misimus, quorum operam juvare vos in omnibus decet. Hæc erat literarum significatio; quas Theodatus cùm perlegisset, longè aversus à praestanda Augusto promissi fide, Legatos severâ custodiâ septos tenuit.

Postquam hæc Justinianus Aug., & quæ in Dalmatia contigerant, audiit, Constantianum, sacri stabuli Comitem, in Illyricum misit, jussitque exercitum cogere, & Salonas tentare pro viribus: Belisario mandavit, ut in Italiam properaret, & pro hostibus haberet Gothos. Ubi venit Epidamnum Constantianus, aliquandiu moratus ibi, conflavit exercitum. Interea Goths cum aliis copiis, Grippa Duce, ingressi Dalmatiam, Salonas obtinuerunt. Optimè tandem instructus Constantianus, Epidamno solvit, classemque universam appellit Epidaurum: quæ urbs à dextera est sinum Ioniun ingredientibus. Ibi tum agebant à Grippa missi exploratores: quibus classem, & exercitum Constantiani insipientibus, & mare, & terra armato plena milite visa sunt. Itaque ad Grippam reversi Constantianum non paucas virorum myriadas secum ducere asseverarunt. Quo ille nuncio percussus, nec tutum esse ducebatur ire obviā adventantibus, nec cingi ob-sidione à Cæsarianis volebat, tam validè mari imperium obtinentibus. Salonarum præfertim muri, quorum jam pars magna corruerat, eum habebant sollicitum, & civium in Gothos voluntas ipsi valde suspecta erat. Quocirca inde cum omnibus copiis quâm celerrimè egressus, in campo Salonas, & urbem Scardonam interiacente, castrametatur. Profectus Epidauro Constantianus universa cum classe navigat, & ad Lissam, quæ in sinu sita est, applicat. Tum quodam è suis mittit, renunciato-ros, quæ de rebus Grippæ exploratè compe-rerint. Ab his ordine edoctus omnia, rectâ Salonas cursum intendit. Proximè urbem delatus, expositis in terram copiis, ipse quidem ibi constitit; delectis verò quingentis, cùm Siphylam, è suis unum Protectorilus, præposuisset, injunxit ut angustias occuparent, quas in suburbis esse audiverat. Siphylas mandata fecit. Postridie Constantianus, omnisque exercitus Salonas terra, marique ingressi, in portu classem religarunt. Tum curam Constantianus ad reparandas properè ruinas omnes murorum contulit. Grippas autem, & Gothorum exercitus, septimo post captas à Romanis Salonas die, inde moventes, Ravennam redierunt. Ita demum Constantianus Dalmatiam, Liburniamque omnem obtinuit, conciliatis sibi omnibus Gothis, illarum partium incolis. Eò loci erant Dalmatæ res. Pariter cum hyeme pri-

primus annus exiit hujus belli , quod literis
commisit Procopius .

C A P U T VIII.

Ingressus Italianam Belisarius, Ebrimirum Theodati generum in fidem recipit. Neapolim obserat. Inceptum hoc dissuadenti Stephano civi Neapolitano respondet. Initum à civibus deditioñis facienda consilium Pastor, & Asclepiodotus oratione sua evertunt.

B Elisarius , relicto Syracusis , & Panormi præsidio , cum cæteris copiis Messanæ trahecit Rhegium ; ubi Scyllam , & Charibdin fuisse Poëtæ fabulantur . Quotidie confluabant indigenæ , in ejus fidem se conferentes ; cùm oppida sua , à multo jam tempore nuda moenibus , tueri nollent , maximèque odissent Gothos , dominatu , quo tunc premebantur , offensi meritò . E Gothis Ebrimuth , gener Theodati , cuius filiam Theodenantham uxorem duixerat , cum omni suo comitatu ad Belisarium transfugit , & statim ad Imperatorem profectus , præter honores alios , Patricii dignitatem obtinuit . Rhegio exercitus terrestri itinere per Brutiorum , & Lucanorum oras processit , prosequente classe non procul à continente . Ingressi Campaniam , devenerunt ad urbem maritimam (Neapolim vocant) munitam admodum , & magno Gothonorum præsidio instructam . Ac naves quidem Belisarius in portu extra telia jactum hærere jussit : ipse verò prope urbem metatus , ante omnia castellum suburbanum deditioñem cepit : deinde civibus , quod petebant , concessit , ut quosdam ex Optimatibus in castra mitterent , qui quæcumque vellent elocuti , vicissim quæ ex ipso audissent , publicè renunciarent . Concessim Neapolitani Stephanum destinant , qui ad Belisarium admissus , ita differuit . Iniquè facis , Magister militum , cùm bellum infers Romanis insontibus , & urbis parvæ incolis , ita constrictis Barbarorum dominorum præsidio , ut , si libeat repugnare , non liceat . Accedit quòd isti præsidium apud nos agitaturi venerunt , relicts sub Theodati manu liberis , uxoribus , rebusque pretiosissimis . Quare si quid in eum moliti nobiscum fuerint , se ipsi potius prodidisse videbuntur , quæcumque urbem . Ac si verum liberè fatendum est , vestris rationibus adversatur suscepimus à vobis consilium nos invadendi . Vos quidem , ubi Romam ceperitis , Neapolim quoque nullo negotio potiemini : ab illa autem repulsi , neque hanc , ut patet , obtinebitis tutò . Itaque tempus in hac obsidione inutiliter traducetis . Haec tenus Stephanus .

At Belisarius ita reposuit . Recte-ne , an secus consultâ , ac provisâ re huc venerimus , considerandum Neapolitanis non proponemus : sed quæ à nobis institutam modo consultationem merentur , ea volumus ut expendatis , & quidquid è re vestra futurum est , amplectamini . Ergo missum ad vos , cæterosque Italos in libertatem vindicandos exercitum Imperatoris accipite . nec bonis deterrima omnium præoptate . Qui ne servitium , aliudve dedecus patientur , bellum suscipiunt ; ii sanè , si rem prosperè gesserint , fructum inde duplarem referunt , victores utique , & malis liberi redeuntes : si vieti fuerint ; hoc saltem reportant solatum , quòd inviti fortunam infestam sequan-

A tur . Quibus verò , cùm citra pugnam excutere jugum liceat , ut firmius id retineant , pugnare libet ; illis , vel ipsa victoria , si forte cesserit , in rebus maximè necessariis fraudi est : pejus autem , quæcum optabant , certamine perfunctis , ad cæteras ærumnas calamitas clavis accedit . Atque hæc Neapolitanis dicta sunt . Gothis verò hic degentibus optionem facimus , utrum malint , nobiscum deinceps Imperatori magno parere ; an redire domum incolumes . Jam , si his prorsus repudiatis conditionibus , arma in nos tollere audeatis ; non poterimus facere , volente Deo , quin obvium quemque hostiliter accipiamus . At , si Neapolitanis sequi partes Augusti placet , seque adeò dura servitute eximere , interposita fide recipio , à nobis bona in vos eadem profectura , quorum spem Siculis antea ita fecimus , ut nos perjurii insulare meritò nequeant .

B Hæc Stephano Belisarius referenda publicè commisit : privatim magna spopondit præmia , si Neapolitanorum animos ad Imperatorem converteret . Reversus in urbem Stephanus , sibi dicta à Belisario retulit , suamque ipse sententiam promens , perniciosum fore civibus cum Augusto bellum asseruit . Cum eo conspirabat Antiochus , natione Syrus ; qui commercii maritimi gratiâ jampridem habitabat Neapoli , magna cum laude prudentiæ , & probitatis . Ibidem erant Pastor , & Asclepiodotus , Advocati , & inter Neapolitanos admodum clari . Hi Gothis amicissimi cùm essent , nec vellent præsentem rerum statum mutari , ratione inter se inita , qua cæptum disturbarent ; multitudini instabant , ut multas , ac magnas proponeret conditiones , & Belisarium jurejurando obstringeret , quo fidem is ficeret , se promissa nondilaturum . Denique omnia , quæ Belisarium nemo admissurum putaret , in libello per scripta , dedere Stephano : qui iterum Cæsarea castra ingressus , cùm libellum Magistro militum obtulisset , rogavit , vellet-ne , quæcumque Neapolitani peterent , exequi , & jurejurando firmare ? Ille verò in omnibus satis ipsis factum iri pollicitus , Stephanum remisit . His auditis , assensum testari voce Neapolitani ; clamitare , accipiendum in urbem esse Imperatoris exercitum : pro certo jactare , nullo modo fraudi id sibi fore ; cuivis rem planam fieri exemplo Siculorum , qui Tyrannis Barbaris nuper valere jussis , ut se Justiniani Imperio subderent , libertate gaudeant , omni molestia vacui . Jamque ad portas tumultuosè decurrebant , ut eas panderent ; his autem offensi Gothi , nec valentes obsistere , abscedebant : cùm & populum , & Gothos omnes Pastor , atque Asclepiodotus unum in locum convocarunt , itaque sunt allocuti . Cùm civitatis plebs in præcipitem locum se , & salutem suam committit , id facit , quod in proclivi est ; præsertim si cum nullo Procerum communicato consilio , de rerum summa ad arbitrium suum constituit . Nos autem , communī instantē exitio facere non possumus , quin de patria benè mereamur nunc ultimum , hac saltem cohortatione . Ergo , cives , omni , ut videmus , ope contenditis , vos , urbemque permittere Belisario , montes vobis pollicenti aureos , ac jusjurandum sanctissimum offerenti . Ista quidem vobis conducere nemo non fateatur , si id quoque promittere Belisarius possit , se bello potiturum . Summæ enim esset dementia non quidlibet gratificari futuro domino . Verum si hæc in incerto posita sunt ; nec mortalium quisquam idoneus est fideiulfor-

C D E

E for-

fortune; videte quas calamitates accersere studeatis. Nam si Gothi bello superiores evaserint, poenam vobis irrogabunt, ut hostibus infensissimis: quippe qui nulla adacti necessitate, sed perfida adducti segnitie, in proditionem incubueritis. Ex quo etiam fiet, ut ipse Belisarius, si forte vicerit, nos infidos, & nostrorum proditores Principum judicet, ac tamquam transfugas perpetuo, ut par est, praesidio Imperator frænet. Et verò qui proditionem, quo utatur, naestus est, ejus quidem beneficio repente victor oblectatur; ac postea, ob admissam fraudem suspectum odit, ac talis auctorem beneficii timet, signa illius perfidiæ apud se habens. Rursus, modò Gothis in præsenti fidem servemus, fortiter dimicando; si quidem hostem debellaverint, ab ipsis bona amplissima; sin forte vicerit Belisarius, ab eo veniam consequemur. Nemo enim, nisi excors, amorem infeliciter fidelem plectit. Quid verò vobis accidit, ut obsidionem hostilem expaveatis; cùm nec ab annona imparati, nec comeatibus interclusi, domi sedeatis in otio, mœnibus, atque hisce præsidiariis præbentibus securitatem. Si qua certè spes expugnandæ urbis Belisario foret, ad pactionem ejusmodi, ut equidem sentimus, non accessisset: ac si justitia, nostræque utilitati studeret, sibi non committendum putaret, ut terrorem incuteret Neapolitanis, & nostro in Gothos scelere suam potentiam stabiliret: sed cum Theodato, & Gothis conferret manum, ut in victoris potestatem veniret urbs, sine periculo nostro, ac proditione. Sic locuti Pastor, & Asclepiodus, Judæos nullam urbi rem necessariam defore affirmantes producunt: Goths se mœnia tuto servaturos omni asseveratione recipiunt. Quibus promissis inducti Neapolitani, Belisario mandant, inde quamprimum moveat. At ille in obsidionem incubuit. Tentato sèpe muro, repulsus est, multis amissis militibus, iisque generosissimis. Ad muros enim Neapolis qua mare, qua derupta loca, negabant aditum, & cùm ob alia, tum propter accivitatem, insuperabiles erant aggredientibus. Nec multum Belisarius Neapolitanos turbavit, aquæductu urbis inciso: nam cùm intra murorum ambitum essent putei, qui sufficerent usibus necessariis, vix jactura illa sentiebatur.

C A P U T IX.

Theodatus Gothorum Rex futurum belli exitum prodigo dicit. Belisarii in Neapolitanos conatus irriti. Via, rura urbs capi poterat, cognita, & occultè munita, ad detractionem invitat, exfugationum mala commorans.

Obsessi, clam hostibus, Romam miserunt, qui promptum à Theodato subsidium petenter. Is verò, ut erat naturâ ignayus, quemadmodum supra dixi, nullum belli apparatum habebat. Sunt qui causam aliam addant, oblatum nempe prodigium, quod illum perculerit, ac terruerit vehementius: id ego, et si judico incredibile, tamen narrabo. Theodatus, cùm ante didicisset divinos consulere, & fide dignari, consilii tunc laborans inopiam, quæ maximè ad exploranda vaticinia impellere solet homines, ex Hebreo quodam, arte illa celeberrimo, quæsitus, quis exitus belli hujus futurus esset? Præcepit ille, ut porcos triginta in cellulas tres,

A nimirum denos in unamquamque concluderet; ac primam quidem decadem Gothos, alteram Romanos, tertiam Imperatoris milites appellaret; tum ad præstitutam diem quiesceret. Morum gessit Theodatus. Ubi dies dicta affuit, ambo cellas ingressi, porcos inspiciunt. Quibuscumque nomen impositum Gothorum fuerat, eos invenere mortuos, duobus demptis; vivos autem omnes, præterquam paucos, Imperatoris milites, ut vocabant, at Romanorum appellatione donatis, setarum defluvium pati contigit, eorum quinque in vita manserunt. Contemplatus hæc Theodatus, & conjecturâ asssecutus, exitum belli expavisse dicitur, ut qui probè jam intelligeret fore, ut Romanorum fortunæ defluerent, eorumque media pars interiret, Gothorum gens cladibus ad paucos redigeretur, & paucorum morte staret Imperatori victoria. Hinc Theodato ad decertandum cum Belisario nihil animi suisse ferunt. Porro de his disserat quisque, prout ipsis fidem, vel adjungit, vel abrogat.

B At Belisarius, Neapolitanos terrâ, marique obsidens, æstuabat. Nam illos nec in deditiōnem voluntariam concessuros unquam putabat, nec fore sperabat, ut vi caperet, repugnante maximè difficultate loci, nec parum dolebat, quod ibi tempus consumeret, reputans, se coactum iri Theodatum, & Romam aggredi hyeme. Jamque copiis, ut convalescent edixerat, inde mox discessurus, cùm illi curis gravissimis fluctuanti, feliciter hoc evénit. Isaurum quemdam cupidus cepit inspicienda structuræ aquæductus, & quo is modo civibus aquæ usum præberet. Ingressus procul ab Urbe, ubi illum Belisarius ruperat, expeditissimè processit, cùm propter labem, nihil aquæ inesset. Proxiimè mœnia, saxum ingens offendit, ibi ipsâ loci naturâ, non hominum manibus positum, cui aquæ luctum continuaverant veteres ejus strætores, sic perforato, ut transitum sat's laxum daret aquæ, negaret viro. Itaque non æqualem ubique habebat latitudinem aquæductus, sed in eo saxo occurcebant angustiæ viro, præsertim loricato, scutatoque imperviæ. Isauro, re perspecta, visum est, fieri posse ut in Urbem penetraret exercitus. si meatus ille paulum laxaretur. Et quoniam homo erat obscurus, nec serimonem cum ullo Duce unquam habuerat, Paucaridi Isauro, inter Belisarii Scutarios inclito, rem aperuit: extemplo indicavit Paucarii Belisario, qui præ nuncii voluptate respirans, hominem ad manum operi admovendam, promissâ grandi pecuniâ, impulit, iuslî assumere Isaurorum aliquot, & rupem quamprimum exscindere, ea cautione adhibita, ut nemo persentisceret. Paucaris cum Isauris, quos delegit incoepio huic omnino idoneos, aquæductum occultè subiit. Ad locum, quem arctabat cautes, progressi, opus inchoant, urgentque non asciis, nec securibus cædentes saxum, ne sonitus rem hosti proderet, sed acutis quibusdam ferramentis illud radentes sine ulla intermissione, brevi tempore tantum effecerunt, ut indutus lorica vir, & clypeum ferens, transire posset.

Cuncta jam optimè se habebant, cùm Belisarius in hanc venit cogitationem, si in urbem exercitus vi irrumperet, secuturam hinc stragem hominum, & quæcumque in urbe ab hoste capta patrari solent. Quocirca accitum illico Stephanum sic affatur. Captas urbes peræpvi, & quæ usu tunc veniunt, usu cognovi. Summâ licentia desævit in viros ferrum ad internectionem: fœminis, licet mortem peroptantibus

tibus, parcit, ad ludum contumeliosum reser-
vans, in quo dira, & miseratione digna patiun-
tur: liberali cultu, & educatione privati pueri,
servire necesse habent, idque inimicissimis, quo-
rum manus paterno cruento tinctas viderunt.
Omitto incendia, amice Stephane, quæ divitias,
atque urbis nitorem delent. Nunc, dum eadem,
quæ captis antea urbibus contigerunt, patien-
tem Neapolim hanc, tanquam in speculo, con-
templor; ipsius me, & vestri miseret. In eam
enim ita paratas habeo machinas, ut facere non
possit, quin capiatur. Nollem certè urbs anti-
qua, quæ incolas Christianos habet, ac Roma-
nos jam inde olim, in ejusmodi calamitatem
incideret, præsertim ducente me Romanorum
exercitum, & habente in castris complures Bar-
baros, quorum iram inhibere non potero, si
impressione ceperint urbem, pro cuius mœni-
bus fratres, & consanguineos amiserunt. Ergo
dum vobis integrum est potiora eligere, & pa-
cisci, in melius reserte consilia, & calamitatem
vitæ, quæ cùm, ut appareat, vobis inciderit,
vestram meritò pervicaciam, non fortunam cul-
pabitis. His dictis, remisit Stephanum Belifa-
rius. Ille ad populum Neapolitanum processit
lacrymans, & cum gemitu retulit, quæcumque
Belifarum dicentem audiverat. Ii verò nec
metum cepere, nec ditionis Belifario facien-
dæ consilium. Nimirum Deus Imperatori sub-
dere Neapolitanos nolebat, nisi malè mulctas-
tos.

C A P U T X.

*Belifarius in urbem Neopolim parat irrumpere:
suos tandem per aquæductum immittit. Urbis
captæ clades. Belifarius ad clementiam hor-
tatur exercitum. Repentinus Pastoris
obitus. Stephani, & Asclepiodoti
convicta mutus. Asclepio-
dotum populus in fru-
sta concidit.*

Tunc Belifarius ad irruptionem faciendam
ita res comparavit. Vesperi, prima face,
virorum circiter CD. delectu habitu, cùm Ma-
gnum turmæ equestris Ducem, & Ennem, cui
parebant Isauri, illis præfecisset, edixit omni-
bus, ut loricas induerent, & scutis, ensibusque
instructi, mandata sua quiete expectarent. Ac-
cessitum Bessam à se digredi vetuit, habere se
dicens, quæ cum ipso de exercitu constitueret.
Adulta nocte, Magno, & Enni, quo jam res
deducta esset, aperuit, ac monstrans locum,
ubi priùs aquæductum inciderat, præcepit, ut
sumptis lucernis, quadringtonos illos in urbem
inducerent. Comites addidit tubicines duos,
qui urbem ingressi, eam clangore turbarent,
suisque significant eventum rei. Ipse scalas
quamplurimas, jam ante fabricatas, habebat
in expedito, ac dum illi, qui subierant aquæ-
ductum, ad urbem procedebant, cum Bessa,
ac Photio ibi stans, cum ipsis omnia dispone-
bat. Tum dimisis per castra, qui vigilare om-
nes juberent, & habere arma in manibus, quos
maximè valere animo judicabat, eorum agmine
se succinxit. Ad urbem verò suggredientium
pars major, periculo territa, pedem retulit,
quos vehementer quidem, sed frustra ad se hor-
tando revocare conatus Magnus, cum illis ad
militæ Magistrum rediit. Eos malè verbis ac-
cepit Belifarius, lectosque è circumstantibus du-
centos, cum Magno ire jussit. His ducem se
Photius præbere volens, in canalem insiluit, sed

A vetuit Belifarius porro pergere. Pudore de-
mum, quem Magistri militum, Photioque ex-
probratio incutiebat, incensi omnes, quicunque
periculum refugerant, illudque ausi subire de-
nuo, eos secuti sunt. Ac veritus Belifarius, ne
hostium manipulus, qui in turri, aquæductui
proxima, excubabat, fraudem perciperet, eò
se contulit, & Bessa imperavit, ut sermones
serendo cum illis Gothicè, ipsorum aures tene-
ret, quo minus armorum sonitum acciperent.
Bessa magna voce eos inclamans, ut sese Beli-
fario dederent, hortari coepit, bona pollicens
plurima. Illi ridicula, & fannas in Belifarum,
ipsumque Imperatorem pleno ore mittebant.
Ita se Belifarius, ac Bessa ibi gesserunt.

Cum autem Neapolis aquæductus non solùm
ad muros usque tectus sit, sed in urbem etiam
longè excurrat, altum habens forniciem è co-
stili latere, hinc factum est, ut intra murum
urbis progressi omnes, quos Magnus, atque
Ennes ducebant, nec ubi terrarum essent, con-
jicere, nec uspiam exire potuerint, donec pri-
mi devenere in locum, ubi cœlo canalis pate-
bat, eratque domus admodum neglecta, quam
sola, eaque pauperrima muliercula incolebat:
ibidem super aquæductu enata olea in arborem
creverat. Simul ac videre cœlum, & in urbe
media se esse intellexerunt, erumpere consili-
um fuit, sed nulla ars suppetebat, qua, præ-
sertim cum armis, canali egrederentur. Erant
enim alti parietes, nec ascensum præbebant.
Militibus valde animo fluctuantibus, & angu-
stiori in spatio se comprimentibus (jam enim
pone sequentium magnus numerus confluebat)
cuidam in mentem venit ascensum tentare.
Itaque positis confestim armis, manibus, pedi-
busque enitens, ad mulieris domum evasit, eam-
que ibi naëtus, ipsi mortem, ni taceret, mina-
tus est. Illa præ ingenti metu obmutuit. Is
verò, cùm ex oleæ caudice lorum validum reli-
gasset, alteram ejus partem extremam in aquæ-
ductum demisit, qua singuli milites apprehensa,
foras ægrè se sustulerunt. Quarta pars noctis
adhuc supererat, cùm suggressi omnes ad mœnia
succedunt, ac turrium duarum custodes incau-
tos trucidant, ad illum murorum partem, quæ

D Septentrionem spectat, ubi Belifarius cum Bessa,
ac Photio stabat, incoerti successum cupi-
dissimè expectans. Illi tubis vocarunt ipsis ad
murum, cui scalas cùm applicisset Belifarius,
& inde milites jussisset ascendere, accidit, ut
nullæ pinnas pertingerent: quippe fabricati il-
las in occulto opifices, non potuerant justam
assequi longitudinem. Quare binis invicem col-
ligatis, per utrasque scandendo, milites pinnas
superavere. Ibi res Belifario sic procedebat.

E Interea ad maritimam murorum partem, non
Barbarorum, sed Judæorum custodiis munitam,
nec scalis uti milites, nec ascendere poterant.
Sibi enim conosci Judæi, se in offensionem
hostium cecidisse, oblato ipsis impedimento,
quo minus urbe citra pugnam potirentur, eam
ob causam, acti desperatione, fortiter pugna-
bant, quamvis urbe jam capta, ac præter opini-
onem hostilem impetum sustinebant. Ubi il-
luxit, pars eorum, qui ascenderant, illos in-
vasit: tum à tergo appetiti telis, fugerunt; vi,
atque impressione Neapolis capta est, ac portis
jam reclusis, Rom. omnis exercitus intravit.
Qui ad portas, orienti Soli obversas, locati
fuerant, cùm scalæ nusquam præsto essent, igni
valvas corruerunt, nullis defensas custodibus:
jam enim his fugâ dilapsis, pars illa muri planè
vacabat. Ingens tum cædes facta. Nam omnes,

præ-

præsertim quicunque fratrem, vel propinquum in oppugnatione amiserant, ira furentes, obvium quemque, sine ullo ætatis discrimine, mactabant. Ingressi domos, pueros, fœminasque sua faciebant mancipia, & opes diripiebant: in primis Massageræ, qui ne à templis quidem vim abstinentes, multis, qui se illis commiserant, necem intrulerunt. Ita sœvitum est, donec Belisarius, quoquoversum discurrens, prohibuit, & advocata concione sic verba fecit. Postquam Deus victoriam, & insignem gloriam vobis tribuit, urbe, quæ hactenus inexpugnabilis fuerat, in nostram potestatem subjuncta, non oportet indignos præstare nos tali gratia; sed multa erga victos humanitate ostendere, à nobis illos meritò subactos esse. Nolite igitur odium in Neapolitanos exercere perpetuum, neque ultra belli finem illud producite. Nemo vicitur jam victos odit: quod si ipsos interimitis, non jam tollitis hostes de medio; verum subditos morte mulctabitis. Itaque nocendi his finem facite, nec iræ sic indulgete, ut illi omnia permittatis. Turpe enim est iracundia videri vinci victores hostium. Vobis eorum omnes pecuniae in præmium bellicæ virtutis cedant: at viris reddantur cum liberis conjuges: atque hinc discant vici, quales amicos sua ipsis temeritas in tempore eripuerit. Hac Belisarius habita oratione, Neapolitanis uxores, liberos, ac cæteros captivos omnes dimisit, nullam vim turpem expertos, ipsisque animos militum reconciliavit. Ita factum est, ut Neapolitani illo uno die libertatem amiserint, receperintque, & ad suas pretii majoris pecunias redierint. Nam qui aurum, aliudve pretiosum habuerant, id jam ante abdiderant, infossum terre. Itaque inscientibus hostibus, pecunias pariter cum domibus recuperarunt. Hunc habuit exitum obsidio per dies admodum XX. extracta. Captos ibi Gothos, minimum DCC. servavit incolumes Belisarius, nec minori in honore, quæ suos milites habuit.

Pastor, qui plebem, ut supra commemoraui, ad insaniendum perpulerat, ubi captam urbem animadvertisit, in apoplexiā incidit, ac repente efflavit animam, cùm antea bellè haberet, nec eum quisquam molestiā affecisset. Asclepiodotus vero, quem ille participem, solumque machinationis habuerat, cum Optimatibus, qui supererant, Belisarium adiit. Hic ipsum Stephanus, hujusmodi convitiis aggressus est. Vide mortalium omnium pessime, quæ mala patriæ importaveris, tuo in Gothos studio prodita salute civium. Ac si res Barbaris ex sententia successisset, mercedem ab illis accipere, & unumquemque nostrum, qui potiora consilia sequebamur, insimulare proditionis cum Romanis compositæ voluisses. Nunc postquam Imperator urbem recepit, ac nobis hujus viri virtus salutem peperit; adeò ne inconsideratè ausus es convenire Magistrum militum, quasi nihil mali, nec in Neapolitanos, nec in Cæsareum exercitum molitus sis? Sic Stephanus vicem publicam graviter dolens, in Asclepiodotum erupit stomachum. Is vero respondens, non advertis, inquit, præclare vir, te nobis, dum nostram in Gothos benevolentiam exprobras, præconium tribuere. Nemo enim, nisi constans animo sit, adductis in periculum dominis studium unquam exhibeat. Me certè victores talem publicæ rei suæ defensorum habebunt, qualem hostem experti sunt. Nam qui ingenio fideli est, haud mutat animum cum fortuna. Tu vero, si cursus rerum

Tom. I.

A diversus fuerit, quicumque accesserint, oblatam ab ipsis conditionem statim accipies. Etenim qui mentis inconstantia laborat, simul timuit, fidem vel amicissimis pactam deserit. Hæc retulit Asclepiodotus: quem ut inde abeuntem vidit populus Neapolitanus, facto agmine, malorum omnium, quæ tunc accidissent, auctorem clamitans, haud prius discessit, quæm ipsum contrucidavit, ejusque corpus minutatim discerpit. Subinde Pastoris domum ingressi, cùm eum quererent, famulis mortuum affirmantibus, credere noluerunt, donec illi monstrarunt cadaver hominis, quod Neapolitani è patibulo suspenderunt in suburbano. Tum Belisarium orarunt, ut eorum, quæ justâ accensi irâ fecissent, veniam daret: quâ imperatâ, digressi sunt. Ita demum Neapolitani ex malis emersere.

C A P U T XI.

Gothorum Rex creatus Vitigis, de medio Theodatum tollit. Ejus ad Gothos oratio de prudenti cunctatione, & belli apparatu.

Relicio Romæ præsidio, Ravennam concedit. Matajuntham Amalafunthæ filiam uxorem ducit.

Gothi vero, qui apud Romam, circumjectis que in locis degebant, & vehementer migrati antea fuerant adeò cessare Theodatum, ut hosti appropinquanti offerre se, & congregandi nollet, non leviter suspicantes, eum Justiniano Augusto. Gothorum res ultro prodere, neque aliud curare, nisi ut in ocio fortunis abundanti, vitam traduceret; ubi nuncius venit captam esse Neapolin, horum omnium culpam in ipsum palam conjicentes, in locum coiere, qui Roma CCLXXX. stadiis distat, & à Romanis Regeta dicitur. Is castris commodissimus visus est, quod multa habeat equorum pascua, ac rigetur fluvio, quem indigenæ Latino vocabulo Decennovium ideo appellant, quia decursus XIX. milliaribus, quæ stadia conficiunt CXIII. in mare influit ad urbem Tarracinam, monti proximam Circeo: ubi cum Circe egisse Ulyssem ferunt; quos falli judico, si bene Homerus in insula domicilium Circæ collocat. Quanquam fateor Circæum hunc montem sic in mare porrigi, ut insulae speciem habeat, nec modò præternavigantibus, sed perambulantibus etiam ea litora, esse insula videatur longissimo tractu. At ubi quis in ipso fuerit, tunc demum se opinione deceptum prius fuisse videt. Atque hanc fortè ob causam Homerus insula nomen loco tribuit. Ego vero ad propositum redeo.

Congregati apud Regeta Goths, sibi, Italisque Regem eligunt Vitigin, virum haud illustri quidem loco natum, sed clarissimum præliis ad Sirmium ante editis, cùm adversus Gepædas bellum gereret Theodericus. His Theodatus auditis, præcipiti fuga Ravennam petit. Mox Vitigis Optarin, natione Gothum, instare jubet, ac Theodatum abducere, seu vivum, seu mortuum. Erat autem Optaris Theodato hac de causa infensus. Puellæ cujusdam, cùm hæreditate, tum formâ divitis, nuptias Optaris ambiebat. Inductus pecuniâ Theodatus illam, huic ereptam proco, despondit alteri. Quæmobrem Optaris, & animo suo, & Vitigi obsequens totum se ad insequendum Theodatum lubentissime contulit, neque diem, neque noctem intermittens, donec illum assecutus in via, affixit humi, ac resupinum, instar victimæ, jugulavit.

K k

Fune-

Funestum hunc habuit Theodatus exitum & vi-
tæ, & regni, hoc tres annos potius.

At Vitigis cum Gothis, qui aderant, ingressus Romam, ac de casu Theodati certior factus, letitiam ex eo cepit, illiusque filium Theodegslum in custodiam dedit. Et quoniam Gothorum res minus paratas videbat, satius esse duxit, ante omnia Ravennam contendere, ut omnibus ibi probè ornatis, bellum susciperet. Advocata igitur concione, ita disseruit. Cæptis ingentibus, Commilitones, non usus præceps occasionum, sed consiliorum prudentia eventus prosperos afferre solet. Sæpe enim plus profuit tempestiva cunctatio; dum vehemens opera, alieno tempore exhibita, rei bene gerendæ spem multis incidit. Etenim qui numero pollent, si imparati pugnant cum hoste viribus pari, facilius vincuntur, quam qui, viribus quidem inferiores, sed paratissimi certamen ineunt. Nolimus igitur in perniciem subito ambitionis impetu ruere: siquidem brevi pudore immortalem gloriam retinere præstat, quam vitat puncto temporis ignominia, probrum, ut appareat, sempiternum subire. Certè scitis Gothorum quamplurimos, ac ferè omnem armorum apparatum in Galliis, Venetiis, & regionibus remotissimis esse. Præterea cum Francis non levius isto susceptum habemus bellum: quo non bene composito, extremæ dementiae fuerit aliud inchoare. Nam qui in ambiguo positi, nec in unum hostem intenti sunt, eos vinci consentaneum est. Ego verò sic statuo, Ravennam rectâ eundum esse, atque ubi cum Francis confecerimus pacem, optimoque in loco cætera posuerimus, invadendum Belisarium cum omni Gothorum exercitu. Nec retro mecum cedere quemquam pigeat: quin etiam fugere nos apertè dicat. Enimverò ut opportuna timoris appellatio juvit multos, ita quosdam perdidit fortitudinis nomen alieno tempore usurpatum. Rerum autem momenta, atque utilitates consecutari decet, non speciosa vocabula. Porro virtutem viri non facinoris præclari initium, sed finis probat: nec fugiunt hostem, qui statim ut melius se instruxerunt, contra illum proficiscuntur; verum qui sua corpora semper salva, & integra cupientes subducunt se se. Nec vestrum quisquam timeat, ne ista urbs capiatur. Nam si nobis Romani student, eam Gothi constanti fide servabunt, neque ullam experientur difficultatem, nos propediem ad se reduces accepturi. Si aliquid in nos cedunt, minus nocebunt, cum in urbem hostes admiserint; satius enim est cum aperto hoste pugnare. Quanquam ne quid ejusmodi contingat, providebo. Quippe milites plurimos, ac Praetorium intelligentissimum, qui tuenda Romæ sufficient, relinquemus. Itaque hæc bene constituta habebimus, nec detrimentum ullum discessus hic noster pariet.

Hæc Vitigis: cui assensi Gothi omnes, ad iter se accinxerunt. Deinde Silverium urbis Antistitem, Senatum, Populumque Rom. multis idem commonefecit, reductoque in memoriam regno Theoderici, omnes hortatus est, ut Gothorum genti præstarent benevolentiam, sibique eorum fidem gravissimo Sacramento devinxit. Delectis minimis quatuor millibus virorum, qui Romanum Gothis custodirent, Leuderin, provecta ætate virum, ac prudentia laude celebrem præfecit: tum reliquo stipatus exercitu, Ravennam petiit, obsides secum habens Senatores quamplurimos. Eò cum pervenisset, Matafuntham Amalasunthæ

A filiam, maturam jam viro virginem, invitam duxit in matrimonium, ut certius sibi regnum affereret hoc intimo nexu cum stirpe Theoderici. Deinde contractos undique Gothos omnes descripti, ordinavitque, arma, atque equos singulis pro modo, & gradu dividens. Eos tantum Gothos, qui in Galliarum praefidiis erant, cum sibi à Francis metueret, revocare non poterat. Hi verò Franci dicebantur olim Germani. Quæ primæ eorum fuerint sedes, & quo pacto Gallias occupaverint, ac demum hostiles cum Gothis suceperint inimicitias, narrare aggredior.

B C A P U T XII.
Aliquarum Orbis Partium descriptio. Veteres Francorum sedes. Visigothorum ditio. Arborychi, & Franci in unam gentem coalescent. Visigothi omnem Galliam obtinent. Franci cum Theoderico Italia Rege fædus incurrunt: Burgundiones vincunt: Alaricum Visigothorum Regem occidunt. Carcasonem obsident frustra. Theoderici res gestæ in Gallia. Theudis tyramus.

C **E**Uropa dicitur pars Orbis ad eorum finem sita, qui in mare mediterraneum ab Oceano, & Gadibus provehuntur, ut in superioribus libris commemoravi. Africæ verò nomen accepit opposita continens: quam deinde Asiam vocant, qui porrò tendunt. De ulterioribus Africæ partibus exploratè non possum scribere, propter immensas solitudines. Quo etiam fit, ut nos penitus lateat origo Nili, quem in Ægyptum inde decurrere perhibent. Europa, ipso statim initio planè Peloponneso similis utrinque mari alluitur, ac prima illius portio, quæ magis ad Oceanum, Solemque occidentem porrigitur, appellatur Hispania ad Alpes usque montis Pyrenæi. Alpium verò nomen, perviis montium angustiis tribuunt regionum illarum incolæ. Sequitur Gallia, quam vocant usque ad Liguriæ fines: ubi Alpes aliæ Gallos à Liguribus discludunt. Porro Gallia multo majorem, quam Hispania, latitudinem habet, ut par est. Incipiens enim ab angusto Europa, in progressu patescit amplissimè proportione. Utriusque illius regionis latus Aquilonare Oceano: Australe mari, quod nominant Tyrrhenum, ambitur. Galliam cum alii rigant fluvii tum Rhodanus, ac Rhenus: qui sic diversi abeunt, ut alter in mare Tyrrhenum exeat, Rhenus in Oceanum evolvatur. Hic sunt paludes, ubi quondam habitarunt Germani, qui Franci nunc appellantur, gens barbara, & initio parum spectata. Horum sedes contingebant Arborychi, cum reliqua omni Gallia, atque Hispania Romanis jampridem subdit: secundum quos, ad Orientem, Thoringi concessam sibi ab Augusto Cæsare Imperatorum primo, regionem colebant. Non procul ab his, ad Austum versus, degebant Burgundiones, ultra Thoringos Suabi, & Alamanni, validæ nationes. Isti omnes, ab antiquo liberi, oras illas tenebant.

D **E** Procedente tempore Visigothi facta in Rom. Imperium irruptione, Hispaniam universam, ac provincias Galliæ trans Rhodanum positas subegerunt, habueruntque vectigales. Militarem operam Romanis tunc navabant Arborychi: quibus Germani, utpote finitimis, & à veteri Reip. forma digressis, cum legem, ac jugum vellent imponere, primùm prædati, deinde recto

recto Marte eos aggressi sunt , agente omnes belli pruigine . Generositatem , & in Romanos benevolentiam testati Arborychi , rem in eo bello gessere fortiter . Nihil vi proficientes Germani illos ad societatem , & affinitates jungendas invitarunt : quibus Arborychi libenter assensi sunt , quod Christiani utrique essent . Eo pacto in unam coaliti gentem , potentissimi evalerunt . Alii verò Romani milites , qui erant in extrema Gallia stationarii , cùm nec Romanum redire possent , neque ad hostes Arrianos desciscere vellent , se ipsi cum signis , & regionem , quam Romanis ante servabant , Arborychis , ac Germanis permiserunt , moresque omnes patrios retinuere , quos eorum posteri ad se transmissos adhuc ritè observant . Nam & ex numeris , in quos olim contributi militaverunt , hac etiam ætate agnoscuntur , & signa propria præferentes invadunt prælia . Constanter patriis utuntur legibus , & præter alias Romani habitus partes , redimiculum capitum etiamnum gestant .

Ac tandi quidem Galliam , quæ cis Rhodanum fluvium est , tenuit Imperator , quandiu Romanis sua constitit civilis administrationis forma : ubi verò illam Odoacer in tyrannidem mutavit , tunc Tyranni concessu , Galliam omnem ad Alpes usque , quibus Gallorum , ac Ligurum fines terminantur , Visigothi obtinuerunt . Post Odoaci necem , Thoringi , & Visigothi jam auctam Germanorum potentiam veriti (quippe hominum multitudine plurimum convaluerat , & obvios quosque aperta vi evertebat) Gothorum , ac Theoderici societatem magno studio ambierunt . Volens quoque Theodericus eos habere socios , cum ipsis devincire se affinitate non renuit . Itaque tunc Regi Visigothorum Alarico juniori Theudichusam virginem filiam suam , & Hermenefrido Thoringorum Regi Amelobergam , Amalafridæ sororis suæ filiam , collocavit . Quo factum , ut ab illis quidem Franci , metu Theoderici , vim abstinuerint ; sed arma intulerint Burgundionibus . Deinde Francos inter , & Gothos coitur societas in Burgundionum perniciem , pactoque convenit , ut gentem debellent , & ditionis illius terras obtineant : qui vicerint à sociis non adjuri , ubi mulctæ nomine certam auri summam ab illis acceperint , participes eos faciant bello captæ regionis . Igitur ex constituto Germani cum magno exercitu Burgundiones petunt , dum Theodericus , qui se in speciem ad expeditionem paraverat , copiarum profectionem differt , consulto procrastinans , exitumque expectans . Vix tandem emissio exercitu , Ducibus mandat , ut lentiū iter habeant , ac si Francos victos audierint , ne porrò ire pergent : fin fortè victoriam cessisse illis acceperint , deinceps properent . Hac Theoderici mandata accurantibus Ducibus , Germani soli cum Burgundionibus manus conferunt . Initio acerrimè prælio , ceciderunt utrinque plurimi . Etenim diu dubio Marte pugnatum est : at dein Franci , verso in fugam hoste , & ad ultimas regionis , quam incolebat , propulso oras , ubi multas habebat munitiones , reliqua occuparunt . Accepto rei nuncio , affuere confestim Gothi , increpitique à sociis , viæ difficultatem causati sunt . Tum mulctæ repræsentata , regionem , uti conveneat , cum victoribus diviserunt . Atque ita magis eluxit prudentia Theoderici , qui subditorum amisco nemine , dimidiā terræ hostilis partem auro modico sibi paravit . Sic demum paſs Galliæ a Gothis , & Germanis haberi cœpta est .

Tom. I.

A Postea Germani viribus auctiores , nulla habita Theoderici ratione , ejusque metu deposito , in Alaricum , & Visigothos bellum moverunt . Qua de re factus certior Alaricus , Theodericum protinus advocavit . Dum ille cum magno exercitu suppetias venit , interea Visigothi Germanis , quos ad urbem Carcasonem habere castra audierant , occurrunt , & castra ipsi etiam metati , fūstunt . Ibi cùm diutius sedissent , suos ab hoste vastari agros molestè fererant . Denique in Alaricum contumeliosi passim erupere sermones , terrorem illi ab hoste incussum obiciunt , socerique exprobrantium cunctationem . Se adversariis virtute , & animo pugnandi pares jactabant , & solos facilis è Germanis relatueros victoriam . Quare Gothis absentibus , coactus est Alaricus cum hoste configere . Quo in prælio superiores Germani Alaricum Regem cum plerisque Visigothorum occidunt , magnam Galliæ partem occupant , & summa contentione Carcasonem obsident , ferente fama , gazam ibi Imperatriam asservari , quam ætate superiori , Roma capta , Alaricus senior abstulerat . In ea visebatur Salomonis Hebreorum Regis supellex præclarissima . Erant enim præsis ornata lapidibus complura vase , quæ quondam Romani Hierosolymis exportaverant . Qui prælio superuerant Visigothi , Giselicum Alarici ex concubina filium , Regem appellarunt ; quod Amalaricus , qui matrem habuit filiam Alarici , tunc admodum puer esset . Deinde Theoderico cum Gothorum copiis adventante , correpti metu Germani , obsidionem solverunt . Illinc digressi , regiones Galliæ , quæ ultra Rhodanum ad Oceanum vergunt , subegere : unde cùm eos exigere non posset Theodericus , ut partes illas retinerent , concessit : reliquam ipse recepit Galliæ , sublatoque è medio Giselico , regnum Visigothorum transtulit ad suum ex filia nepotem Amalaricu , cuius adhuc pueri tutelam suscepit . Thesauro omni , qui repositus erat Carcassone , sublato , Ravennam festinè rediit . At in Galliam , Hispaniamque Præfectos , & copias identidem mittens , dabat operam prævidè , ut regnum sibi firmissime stabiliret . Illarum autem provinciarum Præfectis tributum imposuit , quod cùm quotannis acciperet , ne avaritia duci videretur , illud in donativum annum , quo Gothorum , ac Visigothorum exercitum afficiebat , convertit . Hinc factum progressu temporis , ut Gothi , & Visigothi , sub eodem Principe iisdem in terris positi , mutuis liberorum suorum connubiis affinitatem contraxerint .

B Post verò , Theudis , natione Gothus , quem Theodericus exercitui præfecerat , miseratque in eas partes , ex Hispania uxorem duxit , non Visigotham genere , sed è sanguine indigenæ divitis , & ipsam auro locupletissimam , & fundi dominam latissimi in Hispania . Unde cùm militum duo circiter millia collegeret , ac valido muniisset se satellitio , verbo quidem Dux Gothorum Theoderici munere , re autem ipsa tyrannus erat non obscurus . Ac veritus pro singulari sua prudentia , ac rerum usu Theodericus , ut si bellum inferret subdito , sibi obviā , ut verosimile videbatur . Franci obfisterent , vel res novas moverent Visigothi , adeò non Theudi potestate abrogavit , ut perpetuum armorum imperium ipsi detulerit . Porrò Gothorum primoribus imperavit , ad eum scriberent , rectè ipsum , & convenienter sapientiæ suæ facturum , si Theoderici sa-

K k 2 lutandi

lutandi causa Ravennam veniret. Mandata quidem Theoderici planè Theudis exequebatur, nec vestigial annum intervertebat unquam; at nec Ravennam ire, nec per literas invitatis id polliceri voluit.

C A P U T X I I I .

Franci Thoringos, & Burgundiones debellant. Sororem Regis Francorum Amalaricus uxorem ducit: cum Atalarico paciscitur: à Francis in prælio vitâ spoliatur. Theodati cum Francis pæcta convenit: de quibus implendis orationem Vitigis ad suos habet. Cum Francorum Regibus sociatem pangit.

Post Theoderici obitum, Franci nemine jam obsidente, Thoringos bello adorti, ipsorum Regem Hermenefridum interficiunt, ac totam gentem in ditionem subjungunt suam. Hermenefridi uxor cum liberis elapsa ad fratre suum Theodatum, tunc temporis Gothorum Regem, se recipit. Deinde Germani cum Burgundionibus, qui supererant, armis congregati, adeptique victoriam, eorum Regem, in castellum quoddam regionis illius conjectum, asservarunt custodiis: ipsos verò ad obsequium redactos, secum in posterum militare coegerunt, ut bello captorum conditio postulabat, & locis omnibus, quæ Burgundiones ante coluerant, vestigial imposuerunt. Rex autem Visigothorum Amalaricus, adulta jam ætate, Germanorum potentiam reformidans, eorum Regis Theodeberti sororem in matrimonium duxit, & Galliam cum Gothis, & Atalarico consobrino suo ita divisit, ut Gothis cesserit quidquid est cis Rhodanum fluvium, partes verò trans illum posita in Visigothorum ditione manserint. Convénit etiam inter ipsos, ut nec vestigial, quod constituerat Theodericus, non penderetur amplius Gothis. Quidquid opum ex urbe Carcassone idem abstulerat, Atalaricus bona fide Amalarico restituit. Quoniam verò hæ duæ gentes connubiis affinitates junxerant, unicuique viro, qui uxorem è gente altera accipisset, permitta est optio, utrum mallet uxorem sequi, an ad gentem, ex qua ipse esset, illam traducere. Uxores multi abduxerunt arbitratu suo: multi secuti sunt. Postea Amalaricus offensu suæ conjugis fratri pœnas graves persolvit. Cum enim uxorem de Deo recte sentientem Arrianâ ipse imbutus hæresi, non modò consuetis uti cœremoniis, & in divino cultu instituta patria vetaret sequi; sed indignis etiam modis acciperet nolentem ad suæ fœtæ ritus accedere: hæc ferre non valens mulier, fratri rem totam edidit. Hinc orto Germanos inter, ac Visigothos bello, ac prælio pertinacissimè inito, vicitus demum Amalaricus non sine magna suorum strage oppedit. Sororem Theodebertus cum omnibus opibus recipit, & quantacumque pars Galliae Visigothis obvenerat, eam obtinet. Qui cladi superfuerant, ex Gallia cum uxoris, liberisque egressi, in Hispaniam ad Theudin jam palam tyrannum se receperunt. Ita Gallia in Gothorum, ac Germanorum ditionem venit.

Deinde Theodatus Gothorum Rex, de Belisarii in Siciliam adventu certior factus, cum Germanis paciscitur, ut ipsi eorum Reges ad hoc bellum auxilio veniant, ubi Galliae partem, in ditione Gothica sitam, ac duo millia auri

A pondore acceperint. Verum is vitæ fatum prius implevit, quam pacta conventa. Quamobrem multi, iisque fortissimi Gothorum in illis erant partibus præsidarii, Duce Marcia. Neque eos evocare inde Vitigis tutò poterat, nec Francis pares putabat fore, Galliam, atque Italiam procul dubio incursaturis, si ipse copias omnes Romam duceret. Itaque convocatis, qui inter Gothos erant lectissimi, orationem hanc habuit. Huc vos coëgi modò, Gentiles mei, ut monita dem, parum illa quidem jucunda, sed necessaria: quæ sequo animo audiatis velim, & pro rerum instantium merito in medium consulatis. Certè quibus ex voto non procedunt incepta, de statu, in quo sunt, frustra illi tractaverint, nisi necessitatì ac fortunæ se se accommodent. Cætera quidem bello necessaria optimè paravimus; sed obstant Franci, veteres hostes: quibus haec tenus, licet cum pecunia, & vita multorum dispendio, restitimus, quia nihil hostile præterea se nobis obtulit. Nunc arma aliò vertere coactis, pacem cum Francis pangere necesse erit: primò quia, si ipsis inimicitiæ nobiscum maneant, profectò in nos vires cum Belisario sociabunt. Fert enim natura, ut qui hostem communem habent, amicitia, ac societate conjuncti sint. Deinde, si utrumque exercitum separatè adoriamur, utrinque certa nobis clades impendet. Præstat igitur levi jactura maximam regni partem conservare, quam habendi omnia cupiditate eò redigi, ut vita pariter cum omni ditione spoliemur ab hostibus. Quare existimo Germanos, non modò odium, quo à nobis dissident, deposituros, sed nostros etiam in hoc bello socios fore, si ipsis finitimatam Galliam, & quantacumque pecuniam cum ea se daturum Theodatus promiserat, concedamus. Quo autem pacto, si res nobis prosperè cesserit, recuperaturi Galliam simus, nemo vestrum disquirat. Subit enim memoria veteris illius verbi, quo jubemur instantia benè constituere. Hæc cum audissent Gothorum Proceres, ac sibi conducere censuerint, ut ea fierent placuit. Ergo mittuntur statim ad Germanos Legati, qui illis Galliæ cedant, datoque auro componant societatem. Tunc Reges Francorum erant Childebertus, Theodebertus, & Clotharius: qui traditam sibi Galliam, ac pecuniam inter se pro cuiuscumque regni portione divisorunt, promiseruntque se Gothis amicissimos fore, & auxilia missuros clam, non Francorum, sed nationum, quibus imperarent. Nec verò poterant adversus Romanos societatem coire palam, Imperatori in hoc bello opem paulò ante polliciti. Legati re, cujus causa missi erant, confecta, Ravennam redeunt. Tum demum Marciam cum copiis, quibus præterat, Vitigis revocavit.

C A P U T X I V .

Belisarius relicto Napoli, & Cumis præsidio, Romam petit. Dedunt se Romani. Via Appia descriptio. Gotbi Roma excedunt. Eam ingreditur Belisarius, & ad obsidionem ferendam necessaria parat.

Dum hæc agit Vitigis, interea Belisarius Romam cogitans profectionem parat. Itaque trecentis militibus, è peditatu delectis, Præfectoque Herodiano Neapolin credidit. Quot etiam Cumaneæ arcu custodiendæ sufficiens putavit, tot eò misit: cùm in Campania, præ-

præter Cumas, ac Neapolin, nullus esset munitus locus. Hæ sunt Cumæ, quarum incolæ antrum ostendunt, in quo Sibyllam vaticinatam perhibent. Porro Cumas mare alluit, stadiis CXXVIII. Neapoli distitas. Instruente exercitum Belisario, Romani calamitatem Neapolitanæ similem veriti, re perpensa, satius esse judicarunt Imperatoris copias in urbem accipere; eos ad id maximè impellente Silverio, civitatis Pontifice. Mox Fidelium Mediolano urbe Liguriæ oriundum, qui prius Atalarici Aſſessor fuerat (hæc dignitas lingua Romana dicitur Quæſtor) ad Belisarium legant, cumque Romam hoc invitant promisso, citra pugnam se urbem dedituros. Ille viā Latinā exercitum duxit, relictâ ad lœvam Appiâ, quam Appius Consul Romanus ante annos nonagesimos muniit, ac suo donavit nomine. Viam Appiam diebus quinque emititur vir expeditus. Ab urbe enim Roma ad Capuam pertinet, ea latitudine, ut aduersa inter se plaustra duo libere commenent. Omnium maximè spectabilis est. Molares erim, & naturâ præduri sunt lapides omnes: quos certè Appius è remota aliqua lapidina illuc convexit; cùm vicinus ager nulos ferat ejusmodi. Eos autem lœvigatoris in planum, & angulatos aptè commisit, non inferto ære, aliave re quapiam. Adeò tamen firma compage hærent, itaque coēunt, ut spētantibus non arte coagumentati, sed naturâ congeniti videantur. Et quamvis per tot sœcula frequentibus plaustris, ac jumentis quibuslibet quotidianum iter præbuerint, tamen nec ab ordine, vel minimū cessere, nec fractus quisquam est, nec minutus, nec pristinum nitorem amisit. Haec tenus de via Appia.

Gothi verò, qui Romæ præsidium agitabant, cùm adventare hostem audissent, nec lateret eos Romanorum consilium, ex eo valde erant solliciti, quod urbem tueri, & accendentibus repugnare minimè poterant. Inde postmodum, cum bona Romanorum venia, profecti, concesserunt omnes Ravennam, excepto Leuderis ipitorum Duce, quem, ut opinor, præsentis fortunæ pudor ibi tenuit. Illa die evenit, ut quo tempore Romam Belisarius cum Imperatoris exercitu per portam, quam Asinariam vocant, intrabat, eodem inde Gothi per aliam, quæ Flaminia appellatur, excesserint. Atque ita recepta est Roma die IX. Decembri, anno postquam capta fuerat sexagesimo, qui fuit XI. Imperii Justiniani. Tum Leuderis Gothorum Duce, & portarum claves ad Imperatorem Belisarius misit, & curâ ad muros, qui passim collapsi erant, reparandos conversâ, minas ita extruxit, ut in angulum omnes desinerent, addita à sinistro latere appendice, ne defensores ad illos positi paterent telis oppugnantium à parte lœva: & moenibus altam, ac præclaram fossam circumdedit. Ac providentiam quidem Magistri militum, & solertiam in pianarum structura præcipue elucentem Romanî prædicabant; iidem verò angebantur vehementer mirantes, quid illi in mentem venisset, ut si obſessum iri se intelligeret, intraret Romanam, obsidioni ferendæ imparem, tum ob annone difficultatem, quam, quod à mari absit, passura esset; tum ob ingentem murorum ambitum, situmque in campo planissimo, qui facilem invadentibus præbet aditum, pro natura loci. Hæc audiens Belisarius, nihilo seciùs omnia ad obsidionem necessaria expedivit, & frumentum, quod è Sicilia secum advexerat, in orrea publica coaditum servavit. Immo vero

A Romanos omnes, ex agris comportare quidquid annonæ ibi habebant, quamvis id segregerent, coegerit.

CAPUT XV.

Partem Samnii recipit Belisarius. Beneventum cur olim dictum Maleventum. Ejus conditor Diomedes stupendos apri Calydonii dentes ibi reposuit. Ibidem Æneas dedit Palladium Trojanum, cuius imago describitur: item sinus Ionius, Magna Græcia, aliisque partes Italia.

B **T**UM etiam Pitzas natione Gothus, profectus è Samnio, se & Gothos, qui ibi cum ipso degebant, ac Samnii maritimi dimidiata partem ad fluvium usque, qui regionem interluit, Belisarii potestati permisit. Gothorum, qui trans fluvium habitabant, nemo Pitzam sequi, neque in ditionem Imperatoris concedere voluit. Belisarius verò milites ei non multos dedit, qui cum ipso tractum illum tuerentur. Jam ante Belisario se sponte dediderant, nullo constricti Gothorum præficio, Calabri, Apuliæ, cùm maris accolæ, tum mediterranea incolentes: in quorum urbibus est Beneventum, olim Maleventum à Romanis dictum. Nunc autem Beneventum vocant, execrationem vietantes priori inditam nomini. Nam vox quidem Latina ventus auram spirantem significat. In Dalmatia verò, quæ contra hanc urbem in aduersa continentē sita est, malus, ac vehementissimus ventus bacchatur, qui quotiesflare cœperit, in via neminem reperiēre est: at omnes se domi tenent. Is enim est venti impetus, ut equitem cum equo in sublime rapiat, ac diu per auras circumactum, quocumque fors tulerit, projiciens enecet. Molestiæ, quam affert hic ventus, non expers est Beneventum, quippe contra Dalmatiam, ut dixi, editoque in loco positum. Eam urbem filius Tydei Diomedes, ab Argis olim, post excidium Ilii, pulsus condidit, ibique in monumentum reliquit apri Calydonii dentes, qui ipsius patruo Meleagro in venationis præmium cesserant. Ibidem etiamnum servantur, visendi sanè: ut qui non minus palmos tres orbe lunato colligant. Illic insuper cum Anchise filio Ænea, qui Ilio venerat, Diomedem egisse ferunt, eique ex oraculo præscripto dedisse Palladis simulacrum, quod rapuerat, Ulysse socio; cùni ambo Ilium, priusquam à Græcis caperetur, exploratum ivisserint. Nam illi postmodum, ut fama est, ægrotanti, consultum de morbo Oraculum respondit, nunquam ipsum convalitum, nisi viro Trojano illam traderet statuam: quæ nunc ubi terrarum sit, Romani se scire negant. Ejus tantum speciem ostendunt incisam lapidi, & in æde Fortunæ hac etiam ætate positam pro æneo Palladis simulacro ad exortivum templi latus sub dio stanti. Illa autem imago lapidea habitum resert bellantis, hastâ, veluti ad conflitum, protentâ. Tunica talarem habet, nec vultu reddit facta à Græcis Minervæ signa, sed jis est planè similis, quæ veteres formabant Ægyptii. Palladium Constantinus Aug. (si audiimus Byzantios) in foro, cui nomen tribuit suum, defodit. Sed hæc haec tenus.

C Sic Belisarius totam Italiam, quæ citra finum Ionium est Romanam usque, & Samnium, subegit: quæ sunt ultra finum usque ad Liburniam, Constantianus, ut dixi, recepit. Nunc eorum,

corum, qui Italiam incolunt, exponere situm aggredior. Adriaticum pelagus in longum continentis recessum se se effundens, Sinum Ionum efficit, haud tamen ut in aliis locis, in quibus maris procursus finitur Isthmo. Nam & Sinus, quem appellant Crisæum, ad Lechæum definiens, ubi est urbs Corinthus, Isthmum ibi facit, stadiis ad summum XL. latum. Et Sinus alter, qui excipit Helleponsum, ac Melas (idest, Niger) dicitur, haud majori, sed pari spatio Cherronesum in Isthmum cogit. Ab urbe autem Ravenna, ubi Sinus Ionius terminatur, ad mare Tyrrhenicum viro expedito non minus dierum octo iter est: propterea quod ita progreditur infusum mare, ut constanter ad dexteram spatietur. Citra hunc sinum incolitur primum oppidum Dryus, hodie vulgo Hydrus, à cuius dextera sunt Calabri, Apuli, & Samnites: hos Picentes excipiunt, quorum sedes Ravennam usque pertinent. A lava est pars altera Calabriæ, Brutii, Lucani: post quos habitant Campani, usque ad urbem Terracinam: succedunt his agri Romani fines. Hi populi maris utriusque litora, ac mediterraneas omnes plagas interjacentes habent: eaque est quæ prius Magna Græcia dicebatur. Et verò sunt in agro Brutio Locri, Epizephyrii, Crotoneiæ, ac Thurii Trans Sinum Græci, Epirotæ dicti, primum locum obtinent ad urbem usque maritimam Epidamnum. Hinc se aperit Prebalis regio; sequitur cui Dalmatiæ nomen est, & quæ cum ipsa Occidentalis Imperii finibus comprehenduntur, proxima Liburnia, huic Istria, deinde regio Venetorum ad Ravennam urbem porrecta. Atque hi sunt maris accolæ: supra quos Siscii, & Suabi, non illi, qui Francis parent, sed ab iis diversi, interiores terræ tractus obtinent. Ultra hos Carnii siti sunt, Noricique: ad quorum dexteram Dacæ, & Pannones habitant, suisque in urbibus Singidonus, ac Sirmium numerant, ad Istrum fluvium evadentes. Illis nationibus Goths trans Ionum Sinum belli hujus initio imperabant. Ultra Ravennam, à parte lava fluminis Padi, degunt Ligures, & ad eorum latus Aquilonare Albani in perbona regione, quam Langivillam vocant: ad Occasum Galli, ac deinde Hispani. A parte dextera habet Padus Æmiliam, & Tuscos ad Romæ usque confinia. Atque hæc ita se habent.

C A P U T XVI.

Belisarius copias in Tusciam mittit. Narniam Bessas recipit; Spoletium, & Perusiam Constantinus. Hujus victoria. Vitigis exercitu in Dalmatiam misso, Romam properat. Gothi Salonas obfident.

BElisarius fines omnes Romæ circumpositos usque ad flumen Tiberin complexus, eos munivit. Atque ubi cuncta rectè disposuit, validam Scutariorum suorum manum, cum stipitoribus hastatis, inter quos erant Zanter, Choromanus, & Æschmanus Massagetae, alias que Constantino copias dedit, & eo consilio misit illum in Tusciam, ut eam subigeret. Bessæ, uti Narniam, urbem Tusciam munitissimam, occuparet injunxit. Erat hic Bessas natione Gothus, ex eorum stirpe, qui in Thracia jamdiu habitabant, nec Theodericum secuti fuerant, inde Goths in Italianam ducentem. Animo impigro, ac bellica virtute praeditus, opti-

A mè ductabat milites, & res dexterè per se ipse agebat. Is quidem Narniam, civibus non invitatis, obtinuit. Constantinus verò Spoletium, Perusiam, & alia quædam oppida nullo negotio recepit, Tuscis eum sponte in suas urbes accipientibus. Præsidio Spoletii constituto, Perusæ, quæ urbs princeps Tuscorum est, cum exercitu se se tenuit. Vitigis, his auditis, adversus illos exercitum, Unila, ac Pissa Ducibus, destinat. Obviam fit Constantinus, & in Perusæ suburbano congregatur. Superioribus numero Barbaris, anceps pugnæ primordium fuit. Virtute postmodum sua victores Romani, hostes fundunt, atque incompositæ fugientes ad internacionem ferè cædunt. Cùm Duces eorum ceplissent vivos, miserunt ad Belisarium. Qua de re factus certior Vitigis, Ravennæ diutiis sedere noluit; ubi tenebatur expectatione Marciæ, qui nondum è Gallia cum suis advenerat. Itaque Asinari, & Uligisalum magno cum exercitu in Dalmatiam expedit, ut illam ad ditionem Gothicam revocent, jubetque, cùm ex Suabia Barbarorum indigenarum copias asciverint, rectâ Dalmatiam, ac Salonas petere. Cum iisdem longas naves misit complures, quod Salonas terra, ac mari obsidere possent. Ipse cum omni exercitu Belisarium versus, ac Romanum properat, non minus centum & quinquaginta millia equitum, ac peditum ducens: plerique cum ipsis equis loriciati erant.

C Dum apud Suabiam Asinarius Barbarorum exercitum conscribit, solus Uligisalus Gothos in Liburniam dicit. Hi facto cum Romanis ad Scardonem oppidum prælio victi, urbem Burnum repetierunt: ubi collegam suum Uligisalus expectavit. Constantianus, apparatu Asinari cognito, Salonis timens, milites, qui omnia regionis illius castella obtinebant, accivit; muros fossâ cinxit perpetuâ, ceteraque ad obsidionem ferendam necessaria diligentissime expedivit. Asinarius, collectis Barbarorum ingentibus copiis, ad urbem Burnum pervenit. Ibi junctis cum Uligisalo, Gothorumque exercitu viribus, Salonas se se contulit. Mox ducto vallo clausere mœnia, atque horum parti maritimæ plenas militibus naves opposuerunt; itaque terra, ac mari obsederunt Salonas. Romani verò repantino impetu fugata hostium classe, naves multas submersere cum viris; multas cepere vacuas. Nec tamen Goths obsidionem solverunt: immo verò Romanos intentiori oppugnatione intra muros coercuere. Ita Romani, & Goths in Dalmatia rem armis gerebant. At Vitigis, cùm ex indigenis, qui Româ veniebant, audiret, exercitum Belisarii molestissimum esse, ipsum sui ex urbe discessus poenitiebat, nec poterat mente consistere: sed irâ captus contra pergebat. In itinere obvium natus Sacerdotem quemdam Româ protectum, dicitur interrogasse contentius, utrum adhuc esset Belisarius Romæ? quasi vereretur, ut Belisarium posset assequi, ac ne is inde se prorpuiisset. Hac parte Vitigin securum esse Sacerdos jubet, pro certo affirmans, nunquam fugere Belisarium; sed tenere, quem habet locum. Instat acrius Vitigis, aperte optans muros Romæ prius videre, quam Belisarius illinc ausigeret.

CA-

CAPUT XVII.

*Belisarius Constantiū, ac Bessam ē Tuscia
Romam revocat. Narnia situs. Vitigis
Romam accedit. Pontem Belisa-
rius munit. Fuga cu-
stodum pontis.*

UBI Gothorum copiis omnibus peti se Belisarius cognovit, æstuare dubitatione cœpit. Nam ut cohortibus, quas Constantinus, & Bessas ducebant, carere nollet, suadebat in primis paucitas militum, quos secum habebat. Rursus non expedire censebat, præsidia ex munitis Tuscia locis deducere; ne inde Goths Romanos oppugnarent. Re benè explorata, Constantino, ac Bessae mandavit, ut idoneo præsidio in regionis illius locis, quæ maximi momenti essent reliquo, confestim ipsi cum reliquo exercitu Romanam venirent. Dicto audiens Constantinus, Perusia, & Spoleto collocatis præsidiis, Romanum cum reliquis omnibus iter celerat. At Narniam res Bessas lentiū digerit, Goths illac iter habentes, agrum suburbanum implet. Hi sequentis exercitus præcursores erant, quos adoratus Bessas, sibi oppositos, præter opinionem, in fugam vertit, multisque cæsis, cùm ab ingruente multitudine premeretur, Narniam fese retulit. Ibi reliquo præsidio, Romanum, uti jusserat Belisarius, advolat, ac jam hostem affore nunciat. Etenim Narnia CCCL. solum stadiis Romam distat. Porro Vitigis Perusiam, ac Spoleto, urbibus validissimis, abstinuit, nec voluit ibi tempus conterere, id unum expetens, ut nondum fuga elapsum Belisarium Romam deprehenderet. Ubi Narniam quoque teneri ab hoste rescit, illic nihil moveare voluit, haud ignarus difficultem aditu, & valde arduum locum esse. Infidet enim editum montem, cuius radices Nar amnis alluit, unde suum urbs nomen hausit. Ad eam ducunt ascensus duo, hic ab Oriente Sole, ille ab Occidente. Horum alter difficiles angustias inter saxa prærupta habet, alter nonnisi ponte adiri potest, qui fluvio impositus, ea parte transitum præbet. Hunc pontem Cæsar Augustus olim extruxit; spectatu fanè dignissimum opus, nam quotquot usquam fornices vidimus, eos altitudine superat.

Itaque inutili abjecta mora, inde Vitigis monuit, & cum universo exercitu per agrum Sabinum iter intendit Romanum, cui jam ita proximus, ut ab ea stadiis non amplius XIV. abesse, pontem Tiberis offendit, paulò antea Belisario munitum turri, & in hac, foribus defensa, locatum ab eodem militare præsidium; non quodd hostes Tiberim illac solum transire possent, quandoquidem fluvius. & vectorias naves, & pontes multis habet in locis, sed quia cùm alias ab Imperatore copias magno expectaret opere, constitutum habebat moram hosti in via longiore injicere; idque etiam agebat, ut Romani in urbem ampliores commeatus inveharent. Nam, si inde repulsi Barbari, per alium transire pontem aggredierentur, illis dies saltem viginti absumpturn iri putabat, ac plus etiam temporis peritum videbatur, si quot opus esent navigia, tot vellent in Tiberim trahere. Sic Belisarius ratione subducta, eos ibi custodes posuerat, ubi Gothi illius diei noctem egerunt, fluctuantes animis, ac sibi postridie oppugnandam turrim existimantes. Ad ipsos transfugerunt Barbari viginti duo Romani milites, ex equestre turma, cui præerat Innocentius. Tum Be-

A lisario in mentem venit castra ad fluvium Tiberim metari, ut melius hostem transitu prohiberent, & quantum animo considerent, demonstrarent. At milites, quibus credita, ut dictum est, pontis custodia fuerat, attoniti Gothorum ingenti numero, ac periculi magnitudinem reformidantes, turri, quam custodiebant, noctu, relicta, fugam ceperunt, ac Romanum sibi clausam rati, in Campaniam iverunt furtim, seu poenæ à Magistro militum infligende metu, seu commilitonum verecundiâ ducti.

CAPUT XVIII.

*In acerrimo prælio Belisarius, equo Bala invictus,
rem fortiter, ac fæliciter gerit. Fugati Go-
thi, Romanos fugant. Redintegratur præ-
lium. Belisarius ad muros se recipit:
iterum Gothos fundit. Visandi
Gothi casus mirabilis. Vitigis
cives Romanos ad defe-
ctionem sollicitat.*

POstridie Gothi, effractis nullo negotio turris foribus, obstante nemine, fluvium transferunt. Belisarius verò, cùm de custodum fuga nihil dum audisset, assumptis equitibus mille, ad fluminis pontem contendit, optaturus locum, qui castris commodior videretur. Inventi proprius, jam fluvium transgressos offendunt hostes, ac vel inviti cum eorum parte certamen ineunt, ex equis utrique pugnant. Tunc Belisarius, quamvis antea cautus, non se tenuit in ordine Magistri militum, sed inter primos, uti miles, certavit. Unde Romana res in grave discrimen venit: siquidem belli momentum omne in ejus capite positum erat. Equo tum vehebatur bellicosissimo, fessorisque è periculis expediendi perito, qui toto fusco corpore, anteriorem capitis partem, à summa fronte ad nares, eximio candore insignem habebat. Equum ejusmodi vocant Græci Phalion, Barbari Balan. Illum autem ac Belisarium, plerique Gothi jaculis, aliisque telis ideo petebant, quia transfugæ, qui pridie ad illas concesserant, simul Belisarium in prima acie prælantem videbunt, haud ignari, si is occideret, extemplo Romanam rem collapsuram, sublato clamore, ad ferendum equum Balan hortati sunt. Hac inde voce per omnem diditâ Gothorum exercitum, omittebant, ut fit in magno tumultu, quorum ea spectaret, querere, nec Belisarium planè noverant: at conjectantes id monitum non abs re quoquoversum manare, omissis cæteris, in Belisarium, plerique tela torquebant. Ac jam eorum generosissimi, quique acribus impulsu gloriæ stimulis, equis proximè admotis, nitabantur illum præhendere, & vehementi ira abrupti, hastis, & gladiis feriebant. Belisarius verò obvios, sine ulla intermissione, nunc hos, nunc illos necabat. Quo in discrimine maximè eluxit amor, quo illum hastati, scutatique ipsius Protectores complectebantur. Ei namque circumfusi omnes, fortitudinis specimen dederunt, quale neminem hactenus edidisse crediderim. Si quidem Magistro militum, ejusque equo prætentis clypeis tela omnia excipiebant, & eos, qui incurrebat, trudendo, non cessabant repellere. Ita demum omnis impetus in unius viri corpus surebat. In hac pugna ceciderunt è prima Gothorum acie non minus milie; è Belisarii familia multi, iisque fortissimi, & ipsius stipator Maxentius, cùm in hostem præclara facinora edidisset. Eo die Belisario sic favit

favit fortuna, ut quamvis unus ipse prælio pateretur, nullo tamen affectus vulnere, nec misfili percussus fuerit.

Tandem Romani virtute sua hostem fuderunt, nec fugâ destitit Barbarorum ingens multitudo, donec ad castra sua pervenit, ubi Gothorum pedites, recentes adhuc, & integri, impetum hostium sustinuerunt, eosque facile propulerunt. Aliis subinde equitum turmis auxilio subeuntibus, effusâ Romani fugâ evaserunt in collem, ibique stetere. Equitibus verò Barbaris eos asecutis, equestris pugna redintegratur, in qua Valentinus, equis Photii Antoninæ filii, fortè animum maximè prodidit. Cum enim solus in hostile agmen insiluisse, represso Gothorum impetu, iis, qui cum ipso erant, salutem perperit. Sic elapsi ad moenia Romæ contendunt: eodem feruntur insequentes Barbari, & ad portam, quæ nunc dicitur Belisaria, veniunt. Veriti Romani, ne cum fugientibus irrumpens hostis urbem intraret, nolebant portam aperire, enixè licet instantे, & minaciter inclamante Belisario. Nempe qui despectabant è turri, virum, cuius vultum, adeòque totum caput concretus sudore pulvis tegebat, agnoscere minimè poterant. Quin etiam clarum omnibus visum auferebat occasus Solis: præterea Romani Magistrum mil. occidisse existimabant. Etenim quicumque priori fuga se securi commiserant, Belisarium inter primos fortiter pugnantem occubuisse renunciarunt. Confluentes magno numero Barbari, irâque ardentes, transvolare fossam, & illos, qui se ultra receperant, invadere meditabantur. Romani verò cis fossam ad moenia conferti, se in arctum coegerant, sic, ut alter hæreret alteri. Qui intra muros erant, cum nec Ducem haberent, ac prorsus imparati, sibi, atque urbi metuerent, opem ferre suis nequibant in tantum adductis periculum.

Tunc animum Belisarii audax subiit cogitatio, quæ præter expectationem rem Romanam servavit. Nam voce cunctis, qui circum aderant animatis, in hostes impressionem repente fecit. Illi, jam ante & nocte, & cursu admodum turbatis ordinibus, ubi in se ab iis, quos fugaverant, nec opinato fieri viderunt impetum; alias ex urbe copias venisse subfido suspicantes, gravi hinc subeunte metu, in fugam omnes consternantur. Sustinens se ab inseundo Belisarius ad muros confestim reddit. Quo erecti facto Romani, in urbem ipsum cum omnibus, quos ducebat, accipiunt. Eò discriminis Belisarius, resque Imperatoris venerunt. Porro cœptum manè prælium nox diremit. Ac Romanorum quideni optimè se in eo Belisarius gessit; Gothorum verò Visandus Bandalarius, qui servente circa Belisarium Marte, in primo confligens ordine, non priùs abstitit, quam corpore tridecim saucio vulneribus concidit. Illico expirat se visus, & à sociis, quamvis victoribus, pro occiso relictus, inter mortuos ibi jacuit. Die tertio, cum Barbari, ad Romæ muros castrensi misissent, qui suos fato funètos sepelirent, ac justa ipsis funebria solverent; hi, dum perquirunt, inspectantque cadavera, Visandum Bandalarium spirantem adhuc offendunt. Ex eo sodalium quidam vocem aliquam precipibus conatur elicere. Silebat enim, absumptis ardore viribus, quem inedia, aliaeque ærumnae in visceribus acuebant. Quocirca tandem petiit, ut aqua ori infunderetur. Potu refocillatum, levatumque humo, in castra portarunt. Magnum hinc nomen Visandus Bandalarius apud Gothos adeptus, summa cum gloria diutissimè

A superstes fuit. Hæc die post pugnam tertio contigerunt.

Tunc autem Belisarius cum suis in tutum receptus, coactis ad muros militibus, ac populo Rom. ferè universo, injunxit, crebros ignes accenderent, ac totam noctem vigilarent. Moenia deinde circumiens, cùm cætera providit, tum singulis portis, singulos Duces apposuit. Sub hæc Besas, portæ Prænestinæ custos, ad Belisarium misit, qui nunciaret, urbem ab hostibus teneri, per eam ingressis portam, quæ ultra Tiberim est, & à Sancto Pancratio nomen habet. His auditis, qui Belisarium circumstabant, ut per aliam portam evaderet, auctores erant. At ille intrepidus, & falsa afferri afferens, nullâ interpositâ morâ, trans fluvium Tiberim aliquot misit equites, qui, regione explorata, nihil ibi hostile urbi incidisse retulerunt. Quamobrem ad singulas portas è vestigio mittit Ducibus, ubivis positis, si forte hostem alia muri parte irrupisse audierint, ne suppetias ferant, neu de statione decedant, sed in ea taciti maneant, sibi enim cætera curæ fore. Hæc eo agebat consilio, ne falso rumore iterum turbarentur. Adhuc Roma tumultu trepido plena erat, cùm Vitigis ad portam Salariam Vacin Ducem, virum non ignobilem destinat. Quo ille cùm accessisset, Romanis perfidiam in Gothos objecit, ac productionem exprobavit, quam, ut dicebat, in se ipsi, & patriam cuderant, Gothorum potentia posthabita Græcis, qui tueri ipsos non possent, & à quibus profectum neminem vidisset unquam Italia, nisi Tragœdos, Mimos, ac piratas. Hæc, aliaque ejusmodi plurima locutus Vacis, cùm ei nemo responderet, ad Gothos, & Vitigin rediit. Romanis verò dignissimus risu Belisarius videbatur, qui ex hostibus ægrè elapsus, bono eſe juberet animo, Barbaroque contemnere, nec dubitare se diceret, quin eos vi debellaret. Id quo pacto edoctus sciret, dicetur postea. Proiecta nox erat, cùm Belisarium, adhuc impastum, uxor, & familiares quicumque aderant, vix ut frustum panis ederet perpulerunt. Sic demum hanc utrique noctem egerunt.

C A P U T X I X.

Castra septem faciunt Gothi: urbis aquæductus incident; excitatas à Belisario moletrinas evertunt. Eas reparat Belisarius.

Posterior die Goti, qui urbem facilimè, ob ipsius amplitudinem, obsidione se capturos putabant, & Romani, salutis suæ propugnatores, ita se ordinarent. Habent urbis moenia majores portas XIV., & minores aliquot. Spatiū, quod portis majoribus quinque, à Flaminia ad Prænestinam, comprehenditur, infestare Goti aggressi sunt, castris sex circumiectis; propterea quod muros omnes non poterant vallo interspere: castra autem hæc omnia cis flumen Tiberim locarunt. Veriti etiam Barbari, ne hostis, rupto ponte, quem vocant Milvium, eriperet ipsis transitum in oram omnem, quæ trans fluvium ad mare usque patet, eoque pacto nullum sentiret obsidionis incommodum; ultra Tiberim vallum septimum in Neronis campo fixerunt, ut pontem inter castra positum haberent. Itaque ab hostibus infestæ fuerunt portæ aliæ duæ, videlicet Aurelia, insignis jam Petri nomine, qui Princeps fuit Apostolorum Christi, ac prope illam conditus jacet, &

& Transtiberina. Atque ita Gothi ad summum dimidiam murorum partem castris complexi, nec amne usquam prohibiti, moenia, quacumque vellent, oppugnatum ibant. Quo autem modo Romani muris fluvium interceperint, explicabo. Tiberis copiosus aquis longè moenia præterfluebat. Locus autem, in quo fluminis murus imminet propius, planus est, & valde faciles habet aditus. E regione, trans Tiberim magnus collis eminet, ibique omnes urbis moletrinæ jam inde olim extrectæ sunt, quippe magna aquæ vis per alveum structilem ad collis verticem deductæ, inde vehementi cum impetu in declive labitur. Quamobrem veteres Romani collem hunc, & adversam fluminis ripam muro claudere statuerunt, ut hostes nec moletrinas disturbare, nec amne transito immuros urbis movere quidquam facile possent. Igitur, cùm illic fluvium ponte junxisse, placuit murum illi committere, multisque in opposita regione ædificatis domibus effectum est, ut urbem Tiberis interlueret. Sed hæc hactenus.

Gothi verò, cùm fossas altas castris omnibus præduxissent, terram, quam inde egefferant, coagmentantes, illam extra interiorem parietem altius exaggerarunt, ac super infixis stipitibus præacutis quamplurimi, castra singula non minus, quæ castellorum propugnacula, munierunt. Ac vallo quidem, quod in campo Neronis erat, Marcias præerat; jam enim cum suis è Gallia reversus; ibi castra posuerat. Cætera autem Vitigis moderabatur, sextus ipse; nam unumquodque Præfectum habebat suum. Hoc dispositi modo Gothi aquæductus omnes incident, ut inde urbs nihil aquæ accipiat. Sunt aquæductus Romæ XIV. numero, è coctili latere structi quondam, adeò lati, altique, ut eques intra illos equitare possit. At Belisarius urbis custodiæ sic providit. Portam ipse minorum Pincianam, & majorem, quæ à dextera hujus est, ac Salaria dicitur, infedit; quia pars illius murus expugnari facile poterat, & in hostes exitum Romanis dabat. Prænestinam Bessæ assignavit: Constantino Flaminiam, à lœva Pincianæ sciam, commisit, occlusis prius foribus, & magnorum strue lapidum intus optimè communis, ne quis posset eas recludere. Cùm enim unum ex vallis hostilibus proximum esset, ne quas ibi insidias urbi hostes molirentur, timebat. Reliquarum custodiam Ducibus numerorum pedestrium demandavit. Singulos aquæductus denso pariete firmissimè obstruxit, ne quis infensus eò extrinsecus illaberetur.

Et quoniam aquæductibus, uti dixi, incisis, aqua molas non versabat amplius, neque id jumentorum operâ fieri poterat; re cibaria penitus, ut fit in obsidione, defectis Romanis. qui vix habebant quo equos sibi necessarios sustentarent; artem hanc Belisarius excogitavit. Pro pente, quem moenibus commissum dicebammodo, aptatis funibus, & ab utraque fluminis ripa validissimè tentis, binos lembos colligavit, bipedali inter utrumque relicto spatio, quæ majori impetu è pontis fornice aqua decurrebat. Tum duabus molis utrique lembo impositis, in medio machinam, qua molæ volvi solent, suspendit. Alios continenter lenunculos ad eorum rationem, qui ponè erant, connexuit, ac machinas eodem modo immisit, quæ omnes ordine, profluentis aquæ vi, circumactæ appositas sibi molas ciebant, & quantum urbi opus erat, molebant. Quæ cùm hostes ex transfigis cognovissent, hac arte machinas everterunt.

Tom. I.

A Magnas arbores, & Romanorum nuper occisorum cadavera ad fluvium comportantes, mittebant in profluentem. Horum pars maxima secundo amne in medias devecta scaphas, machinam fregit. Re Belisarius animadversa, priori hæc invento addidit. Late per torum Tiberis alveum, oblongas prætendit ponti catenas ferreas, in quas omnia, quæ deterebat flumen, sic incurrebant, ut ibi colligerentur, nec ultra procederent. Ea verò inde sinenter trahentes, qui hoc munus suscepserant, in terram subducebant. Id Belisarius non tam molarum causâ agebat, quæ quia metu, & suspicione hac pulsabatur, ne hostes multis lembis invecti, cis pontem, & in inediā urbem clam penetrarent. Sic tandem Barbari incepto jam irrito abstitere, & hujusmodi quidem moletrinæ Romani dcinceps usi sunt; balneis autem ipsos exclusit aquæ penuria. Quod ad potum attinet, satis aquæ habebant; cùm ii, quorum domus erant à fluvio remotissimæ, è puteis haurire possent. Denique cloacis, quæ fordes, & purgamenta urbis foras ejiciunt, nullam Belisarius cautionem adhibere necesse habuit. Etenim quia cunctæ in fluvium Tiberim se exonerant, propterea nullus ibi locus erat insidiis hostium.

C A P U T XX.

Victoria Belisario puerorum ludo portenditur.
Obsidionem cives Romani impatienter
ferunt. Legatos mittit Viti-
gis ad Belisarium. Mu-
tuæ orationes.

I Ta quidem obsidionis ferendæ necessaria dis-
posuit Belisarius; multi verò Samnites pueri,
qui oves in agro suo pascebant, cùm duos de-
legissent corpore valentiores, & Belisarium
vocassent alterum, alterum Vitigin, luctari am-
bos jusserunt. Certamine validissimè inito, ca-
dit Vitigis: hunc puerorum turba ex arbore
per ludum suspendit: viso tum forte lupo,
pueri omnes se in pedes conjiciunt: suspensus
ex arbore Vitigis, in eo cruciatu derelictus
diutius, moritur. Quo Samnites audito, pœ-
nam quidem ex pueris nullam, sed conjectu-
ram ex illo casu ceperunt certissimam, ut di-
cebant, vietorem belli, vi, Belisarium fore.
Hæc ita contigerunt.

Populus vero Romanus, incommodorum belli, obsidionisque omnino insolens, cùm & il-
luvie, & annonæ penuriâ premeretur, atque in muris cogeretur excubare pervigil, ac ven-
turam brevi urbem putaret in potestatem ho-
stium, à quibus interea agros, cæteraque om-
nia vastari videbat; graviter commotus indi-
gnabatur, quod imberens ob sideretur, & in-
stantum discrimen veniret. Quare collecti ci-
ves aperte Belisario maledicebant, quod ab
Imperatore minoribus, quæ par esset, copiis
instructus non dubitassem bellum suscipere Go-
thicum. Eadem Patres Curiae, quam appellant
Senatum, Belisario occultè exprobabant.
Quæ cùm Vitigis ex transfigis audisset, ut ac-
cenderet offensionem, qua rem Romanam val-
de turbatum iri existimabat, Legatos, in qui-
bus erat Albes, ad Belisarium misit: qui ad
ejus conspectum admissi, præsentibus Senatori-
bus, cunctisque exercitus Ducibus, orationem
hanc habuerunt. Sapienter olim, Magister mil-
litum, assignarunt homines rerum nominibus
certa discrimina, quorum è numero istud pro-
fertur: Temeritas à fortitudine diversa est.

L1

Nam

Nam illa quidem, si quos occupaverit, eos turpiter in periculum conjicit: hæc verò virtutis laudem amplissimam refert. Harum certè altera te adversum nos impulit: utra autem ea sit, mox planum facies. Etenim si bellum Gothis infers, fortitudine fretus, illius probandæ facultas adest, præclare vir; cùm hostium castra mœnibus, adeòque tuis oculis subjecta sint. Sin armatus audacia in nos insurrexisti, facti utique temerarii te pœnitentebit. Nam ubi in dimicationem ventum est, subire solet eorum animos pœnitentia, qui rem ratione non inierunt. Nunc autem define ærumnas his Romanis producere, quos Theodericus in deliciis, ac summa libertate enutrit, nec justo Gothorum, Italorumque domino impedimentum offer. Quo enim pacto non absurdum id fuerit, ut Romæ sedeas inclusus, & præ hostium metu prodire renuens; dum urbis hujus Rex in castris agens, subditos suos belli damnis, & incommodis afficit? Nos verò tibi, tuisque potestatem dabimus abeundi cum rebus vestris. Nam nec fas, nec humanis moribus consentaneum esse ducimus, ad officium se, & modestiam referentibus insultare. Quod ad Romanos spectat, lubenter eos interrogabimus, quo tandem crimine à Gothis lœsi, cùm nos, tum se ipsi prodiderint, qui nostram haec tenus experti benignitatem, jam etiam auxilium sibi à nobis oblatum vident.

Locutis hæc Oratoribus, Belisarius ita respondit. Deliberandi tempus non capiemus arbitrio vestro; neque enim is est hominum mos, ut de hostium sententia bellum gerant: at rem quisque suam tractare solet, prout optimum factu judicat. Vobis autem prædicto futurum tempus, cùm sub sentibus capita voletis abdere; nec reliquum ibi locum habebitis. Nos demum potiti Româ, nihil alienum tenemus: at vos, quam antea occupaveratis injuriâ, antiquis dominis inviti nunc reddidistis. Cæterum si quis vestrum sperat, fore ut Romam sine ullo conflictu ingrediatur, eum sua fallit opinio. Neque enim fieri potest, ut vobis urbem hanc Belisarius, quandiu vivet, relinquat. Secundum hanc Belisarii orationem, Romani metu percussi, ac taciti sedebant, nec audebant refellere Legatorum objurgationem, proditos ab ipsis Gothos vehementer querentium. Unus admodum Fidelius, quem Belisarius Præfectum Prætorio tunc creaverat, ausus eos verbis impetrere, omnium maximè Imperatori studere visus est.

C A P U T XXI.

*Vitigis ad oppugnationem inferendam se comparat.
Arietis, ba'stæ, & lupi machinarum
bellicarum descriptio.*

AD sua reversi castra Oratores, quærenti Vitigi, quis eset vir Belisarius, & quid animi ad discessum haberet, responderunt spevana teneri Gothos, si Belisarium utcunque se territuros putarent. Quo Vitigis audito, oppugnationem acriter inferre constituit, & quæ ad mœnia labefactanda valerent, ita paravit. Turres ligneas fecit, æquales hostili muro, cuius mensuram asscutus est illas cum structura lapidea sèpe componendo. Earum turrium basi ad singulos angulos suberant rotæ, quarum lapsu facilimè agerentur, quocunque vellet oppugnatores: ipsas demum juncti boves trahebant. Deinde scalas paravit quampluri-

mas, quæ ad pinnas pertingebant, ac machinas quatuor, quas Arietes vocant. Est autem ejusmodi machina. Ligneis columnis quatuor sic erectis, ut inter se oppositæ, & æquales stent, illis trabes inserunt transversas octo; nempe quatuor committunt supra, totidemque ad bases. Tum opus, ad cubiculi formam quadranguli, pro parietibus, ac muro, undique circumtegunt coriis, ut & levis sit tractu machina, & qui in ea sunt, tuti sint ab hostium telis. Aliam quoque trabem intus transversam, atque ex alto ad medium ferè machinæ spatium laxis catenis suspensam habent: cujus caput in mucronem desinens, non secus ac teli cuspidem, multo induunt ferro, incudis instar, quadrangulo. Machinam rotis quatuor, quæ singulis columnis subjectæ sunt, elatam, viri non minus L. intrinsecus movent, eaque muro applicata, trabem cujus modò memini, machinæ agentes quadam, abducunt retro, & in murum magno cum impetu remittunt. Hæc autem sèpius repetita impressio eam habet vim, ut quacunque in partem inciderit, eam facilimè quatiat. convellatque. Atque inde nacta nomen est machina, quod prominens trabis ejusce caput, quocunque fors tulerit, dare impetum soleat feriendo, quo modo ovium mares arietant. Ea demum forma est Arietum, quibus murorum oppugnatores utuntur.

Pararunt præterea Goths innumeros lignorum, arundinumque fasciculos, quibus injectis complerent fossam, & æquarent, ne machina transitu prohiberentur. Sic instructi Goths oppugnare muros ardebat. Belisarius verò in turribus machinas locavit, quas appellant Balistas. Habent hæc speciem arcus, infra quem cornu concavum prominet, catenâ laxâ suspensum, ferreæque virgæ rectæ incumbens. Qui inde volunt hostem appetere, ligna, quæ sunt arcus capita duo, modici funis nexu coire cogunt, & cavo in cornu sagittam aptant, dimidio quidem sagittis aliis, quas arcubus mittunt, breviorem, sed latiore quadruplo: nec pennis confuetis instructam, at tenuibus lignis earum loco ita insertis, ut sagittæ speciem omnino reddant. Ei demum infixa cuspidæ admodum magna, pro crassitudinis portione, multi, qui utrinque astant, vincula machinis quibusdam intendunt: tum concavum cornu progrediens, erumpit. Sagitta pariter vi tanta exploditur, ut sagittariorum jactus minimum duos æquet, incidentisque in arborem, lapidem-ve, facile frangat. Ejusmodi est machina, quæ nomen ex eo traxit, quod vehementissimè tela jaciat. In murorum pinnis alias machinas statuerunt, lapidibus mittendis idoneas: fundarum eæ sunt similes, & Onagri appellantur. Portis etiam extra murum impauerunt lupos, quos ita fabricantur. Trabes erigunt binas, quæ à terra ad pinnas pertingunt. Tum ligna laborata alternatim apponunt, recta hæc, illa transversa; itaque committunt, ut media inter commissuras foramina appareant sibi respondentia. Ex qualibet juncta mucro quidam prominet, stimulo crasso persimilis. Ac postquam ligna transversa alii trabi sic infixerunt, ut desuper ad dimidiad partem pervadant, efficiunt, ut trabes supinæ portis incumbant. Ubi propius accessit hostis, qui sunt in parte superiori, apprehensis summis trabibus, eas impellunt. Illæ verò subeuntibus incidentes repente, mucronibus prominentibus quoscumque intercipiunt, momento perimunt. Acta hæc à Belisario.

C A -

CAPUT XXII.

*Belisarius admotas ab hostibus machinas rideat.
Ilias in sagittis mittendis dexteritas mira.
Vitiges à porta Salaria ad Prænestinam
se confire. Moles Adriani acriter
oppugnata, acrius propugnat.*

Obsidionis die XVIII. circiter solis ortum, Gothi duce Vitigi, ad oppugnanda mœnia accesserunt. Ac Romani quidem, turrium, arietumque appropinquantium insueto planè spectaculo percellebantur omnes: Belisarius verò hostilem aciem cum machinis progredientem videns ridebat, & militibus imperabat, uti se continerent, nec pugnam priùs lacescerent, quām ipse signum dedisset. Neque ille tum risus causam, quæ patuit postmodum, prodidit. Quamobrem Romani, eum rati facete ludere, carpebant ipsum, & impudentem vocabant, atque iniquo ferebant animo, quod hostes porrò pergentes haud inhiberet. Jam Gothi fossæ propinqui erant; cùm primus omnium Magister militiæ, intento arcu, eorum cuidam lorica induro, atque agmen ducenti, collum trajicit. Is lethali accepto vulnere, supinus sternitur. Mox ab omni Rom. populo ingens, & inauditus attolli clamor, optimum inde omen accipiente. Missa à Belisario sagitta altera cum eodem successu; intentior è muro clamor sublatus est, janque hostem devictum Romani existimarunt. Tum Belisarius cunetis militibus dato signo, sagittas expedire jubet, ac suis presertim injungit, ut boves tantum configant: quibus ad unum confestim casis, turre promovere hostis ultra non potuit, cæptoque in medio hæsit, inops artis, atque consilii. Hinc constitit fecisse providè Belisarium, cùm hostes procul positos coërcere renuit, ac risisse Barbarorum simplicitatem, qui tam inconsideratè sperassent fore ut boves ad hostilem murum perducerent. His ad portam gesit Belisarium, Vitiges ita repulsus, numerosam Gothorum cohortem ibi reliquit, eorumque acie sic disposita, ut magnam altitudinem haberet, ducibus præcepit, ne in murum impressionem facerent; at servatis ordinibus, crebra in pinnas tela torquerent, nec Belisario darent spatiū ferendi suppetias laboribus in alia murorum parte, quam ipse cum majoribus copiis pararet invadere. Itaque ad partem, portæ Prænestinæ vicinam, dictamque à Romanis Vivarium, ubi murus expugnari facilimè poterat, cum magno armatorum numero contendit. Ibidem jam paratæ erant cùm aliæ machinæ, tum tures, arietes, & scalæ quamplurimæ.

Interea portam quoque Aureliam hoc modo Gothi oppugnaverunt. Extra portam Aureliam, jactu lapidis procul à mœnibus, est Adriani Aug. tumulus, opus spectandum, ac memorabile. Nam constat ex marmore Pario, apertissimè hærent inter se lapides, quamvis nihil sit intus, quo vinciantur. Aequalia sunt quatuor ejus latera: cujusque latitudo jactum lapidis æquat; altitudo muros urbis excedit. In culmine admirabiles visuntur virorum, equorumque statuæ ex eodem marmore. Et quoniam objecta urbi munitio tumulus hic esse videbatur, eum veteres mœnibus conjunxerunt duobus extrectis brachiis, quæ à muro ad ipsum pertinent. Itaque speciem turris habet excelsæ, & portam protegentis vicinam. Quod

Tom. I.

A propugnaculum cùm opportunissimum esset; illius præsidium Belisarius commiserat Constantino, eidemque mandaverat, ut muro etiam continent, in quo parva, ac levissimi momenti custodia stabar, advigilaret. Etenim, quia præterlabens ibi fluvius obstat, quominus murus oppugnaretur, nullam ea parte datum iri impressionem ratus, custodiam, nullo ferè habendam numero, illic posuerat, in loca maximè necessaria militibus contributis, quorum magna sanè paucitas erat: cùm Imperatoris copiæ, quas habebat Roma, obsidionis hujus initio, virorum millibus ad summum quinque constitissent. Factus certior Constantinus hostem Tiberis transitum tentare, muro partis illius timens, eò cum paucis subsidio currit, portæ, & tumuli demandata cura majori numero. Interea Gothi portam Aureliam, Adrianique molem invadunt, nullâ quidem machinæ, sed ingenti vi scalarum, sagittarumque instructi; cùm sibi persuaderent se hostem facilis redacturos ad incitas, locatique ibi præsidii, ob paucitatem, nullo negotio potituros. Scuta præferentes, haud minora Persarum gerris, subibant, & quamvis jam hostibus proximi, eos tamen latebant. Etenim porticu tegebantur, quæ ad Petri Apostoli templum pertinet. Hinc repente facta eruptione, rem ita aggressi sunt, ut nec balista, quam vocant, uti possent custodes, propterea quod ex adverso tantum tela mittunt hæ machinæ, nec sagittis quidquam contra accedentes proficerent, scutorum objectu prohibiti. Acriter Gothi, in pinnas tela creberrima jacientes, instabant, ac iam parabant scalas muro applicare, tumuli defensoribus ferè undique circumventis: quippe horum terga ab utroque latere occupassent continuo, si processissent, Romanos, vi salvos evadere desperantes, aliquandiu defixit timor. Deinde communi animo confractis grandioribus plerisque statuis, ambabus inde manibus saxa tollentes ingentia, in capita hostium devolvunt. Illi sic petiti referre pedem. Quibus paulatim dilabentibus, superiores jam Romani, revocare animos, & clamore magis, ac magis contento, arcubus, jactuque lapidum oppugnatores propellere. Cùmque etiam tormentis manum admovissent, gravem incussere terrorem hostibus, quorum impressio brevi desit. Tum quoque affuit Constantinus territis, disiectisque facile, qui flumen tentaverant; cùm murum ei proximum, non planè, ut rebantur, incustoditum offendissent. Quo factum est, ut circa portam Aureliam res in tuto fuerint.

CAPUT XXIII.

*Conitus Gotorum irriti. Muri Romani pars in
D. Petri tutela. Tormenti illus mirabilis.
Ad Vivarium, & portam Salariam
ingen: Gotorum strages.*

Cum ad portam transflerinam, quæ Panatratiana dicitur, venissent hostium copiæ, nihil memorabile gesserunt, obstante valido situ loci. Quippe impetum abnuit ibi arduus urbis murus: quem Paulus infederat cohorte peditum, cui præserat. Abstinuerunt Gothi portæ Flaminia, quod in præcipiti loco sita difficilest habeat aditus. Eam agmen peditum, qui Regii cognominantur, suo cum Duce Ursicino custodiebat. Inter hanc portam, & Pincianam (sic porta minor appellatur, ad Flaminiae dexteram posita) pars quedam muri, non à solo usque,

L 1 2 sed

sed à medio ad summum, compage pridem soluta sponte, & diducta bifariam, haud corruit quidem, nec penitus convulsa est; verùm adeò inclinata huc, atque illuc prominet, ut partim ultra, partim cis reliquum murum existat. Quamobrem à multo jam tempore locum illum Romani lingua patria murum ruptum vocarunt, & cùm eam partem initio demoliri Belisarius, atque instaurare vellet, obstiterunt, firmissimè asseverantes Petrum Apostolum ipsis precepisse, curæ sibi fore ejus loci munitionem. Hunc autem Apostolum venerantur omnium maximè, ac demirantur Romani: Quorum opinioni, expectationique ibi planè respondit exitus. Nam nec eo die, nec deinceps quandiu Romam Gothi circumfederunt, vim hostilem locus ille exceptit, sed prorsus belli tumultu vacuuus fuit. Certè incessit nos admiratio, quòd hostis, qui toties aperta vi, toties nocturnis fraudibus aggressus est mœnia, hanc eorum partem oblivione, vel negligentia semper prætermisserit. Quocirca nec postmodum quisquam ausus est eam reficere: sed fissā, ut erat, stat adhuc. Hæc hactenus.

Ad portam verò Salarium Gothus quidam, vir non ignobilis, procero corpore, & bellica virtute præditus, loricā munitus, & casside, seorsum ab aliis extra ordinem ad arborem stans, tela missitabat in pinnas. Virum hunc tormentum, quod in turri ad lœvam erat, casu quodam sic attigit, ut telum, loricā, & corpore transfixis, in stipitem dimidia plus parte descenderit, suaque commissurā compactum hominem suspenderit mortuum. Quo viso contrititi Gothi, se extra teli jactum in ordine tenuerunt, ac muri propugnatores desierunt incessere.

Jam ad Vivarium Bessas, ac Peranius, infestissimum Vitigin patientes, Belisarium advo-
cant. Is illi murorum parti, facile, ut dictum est, expugnabili metuens, auxilio currit, amicorum cuidam relicta Salariæ curā. In Vivario milites magno hostium impetu, numeroque attonitos animadvertis, hortatur, contemnunt Barbarum, eorumque animos ad fiduciam revocat. Locus erat planissimus, & ea re impressionibus accendentium patebat. Fortè etiam ibi sic fatiscebat pars muri maxima, ut lateres parum bene hærerent. Huic muro minorem alium veteres Romani foris præstruxerant, non ut munimento esset; cùm ipse nec turribus, nec pinnis, nec re demum ulla munitus sit, quæ contravim ab hostibus in mœnia suscepit valeat; sed voluptatis causā ab humano cultu alienæ: nimirum ut leones. aliasque feras ibi clausas tenerent. Hinc Vivarium dictum est: sic enim locum Romani vocant, in quo bellæ non cicures ali solent. Ergo Vitigis alibi machinas cuiusque modi ad mœnia paratas habens, Gothos murum exteriorem jussit invadere, non dubitans quin, si hunc penetrarent, facile potirentur majori muro, cuius infirmitatem apprimeret. Ut ab hostibus Vivarium perfodi, multisque in locis peti mœnia Belisarius vidit, militibus edixit ne illos arcerent, nec nisi pauculos ad pinnas reliquit, quamvis omni exercitus flore stipatus esset. Infra autem ad portam cunctos disposuit loricatos, neque aliud gestantes manibus, nisi gladios. Ubi Gothi, perosso muro, Vivarium ingressi sunt, Belisarius, Cypriano, in eos protinus cum nonnullis immisso, rem permisit aggredi. Hi metu consternatos omnes occidunt impunè: cùm nec se ipsi defenserent, immo sibi invicem essent exitio in an-

A gustiis exitus. Improviso impetu percussis hostibus, nec servantibus ordines, sed aliis aliò properantibus, repente Belisarius, patefacta muri portæ, in illos copias emittit omnes. Virtutis oblii Goths, quòd fors quemque fert, fugiunt. Insequentes Romani obvium quemque expeditissimo ferro necant. Instando, longè proiecti sunt: quoniam Gothi, qui illam murorum partem oppugnatum venerant, procul aberant à suis castris. Tum igne machinis hostium subjecto, Belisarii jussu, surgens altius flamma, fugientes gravius perculit, ut consenteum erat.

B Inter hæc ad portam Salarium eadem fortuna fuit. Apertis subito foribus, in Barbaros inopinatò se effuderunt, illosque omisso repugandi consilio, terga dantes contrucidarunt: objectas quoque sibi incenderunt machinas, itaut passim circa muros in sublime ignes evaderent, ac jam undique vi pulsis Gothis, ingens tolleretur utrinque clamor, hinc à Romanis, qui in mœnibus stantes, voce dabant animos insequentibus; inde à Barbaris, qui acceptam cladem maximam in castris lamentabantur. Et verò triginta Gothorum millia eo die ceciderunt, ut ipsorum Duces affirmarunt, ac major fuit sauciiorum numerus. Nam quia conferta fuerat multitudo, è murorum pinnis nullus ferè ictus irritus venerat, & qui fecerant excusiones, trepidantibus, ac fugientibus gravissimam stragem dederant. Manè coepit oppugnationi vesper finem attulit. Eam utrique noctem egerunt, Romani quidem in urbe Pæana lœtum canentes, ac Belisarium prædicantes, mortuorumque potiti spoliis, Gothi verò suis medentes sauciis, atque imperfectos lugentes.

C A P U T XXIV.

*Belisarii ad Justinianum August. epistola.
Omniosus lapsus imaginis Theoderici
Gothorum Regis. Oraculum Sibyllinum.*

D E Mperatori literas Belisarius in hanc sententiam scripsit. In Italiam pervenimus, uti jusseras, & magna potiti illius parte, Romam etiam recepimus, exactis hinc Barbaris, quorum Præfectum Leuderin ad vos misi non ita pridem. Postquam autem præsidia militaria imposuimus locis validis, quæ in Sicilia, atque Italia occupavimus, exercitus ad quinque milia redactus superfuit: hostium verò centum & quinquaginta millia nos invaserunt. Ac priùm, cùm ad fluvium Tiberim ivissemus exploraturi, præterque opinionem in necessitatem configendi incidissimus, parum absuit, quin hastarum vis nos obruerit. Deinde muros copiis omnibus, ac machinis undique aggressi Barbari, tantum non primo nos, urbemque cepere aditu; fecissentque, nisi fortuna prospera ex periculo nos eripuisse. Etenim quæ naturam rerum excedunt; ea meritò, non humanæ virtutis, ac fortitudini, sed Deo sunt adscribenda. Quæ hactenus, seu fortunæ munere, seu virtute propria gessimus, optimo certè loco sunt: quæ verò consequentur, tuam ut rem augeant velim. Quare quidquid & à me dici, & à vobis fieri convenit, non celabo, haud ignarus, Dei quidem arbitrio res humanas fluere; operum verò omnium Duces vituperium, vel laudem ex iis, quæ ipsi fecerint, reportare consuevisse. Itaque arma nobis mittantur, ac milites eo numero, ut in posterum paribus

bus cum hoste viribus bellum hoc geramus . Neque enim reponenda sunt omnia in cura , ac fide fortunæ : quippe , quæ eundem semper cursum tenere minimè soleat . Tecum illud , Auguste , cogita nos , si jam hostis vicerit , ex Italia tua deturbatum iri , simulque exercitum amissuros , cum ingenti ob rem male gestam dedecore . Omitto , quod Romanos , quibus fides in Majestatem tuam antiquior salute fuit , in exitium conjectisse videbimus , & læti successus , quos ad hanc diem habuimus , nihil denique nisi doloris materiam relinquunt nobis . Etenim , si ab urbe Roma , & Campania , multoq[ue] ante à Sicilia repulsi forte fuissemus ; id nos , omnium utique malorum levissimum , morderet , quod bonis in aliena manu positis non potuissimus ditari . Hoc etiam vobis perpendendum est , ne multarum quidem myriadum præsidio potuisse unquam conservari Romanam diutius , cùm ob amplitudinem , tum quod à mari remota rebus omnibus necessariis intercludatur . Ac Romani quidem jam nobis student ; si tamen ærumnæ protrahantur , appetet eos meliora primo quoque tempore amplexuros . Nam qui recens amicitiam junxere , non duris rebus exerciti ; sed beneficiis affecti , in fide manere solent . In primis fames Romanos ad multa , quæ admittere nollent , subigit . Me verò , qui vitam Majestati tuæ meam deberi scio , me , inquam , vivum nemō hinc dejicere poterit . Sed vide quid tandem laudis allatus tibi sit ejusmodi exitus Belisarii . His à Belisario scriptis , turbatus Imperator copias , & naves properè colligit , & Valeriano , ac Martino mandat , pergere maturent . Jam enim circa solstitium hybernum cum aliis copiis eo profecti consilio , ut in Italiam navigarent , cùm appulissent in Græciam , propterea quod cursum tendere ultra non poterant , in Aetolia , & Arcania hyemabant . Quæ cùm Justinianus August . Belisario significasset , cùm ipsi , tum Romanis omnibus animum addidit , & alacritatem .

Hoc interim spatio Neapoli res hujusmodi contigit . In foro visebatur Theoderici Gothorum Regis effigies , ex lapillis compacta , minutis admodum , & versicoloribus fere singulis . Hujus caput olim vivente Theoderico , defluxit , turbatis sponte sedibus lapillorum : ac brevi Theoderici consecutus est obitus . Octo post annis , dilapsis repente calculis , qui imaginis ventrem conflabant , decessit statim Atalaricus , Theoderici nepos ex filia . Aliquanto post ceciderunt lapilli , qui circa verna erant : tum inter homines esse desit Theoderici filia Amalasuntha . Quæ cùm ita se habuissent , Gothis Romam obsidentibus , reliquæ partes imaginis , à femoribus ad imos pedes , corruerunt , itaque ex pariete effigies prorsus abolevit . Inde Romani capto omne , belli victorem fore Imperatoris exercitum asseverabant , interpretantes , nihil esse aliud Theoderici pedes , nisi Gothos , quibus ille impetrasset : unde meliorem in dies spem capiebant . Romæ autem Patricii quidam Sybillæ Oracula proferebant , prædicti his affirmantes , nonnisi ad mensem Julium Romam in discrimine fore : fixum enim esse ut Romanorum Imperator , tum quispiam crearetur , ex quo nihil Geticum Roma amplius extimesceret . Nam Gothos ajunt gentem esse Geticam . His porrò verbis constabat Oraculum : *Quintili mense *** Roma nihil Geticum metuet . Quintum verò mensem afferbant esse Julium : hi quidem ,*

A quod obsidio coepit ineunte Martio , à quo mensis quintus est Julius : hi verò quia ante regnum Numæ , cùm annum mensibus decem Romani componerent , primum numerabant Martium ; ex quo factum , ut Julius Quintilis dictus fuerit . At hæc omnia vana erant . Nam nec Romanorum Imperator creatus tum quisquam est ; nec nisi post annum solvenda erat obsidio ; & quo tempore Totilas Gothis præfuit , Roma in eadem pericula recidit , quemadmodum in libris consequentibus narrabo . Neque enim videtur mihi vaticinum , hanc Barbarorum expeditionem significare , sed aliam quamquam , vel jam ante præteritam , vel aliquando futuram olim . Certè fieri non posse arbitror ut mentem oraculorum Sibyllæ , priusquam accesserit exitus , humana intelligentia assequatur . Cujus rei causam ex iis peto , quæ meis perfecta oculis modò promam . Nimis Sybilla non omnia pandit ordine , unoq[ue] contextu , sed verbo indicatis Africae calamitatibus , in Persidem confestim transflit : hinc Romanorum mentione inducta , orationem ad Assirios transfert , & ad Romanos converso iterum vaticinio , Britanniæ clades prænunciat . Quare Oracula Sibyllina ante eventum nemo potest percipere : sed necesse est ut tempus ipsum , re jam peracta , & comprobata experimento prædictione , hujus interpres sit accuratus . Sed de his quisque ad libitum judicet : ego verò eò , unde sum digressus , revertor .

C A P U T XXV.

Belisarius inutilem multitudinem amandat in Campaniam : Silverium Papam in Græciam relegat : Vigilium ad Pontificatum prævebit , & custodiis providet . Tempum Jani conantur quidam recludere .

D Ita noctem illam , ut diximus , Romani traxere , & Gothi , postquam isti à mœni bus , quæ oppugnabant , repulsi sunt . Postridie Belisarius Romanis omnibus edixit , uxores , liberos , ac servitaria , quæ ad murorum custodiam minus necessaria viderentur , deportarent Neapolin , ne annonæ penuriâ laborarent . Idem militibus , si cui famulus , vel ancilla erat , injunxit ; cùm diceret , obsidione eripi sibi facultatem distribuendi cibaria consueto modo ; verum necesse esse ut ipsorum quidem cibarium dimidiā portionem singulis diebus acciperent , pro reliqua verò pecuniam . Illi morem gesserunt , ac statim turba ingens in Campaniam iter intendit ; idque pars navibus in Romano portu inventis , pars pedibus viâ Appiâ confecerunt . Iis autem , qui vel hæc progrediebantur , vel ibant ad portum ; nullum obsecratores periculum , nullum metum afferebant . Nam hostes , nec Romam castris totam cingere , propter urbis magnitudinem , poterant , nec manipulatim à castris longius digredi audebant , eruptionum hostilium metu coerciti . Quapropter obsecratis liberum aliquandiu fuit urbe excedere , & aliunde in eam commeatut inferre . Noctu præsertim formidine trepidabant Barbari , & agentes excubias in castris se continebant , quoniam ex urbe cùm alii , tum Mauri crebro se ejiciebant , & ubique hostes vel somno oppressos offenderent , vel exiguo numero incidentes (ut in magno exercitu fæpe fit , cùm vel usus vitæ necessarii postulant , vel ad pastum ducendi sunt equi , muli & pecu-

pecudes, quarum carnis vescimur) obtruncabant, illisque raptim spoliatis, si forte major hostium numerus ingrueret subducebant se cursu; ut est hominum genus natura levipes, armis gravibus nudum, & fugâ assuetum præverte. Itaque Româ libere migravit magna multitudo: atque hi in Campaniam, illi in Siciliam, alii aliò, prout ipsis facilius videbatur, ac melius, concederunt. Tunc Belisarius numerum militum ad murorum ambitum proportionem non habere animadvertisit. Pauci enim erant, ut supra dixi, nec poterant iidem semper excubare vigiles; sed his somnum, ut par erat capientibus, illi custodiam agitabant. Preterea videbat maximam plebis partem egestate, & victus penuria premi. Et verò, cum viles essent opifices, qui in diem viverent, ac feriari cogerentur obsidione; parandæ rei cibaricæ ratio ipsis deerat. His de causis Belisarius homines è plebe militibus adjunxit, divisaque custodias, plebejo cuique certa quadam constituta mercede in dies singulos. Eorum classes ita descriptæ sunt, ut vigiliis agendis sufficerent. Ac sua cuique classi nox, qua mœnia custodiret, assignata erat; sic, ut in orbem omnes excubarent. Hoc modo Belisarius utrumque difficultatem, & inopiam depulit.

Cum autem esset suspicio, Silverium, urbis Antistitem, cum Gothis proditionem moliri; confessim eum relegavit in Græciam; ac Vigilium paulò post ad Pontificatum provexit. Quosdam etiam Senatores eandem ob causam in exilium missos, deinde, post solutam obsidionem, discessumque hostium restituit. In eo fuitq; numero Maximus, cuius progenitor Maximus Valentiniano Aug. interitum attulit. Porrò veritus Belisarius ne qua fraus à portarum custodibus instrueretur, neu quis externus pecuniâ tentaret eorum animos, & corrumperet; bis quoquo mense claves omnes diffingens, novâ illas formâ cuudebat; & in alias stationem custodes transferebat, à pristina valde dissitam; ac vigilum, qui erant in muro, duabus, per noctes singulas amotis, sufficiebat novos; quorum id munus erat, ut in orbem aliquod muri spatium obeundo, nomina excubitorum mandarent commentariis, ac si quis desideraretur, alterum illico in ejus locum substituerent; postridie demum ad Belisarium ipsum referrent absensis nomen, ut in eum pro merito animadverteretur. Noctu quoque pro mœnibus artifices musicis instrumentis jubebat uti, & militum, atque in primis Maurorum, manipulos foras mittebat, ad fossam excubituros cum canibus; ut nemo, vel è longinquo, veniens ad muros, lateret. Hoc ipso tempore Romani quidam fanum Jani, foribus vi illata, clam aperire tentarunt, fuit hic Janus veterum primus deorum, quos suâ Romani lingua Penates appellavere. Ædem verò habet in foro pro Curia, paulò supra tria fata: sic Romanî Parcas vocare consueverunt. Sacellum illud totum ex ære constat, quadratâ formâ, eaque magnitudine, quæ vix tegendo Jani simulacro sufficiat. Hoc autem fusum etiam ex ære, & quinque saltus cubitos longum, cætera quidem homini simile est; sed bifrons caput habet, vultuque uno Solem orientem spectat, altero occidentem. Ad vultum utrumque stant fores aheneæ; quas in pace, optimisque temporibus solebant olim Romani claudere; rursus patefacere, cum bellum gererent. Verum Christianam Religionem amplexi, cum tam eam colerent, quam qui maximè; nunquam,

A ne bello quidem ardente fores illas aperiebant. In hac tandem obsidione, quidam superstitione prisca, ut reor, imbuti, ipsas pandere occultè aggressi sunt; at consilium omnino exequi non potuerunt; ita solum impulsis foribus, ut minus quam ante cohærerent. Latuere qui hoc facinus moliti fuerant, nec de illo, utpote in magno rerum tumultu, inquisitum est; præsertim cum nec Magistratibus esset cognitum, neque in vulgus, nisi ad paucos admodum, emanasset.

CAPUT XXVI.

Vitigis Senatores obsides necat. Portum occupat. Belisarius ab urbe Ostia commeatus difficulter accipit.

Vitigis irâ tumens, atque inops consilii, primùm quidem satellites aliquot Ravennam misit, mortemque afferre jussit Senatoribus Romanis omnibus, quos eo duxerat belli hujus initio. Eorum aliqui, re præcognita, fugæ copiam nacti, evaserunt: quo in numero fuere Cerventinus, & Reparatus, Vigilii Pontificis Romani frater: ambo in Liguriam profecti ibi manserunt: cæteri omnes interfæti sunt. Deinde verò advertens Vitigis hostes cum magna securitate efferre ex urbe quæcumque vellent, & commeatus terrâ, marique invehere, Portum, quem appellant Romani, occupare constituit, ab urbe stadiis CXXVI. distitum: tanto enim spatio Roma à mari distat. Est autem Portus ad fauces fluvii Tiberis; qui Roma decurrens, cum à mari abest stadiis dumtaxat XV. in duos scissus alveos, insulam efficit, quam vocant Sacram. Hæc progrediente flumine ita laxatur, ut latitudo proportionem habeat cum longitudine, & inter utrumque alveum stadij XV. intersint. Utrobique Tiberis navigabilis est, parsque amnis dextera in portum evolvitur. Ultra istud os, ad ripam, considerunt urbem olim Romani, quæ mœnibus cincta est validissimis, ductoque à portu vocabulo Portus dicitur. Ad sinistrum alveum, os alterum fluvii Tiberis prætextit Ostia, secundum ripam ulteriorem, urbs quondam magni nominis, nunc mœnibus planè nuda. Romanorum est veterum opus via plana, & expedita, quæ ab oppido Portu Romam ducit. Dedita autem operâ semper habet portus fluviales naves, ac boves non pauci præsto sunt proximè. In Portum pervecti negotiantes, postquam merces ex onerariis, navibus in fluviales transtulere, Romam per Tiberim navigant, sine velorum, ac remorum ope: quoniam ibi nec vento naves impelli possunt, ob multiplices amnis anfractus, & flexuosum iter; nec remi quidquam proficiunt contra aquæ adversæ impetum. Sed navigia, funibus ad boum colla alligatis, non secus, ac plaustra, pertrahunt Romam usque. Ad alterum fluminis alveum, ab urbe Ostia ad Romam, via silvestris est, ac valde inculta, nec vicina Tiberis ripæ: quippe qua minimè trahantur naves. Igitur Gothi, cum urbem, quæ ad portum sita est, omni nudam præsidio offendissent, primo illam cepere aditu, & multa Romanorum ibi habitantium strage edita, portum etiam obtinuerunt. Tum prædiariis mille è suo relibris numero, redierunt ad castra cæteri: itaque Romanis obfessis, erupta facultas est, quæ mari veniunt, importandi, præterquam Otiâ; idque ut appareat, cum labore, & periculo maximo. Neque enim Romanorum navi-

navigia Ostiam applicari amplius poterant, sed Antium appellebantur, unde Ostia diei iter unius distat. Inde acceptas merces difficulter portabant, in tanta hominum paucitate. Nec Belisarius, cum de muris Romæ esset solicitus, portum ullo retinere modo potuerat: quem si vel trecenti custodiissent, nunquam Barbæ, ut equidem sentio, locum situ munitissimum tentassent.

C A P U T XXVII.

Copias accipit Belisarius: præliis fatigat hostes, ac ter vicit. Frustra illum conatur Vitigis imitari. Di- scrimen inter Gothorum, & Rom. copias.

Hæc gessere Goths die tertio, post tentam à se frustra murorum oppugnationem. Diebus verò post XX. quam portum, urbemque cognominem obtinuerant, advenere Martinus, & Valerianus cum MDC. equitibus, quorum plerique Hunni erant, Sclaveni, & Antæ, qui trans fluvium Istrum, non procul à ripa, sedes patrias habent. Recreatus eorum præsentia Belisarius, jam hostem præliis fatigandum putavit. Ergo postridie è stipatoribus suis unum, cui nomen Trajano, virum animosum, & impigrum, cum scutariis CC. equitibus, tendere recta jubet ad Barbaros: simul injungit, ubi proprius castra venerint, superato tumulo, quem scilicet indicabat, pede presso stent: si ipsos hostis invaserit, ne sinat eos Trajanus pugnare cominus, nec manum gladio, vel hastæ admovere, sed tantum sagittis uti: cumque exhaustam viderit pharetram, ne pudeat conjicare se in fugam, & ad muros recurrere. His imperatis, sagittaria tormenta, & balistarios in promptu habuit. Mox Trajanus cum ducentis illis portæ Salariæ egressus, ad hostium castra contendit. Eruptione subita attoniti Barbæ, pro se quisque accinguntur, & se castris effundunt. Trajani turmæ, occupato tumulo, quem mostraverat Belisarius, appetere cœperunt hostem sagittis, quæ cum in certam multitudinem ingruerent, vel virum quæque, vel equum feriebant. Ubi nulla superfuit, habenis illi flexis citare equos: insequi Goths, atque instare. At cum propius mœnia ventum est, sagittas expediunt è machinis, qui has tractabant: territi Barbæ, gradum continuerunt. In hoc certamine Gothos periisse ferunt, haud minus mille. Paucis post diebus Belisarius Mundilam Prætorianum, sibi valde familiarem, ac Diogenem, viros bellicosissimos, cum Scutariis CCC. emissos, cœptum priori simile jussit aggredi. Quibus mandata peragentibus, cum hostes occurrisserent haud minorem, immo verò majorem, quam in superiori conflictu, eodem modo cladem accepere. Denique tertium emisso cum CCC. equitibus Oila Prætoriano, ut simile facinus in hostem ederent, par successus fuit. Itaque tribus, ut dixi, eruptionibus extinxit Belisarius hostium millia circiter quatuor.

At Vitigis, non attendens res esse duas in exercitibus admodum diversas, armis accingi, & in bellis ea diligenter tractasse; sibi persuasit, se quoque hostes facillimè obtriturum, si cum pauculis turmis ipsos incesseret. Quare equites quingentos mœnibus jubet appropinquare, hostiumque exercitum omnem palam ita accipere, ut ab eorum exiguo numero suflent ipsi jam sèpe habiti. Atque illi quidem,

A cùm in locum editum evassissent, non procul ab urbe, sed solum extra teli jactum stetere. Belisarius verò delectis mille viris imperat, ut duce Bessa simul hostem invadant. Hi circumventos Barbaros à tergo excipiunt, & perpetuo telorum jactu confectis non paucis, reliquos vi dejectos cogunt in campum descendere, ubi iniqùa pugnâ cominus initâ, Gothorum pars maxima perit: pauci vix elapsi in sua castra se receperunt. Quos Vitigis, tanquam culpâ ignaviae suæ victos, malè verbis accepit, sequi aliorum virtute propediem jacturam refarturum pollicitus, nihil præterea tunc temporis movit. Tertio post die, ex omnibus castris delectu habitto ad quingentos, præcepit ut in hostem facinora viris digna fortibus ederent. Quos in propinquo simul Belisarius vidit, mille & quingentos, Martino, ac Valeriano ducibus, in eos immisit. Statim equestri commisso certamine, Romani, hostibus longè numero superiores, eos nullo negotio in fugam vertunt, & ad unum ferè trucidant.

B Atque hostes quidem adversæ id fortunæ omnino tribuebant, quod ingenti collecti numero, paucorum Romanorum impressioni succumbent, ac rursus ipsos cum exiguis adorti copiis, cladem contraherent. Romani verò Belisarium merito suspiciens, ejus prudentiam publicis laudibus efferebant. Ex eodem quæsiere in privato congressu familiares, qua tandem conjectura nixus, eo die, quo hostes ita, ut dictum est, victos fugaverat, spem victoriae è bello vi reportandæ cepisset? Respondit, se in primo certamine, quod parva stipatus manu intulerat, cognovisse, quid inter utrumque interestet exercitum, itaut, si prælia miscerentur, servata vi rum proportione, nihil detrimenti suorum paucitas allatura esset hosticæ multitudini: hoc demum differre, quod Romani fermè omnes, Hunnicque eorum socii, equites sagittarii sint peritissimi; huic autem arti Gothorum nemo operam dederit. Sed horum equites hastis tantum, & gladiis uti solent: Sagittarii verò pedibus pugnant, ordinibus protecti militum gravioris armaturæ. Quamobrem equites, nisi pugnetur cominus, quoniam armis carent, quæ adversus hostes sagittarios valcant, facile confixi cadunt: nec pedites unquam in equites incursions facere possunt. Propterea Belisarius à Romanis victos in his congressibus Barbaros affirmabat. Goths, casus suos, adeò inopinatos volentes animo, non amplius muros Romæ parva manu petebant; neque hostem lacescentem persequebantur, nisi quantum satis erat, ut à castris eum repellerent.

C A P U T XXVIII.

*Ad Romanos, poscentes prælium, oratio Belisarii.
Idem exercitum instruit ad equestre certamen.*

Oratione Principii inductus, pedites in aciem admittit.

D Einde Romanos omnes, pristinis elatos successibus, cum universo Gothorum exercitu præliandi cupidus cepit; ita ut aperte acie decernendum censerent. At Belisarius, utrumque vires iniquissimè comparatas adhuc esse intelligens, usque cunctabatur copias omnes in certaminis aleam mittere, & magis, ac magis intento animo operam dabat, ut hostem levibus certaminibus frangeret. Victor demum cùm exercitus, tum aliorum etiam Romanorum reprehensione, cunctis viribus dimicare volebat,

bat, ita tamen, ut excursibus prælium fieret. Quo sœpius tentato, repulsus, & oppugnationem in castinum rejicere coactus, cùm hostes à trans fugis præmonitos, paratosque præter opinionem offendisset, propterea aperto marte postmodum congredi decrevit; seque ad pugnam Barbari libenter expedierunt. Utrinque rebus ad configendum egregiè dispositis, Belisarius convocatum omnem exercitum sic allocutus est. A justo prælio, milites, non ideo aversus eram, quòd vel remissos animo vos judicare, vel vires hostium extimescerem: sed quia levibus certaminibus re bene gesta, non dimittenda successus causa mihi videbatur. Nam quibus inceptum ex sententia procedit, illis, meo quidem judicio, consiliū mutatio nocet. Quoniam verò vos egregia alacritate ad pugnandum impelli video, spe plenus optima, impetum vestrum diutiùs non retardabo. Etenim præariantur voluntatem maximi in præliis momenti esse scio, & pleraque prompto eorum studio præclarè geri consuevisse. Nec vestrum quisquam est, qui aciem numero parvam, sed magnam animis ad profligandas hostium copias ingentes sufficere, non famā, sed quotidiano pugnandi usu doctus, ignoret. Ac ne pristinam stratagematum meorum laudem, mihiq[ue] injec[t]am alacritate vestra spem, fœdè infringatis, situm in vobis erit. Nam quidquid in hoc bello patravimus, hujus diei exitu decidatur necesse est. Qua in parte nobis hoc favere tempus intelligo; quando hostium animis infra nos præteriorum casuum vi dejectis, consequens est, ut vincamus eos facilius. Nec verò solent è pectore adversa sœpe fortunā fracto, præclarafacinora proficiisci. Cæterum nemo vestrum equo, arcui, vel cuvis armorum generi parcat. Siquidem quæcunque vobis in pugna perierint, subinde ego aliis ejusdemmodi compensabo. Secundum hanc adhortationem, exercitum Belisarius per minorem portam Pincianam, ac majorem salarium eduxit: paucos per Aureliam in campum Neronis misit, sequi jussos Valentini turmæ equestris Duce[m]: cui præscriptis, ne quam pugnam inciperet, neque ad castra hostium iret proprius; at semper præ se speciem ferret facturi mox impetum, caveretque, ne pars hostium illic agentium, transito vicino ponte, castris aliis subveniret. Cùm enim, ut supra commemoravi, Barbarorum vis magna Neronis campum insedisset; satis fore Belisario videbatur, si hi omnes, expertes pugnæ, à reliquis procul copiis starent. E plebe Romana quidam cum armis aderant voluntarii: quos ille acie exclusit, veritus, ne in congressu, periculo territi totum exercitum turbarent: quippe viles erant opifices, ac rei bellicæ planè rudes. Ad Portam verò Pancratianam, quæ trans fluvium Tiberin est, facta seorsum acie, jussit eos consilere, donec ipse, quid fieri vellet, significaret. Futurum enim putabat, quod contigit; ut hostes, qui in campo Neronis erant, si illos, & Valentini turmas conspicerent, nunquam auderent suis à castris digredi, & cum aliis Gothorum copiis eos, quos haberet secum, invadere. Plurimum autem se lucratum arbitrabatur, si tanta multitudine ab iis, quos ipse peteret, sejuncta distineretur.

Eo die Belisario consilium erat, equestre dumtaxat prælium facere: cùm plerique peditem, sua jam repudiata conditione, equites essent, raptis hostium equis, quos non imperite agitabant. Reliquos verò pedites, qui pauci

A numero, nec momenti alicujus aciem compонere poterant, nec cum Barbaris conferre inanum audebant, sed in primo confictu tergavertere erant soliti; non posse tutò procul à mœnibus locari censebat, at proximè fossam debere stare; ut si fortè equitatus noster verteatur in fugam, possent fugientes accipere, & integris adhuc viribus, conjunctè hostem propulsare. Principius verò quidam, natione Pisida, vir inter ipsius Protectores nobilis, ac Tarmutus Isaurus, frater Ennæ Isaurorum Ducas, cùm in Belisarii conspectum venissent, oratione hac usi sunt. Noli Ducum fortissime, exercitum tantulum, cum multis Barbarorum myriadibus pugnaturum, ab acie pedestre sejungere, nec committendum puta, ut ignominia notetur peditatus Romanus, cui fama laudem tribuit magnitudinis hujus, ad quam olim Rom. Imperium crevit. Si nihil hi in hoc bello memorabile gesserunt, non id arguit degeneres animos; sed omnis conferenda est culpa in peditum Duces, qui soli in acie vecti equis, communem belli fortunam subire nolunt, sed quisque nihil aliud nisi fugam, vel ante pugnam, capessit. Tu verò cunctos peditum Duces jam cernis equites factos, in eadem acie cum suis militibus stare nolle, quos quidem aliis permittos equitibus certamen hoc adire sine: nobis verò concede, ut pedestrem ducamus aciem. Nos enim pariter pedites, cum ipsis Barbarorum multitudinem sustinebimus, ea spe freti, fore ut quæcunque Deus annuerit, in hostem perpetremus. His Belisarius auditis, initio quidem renuit. Ambos enim, fortitudinis ergo, quæ in ipsis erat eximia, summè diligebat, nec volebat paucos pedites in discriminem committere. Sed tandem sollicitis utriusque precibus victus, nonnullos ad portas, supraque in murorum pinnis ad machinas cum Romana plebe manere patitur; cæteros ponè aciem, ordinat, ac stare jubet sub Principii, Tarmutique imperio; ne consternati metu periculi, reliquis perturbationem copiis afferant; nec longius recedat, si qua fortè pars equitum terga dederit; verùm à peditibus excepta, cum iis hostem prohibere valeat.

C A P U T X X I X.

*Vitigis Gothos hortatur ad prælium.
Romani initio vñtores, postmodum profligantur.*

I Ta Romani ad pugnam se compararunt. Vitigis verò, cùm arma Gothis imperasset omnibus, nemine præter causarios in castris relicto, Marciæ quidem copias in campo Neronis hærere jussit, & in custodiā pontis diligenter incumbere; ne inde ab hostibus petrentur: reliquis verò convocatis, in hunc ferè modum disservit. Intervos fortè nonnulli sunt, qui me regno timere putent, eamque esse causam, cur & haec tenus vobis singularem humanitatem exhibuerim, & modò vos ad rem fortiter gerendam blanda horter oratione. Quæ quidem eorum cogitatio ab humani more ingenii non abhorret. Quorum enim auxilio opus habent rudiores homines, cum iis, quamvis longè conditione inferioribus, comiter agere. & assabiliter solent; cæteros, quorum opera minimè egent, duriter tractant. Me verò nec regni, nec vitæ movet amissio: ut qui vel hodie purpuram hanc exuere cupiam, si modò vir eā Gothus induendus est; obitumque Theodati

dat felicissimum judicem, qui popularium suorum manibus eruptum sibi pariter cum anima regnum reliquit. Etenim qui mente capti non sunt, aliquid habent solati in calamitate domestica. si gentis perniciem non trahat secum. Simul autem me cogitatione converto ad Vandorum exitium cum tristi coniunctum. Gelimeris exitu; non leviter miserabilis offert se animo meo species: at videre mihi videor Gothos cum liberis abstractos in servitatem, uxores vestras inimicissimorum hominum libidini turpissimae coactas obsequi: meipsum, ac Theoderici ex filia neptem abductos, quocunque libitum iis fuerit, quibuscum nunc bellum gerimus. Vos quoque haec ne accidant vereamini, eoque incensi metu pugnetis velim. Nam ita fiet, ut in campo honeste cadere satius existimetis, quam vestre cladi supereret: si quidem vita, infra hostium conditionem demissa, res una est, in qua viri magnanimi infelicitatem constituunt. Mors demum, praesertim cita, eos semper beatos efficit, quibus antea parum prospera fortuna fuit. Cum his animi sensibus, si pugnam hanc inieritis, perspicuum est, vos ex hostibus, qui pauci sunt numero, iisque Græculi, vel similis generis facillimè relatueros victoriam, & cum injuria, tum contumeliam, qua nos lacestiverunt, poenas brevi sumpturos. Nec verò immerito gloriatur nos illis virtute, numero, ceterisque rebus omnibus anteire: quamquam in nos ferociunt, adversis casibus nostris inflati, neque alio freti praesidio, nisi stolido contemptu nostri; alente ipsorum licentiam lato successu, quem præter meritum habuerunt. Ita Gothos hortatus Vitigis, instruxit aciem, locatis in medio cohortibus peditum, & in cornu utroque equitum turmis. Nec procul à castris aciem ordinavit; sed proximè: ut cum primùm fugam hostes caperent, ab assequentibus facile conficerentur, longo illis, qui instarent, patente spatio. Nam si in campo prælium pede collato fieret, Romanos ne punctum quidem temporis restituros sperabat; id conjiciens ex iniquissima virium utriusque exercitus comparatione.

Mane, factò pugnæ initio, rem utrinque milites aggrediuntur; dum à tergo hortantes, dant animos Vitigis, ac Belisarius. Principio superior fuit Romana res, & quamvis confixi sagittis Barbari frequentes caderent, haud tamen eorum acies inclinavit. Cùm enim starent Gothi ingenti numero, in cadentium locum aiii succedebant expeditissimè; ita ut sensum clades fugeret. Ac Romanis, cùm pauculi essent, opera pretium videbatur, eo modo pugnasse hactenus, & prælio ad hostium usque caltra illato, jamque ad meridiem producto, non sine magna eorum cæde: urbem repetere animus erat, si quis prætextus suppeteret. In hoc certamine, omnium generofissimè se gesserunt ex acie Romana tres: Athenodorus, Isaurus genere, & inter Protectores Belisarii clarus, Theodoritus, & Georgius, stipatores Martini natione Cappadoces. Nam ultra aciei frontem provecti crebris excursibus, multos Barbaros hastis interemerunt. Ibi quidem sic res ibat: in campo autem Neroniano, utrique diu in conspectu stetere; sic tamen, ut Mauri frequentibus velitationibus Gothos infestarent, cùm in eos jacula mitterent, nec vellent illi se efferre contra; veriti ne Romanæ plebis cæteræ, in propinquuo positæ, quas constare militibus, & insidias parare sibi existimabant,

Tom. I.


A eo consilio se non moverent, ut subirent à tergo, & quos intercepissent, utrinque petitos delerent. Jam meridies erat, cùm in hostem Romanus exercitus de repente impetum fecit. Vi tubita perculti Gothi, actique in fugam inopinatò non potuerunt se in castra conjicere; sed occupatis collium vicinorum verticibus constiterunt. Plurimi quidem numero Romani erant; haud milites tamen omnes; at nuda partem maximam turba. Hinc enim absente Magistro militum, multi nautæ, & famuli, qui Rom. exercitum sequebantur, cùm certaminis participes esse vellent, copiis ibi positis se immiscuerant. Ac Barbaros quidem multitudine attonitos, ut dictum est, in fugam verterunt, sed mox rem Romanam evertit confusio. Siquidem milites, turbatis valde illorum permissione ordinibus, Valentini, quamvis contentè, enixèque instantis, manda non audiebant. Quamobrem fugientium nemine occiso, eos in collibus quietos, securo spectare animo sinebant, quæ fierent. Neque ipsis in mentem venit pontem vicinum interficere; ut adempta Barbaris opportunitate habendi castra trans fluvium Tiberim, postmodum urbs obsidione utrinque non premeretur. Nec ponte transito, hostium, qui citra amnem pugnabant cum Belisario, terga invaserunt, quod si fecissent; certè Gothi, ut euidem sentio, se ad firmitatem non intendissent: verùm pro se quisque fugam celeraffent. Jam verò potiti castris hostilibus, studium omne ad ea diripienda converterunt. Unde cùm argenteæ supellestilis, aliarumque opum vim magnam auferrent, contemplati rem aliquandiu Barbari, tenuerunt se, hæseruntque in vestigiis. Tandem uno animo, ira acriter stimulante, in hostes impetum cum ingenti clamore capiunt: rerum suarum directioni tumultuosissimæ superveniunt: raptiores non paucos mactant, reliquos confestim ejiciunt. Nam quisquis deprehensus haud periit illico, rejectâ ex humeris divate sarcinâ, lubens fugit.

Dum haec in campo Neronis fiunt, interea alter Barbarorum exercitus, proximè sua castra, protectus clypeis, hostem validè propulsabat, & cùm virorum magnam, tum equorum etiam multò majorem edebat stragem. Ubi verò Romanorum alii saucii, alii, consecutis equis, excesserunt ex acie; in exercitu, jam ante modico, militum paucitas clariùs patuit, apparuitque numero longè præstare Gothos. Quo animadverso, è cornu dextero Barbarorum equites in hostes adversos incurrint. Quorum hastis disjecti, qui ibi stabant, Romani, præcipiti fuga ad pedestrem aciem se recipiunt. At eadèm fracti impressione pedites, magno numero cum equitibus aufugere: mox & ceteræ Romanorum copiæ inclinari, urgente hoste, & vi eversæ dilabi retro. Principius, ac Tarmutus, cum exigua peditum suorum manu, digna fortibus animis facinora ediderunt. Nam ad ipsis pugnantes, nolentesque cum aliis terga vertere, pars maxima Gothorum constitit, admiratione defixa: quò tutius reliqui pedites, equitesque plurimi evaserunt. Ac Principius quidem, toto corpore conciso, ibidem occubuit, & circa illum pedites XLII. Tarmutus verò spiculis duobus Isauricis, quibus utramque manum instruxerat, irruentes nunc hos, nunc illos punctum serire non desinens, cùm deficeret affectus vulneribus, levatus ope, quam cum equitibus nonnullis attulit Ennes frater, resumpxit spiritum: tum cruento, & plagiis coopertus, celerem cursum ad muros,

Mm neu-

neutro amissō spiculo, intendit; velocitate pendum, qua valebat, id consecutus, ut quamvis corpore sic affecto, evaderet. Cūm portam Pincianam attigisset, concidit, eumque pro mortuo habitum sodales ipsius quidam supposito clypeo portarunt. Biduo superstes obiit, præclaram apud Isauros, omnemque exercitum relinquens famam. Jam exterriti Romani, incustodiendis mœnibus toti erant, ac portis cum maximo tumultu clausis, fugientes urbe excludabant, veriti, ne cum ipsis hostes irrumperent. Quicumque foris remanserant, ii fossam transgreſi, tergaque mœnibus apprimentes, tremebant, stabantque virtutis omnino imme-

A mores: nec Barbaros imminentes, & transire fossam parantes arcere poterant; cūm haftas multi in pugna, ac fuga fregissent, seque invicem ita comprimerent, ut nequirent arcus tractare. Quandiu ad pinnas adesse rari visi sunt; tandiu Gothi incubuere, spe ducti, fore ut exclusos omnes delerent, atque è muris defensores dejicerent. At ubi pinnas videre cinctas densè propugnantium militum, & Romanæ plebis corona; inde statim desperatione retro cesserunt, multis in hostes jactis conviciis. Itaque prælium ad Barbarorum castra initum, ad urbis fossam, & muros finem invenerunt.



Lud. De Letang fecit Mediol. 1722.

PRO-

PROCOPII CÆSARIENSIS

HISTORIARUM TEMPORIS SUI

DE BELLO GOTHICO.

LIBER SECUNDUS.

CAPUT I.

Preciosa Beffa, & Constantini facinora. Romanus, & Gotbus in eandem scrobem delapsi, lepida pactione evadunt. Chorsamantis virtus temeraria.

Ex Romani copiis omnibus non ausi amplius decernere, repetitis more pristino levibus equitum certaminibus, plurimque Barbaros vicerunt, quanquam utrinque prodibant etiam pedites, non tamen instructa acie, sed turmas equestres sequebantur. Atque in primo quidem congressu Bessas cum hasta in hostes inventus, ex equitum flore tres sustulit, reliquos in fugam vertit. Iterum vero, cum in campum Neronianum Hunnos Constantinus eduxisset vesperi, seque hostium numero obrui videret, hanc viam iniit. Vetus ibi stadium est, sanè magnum, in quo olim gladiatores urbis certabant, illudque ambiunt antiquæ domus plurimæ: quo fieri necesse est, ut locus vias ubique angustas habeat. Tum Constantinus, quoniam nec multitudinem hostilem vincere, nec sine magno periculo fugere poterat, Hunnos ex equis omnes desilire jussit, & cum illis ipse pedes in quodam eorum angportuum stetit: unde tanta mittentes tutò, hostem cæde plurima afficiebant. Aliquandiu Goths, sic appetiti, se obscurarunt; spe freti, fore ut simul Hunni pharetras exhausissent, eos nullo negotio circumvenirent, vincitosque in sua castra ducerent. At cum Massagetae, periti utique sagittarii, & confertam in turbam utentes arcubus, sagittis ferè singulis hostem aliquem figerent; plus diuidiam suorum partem cæsam videntes Gothi, nec valentes cogitata perficere, jam Sole in occasum præcipitante, in fugam se contulerunt. Nec pauci tum cecidere. Insequentes enim Massagetae pro sua in tractando arcu singulari dexteritate, cum vel celerrimè currunt; impulsis in terga telis, nihilo illos minus sternebant. Hoc re modo gesta Constantinus Romanum sub noctem cum Hunnis rediit.

Paucis post diebus, cum in hostes Peranius Romanorum agmen eduxisset portæ Salaria, effusique in fugam Goths, repente, circiter Solis occasum, reciprocum fecissent impetum, Romanus quidam pedes, perturbato animo, altam in scrobem decidit: cujusmodi multas fodent ibi veteres cives, condendi, ut opinor, frumenti causæ. Et quoniam nec dare clamorem audebat, propter hostilium castrorum viciniam, neque ullo poterat pacto exire fovea, nusquam scansili; ibi noctem traducere coactus est. Postridie fugatis iterum Barbaris, Gothus quidam in eamdem scrobem prolabitur: ubi se amore complexi mutuo, quem necessitas conciliabat, data invicem fide, salutem alterius alteri charam fore promittunt. Clamorem

A tum ingentem uterque tollere: ad quem conversi Goths, despicientesque è fauibus foveæ, quis tandem inclamat rogant. Ex compacto autem, premente vocem Romano, alter lingua patriæ eò se recenti in fuga delapsum dicit, oratque, uti funis, quò ascendat, sibi demittatur. Mox illi restium extrema jacere, rati Gothum se subvecturos. At Romanus arreptis funibus sustollì cœpit, causatus, si prior ipse ascenderet, Gothos nunquam derelicturos sodalem: sin hostem restare solùm audirent, omnino defererent. Hæc locutus, ascendit. Eo viso obstupefacti Goths hærebant: tum re ab ipso planè exposita, subinde sodalem extrahunt: qui factam inter se pactionem, ac fidem datam B asseruit, & Romano in urbem remisso incolumi, cum illis abiit. Postmodum equites haud multi numero prodierunt utrinque sèpius instructa ad pugnandum acie: sed congressus omnis in certamina exiit singularia, ex quibus Romani semper victoriam retulerunt. Hæc ita se habuere.

C Paulò post, pugna in campo Neronis inita, cum hostiles copias equitum turmæ alio aliæ disjicerent; Chorsamantis, Belisarii Protector inclitus, natione Massageta, cum nonnullis aliis insequi aggressus est hostes LXX. Ubi in campum longius proiecti sunt, cursum retro vertentibus Romanis cæteris, unus Chorsamantis instare fugacibus pergit. Quo viso Gothi,

D flexis equis, in eum vadunt. Ille contra irruens, occiso è fortissimis uno, reliquos adoritur. Hinterga vertentes iterum, dant se in fugam: qua pudore represa, cum à suis, qui in castris erant, se jam conspicí putarent, illum adorti denuo, atque ut ante accepti, uno è bellicissimis amissio, perinde ac priùs terga verterunt, eosque infecutus ad vallum usque Chorsamantis, solus rediit. Haud multò post, vulnerata in altero conflictu sinistra tibia, telum in summo osse hærere sensit. Qua plaga per dies aliquot pugnae factus inutilis, animo, ut erat Barbarus, impatienti, se pœnas violati cruris propediem è Gothis repetitum minatus est. Nec multum spatium intercesserat, cum ille melius habens, in prandio, ubi pro more suo largiori vino incaluerat, hostes solus petere, & illatum pedi dedecus ultum ire decrevit. Ad portam Pincianam progressus, ait se ad hostium castra à Belisario mitti. Custodes, qui ibi aderant, nihil habentes causæ cur Protectorum Belisarii fortissimo fidem negarent, apertis foribus, quò vellet ire sinunt. Conspicati ipsum hostes, primùm quidem ad se transfugam aliquem accedere existimarunt. Ubi autem is in propinquo arcum expedit, ignari quid tandem hominis esset, ad ipsum tendunt viginti. Quibus ille facile repulsis, lento gradu adequitat, nec retro cedit, ingruente majori Gothorum numero. Quo circumfusus cum vim contra suscipiat, spectan-

M m 2 tes

Tom. I.

tes è turribus Romani, insanire hominem iudicabant, necdum Chorsamantim esse illum sciabant. Is facinoribus magnis, ac præstantibus editis, hostili circumventus exercitu, inconsideratè audaciæ poenæ dedit. Rei nuncio Belisarius, Romanusque exercitus in gravissimum luctum vocati, accisam in eo viro spem publicam lamentabantur.

C A P U T II.

Euthalio stipendia Byzantio afferenti tutum iter Belisarius parat. In Gotbos emitit copias.

Ad portam Pincianam vincunt Romani; in campo Neroniano vincuntur.

Arzis vulnus mirabile sanatur:
Cutilas, & Buchas intereunt. Gothorum luctus.

Circiter solstitium aestivum, Euthalius quidam Byzantio Tarracinam venit, stipendia militibus ab Imperatore debita ferens. Veritus autem ne in via, si in hostes incideret, ab illis vitâ pariter, ac pecuniâ spoliaretur, ad Belisarium scribit, tutum det iter Romam. Ille centum perspectæ fortitudinis viros, è Scutariis suis delectos, cum Prætorianis duobus hastatis Tarracinam destinat, pecuniam comportaturos: nec intermittit prælii mox copiis omnibus ineundi speciem præbere Barbaris; ne qua hostium manus vel commeatum, vel cuiuspiam aliis rei causâ digrederetur. Postridic cum affuturum Euthalium intelligeret, in speciem instruxit aciem, steteruntque Barbari in procinctu. Et quoniam non nisi sub noctem Euthalium, ejusque comites adventuros sciebat: mane quidem toto paratos ad portas milites tenuit; meridie verò prandere jussit: idemque fecere Gothi, ipsum rati in diem posterum pugnam differre. At paulò post Belisarius Martinum, & Valerianum cum turmis, quibus præerant in campum Neronianum emitit, jussos quām maximè possent hostium copias turbare velitationibus. Ejusdem imperio, porta Pinciana in Barbarorum castra se ejecerunt sexcenti, quibus tres è stipatoribus suis præposuerat, Artašinem natione Persam, Bucham Massagetam, & Cutilam Thracem. Magno hostibus numero factis obviam, diu certatum est, nec collata manu: sed ita, ut invicem invadentibus fugâ alternâ cederent, incuribusque reciprocis diem utrique conterere velle viderentur. Eò demum progressi, ut ira jam mutua exardescerent, acri commisso certamine, ceciderunt utrinque multi, iisque fortissimi. Utrisque missi ab urbe, & castris subsidiarii cum se admiscuerint pugnantibus, increbuit prælium, clamore accensum, qui ab urbe, & castris circumsonabat. Tandem Romanorum virtute fusus hostis terga dat. Cutilas spiculum gerens medii capitis infixum vulneri, quod in eo conflictu acceperat, infecutus est Barbaros, hisque dissipatis, cum suis, qui supererant, circiter Solis occasum urbem ingressus, tremente incapite spiculo, omnium oculos merito in se convertit. Tum quoque Arzi, qui è Scutariis Belisarii unus erat, sagittarius quidam Gothus vulnus inflxit inter nasum, & oculum dexterum. Latebat ad cervicem usque adacta sagittæ cuspis: pars ejus reliqua vultu existens, equitante homine, quatiebatur. Eo viso cum Cutila. obstupuere Romani, quod ambo equos agerent summo cum doloris contemptu. Itares ibi cessit.

A At in campo Neroniano res Barbarorum meliore erant loco. Fortiter quidem cum ingenti hostium numero decertantes Valeriani, ac Martini turmæ, eorum impetum sustinebant, sed cum maximo detrimento; ita ut in extremum discrimen venerint. Tum Buchæ Belisarius imperavit, ut suos, corporibus, & equis integris reversos è prælio, in campum Neronis educeret. Jam vesper aderat; cum Romani Buchæ auxilio confirmari, repente Barbaros in fugam verterunt. Insequendo longius progressum Bucham, cum hostes XII. hastati circumclusi sunt, simul omnes hastis percussere. Resistente autem lorica, cæteris ictibus parum laeso adolescenti, Gothorum unus, à tergo nudum corpus supra axillam dexteram proximè humerum attingens, plagam imposuit nec mortiferam, nec periculosam. Altera fronte confixo ejusdem femore sinistro, partis hujus musculum non recto ictu, sed obliquo secuit. Simil hæc Valerianus, & Martinus animadverterunt, laboranti allata ope, hostes fugarunt, & ambo Buchæ equum fræno ducentes, ad urbem pervenerunt. Orta nocte, Euthalius cum pecunia affuit.

B Postquam omnes in urbem se receperere, curandis operam dedere vulneribus. Ac sagittam ex Arzis vultu cum extrahere vellent Medici, hæserunt anxiæ aliquandiu, non modò oculi gratiæ, cujus saluti desperabant; sed ne membranis, ac nervis, qualia ibi multa sunt, pertusis, viro, domesticorum Belisarii generofissimo, interitum afferrent. Deinde Medicus quidam, Theocistus nomine, cervici adnitens, ex eo quæsiit hincne multum doleret? Ac dolere se affirmanti, ergo inquit, sospes eris, & integro valebis oculo. Hæc ajebat, certò conjiciens, eò sagittæ cuspidem evasisse, ut abefset à cùte proprius. Itaque teli partem, quæ extabat, præcisam abjicit, divisiisque nervis dissectione, ubi sensus doloris erat acerrimus, inde nullo negotio mucronem avellit trifidum, & alteram sagittæ partem secum trahentem. Atque ita Arzes incolumis servatus est, immo nec vestigium vulneris in ejus vultu superfuit. Cutilas verò, cum ex ipsius capite eductum fuisset spiculum majori vi (quippe altius infixum sedebat) in deliquum incidit, cœptisque inflammari membranis cerebri, phrenesi corruptus, paulò post moritur. Quod ad Bucham attinet, profusam ex illius femore vim sanguinis maximam subsecutura mors visa est. Cujus rei causam afferebant hanc Medici; quod ictus non recta, sed obliqua incisione muscularum secueret. Quare tertio post die animam egit. Propterea Romani illam noctem integrum traduxere magno in luctu; dum etiam plurima Gothorum lamenta, & graves complorationes ex eorum castris editas audirent, atque ideo mirarentur, quod nulla videretur accidisse hostibus pridie calamitas gravior, nec nisi eorum pauci in conflictibus oppetiissent, cum ejusmodi casus, immo verò majores ante inventi, ipsos non admodum turbassent, superante ingenti multitudine. At postridie compertum est Gothos vicem lamentari virorum, in campi Neroniani castris præcellentium, quos Buchas in primo congressu sustulerat. Aliæ præterea pugnæ leviores editæ sunt, quarum descriptionem minimè necessariam judico. Sunt autem patrata in hac obsidione certamina LXVII. aliaque postrema duo, de quibus dicam postea. Tum pariter cum hyeme alter annus exiit hujuscæ belli, cuius historiam conscripsit Procopius.

CA-

CAPUT III.

Pestis, & fames Romanos vexans. Gothis aquæductus pro munimento. Romani suadente fame, decernendi cum Gothis copiam à Belisario petunt: negat Belisarius, eorumque rationem refellit.

Item vero, aëstivo solstitio ineunte, cum fame pestis Urbem invasit. Militibus rei cibariae nihil erat reliquum, præter panem: quo ipso defecti Romani cæteri, fame simul, & lue gravissimè conflictabantur. Re Gothi cognita, cum hoste ferro decernere nolentes amplius, solum cavebant, ne quid unquam foris acciperet. Sunt adhuc vias inter Latinam, & Appiam præalti, ac longè fornicibus elati aquæductus duo. Quinquagesimo ab urbe stadio coëunt, & modico intervallo deflectunt in contrarium; ita ut qui jam supra ad dexteram fuit, ibi ad levam tendat. Denuo coëuntes, recepto loci pristino ordine, in diversum exinde abeunt. Quo fit, ut medium illud spatium circummunitum sit aquæductibus: quorum arcus inferiores ita lapidibus, & luto Barbari præstruxerunt, ut loco formam castelli dedent: ubi stationarii, haud pauciores septem millibus, præsidium agitant; eo intenti, ne in urbem hostis commeatus ullos inferret. Tunc Romanos spe bona penitus destitutos, cuiusque generis mala circumfederunt. Ac militum quidem animosissimi, quandiu maturum in arvis frumentum fuit, amore pecuniae impellente, equis vesti, aliosque agentes vacuos, de nocte in segetes non procul ab urbe se immitabant, cùmque adductos secum equos defectis spicis onerassent, clam hostibus eas deferebant in urbem, & magno pretio Romanis vendebant divitibus: dum herbis cæteri viciarent, quarum affatim est cùm circa suburbia, tum intra muros. Nam neque hyems, neque alia tempestas ulla agrum Romanum herbis viduat, sed illæ perpetua nitent viriditate. Hinc equis etiam obfessorum pabula suppetebant. Quidam botulos è carnibus mulorum, qui Romæ moriebantur, confectos vendebat clanculum. Nudatis jam agris messibus, ad extrema redacti Romani omnes, convatum factò agmine Belisarium ad decretriā cum hoste pugnam compellunt, ab ea neminem civium absore pollicentes. Tum ipsum præsenti necessitate districtum, & valde animo dolentem, quidam è populo his verbis assati sunt.

Expectationi, qua tenebamur, Magister militum, rerum hæc nostrarum fortuna minimè respondet, sed spei planè contrarium exitum reperimus. Id enim consecuti, quod prius in votis erat, in hanc modò calamitatem devenimus, jamque infania mera est, ac nobis ærumnas maximas parit injecta ante opinio, quæ nos à pristina conditione avertit, præclaro studio gaudendi Cæsareā providentiā. Unde eò necessitatis adducti sumus, ut jam etiam uti vi audeamus, & in Barbaros arma sumere. Ac nobis detur venia, si apud Belisarium fidentiū loquimur. Jejunus enim, & inops venter erubescere nescit. Fortuna quoque, qua premimur, nostram hanc excusat licentiam: siquidem vita omnium miserrima videtur esse, quæ in felicibus prorogatur. Vides quæ nobis acciderint. En agros, atque omanem latè regionem

A hostis tenet: cunctis vitæ commodis urbs hæc interclusa est, idque tamdiu, ut spatium temporis vix animo complectamur. Jam Romanorum pars jacet insepulta: nos verò superstites, ut quæ patimur, uno omnia verbo comprehendamus, in numerum vel sic jacentium venire cupimus. Quos enim fames occupat, his mala quævis suadet esse tolerabilia, aliarumque ærumnarum oblivionem suâ præsentia inducit, & quodlibet mortis genus, præter illud quod ipsa infert, homini suave reddit. Quamobrem patere, ut malo hoc nondum fracti, pro nobis ipsi pugnemus, vel victoriam, vel ærumnarum finem consecuturi. Illi certè, quibus cunctatio spem salutis assert, stultissimè fecerint, si rerum summam in certaminis aleam præfescentur conjicere: qui verò prælii difficultatem augent morā, hæc quantulacumque fuerit, ipsis virtio vertenda potius est, quæ promptus ad audiendum impetus. Huic Romanorum orationi Belisarius ita respondit. Ego vero quæcumque fecisti hactenus, certa cogitatione precipiebam, nec præter opinionem quidquam accidit. Quippe jamdiu novi insubidum esse vulgus, nec instantis patiens, nec futuri providum, nihil scire nisi difficillina facile semper aggredi, temere que in perniciem ruere. At me cœca levitas vestra non ita moveret, ut vos, resque Imperatoris perdere vobiscum velim. Neque enim rem bellicam promovet inconsiderata celeritas, sed maturum consilium, & providentia, quæ omnia occasionum momenta ponderet. Vos, quasi alea luderetis, unius tali jactui summam rerum vultis subjicere. At meus non est mos compendia præoptare longioris operæ utilitatibus. Deinde nobiscum vos hostem aggressuros pollicemini. Verùm quandonam vos re militari exercuistis? Quis hanc disciplinam ipsa armorum tractatione edoctus ignorat, non eò pertinere prælium, ut repente erudiat usu rudem, nec tibi hostem in certaminibus umbratilem belli meditationem præbere? Ac vestram quidem alacritatem demiror: excitati vero tumultus do veniam. Hoc demum à vobis factum alieno tempore, & nos sapienter cunctari probabo. Ad nos misit Imperator contractum ex universo orbe exercitum innumerabilem: & classis, quanta nunquam à Romanis conflata fuit, Campaniæ litus, & sinus Ionii partem maximam tegit. Huc paucos intra dies advenient cum omni genere commeatum, nec inopiam modò à nobis depellent, sed Barbarorum etiam castra obruent telorum vi. Quamobrem satius esse duxi pugnam in eorum adventum differre, & victoriam tutò consequi, quæ præcipiti, inconsultaque audacia salutem communem projicere. Cærum, ut quamprimum adsint, nec morentur diutius, providebo.

CAPUT IV.

E Belisarius Procopium Cæsariensem Neapolim mittit. Tibur, & Albam præsidii munit. Gothi templa SS. Petri, & Pauli nunquam ausi violare. In eorum castris graffatur lues. Antonina cum Procopio classem in Campania curat. Vesuvii descriptio.

Vix plebem Romanam Belisarius his verbis animatam remiserat; cùm Neapolim, quo missum ab Imperatore exercitum fama nunciabat, auctorem hujus Historiæ Procopium destinavit, iussitque frumento naves implere plurimas,

rimas , nec milites solum cogere omnes , cùm ab urbe Byzantio recentes , tum qui in eo tractu , sive ut equos suos servarent , sive aliam ob causam restabant , quales multos per Campaniam sparsos audierat ; sed partem etiam præsidiorum , quæ ibi essent , deducere , & cum ipsis Ostiani (id Romanorum navale est) frumentum advehere , quæcum celerrimè posset . Ille cum Mundila Prætoriano , & paucis equitibus per eam portam , quæ à Paulo Apostolo nomen habet , sic egressus est nocte , ut hostium castra sefellerit præsidii gratiâ proximè viam Appiam posita . Dein Mundila Romam reverso , ac referente jam in Campania pervenisse Procopium , Barbarorum nemine facto obviam ; propterea quod hostes totam noctem sese castris tenerent ; læta spes omnibus affulsit , & plenus fiduciâ Belisarius hoc consilium cepit . Magnam equitum partem in vicinas munitiones emittit , præcipiens , ut si qua hostium manus illac commeatus in castra importare velit , crebris inde factis excursibus , & insidiis ubique structis , id nunquam patiantur ; sed omni ope prohibeant , quo & urbs minori , quæcum ante prematur penuria , & obsideri potius Barbari , quæcum Romanos obsidere videantur . Martino , Trajanoque imperat Tarracinam abeant cum viris mille : quibuscum & Antoninam uxorem mittit , jussam proficisci inde Neapolim cum nonnullis , & fortunam , quæ res-cumque suas maneret , expectare in tuto . Ad Tiburinum castellum , quod Româ stadiis abest CXL . Magno , & Sinthue Prætoriano ducibus , quingentos ferè destinat . Jam ante ad Albanorum oppidum , in via situm Appia , totidemque ab urbe stadiis distitum , Goutharin cum Erulorum agmine miserat , quos Gothi non multò post inde vi expulerunt .

Templum est Pauli Apostoli , quod à mœnibus Romæ stadiis XIV. distat . Alluitur fluvio Tiberi , nullis septum operibus : quanquam ab urbe pertinens ad templum hoc porticus , & vicina utrique ædificia , faciles negant ad locum aditus . Porro Gothi sacram hanc Pauli ædem Apostoli , itemque alteram Apostoli Petri sic reverentur , ut neutram toto belli tempore , ne minimum quidem violarint : at Sacerdotibus de more sacra illic omnia procurare licuerit . Jussus à Belisario Valerianus , Hunnis secum eductis omnibus , in eo loco ad Tiberis ripam castra ponere , tum ut liberius equos alerent , tum ut Gothis facultas minor esset longius à suis castris evagandi ad libitum ; mandatum exequitur . Hunnisque , ubi Magister militiae præscripserat , metatis , in urbem reddit . His constitutis , nihil movebat Belisarius , nec pugnam lacescebat ; ad externam vim , si qua ingrueret , à mœnibus propulsandam paratissimus . Ac nonnullis quidem è Romana plebe frumentum præbuit : Martinus verò , ac Trajanus noctu castra hostium prætergressi , post suum Tarracnam adventum , Antoninam cum paucis in Campaniam miserunt , & vicinis munitionibus occupatis , cœperunt ita inde erumpere , ut Gothos ea pervagantes loca , subitis represserint incursionibus . Magnus , & Sinthues , reparatis brevi ruinis omnibus castelli Tiburtini jam in tuto positi , hostem , cui munimentum hoc prope imminebat , magis , ac magis vexabant , crebrisque , & improvisis excursibus Barbaros deductores commeatum percellebant : donec Sinthues , hastâ in quodam certamine manudextera vulnerata . ac præcisus ipsius nervis , causarius in posterum fuit . Nec minora Gothi dannata ab Hunnis in propinquuo , ut dixi , metatis

A accipiebant : itaut jam ipsos quoque urgeret fames , eruptâ , qua prius gaudebant , libera potestate importandæ rei cibariæ . Accessit pestilentia , quæ cùm eos invaserit , multos necabat , præcipue in castris , quæ ad viam Appiam , ut supra commemoravi , postremò fecerant . Quicunque superfuerunt , sanè pauci , in alia castra se receperunt : idem passi Hunni Roman ingressi sunt . Hæc ibi . Procopius verò , postquam in Campaniam venit , illic milites minimū quingentos collegit , & onustas frumento naves quamplurimas disposuit . Haud multò post afferuit Antonina , & cum eo tum classem curare cœpit .

B Eodem tempore Vesuvius mons immuguit : at eorum nihil evomuit , quorum eruptionem mugitus ille minari sic videbatur , ut indigenæ vehementer expaverint . Distat mons Neapoli stadiis LXX. obversus illi à Septentrione . Admodum præruptus est : imus quidem ejus ambitus grata nennorū opacitate blanditur ; superiorverò præcipitiis , summaque horret asperitate . In medio ferè vertice hiatus appetat tam altus , ut ad imas montis radices pervadere videatur . Si quis ibi audeat intro despicere , huic ignem videre licet : cujus flamma alijs infervolitur , nemini incolarum molesta . Verum ibi mons mugitui similem edit sonitum , plenumque ingentem cineris vim prorumpit haud multò post , quæ pestis si in via quempiam deprehenderit , nullo is pacto mortem potest effugere : si in domos inciderit , ea corruunt oppressæ copiâ cineris . Hic demum , si fortè ventus vehementior incumbat , in sublime adeo tollitur , ut visum fugiat , & quocumque impellit aura , perlatus , in terram decidat remotissimani . Ferunt illius casu sic territum aliquando Byzantium , ut quæ tunc ad placandum Deum decretae sunt , etiamnum habeantur solennes supplicationes . Alio tempore cadentem eum exceptit Tripolis Libyæ . Jam autem anni sunt centum & amplius , ut perhibent , cùm prior mugitus editus fuit ; alterius multo recentior est memoria . Cæterum affirmant fieri non posse , quin omnis regio , in quam cineres Vesuvius eructaverit , exuberet frugibus . In eo monte coelum est tenuissimum omnium , ac saluberrimum . Eò certò Medici diurina rabe correptos mittunt . Sed de Vesuvio haecenus .

C A P U T V.

Recentes Byzantio copiæ veniunt . Belisarii stratagema . Audax facinus Aquilini . Trajani vulnus mirabile .

E **H**oc interim spatio aliae Byzantio copiæ natus advectæ sunt . Ac Neapolim quidem tria Isaurorum millia , Paulo , & Conone . Ducibus , appulerunt : Hydruntem verò Thraces equites DCCC. quibus prærerat Joannes , Vitaliani tyranni nuperi ex sorore nepos ; & cum his è numeris equestribus alii milites mille , quibus , ut alios raseam , Alexander , & Märcenius imperabant . Jam & Zeno cum CCC. equitibus Romam per Samnum , ac viam Latinam pervenerat . Postquam autem Joannes quoque cum cæteris omnibus in Campaniam advenerit , coætis è Calabria plaustris quamplurimis instructus , adjunxit se quingentis illis , qui ex Campania , uti diximus , collecti fuerant . His secundum mare iter facientes , plausta secum trahebant eo consilio , ut , si hostis occurreret , illis in castrorum speciem circumvallati , vim illa-

illatam repellerent. Idem Paulo, & Cononi mandaverunt, ut celeri navigatione usi, copias secum ad Ostiam, Romanorum navale, jungen- rent. Magno frumenti numero in plastra im- posito, naves cunctas non solum frumento, sed vino etiam, rebusque omnibus necessariis com- pleverant. Martinum quidem, ac Trajanum apud Tarracinam se offensuros, & cum ipsis inde profecturos rebantur: verum, ubi proximi- me ventum est, eos Romam paulo ante revo- catos abiisse intellexerunt. Certior factus Beli- farius Joannis copias progredi, ac veritus ne ingenti hostes numero facti obviam, eas dele- rent, rationem hanc injit. Portam Flaminiam, ad quam hostes castra locaverant, ipse belli hujus initio, quemadmodum in superiore libro narravi, lapideo pariete obstruxerat; ne ea Barbari vel inferre vim facile possent, vel in urbem quidquam moliri. Quocirca nunquam ibi pugnatum fuerat, & ea parte nihil hostile Barbari suspicabantur. Belifarius præstructum huic portæ obicem noctu demolitus, quod ne- mini se facturum prædixerat, partem exercitus maximam ibi disposuit. Prima luce Trajanum, ac Diogenem portâ Pincianâ cum equitibus mille emittit, jubetque telis castra impetere, & ubi hostes eruperint, abjecto pudore, ad muros usque refugere citato cursu. Nonnullos etiam citra hanc portam collocat. Ergo qui cum Trajano erant, Barbaros ex Belifario præscripto lacefunt: tum eos Goths ex omnibus castris confluentes repellere: mox intendere utriuscursum ad urbis pœnia. hi fugientium speciem, atque opinionem præbentes, illi se hostem in fugam agere existimantes. Simul ho- stes Belifarius vidit instando provehi, portam Flaminiam aperit, copiasque in Barbaros nec opinantes emitit. Vix, quæ illic est, imminen- bat unum ex Gothorum vallis: pro quo erant angustæ præcipites, atque aditu difficillimæ. Ut primum hostes eò vidi accedere Barbarus quidam induitus loricâ, validoque ad pugnan- dum corpore præditus, prior insilit, sociisque inclamans hortatur, ut jam ocyùs angustias ec- cuperent. ac secum custodiant. Sed antevertens Mundilas, ipsum obtruncat, nec Parbarum quenquam in angustum aditum succedere sinit. Romani verò, repugnante nemine, subeuntes, ad vicina castra evadunt, quæ firmo defensa positi nonnulli aliquandiu tentarunt frustra; quavis non admodum multi in his Barbari relieti essent. Nam & fossa erat altissima, ac terra, quæcunque inde egesta fuerat, in margi- ne interiori exaggerata sic eminebat, ut muri vicem exhiberet; vallisque acutissimis, densissimisque cincta horrebat. Quo freti præsidio Barbari, hostem acriter prohibebant. Tum Aquilinus (erat hic è Scutariorum Belifarii numero) vir strenuissimus, apprehenso equi loro, in media castra cum equo insilit, ibique hostium nonnullos cædit. Subinde ab aliis cir- cumfusus, jaculisque appetitus, strato vulneri- bus equo, per medios hostes præter opinionem evadit, & pedibus ad portam Pincianam se confert cum sociis, qui Barbaros adhuc nostris instantes affecuti, cædem conjectis in terga te- lis facere ceperunt. Quod ubi Trajanus ani- madvertit, turmis equitum, qui presto illic erant, adjutus, cum suis cursum in persequen- tes flectit. Tum Goths astu decepti bellico, at- que improvisò ab hostibus intercepti, fœde trucidabantur. Magna eorum edita strage, op- pidò pauci in castra se se vix recepere: cæteri suis omnibus castris timentes, ratiique impetum

A mox facturos Romanos, loci præsidium mini- me dimittebant. In eo certamine Barbarus quidam Trajani faciem telo contigit supra- dexterum oculum, haud procul naso. Ac ferrum quidem penitus infixum omnino latuit, quamvis magnam, & valde longam haberet cuspidem. Pars teli reliqua protinus humi de- cedit sponte: quippe cui ferrum, ut arbitror, leviter inhæreret. Ictum hunc Trajanus minimè sentiens, nihil segnius urgere holtes, ac cæde sternere institit. Quinto post anno, sponte in- vultu prominens ferri mucro se prodidit, jam- que annus agitur tertius, ex quo magis, ac magis paulatim exit: itaut aliquando, sero licet, exces- surus prorsus videatur: homini autem nihil af- fert impedimenti. Hæc ita se habuerunt.

C A P U T VI.

A Gothis missi Oratores de pace cum Belisario colloquuntur, & inducias pangunt.

C ontinuò Barbari desperare bello cœperunt, ac de discessu deliberare: cùm & pesti- lentia vi, & hostili ferro jam ad paucos è my- riadibus multis redacti, maximèque urgente fame, sic intercluderentur commeatu omni, ut verbo tenus, atque in speciem obseciores, re ipsa ab hostibus obsiderentur. Ad hæc, accep- tro nuncio, Romanis Byzantio terrâ, mari- que exercitum advenire, non quantulus erat. sed quantus famæ arbitrio fingebatur, bellum per- horrescentes, de maturanda profectione consilia agitabant. Itaque Oratores Romam destinant, & virum Romanum, inter Gothos auctoritate præstantem, cum duobus aliis, qui ad Belifa- rium admissus, his ferè verbis differuit. Quisque vestrum ærumnas, quas bellum parit, exper- tus, neutri id parti utile fuisse didicit. Quis enim est in utroque exercitu, qui, quod neutri ignorant, negare velit? Nec quisquam, op- nor, nisi verè desipiat, repugnabit dicenti mihi cultorum esse hominum ob institutam honoris contentionem in malis semper hærere velle, neque ullum molestiarum exitum reperire. Quæ cùm ita sint, eorum est, qui genti utri- que præfunt, non profundere subditorum salu- tem laudis propriæ gratiâ; sed quod æquum est, & cùm sibi, tum hostibus conducibile amplectendo, hujus temporis calamitati finem imponere. Etenim acerba quæque, & difficilia expedit mediocritatis amor: dum ambitio, pro ingenita malignitate, nullum præstat officium. Itaque finiendi belli consilium hoc afferimus, proponentes quæ in rem communem erunt; licet jus in his nostrum haud omnino retineamus. Et vos cavete, ne quodam nobiscum superbè certandi studio duéti, malitis in per- niciem ruere, quæ vestras sequi utilitates. Cæterum convenient orationes utrinque haberi non continentis; at si quid perperam dictum videbitur, illico interpellari. Quo fiet, ut quæ quisque habet in animo, comprehensè ac præ- cisè dicat, & officio fungatur suo. Tum hæc retulit Belifarius. Ita quidem, ut dicitis, pro- cedat colloquium per me licet: sed videte, ut pacis studio, & æquitati sermo vester conve- niat. Rursus Gothorum Oratores. Iniquè fecisti. Romani, cùm in nos, amicos licet, so- ciisque vestros, arma, contra quæm fas erat, sumpsistis. In eam rem prot'erre sat's habebi- mus, quæ cuique vestrum nota esse existima- mus. Non ita Goths Italiam potiti sunt, ut eâ Romanos per vim spoliaverint. Sed olim

Odoa-

Odoacer, sublato Imperatore, rei administratio-
nem publicæ, hic tyrannide mutatam, obtinuit.
Tunc temporis Zeno Orientis Imperator in ani-
mo habens, ei qui consors principatus fuerat,
factam à tyranno injuriam ulcisci, atque has
oras in libertatem restituere, cùm Odoacri po-
tentiam everttere non posset; Theoderico Princi-
pi nostro, paranti ipsum, ac Byzantium obside-
re, persuasit, ut in gratiam secum rediret, hono-
rum memor, quos ab ipso consecutus jam esset
(quippe adscriptus Patriciis, & factus Consul
Roma, fuerat) Augustulo illatam ab Odoacro inju-
riam ultum iret, ac provincias ipse, & Gothi
deinceps jure optimo possiderent. Hoc igitur
pacto Italæ regnum adepti, leges, ac regi-
minis formam haud minori studio, quām qui-
vis Imperatorum veterum, conservavimus,
neque ulla prorsus Theoderici, aliusve cujus-
piam Gothorum Regis lex scripta extat, vel
inscripta. Quod ad divinum cultum, fidemque
attinet, Romanis in integro rem sic esse volui-
mus, ut Italorum nemo religionem nec vo-
lens, nec coactus ad hanc diem mutaverit,
neque in Gothos, qui ad illorum sacra trans-
fierunt, ullo sit modo animadversum. Immo
verò honorem summum templis Romanorum
impendimus. Quisquis enim salutem suam
eorum cuiquam aliquando commisit, ei vim
nullus mortalium attulit. Præterea civiles om-
nes Magistratus gessere ipsi, neque illos cùm
Gothorum quopiam communicarunt: quæ si
quis falsò dicta à nobis putat, nos palam con-
futer. Accedit huc, quòd Romanis per Gothos
licuit ab Orientis Imperatore Consulatum quo-
tannis accipere. Nihilominus vos, qui Italiam
vobis non afferuistis, dum à Barbaris atterere-
tur, quibus imperabat Odoacer, malorum
auctor non brevi spatio, sed per annos decem;
nunc justos illius dominos iniqua vi deturbare
nitimini. Itaque hinc cum rebus vestris, &
omni præda facestis. Belisarius verò: brevem,
inquit, ac modestam orationem polliciti, lon-
gam, & affinem jactantiae habuistis. Bellum
quidem in Odoacrum Zeno Aug. Theoderico
dedit, non ut regnum Italæ occuparet ipse:
quid enim erat, cur tyrannum tyranno Im-
perator mutaret? verū, ut eam in libertatem,
& Cæsaream ditionem vindicaret. Is verò, initi
adversus tyrannum consilii vīctor, se postmo-
dum haud mediocriter ingratum præbuit, cùm
recusavit Italiam suo restituere domino. Meā
certè sententiā, par scelus est, quæ vicini sunt,
ei sponte non reddere, & pervim auferre. Cæ-
terum non committam, ut tradam cuiquam
terras ditionis Imperatoriæ: si quid vultis aliud
consequi, per me id proponatis licet. Ad hæc
Barbari. Etsi neminem vestrum præterit nihil
non verè à nobis dictum: tamen, ne litigare
videamur, vobis Sicilia cedimus. tantā, ac tam
divite insula: sine qua Africam non potestis
tenere tutò. Mox Belisarius: at nos, inquit,
Britanniam totam, multis partibus majorem
Siciliā, atque olim Romanis subditam, Gothis
concedimus. Nam qui beneficio, vel gratia
provocaverint, illis paria referri par est. Bar-
bari. Ergo nec mentionem Campaniæ, ipsius-
que Neapolis, si quam fecerimus admittetis?
Belisarius. Minime: nobis enim nec fas, nec
integrum est res Augusti administrare, nisi de
ipsius sententia. Barbari. Immo nec, si tribu-
tum certum nobis ipsi indixerimus, quotannis
pendendum Imperatori? Belisarius. Nequa-
quam sanè: nam eo solū valet potestas nostra,
ut recepta loca domino servemus suo. Barbari.

A | Age verò: faltem patere adeamus Imperato-
rem, & cum ipso componamus de rerum sum-
ma. Certum etiam constituendum est tempus,
quo inter utrumque exercitum inducæ rite
maneant. Belisarius. Licet: ita fiat. Nun-
quam enim vobis impedimentum meditantibus
pacem, inferam. His dictis colloquium solu-
tum est, suaque in castra Oratores Gothorum
reversi sunt. Consequentibus diebus ultro ci-
troque crebrò commeantes pepigerunt indu-
cias, & confirmare, datis utrinque obsidibus
viris insignibus, decreverunt.

C A P U T VII.

B | *Illatis adverso flumine commeatisibus abundat Roma.*
Firmantur inducæ datis obsidibus, Portum,
Centum cellas, & Albanum Gothi de-
serunt: Romani occupant. Gotho-
rum minas Belisarius ridet:
in Picenum copias mittit:
Mediolanensibus pra-
sidium polli-
cetur.

C | **D**Um hæc ibi aguntur; interea portum Ro-
manum classis Isaurorum tenet, & Joannes
cum suis Ostiam venit. Ac nemo quidem
hostium, nec appellentibus, nec castra metan-
tibus se opposuit: ut verò securam à Barbaro-
rum incurribus noctem agerent, Isauri proxi-
mè portum altam duxerunt fossam, & in or-
bem semper excubare instituerunt: Joannis co-
piæ se se castris tenuerunt, cùm ea plaustris
sepsissent. Ostiam nocte Belisarius venit cum
equitibus centum: pugnam recentem narrat,
pactiones inter se, & Gothos confectas refert:
in primis animos addit, mittere jubet, quæ
advexit, Romamque alacriter petere: nam
inquit, ut nihil sit in via periculi providebo.
Vix albescente aurora in urbem rediit. Simul
autem dies illuxit, cum Ducibus consilium ha-
buit Antonina de pervehendis, quæ illuc delata
fuerant. Grave id, ac perdifficile videbatur.
Nam & boves omnes labore jam fracti, semian-
imes jacebant, nec tutum erat viam angustam
cum plaustris ingredi, nec pro more veteri na-
ves fluviales trahi poterant. Cùm enim via,
quæ ad fluminis lœvam est, hostium præsidiis,
ut supra memoravi, insideretur, tunc præclusa
Romanis erat. Quæ verò est ad dexteram se-
cundum ripam, nullis teritur vestigiis. Quam-
obrem selectos majorum navium lembos celsis
tabulis circummuniunt, ut vectores ab hostium
telis intacti sint, & pro cujusque modo sagit-
tarios, nautasque imponunt, atque onera-,
quantacunque deferri possunt, & statuunt Ro-
mam per Tiberim agere. Ventum captant se-
cundum, eoque usi navigant, parte exercitus
ad fluvii dexteram opitulante; dum reliqui ma-
gno Isauri numero classem custodiunt. Ac nul-
lo quidem negotio provehebantur sublati lem-
borum velis, ubi recta amnis decurrit: at in-
anfractibus, qui fluentum latè abducunt, quo-
niam vela nullo ibi vento impellebantur, nau-
tæ in superando remis aquæ impetu non mediocri-
citer desudabant. Interea sedentes in castris
Barbari nolebant moram objicere, sive peri-
culo territi, sive hac opinione industi, nullos
unquam commeatus à Romanis eâ viâ inven-
tum iri: maximè verò, quòd, si temerè, le-
viique ex causa spem induciarum excluderent,
quam Belisarius promisso firmaverat, id fraudi
sibi fore existimarent. Itaque Gothi, quicun-
que

que erant in oppido Portu, visa hostium individua navigatione, abstinentes vim, eorumque consilium demirantes, sedebant. Postquam crebris ejusmodi vocationibus onera importata sunt omnia ad arbitrium, jam anno se ad brumale solsticium circumagente, redditum maturarunt nautæ cum navibus: reliquæ Romam copiæ ingressæ sunt, præter Paulum, qui Ostia cum Isaurorum manu substituit.

Deinde induciarum obfides utrinque dati sunt, à Romanis Zeno, à Gothis Ulias, vir non obscurus; & cautum est, tres menses mutuis incursibus fore vacuos, donec reversi Byzantio Legati, qua mente Imperator esset, renunciarent: si qua injuria pars altera alteram provocaret, Legatos nihilominus relatuos ad suam gentem. Itaque Byzantium profecti sunt Oratores Gothorum, Romanis ducentibus. Antoninæ gener Ildiger cum equitibus non paucis Romam venit ex Africa. Gothi, qui Portuense castellum tenebant, defecti cibariis excesserunt de sententia Vitigis, cujus accitu evocati, in castra rediere. Locum occupavit vacuum Paulus cum Isauris Ostiâ ductis. Porro Barbaros illos ad victus penuriam redegerunt maximè Romani, qui sic mari dominabantur, ut nihil annonæ ad ipsos inferri sinerent. Quamobrem & Centumcellas, urbem maritimam, ac nobilissimam, sub idem tempus Gothi defuerunt, compellente cibi inopia. Amplius illa urbs, atque incolis frequens in Tuscia, ab Occidentali Romæ latere: unde stadiis abest CCLXXX. A Romanis occupata, magnam attulit ad eorum vires accessionem: cùm & Albano oppidum, quod Romæ partem exortavam spectat, obtinuissent, eandem ob causam tunc ab hostibus derelictum. Itaque Romani jam undique circumclusos intercepere Barbaros, qui eam ob rem pactiones rescindere, & aliquam Romanis creare fraudem ardebat. Quare missi ad Belisarium Oratores factâ sibi injuriâ violatam armorum quietem objiciunt. Cum enim Vitigis Gothos, qui portum præsidio tenebant, rei causâ requirentis ipsorum operam, revocasset; loci castellum à Paulo, Isaurisque per meram animi libidinem occupatum fuisse. Idem Albano, & Centumcellis factum queruntur in speciem, nec se id inultum relicturos minantur, nisi illa restituat. Eos cum risu Belisarius remittit, querelam dicens prætextum inanem esse: neminem latere causam, cur ea Gothis loca liquissent. Ex eo suspecti invicem fuere. Post hæc Belisarius, ubi Romam abundare militibus vidit, cùm turmas alias alia circùm loca procul Roma dimisit, tum Joannem, sororis Vitaliani filium, apud Albam, Piceni urbem hyemare jussit cum octingentis ipsius equitibus, adjunxitque ex Valeriani turmis quadringentos, quibus Valeriani ex forore nepos Damianus præserat; nec non è scutariis suis octingentos, viros bellicosissimos, quibus Protectores hastatos duos, Sultan, & Abigin præfecit, atque injunxit, ut Joannem, quounque duceret, sequerentur his mandatis instructum. Quandiu pæctis manere hostes videret, contineret se se: ubi fidem induciarum solvissent, hæc faceret. Repente, & raptim agrum Picenum cum omnibus copiis pervolaret, continentis cursu loca obiens cuncta, ac celeritate famam prævertens: propterea quod viris ibi nusquam ferè relictis, cùm plerique omnes bello Romam petiissent, ubivis essent hostium liberi, uxores, atque pecuniae. Itaque captivos abduceret, & obvia

Tom. I.

A quæque diriperet; caveret tamen, ne quid detrimenti Romanus ullus incola pateretur. Si quem in locum incidet, militari præsidio, ac proinde arte, & manu munitum, viribus omnibus tentaret; si caperet, pergeret porrò: si fortè rei difficultas consilium vinceret, referret se se, vel ibi consisteret. Etenim progredienti, maximum, ut sèpissime fit, à relicto post se loco periculum fore: cùm nec se facile tueri possent, sicubi impeterentur ab hostibus; nec prædam omnem servare, cum reliquo exercitu bona fide dividendam. Tum ridens subjecit: Haud enim æquum est, dum alii in fucis male perdendis desudant, alios defatigationis expertes gaudere mellis vindemiâ. Hæc ubi mandata dedit Belisarius, Joannem cum exercitu misit.

B Sub idem tempus Mediolanensis Antistes Datus, ac cives primarii, cùm Romam venissent, à Belisario modicum petiere præsidium, satis virium sibi fore asseverantes ad eripendum Gothis nullo negotio, vindicandumque Imperatori non modo Mediolanum, sed Liguriam quoque universam, in qua illa urbs posita, inter urbem Ravennam, & Alpes, quibus Galliæ terminantur, media ferè est. Utrinque enim ad ipsam dierum octo iter est viro expedito. Amplitudine, frequentia, opibus Romæ cedens, Occidentis urbes cæteras superrabat. Illorum petitioni satisfactum se pollicitus Belisarius, ibi hyemem egit.

C

C A P U T VIII.

Constantinus in Belisarium ablata jubentem reddere, contumax, etnque ense strieto petere ausus occiditur.

D E *I*ta quidem hæc se habebant. Jam verò fortuna Romanis invidens, quibus bene, præclarèque res videbat procedere, in eos noxam parturiebat, ac prosperis miscere volens adversum aliquid, Belisarium inter, & Constantinum de nihilo dissidium moliebatur; cuius ortum, exitumq; modò exponam. Romanus quidam, Præsidius nomine, vir nobilis, cùm Ravennæ, ubi habitabat, in Gothoru[m] offensionem eo tempore venisset, quo in urbem Romam Vitigis expeditionem parabat; simulato venationis consilio, nec prodiito cuiquam quod verè meditabatur, aufugit, nihil opum secum ferens, præter pugiones duos, quorum vaginæ multo auro, gemmisque ornatae erant. Ut Spoletium cum suis attigit, in templum divertit extra muros positum. Qua de re factus certior, qui ibi tumagebat, Constantinus indicâ causâ acinacem utrumque auferit, misso ad id Maxentiolo, quo Scutario utebatur. Hinc ille dolore percitus, Romam, nullâ interpositâ morâ, ad Belisarium properat; quò & Constantinus aliquantè post venit, accepto jam nuncio, Gothorum exercitum appropinquare. Ac quandiu Romana res in tumultu, & discrimine versata est, tandiu silentium Præsidius tenuit. Ubi verò illam superiorem esse, & Oratores Gothorum, uti supra diximus, ad Imperatorem adiisse vidit; Belisarium sèpe conveniens, injuriamque expostulans, enixè jus orabat. Nec minus sèpe Belisarius cùm per se ipse, tum per alia Constantinum urgebat reprehensionibus, ut se ab iniquo facinore, turpique existimatione vindicaret. Sed enim Constantinum manebat interitus. Quamobrem ille dicta semper elevabat ludibriis, & quem afficerat injuriâ, ridebat. Aliquando demum in foro equitanti Belisario

N n occur-

occurrens Praefidius, apprehensis habenis equi, contenta voce interrogat, num Imperatoris leges id ferant, ut qui à Barbaris ad ipsius partes supplex transfugerit, omnibus, quæ in manibus habet, per vim spoliatur? Tum circumstantibus multis, & minaciter imperantibus, ut à fræno manum amoveret, non prius dimisit, quam ipsi pugiones redditum iri Belisarius recepit. Itaque postridie Belisarius Constantino, ac multis Ducibus in quoddam Palatii cubiculum convocatis, & commemoratis quæ acciderant pridie, hortatur hominem, ut acinaces tandem aliquando restituat. Abnuens ille, jucundius sibi fore afferuit, si illos mitteret in undas Tiberis, quam si Praefidio redderet. Irratus jam Belisarius querit, an non se agnoscat ipsi subditum Constantinus? Hic in rebus cæteris planè obsecuturum se illi spondet, quando sic placitum Imperatori: quod in præsenti juberet, nunquam facturum. Tum Protectores jubenti ingredi Belisario; nimirum, inquit Constantinus, ut me trucident. Minimè verò, ait Belisarius: sed ut Scutarium tuum Maxentiolum, qui jussu tuo pugiones, illata vi abstulit, adigant Praefidio restituere, quæ ipsi invito rapuit. At Constantinus se illico moriturum ratus, grave aliquid patrare prius, quam pati statuit. Quare educto pugione, quem pendulum ad femur gestabat, repente Belisarii ventrem appetit. Is territus retrò cedit, & Bessam prope astantem complexus elabitur. Ipse etiam referebat se Constantinus, irâ adhuc incensus; cùm, re animadversa, ejus dexteram prehendit Valerianus, sinistram Ildiger, illumque retrahunt. Interea ingressi, quos Belisarius paulò ante acciverat, Protectores, è Constantini manu pugionem extorquent multa vi, correptumque ingenti cum fremitu hominem exemplo quidem omittunt muletare. Duncum, ut opinor, præsentiam veriti; sed abductum in cubiculum aliud, paulo post, jubente Belisario, interficiunt. Unum hoc Belisarius admisit facinus minus honestum, nec moribus dignum commodis; cùm ipsum omnes alii lenissimum experti sint. Verùm enim verò Constantinum, ut dictum est, manebat intensus.

CAPUT IX.

Gothi per aquæductum Romam capere frustant. Idem aggressi tum aperta vi, tum proditione, de spe decidunt. Pæna proditori à Belisario interrogata.

HAUD multo post, Gothi in muros Romæ cupientes moliri aliquid, primùm quodam immisere noctu in unum ex aquæductibus, à quibus aquam initio belli hujus averterant. Illi manibus lychnos, ac faces præferentes, in urbem aditum ea parte tentabant; cùm per foramen, quod non procul à porta Pinciana in fornice aquæductus illius erat, vigilum quidam, conspecto igne, rem sociis indicat. Hi verò, quoniam ibi structura aquæductus non extabat è terra, visum afferunt lupum, illac prætereuntem, cuius oculos igni similes rebanturn esse. Ingressi canalem Barbari, cùm intermediam urbem penetrassent, eoque loci venissent, ubi ad ipsum Palatium vetus quidam ascensus erat, offenderunt præstructum obicem, quo & longius progredi, & ascendere omnino prohibebantur. Hunc Belisarius obsidionis principio, ut à me in libro superiori narratum est,

A provide opposuerat. Parvo inde extracto lapide remeare decernunt Barbari, reversique ad Vitigin, monstrato lapide, quo res loco sit planè referunt. Tum ille de instituta molitione cum viris inter Gothos primariis consulit. Postridie inter portæ Pincianæ custodes mentione facta suspicionis, quæ de lupo inciderat, & hinc perlato ad Belisarium rumore, non supina aure, rem audiit Magister militum: sed è vestigio homines in exercitu probatissimos cum Diogene Prætoriano digredi jubet in aquæductum, & omnia scrutari celerrimè. Illi hostium lucernas, & quidquid ex facibus defluxerat passim in canali inveniunt, & obice, ex quo lapidem Goths dempserant, perspecto, ad Belisarium renunciant. Quamobrem acribus custodiis aquæductum muniit: quod cùm Gothi intellexissent, incepto hoc abierunt.

B Deinde apertam in muros vim meditati Barbari, capto prandii tempore, præter hostium opinionem, cum scalis, & facibus ad portam Pincianam contendunt, spe nixi, fore ut primo impetu urbem caperent, quod non multi milites hîc essent reliqui. Tunc Ildiger cum suis custodiis agens (quod munus singulis per vices demandabatur) ut hostes vidi incompositè accedentes, occurrit ipsis, non instructa acie, sed promiscuè, ac turbatè progredientibus. Nullo mox negotio adversos fundens, cladem efficit. Inde magnus, ut fit, oriri in urbe clamor, ac tumultus: Statim Romani undique ad muros confluere, nec multo post in sua castra Barbari re infecta reverti. Ad fraudem redit Vitigis, graffaturus in mœnia: quorum sanè partem, quæ Tiberis ripam prætextit, expugnare facillimè poterat. Illam enim Romani veteres, aquæ munimento confisi, adeò negligenter ædificaverant, ut & valde humilis esset, & omnino turribus vacua. Ac demum eò facilius urbem se capturum sperabat, quò levius erat ibi praefidium. Ergo Romanos duos, qui ad Petri Apostoli ædem habitabant, pecuniâ inducit, ut cum utre vini pleno custodes illic positos primis tenebris adeant, ac vino donent cum omni benevolentia significatione: deinde, adulta nocte, sedentes una perpotent, injecto in cujusque scyphum medicamine soporifero, quod ipse dedit. In ulteriori ripa scaphas clam paratas habuit, ut, simul ac somnus custodias complexus esset, primo dato signo Barbarorum manus flumen transiret, ac scalis instructa muros invaderet. Totum etiam exercitum ad urbem vi penitus occupandam expediit. His ita compositis, quoniam Deo fixum erat, ut Romanos iste Gothorum exercitus non expugnaret, virorum, quos ad navandum cœpto operam Vitigis adornaverat, alter sponte rem omnem enunciavit Belisario, ac socium indicavit: qui tortus in lucem protulit quidquid erat facturus, & medicamentum, quod Vitigis dederat, prompsit. Hunc Belisarius, naso, atque auribus truncis, ad castra hostium misit, asino vectum: quo viso intellexere Barbari sua consilia, vetante Deo, non procedere, eamque ob causam potiri urbis sc̄ nunquam posse.

CAPUT

C A P U T X.

*Joannes Picenum populatur. Ariminum occupat.
Per internuncios agit cum Matasuntha uxore
Vitigis. Gothi Roma obsidionem
solventes, cladem accipiunt.*

DUm hæc aguntur, interea loci Belisarius Joanni, ut rem aggrediatur, per literas imperat. Ille cum duobus equitum millibus agrum Picenum percurrens, obvia quæque rapere, & hostium liberos, uxoresque abstrahere cospit in servitatem. Ulitheum, Vitigis patrum, qui cum Gothorum exercitu se offerebat, prælio viætum interficit, & copias ferè omnes hostium delet: quo factum est, ut nemō postmodum cum eo manus conserere ausus sit. Ubi ventum ad urbem Auximum, haud magno quidem Gothorum præsidio teneri illam audiit; sed munitissimam vidit esse, & inexpugnabilem. Quare abjecto obsidionis capessendæ consilio, quamprimum movens, porrò perrexit. Eodem se modo gessit apud oppidum Urbinum, & Romanis deducentibus, Ariminum, Ravenna dissitum dici iter, contendit. Barbari, qui hic erant præsidarii, cùm Romanos loci incolas suspectiores haberent, hujus exercitus adventu cognito, Ravennam celeri cursu demigrarunt. Itaque Joannes Ariminum obtinuit, relictis à tergo Auximi, & Urbini præidiis; non quod ipsum vel oblivio mandatorum Belisarii, vel audacia inconsiderata cepisset; nam in eo conjuncta erat strenuitas cum prudentia; sed quia reputabat, quod contigit, simul ac Romanum exercitum Ravennæ proximum esse Gothi cognoscerent, eos metu, ne quid illa urbs pateretur, ex obsidione Romæ retractum iri. Neque eum sefellit opinio. Nam ubi captum ab ipso Ariminum Vitigis, Gothorumque exercitus acceperunt, Ravennæ timentes plurimum, nullius rei præterea habitatione, profectionem, de qua mox dicam, ne punctum quidem temporis distulerunt. Hinc Joanni ad gloriam, qua jam ante egregiè florebant, magna accessio facta est. Animo vir maximo, & ad pericula subeunda promptissimo prædictus, per se res obibat. Affidua viætus aridi, & laborum tolerantia nulli Barbaro, vel militi cedebat. Atque is quidem erat Joannes. Matasuntha verò Vitigis uxor, cùm graviter marito esset offensa, quod principio per vim ei juncta thori consortio fuisset, ut Joannem Ariminum venisse resciit, gaudio cumulata, per occultum internuncium de nuptiis, & proditione colloqui cum eo coepit.

De his illi clanculariorum nunciorum operâ infitebant inter se agere; cùm Gothi, auditis quæ Arimini contigissent, accidente summa annona penuria, ac trimestrium induciarum exitu, abscessere: & si de Oratoribus nihil dum acceperant. Jam annus circa vernum æquinoctium se vertebat, in obsidione contritus totus cum diebus præterea novem; quando Gothi, castris suis omnibus incensis, prima luce, se inviam dederunt. Romani, fugâ hostium animadversâ, quid consilii pro re nata caperent nesciebant. Tunc enim equitatus pars maxima aberat; aliis alio, ut dixi supra, dimissis: neque ipsi viribus tantæ hostium multitudini se parer putabant. Nihilominus Belisarius peditibus cunctis, atque equitibus arma imperat: utque hostium plus dimidiam partem transisse pontem vidit, portâ Pincianâ educit copias:

Tom. I.

Anec minus acriter conferuntur manus, quam in quolibet superiorum certaminum. Principio quidem Barbaris hostilem impetum fortiter sustinentibus, utrinque multi primo congressu ceciderunt. Deinde versi in fugam Gothi, gravem, insignemque cladem sibi ipsi importavere. Cùm enim quisque pontem transgredi primus contenderet, iniquissimo disclusi spatio, acerbissimam capiebant calamitatem. Quippe ferro interibant, cùm hostili, tum suo: è ponte hinc & inde multi prolabeantur in Tiberim, & cum armis hausti fluctibus extinguebantur. Ita amissis quamplurimis, cæteri se illis admiscuerunt, qui jam ante transferant. In hoc prælio Longinus Isaurus, & Mundilas Belisarii Protectores, rem præclarissimè gesserunt; ita tamen ut Mundilas interfectis singulari certamine Barbaris quatuor, sospes evaserit; Longinus verò, in cuius potissimum virtute causa fugæ hostium constituit, ibi occubuerit, Romano exercitui magnum sui desiderium relinques.

C A P U T XI.
*Multa Vitigis loca præsidiis munit. Arimino
Belisarius providet. Romani Petram
pertusam expugnant. Joannes
Belisarii mandato ad-
versatur.*

CItigis cum exercitus reliquias Ravennam petens, loca munitionibus valida firmavit præsidiis. Clusii, quæ Tusciae urbs est, viros mille, & Gibimerem Ducem reliquit: Urbe veteri totidem; quibus Albian natione Gothum præfecit: Tuderti Uligifalum cum CD. In Piceno Stationarios CD., qui Petram castellum habebant, non amovit. Auximi, quæ est omnium regionis illius urbium maxima, Gothorum quatuor millia, gentis florē, locavit, ac Visandrum, strenuissimum Ducem: Urbini, duo millia cum Morra. Castella sunt præterea duo, Cæsena, ac Monsferratus. In utroque præsidiarios haud minus D. constituit, & cum cæteris copiis Ariminum recta contendit eo animo, ut circumfedeat. At Belisarius, statim post solutam à Gothis obsidionem, Ildigerem, ac Martinum miserat cum equitibus mille, ut alia via, majoribus itineribus, hostium in urbem Ariminum adventum præcurrerent. Iisdem præceperat, ut Joannem, ejusque turmas omnes inde amoverent quamprimum, & in illorum vicem complures urbi custodiendæ idoneos substituerent, deductos è Castello, cui nomen Anconæ, ad finum Ionium posito, dissitoque bidui ab Arimino. Id paulo jam ante ceperat, illuc missò, cùm Isaurorum ac Thracum copiis non paucis, Conone. Specrabat autem fore ut, si pedites tantum, & Duces haud magni nominis Ariminum tenerent, ad ejus obsidionem nunquam descenderent superba Gothorum vires; sed urbe per contemptum præterita, Ravennam pergere maturarent: si Ariminum obsidere vellent, diutiùs annonam peditibus suppetituram videbat, ac bis mille equites foris cum reliquis copiis circumvolando, hostem procul dubio multis affecturos incommodis, & ad solvendam obsidionem facilius compulsiros. Hac mente Belisarius Ildigeri, & Martino ea, quæ dixi, mandata dedecrat. Illi viâ properabant Flaminia, longo Barbaros intervallo prægressi. Quippe Gothos suus ipsorum ingens numerus tardabat, & longius circumire cogebat cum cibariorum penuria,

N a 2 *tum*

tum consilium refugiendi munita loca viæ Flaminia; cùm Narniam, Spoletium, ac Perusiam, de quibus actum supra, in potestate hostium esse scirent.

Romanæ verò copiæ castellum Petræ, cùm in illud incidissent, tentarunt obiter. Est hæc munitio non hominum opus, sed naturæ. Etenim via admodum præceps à dextera alluitur fluvio ita rapido, ut eum nemo transire queat; à lœva vicinam habet rupem præruptam, editamque adeò, ut si qui forte in vertice stererint, iis, qui ab imo suspiciunt, non excedere videantur munitissimarum avium magnitudinem. Progradienti nullus olim patebat transitus; quoniam extrema rupes ad ipsum pertinebat fluminis alveum, eò deductis impervia. Quare veteres, eâ ibi perfoſā, exiguum portam moliti sunt. Tum ab ipsis obstructa parte maxima alterius aditus, ac parva solum porta relicta, castellum nativum extitit, quod convenienti vocabulo Petram appellavere. Primum igitur Martinus, & Ildiger portam alteram oppugnantes, telorum crebritate nihil proficerunt; quamvis qui illic erant Barbari non resisterent. Deinde per præceps rupis tergum enī, cùm à culmine lapidibus pterent Gothos, hi cursu trepidō ingressi tecta, nihil movebant. Tunc Romanis, neminem jactu lapidum contingi posse videntibus, in mentem venit, immania rupis fragmenta multarum impulsu manuum in subjectas ædes contorta devolvere. Illa quamcunque ædificii partem tantillum ferirent, omnia gravi motu, Barbaros metu concutiebant. Quo circa Goths illis, qui adhuc ad portam stabant, tendentes manus, deditionem fecerunt, & cum castello se permiserunt, accepta incolumitatis fide, modò servient Imperatori, & Belisario obtemperarent. Plerisque Ildiger, ac Martinus secum abduxerunt, illos eodem, quo suos, numero, ac loco habentes: paucos cum liberis, & uxoribus, Romanoque præsidio reliquere. Inde Anconam progressi, parte magna peditum, qui ibi erant, assumpta, die tertio Ariminum perveniunt. ac Belisarii mentem explicant. At sequi ipsos noluit Joannes, & Damianum cum quadringentis retinuit. Illi relicto ibi peditatu, abscedere cum Belisarii Protectoribus hastatis, Scutariisque maturaverunt.

C A P U T XII.

Gothi Ariminum obsident. Joannis generosa prvidentia, & concio. Mediolanensibus missa à Belisario presidiarii Genuam appellunt: ad Ticinum pugnant: ubi Fidelius Praefectus Præt. occumbit. Theodebertus Francorum Rex Gothis mittit auxilia. Gothi Mediolanum obsident.

HAUD multò post Vitigis cum omni exercitu Ariminum attigit; ubi castrametati, obsidium fecerunt. Protinus turrim ligneam, urbis mœnibus celsiorem fabricati, subjectis rotis quatuor, ad illam egerunt murorum partem, quæ ipsis maximè expugnabilis videbatur. Ac ne infortunium ferrent ei simile, quod pro mœnibus Romæ invenerant, turrim non bobus junctis, sed suis ipsis manibus promoverunt, intus abditi: ubi etiam scala erat latissima, ascensum datura facilem Barbaris, sperantibus fore ut, simul turrim ad murum applicuissent, inde labore nullo se in pinnas immitterent:

A nam eò turris fastigium spectabat. Cum ea machina ad muros progressis, vesper jam seru quietem suasit, quam ceperunt omnes, positâ ad turrim custodiâ, nullum se passuros impedimentum rati. Nullus enim obex, nec fossa, nisi perexigua, intererat. Romanos tota nocte exterruit venturi postridie exitii cogitatio. At Joannes, nec periculum defugiens, nec turbatus metu, rationem hanc iniit. Cæteris munimenta tenere jussis, ipse cum Isauris ligones, aliaque ejusmodi instrumenta ferentibus, consili Nemine conscio, nocte intempesta urbe egresus, imperat, ut fossam deprimant sine strepitu. Parent illi, & quidem ita, ut quidquid terre egeritur, ad fossæ latus muro proximum aggreditur: id verò parietis vicem habuit. Dum hostem benè latent sopore pressum, fossam justæ altitudinis, ac latitudinis brevi tempore faciunt, maximè ubi murus expugnari facillimè poterat, & Barbari cum machina impressionem daturi erant. Proiecta longius nocte, hostes, re cognita, in fossores cepere impetum: Joannes cum Isauris in urbem se recepit, cùm fossam optimè providisset. Ubi illuxit, considerans acta Vitigis atque hinc dolore incensus, quodam è custodibus morte affecit, neque ab admovenda machina remittens animum, edixit Gothis, ut sine mora quamplurimis in fossam, jactis lignorum fascibus, turrim illac trahendo agerent. Hæc illi, uti Vitigis jubebat, omni exequuntur studio, quamvis hostibus è muro validissimè repugnantibus. At fascium strues, turris incumbentis pondere degravata, ut fieri necesse erat, subsedit. Tum Barbari acclivitate, quæ multum creverat, ubi terram, ut dictum est, Romani aggeßerant, prohibiti cum machina progrederi, veritique ne hostis postera nocte, eruptione facta, turrim igni corrumperet, retro illam traxerunt. Quod viribus omnibus impedire volens Joannes, armat milites, & advocata concione, ita hortatur. O mei in hoc discrimine socii, si cui vestrum est dulce vivere, & quos reliquit domi, revisere aliquando, apprimè teneat in alia re nulla, præterquam in suis manibus, utriusque boni illius spem sitam esse. Principio quidem, cùm nos Belisarius misit, multa erant, quorum & amore, & spe ad rem suscipiendam alacriter inducebamus. Nam nec rebamur obfessum iri nos in ora maritima, Romanis mari tam facile dominantibus: nec sibi quisquam persuasisset, nos Imperatoris copiis tam futuros neglectui. Præterea nobis tunc ad audendum subdebat stimulos commendatio præclaræ in Remp. voluntatis, atque ex præliis prefectura apud omnes famæ celebritas. Jam verò ne superstites quidem, nisi fortitudinis beneficio, esse possumus, ac vite unius causa huic nos Martis discrimini committamus necesse est. Nec tamen gloriam quam quivis alii, minorem referent quicunque inter vos animo valent, si modò illum egregiis facinoribus prodant. Etenim sibi decus, ac nomen pariunt, non debiliorum victores, sed qui animi magnitudine victoriam ex iis reportant, quibus belli instructu cedunt. Quibus verò vita amor altius insidet, his certè generositas maximè proderit. Quorum enim res, ut nostræ modo, in summo periculo, & quemadmodum dici solet, in acie novaculae sitæ sunt, illis plerunque una salus discrimina animose contemnere. Hæc locutus Joannes, in hostes educit copias, paucis ad murorum pinnas relatis. Pugnatur acerrime, eorum impetum viriliter sustinentibus Barbaris: qui vix tandem vespere

vesperi in sua castra turrim revexerunt, egressis pugnatoribus tot amissis, ut moenia nonquam amplius oppugnare decreverint: at se se continuerint metu, cum avida conjuncto spe, fore ut hostem fames ad deditonem compelleret, jam summa laborantem commeatus inopia; propterea quod reperiri non potuisset unde, quantum satis esset invehetur.

Eò loci res ibi erant: dum Belisarius viros mille, partim Isauros, partim Thraces, cum Legatis, qui Mediolano venerant, mittit. Isaurorum Dux erat Ennes, Thracum Paulus: imperabat omnibus Mundilas, secum paucos Belisarii Scutarios ducens. Adjunxerat se illis Fidelius, Praefectus praetorio. Cum enim esset Mediolano oriundus, & apud Ligures auctoritate valerer, huic exercitu comes idoneus videbatur. Ex portu Romano profecti navibus, Genuam appulerunt, quæ urbs, extrema Tuscæ, in Galliam, atque Hispaniam navigantibus situ faverit peropportuno. Relictis ibi navibus, terrâ viam procedunt, cum earum lembis in plaustra impositis, ne quid trajectum Padi amnis moretur; atque ita flumen transmittunt. Pado transito, ad urbem Ticinum progressi, facti obviam Gothi certamen inferunt, & numero pollentes, & animis. Cum enim Barbari omnes, quicunque regionem illam colebant, opes pretiosissimas Ticini deposituissent, quod locus esset munitissimus; praesidium ibi firmum reliquerant. Comissa acri-pugna, superiores Romani dantem terga hostem magna clade afficiunt, atque urbem tantum non capiunt, iastando Barbaris, qui sanè ab hoste presi vix portas claudendi spatium habuerunt. Romanis retro commeantibus, illic Fidelius quodam in templo precandi causâ postremus substitit. Eum deinde equus excussit, duplicato forte poplite succidens. Quo viso Gothi, quoniam proximè muros prolapsus fuerat, egressi. ipsum interfecerunt, Romanis minimè advertentibus. Casum hunc postea cognitum Mundilas, & Romani graviter ferentes, inde Mediolanum pervenient, & citra pugnam cum reliqua Liguria obtinent. De his certior factus Vitigis, magnum exercitum confestim mittit, Uraja Duce, sororis suæ filio. A Theodeberto Francorum Rege decem millia auxiliariorum impetraverat; Burgundionum utique, non Francorum; ne videretur Augusti rebus injuriam facere Theodebertus. Neque enim hujus mandato, sed sponte, & voluntate sua se prefectos simulabant Burgundiones: quibus cum sociatis viribus Gothi, præter Romanorum opinionem Mediolanum adveniunt. castisque positis obsident. Itaque nullum nocti spatium Romani providendæ annonæ statim ejus penuria laborarunt. Nec muros miles custodiebat: quoniam Mundilas urbes Mediolano vicinas, quæ operibus munitæ erant. Bergomum. Communum, Novariam, & alia quædam oppida occupaverat, ac firmis ubique constitutis præsidii, ipse retentis ad summum trecentis Mediolani restiterat, & cum eo Ennes, ac Paulus: ita ut civibus necesse esset assiduam per vices custodiam agitare. Hic erat rerum status in Liguria. Cum hyeme annus exiit tertius belli hujus, quod Procopius literis mandavit.

A

CAPUT XIII.

*Belisarius Tudertum, & Clusum capit.
Ancone situs. Cononis imprudentia.
Romanorum clades. Narses Eu-
nuchi in Italianum adventus.*

B

Circiter aestivum solstitium Belisarius adversus Vitigim, Gothorumque exercitum, praefectus est, omnes secum dicens, præterquam paucos, quibus Romæ custodiam credit. Missis Tudertum, & Clusum cohortibus aliquor, quas secuturus, & unâ Barbaros illic positos obsecrurus erat, injunxit ut castra facerent. At illi, exercitus accessu cognito, ante tubam, atque certamen caduceatores destinarent ad Belisarium, receperuntque, modò vitæ caveretur, se urbem utramque secum dedituros. Simul affuit, effecerunt promissum. Tum ipse Gothos inde omnes in Siciliam, ac Neapolim migrare jussit, & Clusii, Tudertique locato praesidio, porrò copias duxit. Interea Vitigis alteri missò Auximum exercitui, Duce Vacimo imperavit, ut Gothis, qui ibi essent, adjungerent se se, & cum iis adversus hostes, qui Anconam habebant, profecti, ejus loci castellum adorirentur. Est autem Ancona hæc angulata rupes, & inflexo cubito quam simillima: unde nomen accepit. Stadiis summum LXXX. distat ab urbe Auximo, cuius navale est. Ac munimentum quidem castelli in saxo stans, firmitatem habet, ac tutum est: circumiecta verò foris ædificia, quamvis plurima sint, jam inde olim caruerunt murorum septo. Cum primùm venire Vacimum, nec jam procul abesse audiit praesidiis Praefectus Conon, magnum inconsiderantæ specimen dedit. Parum enim facturum se ratus, si castellum, ejusque incolas cum militibus servaret incolumes, munitionem reliquit militibus planè vacuam: & cum omnes abduxisset stadiis quinque, instruxit aciem, non alta fronte, sed ita, ut totum montis pedem, quasi indagine venaretur, ambiret. Illi, viso hostium multo majori numero, statim terga vertere, seque ad castellum fugâ recipere. Instare Barbari; nondum munimentum ingressos mactare passim: alii scalis ad murum applicitis ascensum tentare: quidam domos, quæ extra castellum erant, incendere. Romani, veteres castelli incolæ, oblata rerum imagine attoniti, patesfacta jam ante portulâ milites in fugam consternatos accipiebant. Verum ubi Barbaros in terga fugientium hærentes viderunt, veriti ne unâ irrumperent, occluserunt confestim fores, demissisque è pinnis funibus, cum nonnullos alios, tum Cononem ipsum sustollentes, servarunt. Nihil propriæ factum est, quam ut subeuntes per scalas Barbari castello vi potirentur: ceplissentque, nisi cum jam pinnas tenerent, à viris repulsi duobus essent, qui mira tunc perpetrarunt. Horum alter fuit Ulimun, natione Thrax; alter Bulgudu Massageta: ille Belisarii stipator; hic Valeriani. Ambo casu quodam Anconam paulò ante navigio delati fuerant: in hoc autem certamine, castellum quidem præter opinionem servarunt, propulsando gladiis Barbaros, qui ascendebant; at inde femianimes conciso penitus corpore redierunt. Tunc temporis nunciatum est Belisario Narsensem venisse Byzantio cum multis copiis, & apud Picentes esse. Erat hic Narses Eunuchus, gaza Praefectus Imperiorum, animo vir acerimo,

C

D

E

rimo, & supra spadonis naturam strenuo. Eum sequebantur militum quina millia, in catervas contributa sub aliis Ducibus, in primis Justino Magistro militum per Illyricum, & altero Narsete Persarmeno, olim transfuga ad Romanos cum Aratio fratre, qui non ita pridem cum aliis copiis ad Belisarium venerat. Eidem se adjunxerant Eruli ad duo summum millia: quibus Vifandus, Alueth, ac Phanotheus praerant.

C A P U T X I V.

Erulorum antiquæ sedes: in senes, & agrotos crudelitas: uxorum sœvus mos in maritorum funeribus. Langobardis pacem potentibus Rodulfus Erulorum Rex bellum infert, & cum maxima suorum parte occumbit, Deo ulciscente. Eruli se ad Gepædes recipiunt: deinde ad Romanos, Anastasio imperante. Justiniani principatu dant Christo nomina, nec mores perditos exuunt. Regem suum occidunt.

Am verò, quodnam hominum genus Eruli sint, atque unde in Romanorum societatem se contulerint, explicabo. Trans fluvium Istrum olim habitabant, cultui dediti multorum numinum, quæ humanis placare hostiis fas habebant. Institutis plurimū differebant à cæteris nationibus. Nam nec senibus, nec ægrotis fas erat vitam producere: at si quem senium occupasset, vel morbus, rogare is cogebatur propinquos, darent operam, ut quamprimum ex vivorum numero exturbaretur. Illi, pyra constructa ingenti, collocabant hominem in fastigio, & ad ipsum mittebant Erulum aliquem, instructum sica, non tamen ei conjunctum genere: nefas enim ducebant à consanguineo cædem fieri. Reverso, qui illorum propinquum interficerat, protinus ligna omnia, facibus imo subjectis rogo, urebant. Postquam flamma resederat, legebant ossa, ac statim terræ infodiebant. Ubi vir quispiam Erulus fato concesserat, ut virtutem probaret uxor, ac relinquenter superstitem sibi gloriam, neesse habebat vitam paulò post ad mariti tumulum finire laqueo: ni faceret, in æternum decus, & propinquorum mariti offenditionem incurrebar. His quondam utebantur legibus Eruli.

Procedente tempore, cùm & numero, & viribus supra finitos omnes Barbaros crevissent, adorti singulos, pronam habebant victriam, & in eorum fortunas grassabantur. Demum Langobardos, jam tum Christianos, & quasdam alias gentes sibi vectigales fecerunt, contra Barbarorum in illis partibus degentium morem, ad id cupiditate, arrogantiaque indueti. Suscepit ab Anastasio Romani habenis Imperii, non habentes Eruli quos deinceps invaderent, armis depositis quievere, ac triennio pax illa stetit, quam graviter pertæsi, Rodulfo Regi suo impudenter maledicebant, ipsumque aditantes, mollem, & effeminatum vocabant, aliisque id genus conviciis per summum dedecus os ejus verberabant. Permotus contumeliâ Rodulfus, in Langobardos planè insontes expeditionem suscipit, nullius delicti postulans, nec violatas pactiones prætexens, sed bellum inferens ex animi mera libidine. Quo Langobardi auditio, mittunt qui ex ipso Rodulfo scientur supplices causam movendi contra se-

A belli, de quo Eruli consilia, ac sermones conseruent. Si qua sint fraudati vectigalium parte; spondent se illico repensuros cum magno fore: si levius esse tributum querantur, haud grave Langobardis fore majus pacisci. Proponentes hæc Legatos Rodulfus remittit minitabundus, ac porrò pergit. Ab eadem gente mittitur altera cum iisdem precibus enixa legatio: qua similiter repulsa, gerentes ad ipsum tertiam denunciant, committendum non esse Erulis, ut arma de nihilo in se intendant: se enim tali invadentibus animo opposituros aciem, non sua voluntate, sed summa necessitate adductos, ac testatos Deum, cuius ad nutum vel modicus vapor omnibus humanis viribus retundendis par omnino futurus sit. Convenientissimum autem esse ipsum, belli causis permotum, utrique genti pugnae exitum pro imperio constituere. Hæc illi; quibus aggressores territum iri existimabant. At nihil prorsus veriti Eruli, consilium urgent confi-gendi cum Langobardis. Ut in propinquo stetero acies, coeli partem, quæ Langobardis imminebat, nubes atra, densissimaque obduxit: supra Erulos maximè sudum erat. Unde quis conjectisset Erulos in prælium sibi exitiable vadere: nec tristius eò portentum offerri posse Barbaris, certamini se offerentibus. Sed neque huc mentem advertentes Eruli, cum summa securitate, ac superbissimo contemptu hostem petunt, de eventu belli augurantes ex armorum multitudine. Ubi ad manus ventum est, magna fit Erulorum cædes, eaque Rodulfus ipse involvitur: cæteri omnes consternantur in fugam, virtutis immemores, insequentibus hostibus, plerique ibidem oppetunt, pauci admodum elabuntur.

Quo factum ut in patria amplius manere nequiverint: sed illa quamprimum egressi, iter porrò continuarint, cum liberis, & uxoriibus peragrando oras omnes, Istro fluvio ultiores. Regionem ingressi, habitatam olim à Rugis, qui in Italiam cum Gothorum exercitu concesserant, ibi constitere. Sed cùm inculta solitudo esset, paulò post exacti illinc stimulis famis, ad Gepædum fines accedunt. Ac primum quidem Gepædes illis supplicibus permisserunt, ut cùm vicini sui essent, tum iniquili. Postea verò ab urbe vexare ipsos importunitatè cœperunt. Nam & fœminis vim afferebant, & boves, facultatesque cæteras prædabantur; nec sibi quidquam reliqui ad iniquitatem faciebant, eò demum provecchi, ut impenitentibus bellum intulerint. Impatientiā abrepti Eruli Istrum amnem trajiciunt, & Romanorum, in illis partibus degentium, vicinitatem ambiant, Anastasio Imperatore. A quo benignissimè accepti, ipsius permisso ibi sedes fixerunt. Aliquantò post, offensus idem sceleribus, quæ in Romanos accolias Barbari illi perpetrabant, adversus eos exercitum misit. Acie victores Romani partem maximam interfecerunt, potueruntque ad internacionem cedere: verùm qui supererant, supplices fuere Ducibus, ut sibi in posterum vivere liceret in Romanorum societate, & fidam navare operam Imperatori. Hæc sibi renunciata probante Anastasio, data salus est Erulorum reliquis. Nec tamen socii Romanorum fuere, neque ipsos ullo officio remunerarunt.

Postquam Imperium Justinianus suscepit, illos agro donatos perbono, atque auctos largitione, ut & sociis Romanorum, & Christianis vellent omnes adscribi perpulit. Itaque ad mi-

tius

tius vitæ genus traducti, præclarâ quidem formulâ Christianam legem amplexi sunt, & sociali jure Romanas sæpe sequuntur acies: eos tamen adhuc experimur infidos, atque in vicinos grassantur adeò projecta cupiditate, ut nullum pudorem capiant ex facinore. Nefandos se-stantur coitus, etiam virorum, ac pecudum. Improbissimi sunt mortalium omnium, & mali male perdendi. Postmodum pauci in Rom. societate manferunt; quemadmodum in superioribus libris commemoravi: ab illa cæteri omnes discesserunt istam ob causam. Eruli in Regem suum, cui nomen Ochon, ferini hac furialis ingenii virus ita exeruerunt, ut ipsum, nihil male meritum, ex improviso occiderint; hoc unum causati, se in posterum nulli Rggi subesse velle. Quanquam antea Rex nomine tenus, nihil ferè amplius, quæm privatus quivis, habebat: cùm nemo non confessor, & conviva illius esset, & contumelias, quicunque vellet, in ipsum jaceret impudenter: nulla quippe est hominum natio, quæ recordia hac levitate Eru-los superet. Admissum scelus subsecuta est pœnitentia negantium posse fieri, ut sine Rege, ac Duce viverent. Re sæpius in medium vocata, placuit omnibus sententia, quæ potior visa est, aliquem, genere natum regio, accersendum esse ex insula Thule, quod quid rei sit, statim edam.

C A P U T X V.

Erulorion pars Thulen petit. Ejus situs. Ibi Sol estate per dies quadraginta non occidit; per totidem non oritur hyeme. Solis redditus festo maximo celebratur. Scrithifinorum mores. Thulitarum religio. Erulorum pars altera sibi Regem ex Thule asciscit, & ab Imperatore Justiniano deficit.

Cum Eruli, acie vieti à Langobardis, mi-grassent è patria; pars, ut supra narravi, in Illyrico confederunt: cæteri Istrum fluvium noluerunt tracicere, sed in extremis Orbis partibus fixere sedes. Hos ducentibus multis, qui regio sanguine creti erant, cuncti Sclavenorum populi per fines suos transmisere. Inde vastam solitudinem permensi, ad Varnos veniunt: postea transcurrunt Danos, nusquam in ipsos vim suscipientibus illis Barbaris. Exin ad Oceanum progressi, navigant; in Thulen insulam appellunt, ibique manent. Est autem Thule amplissima: quippe Britannia major decuplo, à qua plurimum distat, ad Aquilonem sita. Vacat pars hujus insulæ maxima: quæ verò colitur, gentes habet XIII. multitudine abundantes, sub totidem Regibus. Quotannis res hic mira contin-git. Sol enim circa solstitionem æstivum per dies XL. non occidit, sed toto illo tempore supra terram conspicitur. Rursus post menses haud minus sex, circiter brumale solstitionem, hæc insula dies XL. Solis aspectu caret, ac nocte perpetua circumfunditur. Quod omne spatium in mœrore traducunt cœlæ, ereptâ commercii, & quotidianæ consuetudinis copiâ. Evidem mihi, quamvis maximè cupienti, nullo pacto contigit, ut in eam deferrer insulam, & ab aliis relata meis ipse oculis acciperem. Ex iis au-tem, qui ad nos inde venerunt, ita quæsivi: Quæ vestra est ratio circa statos exortus Solis, atque occasus, qui diem definiunt? Illi verè, ac fideliter respondentes mihi dixere, per dies quidem illos, ut dictum est, XL. non occide-

A re Solem; at incolis lucem immittere, modò Orientem versus, modò in Occidentem. Cùm autem Sol flexo cursu inclinans ad Orizontem, eò rediit, unde primùm surgens apparuit; diei, noctisque unius elapsum spatiū numerant. Ubi noctium continuarū tempus advénit, intentè observatis Lunæ cursibus, dierum numerum subducunt. Postquam dies XXXV. longa nox illa tenuit, mos est, ut quidam culmina montium ascendant, & viso inde utcunq; Sole, morantibus infra significant, intra dies quinque Solem ipsos collustraturum. Faustum illi nuncium festo publico celebrant, idque in tenebris: quod quidem apud Thulitas festorum est omnium maximum. Enimvero quamvis illis, qui hanc insulam colunt, idem quotannis accidat; mihi tamen videntur vehementer timere, ne Sol ipsos æternum deserat.

B Inter Barbaros, qui Thulen habent, una admodum natio (Scritifinos appellant) ferinum vitæ genus sectatur. Nam nec induiti sunt vestibus, ne calceati incedunt, nec vinum bibunt, nec vescum quidquam è terra legunt: quoniam nec ipsi agriculturæ, nec foeminae lanificio dant operam, sed viri cum uxoribus in venatione toti sunt. Vim certè magnam ferarum, aliarumque animantium illis sufficiunt montes, ac sylvæ, quæ ibi latissimè patent. Ac ferarum quidem captarum carnibus vescuntur usque; pellibus verò sese induunt, nec linum habentes, nec quidquam suendo idoneum. Quare ferarum nervis pelles committunt, iisque totum inducunt corpus. Quin etiam nec suos fœtus cæterarum ritu gentium nutricantur. Neque enim mulierum lacte aluntur Scritifinorum infantes, nec maternam contingunt mammam: medullis tautummodo ferarum, quæ capitæ sunt, educuntur. Itaque simul ac foemina enixa est fœtum, pelle involutum suspendit ex arbore, & medulla ori ejus inserta, è vestigio venatum it: siquidem hoc studium fœminis cum viris commune est. Atque hæc est Barbarorum illorum vivendi ratio. Thulitz reliqui ferè omnes ab aliis nationibus parum discrepant. Complures Deos, ac Genios colunt, partim cœlestes, partim aërios, alias terrestres, quosdam marinos, & alia quædam minora numina, quæ in aquis fontium, fluminumque versari perhibent. Operantur sacris assiduissimè, & victimis cujusque modi litant: quarum præstantissimam esse judicant hominem, quem primum bello ceperint. Hunc Marti, quem Deorum Maximum ducunt, immolant. Sic autem sacrificant, ut captivum non mactent cæde simplici; sed è ligno suspendant, vel projiciant in spinas, & quovis alio mortis genere miserando conficiant. His Thulitz moribus vivunt, quorum è numero sunt Gauti, gens foecunda, quæ sedes Erulis tunc advenis præbuit.

C Jam verò Eruli, qui apud Romanos hababant, Regis sui patrata cæde, quosdam ex optimatibus in Thulen insulam destinarunt, qui perquirerent, ac si quem nacti ibi essent regii sanguinis virum, ducerent. Illi in insulam perveuti, multos è regia propinquitate illic inveniunt, delectoque uno, qui ipsis maximè placet, cum eo renavigant. Verum is extremæ jam vitæ proximus, morbo obiit. Quamobrem reversi idem in insulam, alterum, quem Todus nominabat, secum duxere. Huic Aordus frater, lectique ex Erulis, qui in Thule degebant, adolescentes CC. comites se addiderant. Dum autem in hac profectione multum temporis ponunt, interea Erulis circa Singidonem agi-

agitantibus in mentem incidit cogitatio, se male rebus suis consulere, asciscendo sibi ex Thule Principem, præter Justiniani Imp. assensum. Ergo missa Byzantium legatione, ab Imperatore petunt, ut Regem ad se mittat, quemcumque voleat. Statim ille Suartuam Erulum destinat, à multo jam tempore Byzantii commorantem: quem quidem Eruli principio viderunt lubentes, adoraruntque, & consueta jubenti morem gesserunt. At paucis post diebus nuncius venit, profectos ex Thule insula appropinquare. Mox Suartuas obviam ire jussit, qui illos perderent. Eruli, probato consilio, sine mora secuti sunt. Ubi demum inter utroque diei iter interfuit, à Suartua digressi omnes de nocte ad advenas transfugerunt. Ille solus fugiens Byzantium rediit, quem cùm Imperator in regnum omni ope restituere moliretur, Eruli, Romanam veriti potentiam, ad Gepædes desciverunt. Atque hanc Erulorum defectio causam habuit.

C A P U T XVI.

Belisarius, & Narses copias jungunt ad urbem Firmum. In consilio bellico Narses Arimino succurrendum suadet. Joannis obseSSI epistola ad Belisarium. Profectio exercitus.

BElisarius, & Narses junctis copiis ad urbem Firmum, quæ litori sinus Ionii vicina, diei iter distat ab urbe Auximo; ibidem coacto Ducum omnium exercitus consilio, deliberarunt, qua parte hostem petere satius esset. Si ad eos, qui Ariminum obsidebant, contenterent, Auximi præsidarios à tergo subituros putabant, scque, & Romanos, regionis illius incolas, ab ipsis procul dubio gravissima accepturos incommoda. Rursus timebant, ne obsecros rei cibariæ penuria in magnam aliquam calamitatem conjiceret. Differebant plerique, indignabundi in Joannem, quem cæcā audaciā, & amore pecuniæ ingentis duxum, in tantum discrimen se commisso, neque ordine, & præscriptâ à Belisario viâ Bellum progreди sinere criminabatur. Narses vero, illi mortalium omnium amicissimus, cùm reveretur, ne rem Ariminensem Belisarius postponeret, orationibus Ducum permotus, hanc ipse habuit. Non disceptatis, ô Duces, quæ in disceptationem vocari solent, nec de re consulitis, cuiquam merito dubia; sed in qua quod factu optimum est, suo ipsi sensu facile elizant, vel rei bellicæ planè rudes. Si æquale hinc inde periculum se offerret, & spei frustrationem par utrinque damnum consequeretur, diligenter deliberandum esset, atque in re præsenti dijudicandum multa adhibita consideratione. At si Auximi oppugnandi consilium in tempus aliud rejicere placeat, haud gravem jacturam faciemus: quænam enim mutatio interveniet? Sin Arimini res male vertere finimus, nostra fiet culpa (absit verbo acerbitas) ut Romanorum vires, atque animi concidant. Porro Joannes, si contra honorem venit mandatis debitum tuis, optime Belisari, nunc certè tibi pœnas persolvit, sub tuum arbitrium ita redactus, ut lapsum vel servare possis, vel hosti permittere. Tu vero vide, ne quæ deliquit Joannes per imprudentiam, in nos, atque Augustum vindices. Etenim si jam Gothi Ariminum expugnabunt, mox Romanum Ducestrum, copiasque omnes, & Imperatori sub-

A ditam civitatem in servitutem redigent. Neque hīc malum definet; sed belli quoque fortunam convertet penitus. Tecum enim perpende, militum quidem numero hostes adhuc nobis longè præstare: eorum verò animos crebris belli offensionibus esse fractos, & quidem merito, adversa fortuna omnem illis confidentiam adimente. Quare si rem prosperè modò gerant; statim animos recipient, nec pari solum, sed multò etiam majori audendi vi bellum inferent. Nam qui ex difficultatibus emerserunt, animosiores esse solent, quām qui nondum in acerbos casus demissi sunt. Haec tenus Narses.

Tum miles quidam Arimino, clam Barbaris, venit in castra, ac Belisario literas protulit, quas ad ipsum Joannes in hanc rationem scripsérat. Scias velim nos jamdudum carere cibariis, neque amplius obniti posse populo, neque hostilem vim propulsare: sed intra dies VII. cum hac civitate, invitatos licet, in deditiōnem venturos. Neque enim diutius resistere possumus instanti necessitati, quam satis nobis patrocinaturam existimo, si quid egerimus decoro minimè consentaneum. Hæc erat Joannis epistola. Pendebat animi Belisarius, nec leviter studiabat dubitatione. Hinc enim obfessis timebat: illinc suspicabatur fore, ut hostium, qui erant Auximi, liberis quoquo versum excusionibus omnia vastarentur; neu suæ copiæ, eorum insidiis à tergo appetitæ, præsertim cùm ad hostes se admovissent, multa, & gravida, ut verosimile videbatur, acciperent. Rem tamen postmodum ita disposuit. Aratum ibi reliquit cum viris mille, eo consilio, ut castra ad mare ponerent, quæ ab urbe Auximo CC. abessent stadiis, vetuitque inde movere, & cum hostibus congregandi, nisi ut illos, si quando facerent impetum, à castris prohiberent. Quo factum iri maximè sperabat, ut cùm Romanos castra in proximo habere scirent Barbari, Auximi tenerent se, nec Romanum exercitum à tergo infesti premerent. Cum navibus validissima misit agmina, ducibus Herodiano, Uliale, & Narsete fratre Aratii. Clavis præter illudiger, cui mandavit, recta Ariminum navigaret, dando operam, ne tentaretur appulsus ad oram illam, si remotior esset pedestris exercitus. Nam iter eos facere voluit non procul à litore. Alia item caterva, ducente Martino, maris oram legebatur, classem affectans, & iussa à Belisario, cùm proximè hostes ventum esset, plures, quām pro modo, numeroque exercitus, ignes accendere, & hostibus longè majoris multitudinis præbere speciem. Diversam ipse viam longissimè à litore cum Narsete, cæterisque copiis ingressus, urbe Salvia transiit, quam olim Alaricus ita evertit, ut pristini decoris nihil ei supersit, præter unam admodum portam, & paucas structuræ pavimenti reliquias.

E

C A P U T XVII.

In infantem à matre d. relicturn capre amor mirabilis. Gothi, adventu Belisarii cogniti, obfisionem, qua Ariminum premebant, trepidè solvunt.

Hic mihi contigit, ut quod subjiciam certe nerem. Quo tempore Joannis exercitus in Picenum venit, incolas terror, ut fit, turbavit plurimum. Tunc fœminæ partim fuga præcipiti, qua cuique licuit, evasere; partim ab obviis comprehensæ, & indignis modis abducebæ

stæ sunt. Eò loci mulier quædam, à puerperio recens, filiolum in cunabulis reliquit jaçantem humi, neque illuc reverti potuit, seu fugâ longius proiecta, seu violentas passæ manus raptoris cujuspiam. Nam vel ex vita, vel certè ex Italia migravit. Cùm ita derelictus infans vagiret, enixa recens capra, eum, ut vidit, miserata est. Accedit: mammam præbet: asservat, sedulò cavens, ne canis, vel fera quæpiam noceat. Et quoniam in eo tumultu trepidu[m] multum temporis abiit, diu infans copiam habuit eiusce mammæ. Deinde cùm Picentes intellexissent eò venire Imperatoris exercitum, ut Gothos, Romanis planè intactis, perderet, domum omnes redierunt. Itaque urbem Salviām reversæ cum viris foeminæ, quæ generē Romanæ erant, ubi superstitem in cunis pusionem viderunt, nullam habentes viam, qua rei causam deprehenderent, adhuc vitæ plenum demirabantur. Tum illi mammam certatim admovere quæcunque lactare poterant. At ipse lac humanum jam respuebat, & capra verabat admittere, assiduo circa eum balatu significans astantibus, se ægrè ferre, quod pusioni molestæ essent mulieres, quæ illi propius accedebant. Uno verbo absolvam: volebat eum, non fecus ac foetum suum, curare. Quocirca defierunt turbare infantem foeminæ, & capra liberiū nutrit, atque omni cura custodiit: quæ causa fuit, cur eum indigenæ Ægithum appellaverint. Me verò, cùm ibi essem, ad infantem duxerunt per ostentationem rei opinione majoris, ac de industria illum fatigarunt, ut vagitum elicerent. Ille molestos interpellatores non ferens, plorare cœpit. Quo capra audito (nam jactu lapidis tantum aberat) graviter balans accurrit, supraque ipsum astitit, ne quis ei negotium ultra facefferet. Hæc habui, quæ de Ægitho hoc memoriz proderem.

Belisarius verò per hujus regionis montes iter faciebat, quod hostes aperte aggredi nollet, numero longè illis inferior. Præterea, cùm Barbaros metu, quem ex præteritis casibus ceterant, exanimatos videret, non dubitabat, quin ut primùm audirent imminere sibi undique hostium copias, virtutis penitus obliti, in fugam se conferrent. Ac vere judicavit, certâ futuri conjecturâ ductus. Postquam enim ad montes, diei iter ab Arimino dissipatos, pervenitum est, in exiguum inciderunt Gothorum agmen, rei cujuspiam necessariæ causâ iter agentium, qui nec opinatò in hostilem exercitum delapsi, de via non deflexerunt, donec præuentum telis alii ibi ceciderunt, alii vulnerati, ad vicina faxa cursu furtim se receperunt: unde contemplantes Romanum exercitum ad omnes viarum angustias confluentem, majorem multò, quam re ipsa esset, judicarunt; ac visis Belisarii vexillis, eas ab ipso duci copias intellexerunt. Noctem mox consecutam Romani traduxerunt eodem loci: Gothi saucii iter clam intenderunt ad castra Vitigis, quæ cùm sub meridiem attigissent, ostensis vulneribus, affirmarunt jam jam affore Belisarium cum exercitu innumerabili. Mox illi ad pugnam se compararunt, ad latus Aquilonare urbis Arimini, qua parte venturum hostem putabant, & ea re in montis cacumina semper oculos cuncti intendebant. Post, oborta nocte, armis depositis quiescentes, cùm ignes à Martini copiis accensos, sexaginta procul stadiis, quæ spectat urbs Orientem, vidissent, in meum gravissimum adducti sunt. Rebantur enim se ab hostibus circumclusum iri, simul ut illu-

Tom. I.

A xisset. Quare noctem illam terrore ejusmodi inquietam egerunt. Postridie, primo Sole, classem adversus se tendere ingentem cernunt. Tum obstupefacti in fugam ruere. Raptim convulsantium tantus erat tumultus, & clamor, ut nec mandata exaudiarent, neque aliud cogitarent, nisi quo quisque pacto primus castris excederet, Ravennamque ingredieretur. Ac si quid virium, vel animi obsessis superfluisset, eruptione facta, cladem hostibus maximam, adeoque ipsi bello finem attulissent. Iam verò ne id facerent, cùm pavor præteritis incussus obstitit, tum virium imbecillitas, quam summa penuria cibariorum invexerat. Porro Barbari, opum parte ob nimiam perturbationem ibi relicta, effuso cursu Ravennam properarunt.

C A P U T XVIII.

Ildiger Gothorum castris potitur. Narses à Belisario diffidet. Utriusque orationes. Justinianus Aug. Belisario per literas bellii imperium afferit.

C Um Ildiger, & qui cum ipso erant, hostium castra primi Romanorum attigissent, Gothos omnes, qui ibi morbo retinebantur servituti addicunt, & quidquid opum à fugientibus relictum fuerat, colligunt. Meridie Belisarius cum universo exercitu advenit, atque ubi Joannem, ejusque comites pallidos, & squalore obsitos vidiit, inconsultam hominis audaciam subnotans, ipsum Ildigeri gratiam debere dixit. Negavit ille habere se Ildigeri gratiam, sed Narseti, ærarii Imperatoris Præfecto: quibus verbis, opinor, innuebat, venisse suspectias Belisarium Narseti suau, non sua sponte. Exinde ambo suspecti invicem fuere. Quapropter Narseti, ne in gerendo bello se queretur Belisarium, amici instabant, ostendebantque turpissimum esse, eum, qui ab arcanis esset Imperatori, non habere bellum imperium, at supremo Duci parere: nunquam ipsum à Belisario sponte factum iri consontem summæ potestatis in copias. Si Romanum exercitum ductare seorsum vellet, secum & plures milites, & multò meliores Duces habiturum: quippe Erulos, ipsiusque satellitum, & Justinii, Joannis, Aratii, ac Narseti turmas, numerum conflare, minimum, decem millium virorum, animo, & bellica virtute præstantium, qui Italæ devictæ laudem non uni Belisario tributam cuperent, sed cum Narseti communicatam: nec enim illis videri ipsum à familiari digressum Augusti consuetudine, ut suo periculo Belisarii gloriam stabiliret, verum ut rebus sapienter, ac fortiter gestis, præclaram ubique famam jure colligeret. Addebat, nihil in posterum sine ipso valitulum efficere Belisarium: utpote qui maximam copiarum suarum partem jam reliquisset in urbibus à se captis, quas omnes ordine ab ipsa usque Sicilia ad Picenum enumerabant.

Hac Narses audita suasione incredibiliter delectatus, nec animum cohibere, nec suis se finibus tenere amplius poterat. Sæpe igitur Belisario rem aliam quampiam volente aggredi, in prætextus modo hos, modò illos divertens, hortamenta illius eludebat. Hæc videns Belisarius, cunctis Ducibus convocatis, ita disseruit. Aliter ac vos, Duces, de hoc bello sentire mihi videor. Hostem enim, tanquam si perdomitus esset, sic à vobis contemni animadverto. Ego verò censeo nos vestra hac con-

O o fiden-

fidentia in apertum periculum demissum iri : Siquidem perspectum habeo Barbaros nec per ignaviam , nec propter paucitatem vobis cessisse , at consilio solum , & providentia in fraudem , fugamque actos hinc abiisse . Vereor autem ne hac in parte errore ducti , Romanam rem vobiscum male perdatis . Nam qui videntur adepti victoriam , rebus gestis elati , profligantur facilis , quam qui inopinato lapsi , postmodum ab hostibus circumspectissime sibi metuant . Optimo quidam loco fuerunt , qui exciderunt segnitie : rursus infelices multos labor solitus erexit . Quos enim corrumpit negligenter , eorum potentia plerumque sublabitur : diligens verò exercitatio vires , atque opes afferre solet . Secum igitur quisque vestrum reputet , Ravennæ esse Vitigin , ac multas Gothorum myriadas : Urajam , omni Liguria potum , Mediolanum obsidere : Auximum abundare jam copiis validissimis , & iis Barbarorum præsidis , quæ nobis possint obsistere , multa alia teneri loca ad Urbem usque Veterem , Romæ vicinam . Itaque , cum hostium quadam veluti corona cingamur , in majori , quam ante , periculo res modò versantur nostræ . Præstereo , quod fama fert , arma Francos ipsos in Liguria sociasse cum Gothis : cuius rei cogitatione Romani omnes percelli , & graviter terner debent . Quamobrem ajo partem exercitus in Liguriam , & Mediolanum mitti oportere , dum reliqui Auximum , hostemque ibi positum peteat , facturi quidquid Deus annuerit : deinde cœptis aliis bellicis admovendam esse manum , prout optimum factu , commodissimumque videbitur . Hæc locuto Belisario Narses ita respondit . Cætera quidem , quæ dixisti , Magister militum , omnino vera esse nemo negaverit . At censeo non esse premium operæ , Cæsareum hunc omnem exercitum in duas tantum urbes , Auximum , & Mediolanum , intendere . Tu certè quos voles Romanos eò duc : nihil vetat . Nos verò provinciam Æmiliam , de qua maximè laborare dicuntur Gothi , recuperabimus Imperatori , & Ravennam adeò infestabimus , ut quidquid libuerit , in hostes patraturi sitis vobis oppositos , illis auxilii spe interclusa . At si Auximum obsidere vobiscum placeat , vereor ne effusi Ravennæ Barbari nos eò redigant , ut hinc inde oppugnemur , & ab hostibus commeatu prohibiti , illic pereamus . Hæc Narses . Veritus autem Belisarius ne distracto Rom. exercitu res Imperatoris dilabentur , miscerenturque inde natâ ordinis perturbatione , literas protulit , quas Justinianus Aug. ad Duces exercitus scripsérat in hanc sententiam . Narsetem ærarii nostri Præfectum non misimus in Italiam ; ut imperet exercitui . Volumus enim , ut copias unus omnes Belisarius moderetur , ac ducat , prout convenientissimum indicabit . Eum sequi debetis omnes , Imperii nostri rationibus servientes . Hæc erat Imperatoris epistola : cuius extrema verba aycupans Narses , Belisarium Imperii rationibus adversari in præsens , & ea re non imponi sibi necessitatem ipsum sequendi asseverabat .

A

C A P U T X I X.

Belisarius Urbinum obsidet . Narses à castris abscedit . Obsessi , aquâ defecti , dedunt se Belisario . Joannes Cæsam frustra tentat . Forum Cornelii , universamque Æmiliam recipit .

B Elisarius his auditis , Peranium cum multis copiis urbem veterem eo consilio mittit , ut oppidum illud obsideat . Ipse exercitum dicit Urbinum , quæ urbs munita , ac justo Gothorum præsidio instrueta erat : hinc autem expedito viatori iter est diei ad urbem Ariminum . Ducentem copias Belisarium Narses , Joannes , cæterique omnes fecuti sunt . Urbi jam proximi , ad imum collem castra locarunt gemina . Neque enim vires juxxere : sed Belisarius qua urbs ad orientem Solem spectat , Narses ad occidentem consedit . Situm est Urbinum in rotundo , editoque admodum colle , qui nec præcipitiis diruptus , neque invius omnino est ; at difficilis ob summam acclivitatem , præsertim sub ipsa urbe , ad quam unus est in plano aditus à Sepentrione . Ita quidem , ut dixi , ad obsidionem Romani se ordinarunt : Belisarius verò Barbaros ratus in ditionem facilius venturos præ ingenti metu discriminis , mittit , qui liberalibus promissis eos invitent , atque hortentur , ut subdant se se Imperatori . Oratores quidem pro porta (neque enim hostis in urbem ipsos admisit) dixerunt multa valde appositè ad ebländiendum . Verùm Gothi valido loci positu , & annonæ prævisæ copiâ confisi , dicta repudiarunt , ac Romanos inde sine mora faceſſere jussérunt . Quæ cùm audisset Belisarius , militibus imperavit , ut virgis crassioribus collectis , longam ex eis porticum texerent , in qua latentes , ad portam cum eadē succederent , quæ planior locus erat , & murum ex occulto aggredierentur . Illi morem gesserunt .

Cum Narsete collocuti quidam ex ipsis familiaribus , affirmaverant Belisarii consilium infiniti laboris esse , & inexplicabile : Joannem enim tentato jam ante loco , idque cùm exiguum haberet præsidium , omnino inexpugnabilem depræhendisse (& verò sic res erat) debere ipsum efficere , ut Æmilia in ditionem Imperatoris rediret . Hæc Narses sibi proposita memoria repetens , noctu obsidionem solvit ; quamvis enixè obsecraret Belisarius , ut maneret ibi , ac secum Urbinum caperet . Illis cum reliquo exercitu celeriter Ariminum profectis , prima luce Morras , & Barbari dimidiā hostium abscessisse partem videntes , à mœnibus dieteria , ac ridicula in eos , qui remanserant , jaciebant . Volebat tamen Belisarius muros oppugnare cum residuis copiis . Id animo agitanti secunda fortuna admirabile casum attulit . Unicus erat Urbini fons , ex quo incolæ omnes hauriebant . Sponte is arescens , manare paulatim desit , ipsumque ita defecit aqua intra tres dies , ut inde cum coeno haustam Barbari biberent : quamobrem statuerunt dedere se Romanis . Horum planè inscio Belisario placuit murum aggredi . Ergo plerosque armatos circa totum collem disponit ; nonnullis præcipit , ut ex virgis confessam porticum (sic enim machinam vocare solent) per planum agant . Mox illi subire intro , atque incedendo sic porticum trahere , ut hostem lateant . Tum è pinnis Barbari protensis dexteris

D

E

teris pacem poscere. Romani, quid fonti accidisset penitus ignari, illos dimicazione, & machina terreri arbitrabantur. Utrisque certe pugna abstinere jucundum fuit. Gothi Belisario ea lege se permiserunt, ut retenta incolumitate in ditionem Imperatoris, & militiam Romanam jure ceteris communi, & æquali conditione transirent. Narses, his auditis, admiratione, & dolore ingenti affectus tenuit se Arimini, & Joanni, ut cum omnibus copiis Cæsenam peteret, imperavit. Illæ scalis instruæ ad castellum cum accessissent, muro impressione tentato, ac Barbaris validè propulsantibus, non paucos ibi amiserunt, in quibus fuit Erulorum Dux Phanotheus. Joannes perditæ semel ad Cæsenæ castellum operâ, adoriri iterum noluit, quod inexpugnabile videretur. Inde cum Justino, reliquoque exercitu progressus, Forum Cornelii urbem antiquam occupavit ex improviso, ac retro usque cedentibus Barbaris, nec manus usquam conferentibus universam Æmiliam in jus, ac potestatem Imperatoris rededit. Ita res ibi cessit.

C A P U T XX.

Auximi obsidendi in aliud tempus reiecto, Urbem veterem Belisarius petit, & capit. Descriptio borrende famis; qua sæviente, mulieres duæ viros decem septem vorarunt.

Urbino circiter brumale solsticium potius Belisarius, non expedire duxit tunc Autumnum petere; quod in ejus obsidione plurimum temporis consumptum iri intelligeret. Neque enim capi vi locus poterat egregie munitus, & Barbari numero, animoque pollentes, qui, ut supra memoravi, illic in praedio locati fuerant, latè facta populatione, sibi largos commeatus paraverant. Aratum Firmi multo cum milite hyemare jussit, & dare operam, ne amplius Barbari inde liberè excurrentes, viciniam impunè opprimerent. Ipse ad urbem veterem copias duxit, impulsu Peranii, qui à transfugis certior factus Gothos ibi positos egere cibariis, sperabat fore ut ad illam penuriam accidente conspectu Belisarii cum omnibus præsentis copiis, facilius se se dedarent: quod utique factum est. Postquam enim Belisarius proximè Urbem veterem venit, omnes opportuno loco castrametari jussit: mox circumiens, qua via vis inferri posset consideravit. Ac nulla quidem ratio ad id occurrit, ut aperta vi locum caperet: occulta tamen molitione eo se potiturum non desperavit. Nam ex depresso in altitudinem solo quidam surgit seorsum tumulus, cuius pars superior molliter strata, ac plana est; inferior pendet in præceps. Tumulum hunc ambiunt rupes pari altitudine, non ita prope, sed ad lapidis jactum. In ejus vertice veteres urbem condiderunt mœnibus, & quovis alio munimento nudam; quoniam locum naturâ inexpugnabilem judicabant. Siquidem unicus à rupibus eò aditus est, quo custodito, impetum aliunde nullum incolæ metuunt. Excepto enim spatio, ubi in urbem aditum, de quo dictum est, natura struxit, quidquid inter tumulum, ac rupes, quorum feci mentionem, interjacet, id magnus, atque impervius amnis obtinet. Quocirca olim Romani parvâ aliquâ fabricâ aditum illum occuparunt, ibique est porta, quam Gothi custodiebant. Hactenus de situ Urbis veteris, cuius obsidionem Belisarius cum omni exercitu su-

Tom. I.

Ascepit, spe inductus, fortasse fore ut dolus à fluvio benè procederet, vel certè hostes ad dditionem fames compelleret. Quandiu vero Barbari re cibaria non omnino caruerunt, licet illa necessitati parum sufficeret, eorum tamen tolerantia opinionem omnium vicit, cum alimenatum non ad satietatem, sed quantum satis erat, ne fame conficerentur, quotidie sumerent. Annonâ penitus defecti pellibus, ac membranis aquâ diu maceratis se sustentarunt. Ipsos enim Præfectus Albilas, vir inter Gothos clarissimus, spe vana alebat.

Recurrens annus æstatem cum advexisset, jam in agris frumentum sponte adolescebat, non tam densum, quam antea, sed multò rarius. Nam quia non aratis, nec hominum manibus fuerat in fulcis abditum, at in superficie jacuerat, exiguum ejus partem proferre vix terra potuit. Adulterum non expectata salce decidit, nec illi quidquam succrevit: quod ipsum accidit in Æmilia. Quamobrem incolæ, relictis laribus, in Picenum migrarunt, inopiam rati non sævire illic exterram, quod maritima sit ea regio. Nec levius eandem ob causam Tuscos vexavit fames: quorum quicunque in montibus habitabant, ex querna glande, frumenti instar commolita, facto pane, victum tolerabant. Hinc plerique (quod fieri necesse erat) morbis implicabantur omnis generis: nonnulli sospites evadabant. In agro Piceno non minus quinquaginta millia agricultorum Romanorum interisse fame dicuntur; ac multò etiam plures ultra Sinum Ionium. Quanam autem essent specie, & quo modo morentur, ego testis oculatus jam referam. Omnes macies occupabat, & pallor. Nimurum caro, deficientibus alimoniis, se ipsa, ut veteri fertur adagio, esitabat, absumentaque, & bilis redundans, ac latè jam dominans in corpore, illud colore pallido inficiebat. Invalente malo, abibat succus omnis, & cutis perarida corii speciem induebat omnino, ossibusque hærere videbatur. In nigrum verso colore lurido, tædis erant perutis similes. Vultu semper artonito, & furiosis horrendum in modum oculis contuebantur. Hos inedia, illos largius ingesti cibi vis necabat. Etenim nativo intestinorum calore extincto penitus, si quis ipsos ad satietatem non paulatim, ut infantes modò natos, cibaret, escam illi jam non valentes concoquere, multò citius extinguebantur. Nonnullos, ut mutua inter se carne vescerentur, fames perpulit; ac seruit in agro quodam ultra urbem Ariminum, viros XVII. à duabus comesos foeminis, quæ in vico solæ restabant. Quippe hinc fiebat, ut illac habentes iter externi apud ipsas diverterent. Ex vero hos secundum quietem occisos vorabant. Tandem hospes decimus octavus, cum illi manus hæ mulieres jam essent illaturæ, evigilasse fertur, atque ubi rem omnem soleret indagando ab ipsis expressisset, utramque interfecisse. Hoc ita gestum fama est. Quamplurimi, adigente famis necessitate, in herbam sicuti forte esset, magno ruebant impetu, nixique impresso genu, conabantur eam humo avellere. Subinde autem, cum exhausti omnino viribus id nequirent efficere, in herbam, atque manum procidentes, animam efflabant. Neque humo quisquam illos mandabat: siquidem nemo erat, qui rationem haberet sepulturæ. Nulla tamen avium, quas cadavera solent pascere, eos morsu foedabat. Quippe quod appeterent nihil erat; carnibus, ut su-

O o 2 pra

pra dixi, jam ante prorsus fame absumptis. | A

Sed de fame haec tenus.

C A P U T X X I.

Martianus, & Uliaris Mediolano ferre jussi auxilium, ad Padum cunctantur. Paulus eos acriter oratione. Martini ad Belisarium, Belisarii ad Narsetem literae. Mundilas à deditioне facienda suis frustra debortatur. Mediolani miserandum excidium.

POstequam Belisarius Mediolanum ab Urja, Barbarisque obfessum audiit, Martinum, atque Uliarin eò misit cum multis copiis. Illi ad Padum fluvium, qui diei iter abest Mediolano, progressi, castris ibi positis constitere, & multum trivere temporis in habenda de fluminis transitu deliberatione. Qua de re certior factus Mundilas, Romanum quemdam Paulum nomine, ad ipsos destinat, qui clam hostibus ad Padi ripam cùm pervenisset, nullum nactus navigium vestes exuit, & cum magno periculo tranavit amnem. Ubi castra Romana attigit, apud Duces oratione hac usus est. Contra fas, & honorem vestrum facitis, Martine, & Uliari, qui huc profecti eo in speciem consilio, ut salvæ res Imperatoris essent, potentiam Gothicam re ipsa augetis. Acribus enim hostium impressionibus, & negligentia vestra in summum discrimen cum Mundila, & Imperatoris copiis delapsum est Mediolanum, urbium Italiaz ferè omnium facile princeps amplitudine, frequentia, opibus: præterquam quod adversus Germanos, aliosque Barbaros propugnaculum est, universo, ut ita dicam, Imperio Rom. præstructum. Quantâ igitur injuriâ affeceritis Imperatorem, omitto dicere. Neque enim pluribus verbis agere per tempus licet, quod urbs promptum auxilium flagitat, dum aliquid spei reliquum est. Vestrum esse ajo Mediolanenses periculo quamprimum subtrahere. Nam si nos aliquantulum differatis, nobis mors omnium crudelissima, vobis crimen inferetur proditarum hostibus virium Imperatoris. Merito enim, mea quidem sententiâ, proditores vocantur non modò, qui portas hostibus aperuerint, sed ii quoque, & quidem pari, vel potiori etiam jure, qui cùm possent viris amicissimis obsidione pressis suppetias ferre, in tuto residere maluerint, quam dimicare, ac proinde eos in hostium potestatem dimiserint. Hæc Paulus: quem Martinus, & Uliaris remiseré, se mox ipsum secuturos polliciti. Ille hostem denuo latens, noctu Mediolanum ingreditur, spe omnes cùm milites, tum Romanos erigit, & ad præstandam Imperatori fidem acris excitat. Nihilo tamen minus Martini copias segnities ibi tenuit, ac dum diem ex die ducunt, multum tempus inutiliter effluxit. Post, ut à se culpam amoliretur Martinus, hæc ad Belisarium scriptit. Nos huc missi, obcessis Mediolani laturos opem. Summa, ut jusseras, celeritate ad fluvium Padum venimus, quem exercitus trajicere reformidat, allato nuncio, ingentes esse in Liguria Gothorum vires, & cum illis coniunctos maximo numero Burgundiones, quibuscum soli non posse congregari nobis videmur. Sed quando prope in Æmilia Joannes, & Justinus absunt, utrique manda, ut cum suis in hoc Martis discriminé nobis adsit. Junctis enim copiis hinc profecti,

A cladem hosti dare poterimus salvi, atque incolumes. Hæc erat significatio epistole Martini: quæ lecta, Joanni, ac Justino mandat Belisarius, ut cum Martino Mediolanum properent. Negant ambo id se facturos, nisi Narses imperet. Quare Belisarius in hæc verba Narseti scribit. Unum esse corpus existima omnes Imperatoris copias: quæ si non ostendant concordiam, qualis est inter hominis membra, & distractæ aliquid efficere velint, nihil eorum, quæ agenda sunt, executi peribimus. Omissa igitur Æmilia, quæ nec ullam habet munitionem, nec Romanis in præsenti momentum affert, sime mora Joanni, ac Justino præcipe, ut rectè adversus hostes Mediolano infestos profici sci maturent cum Martini copiis, quæ illinc prope absunt, Barbaris vincendis idoneæ. Hic enim quas mittam ipse non habeo. Accedit in primis, quod, meo quidem judicio, non conductit ire hinc milites Mediolanum. Quippe tantum temporis impendent, ut seriū, quam oporteat, eò perventuri sint; postque adventum suum, equis viæ longinquitate lessis uti contra hostes non poterunt. At si cum Martino, atque Uliari Joannes, & Justinus Mediolanum petant, Barbaros, qui ibi sunt, procul dubio vincent, ac nemine jam obstante, Æmiliam recipient. His Narses lectis literis, Joannem, ac Justinum cum reliquo exercitu Mediolanum ire jussit. Nec multò post Joannes ad oram maritimam se se contulit, ut sumptis inde scaphis copias fluvium transportaret. Sed morbus, qui tunc ipsum invasit, coepit fuit impedimento.

Dum ad trajectum Martinus cunctatur, & Narsetis mandata Joannes expectat, interea obsidione longius extracta, obfessi premente, jam nimium fame sic vicebatur, ut plerique a canibus, muribus, aliisque animantibus, antea non receptis in cibum, dentes minime abstinerent. Barbari, missis ad Mundilam oratoribus, hortantur, ut dedat urbem, accepta conditione, ab ipso & militibus vim abfutram. Id ille se facturum promittit, si incoluntatis fidem non modò ipse, verum etiam cives accipient. Cum hostes fidem Mundilæ, ac militibus dedissent, neque obscurum esset eos Liguribus graviter offensos ad internecionem fævituros, Mundilas militibus omnibus convocatis hæc dixit. Si qui unquam, cum possent turpiter vivere, maluerunt honestè mori, clarum obitum præoptantes præsentis vitæ, tales velim, ut modò sitis, nec vos ad retinendam cum dedecore animam lucis amor impellat, idque contra Belisarii disciplinam, qua assidue eruditæ non possumus sine culpa, generositate, animoque ad audendum promptissimo non valere. Omnibus, qui in lucem eduntur, communis præt suo tempore moriendo necessitas. At mortis genere inter se homines plerumque differunt. In eo nempe discriminem est, quod ignavi omnes, postquam hostium contumelias, ac ludibria merito passi sunt, constituta à Deo die, sequè ut cæteri, fatum implent: id verò subeunt viri fortes cum significatione virtutis, gloriaque amplissima. Præterea, si nostra apud Barbaros servitus nobiscum cives servare posset, venia daretur aliqua ignominiosæ illi saluti nostræ. Verum si tot Romanos hostium manibus trucidatos vide re necesse erit; quis neget quovis lethi genere acerbius illud fore spectaculum? Nihil certè aliud, nisi tantam illam cum Barbaris stragem edere videbimus. Igitur quandiu juris nostri sumus,

fumus, quod nemo non rectè sentit, ornandam esse virtute necessitatem, id jam oblatæ nobis fortunæ accommodemus. Itaque sic statuo, nos omnes armatos in hostem incautum debere vadere. Nam alterutrum nobis eveniet, ut aut fortuna à nobis faciat, aut mors supra spem beata his ærumnis gloriòsè nos explicet. In hunc modum locuto Mundila militum nemo periclitari voluit; sed acceptâ, quam hostes dederant, conditione, se atque urbem permiserunt. Atque ipsos quidem Barbari à vexatione intactos in custodia cum Mundila habuere: urbem autem solo æquarunt, viris omnibus, sine ullo ætatis discriminâ, ad trecenta minimū millia peremptis, & mulieratis libertate fœminis, quas Burgundionibus donarunt, præstatum auxilium remunerantes. Cùm Præfectum Prætorio Reparatum ibi offendissent, conciderunt in frustra, ejusque carnes canibus procerunt. Cerventinus, qui & ipse Mediolani erat, per agrum Venetum, ac vicinarum gentium oras in Dalmatiā cùm suis profectus, inde ad Imperatorem se contulit, cladem hanc Romanorum ingentem nunciaturus. Exin Gothi cæteris urbibus, quæ Romana præsidia habebant, deditione potiti universam Liguriam recepero. Martinus, & Uliaris Romanum cùm exercitu reversi sunt.

CAPUT XXII.

Belisarii dolor, audita Mediolanensem clade. Narsatem ex Italia revocat Imperator. Eruli inde migrant, & paciscuntur cum Gothis. Vitigis Langobardos ad societatem frusta invitat. Chosroem per Legatos bortatur, ut pacem cùm Romanis compositam solvat. Justinianus de pace cùm Gothis agit.

Ta quidem hæc se habuerunt. Belisarius verò ignarus adhuc quid in Liguria accidisset, exacta jam hyeme, agrum Picenum cùm exercitu universo petere intendit. In itinere auditis, quæ Mediolani contigerant, magno affetus luctu Uliarin ad conspectum suum admittere amplius noluit, & omnia ad Imperatorem præscripsit. Horum causâ in neminem acerbè Imperator consuluit, sed cognito Belisarii, ac Narseti dissidio, Narsatem extemplo revocavit, bellumque uni Belisario dedit. Itaque Narses, paucis militibus comitatus, Byzantium rediit: neque Eruli, illo abeunte, in Italia manere voluerunt; quamvis, si subsisterent, multa in eos bona Belisarius cùm à se, tum ab Augusto prosectora polliceretur. Verum omnes collectis sarcinis, in Liguriam primùm migrarunt: ubi cùm in Urajæ copias incidissent, mancipia, & quidquid pecoris abducabant, venundedere, multaque aucti pecunia jurarunt se nunquam laturos arma in Gothos, nec manus cum ipsis collatuos. Eo pacto cùm pace digressi, in agrum venere Venetum: ubi cùm Vitalio collocutos, admissi in Justinianum Aug. peccati pœnituit: idque detestati, Visando, è Principibus suis uno, ibi relicto cùm suis Byzantium cæteri omnes reversi sunt, ducentibus Alueth, ac Philemuth, qui, Phanius in tentorio mortuo, principatum obtinuit.

At Vitigis, & qui ipsis aderant Gothi, cùm adversum se, & Ravennam primo vere ventu-

A rum Belisarium audiissent, gravi metu perterriti, de re præsenti consultare instituerunt. Quæ multum agitatâ, quoniam se solos hosti viribus impares sentiebant, constitutum est, ut aliorum auxilia Barbarorum accerserent, Germanis, quorum fraudes, perfidiamque experti jam fuerant, prætermisssis; eo contenti, ut inse arma non ferrent isti cum Belisario, ac neutri parti faverent. Tum ad Vacin Langobardorum Regem legatione missa, grandique oblata pecunia, ad societatem invitauit. Ubi verò illum arcto amicitia, & foederis vinculo Imperatori conjunctum esse perspexerunt Legati, re infecta redierunt. Inscrius proinde Vitigis quid ex re constitueret, seniorum cœtus cogebat assidue, eosque rogitarbat, quo tandem consilio, qua via res melius processuræ essent. Inter eos, qui ad deliberandum conveniebant, magna erat sententiarum varietas, quarum aliae nihil appositum, aliae aliquid, quod ad rem faciebat plurimum, suggerabant. In his fuit hæc observatio: Imperatorem Rom. numquam ante Barbaris Occidentis inferre bellum potuisse, nisi post compositam cum Persis ab ipso, & Orientis Regibus pacem: Tunc enim Vandalo, ac Mauro periisse, & Gothis incisissimæ, quæ jam patarentur: Itaque si quis Justinianum Aug., & Medorum Regem inter se modò collideret, Romanis, rupto foedere ab ea gente, nullam fore cum alia quapiam natione gerendi deinceps belli facultatem. Quæ cùm Vitigis, cæterique Gothi probassent, Legatos ad Chosroëm Medorum Regem destinare placuit, non Gothos genere, ne sua ipsi formæ proditi, agnitiq[ue] cœprum turbarent; sed Romanos, qui ipsum Justiniano Aug. infensum redderent. Quamobrem ad navandam huic rei operam multa induxere pecuniâ Sacerdotes Ligures duos: quorum alter, qui præstantior videbatur, Episcopum habitu, ac nomine mentiens, Legati munus suscepit, altero tanquam ministro comitante. Utrumque Vitigis misit, cum literis ad Chosroëm scriptis, quibus Chosroës permotus, servantes pacem Romanos summa illa affect calmitate, quam in superioribus libris descripsi. Justinianus verò Aug. intellecto Chosrois consilio, susceptum in Occidente bellum decrevit quamprimum compondere, & Belisarium accire Byzantium, ut in Persas exercitum duceret. Ac Vitigis Legatos, qui adhuc erant Byzantii, remisit statim, pollicitus missurum se Ravennam viros, qui pacem cùm Gothis pangerent, utriusque gentis rationibus accommodatam. Hos autem Legatos Belisarius non ante hostibus dimisit, quæ ab ipsis Athanasius, & Petrus dimissi sunt, quos Byzantium reduces præmiis ornavit amplissimis Imperator; Athanasium Præfecturâ Prætorii Italæ; Petrum Magistri, ut vocant dignitate. Porrò hyemis exitus quartum clausit annum istius belli, cuius historiam Procopius condidit.

CAPUT XXIII.

Cyprianus, ac Justinus Fæsulas obsident. Martinus, & Joannes Dertonam occupant. Belisarius Auximum obsidione cingit. Procopii sapiens consilium. Duplex signum dupli tuba editur.

H Abebat in animo Belisarius Auximum, ac Fæsulas prius expugnare, itaque denum Vitigin petere, & Ravennam, summoris hostibus,

bus, ut nemo obsistere, neque à tergo infestus venire posset. Quare Cyprianum, & Justinum misit cum ipsorum copiis, & Isaurorum manu; pedites item quingentos ex eorum numero, quibus Demetrius præterat. Hi castris circum castellum positis, Barbaros, qui illic erant, circumfederunt. Martinum quoque, & Joannem cum turmis, quæ ipsos sequebantur, & cum aliis, quas Joannes, cognomine Helluo, ducbat, ad Padum fluvium ire jussit, & curas in id intendere, ne ipse cum suis ab Uraja, ejusque copiis Mediolanum effusis peteretur: quod si hostium impetum prohibere non possent, eorum vestigiis insistentes clam à tergo subirent. Illi ad fluvium occupata urbe Dertona, quæ mœnibus carebat, ibi castrametati constiterunt: ipse cum virorum XIM. urbem Auximum attigit. Est Auximum urbium Piceni princeps, quam Romani Metropolim nationis vocare solent. A litore sinus Ionii stadiis fermè LXXXIV. distat; ab urbe Ravenna itinere tridui, stadiisque LXXX. excuso in colle sita nullum habet in plano aditum: quo fit, ut hostibus omnino sit inaccessa. Hic militiæ florem Gothicæ Vitis in praesidio collocaverat, satis conjiciens Romanos, nisi priùs hanc urbem caperent, nunquam ausuros infesto exercitu Ravennam tendere. Ut Auximum pervenerunt Romanæ copiæ, edixit omnibus Belisarius, ut iinum collēm castris cingerent. Quo in loco dum tabernacula alibi alii turmatim figunt, videntes Gothi magnis illos inter se spatiis dirimi (quippe campus latè patet) neque opem ferre invicem facile posse, erumpunt repente vesperi ab ea parte, qua ad ortum urbs spectat, ubi Belisarius castra adhuc metabatur, cum suis hastatis Protectoribus, & Scutariis, qui sumptis armis, ut ex re licuit, impetum exceperunt, illosque propulsando facilimè in fugam versos ad medium usque collem insecuri sunt. Hic Barbari, situ loci valido freti, presso gradu contra persequentes stetere, & quoniam tela mittebant defuper, multam cædem patrarunt; donec ipsos interventus noctis cohibuit. Quam noctem utrique egerunt, cum à se invicem digressi essent. Pridie quām sic pugnaretur, Gothi non nulli primo diluculo in vicinos agros, commetus causâ, prosectori, deinde noctu, haud dum hostium adventu cognito, redierunt. Tum visis repente Romanorum ignibus, eos admiratio cepit ingens, ac timor. Multi periculum adire ausi. hostem fefellere, furtimque Auximum ingressi sunt. Qui verò refugientes metu, se in sylvas tunc abdiderunt, ut Ravennam concederent, illi non multo post in manus hostium delapsi, interierunt. Belisarius autem munimentis firmissimis tutum esse Auximum, nec se impressione muros tentare posse animadvertis, vi quidem se nunquam capturum urbem putabat; spes tamen erat fore ut arcta, sedulaque obsidione hostes ad cibariorum penuriam, & tandem in suam potestatem redigeret. Haud procul à mœnibus terra admodum herbida Romanis, & Gothis quotidiane sègerem conflictionis præbebat. Cùm enim hostes è quotidianis pabulatum ire Romani cernerent, in collēm celeri cursu ascendebant, & collata cum illis manu, digna viris fortibus edentes facinora, non sinebant pabula asportare, ac multos diebus singulis ibi mactabant. Viæt hostium virtute Barbari, ad artem hanc se converterunt. Rotas pararunt, plaustris detractas cum suis dumtaxat axibus. Aggressi secare herbam, ubi Romanos jam ad medium evasisse collem viderunt, dimis-

A ssas in eos rotas devolverunt ex edito: sed casu quodam evénit, ut illæ, nemine tacto, in planitiem ruerint. Lapsi incepto Barbari, in urbem fugâ se receperunt: hæc deinde moliti sunt. Subjectas urbis mœnibus valles lectissimo agmine occultæ infederunt, itaut hostibus pabulatores pauci se proderent. Simul ad manus ventum est, emicantes ex insidiis, qui latebant, cùm adversarios longè numero superarent, & vi improvisa percellerent, cæsis pluribus, cæteros in fugam verterunt. Romani, qui in castris substiterant, hostes viderant ex insidiis surgere: & quamvis magna vociferazione socios revocarent, frustra tamen erant: propterea quod qui pugnabant, eorum clamores minimè exaudiabant, longo collis clivo disjuncti, nec cessantibus Barbaris de industria armis obstrepere.

B Procopius, auctor hujus Historiæ, Belisarium adiit, & nescientem quid pro re nata constitueret, sic allocutus est. Veteres exercituum Romanorum tubicines, Magister militum, duos callebant clangendi modos: quorum alter horanti milites, & ad pugnam scienti persimilis erat; alter pugnantes revocabat in castra, quando res poscere Duci videbatur. Quo fiebat, ut quovis tempore militibus Duces officia mandarent commodè, & illi imperatae exequi possent. Nam in præliis ad claram significationem nihil valet vocis contentio, armorum crepitum, ut fit, undique circumsonante, & dimicantium sensus distingente metu. Quoniam verò ars ejusmodi exolevit iam imperitiâ, neque una tuba dari signum utrumque potest, hanc posthac rationem tene. Tubis equestribus voce milites ad certamen; pedestribus cane receptui. Utrumque enim sonum percipient necesse est: cùm hic ex corio, lignoque tenuissimo, ille ex ære crassiori prodeat. Hæc Procopius: cuius admonitu delectatus Belisarius, convocato omni exercitu, sic disseruit. Animi promptitudinem eatenus convenire, & magnam laudem mereri judico, quoad ita moderata sit, ut illis, in quibus viget, minimè noceat. Quippe in deterius bona omnia nimietate mutari solent. Cavete igitur in posterum, ne ambitione contentione labamini. Neque enim pudendum est se subducere maleficè grassanti. Quin potius si quis paratam aperte pestem temere adeat, licet fortè evadat fôspes, jure tamen temerarius dicitur: generosus verò, qui rem fortiter gerit, cùm necessitas flagitat. Barbari quidem, quoniam rectè queunt vobiscum certare, vos ex insidiis perdere conantur. Vestra autem culpa major erit, si ad periculum accedatis, quām si illorum vitæ insidias: siquidem turpius nihil est, quām hostium consiliis, & voluntati servire. Ego certè ne in eorum insidias decidatis curabo: vestrum erit, vos recipere statim, ut à me signum accepertis. Id verò vobis, milites, tuba pedestri dabitur. His à Belisario dictis, cùm milites ab hostibus legi pabula vidissent, facta incursione, nonnullos primo impetu confecerunt. Ex his unum auro splendidum Maurus quidam conspicatus, ut cadaver expoliaret, prehensâ comâ trahere cœpit. Hunc jaculo Gothus quidam appetiit, itaque trajecit post utramque tibiam extantes musculos, ut inserto jaculo pedes ambos nexuerit. Nihilominus Maurus retentâ comâ mortuum traxit. Interea consurgunt ex insidiis Barbari: quod à castris animadvertis Belisarius, confestim tuba jubet canere pedites, quorum id munus erat. Romani, signo auditio-

E sen-

sensim retro pedem tulere, Maurum portantes
fixo cum jaculo. Nec jam illos insequi auden-
tes Gothi, re infecta redierunt.

C A P U T XXIV.

*Gothi Auxino literas ad Vitigin mittunt, &
open rogant. Inane promissum Vitigis. Cy-
prianus, ac Justinus obsidione Fæsulas
prement. Urajas Ticinum acci-
tur. Pado transito, non au-
det Romanos aggredi.*

Procedente tempore Barbari, cum re ciba-
ria angustissime uterentur, consultarunt,
quo pacto de rerum suarum statu certiores
Vitigin sacerent. At quoniam Romani nun-
quam intermittere custodiam ipsis videbantur,
& ea re nemo erat, qui provinciam illam su-
scipere auderet, hanc fraudem excogitarunt.
Capta nocte illuni, & prestatio esse jussis, quos
ad Vitigin mittere cogitabant, cum literas ipsis
dedissent, proiecta jam nocte ex diversis muri
partibus clamorem omnes ingentem tollunt.
Illos quispiam credidisset tumultum facere, ac
misceri, hostibus vehementer urgentibus, &
urbe capta ex improviso. Rem planè conjectu-
ra assequi nescientes Romani, de Belisarii sen-
tentia continebant se castris, & hinc ex urbe
in se impetum factum iri, inde ab exercitu,
qui Ravennæ substdio veniret hostibus, peti se
existimabant. Hæc veriti, satius esse ducebant
in tuto manere incolumes, quam nocte illumi
in apertum periculum se conjicere. Sic igitur
Barbari, Romanis incisis, mitruit Ravennam,
tabellarios, qui ab hoste nusquam ullo conspe-
cti, tertio post die pervenerunt ad Vitigin,
ac literas protulerunt in hanc sententiam scri-
ptas. Quando nos in præsidio Auximi colloca-
ti, ò Rex, dixisti te nobis claves cum Ra-
vennæ ipsis, tum regni tui committere.
Quocirca nobis imperasti, ut ageremus pro vi-
lili parte custodiam; ne, quantum in nobis es-
set, hostibus ditionem Gothicam traderemus.
Tum quoque affirmasti, te nobis, si egeremus
auxilio, cum omnibus copiis tam citò affore,
ut nuncium adventus ipse tui primum afferres.
Certè nos regni tui custodes fidos præbuimus,
pugnando cum fame, & Belisario: tu verò no-
bis nihil opis attulisti. At vide ne capto
Auximo, & eorum, quæ hic deposita negli-
gis, ablatis clavibus, res deinceps tuæ Roma-
næ omnino pateant. Hæc significabant literæ,
quas sibi oblatas cum legisset Vitigis, è vesti-
gio tabellariorum remisit, suppetias Auximo cum
omni exercitu se laturum pollicitus: verum
postea, re multum perpensa, nihil movit.
Nam & à Joanne, in terga hærente, se inter-
ceptum iri suspicabatur, & magnis bellicoso-
rum virorum copiis succinctum esse Belisarium
autumnans pavebat. In primis ipsum sollicitum
habet fames; cum nesciret unde exercitui
cibaria suppeditarer. Romani quidem, quia
maris imperium, & Anconæ castellum tene-
bant, postquam omnia ad victum necessaria ex
Sicilia, Calabriaque advecta in eo castello re-
posuerant, hinc illa & opportunè, & facile
comportabant. Gothis autem in agro Piceno
bellantibus nullam commeatuum fore copiam
reputans, animo astuabat. Ergo ab hostibus
non deprehensi, promissum Vitigis Auximum
referunt, qui missi prius ad illum fuerant, ibi-
que obsecros Barbaros inani spe levant. Quæ
cum Belisarius à transfugis accepisset, inten-

A tiùs agitari custodiam jussit, ne quis fraudem
ejusmodi iterum tentaret. Hæc ibi acta.

Cyprianus verò, & Justinus Fæsulas obsiden-
tes, nec muros oppugnare, neque illis accede-
re poterant: quippe difficiles undique castrum
hoc habebat aditus. Qùmque in eos erumpen-
tent sèpe Barbari, ac ferro mallent decernere,
quam vicitus penuria premi, principio quidem
Marte ancipi, variaque victoria pugnatum
est: at deinde superiores Romani, in urbe
hoste penitus concluso, ne quis inde exiret,
diligenter cavebant. Barbari annonâ defecti,
& in magnas adducti angustias, ad Vitigin,
hoste nihil persentiscente, destinant qui prom-
ptum petant auxilium, haud diutius restitutis.
Urajas mandat Vitigis, ut cum Liguriæ copiis
in agrum Ticinensem se conferat, atque ita
factum iri asseverat, ut ipse obsecros adsit cum
omnibus Gothorum copiis. Ille dicto audiens,
universum exercitum, quem secum habebat,
Ticinum duxit. Transito Pado flumine, Roma-
nis castris appropinquarunt, suaque ex adver-
so locarunt, statuorum LX. solum spatio in-
terecto. Neutri initium pugnae fecerunt. Ro-
manis enim satis esse videbatur, si impedirent
quoniam hostis ad obsecros contendere:
Barbaris grave erat ibi pugnare, animo cogi-
tantibus, si illud prælium male cederet, sc̄
rem Gothicam funditus eversuros; amissa vi-
delicet facultate ferendi obsecros opem junctis
cum Vitige viribus. Hæc utrosque consilia
in castris continebant.

C A P U T XXV.

*Theodeberti Francorum Regis in Italiam expeditio.
Franorum arma. Padum ad Ticinum trajicunt.
Priscæ superstitionis ritus quosdam affingit
ipsis Procorius. Gothos, ac Romanos ca-
stris exiunt. Multi dysenteria pe-
reunt. Belisarii ad Theode-
bertum epistola. Franci
in Galliam remi-
grant.*

D **I**n terea Franci, cum Gothorum, ac Romani
norum vires bello hoc imminutas audirent,
& ea re magnam Italiam partem facilimè se oc-
cupaturos crederent, ægrè ferebant de domina-
tu sibi adeò vicinæ regionis alios tamdiu armis
contendere, dum ipsi otiosi nullam vim inter-
ponerent. Ergo ex memoria depositis tunc ju-
ramentis, quibus fidem suam Romanis, &
Gothis paulò ante obstrinxerant (est enim hæc
omnium maximè infida natio) coacti statim ad
centum millia, Theodeberto Duce, expedi-
tionem in Italiam suscepserunt. Regem stipa-
bant equites pauci, qui soli hastas ferebant.
Pedites erant cæteri omnes, non arcu, non
hasta armati; sed ensim, clypeumque gestabant
singuli, ac securim unam, cuius ferrum valde
crassum, & utrinque acutissimum. erat; è li-
gno manubrium admodum breve. Ut signum
datum est, primo statim congressu, ea securi
jacta, hostium scuta disfringere solent, eosque
confidere. Itaque Franci, superatis Alpibus,
quæ Galliam ab Italia dividunt, Liguriam in-
gressi sunt. Horum pervicacia antea offensi Go-
thi, quod ipsis, & agros plurimos, & ingen-
tem pecuniam sèpe polliciti, si modò secum,
uti receperant, arma ipsi jungerent, nequa-
quam eos induxissent, ut implerent promissum;
jam, ubi Theodebertum magno cum exercitu
adesse audierunt, exultarunt ingenti elati spe,
&

& in posterum citra pugnam se hostium portueros putarunt. Quandiu in Liguria fuere Germani, Gothis male nusquam fecere, ne ab illis Padi transitu prohiberentur. Cum autem urbem Ticinum attigissent, ubi Romani veteres ponte flumen junxerunt, prolixæ erga illos benignitati hoc demum qui ibi erant stationarii addiderunt, ut Padum liberè transire sinearent. At Franci, ponte occupato, quos ibi in venere Gothorum liberos, & uxores immolauunt, eorumque corpore in fluvium tanquam belli primitias, projecerunt. Nam ita Christiani sunt isti Barbari, ut multos priscae superstitionis ritus observeant, humanas hostias, alia que impia sacrificia divinationibus adhibentes. Quo viso exterriti Goths, in urbem fugâ se receperunt. Germani Padum amnem transgressi, ad Gothorum castra contendunt. Eos primò manipulatim accedentes spectabant lœtis oculis Goths, quippe cum in societatem venire sibi persuaderent. Deinde ut à Germanis magno numero confluentibus res geri, & jactis secundis strages fieri coepit, terga vertentes in fugam se conjecterunt, perque ipsa adeò Romanorum castra Ravennam petierunt citato cursu. Fugientes conspicati Romani, in animum inducunt, venientem sibi suppetias Belisarium, cepisse hostium castra, & prælio viatos inde expulisse. Mox captis armis, dum ei se adjungere properant, in hostilem exercitum, nec opinantes incident, & manus inviti conserunt. Acie funditus victi, haud potuerunt castra repetere; sed omnes in Tusciā fugerunt: ubi iam in tutum recepti, quid sibi accidisset, Belisario planè significarunt. Franci utrisque, ut dictum est, victis, dissipatisque, & castris potiti vacuis, tum quidem ibi commeatus invenierunt: sed, cum ingens esset multitudo, cibariis omnibus brevi consumptis, nihil ad vietum, præter bubulam, & aquam Padi, locus incolis viduus præbebat. Aquæ autem epotæ vi sic stomachi vim extinguente, ut carnem illam non conficeret, alvi profluvio, & dysenteria correpti plurimi, non poterant ob cibi inopiam convalescere. Itaque exercitus Francorum tertia pars interiisse dicitur: qua de causa cum progredi nequirent, ibi constirent.

Ubi audiit Belisarius adeisse Francorum exercitum, & Martinum, ac Joannem fūsos acie, fugatosque, æstuare coepit, & cum omni exercitu suo metuere, tum verò maximè illis, qui Fæsulas obsidebant; utpote quibus propinquiores esse hos Barbaros compertum haberet. Confestim igitur hæc scripsit Theodeberto. Sic sentio, eximie Theodeberete, virum virtute præditum, eumque in primis, qui tot nationibus imperet, dedecere mendacium: pactorum autem contemptum cum jurisjurandi, quod literis testatum sit, violatione conjunctum, ne infimæ quidem sortis hominibus convenire. Hæc certè scis à te peccari, qui socia in Gothos arma non ita pridem nobis pollicitus, nunc à neutra stare parte haud sat's habes; sed contra nos adeò inconsideratè armatus venis. Absit, ô præclarissime, ut indignum scelus in magnum admittas Imperatorem, qui in rebus maximis vicem reddere, & injuriam graviter ulcisci poterit. Porrò sua quemque tutò possidere præstat, quam aliena usurpando, sua, & quidem maximè necessaria in discrimen adducere. Theodebertus, hac perfecta epistola, incertus quid jam ageret, & à Germanis increpitus, quod sine causa, ac prætextu in regione

A deserta tot mori sineret, cum Francis, qui supererant, movit, ac domum quam celerrimè rediit.

C A P U T XXVI.

Gothorum, qui Auximi obsidebantur, literas Romanus miles proditor ad Vitigin perfert; ac deinde bujus epistolam ad obfessos. Sclavus Goths ex insidiis occupat, abripitque in castra: ubi ab ipso indicata proditione, dat pænas proditor.

C Um Theodebertus ita, ut dixi, suscepta in Italiam expeditione, irrupisset, colligentes se ex fuga Martinus, & Joannes nihil secuunt redierunt; ne in Romanos obsidionibus iutentos hostis imperium faceret. Goths verò, qui erant Auximi, Francorum adventu nondum cognito, tam longa fessi expectatione vocati Ravennam auxiliū, iterumque obtestari volentes Vitigin, cum hostium custodias non possent fallere, graviter moerebant. Deinde Burcentium (id nomen erat Romani militis, natione Bessi, qui sub Narsete Armenio merebar) sub meridiem conspicati solum agentem custodiā, & carentem ne quis ex urbe pabulatum veniret, accedunt propius ad colloquium, & fide data vim omnem, ac fraudem abfore, ad congressum invitant, promissa ingenti pecunia. Postquam convenere, hominem rogant, ut epistolam Ravennam perferat: auri summa, praesentem paeti, majorem daturos se pollicentur, ubi redierit cum epistola Vitigis. Inductus pecuniâ miles operam spondet, ac munus promissi conficit. Itaque cum literis probè obsignatis Ravennam advolat: ubi ad Vitigis conspectum admissus, illas reddit: his autem ferè verbis perscriptæ erant. Quò jam redacti simus, clarè intelligetis, si ex isto queratis tabellario quis, & cujas sit. Gothorum enim nemo est, qui moenibus pedem efferre possit. Penus nostra amplissima sub muro est, nimirum herba, quam modo ne contingere quidem licet, nisi multa cum cæde decertantium illius causâ. Quò demum hæc evasura sint, ad te, & Gothos, qui sunt Ravennæ, videre attinet. Hæc Vitigis cum legisset, ita rescripsit. Nemo vestrum existimet, mortalium omnium charissimi, nos animo concidisse, itaque obtorpuisse, ut rem Gothicam inertia deseruerimus. Mihi nuper ad profectiōnem erant omnia paratiissima: Urajam cum omnibus copiis Mediolano acciveram. At inopinata Francorum irruptio apparatum nostrum omnem repressit: cuius rei causam sustinere non debeo. Quæ enim vires humanas superant, infelici casu lapsis hoc saltem tribuunt, ut eximantur ex culpa, quam omnem Fortuna præstat, ac sustinet. Nunc, quando Theodebertum abscessisse audimus, brevi, si Deus volet, cum omni Gothorum exercitu vobis aderimus. Cæterum adversa, quæ incident, ferre vos decet fortiter, & convenienter necessitatì, illius vestræ virtutis memores, cuius ergo, vos ex omnibus deleto locavi Auximi, & revereri opinionem debetis, quam de vobis adeò præclararam habent Gothi universi, ut vos Ravennæ, & salutis suæ propugnaculum esse voluerint. Simul hanc Vitigis epistolam exaravit multa pecunia donatum remisit hominem, qui cum Auximum pervenisset, ad sodales reversus, & causatus se valedicuntis gratiâ in vicino quodam templo moratum

tum esse, ad consuetam stationem se retulit, & nemine conscio, hostibus literas reddidit, quarum publica lectio omnes, quamvis fame pressos, ita erexit, ut blandienti plurimum Belisario dedere se recusaverint. Cum autem nullas Ravennam eductas copias audirent, & summa jam cibariorum penuria conflictarentur, Burcentium iterum mittunt, ac per literas hoc unum significant, se ultra dies quinque non posse fami resistere. Ille cum Vitigis epistola rediit, quæ simili spe eorum animos suspendebat.

Romani vero, haud levius ferentes tam longè extractam deserta in ora obsidionem, fluctuabant; præsertim cum Barbaros viderent ad deditioem non redigi tot ærumnis. Quamobrem dabant operam Belisarius, ut eorum, qui inter hostes præstabant, aliquem vivum caperet, ex quo causam cognosceret tantæ in malis constantia Barbarorum. Id se facile effecturum Valerianus recepit, cum in suorum haberet numero Sclavenos aliquot, qui sub angusto saxo, aut virgulto quolibet obvio delitescere, & hostem quemlibet rapere consuevissent: hoc illos ad Istrum fluvium, ubi sunt gentis sedes, in alios Barbaros, ac Romanos factitasse. Lætus auditis Belisarius, rem ocyus accurari jubet. Itaque Valerianus uni ex omnibus Sclavenis delecto, mole corporis, ac strenuitate insigni, grandem à Belisario pecuniam pollicitus, injungit ut hostium aliquem vivum capiat. Id Barbarus facile in eo loco, qui herbæ vestitus erat, perfecturum se dixit: jamdiu enim esse, cum Gothi, cibariis absumptis, inde se alerent. Summo igitur mane Sclavenus ad murum accedit, & frutice tectus, contracto corpore ad herbam latet. Ut primum illuxit, vir quidam eò progressus, raptim herbas colligere coepit, nihil mali à frutice metuens, ac solum in castra hostium conjiciens sèpius oculos, ne quis infestus illinc veniret. Repente Sclavenus à tergo irruens ipsum arripit, & validè ambabus manibus medium stringens, in castra aufert, traditque Valeriano: cui quærenti, quid tantam spem Gothis faceret, ut quamvis accisis viribus, durissima constanter perpeti malling, quæ se se dedere? fraudem omnem Burcentii Barbarus enunciavit, ipsumque ante oculos adductum convicit. Burcentius, ubi se manifestò teneri vidit, eorum celavit nihil, quæ acta fuerant. Eum Belisarius permisit arbitrio commilitonum: hi verò vivum subinde combusserunt sub hostium oculis. Hunc denique Burcentius cupiditatis fructum cepit.

CAPUT XXVII.

Ad Auximi fontem certamen acerrimum. Fæsumrum, ac tandem Auximi deditio.

IN calamitate perstare videns Barbaros Belisarius, illis aquam subducere meditabatur, hanc viam ratus ad capiendos hostes faciliorem esse, & magis compendiariam. Quæ Septentrionem Auximum spectat, fons quidam erat in præcipiti loco, jactu lapidis procul à moenibus, & vena admodum tenui illabebatur in veterem cryptam: cuius lacus fluento illo impletus modico, iis, qui erant Auximi, haustus faciles dabat. Sic autem statuebat Belisarius, si ibi aqua non colligeretur, eò redactum iri Barbaros, ut missilibus hostium impetri multo tempore non possent implere amphoras manante latice. Itaque capto destruendi lacus confi-

Tom. I.

Alio, rationem hanc iniit. Cum arma omnibus imperasset, ita muros corona ad pugnam instructa cinxit, ut hostibus opinionem præbuerit impressionis mox undique faciendæ. Quam horrentes Gothi ad pinnas stabant, ut inde hostem propellerent. Interea Belisarius Isauros quinque, fabrilis artis peritos, cum securibus, aliisque instrumentis ad lapides cædendos idoneis, in receptaculum aquæ inducit, multis protectos clypeis, omnique ope, & celer rate parietes rumpere, ac diruere jubet. Tum iquidem Barbari, illos rati muro succedere, se continebant, ut eos, cum proximè accessissent, facile telis figerent; nec dum fraudem deprehendebant. At ubi Isauros cryptam ingressos viderunt, lapides, ac missilia omnis generis eò conjiciunt. Tum cæteri Romani omnes cursu retro pedem tulere: soli quinque Isauri cœpto admovere manum, in tuto positi. Siquidem obumbrandi loci gratia, fornix quondam impositus aquæ fuerat, quem illi ingressi densa hostium tela ridebant. Quare Gothi non amplius potuerunt tenere se murorum septo; sed portæ, quæ illic est, patefactæ, omnes, gravi stimulante ira, in Isauros tumultuosè se effuderunt. Hortante mox Belisario, Romani animosissimè occurserunt. Fervet pugna, & quidem diu, dum se invicem trudunt, cum magna utrinque cæde, quæ tamen Romanos afflixit gravius. Nam è superiori loco repugnantes Barbari majorem cladem afferebant, quam ipsi acciperent. Romani tamen cedere nolebant, præsentem, & clamore excitantem Belisarium reveriti. Quo tempore impulsâ ab hoste quopiam sagittâ, sive casu, sive consilio, rectâ in ventrem Magistri militum magno stridens impetu ferebatur. Ad eam non advertens Belisarius, nec cavere sibi, nec declinare poterat. Verùm Protector quidam, cui nomen Unigato, haud procul ventre Belisarii stans advertit, & prætenta dextera Magistrum militiæ præter opinionem servavit: ipse sagittâ ictus statim excessit prælio, doloris vi, nec manu in posterum uti potuit, quod ejus nervi præcisi essent. Cœpta manè pugna ad meridiem usque producta est, in qua Armenii septem, qui sub Narsete, & Aratio stipendia faciebant, fortissimè se gesserunt, in salebris loci maximè ardui æquè ut in plano decurrentes, atque hostibus, qui se obfirmarent, inferentes necem, donec oppositos sibi Barbaros terga dare coegerunt. Romani cæteri, hostem videntes jam inclinati, instant: tum fugientes aperte Barbari in urbem se conjiciunt. Romani jam ab Isauris dirutum fontis conceptaculum, & extremam incepto manum accessisse existimabant. At illi ne unum quidem siliçem avellere quiverant. Artifices enim veteres omnem artis suæ vim operibus adhibere soliti, sic istud construxerant, ut nec temporis, nec hominum injuriis cederet. Isauri igitur, ut Romanos viderunt potiri campo, re infecta, egressi crypta, in castra redierunt. Quapropter militibus imperavit Belisarius, ut cadavera pecudum, herbasque homini nocentissimas in aquam jacerent, & summè combustum igne lapidem, qui quondam Calx, hodie Asbestus vulgo dicitur (quod ignea vis in eo non sit extincta) immitterent, extinguerentque. Dictum, ac factum. Interim Barbari puteo, qui intra muros erat aquæ pauperissimus, parcius utebantur, quæ necessitas posceret. Neque ultra Belisarius vi urbem capere, vel aquæ, alijsve rei causâ moliri quidquam tendebat, sperans fore ut sola fame domaret hostes;

P p eam-

camque ob causam in custodiam tota mente incumbebat. Gothi avida adhuc pendentes expectatione mittendi Ravennam exercitus, in summa rei cibariae angustia nihil movebant.

Jam vero qui Fæfulis obsidebantur, cum vehementissime fame pressi illius fævitiam ferre minimè possent, nec venturum Ravennam auxilium sperarent, hosti se se permittere decreverunt. Itaque cum Cypriano, ac Justino collocuti, accepta incolumentis fide, se & castrum tradiderunt voluntaria ditione. Cyprianus, justo Fæfulis constituto præsidio, illos cum Rom. exercitu Auximum duxit. Quorum Duces Barbaris Auximum habentibus, ostentans Belisarius hortabatur, ut insanire desinerent, spe, quam Ravenna obtulerat, abjecta penitus, utpote inutili; cum ipsos, ærumnis diuturnis confectos eadem fors, quam præsidium Fæfulanum subiisset, nihilo certius maneret. Illi, re inter se multum considerata, jam fame vietæ, aures dictis faciles dederunt, ac de urbe tradenda assensi sunt; sed ea lege ut salvi, atque incolumes cum suis opibus Ravennamirent. Hæsit hic Belisarius, sibi adversari intelligens tot, ac tam fortium hostium cum illis, qui Ravennæ erant, conjunctionem. Nolebat autem mōrā occasionem omittere; sed Ravennam, ac Vitigin petere cogitabat rebus adhuc suspensis. Ipsum enim sollicitum habebant Franci, quos Gothis propediem suppetias venturos erat opinio. Horum adventum prævertere cùm maximè vellet, nondum capto Auximo, obsidionem solvere nequibat. Intercedebant etiam milites, ut ne Barbaris permitteret exportare pecunias. Vulnera, quæ hic ab illis plurima acceperant, ostentantes, laboresque omnes enumerantes, quos in obsidione exantlaverant, eorum præmia esse affirmabant hostium devictorum spolia. Denique hinc Romanis, occasionis præcipiti lapsu, inde Gothis fame compulsis, pacto convenit, ut Romani dimidiā pecuniarum partem inter se dividerent; Gothi, alterā retentā, in jus, ac ditionem Imperatoris venient. Hæc data utrinque fide fæcita sunt: ac Duces quidem Romani, mansura pæcta; Gothi, nihil pecuniae absconsuros se promiserunt. Itaque divisa omni pecunia, occuparunt Romani Auximum; Barbari Imperatoris copiis se se admiscuerunt.

C A P U T X X V I I I .

*B*elisarius Ravennam commeatibus intercludit.
A Francorum Regibus, & Belisario missis
ad Vitigin legationes. In sensa Ra-
vennae horrea. Gotborum, qui
in Alpibus Cotis dege-
bant, deditio.

Potitus Auximo Belisarius, Ravennam obsidere contendit, eoque omnes copias dicit. Præmisso illuc cum manu valida Magno injungit, ut Padi ripam continenter obeundo, Gothos ea parte commeatibus intercludat. Vitalius, qui ex Dalmatia cum copiis advenerat, alteram fluminis ripam insedit. Hic ipsis eum attulit fortuna casum, quo manifestè probavit, se pro arbitrio de utriusque gentis rebus constituturam. Antea Gothi magnam scapharum vim, quas contraxerant in Liguria, in Padum deduxerant, & cùm eas frumento, aliisque commeatibus implessent, Ravennam navigare consilium erat. Tunc autem fluvius ita decrevit, ut impar esset ferendis navibus, quasi Ro-

A manus expectaret: qui supervenientes, scaphas, & omnia, quibus onus erant, ceperunt. Paullò post ad convenientem sibi cursum rediens amnis, navigabilem se se præbuit: quod ipsi nunquam antea contigisse audivimus. Jam cibariorum penuria laborare coeperant Barbari, cùm nec per sinum Ionum invehere quidquam possent, Romanis ubique mari dominantibus, nec flumen ipsis pateret. De his certiores facti Francorum Reges, quibus in animo erat Italiam adjungere ditioni suæ, ad Vitigin legationem mittunt, pollicentes belli societatem, ea conditione, ut Italizæ cum ipso imperarent. Quod ubi audiit Belisarius, Legatos & ipse destinat Germanis contradicturos; Theodosium videlicet domus suæ Praefectum, aliosque.

Priores ad Vitigin intromissi Germanorum. Legati orationem hanc habuerunt. Huc nos misserunt Germanorum Principes, graviter ex eo solliciti, quod à Belisario ob sideri vos audierunt, & nihil non agentes, ut vobis pro sociali officio quamprimum opitulentur. Jam certè non minus quingenta millia virorum fortior superasse Alpes credimus, de quibus hoc jaçamus verè, primo illos congressu Romanum omnem exercitum securibus obruturos. Vos autem decet sententiam sequi, non eorum, qui vobis jugum servitutis imponent, sed qui in dimicationem veniunt, summo in Gothos adducti studio. Accedit in primis, quod si nobiscum armæ ceperitis, Romanis nulla spes reliqua futura est utrumque exercitum sustinendi; sed eos illico labore nullo debellabimus. Si Gothi cum Romanis vires sociabunt, nec sic quidem Francorum genti resistent (iniquus enim congressus erit) at certò tandem cum natione vobis inimicissima profligabimini. Extremè autem dementia est in exitium manifestum ruere, cùm absque ullo belli discrimine offertur salus. Præterea Romana gens planè infida est Barbaris, odio à natura insito, intercedente: Cæterum universæ Italizæ vobiscum, si vultis, imperabimus, & regimius formam, quæ videbitur optima, sequemur. Jam tuum est, & Gothorum amplecti, quæ vobis conductent. Hæc Franci. Tum progressi Belisarii Oratores, hæc ferè locuti sunt. Germanorum multitudinem, quam isti vobis ad terrorem ostentant, Imperatoris copiis nihil nocituram, quid attinet demonstrare pluribus apud vos, qui in quo situm omne belli momentum sit, neque hominum ingenti numero virtutem cedere, longè jam experientia didicistis. Omittimus, quod nemo æquè, ut Imperator, hostem potest superare militum numero. Fidem autem, quam isti Barbaris omnibus servare se gloriantur, post Thoringos, & Burgundiones, in vos quoque socios suos quæ certa sit, declararunt. Libenter sanè rogaverimus Francos, quo tandem jurato numine, certum fidei pignus vobis daturi sint? Si qua enim apud vos rerum fama adhuc manet, quæ ad Padum contigerunt, scitis profectò, quo Deum modo, per quem jam proximè juraverant, venerentur, qui à vobis in societatem assumti, non modò recusarunt arma vobis jungere, sed in vos etiam tam impudenter verterunt. Verum quid opus est præterita repetere, ut Francorum impietas pareat, cum hac ipsa legatione scelestius nihil fieri queat? Perinde enim ac si penitus è memoria excidissent pæcta, quæ jurejurando firmarunt, jam volunt ut futurum auxilium remuneremini rerum omnium vestrarum communione. Si vero à vobis id consequantur, ut Gothi cum Fran-

D ma ceperitis, Romanis nulla spes reliqua futura est utrumque exercitum sustinendi; sed eos illico labore nullo debellabimus. Si Gothi cum Romanis vires sociabunt, nec sic quidem Francorum genti resistent (iniquus enim congressus erit) at certò tandem cum natione vobis inimicissima profligabimini. Extremè autem dementia est in exitium manifestum ruere, cùm absque ullo belli discrimine offertur salus. Præterea Romana gens planè infida est Barbaris, odio à natura insito, intercedente: Cæterum universæ Italizæ vobiscum, si vultis, imperabimus, & regimius formam, quæ videbitur optima, sequemur. Jam tuum est, & Gothorum amplecti, quæ vobis conductent. Hæc Franci. Tum progressi Belisarii Oratores, hæc ferè locuti sunt. Germanorum multitudinem, quam isti vobis ad terrorem ostentant, Imperatoris copiis nihil nocituram, quid attinet demonstrare pluribus apud vos, qui in quo situm omne belli momentum sit, neque hominum ingenti numero virtutem cedere, longè jam experientia didicistis. Omittimus, quod nemo æquè, ut Imperator, hostem potest superare militum numero. Fidem autem, quam isti Barbaris omnibus servare se gloriantur, post Thoringos, & Burgundiones, in vos quoque socios suos quæ certa sit, declararunt. Libenter sanè rogaverimus Francos, quo tandem jurato numine, certum fidei pignus vobis daturi sint? Si qua enim apud vos rerum fama adhuc manet, quæ ad Padum contigerunt, scitis profectò, quo Deum modo, per quem jam proximè juraverant, venerentur, qui à vobis in societatem assumti, non modò recusarunt arma vobis jungere, sed in vos etiam tam impudenter verterunt. Verum quid opus est præterita repetere, ut Francorum impietas pareat, cum hac ipsa legatione scelestius nihil fieri queat? Perinde enim ac si penitus è memoria excidissent pæcta, quæ jurejurando firmarunt, jam volunt ut futurum auxilium remuneremini rerum omnium vestrarum communione. Si vero à vobis id consequantur, ut Gothi cum Fran-

Francorum exercitu coëant, videre vestrum est, quo demum evasura sit eorum cupiditas inexplebilis.

Secundum hanc Legatorum Belisarii orationem, Vitigis, longa cum Cothorum optimatibus habita consultatione, cum Imperatore pacisci maluit, & Francos inanes remisit. Ex eo die Romani, & Goths inter se Legatos de pace missarunt, nihilo interea segnus invigilante Belisario, ne Barbari commeatus acciperent. Ac Vitalium quidem in agrum ire Venetum, & pleraque loca asciscere sibi jussit. Ipse misso in ripam ulteriore illudgete, utrinque Padum obsedit; ut Barbari magis, magisque remissis cibariorum inopia animis, ad eas conditiones, quas vellet, accederent. Monitus vero magnum frumenti numerum Ravennæ adhuc in horreis servari publicis, civium quemdam pecuniam induxit, ut igni clam injecto, horrea cum frumento corrumperet: quod de sententia quoque Matasunthæ, uxoris Vitigis, factuni perhibent. Repentinum illud frumenti incendium alii occulta fraude, alii iactu fulminis contigisse existimabant. Utraque suspicio Gothos, ac Vitigin in maiores redigebat angustias; cum nec sibi fidere jam ipsi possent, seque à Deo oppugnari crederent. Hæc ibi gesta sunt.

In Alpibus vero, quæ Gallos à Liguribus discludunt, & à Romanis Alpes Cottæ appellantur, multa sunt castella; quæ Goths, magno numero viri fortes cum uxoribus, ac liberis incolebant, ac præsidii tenebant. Audiens Belisarius meditari illos ditionem, unum è suis, cui nomen Thomæ, eò misit cum paucis, ut fide data, regionis illius Barbaros in potestatem pactione susciperet. Cum ad Alpes pervenissent, Sisigis, qui illius tractus præsidii imperabat, in quoddam è Castellis, quæ dixi ipsos accepit, &, cum se ipse dedidit, tum cæteros perpulit, ut idem facerent. Hoc interim spatio Urajas Ravennæ succurrere properabat cum virorum quatuor millibus, quos è Liguria, Alpiumque castellis delegerat. Hi, cognita Sisigis defectione, timentes suis relatis domi, eò primum se se conferre voluerunt. Quamobrem Urajas cum omni exercitu ad Alpes Cottias vénit, & Sisigin, ac Thomam obsidet. Cujus rei nuncio exciti, qui proxime Padum erant, Joannes Vitaliani ex foro nepos, atque Martinus, cum omnibus copiis subsidio currunt. Alpina Castella aliquot cursim aggressi, primo impetu occupant, & captivos abducunt eorum incolas. Quo in numero multi erant illorum liberi, & uxores, qui sub Uraja militabant, & quorum plerique ex eorum præsidii castellarum deducti, ipsum sequebantur. Hi sua teneri capta simul ut audierunt, à Gothorum exercitu desciverunt ad Joannem. Quo factum, ut Urajas neque ibi quidquam proficere, nec Gothis Ravennæ perniciantibus subvenire potuerit: sed cum parva manu reversus in Liguriā re infecta, ibi subsederit. At Belisarius arbitratu suo Vitigin, & Gothicam nobilitatem Ravennæ arctius in dies premebat.

A

CAPUT XXIX.

*Justinianus ad Vitigin Legatos de pace mittit.
Pactis conventis subscribere renuit Belisarius.
Coacto Ducum consilio pacem dissuaderet. Goths Regnum deferensibus assentiri se simulans, & ipsos fallens, Ravennam ingreditur. Vitigin capit. Tarvisum, & loca alia quædam occupat.*

B

C

D

E

Tunc temporis affuere Imperatoris Legati, Dominicus, & Maximinus, Senatores ambo; his pacem facturi conditionibus, ut Vitigis, regiæ gazæ retenta parte dimidia, in Transpadanis oris regnaret: Imperator alteram gazæ partem, & ab omnibus Cispadanis annum vetigal acciperet. Legati, communicatis cum Belisario Augusti literis, Ravennam ivere: quibus Gothi, ac Vitigis, cognito eorum adventus consilio, lubentissime promiserunt, pacem se iisdem conditionibus pacturos. Quod ubi resciit Belisarius, dolore exarsit, gravissime ferens, quod cum posset nullo negotio plenam adipisci victoriam, & Byzantium Vitigin captivum deportare, neutrum sibi permitteretur. Postquam Ravennâ ad ipsum Legati reversi sunt, pacta conventa suis confirmare literis noluit. Quo Gothi cognito, in animum induxerunt, sibi à Romanis fraudulenter offerri pacem, deque illis pessimè suspicari cœperunt. Quin etiam præcisè negarunt se pactionem cum ipsis conflatuos, nisi illam Belisarius manu sua, ac jure jurando sanciret. Admonitus Belisarius non esse Duces, qui cum convicio dicarent, ideo bellum nolle ipsum componere, quod in res Imperatoris aliquid strueret; convocatis omnibus, Dominico etiam, ac Maximo præsentibus, sic verba fecit. Instabilem esse scio fortunam belli, idque mihi quemque vestrum assentiri existimo. Ac multos quidem fecellit objecta animo consequenda spes victoriae. Qui vero calamitate videbantur eversi funditus, superiores hostibus evaserunt. Quare eorum, qui de pace deliberant, partes esse ajo, non ostentare solùm spem bonam, sed in eligenda sententia cogitare ancipitem, ac varium exitum. Quæ cum ita sint, huc vos Collegas meos, hosque Imperatoris Legatos cogendos censi, ut libere in pætentia capto consilio, quod Imperatori expedire videbitur, in me postmodum rei culpam non transferatis. Hominum enim absurdissimorum est filere, quandiu integrum est potiora deligere; deinde autem, considerato exitu infelici, habere querimoniam. Quæ sit Imperatoris de pace sententia, quod votum Vitigis, non ignoratis. Ea vero si vobis è re esse publica videntur, dicat quisque palam, quod sentit. Rursus, si Italiam universam ad ditionem Romanam revocari, debellarique hostem à vobis posse jucicatis, nihil vetabit audacter eloqui. His dictis à Belisario, aperte omnes pronunciarunt, optima esse Imperatoris consilia, nec se in hostes moliri quidquam amplius posse. Lætus ea Ducum sententia Belisarius petit, ut eam testentur scripto, ne postea negent. Illi se bello vincendis hostibus impares esse tabellâ declarant.

Dum hæc in Romanorum castris aguntur, interea Gothi fame pressi, fractique ærumnis. Vitigis utpote infelicissimi dominatum gravererebant; se tamen Imperatori permittere dubitabant, hoc unum veriti, ne postquam in-

P p 2 poter-

Tom. I.

potestatem ejus venissent, ex Italia migrare, & Byzantium deportati, ibi manere cogentur. Quicumque igitur inter Gothos prudentia, & auctoritate pollebant, de communi sententia constituerunt Imperium Occidentis decernere Belisario. Ad id submittunt, qui ipsum rogent, ut capessat Imperium: id si fecerit, libenter se ipsi accessuros affirmant. Sed ab eo longè aberat Belisarius, ut Imperium susciperet, invito Imperatore. Nam, & à Tyranni nomine summoperè abhorrebat, & antea Augusto sanctissimè juraverat, res novas nunquam se moliturum, eo superstite. Ut verò re nata scitè uteretur, simulavit se auribus facile admittere, quæ proponerent Barbari. Hæc ubi Vitigis intellexit, quamvis timeret, Gothorum tamen laudato consilio, clam & ipse Belisario instituit, ut invaderet Imperium, afferens neminem obstitutum. Tum Belisarius, convocatis iterum Imperatoris Legatis, cunctisque Ducibus, ex ipsis quæsiit, nonne magnum, ac valde memorabile ciset, Gothos omnes, ipsumque Vitigin bello capere, opibus omnibus potiri, ac totam Italiam Romanis recuperare? Illi ad Romanam felicitatem cumulum eo facto insignem, ingentemque accessurum fatentur, & rogant, ut quamprimum rem, si qua possit via, expediat. Ergo mox Belisarius quosdam è familiaribus suis ad Vitigin, & Gothorum Proceres destinat, mandatque ut promissa efficiant. Cum autem fames rem in aliud differri tempus non sineret, sed ingravescens ad id stimularet; Legatos ad Rom. castra iterum mittunt, jussos nihil multitudini aperire, sed remotis arbitris fidem accipere à Belisario, eum nihil mali ipsorum cuiquam irrogaturum, & Italorum, Gothorumque in posterum futurum Regem: his ita compositis, Ravennam cum ipso, ac Romano exercitu venire. Cætera Belisarius omnino, ita ut Legati postulabant, se præstitum juravit, quod ad regnum attinebat, se Vitigi ipsi, & Gothorum Proceribus jusjurandum daturum dixit. Hic Oratores ipsum rati nunquam repudiaturum Imperium, at id maxime omnium concupiscere, hortantur, ut secum è vestigio Ravennam intret. Tum Belisarius Bessam, Joannem, Narserem, & Aratum, quos sibi infensissimos putabat, alium aliò cum turmis, quibus prærant, dimittit, ac sibi quemque commeatus providere jubet, negans efficere se posse, ut eo loci copiis omnibus res cibaria diutius suppetat. Hi dicto audientes abidere cum Athanasio Præfecto Prætorii, qui Byzantio recens advenerat. Ipse cum reliquo exercitu, & Gothorum Legatis Ravennam petiit, & classem frumento, aliisque rebus ad victum commodis opustam celeriter navigare jussit ad portum Clases. Ita Romani vocant Ravennæ suburbia, ubi portus est. Mihi verò tunc temporis Romanum exercitum Ravennam ingredientem spectanti insidebat hæc cogitatio, non generositate hominum, non multitudine, non animi vi procedere, perficie iaculta: sed Numen esse, quod eorum mentes sic flectat, ut eò semper inducat, ubi nullus erit eventis obex. Cum enim Goths, & numero, & viribus longè essent hostibus superiores, neque armis decrevissent, ex quo Ravennam intraverant, nihilque appareret, quod terrore distingeret eorum animos, jugum acceperunt à paucioribus, nec servitutis nomini infamiam inesse ullam duxerunt. Certè formina, quæ à maritis audierant Romanos mole corporis valere, & hostibus præstare numero, cunctæ consputabant virorum

A ora, quos omnes in urbe sedere viderant, & victores monstrantes manibus ignaviam exprobabant. Vitigin Belisarius in custodia habuit honesta, ac liberali, & Barbaros, qui cis Padum fluvium habitabant, in suos agros invisiere, & ad arbitrium colere jussit. Inde enim nihil hostile suspicabatur, neque ibi Gothos unquam coituros putabat; quod tractum illum non exigua parte Romani exercitus ante infedisser. Statim illi lubentibus animis ivere: itaque Romani jam fuere in tuto, ut qui numero Gothis in urbe cederent. Deinde opes Palatii cepit Imperatori portandas. Gothorum neminem nec spoliavit ipse, neque à quoquam spoliari passus est: sed eorum quisque fortunas suas ex parte, & conventu servavit. Postquam Barbaris, qui in locis munitissimis praesidium agitabant, fama nuntiavit, Ravennam, & Vitigia in potestate Romanorum esse, Legatos miserunt ad Belisarium, ut se, & quæ obtinebant loca, ipsi dederent. Ille omnia animo propeassimmo data fide, Tarvisium, & alia quæque sibi subdidit Venetorum munimenta. Cœsenam, quæ in Aemilia restabat sola, prius, eodem nimis tempore, quo Ravennam, subegerat. Ac Goths quidem omnes horum locorum Præfecti, statim post acceptam fidem, contulere se ad Belisarium, & cum eo mansere. Ildibadus verò vir primarius, qui præsidio Veronensi præerat, cum eadem qua cæteri ratione ad Belisarium Legatos ideo misisset, quia Belisarius ipius filios, quos Ravennæ invenerat, retinebat, Ravennam ipse non petiit, neque in Belisarii potestatem venit. Nam ei casus quidam incidit, de quo mox dicam.

C A P U T XXX.

Belisarius Byzantium revocatur. Goths regnum Uraje deferunt. Hic ut Ildibado deferatur suadet. Ildibadus susceptum regnum offerit Belisario, qui honorem singulari modestia, ac fide repudiat.

D **Q**uidam exercitus Romani Duces occupari tyrannidem à Belisario, insigni meadacio criminati sunt apud Imperatorem. Hic verò non eorum calumniis, sed urgente jam bello Persico impulsus Belisarium quamprimum revocavit, ut in Persas exercitum duceret. Italiæ curam Bessæ, Joanni, aliisque mandavit, Constantiano præcepit, ut Ravennam conferret se ex Dalmatia. Tum Goths, qui trans Padum fluvium, & Ravennam habitabant, allato nuncio, revocari ab Augusto Belisarium, primò quidem id pro levissimo habuerunt, cum rati regnum Italiæ nunquam posthabitatum promissa Augusto fidei. At ubi constitit, ipsum magno studio profectionem parare, quicunque in illis partibus adhuc restabant præstantes gentis illius viri, uno consensu in urbem Ticinum Urajam ex sorore nepotem Vitigis convenient, ac diu missis cum ipso lacrymis, ita alloquuntur. Calamitatis, qua modo premitur Gothorum natio, nemo præter te, precipua causa extitit. Nos enim avunculum tuum, inertem adeò, & infelicem Principem, jamdiu regno, ut Theodatum sororis Theoderici filium, detrusissimus, nisi illum, quem prodis, strenuum animum reveriti statuissemus, relicto Vitigi Regis nomine, potestatem ipsam in te unum transferre. Sed quæ tunc videbatur esse benignitas, nunc eò recedit, ut pater insaniam fuisse, exitiique

no-

sostris originem. Gothorum enim, ut ipse scis, dilecte Uraja plurimos, eosque fortissimos vis Martis sustulit: ac si qui inter gentis reliquias egregii bellatores supersunt, eos cum Vitige, & cunctis opibus hinc Belisarius avehet. Ac nemo est qui neget brevi tempus affore, quo ad exiguum numerum, magnamque miseriam redacti, idem patiamur. Cum igitur ejusmodi mala nes circumveniant, honeste mori præstat, quam liberos, & uxores ab hostibus in extre-
num orbem abductos cernere. Porro, si te coeprorum Duxem habebimus, procul dubio parrabimus aliquid viris fortibus dignum. Hæc Gothi: quibus Urajas ita respondit. Evidem vobis illud assentior, in hac calamitate nobis aleam belli subeundam potius esse, quam ser-
vitutem. Quod autem me Gothorum Regem creare vultis, id à communi utilitate omnino alienum judico. Nam primò, cùm ex foro-
sum nepos Vitigis, viri, qui rem adeò infeli-
citer gessit, hostibus essem despiciatissimus: siquidem vulgaris opinio est, ad propinquos infortunia propagari. Deinde, si regnum occu-
parem avunculi, viderer scelus admittere, quod a me plerosque vestrum meritò alienaret. Ego verò sic statuo, Gothorum Regem in extremum istud discrimen diligendum esse Ildibadum, summa virum fortitudine, & navitate singulari, qui ut apparet, in belli societatem Theudin-
avunculum, Visigothorum Regem, propinquitatis vinculo pertrahet. Itaque meliori cum spe hostem armis petemus.

Hac oratione Urajam ea suassisse, que maxi-
mè expedirent, Gothi omnes censuerunt. Pro-
tinus Verona accitus Ildibadus affuit: quem-
cùm induissent purpurā, Regem salutarunt,
sogarunque, ut præsenti rerum suarum statui consuleret. Ita Rex factus Ildibadus, paulo post convocatis Gothis omnibus, hoc ferè modo disseruit. Quotquot hic adestis, Commili-
tones, longo rei Bellicæ usu peritos esse-
scio. Proinde in arma non feremur præcipites. Cùm enim peritia mentem secum, & consilium afferat, audaciam temerariam fugit. Debetis

A autem omnes, proposita vobis memorie pri-
orum casuum, jam de instantibus deliberare. Multorum enim animos præteriorum oblivio, cùm minimè oportebat, temerè extulit, & in rebus maximi momenti vehementer fefellit. Ergo Vitigis se in manus hostium demisit, neque invitis vobis, nec renitentibus: sed ani-
mis tunc adversa debilitatis fortuna, utilius longè nobis fore duxistis, domi resides Belisario dare manus, quam corpora in prælii discri-
men committere. Jam verò, cùm auditis illum discedere, & Byzantium proficisci, rebus no-
vis studetis. At quemque vestrum reputare se-
cum oportet, homines non omnia facere qua
destinarunt: verū fæpe fit præter opinionem,
ut consiliis contrarii sint rerum exitus. Fortu-
na enim, ac poenitentia meliora suadere, &
improviso efficere solent, quod in præsenti ac-
cidere Belisario nihil vetat. Quare satius est
cum ipso prius agere, & dare operam, ut ad
pristinam pactionem se referat: tum demum
ad ea progredi, qua secundo loco agenda sunt.
Hæc effato Ildibado, sententiam ejus probarunt
Gothi, & Ravennam Legatos properè miserunt,
qui ad Belisarium introducti, in memoriam re-
digunt conventa, & violatam promissi fidem
objiciunt, ac voluntarium appellantes manci-
pium, & exprobrantes, quod regno servitu-
tem præferre non erubesceret, aliaque id ge-
nus multa auribus ingerentes, hortantur ne di-
gnitatem supremam respiciat: affirmant ventu-
rum ultro Ildibadum, positiq; ad pedes pur-
purā, Regem Gothorum, atque Italiz agni-
turum adoratione Belisarium. Hæc dicebant
Legati, minimè dubitantes, quin Belisarius
nullā interpositā morā Regis nomen acciperet.
At ille præter eorum expectationem negavit
planè, usurpatum Belisarium Regis nomen,
quandiu Justinianus Aug. viveret. Quo auditio,
digressi statim Legati, rem omnem Ildibado
renunciarunt. Belisarius Byzantium profectus
est, & cum hyeme annus quintus exiit hujus
belli, quod Procopius scriptit.



PRO-

302

PROCOPII CÆSARIENSIS

HISTORIARUM TEMPORIS SUI DE BELLO GOTHICO.

LIBER TERTIUS.

C A P U T I.

Belisarius Vitigim, & Gothos captivos Byzantium deportat. Non donatur triumpho. Ejus laudes amplissimæ. Ildibodus, Gothorum Rex, gentis reliquias in Italia colligit. Rem Romanam evertit avaritia Alexandri Logothetae, cui cognomen Forficula traditum, quod nummos raderet. Ildibodus Vitalium acie vincit. Offensa uxoris precibus permotus Urajam tollit è medio. Deinde ipse in convivio interficitur.

Ita Belisarius, rebus adhuc suspensis, Vitigim, Gothorum proceres. Ildibadi liberos, regiasque opes omnes Byzantium deportavit, nemine Ducum ipsum comitante praeter Ildigerem, Valerianum, Martinum, & Herodianum. Vitigim cum uxore lætis, placidisque aspergit oculis Justinianus Augustus, & Barbarorum agmen, corporis formâ, ac mole præstantium, miratus est. Postquam Theoderici gazam, spectatu sanè dignam, in Palatium accepit, Senatui quidem contemplandam proposuit apud se, rerum gestarum magnitudine gloriens: at neque illam exhibuit multitudini, nec triumphum Belisario decrevit, uti fecerat, cùm ille ex Africa rediit, Gelimeris, & Vandalorum viator. Nihilominus tamen in ore omnium vigebat Belisarius, duas adeptus victorias, quales nemo unquam antea retulisset: quippe qui captivos Reges duos advexit Byzantium: præter opinionem in Romanorum manus adduxisset progeniem, ac thesauros Gizerici, & Theoderici, quibus Regibus inter Barbaros nemo unquam fuit illustrior: receptas ex hostibus divitias Reip. restituisset: atque exiguo tempore dimidiā ferè, & terræ, & maris partem Imperio recuperasset. Byzantii civibus jucundum quotidie præbebat spectaculum Belisarius, sive in forum prodiret Domo sive domum rediret; nec videndi satietas quemquam capiebat. Nam illius in publicum egressus pompæ erat magnificentissimæ similis; cùm ingens Vandalorum, Gothorum, ac Maurorum caterva ipsum usque comitaretur. Decoro erat, ac procero corpore, & oris dignitate omnes superabat. Obviis adeò facilem se, & benignum præbebat, ut homo tenuissimæ fortunæ, fortisque infimæ esse viceretur. Ejus imperium milites. & agricolæ magno semper opere amarunt. Milites quidem, quod ipsum experientur mortalium omnium munificentissimum. Nam qui in prælio male accepti fuerant, illis grandi pecunia vulnerum acerbitatem levabat: qui facinus præclarum ediderant, his armillas, & torques in præmium dabat. Si cui militi in certamine vel equus, vel arcus, vel aliud quid-

A piam periisset, continuò re simili Belisarius jacturam sarciebat. Amabant verò Imperium ejus agricolæ, propterea quod ita illis parcerbat, consulebatque, ut eorum nemini vis unquam illata fuerit, ducente exercitus Belisario. Immo verò omnes, apud quos cum copiis versabatur, insperantes ditabat. Nam venalia quælibet quo volebant pretio illis divendebant, & cùm segetes adolescerent, sedulam dabat operam, ne, qui aderat equitatus, noxiam illis uspiam faceret. Pendentes ab arboribus fructus nemini contingere licebat. Præterea vir erat singulari præditus continentia. Nullam enim foeminam, præter uxorem attigit: & cùm Vandals, Gothsque bello cepisset mulieres, tot numero, tamque oris specie præcellentes, ut nemo pares viderit, earum nullam in conspectum suum, nedum in congressum venire fuit. Cùm in aliis rebus omnibus solertissimus erat, tum in dubiis viam inire optimam apprime callebat. Inter bellum discrimina cautè strenuus, & prudenter animosissimus; ac si quid in hostem aggrederetur, promptus idem, & cunctator, prout alterutro opus erat, solebat esse. Ad hæc, in adversis rebus fidentem, & imperturbatum animum ostendebat: in prosperis non efferebatur superbìa, neque indulgebat genio. Certè vino mandentem nemo unquam Belisarium vidiit. Quandiu Romanis copiis in Africa, Italiaque præfuerat, obvia quæque occupaverat continentia victoria. Postquam Byzantium accitus rediit, multò clarius, quam ante, quantum polleret, innotuit. Nam cùm emineret virtutis cumulo, & Magistros militiæ, quotquot unquam fuisse, non opibus modo, sed Prætorianorum etiam hastatorum, ac Scutariorum numero so præsidio superaret, Ducibus æquè omnibus, ac militibus meritò formidabilis erat. Ac, nisi fallor, si quis imperanti ipsi voluisse obfistere, non ausus esset. Mandata ejus omnia omnes peragebant, ducti virtutis reverentiâ, ac potentiae metu. Etenim ex suo septem educebat equitum millia: quorum nullus rejetaneus erat, at eorum quisque id ambebat, ut staret primus in acie, & fortissimos hostium provocaret. Romani Seniores, cùm à Gothis obfessi, quæ fierent in conflictibus bellicis, spectarent, demirantes dicebant, Theoderici potentiam everti domus unius vi. Itaque Belisarius, & auctoritate, & consilio, ut dictum est, pollens, quæ è re erant Imperatoris decernebat animo, & quæ proposuerat, suo semper arbitratu exequebatur.

Cæteri verò Duces, cùm inter se pares essent, & omnia ad privatam utilitatem referrent, Romanos jam expilare, & militum injuriis permittere coepérant. Ac nec sibi satis consulere sciebant, nec milites habebant dicto audentes. Quare ab illis sæpe peccatum est, resque omnis Romana brevi tempore pessum abxit,

abit : quod uti factum sit . hic narrabo . Ubi projectum Ravennam Belisarium , pelago pro-
vehi Ildibadus comperit , ad se omnes colle-
git Barbaros , ac Romanos milites , quibus re-
rum placebat novitas . Firmandæ dominationi
curam adhibebat maximam , & ad recuperan-
dum Gothis regnum Italæ studium omne con-
ferebat . Principio non amplius mille eum se-
quebantur , unamque admodum urbem Tici-
num habebant . Deinde quicunque in Ligu-
ria , & in agro erant Veneto , paulatim ad il-
lum se se applicuerunt . Byzantii Alexander
quidam erat Logotheta , quo Graeco vocabulo
eum Romani designant , qui rationibus publi-
cis præfectus est . Hic damni publico illati in-
simulare milites non cessabat : qua criminan-
di arte ex humili loco ad honorem gradus , at-
que ex egestate ad summas opes brevi perven-
nit . Ac si quis alius , is certè magnas paravit
Imperatori pecunias , effecitque unus omnium
maximè , ut ad paucos , & mendicos redacti
milites , nihil haberent animi ad subeunda
belli discrimina . Ipsum Byzantii cognomento
Forficulæ idcirco affecerunt , quod nummum
aureum tam dexterè circumcidet , ut eo ,
quantum vellet , curtato , orbem vel sic ser-
varet , quo erat antea circumscriptus . Forficu-
lam enim vocant instrumentum illud , quo quis
id efficit . Alexandrum hunc Imperator , po-
stequam revocavit Beisarium , in Italiam mi-
sit . Is verò Ravennam delatus , rationes falsas
instituit . Nam ab Italìs , qui nec pecuniam
regiam contigerant , neque ullam æario nava-
rant operam , rationes reposcit , admissi in
Theodericum , aliosque Gothorum Reges pe-
culatus accersens , & cogens persolvere quid-
quid per fraudem , ut ipse dicebat , illis sup-
pilatum , in rem suam convertissent . Vulnera
militum , adiraque pericula non aliter pensa-
bat , quam cum ipsis , sua falsis expectatione ,
stipendiiorum calculos ponendo sordide . Itaque
à Justiniano Aug. Italorum animos alienavit .
Nec jam militum quisquam belli aleam subire
volebar , sed hostium res plurimùm promove-
bant ignaviā voluntariā . Quocirca Duces nihil
movebant , excepto Vitalio , qui cbm in agro
Veneto . præter alias copias , multos secum
haberet Erulos , ausus est cuni Ildibado pugna-
re , veritus ne is postmodum quod & contigit ,
magnas adeptus vires , non posset amplius re-
primi . Acerrimo ad urbem Tarvisium factò præ-
lio . Vitalius insigniter vinctus a fugit , servatis
suorum paucis , pluribus amissis ibi . In hoc
certamine luculenta fuit Erulorum clades , qua
involutus est ipsorum Princeps Visandus . Theu-
dimundus , Mauricii , qui Mundum patrem ha-
buit , filius , adhuc adolescentulus , in extre-
mum discriminem venit : elapsus tamen est cum
Vitalio . Ea victoriā nomen Ildibadi Impera-
tori , atque omnibus longè , ac latè notuit .

Deinde in Ildibadi offensionem Urajas ex hoc
incurrit . Erat Urajæ conjux inter hos Barba-
ros cùm divitiis , tum corporis formâ omnium
facile princeps . Aliquando ad balneum proce-
dit , mundo ornata splendidissimo , & ingenti
famulantum agmine stipata . Ibi uxorem Ildi-
badi conspicata , vilibus indutam vestibus , non
demissè , ut regiam conjugem , salutavit ; at
superbius despectam affectit contumeliā . Et
verò res domi angusta adhuc erat Ildibado ; ut
pote cui opes regiæ non obtigerant . Indigni-
tatem injuriæ , non ferens uxor Ildibadi , dolore
exarsit : mox virum adit lacrymans , rogatque
ut sibi ab Urajæ conjugè indignissimis modis

A habitæ ultor adsit . Quare Ildibadus Urajam
primo apud Barbaros criminatus transfigum
ad hostes parare , paulo post dolo occidit . Hinc
Gothorum collegit odium , egrè ferentium ,
tam inconsideratè è medio sublatum Urajam .
Jamque inter se multi coitione facta admisum
scelus exprobabant Ildibado : nemo tamen
cædis hujus poenas ab ipso petere volebat .
Erat in eorum numero Vilas natione Gepæs ,
Protectoribus Regis adscriptus , & sponsus fœ-
minæ , cuius amore deperibat . Illo adversus
hostes profecto , ut in eos cum aliis nonnullis
incursionem aliquam ficeret , sponsam Ildiba-
dus cum alio quodam Barbaro , sive per im-
prudentiam , sive alia ex causa , matrimonio
junctit . Reversus è castris Vilas , ubi hæc au-
dit , ut erat natura fervidus , factum indignum
minime tulit : sed statim cum animo constituit
Ildibadum interimere , rem se facturum ratus
Gothis universis gratissimam . Cogitatum fa-
cinus aggressus est die quodam , quo apparebat
Ildibado cum Gothorum Proceribus epulanti .
Etenim prandenti Regi , cùm alii multi astare
solent , tum Protec̄tores . Ergo ille manu da-
pibus admota , toro pronus incumbebat ; cùm
Vilas repente gladio cervicem ejus percussit ;
ita ut cibum tenentibus adhuc digitis , demes-
sum , lapsumque in mensam caput , omnes , qui
aderant , magno stupore defixerit . Sic demum
Ildibadus Urajæ necem luit , hyemisque exitus
annum sextum clausit istius belli , quod Proco-
pius stylo prosecutus est .

C A P U T II.

Rugi , gens Gothica , Eraricun Regem creant .

Cæteri Goti Totilam ad regnum invi-
tant . Eraricus , dum ter Legatos
cum Justiniano agit occiditur .

Totilas regnum capessit .

Quidam erat in Gothorum exercitu Erari-
cus , natione Rugus , inter hos Barbaros
præpotens . Rugi autem , gens Gothica ,
suis olim vivebant legibus . Aggregati verò
cum nonnullis aliis populis ad Theodericum
ipsius regni primordio , in unum corpus coa-
luerunt , atque ex eo rem bellicam in com-
mune semper tractarunt . Vitatis tamen mulie-
rum alienarum connubiis , nationis suæ nomen
pura sobolis successione apud se conservarunt .
Ildibadi nece turbatis rebus , Eraricun hunc
Rugi declararunt subito Regem . Quod adeò
non Gothis placuit , ut pleroque conjecterit in
moerorem gravissimum ; quasi jam nihil restar-
ret spei , oblatæ antea ab Ildibado , qui Go-
thos indominatum , regnumque Italæ restituere
poterat . Porro Eraricus nihil egit memoriā di-
gnum : & cùm in regno menses vixisset quinque ,
sic mortem obiit . Totilas quidam erat ,
Ildibadi ex fratre nepos , quem eximia pru-
dentia , & navitas singularis , Gothis commen-
dabant plurimū . Hic tunc temporis Gothis ,
qui erant Tarvisii , Præfector , auditæ , de qua
diximus , Ildibadi cæde , Ravennam ad Con-
stantianum misit , qui incolumitatis fidem sibi
peterent , pollicenti se , & Gothos , quibus
præcesset , in Romanorum jus , ac potestatem
cum urbe Tarvisio concessuros . Constantianus ,
his libenter auditis , postulata omnia Totila
rata habuit interposito jurejurando . Constitue-
runt inter se diem , qua Totilas , & Goti ,
qui Tarvisium præsidio tenebant , quendam ex
amicis Constantiani in urbem acciperent , &
cum ea se ipsi dederent .

Jam

Jam verò Gothis grave erat Imperium Erarici, quem bello cum Romanis gerendo videbant imparem, ac plurimi conviciis ejus os verberabant, quod magnis ipsorum cæptis obstatisset, ab Ildibadi obitu. Denique de communis sententia Tarvisium mittunt, qui Totilam ad regnum invitent. Jam enim Regis Ildibadi desiderio flagrantes, in consanguineum ipsius Totilam victoriae spem convertebant, ac fore sperabant, ut illi idem animus esset. At ille pactione, quam cum Romanis fecerat, sine ullis ambagibus patefacta iis, qui ad se venerant, promisit, si Goths Eraricum occiderent citram diem cum Romanis condicatum, se ipsis assensum, facturumque omnia utivellent. Quæ cùm Barbari audiissent, Erarico perniciem machinari cœperunt. Dum hæc in Gothorum castris aguntur, interea Romanæ copiæ, hostium negotio securum otium nocte, nec coibant, nec inibant consilium patrandi quidquam in Barbaros. Eraricus verò, convocatis Gothis omnibus, ad eos retulit de mittendis ad Justinianum Aug. Oratoribus, qui pacem eadem conditione peterent, qua antea Vitigi concedere voluisse: nimurum ut Goths, retenta Transpadana regione, reliquā Italiam cederent. Postquam assensi sunt Goths, Caballarium ille, aliosque nonnullos ex intimis delectos, Legatos misit, in speciem quidem de iis, quæ proximè dixi, cum Imperatore actuoros, clam autem jussos hoc unum cum eo transfigere, ut ipse multâ donatus pecuniâ, & adscriptus Patriciis, Italiam omnem traderet, regnique insignia abdicaret. Quæ quidem Legati, ubi fuere Byzantii, confecerunt: at hoc interim spatio Eraricum ex insidiis Goths perimunt; eoque mortuo, Totilas ex compacto regnum obtinet.

C A P U T III.

Cœunt in consilium Romani Duces, à Justiniano reprehensi. Veronam accedunt Constantianus, & Alexander. Urbs capitul proditione; max amittitur, Duum culpâ.

P Osteaquam quid Erarico accidisset, Regem que à Gothis creatum Totilam resciit Justinianus Aug. exercitus Duces, qui in illis erant partibus, incusare ignaviæ, & urgere non destitit. Quare Joannes, ex sorore nepos Vitaliani, Bessas, Vitalius, cæterique omnes, in singulis urbibus relicitis præsiis, convenerunt Ravennam, ubi Constantianus, & Alexander, cuius mentionem supra feci, morabantur Coacto consilio, satius visum est, ante omnia Veronam, agri Veneti urbem, infesto exercitu petere, eaque captâ cum ipsis præsidio Gothicō, Totilam ac Ticinenses invadere. Exercitus hic XII. constabat millibus, sub Ducibus XI. quorum primi erant Constantianus, & Alexander, qui ad Urbem Veronam rectâ contenderunt. Ubi proprius ventum est, castra stadiis LX. procul metati sunt in ejus planicie: circumjacent enim equitables campi, qui ad urbem usque Mantuanam patent, diei iter Veronâ dissitam. Vir erat inter Venetos nobilis, Marcianus nomine, qui cùm castellum incoleret Veronæ vicinum, effetque Imperatoris studiosissimus, id sedulò agebat, ut in potestatem exercitus Romani veniret urbs. Et verò custodum quendam à puerro noverat: ad quem suorum nonnullos familiarium misit, inducturos pecuniâ, ut Imperatoris copias in urbem admitteret. Id cùm portæ custos facturum se recepisset, Marcianus eos-

A dem, qui rem cum illo transegerant, ad exercitus Romani Duces destinavit, ut pactione enunciata, cum ipsis urbem intrarent noctu. Visum est Ducibus expedire, cum paucis præmitti aliquem è suo numero, ut si portam panderer custos, eam occuparent, & in urbem exercitum tutò acciperent. Nemo periculum adire voluit, præter Artabazem, natione Armenium, virum bello præstantem, qui sponte se auso obtulit. Erat hic Persarum Dux, quos Belisarius nuper Byzantium cum Blischane ex regno Persarum miserat, castello capto Sisauranensi. Tunc autem viris centum ex omni delectis exercitu, intempesta nocte ad muros accessit. Porta à custode, uti convenerat, aperta, quidam haud ingressi exercitum evocant: ceteri murum ascendunt, & positos ibi vigiles, incertos opprimunt, ac trucidant. Aliâ portâ Gothi omnes, cognito infortunio, evadunt. Surgit pro mœnibus collis admodum celso vertice: unde quidquid in urbe fit deprehendere, & eorum, qui sunt intus, inire numerum, longè etiam, ac latè campi æquor prospicere licet. Cùm eò Gothi fugâ evasissent, continuerunt se totam noctem. Romanus verò exercitus quadragesimo ab urbe stadio constitit, ortâ inter Duces de urbis opibus dividendis lite distentus. Dum sic de præda altercantur, lucescit, & clara jam die Gothi ex cacumine, quod insederant, numero hostium in urbe agentium planè cognito, quanto etiam spatio reliquæ copiæ Veronâ abessent, conspicati, cursu in urbem se inferunt eadem porta, qua prius exceperant: neque enim illam occupare potuerant, qui erant noctu ingressi. Tum uno Romani animo se ad murorum pinnas recipiunt: ubi cum magna Barbarorum multitudine collatis manibus, omnes, in primis Artabazes, mira edentes facinora, impetum fortissimè sustinebant. Jam Romanî Duces, composita inter se lite de præda Veronensi, cum ceteris copiis pergebant ad urbem: cuius portas cùm offendissent clausas, & hostem validissimè repugnantem, illicet retrocesserunt, quamvis socios viderent in urbe confligentes, obsecrantesque ne se defererent, at tantisper subsisterent, dum reciperent se ad ipsos. Quamobrem qui erant cum Artabaze, numero hostium obruti, ac suorum desperantes auxilium, cuncti saltu de muro foras præcipites dedere sese. Qui in planum ceciderunt, ad Romanum exercitum properarunt incolumes: ex quibus fuit Artabazes. Qui verò in salebras prolapsi sunt, ibidem omnes interierunt. Romanum Artabazes assetus exercitum, unâ perrexit, omnes probris passim increpando. Eridano transito, pervenere Faventiam, quæ urbs provinciæ est Æmilia, & Ravennâ stadiis CXX. distat.

C A P U T IV.

Artabaris ad Romanos, Totile ad Gothos oratio. Artabaris cum Viliari inter geminas acies singulare certamen, utrique infaustum. Romanorum clades, ac fuga turpissima.

D E his, quæ Veronæ contigerant, certior factus Totilas, Gothorum, qui in illa urbe erant, magnam partem accerit, atque ubi affuere, copias omnes, ad quina millia collectas, in hostem duxit. Quod cùm accepissent exercitus Romani Duces, re præsenti in deliberationem vocata, Artabazes sententiam ita pro-

protulit. Nemo vestrum, ò Duces, spernendos hostes putet, tanquam nobis inferiores numero; neque ideo, quia cum gente à Belisario domita certamen est, remiso hos animo petat. Multi opinione falsa spem ipsi suam fefellerunt; nec defuere, qui præpostero aliorum contemptu potentiam, quam adepti erant, everterint. Accedit in primis, quod cum viris res nobis est, quos pristina infelicitas ad successus invitat prosperos, summam pariente audaciam desperata fortuna. Atque hæc ego jam vobis dico, non suspicione coeca inductus, sed in recenti conflietu probè expertus eorum animum. Nec quisquam existimet malè me illorum vires mirari, qui me paucis succintum vicerint. Virorum enim virtus, sive plures numero sint, sive pauiores, sat illis pater, quibuscum pugnant. Itaque satius fore censeo, positis ad fluvii trajectum custodibus, Barbaros, ubi dimidia pars ipsorum transierit, aggredi, quām omnes jam in unum coactos. Nec parum decora videatur cuiquam victoria ejuscemodi. Quod enim pulcrum, vel turpe dicitur inceptum aliquod, id ab ipsis exitu petitur, & victores laudari solent, non disquirendo quo parta modo Victoria fuerit. Ea quidem Artabazes fusat: at in contrarias sententias distracti Duces, nihil, quod è re esset, egerunt, ibique resides trivere tempus.

Jam verò Gothorum exercitus appropinquarebat: cūque ad trajectum fluminis ventum est, Totilas advocata concione, hac oratione, suos accedit. In aliis quidem præliis, necessarii mei, proposita exercitibus plerumque Martis æqua conditio ad dimicandum impellit animos. Nos verò nequaquam pari cum hostibus conditione, at longè diversa, hoc certamen invadimus. Hi certè, si fortè victi fuerint, brevi pugnam reparare poterunt, cū passim militum vim magnam reliquerint in Italæ munitionibus, & facilè appareat alias copias Byzaatio propediem subsidio venturas. Nobis autem si clades incidat, funditus & spem, & nomen Gothicum tollet. Ecce enim ad quina millia ex ducentis millibus redacti sumus. Addo aliud, quod in memoriam reducre non alienum esse judico. Quando in Imperatorem arma cum Ildibado tollere decrevisti, non amplius mille eratis convictu juncti, omnisque vestra ditio unius urbis Ticini ambitu cludebatur. Sed vobis victoriam adeptis acie, exercitus, & ditio creverunt. Itaque si rem fortiter jam etiam vultis gerere, spero, nec temerè, fore ut procedente bello, omnino hostem debellemus. Victores enim in dies numero augentur, ac viribus. Alacri igitur quisque animo, totisque viribus invadat hostes, probè memor haud posse fieri, ut bellum redintegremus, si semel hoc nobis prælium malè cesserit. Porrò convenit conferre manum spe fretos optinia, quam ipsa hostium improbitas vobis offert. Nam ita cum subditis egerunt, ut Italos, Gothos prodere malè aulis, nullam amplius pœnam irrogare necesse sit: adeò illis, ut summatis dicam, genus omne calamitatis per eos inventum est, quos amicè suscepserant. Quid verò expugnaru facilius illo hoste, cui Deus, offensus minimè favet? Spem etiam secundi prælii facere nobis debet incussus illis à nobis terror. Neque enim alios jam aggredimur, nisi illos ipsos, qui nuper temerè relicto, quod occupaverant, Veronæ gremio, nemine omnium persequente, turpiter fugerunt.

Ita suos hortatus Totilas, trecentis injunxit,

Tom. I.

A ut illinc stadiis procul XX. transito flumine, ponè castra subirent hostium, & ubi ventum ad manus esset, à tergo illos telis pro virili parte impeterent, ut perturbatio omnem promendæ virtutis cogitationem auferret. Ipse illico cum reliquis copiis trajecto amne, ad hostes rectâ contendit. E vestigio Romani obviam eunt: jamque in conspectu proximo utrique steterant, cùm vir Gothus, Viliaris nomine, mole corporis valens, visu terribilis, impiger, ac bellicosus, admisso equo processit ante aciem, medoque in campo constitit, lorica munitus, & galæ, atque è Romanis omnibus unum aliquem, quicunque vellet, in certamen poposcit. Huic unus obtulit se se Artabazes, cæteris gravi metu defixis. Ergo equis concurrunt adversis ambo: hisque admotis proximè, hastas contorquent. Promptior Artabazes dexterum Viliaris latus confudit. Barbarus, lethali accepto vulnere, supinus in terram casurus erat, sed ipsis hasta, à tergo humi, fulta ad petram, eum sustinuit à lapu. Tum Artabazes magis, ac magis connitur, ut hastam in viri viscera adigeret, illum lethaliter nondum saucium ratus. Hic fortè accidit, ut cuspis hastæ Viliariis, quæ penè arrecta erat, loriam Artabazis contigerit, ac sensim progrediendo, per eandem ascenderit lubrica, donec ad collum Artabazis illapsa, cutem perstrinxit. Casu quodam insinuans se se altius ferrum, illius partis arteriam rupit, unde multo statim sanguine sine ullo doloris sensu defluente, ad Rom. ille aciem se equo retulit: Viliaris autem exanimis ibi concidit. Artabazes, cùm sistere non posset sanguinem, tertio post die efflavit animam, Romanorum spe penitus convulsa; quorum rebus haud parum nocuit, in eo certamine factus ad pugnandum inutilis. Nam illo extræ teli jactum curante vulnus, coortæ sunt in prælium acies: quo fervente, trecenti Barbari, ponè Romanum exercitum progressi, repente apparuerunt. Conspicati illos Romani, ac sibi rem esse rati cum majoribus copiis, exhorruerunt metu, ac fugæ statim pro sua quisque parte se commendarunt. Fœde fugientium stragem fecere Barbari; multos cepere vivos, & in custodiam tradiderunt, signisque omnibus potiti sunt, quod certè nunquam Romanis acciderat. Ducum quisque, ut potuit, proripuit se sà cum paucis: tum urbibus, quibus se commiserant servandis dederunt operam.

C A P U T V.

Gothi Florentiam obsident. Romanorum adventus cognito, obsidionem solvunt. Pugnâ initâ, rumore falso Romani confundantur in fugam.

E **H**aud multo post, adversus Justinum, & urbem Florentiam Totilas exercitum misit, eique Duces præfecit Gothorum bellicosissimos, Bledam, Rodericum, atque Uliarin. Qui cùm pervenissent Florentiam, castris circum mœnia positis, obsidionem capessunt. Justinus eò turbatus, quod nullos commeatus sibi providisset, Ravennam mittit, qui promptum ab exercitus Romani Ducibus auxilium petat. Is qui profectus est, cùm hostes noctis beneficio latuisset, Ravennam attigit, & quo res loco essent renunciavit. Quapropter nullâ interpositâ morâ validus Romanorum exercitus Florentiam iter intendit, ducibus Bessa, Cypriano,

Q q

& Joanne, qui ex foro nepos erat Vitaliani. Id Goths simul ut ab exploratoribus accepere, soluta obſidione, recesserunt Mucellam usque; id loco nomen est, diei iter Florentia dicitur. Postquam Romanæ copiæ Justino se adjunxerunt, eorum, qui cum ipso erant, paucis ad urbis custodiam relictis, hostem petiere cuncteris. In via id optimum factu visum est, ut & numero Ducum unus in omni exercitu spectatissimus deligeretur; qui cum suis praeret, hostemque impetu improviso adoriretur, dum reliquæ copiæ lentius eò vaderent. Conjectis sortibus, expectabant fortunæ judicium, cum Joanni sors obtigit: at jam conventis stare Duces renuebant. Tum Joannini necesse fuit cum suis in hostes tendere. Barbari, Romanorum aduentu cognito, campum in quo castra locaverant, trepidè linquunt, & cursu in vicinum Collem, valde editum, tumultuose evadunt. Progressus illuc Joannes, cursu & ipse rapido hostem petens, rem aggreditur. Repugnantes viriliter Barbaris, alteros alteri trudebant acriter, & utrinque mulsi, mira patrantes facinora, cadebant. Dum verò Joannes turbatis, & cum magno clamore in agmen sibi adversum irruit, hostium quidam è Protectoribus ejus unum jaculo forte percussum sternit, ac repulsi inde Romani pedem referunt. Jam ceteræ in campo aderant Rom. copiæ, acieque instructa stabant. Ac si Joannis ceteras in fugam versas receperissent; cum ipsis facto in hostes impetu, viciissent prælio, atque omnes ferè cepissent. Sed casu quodam per Romanum exercitum dissipatus est falsus rumor, Joannem manu Protectoris cujusdam sui in eo conflictu interisse. Quod ubi ad Dicum aures pervenit, diutiis ibi nemo manere voluit: verum omnes inde se proripuerunt foedissimè: quippe soluta penitus acie, non manipulatim, at singuli seorsum, prout potuere, cepere fugam, in qua periere non pauci. Qui verò salvi elapsi sunt, nemine instantे, dies multos fugerunt. Deinde alias alii munitiones ingressi, ut cuique sors obtulit, nihil aliud obviis, nisi Joannis obitum nunciabant. Nec jam amplius communicabant inter se, neque illis animus erat sociare in hostem vires: sed muros quisque suos fovebat, seque ad obſidionem parabat, metuens ne à Barbaris peteretur. Totilas verò captivos prolixi animi significatione ita sibi devinxit, ut plerique postmodum in Romanos ei sponte militaverint. Exacta hyeme, annus finitur septimus hujus belli, quod Procopius monumentis mandavit.

C A P U T VI.

Totilas castella, urbes, ac provincias multas recipit. Neapolin obſidet. Justinianus in Italiam Maximunum Praefectum Prætorio cum classe, & Demetrium mittit. Demetrius Neapolitanis auxilium parat. Demetrius alter, dum illum Neapolin ducit, fugata à Gothis classe, lingua intemperantiam luit.

DEin Totilas Cæsenam, ac Petram castella cepit. Aliquantò post in Tusciā se se contulit, ac tentaris regionis illius oppidis, cum ei permittere se nemo vellet. trajecto flumine Tiberi, Romæ finibus abstinuit, & in Campaniam, ac Samnium répentè ingressus, Beneventum, urbem validam, nullo ne-

A góto in potestatē suam redigir, ejusque muros æquavit solo; ne adiectæ Byzantio copiæ, factis ē munito loco eruptionibus, Gothos infestarent. Deinde Neapolitanos, ipsum, multa licet blandissimè pollicentem, recusantes in urbem accipere à Conone Romanorum. & Naurorum mille præsidio defensam, obſidere constituit. Atque ipse quidem hand procul moenibus castrametatus cum majori parte exercitus mansit: missa verò altera ad Cumatum castellum, & ceteras munitiones, nis potitus est, magnamque inde pecunia vīm collegit. Senatorum conjuges ibi natus, nullæ affecti coniunctiæ, immo verò humanissimè dimisæ liberas. Quo facto magnari prudentia, & benignitatis fatam apud Romanos omnes est consecutus. Cum autem nusquam hostes occurrerent, exigua agmina identiter circumveniendo, res egit momenti maximi. Brutios, Licanos, Apulos, Calabrosque in dirionem suam subiunxit: vectigalia exegit publica, & pecuniarios proventus à locorum dominis in rem suam avertit, ceteraque constituit tanquam Italæ dominus. Ea de causa, cum stipendia confusa statis temporibus non procederent Romanis copiis, multam his pecuniam Imperator debebat. Hinc etiam graviter dolebant Itali quippe qui & fortunis exurbari fuis, & in periculum maximum relapsi essent. Milites magis quam antea refractarios exhibebant se Ducibus, & in urbibus libenter manebant. Ravennam tenebat Constantianus, Romanus Joannes, Spoletium Efsas, Justinus Florentiam, Cyprianus Perusiam, & aliorum quicque eam urbem, cui jam initio, cum fugeret, se commiserat.

Quæ ubi Imperator cognovit, ea calamitatis loco dicens, continuò Praefectum Prætorio halie Maximum creavit; ut & Ducibus in bello præfasset, & militibus præberet annonas, protinus posceret. Cum eo classem missit Thracum, & Armeniorum copiis plenam. Thracum dux erat Herodianus; Armeniorum Phazas, natione Iber, & Peranii ex foro nepos: unaviehebatur modica Humorum manus. Ergo Maximinus, postquam Byzantio cum universa Græciæ classe solvisset, in Epirum appulit, ibique sine ulla causa confedit, tempus intolleranter terens. Nam rei bellicæ planè rudit, & ea re méticulosus maximè erat, atque cunctator. Magistrum quoque militum postea Imperator misit Demetrium, qui antea Belisarium in expeditionem secutus fuerat, cohortem penditum dicens. Hic Demetrius, cum in Siciam applicuisset, & Cononem, ac Neapolitanos arctissima obſidione, summaque cibariorum penuria premi audisset; confessim quidem suppetias afferre voluit: quoniam verò paucis, neque ullo ferè habendis numero copiis stipatus, efficere id minimè poterat, istud excogitavit. Contracto ex omni Sicilia magno navium numero, cum illis, frumento, ceteraque annona onustis, navigavit, speciem hostibus prebens impositi in eas militis plurimi. Neque ab hostium sensu aberravit. Ingentem enim exercitum contra se tendere ex eo conjiciebant, quod classem maximam è Sicilia profectam audiverant. Ac si ipso statim initio Neapolin recta venisset Demetrius, hostes, mea quidem sententiæ, perculisset, atque urbem servasset, nemine repugnante. Jam verò territus periculo, Neapolin appellere noluit: sed navibus ad Romæ portus applicitis, multum operæ in coendis inde militibus posuit. Illi jam à Barbaris

ris victi, eosque adhuc reformidantes, recusarunt adversus Totilam, & Gothos vadere cum Demetrio. Unde huic necesse fuit cum iis tantum, quos Byzantio duxerat, ire Neapolin. Alter erat Demetrius, genere Cephalenus, olim nauta, rei maritimæ, & discriminum, quæ in ea occurrunt, valde expertus, atque intelligens. Qua peritia adeò clarus evasit, quando in Africam, atque Italiam navigavit cum Belisario, ut ipsum Neapolis Procuratorem Imperator creaverit. Urbe autem obsideri cœpta à Barbaris, multas in Totilam contumelias petulantius jecit, ac nimium effreni linguae permittere in tali discrimine visus est. Progressiente, & obsessis instantे gravius calamitate, de Cononis sententia consenso clam lembo, ausus est Magistrum militiæ Demetrium adire solus. Præter opinionem elapsus incolmis, cum Demetrio sermonem contulit, animo ipsum jussit esse optimo, per pulitque ut cogitata perficeret. Totilas verò planè edoctus cujusmodi hæc classis esset, complures dromones celerrimos in expedito habuit. Simul hostes ad litus illud haud procul Neapolii appulere, de improviso invectus, omnes terrore percudit, vertitque in fugam. Cæsis multis, vivi in ejus manus venere plurimi. Evaserunt, qui ipso statim initio insiluerunt in lembos navium, quo in numero fuit Demetrius Magister militum. Naves cunctas cepere Barbari, earumque onera, ac viros, inter quos Demetrium Neapolis Procuratorem nacti, lingua, ambabusque manibus ei præcisus, ita mutilato, vitam, & abeundi, quocunque vellet, facultatem dede- runt. Has demum lingue intemperantis poenas Demetrius Totilæ perfolvit.

C A P U T VII.

Maximinus cunctatio. Romana classis tempestate jackata, à Gothis male accipitur. Totilas Demetrium captum suadere jubet Neapolitanis, ut se se dedant. Eosdem ipse ad deditonem hortatur, ac tandem potitur urbe.

Postea Maximinus cum omni classe applicuit in Siciliam, ac Siracusas pervectus, animo belli formidine occupato, ibi consedit. Qua de re certiores facti Romani Duces, ipsum per nuncios, ut venire auxilio maturaret, enixè rogant: in primis Conon ex urbe Neapolii instat, à Barbaris obsidione pressus arctissima. Et verò obsessos cibaria jam omnino defecerant. At ille dum ita trepidat, opportunum tempus omne elabi passus, tandem, cùm & minas Imperatoris timeret, nec ferre posset aliorum convicia, ipse quidem nihilo ibi minus restitut: omnes verò copias cum Herodiano, Demetrio, & Phaza Neapolim misit, ingraevante jam hyeme. Neapolii Romana classis approquinquaverat, cùm ventus vehemens insurrexit, tempestatemque excitavit gravissimam. Certè Phazas prorsus cedebat; nec nautæ remos adducere, aliudve quidpiam agere, procellæ victi, nec præ fluctuum immani fremitu exaudire se invicem poterant; sed apertè regnabat confusio, & venti vis imperabat, quæ invitox ad litus impulit, ubi hostes castra posuerant. Quare Barbari in Romanorum naves ad arbitrium suggressi, nemine prohibente, mactabant, mergebantque fluctibus, quos volebant. Multos cepere vivos, atque in his Demetrium Magistrum militum. Herodiano, Phazam,

Tom. I.

A zæque evadere cum paucis licuit: quoniam iporum naves haud ita prope ad hostium castra accesserant. Hæc Romanæ classis fortuna fuit. Totilas autem Demetrii collo resti injecta, illum traxit ad Neapolis muros, jussitque obcessos hortari, ne se ipsi perderent, spæfreti insana; sed urbe Gothis quamprimum dedita, magnis ærumnis se expedirent: cùm nihil amplius auxilii mittere posset Imperator, & vires suas omnes, spemque in ea sitam classem ipsi amisissent. Hæc Demetrius ex Totilæ præscripto dixit. Obsessi jam fame, penuriaque pressi extrema, ubi infelicem Demetrii causam oculis, & orationem auribus acceperunt, spe omni deposita, lamentis se dediderunt, ignari quò se verterent. Erat urbs tumultu ingenti, ac luetu plena.

Post Totilas quoque, ipsis ad murorum pinnas convocatis, sic verba fecit. Jam vos, Neapolitani, non eo obsidere aggressi sumus, quo de vobis queramur aliquid: sed potius ut à vobis inimicissimæ dominationis depulso jugo, unicuique vestrum liberè, ac plenè persolvere possimus grates pro illo studio, quo acerbissimam hostium importunitatem nostrâ causâ bello hoc pertulisti. Nam inter Italos omnes vos soli in Gothorum gentem benevolentiam singularem exhibuistis, & in jus, potestatemque hostium venistis maximè inviti. Itaque jam coacti cum illis vos obsidere, fidem vestram, ut par est, reveremur; sic prorsus, ut hæc obsidio Neapolitanorum perniciem nemine spectet. Quare si vobis gravia sunt obsidionis incommoda, ne Gothis succensendum putetis. Etenim qui amicis benignè facere student, si efficere nequeunt, ut gratia nihil ingrati habeat, non sunt digni reprehensione. Neque animos vestros timor hostium subeat, nec vobis præterita persuadeant illos ex nobis relatu-ros victoriā. Mirabiles enim eventus vitæ, quos inopinata fors attulit, dies ipsa retro sublapsos referre solet. Porrò hanc vobis compositionem offerimus; ut Cononi, cunctisque milibus per nos liceat recipere se incolumes quocunque volent, si modò dedita nobis urbe, quamprimum excedant. Nec nos quidquam tenet, quominus hæc illis, & salutem Neapolitanis, jurejurando adhibito, polliceamur. Orationem hanc Totilæ cùm Neapolitani, tum Conon, militesque omnes probarunt, urgente illos plurimū famis necessitate. Fidei tamen Imperatori præstandæ studio ducti, & venturum subsidium adhuc expectantes, spopondierunt, urbem se tradituros intra dies XXX. Tum Totilas ut spem ipsis omnem eriperet, tres menses implendæ conventioni præstituit, confirmavitque se ante spatii illius exitum nullam in muros facturum impressionem, nihilque machinaturum. Ita quidem convénit. Verrum obcessi, summâ victus inopiâ coacti dictam diem non expectare, paulo post in urbem Totilam, ac Barbaros acceperunt. Simul hyems, simul annus VIII. hujus belli à Procopio scripti decessit.

C

D

E

C A P U T VIII.

Totile singularis erga viatos benignitas. Neapolis muros diruit. Unum è Prætorianis suis, qui virginis stuprum intulerat, morte afficit, habita ea de re oratione gravissima.

Neapoli potitus Totilas, eam captis præstítit humanitatem, quæ nec in hostem, nec in Barbarum cadat. Cum enim Romanos cœpisset sic affectos inedia, ut jam corporibus vires abscessissent, veritus ne repente ingesto, ut fit, ad satietatem cibo præfocarentur, hoc consilium init. Custodiis ad portum, & portas dispositis, edixit ne quis exiret. Ac cibos ipse provida parsimonia infra appetentia modum præbebat omnibus, aliquid quotidie sic adjiciens, ut accessio sensum suffugere videretur. Ita demum confirmatis eorum viribus, portas pandit, & cuique eundi, quod libitum esset, copiam fecit. Cononi, ejusque militibus, quibus manere ibi non placuit, in naves impositis, cursum liberum dedit. Illi redire Byzantium pudore prohibiti; sine mora navigare Romam volebant. Cum autem inde solvere adversus ventus non sineret, angebantur metu, ne victoria Totilam ad spernendam promissi fidem adduceret, & ab ipso pessime haberentur. Id perfidentis Totilas, omnes ad se convocatos solari cœpit, & fide verbis gravioribus confirmata, bono jam esse animo jussit, & cum Gothorum exercitu sine ullo metu versari: emere cibaria, ac si quid præterea opus haberent, ab ipsis, tanquam ab amicis accipere. Multo tempore elapsò, & vento tamen adhuc reflante, equos illis, ac jumenta præbet, largitur viaticum, & profactionem expedit Romanum versus, additis è Gothorum flore nonnullis, qui ipsos deducant. Ipse quoque discessit, postquam Neapolis muros aquavit solo: ne Romani recepta urbe, negotium Gothis facecerent, ex tuto impetum facientes. Siquidem aperto Marte cum illis in campo decernere malebat, quæ technis, fallaciisque certare. Maximam murorum partem demolitus, quod supererat, intactum reliquit.

Sub idem tempus, Romanus quidam, genere Calaber, ipsum adiit, & à quodam ex ejus Prætorianis stuprum filiæ suæ virginis, renitenti, illatum questus est. Hominem flagitium non diffidentem in carcerem inclusit Totilas, id sedulò agens, ut is culpam lueret. Cujus capiti metuentes Barbarorum spectatissimi (vir enim erat impiger, ac bellicosus) statim facto agmine Totilam conveniunt, & reo precantur veniam. Eorum ille oratione benignè, & sine ulla perturbatione audita, hæc retulit. In hanc orationem ingredior, Commilitones, non importenti sævitiae motu, neque eo, quo me popularium meorum calamitas oblectet, sed quia maximè timeo, ne quid sinistri Gothis contingat. Evidem scio à plerisque inverti rerum nomina, & in contrarium omnino accipi. Quæ enim est honestarum rerum corruptrix omnium, ac perturbatrix licentia, eam appellare solent humanitatem: eum autem, qui legum auctoritatem optimè tueri velit, difficilem, ac summè morosum vocant; ut his nominibus, quasi velis quibusdam obtentis intemperantiae, liberiùs peccare possint. & improbitatem ostendere. Vos autem hortor, ne unius culpam jacturâ salutis vestræ

A redimatis, & cùm sitis insontes, fatis participes hujus piaculi. Res enim pares esse judico, deliquisse, & quo minus plectantur santes impedire. Itaque de re præsenti judicium ita feratis velim, ut attendatis datam vobis optionem utrum malitis, vel hunc eximere sceleris poenâ, vel Gothicam nationem servare, & belli victoriā adipisci. Enim verò considerate, nos belli hujus initio militibus laude, & rei militaris periti inclytis abundasse, pecunias habuisse, ut verbo dicam uno, innumerabiles, equorum, armorumque ingentem vim, & omnes Italæ munitiones, quæ quidem adminicula bellum capessentibus non omnino levia videntur esse. Principe tamen Theodato, viro, apud quem plus auri quam æqui amor valebat, iniqua vivendi ratione infensum nobis Deum reddidimus: neque ignoratis à quibus, & quot numero viris subacti in quantam devenerimus calamitatem. Jam verò Deus, nostra fatis ultus delicta, nobis iterum vitæ cursum ex sententia componit, utque uno omnia complectar verbo, spe melius res nostras promovet. Nostris autem majore quam pro viribus relatâ ex hoste victoriâ, causam, à qua fluxit, retinere præstat justitiae cultu; quam illam, violando testari, nos ipsis nostræ esse invidos, & osores felicitatis. Nequit enim, nequit profectò fieri, ut qui injuriam, ac vim infert, rem præclarè gerat in præliis: sed belli fortuna pro cujusque vita temperatur. Hac Totilas, quibus assensi Gothorum Proceres, abstinerunt ab eo deprecari Prætorianum, ipsisque arbitrio permiserunt. Nec multò post ille morte mulcetavit hominem, atque ejus fortunas omnes compresæ virginis adjudicavit.

C A P U T IX.

Ducum, ac militum Romanorum improbitas. Italorum calamitas. Totilæ ad Senatum Rom. epist. Sacerdotes Arriani Româ ejeci. Hydruntini castelli obsidio.

DUm ita se gerit Totilas, interea exercitus Romani Duces, ac milites subditorum fortunas diripiunt, seque incontinentiæ, & libidini penitus dedunt. Ac Duces quidem in munitionibus habebant apud se scorta, & commessabantur: milites verò, corroborati adversus ipsos contumaciâ, in omne insolentia genus prolabantur. Itali universi acerbissimè ab utroque vexabantur exercitu: hinc agris à Gothis, inde cuncta supellectili à Cæsarianis exuti. Præterea nulla de causa vapulabant, & inedia necabantur. Cùmque ab illis injurias hostium prohibere non possent milites; adeò non præsentem rerum statum erubescabant, ut sceleribus suis desiderium Barbarorum in eorum animis excitarent. Inter hæc inops consilii Constantianus Justiniano Aug. per literas aperte significat, bello pares Gothicō sibi vires deesse. Cæteri Duces, quasi publica consilii denunciatione, eadē epistolâ communiter professi sunt aversum à dimicatione animum. Eo loci erant res Italorum.

Totilas verò ad Senatum Rom. in hanc sententiam scripsit. Quicumque vel per imprudentiam, vel ex oblivione vicinos lœdunt, lœsos decet illis ignoscere: siquidem culpas causa ab ipsis partem maximam reprehensionis amolitur. At si quis solùm ex preparato injuriam facit, ei nullus relinquetur locus defendendi com-

commissa : quippe cum non modò factum, sed voluntas etiam in eo culpanda sit. Quæ cùm ita sint, videte jam quo pacto excusaturi sitis quæ admisistis in Gothos. Parum ne vobis cognita dicetis Theoderici, & Amalasunthæ beneficia? an temporis longinquitate, & obliuione deleta ex animis? Neutrū sanè verum. Neque enim eorum beneficentia in rebus quibusdam levibus, ac mediocribus patuit, idque prioribus saeculis; sed nuper, ac recenti memoria apud vos, Romani charissimi, in iis eluxit, quæ ad vitæ summam pertinent. Graecorum egregiam in subditos voluntatem, vel famam cognoscetis, vel usū ipso; at jam nostis quid Goths cum Italies egerint. Praeclarè Graecos, ut opinor, exceperitis hospitio; quales autem nocti sitis hospites, & amicos non ignoratis, si qua manet memoria rationum, quas Alexander instituit. Silentio milites prætermitto, ac militum Duces, quorum scilicet benignitas, & animi magnitudo cùm vos juvere plurimum, tum ipsos in hunc rerum statum adduxere. Hæc autem nemo vestrum existimet illis exprobrari juvenili ambitione, & me, tanquam Barbarorum Regem, arrogantiū loqui. Quid enim hanc nationem hominum profligavimus, non id virtuti adscribo nostræ: verum illos injuriarum, quibus vos affecerunt, dare pœnas affirmo. Proinde, an non perabsurdum videbitur, si dum ipsos persequitur vestrae ultor calamitatis Deus, eorum apud vos infidentiam libenter patiamini, nec malis velitis eximi, quæ illam consequuntur. Vobis igitur locum purgandi vos apud Gothos, & nobis causam aliquam date parcendi vobis. Dabitis autem, si non expectato belli exitu, dum vobis exigua, ac vana spes quedam superest, consilia referatis in melius, & quæ peccatis in nos, emendetis. Sententia hæc erat epistolæ, quam Totilas captivis quibusdam Romanam ad Senatum perferendam dedit. Quo ab ipsis præstito, prohibuit Joannes, ne quid Totilæ rescriberent, qui illam legerant. Quocirca Totilas, scriptis compluribus literis, insertisque gravissimis juramentis, disertè promisit, nihil malii Gothos Romano cuiquam irrogatus. Quinam eas literas Romani tulerint, haud possum dicere. Omnes enim nocte intempesta in celeberrimis urbis partibus affixa, in publicam notitiam venerunt. Mox Romani Duces suspectos sibi Arrianos Sacerdotes omnes urbe exterminarunt. His Totilas auditis, copiarum partem in Calabriam destinat, & castellum Hydruntinum tentare jubet. Dedere se recusante ejus præsidio, obsidionem iis, quos eò miserat, mandat, & cum majori parte exercitus Romam versus iter instituit. Ejusmodi serum nuncio in gravem animi æstum conjectus Imperator, Belisarius adversus Totilam mittere necesse habuit: quamvis Persæ negotii plurimum adhuc facerent. Abit hyems, unaque annus IX. hujus belli, quod literis Procopius tradidit.

C A P U T X.

In Italiam missus iterum Belisarius cum paucis admodum copiis, Hydruntum servat opera Valentini. Totilas Belisarii exercitum callide explorat. Tibur caput.

Ta Belisarius in Italiam profectus iterum, cùm perpaucos haberet milites (quippe

A suos ab exercitu, qui Medis erat oppositus, abjungere non potuerat) peragrata omni Thracia, volones juvenes profusa pecuniâ collegit. Aderat de Imperatoris sententia Vitalius, Magister militiae per Illyricum, non ita pridem ex Italia reversus, ubi Illyrios milites reliquerat. Ambo, coactis quatuor millibus, Salonas eo pervenere consilio, ut primùm Ravennam se conferrent, atque inde pro viribus bellum gererent. Nequibant enim Romanum agrum, ita contingere, ut hostem, quem & in Calabria, & in Campania habere castra audierant, vel laterent, vel vi disjicerent, imparibus instructi viribus. Interea qui Hydrunte obsidebantur, re cibaria defecti penitus, habito cum obsidentibus Barbaris colloquio, se illis castellum in ditionem tradituros receperant, & dies inter ipsos convenerat: quando Belisarius annonâ, quæ in annum sufficeret, in naves impositâ, cum ea Valentini Hydruntum navigare jussit, & veteri quamprimum amoto castelli præsidio, quod morbo, ac fame contabuisse acceperat, in ejus locum subjecere aliud ex illorum numero, quos advexit: cùm facilius, taciisque servaturi essent castellum integri, & à cibariis assatim parati. Valentinus cum ea classe, vento secundo usus, Hydruntum appulit quatriduo ante diem cum hoste dictam, ac portu, quem offendit incustoditum, potitus, nullo negotio in castellum intravit. Etenim Goths pacis confisi, nihilque adversi interventurum rati, remissâ jam obsidionis curâ, cessabant. Tum verò appulsam repente classem conspicati, soluta trépidè obsidione, procul ab urbe castra metati sunt, & quæ sibi contigissent, Totilæ planè significarunt. Eò quidem periculi Hydruntinum castellum venit: quidam verò ex Valentini militibus, in agros circumjectos excurrere soliti prædæ causâ, aliquando forte ad litus maris obviam factis hostibus congressi sunt, & cedente ipsis pessimè prælio, multi in mare fugâ se conjecere: ubi CLXX. amissis in castellum cæteri redierunt. Inde Valentinus veteres præsidiarios, quos semimortuos repererat, deduxit, aliisque integris, ex præcepto Belisarii, in eorum locum suffectis, & annonâ in annum instructis, cum reliquo exercitu Salonas repetiit. Hinc solvit cum universa classe Belisarius, & Polam applicuit: ubi aliquantum temporis posuit in componendo exercitu. Postquam Totilas illum ed venisse audiit, ut copias, quas secum is duxerat, exploratas haberet, hac arte usus est. Bonus, Joannis à fratre nepos, Genuensi præsidio præerat. Hujus nomen mutuatus, fictas ad Belisarium literas scripsit, quasi instaret Bonus, ut sibi in gravi periculo quamprimum adesset: tum viris delectis quinque maximè curiosis eas tradidit, injunxitque, ut Belisarii vires diligenter inspicerent, se à Boni missos simulantes. Hos Belisarius ad se introductos benignissimè, ut solebat, accepit, lectisque literis Bono renunciare jussit, brevi se affore cum omnibus copiis. Illi, cùm ex præscripto Totilæ cuncta explorassent, reversi in Gothorum castra, exercitum Belisarii tenuem esse, & contemnendum asseverarunt.

Eodem tempore Tibur oppidum. Isaurorum præsidio munitum, prædatione cepit Totilas: res ita contigit. Cum Isauris portarum custodes erant quidam ex incolis. Hi jurgio ab Isauris custodiā secum agitantibus distracti, temerè facta discessione, hostem, in proximo habentem castra, noctu acciverunt. Capto opido,

pido, ita coierunt Isauri, ut ferè omnes evaserint. Oppidanorum nemini parcentes Gothi, ad unum omnes cum ipsorum Antistite eo modo contrucidarunt, quem etsi compertum habeo, reticebo tamen, ne posteris monumentum inhumanitatis relinquam. In ea strage Catellus interiit, spectatus inter Italos vir. Occupato etiam à Gothis Tiberi, Romanis nulla amplius potestas fuit, ex Tuscia invehendorum eo fluvio commeatum. Etenim oppidum ad flumen situm, ac superius Roma stadiis CXIX. postmodum in urbem navigare volentibus infestum propugnaculum fuit.

C A P U T X I.

Ravenne Belisarius Gothos, ac milites Romanos alloquitur. Vitalius in Aemilia rem gerit: deseritur ab Illyriis. Obsessum à Totila Auximum auxilia accipit. Ricilas solidè audax occumbit. Egressi Auximo, quos subsidio miserat Belisarius, in Gothorum infidias decidunt. Pisaurum à Belisario munitum Totilas nequicquam tentat. Gothi Firmum, & Asculum ob-sident.

Tiburi quidem res ita se habuit: Ravennam verò delatus cum universa classe Belisarius, vocata concione, Gothos qui aderant, ac milites Romanos his ferè verbis allocutus est. Non hodie primùm contigit, ò Viri, ut res virtute partæ, vitio dilaberentur. Nam hæc jam inde olim rebus humanis altè insita imbecillitas fuit, & præclara multa virorum proborum acta evertit, delevitque scelestissimorum improbitas. Hinc nata est ruina rerum Imperatoris, qui pravè haec tenus facta corrigere adeò cupit, ut consilio domandi Persas posthabito, ad vos modò me destinaverit, ut reparem, sarciamque siquid à Præfectis non recte, vel in milites ipsius, vel in Gothos patratum est. Nihil omnino peccare, neque humanum est, neque intra rerum naturam positum: peccata autem emendare, Imperatorem maximè decet, nec parum illis convenit, quos ex animo dilit. Nec verò à molestiis solum vindicabimini, sed Imperatoris erga vos benevolentia testimonia, ac fructus continuò accendent: quo quid hominibus contingat magis dignum, cui omnis opum copia postponatur? Itaque cùm ad id vobis præstò sim, cujusque vestrum est viribus uti omnibus, ut inde capiatis utilitatem. Porro quisquis necessarios, vel amicos apud Tyrranum Totilam habet, eos revocet quamprimum, declarata Augusti voluntate. Sic enim & pacis, & Imperatoris magni larga benignitas se vobis offert, ut meus huc adventus ad bellum per se minimè spectet: nec sanè ultro hostilem unquam animum in subditos Augusti induam. At si nunc illi partim renuant potiora amplecti, partim etiam se nobis adversos offerant, ipsos hostiliter, invictissimi licet, habebimus. Ita quidem differuit Belisarius: nemo tamen hostium, nec Gothus, nec Romanus, ad ipsum descivit. Deinde Thorimutho Prætoriano, ac suorum quibusdam, cum Vitalio, Illyriisque militibus, in Aemiliam missis, mandauit, ut regionis illius loca tentarent. His Vitalius succinctus copiis, Bononiam accessit, & capto ditione vicino quodam castello, in urbe illa consedit. Interjecto haud magno spatio, quotquot sub ipso merebant Illyrii, repente,

A quamvis nullo nec facto, nec dicto violati, inde clam proripuerunt se se, & domum reversi, ab Imperatore veniam per Legatos petierunt; quandoquidem non alia de causa rediissent in patriam, nisi quia sibi, diurnam passis militiam in Italia fine ullo stipendio, multa ab æratio pecunia deberetur. Præterea Hunnorum exercitus, facta in Illyricum irruptione, eorum liberos, conjugesve in servitutem abduxerat. Cujus rei nuncius, ad victus inopiam, qua in Italia laborabant, accedens, illos migrare compulit. Quibus Imperator initio offensus, posse veniam dedit. Totilas Illyriorum discessu cognito, Bononiam copias misit, ut Vitalium, & eos, qui cum ipso erant, corriperent. Verum Vitalius, ac Thorimuthus, cum infidias venientibus instruxissent, cæsis non paucis, reliquos in fugam verterunt. Ibi Nazares, vir nobilis, Illyrius genere, & Illyrici comes, in hostes facinora omnium maximè miranda edidit: Thorimuthus autem Ravennam rediit ad Belisarium.

Tum Belisarius ex Protectorum suorum numero tres, Thorimuthum, Ricilam, & Sabinianum cum militibus mille ad urbem Auximum misit, Magno & Romanis ibi obsessis laturos opem. Illi, nihil Totila, nihil hostili exercitu advertente, Auximum de nocte ingressi, statuerunt fatigare hostem eruptionibus. Postridie, circiter meridiem, ut Barbarorum

C agmen subiisse proprius audierunt, se urbe ejecerunt, ituri obviam: prius tamen mittere placuit, qui perspicerent eorum vires, ne inexplicato ipsos invaderent. Protector Belisarii Ricilas, tunc temporis ebrius, haud passus cæteros speculatum ire, solus equo admisso properat. Tres Gothos præcipiti in loco noctus, primò quidem, ut vir erat animosissimus, equo inhibito, se ad resistendum composuit: ubi verò se undique circumfundi vidit, fugam cepit. Prolapso in salebris equo, exoritur ingens hostium clamor: in Ricilam omnes torquere jacula: conspicati id Romani auxilio cucurrere. Spiculorum multitudine obruto, confectoque Ricila, qui cum Thorimutho erant, avertunt in fugam

D hostes, mortuum tollunt, & in urbem Auximum reportant, mortem fortitudine indignam sua sortitum. Post, Sabinianus, ac Thorimuthus, collato cum Magno consilio, censuerunt haud in rem esse, ut ibi diutiū morarentur; propterea quod hostem æquo petere congressu non possent, & obsessorum annonam absumento, efficerent, ut in Gothorum potestatem urbs citius caderet. Constituto consilio, ipsi cum subsidiariis mille profectionem in proximam noctem pararunt. Confestim miles quidam, occulto ad hostium castra elapsus transfigio, rem indicavit. Totilas, delectu fortissimum habitu ad duo millia, sequenti nocte, stadiis XXX. procul Auximo, itinera infedit. nemine persentiente. Hi sub mediam noctem, ut hostes transeuntes viderunt, districtis ensibus eos adorti, ducentos interfecere. Sabinianum, ac Thorimuthum cum reliquis nox occuluit, illisque Ariminum evadendi copiam dedit. Penes Gothos fuere jumenta omnia, quibus militum famuli, arma, vestes, convehebantur.

Inter urbes Auximum, Ariminumque, ad sinus Ionii litus duo sita sunt oppida, Pisaurum, & Fanum: quorum domos Vitigis initio belli hujus incenderat, ac mediam ferè murorum partem everterat, ne Romani, his occupatis, negotium Gothis exhiberent. Eorum alterum, Pisaurum videlicet, Belisarius occupare

pate constituit: quod is locos pabulationis commodus videbarur. Ergo noctu. nonnullis ex eorum numero, quibus familiariter utebatur, proficiisci jussis, mensuram latitudinis, ac longitudinis cujusque portae clam ab ipsis initam probè tenuit, & fore fabricatus munitas ferro, scaphis misit, cum his ad Sabinianum, & Thoriatuthum mandatis, ut illis muro apertis properè soribus, tenerent se oppido, atque in tuto positi, murorum ruinas, omnes, quomodounque possent, restaurarent, injectis lapidibus, luto, & si quid esset aliud. Hac illi accurarant: quibus Totilas intellectis, cum multis copiis eò contendit, factoque periculo, ac multo ibi coassumpio tempore, cum expugnare non posset, re infecta ad castra pro Auxilio locata, redit. Nec jam Romanorum quisquam in hostes erumpebat, sed quisque continebas se intra muros. Duos quoque è Pectotribus suis Belisarius Romanum misit, Artasirem natione Persam, & Barbatonem Thracem, urbem cum Bessa, qui ibi erat, servaturos, & in hostem eruptiones facere venuit. Totilas, Gothorumque exercitus, haud ignari viribus impariem sibi esse Belisarium, loca infestare munitissima decreverunt. Quare in agro Piceno ad Firmum, & Asculum castrametati, utrumque circumfedere. Annus cum hyeme finitur decimus hujus belli, cuius historiam Procopius texit.

C A P U T XII.

Auxilia Belisarius ab Imperatore per literas petit. Joannes Germani filium uxorem dicit. Totilas Firmum, Asculum, Spoletium, & Assum capi: fructu Porusiam tentat.

Cum adesse obcessis Belisarius non posset, Joannem Vitaliani nepotem Byzantium misit, gravissimo jurejurando obstrictum, fore ut redire satageret, simul ac rogasset Imperatorem, ut numerosum exercitum, magnam pecuniae vim, & arma, & equos in Italiam mitteret. Detrectabant enim prælia milites, ad paucos redacti, & conquerentes, sibi ex ærario stipendia deberi plurima, atque omnia deesse. Et sanè sic res erat. De his ad Imperatorem scripsit hoc ferè modo. In Italiam pervenimus, Imperatorum optimè, à militibus, equis, armis, pecuniâ imparati: quæ si cui quantum fatis est non suffpetant, nequaquam is. ut equidem sentio, bello gerendo par esse poterit. Thracia, atque Illyrico continenter peragratis, milites coëgimus perquam paucos, quos misellos, inermes, & ad pugnam omnino rudes videmus; eos autem, qui hic remanserant, parum forte contentos sua, hostium metuentes, & crebris percussois cladibus, qui congressum hostilem consultò vitant, dimissis equis, armisque in terram projectis. Nec pecuniae quidquam redire nobis ex Italia potest, jam ab hostibus recepta. Quo sit ut stipendiis die præstituta non persolutis militi, non sit integrum nobis illi imperare: nos enim loquendi libertate debitum privat. Id etiam, Domine, pro certo habe, eorum qui tibi militabant, maximam partem ad hostes descivisse. Itaque, si nihil aliud oportuit fieri, quam venire in Italiam Belisarium, ne tibi bellum optimè instructum est: jam enim medios inter Italos dego. At si bello vis hostes vincere, alia

A parari necesse est: nam belli Imperator, mea quidem sententia, nemo fuerit, nisi militare ministerium adsit. Quare hastatos stipatores, & scutarios meos huc mitti in primis convenit; tum plurimas Hunnorum, aliorumque Barbarorum catervas, quibus jam nunc pecunia representanda est.

Ea quidem Belisarius scripsit: Joannes vero diu Byzantii moratus, omissa re, cuius causa venerat, filiam Germani, qui Imperatoris nepos ex fratre erat, uxorem duxit. Interea loci Totilas deditiose Firmum, atque Asculum capit, Tusciāmque ingressus, Spoletium, & Assum obsidet. Imperabat præsidio Spoletino Herodianus; Assino Sisifridus, genere is quidem Gothus, at Romanorum, rerumque Imperatoris studiosissimus. Herodianus, pactis cum hoste dierum XXX. inducis, promisit, si intra id tempus auxilium sibi non afferretur, se urbem secum, & cum militibus, incolisque traditurum Gothis: cuius compositionis obsidem dedit filium suum. Quando affuit dicta dies, nusquam comparente Romano exercitu, Herodianus, omnesque præsidarii se, ac Spoletium Totilas, & Gothis ex conventu permittunt. Fertur Herodianus se, & Spoletium Gothis dedidisse, dictante odio, quo Belisarium prosequebatur, ex quo Belisarius minatus fuerat se ab ipso anteactæ vitæ rationem repetiturum. Sic res Spoletii se habuerunt. Sisifridus autem suorum, quibuscum eruptiones faciebat, plerisque amissis & ipse occubuit. Tum consiliis inopes Assinates, urbem sine mora in potestate hostium posuere. Protinus mittit Totilas Cypriano, ut Perusia sibi cedat, ac ni faciat, denunciat terrores; si morem gesserit, grandem pollicetur pecuniam. Cum nihil his apud Cyprianum proficeret, unum ex ipsis stipatibus, cui nomen Ulipho, pecuniâ adducit, ut eum per insidias interficiat. Cypriani naetus solum Uliphus, illum occidit, & ad Totilam confugit. Nihilominus tamen Imperatori urbem servantibus Cypriani militibus, Gothis inde abscedere decreverunt.

B C

C A P U T XIII.

Totilas Romam obsidet. In urbe fames. Placentiam quoque Gothi obsident. In summas radabus angustias Belisarius Ravennā Epidamnum se confert: quod Imperator copias mittit. Narces Eunuchus Eru los sibi adjungit. Ab his fusi, fugati que sclav. ni.

D Einde Romam profectus Totilas, ubi proxime ventum est, ad obsidionem capessendam incubuit. Per totam Italiam nulla agriculis illata molestia, eos liberè, uti consueverant, rationem cum terra habere jussit, dummodo caperet ipse vestigalia, quæ ærario, agrorumque Dominis antea penderant. Ad moenia Romæ Gothorum manus accesserat; cum Artasires, & Barbatio, assumptis suorum plurimis, improbante Bessa, in illos se ejecerunt. Multis primo congressu cæsis, reliquos in fugam actos dum insequuntur, progressi longius insidias ab hoste paratas intrant: ubi plerisque desideratis, ægrè ipsi cum paucis elapsi, non ausi sunt amplius in hostem, quamvis instantem, erumpere. Ex eo fames arctior premere cœpit Romanos: qui jam ex agris nullos commeatus inferre poterant, & iis, quibus naves in mari onusæ erant.

erant, intercludebantur. Etenim Gothi, postquam Neapolim ceperant, multarum scapharum classe cum ibi, tum ad Aëoli, quas vocant, insulas, aliasque circumiectas, locata, ad prohibendum transmissum intenti erant, itaut naves omnes, quæ ex Sicilia ad portum Romanum tendebant, cum viris in eorum manus de venerint. Totilas vero, missis in Aemiliam copiis imperavit, ut vi, vel pactione urbem Placentiam caperent. Est haec urbs Aemilia Princps, validis cuncta munimentis, ad fluvium Eridanum sita; sola in eo tractu Romanis adhuc parebat. Quam ad urbem cum hic exercitus appropinquasset, ejus praesidio denunciavit, ut urbem Totilæ, Gothisque dederet. Repulsam passi, castris illic positis, urbem circumse derunt, quam cibariis egere cognoverant. Tunc Cethegus, Patricius, idemque Senatus Romani Princeps, à Cæsarianis Ducibus, qui Romæ erant, suspicione proditionis aspersus, Centumcellas concessit.

At Belisarius, de Romæ vice, ac de summa rerum sollicitus, quoniam ex urbe Ravenna j�are obsecros non poterat, praesertim cum exiguis copiis, inde movere, & adjacentia Romæ loca occupare constituit, ut in ea laborantibus auxilio posset esse è propinquo. Jamque ipsum pœnitiebat, initio Ravennam venisse, suauis Vitalii, itaque contra rem Imperatoris fecisse; quippe quod hic inclusus, belli momenta in manu hostis posuisset. Ac mihi videtur Belisarius vel minus sanum iniisse consilium, quod tunc Romanis calamitas impenderet ineluctabilis; vel optasse quidem potiora, sed illi Deum obstitisse, volentem Totilæ, Gothisque opitulari; eoque factum, ut optima consilia in contrarium ceciderint Belisario. Quibus enim secunda fortunæ aura aspirat, illis nihil adversi incident, quamvis re pessimè consulta, hanc in omne commodum vertente Numine. Rursus hominem infelicem, prudentia, opinor, deserit; intelligentiam, & veri notitiam ipsi auferente patiendi necessitate. Ac si quando appositiè deliberaverit, continuò fortunæ restatus sapienter initam rationem in pessimos exitus demutat. Verum hæc num ita, an alio se modo habeant, explicare nequeo. Belisarius autem Justino, paucisque militibus credita Ravennæ custodia, inde per Dalmatiam, & vicinas oras Epidamnum se contulit, ibique sedit, Byzantio copias vehementer expectans. Quò jam res delapsa esset certiorem per literas Imperatorem fecit. Is vero Joannem Vitaliani nepotem, & Isaacem Armenium Aratii, atque Narses fratrem paulo post misit cum exercitu Barbarorum, ac Romanorum militum, qui cum Epidamnum per venissent, Belisario i.e. adjunxerunt. Narses quoque Eunuchum ad Erulorum Principes detinavit, ut ad bellum Italicum eorum multos pelliceret. Nec pauci ipsum Eruli secuti sunt, Philemuthi, & aliorum ductu, & cum eo venerunt in Thraciam: ubi in hybernis collocati, ad Belisarium ineunte vere profecturi erant, unà aderat Joannes, cui cognomen Helluo. Iter agendo, casu quodam, ac præter expectationem, magnum illi in Romanos contulerant beneficium. Cum enim Sclavenorum multitudo ingens, amne Istro nuper trajecto, partes illas vastasset, ac Romanos quamplurimos abripuissest in servitutem; hos Barbaros aggressi repellente Eruli, ipsis, numero licet longè superioribus, præter opinionem victis stragem dederunt, ac domum dimisere captivos omnes. Tum quoque Narses quendam nactus arrogan-

A tem fibi nomen Childubii, viri illustris, qui ante Romanæ Magister militæ fuerat, facile imposturam detexit. Id verò quid rei fit protinus dicam.

C A P U T XIV.

Digressio ad Childubium impostorem. Sclavenorum, & Antærum mores. Narses imposturam deprehendit.

Q uidam erat Chilbudius inter Justiniani Aug. domesticos, bellator acerrimus, adeòque egregius contemptor opum, ut suis in fortunis magnæ loco possessionis duceret, nihil possidere. Hunc Imperator, anno Imperii sui quarto, militari Thraciæ magisterio ornatum, Istri fluminis custodiæ præfecit, atque operam dare jussit, ut amnis transitu Barbari in posterum prohiberentur. Jam enim sæpe Hunni, Antæ, & Sclaveni, trajecto fluvio, Romanos pessimè, foedissimèque vexaverunt. Childubium Barbari adeò reformidarunt, ut toto triennio, quo ibi cum potestate fuit, fluvio adversus Romanos evadere nemo quiverit: immo verò Romani in adversam continentem cum Chilbadio sæpe transgressi illius oræ Barbaros affectrent strage, & captivos inde abduxerint. Post annos tres, cum Istrum Chilbudius copias de more traduxisset, numero paucas, Sclaveni conflato ex tota gente exercitu venere obviam. Duro certamine inito, Romani multi cecidere, atque in his militum Magister Chilbudius: ex quo Barbaris libera semper fuit amnis transmisso, & Romana res incuribus eorum patuit. Qua in parte universum Rom. Imperium virtutem adæquare non potuit unius viri.

Postea, inter Antas, & Sclavenos orto disfido, res ad manus, & pugnam venit: qua ab hostibus Antæ vicii sunt. In eo prælio Sclavenus quidam unum ex hostibus, jam pubescensem (Chilbadio nomen erat) cepit, ac domum abduxit. Chilbudius hic, tempore procedente, studiosissimus domini, belloque impiger evasit, ita ut multis, domini causâ, periculis aditis, & re præclarissimè gesta, magnum sit adeptus nomen. Sub idem tempus, Antæ, facta in Thraciam irruptione, Romanorum illiç degentium multos expilarunt, & in patriam abripiuerunt captivos. Quorum unus, fortunæ beneficio, humanum, ac mitem nactus herum, vir ipse insignitè vasus, iisque instructus artibus, quibus obvium quemque caperet, præcluso penitus, quem optabat, in solum Romanum reditu, hanc fraudem commentus est. Herum convenit, & laudata ejus humanitate, Deum quidem amplissimè illam remuneratum affirmat, se autem non commissurum, ut erga herum benignissimum ingratus videatur; at facturum brevi, ut magnam consequatur pecuniam, si modò optima suadenti sibi refragari nolit: Chilbodium enim, Romanæ militæ magisterio functum, à Sclavenis teneri inter captivos, nec scire Barbarorum quemquam quid hominis sit: quare, si redimere Chilbodium, & ad Romanos reportare velit, ne dubitet, quin & laudem, & opes maximas ab Imperatore obtineat. His Romanus dictis herum statim quò vult inducit, seque in medios Sclavenos cum ipso infert: jam enim amicitiam hi Barbari foedere percusso junixerant, ac sine metu inter se versabantur. Ergo multa Chilbodium domino numerata pecunia, hominem redimunt, omnique abjecta mora cum illo abeunt.

abeunt. Ubi domum rediere, ex ipso querit
empor, sitne Chilbus Romanæ Magister
militæ? Ille id, quod res erat fateri non ab-
nuens, omnia ordine verè pandit, se Antam
genere, & ipsum esse: quo tempore cum po-
pularibus contra Sclavenos, à se bello distra-
ctos, pugnasset, venisse in manus hostium:
jam verò, quandoquidem rediisset in patriam,
se quoque, ut lex juberet, liberum deinceps
fore. Tum qui pro ipso aurum pependerat,
vehementer stupere, seque ingenti spe depul-
sum queri. Hunc Romanus solari volens, & à
vero longè abducere, ne quid obstaret suo do-
mum redditui, insistebat firmissimè asseverare,
hunc esse Chilbus: at circumstantium Bar-
barorum metu impediri, quo minus rem pla-
nè ederet: si semel in solo Rom. pedem pone-
ret, non modò fasurum verum, sed illo etiam
nomine procul dubio gloriaturum. Atque hæc
primo ceteris Barbaris inscientibus acta sunt.

Postquam autem res in vulgus emanavit, An-
tæ ferè omnes convenere illius causâ, utque in
commune transigeretur sanxerunt, magnum
sibi emolumentum ex eo venturum rati, quod
Chilbus Romanæ militæ Magistrum, in-
sua jam tenerent ditione. Et verò hi populi,
Sclaveni inquam, & Antæ, non uni parent vi-
ro, sed ab antiquo in populari imperio vitam
agunt, ac propterea utilitates, & damna apud
ipsos in commune vocari solent. Aliarum etiam
rerum ferè omnium ratio ab utrisque Barbaris
servatur eadem, sicutque olim constituta. Unum
enim Deum, fulgoris effectorem, dominum
hujus universitatis solum agnoscent, eique bo-
ves, & cujusque generis hostias immolant. Fa-
tum minimè norunt, nedum illi in mortales ali-
quam vim attribuant: at cum sibi vel morbo
correptis, vel prælium ineuntibus, jam mor-
tem admoratam vident, Deo vovent, si evase-
rint, continuò victimam pro salvo capite ma-
ctaturos: elapsi periculo, quod promiserat
sacrificant, eaque hostiā vitam sibi redemptam
credunt. Præterea fluvios colunt, & Nymphas,
& alia quædam numina, quibus omnibus ope-
rantur, & inter sacrificia conjecturas faciunt
divinationum. In tuguriis habitant vilibus, &
rare sparsis, atque habitationis locum subinde
mutant. Cùm pugnam invadunt, multi pedi-
bus tendunt in hostem, scutula, spiculaque
gestantes manibus. Loricam non induunt: qui-
dam nec subuculam habent, nec pallium, sed
cum femoralibus tantum, ad virilia usque aptis,
hosti se offerunt ad certamen. Una est utrisque
lingua admodum Barbara, nec formæ cor-
poris inter se differunt. Sunt enim proceri
omnes, ac robustissimi. Colorem nec summè
candidum habet cutis, nec flavum coma, ne-
que is planè in nigrum deficit, at subrufus est,
& quidem omnibus. Vitam æquè, ut Massa-
getæ, vietu arido, incultoque tolerant, toti,
sicut illi, fordibus, & illuvie semper obsiti.
Ingenium ipsis nec malignum, nec fraudulen-
tum, & cum simplicitate mores Hunnico in-
multis retinent. Nomen etiam quondam Sclae-
venis, Antisque unum erat: utrosque enim ap-
pellavit Sporos antiquitas, ob id, opinor, quia
(σποράδην) hoc est, sparsim, & rare positis taberna-
culis regionem obtinent, quo fit ut magnum occu-
pent spatium. Et verò ulterioris ripe Istri par-
tem maximam habent. Hactenus de gente
illa.

Tunc Antæ, ut dictum est, virum hunc in
conventu declarare coegerunt, se Chilbus
esse militæ Magistrum Romanæ, ac neganti

Tom. I.

A supplicium minati sunt. Dum hæc ibi agun-
tur, interea Justinianus Aug. missa ad hos Bar-
baros legatione, petit, ut commigrent omnes
in antiquam urbem: Turrim appellant, quæ
trans Istrum fluvium sita, conditaque olim à
Trajano Romanorum Imperatore, multis ab
hinc annis vacabat, à vicinis direpta Barbaris.
Hanc ipsis urbem, agrosque circumiacentes,
pro jure veteri, quoad Romanos pertinerent,
darurum se Justinianus Aug. sponponit, eorum-
que amicitiam alitrum omni studio, & pecu-
niā liberalissimè largitur, modò ut icto
secum fœdere, Hunnis Romanum Imperium
incursare volentibus se se usque opponerent.
His auditis assensi Barbari, omnia præstituros
se receperunt, si modò inter ipsos habitare
Chilbus juberet, restitutum in dignitatem
Magistri Romanæ militæ, eum, quem tene-
bant, Chilbus ipsum esse ex animi senten-
tia asseverantes. Ille spe objecta elatus, jam
& ipse haberi se volebat, & dicebat esse Chil-
bus Magistrum militum Romanorum. Ea
de causa proficiscentem Byzantium, Narses in
itinere offendit, & instituto colloquio, ubi
impostorem deprehendit (quanquam latinè is
loquebatur, & Chilbus notus jam multas edo-
ctus, scitè simulabat) conjectum in vincula,
subegit technam omnem aperire, itaque secum
Byzantium duxit. Ego verò illuc, unde diver-
ti, redeo.

C

C A P U T X V.

*Valentinus, & Phocas Gothos Romanam obsidentes
la effunt, Bessæ intra urbis muros residente.*

*Ex infidiis intreunt. Missæ Romam à Vi-
gilio Pontifice naves frumento onusta,
in potestatem Gotborum veniunt.*

Totilas Valentini Episc.

*mendacii insimulatum,
manibus truncari
jubet.*

D

E A, que narravi supra, agente Imperatore,
Belisarius Valentini, & Phocam, è suis
unum Protectoribus, virum bello egregium,
cum copiis ad portum Rom. misit, ut castel-
lum Portuense cum ejus præsidio, cui præerat
Innocentius, tuerentur, & pro virili parte ca-
stra hostium fatigarent excursionibus. Itaque
Valentinus, ac Phocas, submissò Romam nunc-
cio. Bessæ significant, se continuò in Gothorum
castra inopinatum facturos impetum: proinde
necessæ esse, ut ex militibus, quos haberet Ro-
mæ, pugnacissimorum delectu habito, cùm vi-
deret incursum fieri, subsidio curreret, quo
utrique in Barbaros patrarent aliquid memora-
bile. Id Bessæ non placuit, quamvis militum
tria secum haberet millia. Quare Valentini,
& Phocas cum quingentis castra hostium ag-
gressi de improviso, nonnullos conficiunt: un-
de statim tumultus ad obfessorum aures perven-
nit. Cùm autem ex urbe nemo erumperet,
omnino incolumes ad portum celeriter se rece-
perunt. Ad Bessam iterum mittunt, deque il-
lius præpostera cunctatione expostulant. & asse-
rentes se alteram brevi impressionem daturos,
hortantur, ut ipse in tempore viribus omnibus
in Barbaros irruat. Nihilo is minus renuit cùm
hoste extra muros armis decernere. Valentino
autem, ac Phocæ deliberatum erat hostem in-
vadere cum majoribus copiis, jamque se accin-
ixerant; cùm miles quidam Innocentii transfugit
ad Totilam, retulitque factum iri postridie ex
R r oppido

oppido Portu in Gothos excursionem. Ille viros ad pugnam impigros, ubicunque commodum visum est, in insidiis posuit, in quas delapsi postridie Valentinus, & Phocas cum suis, amissa parte eorum maxima, ipsi quoque operuntur: pauci vix elapsi, Portum repetiere.

Eodem tempore Vigilius Rom. Pontifex, è Sicilia, ubi morabatur, onustas frumento naves quamplurimas misit, persuasum habens eos, qui imposita ratibus onera agerent, Romanum quomodounque ingredi posse. Cum ea naves in portum Romanum tenderent, re hostes cognita, momento antegressi, portum subeunt, & intra septum parietum delitescunt, ut simul, ac navigia illuc appulsa fuerint, ea nullo negotio capiant. Id conspicati, qui in oppido Portu praesidium agitabant, murorum pinnas certatim omnes ascendere, & vestium jactatione signum dare nautis, ne porrò pergant, sed alio, quoque fors tulerit, cursum detorqueant. Illi rem conjecturā non assequentes, & Romanos, qui erant in oppido, exultare, seque ab illis in portum invitari existimantes, secundo vento festinationem juvante, portum intrarunt. Vehabantur unā Romani multi, inter quos erat Episcopus, nomine Valentinus. Consurgunt ex insidiis Barbari, navesque omnes, repugnante nemine, capiunt. Vitā capto Episcopo servata, duxerunt illum ad Totilam: ceteris ad internectionem cæsis, trahentes navigia cum oneribus abierunt. Ex Episcopo quæ scire avebat percontatus Totilas, ipsum mendacii insimulatum, manibus truncavit. Ea sic acta, finis excipit hyemis, annique XI. istius belli, quod scripturā Procopius est persecutus.

C A P U T X V I .

Vigilius P. Byzantium accitur. Placentini se Gothis dedunt. Pelagii Diaconi in Romanos benignitas. Ad Totilam mittitur, inducias petiturus. Utriusque orationes.

Vigilius Romanus Pontifex Byzantium Imperatoris accitu venit ex Sicilia, ubi jamdiu degerat profecitionis illius causā. Sub idem tempus, Romani, qui Placentiæ obsidebantur, cum jam rei cibariæ omnino inopes, & ad infandos cibos fame redacti, carne mutuæ vescerentur, se ipsi, & Placentiam Gothis dedidere. Hæc ibi, dum Romanam quoque, à Totila obfessam, summa annonæ penuria premit. Erat in Clero Romano Pelagius Diaconus, Romanam haud ita pridem cum magnis opibus reversus Byzantio, ubi diu moratus, in Justiniani Aug. amicitiam se se penitus insinuaverat. Obfessa urbe, maximam pecuniæ partem largitus inopibus, sua illa benignitate, ad pristinum nominis splendorem, quem apud Italos omnes obtinuerat, meritum adjecit cumulum. Romani, in summas angustias adducti fame, huic Pelagio persuadent, ut Totilam adeat, & paucorum dierum inducias ea conditione paciscatur, ut, si intra id tempus Byzantio subsidii nihil acceperint, secum urbem Gothis permittant. Eam gessit Pelagius legationem ad Totilam, qui venientem honorifice, & perbenignè amplexus, prior ita exorsus est.

Mos quidem est Barbaris ferè omnibus honore Legatos afficere: ego verò præterea ab ineunte ætate studui viros virtute præditos, qualis ipse es, in primis colere, & venerari. Reverentiam autem, & contumeliam in Legatum,

A non positam esse judico in sola vultus benignitate, vel arrogantibus eorum verbis, qui illos exceperint, sed in oratione plena veri, aut rursus inani, mendacique. Etenim cum illo per honorifice agitur, cui nuda proposita veritate redeundi potestas fit: contra indignissime habetur Legatus, qui auditis fallaciis, figmentisque revertitur. At tu, Pelagi, à nobis quidquid petieris consequere, præterquam tria, quæ tibi silentio provido transfire prestat, ne cum frustratio consilii, quo huc venisti, ex te maximè nata fuerit, in nos culpam convertas. Aliena enim à statu, in quo sis, postulatio, irrita solet esse. Edico scilicet, ne vel Siculi cuiusquam causā, vel murorum Romæ, vel servorum, qui ad nos se contulerunt, me interpellent. Nam nec Siculo cuiquam Gothi ignoscere, nec stare hi muri, nec servi, qui nobis militant, pristinis dominis servire possunt. Ac ne videantur hæc à nobis proferri temere, statim subjiciendo causas, suspicionem expurgabimus. Fuit insula illa jam inde olim fortunatissima, cum proventu pecuniae, tum frugum, quas parit, copia: itaut non suos modò incolas benignè alat, sed vos etiam Romani annonam inde, quanta opus est, quotannis exportetis. Quamobrem Romani Theodericum ipso initio rogarunt, insulæ frequens Gothorum praesidium imponere nollet, ne ipsorum libertati, felicitati officeret. Eo loci res erat, quando hostilis exercitus in Siciliam appulit, numero, rebusque omnibus nobis impar. Siculi, conspecta classe, non id Gothis renunciarunt, non se comiserunt munitionibus, non hostem propellere decreverunt, sed promptissimè patefactis urbium portis, inimicas nobis copias porrectis manibus acceperunt; jamdiu, infidelissimorum mancipiorum ritu, aucupati, ut opinor, occasionem evadendi fugâ ex herili manu, & novos, ignorosque sibi dominos nanciscendi. Inde hostes, tanquam ex propugnaculo, erumpentes, universam labore nullo occuparunt Italiam, & hac potiti urbe, tantum ex Sicilia advixerunt frumenti numerum, ut Romanis omnibus anno integro, quo obfessi fuere, sufficerit. Hactenus de Siculis, quibus Gothi nullo pacto veniam dabunt, scelerum gravitate omnem à sonibus avertente misericordiam. His verò hostes inclusi mœnibus, nunquam descendere voluerunt in campum, neque aciem nobis opponere: verū quotidianis dolis, & circumductionibus Gothos extrahendo, præter opinionem res habent nostras in sua potestate. Hæc ne in posterum patiamur, providendum est. Nam qui in fraudem semel per errorem incurserint, si in eandem incident, non præviso malo, quod jam usu compertum habuerint, non id adversæ fortunæ casu videtur factum, sed eorum, qui lapsi sunt, imprudentiæ, ut par est, adscribitur. Accedit, quod murorum Romæ excisio vobis maximè utilis futura sit. Neutri enim deinceps concepti, & commeatibus omnibus interclusi, ab aggressoribus obsidebuntur, sed utrique inter se acie decernent, & vos ærumnos illis periculis expediti, in præmium cedetis victoribus. Quod ad servos attinet, qui ad nos concesserunt, hoc unum dicemus: Si illos, qui nostræ adscripti militiæ, à nobis fidem acceperunt, nunquam se pristinis dominis proditioni in manus vobis tradamus modò, profectò nec vobis fidem præstabimus. Non potest enim ita sanè, non potest fieri, ut qui pactionem cum omnium miserrimis factam violat, fidem erga alium quenquam constantem proberet, sed apud

apud omnes, quibuscum contrahit, perfidiam, veluti perpetuam ingenii sui notam, circumfert.

In hunc modum locuto Totilæ Pelagius ita respondit. Posteaquam dixisti, præclare vir, & me, & Legari nomen apud te valere plurimū, nos indignissimè habuisti. Amico enim, & Legato dedecus imprimis, non is, meo quidem judicio, qui illi infringit colaphum, petulan- riisque illudit, sed qui ipsum remittit, nihil suâ adeptum operâ. Neque enim homines Ora- torum munus suscipere solent, ut ab illis, qui ipsos admiserint, tractentur splendidè, verùm ut ad eos, à quibus legationem acceperint, redeant, aliquid his utile pacto convento conse- cuti. Quare satiis est ludibrio habitos, rei, cuius gratiâ venerint, partem confecisse, quâm auditis blandioribus verbis, spei irritos reverti. Jam si quid eorum, quæ excepisti, sit nobis opus, nolim id à te petere. Quorsum enim eum quis interpellet, qui compositionem præcidit, inau- dita defensione? Neque illud tacuerim, patere satis, quâm benignum te præbiturus sis Roma- nis, in te arma ausis tollere, qui in Siculos, nusquam tibi adversatos, implacabile odium patefacere constitueris. Ego verò omissio ro- gandi tui consilio, legationem ad Deum con- vertam, cui indignationem movere solent tu- mudi supplicum contemptores.

CAPUT XVII.

Civium Romanorum ad Duces oratio, distante fame: cuius rabida vis describitur.

HIS dictis, abiit Pelagius, quem ut Roma- ni re infecta redeuntem viderunt, gra- viori cœperunt æstuare dubitatione. Illos mi- serè perdebat ingravescens in dies fames: mil- lites cibariis nondum defecti, se sustentabant. Quocirca Romani, facto agmine, Cæsarianos Duces, Bessam, & Cononem, conveniunt, ac multo cum gemitu lacrymabundi hanc habent orationem. Nos èd miseriae devenisse jam cer- nimus, ô Duces, ut si quid gravius in vos for- tè committeremus, nihil esset, cur in culpan- vocaremur, extrema necessitate optimam se- cum afferente excusationem. Nunc, quando re, & facto adesse nobis ipsi non possumus, vos adimus, quo verbis calamitatem exponamus no- stram, ac desleamus. Videte ut benignè audia- tis, nec vos offendat orationis audacia, per- pensâ nostri doloris vi. Nam qui desperare fa- luti cogitur, in factis, dictisque retinere mo- dum nescit. Existimate, si vultis, Duces, nos nec Romanos esse, neque unius vobiscum ge- neris, neque institutis civilibus iisdem uti, nec sponte in urbem accepisse primas Imperatoris copias, sed hostes à principio fuisse, & armis in vos sumptis, prælio victos, mancipia vestra jure belli, evasisse. Vestris igitur captivis præ- bere alimenta, si minus vitæ communi paria, & quæ ipsi benè sufficiant, at certè quantum satis est ad victitandum, ut superstites, repen- damus vobis obsequium, quantumcumque ser- vi præstare dominis debent. Si volentibus vo- bis est id factu difficile, nos manumittendos putate, ut laborem tumulandi servos lucifaciat- is. Quod ipsum si minimè nobis relinquitur, petimus saltem interficere nos dignemini: ho- nemvitæ exitum date nobis, nec mortem- rerum omnium suavissimam invidete: sed uno actu Romanos ab innumeris molestiis vindica- te. Bessas, his auditis, respondit, cibaria se-

Tom. I.

A præbere non posse; occidere, esse impium; dimittere, periculosum. Belisarium, & Byzan- tio missum exercitum propediem affore asseve- ravit, itaque eos consolatus, remisit.

Interea fames, longâ morsâ invalescens, in magnum malum evadebat, cibos suggerebant à communi usu, naturaque hominum abhorren- tes. Ac primùm Bessas, & Conon, qui præsidio Romano præerant, frumentum, quod intra- muros Romæ recondiderant affatim, milites etiam quod detrahebant de suo victu. Roma- nis divitibus multâ pecuniâ vendebant: medi- minus enim frumenti septem constabat aureis. Quibus res domi non erat adeò ampla, ut se- fe alere tam carè possent, hi plenum furfuri mediumnum quartâ illius pretii parte mercati, eo vescebantur, necessitate cibum ejusmodi de- licatissimè condiente. Bessæ Scutarii bovem, quem urbe egressi ceperant, Romanis vendide- runt aureis L. Si cui Romano mortuus equus, aliudve quidpiam suppeditabat, is inter felicissimos numerabatur, quod carnibus extinctæ pecudis curare genium posset. Vulgus omne nihil edebat aliud, nisi urticas, quæ passim circa urbis moenia, atque in ruderibus copio- fissimè nascuntur. Ac ne labra, faucesque la- ceraret herbae asperitas, eas optimè coctas mandebant. Ita quidem, ut dictum est, Ro- mani, frumento, furtureque emptis, reversi domum vitam trahebant, quamdiu aureos ha- buerunt: his verò deficientibus, permutatione suppellestis universæ, quam ferebant in so- rum, diuraum sibi victimum parabant. Deni- que, cùm nec frumentum militibus Imperato- ris suppeteret, quod Romanis divenderent, uno Bessa paululum habente reliquum, nec Romanis quicquam, quo emerent, superef- set, cuncti ad urticas se converterunt. Cùm- que hæc ipsa esca non sufficeret, neque eâ sa- mem explere possent, plerique exhaustis, ad- ductisque macie corporibus, & colore in luri- dum paulatim verso, spectris persimiles fie- bant. Multi inter ambulandum, dum dentibus urticas conficerent, repente exanimes cade- bant. Jam & stercore mutuò vescebantur, nec pauci violentas sibi manus inferebant, urgente fame: cùm nec canes amplius reperirent, nec mures, neque aliud quodpiam animal, quo cibarentur. Romanus tum quidam erat, libero- rum quinque pater. Hic illis circumfusis, & dapem succussâ veste petentibus, non ingemi- scens, nec turbatum præ se animum ferens, sed corde penitus premens dolorem, impera- vit venirent secum, quasi escam accepturi. Ut venit ad pontem Tiberis, reducta ad vultum veste, eaque velatis oculis, de ponte in fluvium se præcipitem dedit, rem spectantibus filiis, ac Romanis, quotquot aderant. Deinde Cæ- sariani Duces, alia pro abitu expressâ pecuniâ, Romanos omnes, quibus migrare placuit, di- miserunt. Paucis in urbe relicts, cæteri, quod cuique licuit, se proripuere. Plurimos, vi- gore corporis absunto fame, in ipsa naviga- tione, vel terrestri itinere, mors oppreslit: multi in via ab hostibus comprehensi, cæsiique sunt. En quò fortuna Senatum, populumque Romanum adduxerat.

C A P U T . X V I I I .

Epidamni de profectione deliberatur. Belisarius suo Hydruntē adventu Gothos fugat. Totilas Tiberim munit. Joannes Calabriam recipit. Tullianus Brutios, & Lucanos eidem conciliat. Recimus: quem Belisarius in portu Romano expectat.

Cum Joannis, & Isaacis copiae Epidamnum pervenissent, seque adjunxissent Belisario, Joannes auctor erat, ut omnes trajecto sinu, terrestrī irent itinere, & quidquid incidet, conjuncte ferrent cum universo exercitu. Id ab re esse Belisarius judicabat; satius autem fore, si ipse quidem cum suis advicinam Romae oram navigaret; iter enim terrestre longiorem habiturum moram, & aliquid fortè impediti: Joannes vero per Calabriam, ejusque viciniam incedendo, agentes ibi Barbaros, oppido paucos, exigeret, ac postquam regionem citra sinum Ionium positam subegisset imperio, copias secum jungeret ad oram Romae finitimam, quo & ipse cum exercitu reliquo appellere cogitabat. Cum enim Romani obsidione arctissima premerentur, vel minimam moram eorum rebus exitialem procul dubio fore arbitrabatur, ac mari quidem, si ventus secundus esset, ad portum Romanum quinto post die perveniri posse; terrā autem proficiensib⁹ Hydrunte copiis vel dies XL. non sufficiatos. Hæc ubi mandata dedit Joanni Belisarius, inde solvit cum tota classe, & vento flante violento, Hydruntē appulit. Gothi, qui hujus urbis castellum circumfederabant, simul eum advenisse intellexerunt, soluta obſidione, ad urbem Brundusium concesserunt, quæ Hydrunte bidui distat, in sinus litore sita, ac nuda mœnibus. Mox Belisarium maris illius fretum transmissurum rati, quo res loci essent, Totilæ significarunt. Ille omnem exercitum, tanquam si obviam iturus esset, accinxit, & Gothis, qui erant in Calabria, mandavit, ut pro virili parte transitum custodirent. At postquam Belisarius, secundo usus vento, Hydrunte solvit, Gothi, jam animo vacuo, se in Calabria negligentius gerere cœperunt, & Totilas, in castris consilens, adiutus omnes diligentius interclusit, ne quid rei cibariæ Romam inferri posset. Hæc vero supra Tiberim molitus est. Optato loco, ubi fluminis alveus angustissimus est, procul ab urbe stadiis XC. oblongas trabes, ab altera ripa ad alteram pertinentes, in pontis modum dispositi, ac lignæas turres duas in utraque ripa fabricatus, custodes indidit bonos bellatores, ne actuariolis, aliisque naviis, Portu profectis, in urbem pateret aditus.

Interea Belisarius in portum Rom. pervenit, Joannis copias expectabat. Joannes in Calabriam transiretaverat, Gothis, qui ad Brundusium, ut dictum est, morabantur, nihil persentientibus. Duobus hostium exploratoribus in via captis, alterum illico occidit, alter ejus genua amplexus, vitam poposcit: Nam, inquit, nec tibi, nec Romano exercitu inutilis ero. Interrogatus à Joanne, quid commodi cùm ipsi, tum exercitui Rom. allaturus esset, si servaretur & effecturum se promisit, ut ipse Gothos improvisò oppimeret.

A Assensus Joannes illius precibus, ante omnia, equorum pascua ostendi sibi oportere dixit. Id quoque pollicito Barbaro, cum ipso prefectus est. Ac primum equis hostium pascentibus injectis manibus, in eos insiliunt quicunque pedibus venerant, numero sanè multi, fortissimi que: tum ad hostilia castra cursum intendunt. Inermes, imparatosque Barbaros inopinatus impetus adeò percūlit, ut virtutis obliti penitus ceciderint ibi plurimi, elaphi pauci ad Totilam se contulerint. Joannes Calabrorum animos dulci alloquio, ac blanditiis Imperatori conciliavit, multa illis bona cùm ab ipso, tum ab exercitu Romano spondeus. Digressus properè Brundusio, Canusium occupat, urbem in media sitam Apulia, ac Brundusio diremptam itinere dierum V. ad occasum, & Romam versus. Canusio stadiis XXV. absunt Cannæ, ubi ingentem olim cladem Romanis ab Annibale Poenorum Duce illatam ferunt.

B Hic Venantii filius Tullianus, Romanus genere, inter Brutios, ac Lucanos plurimum pollens, Joannem adiit, deoque facinoribus in Italos à Cæsariano exercitu antea admisis questionis, recepit, si quid clementiæ illis in posterum exhiberetur, se ita Brutios. Lucanosque in jus, ac ditionem Imperatoris revocaturum, ut ei vestigalia perinde, ac prius penderent, quippe qui Barbaris, iisque Arrianis, non sponte se dedidissent, at cùm hostium vi, tum maxime Cæsarianorum militum injuriis adacti. Ubi Joannes omni asseveratione affirmavit, illos deinceps benefacturos Italos, Tullianus ei comitem se addidit. Ex illo ab Italos timere sibi milites desierunt, ac ferè omnia citra sinum Ionium habuerunt amica, subditaque Imperatori.

C De his certior factus Totilas, lectos CCC. Gothos Capuam mittit. jubetque, ubi Joannis copias inde Romanam eentes viderint, pone sequi incautas: curæ cætera sibi fore. Quapropter veritus Joannes ne ab hostibus circumveniretur, omissa ad Belisarium profectione, ad Brutios, & Lucanos concessit. Quidam erat inter Gothos Recimundus, vir insignis, quem Totilas Brutis præposuerat, secum Gothos, & Romanos aliquot milites, Maurosque transfugas habentem, ut cum illis Scyllæum fretum, ac titus illud obſidens, caveret, ne quis inde in Siciliam solvere, vel ex insula, appellere illuc impunè posset. Joannes inopinata celeritate adventus sui famam præcurrrens, copias illas inter Rhegium, & Vibonem invasit, subitaque impressione adeò percūlit, ut virtutis profus immemores è vestigio terga verterent. Ia mentem, qui prope eminet difficilis aditu, ac præcepis, se receptorunt. Joannes in acclivi hostes assedit, & antequam inter disrupta se munirent, adortus, Maurorum, Romanorumque militum validissimè repugnantium maximam partem concidit: Recimundum, & Gothos cum reliquis omnibus in ditionem accepit. Re Joannes ita gesta, ibi restitit. Diem ex die expectans avidissimè Belisarius, nihil movebat. & Joannem vituperabat, quod, quamvis Barbarorum florem haberet secum, ferro, & collaud cum trecentis Capuae præsidariis manu, viam sibi facere non tentaret. At Joannes, desperato transitu, ia Apuliam cessit, & Cervarii (id loco nomen) stativa habuit.

CA-

CAPUT XIX.

Belisarius, Roma obsessa succurrere volentis, apparatus, profectio, & cum hostibus pugna. Isaacis temeritas. Turbatus nuncio Belisarius, incerto absit. Ipsi morbus. Isaacis interitus.

Veritus Belisarius, ne obsessos Romanos ad gravius aliquid statuendum impelleret annonae penuria, coemeatus Romam quoquomodo inferre meditabatur. Et quoniam erat infirmior, quam ut acie in campo cum hoste decerneret, haec prius ex cogitavit. Junctis, ac validè connexis duabus scaphis latoribus, ligneam turrim imposuit, multò illis editiorem, quas ad pontem hostes condiderant. Earum enim mensuram probè ante compererat per quosdam ex suis, qui ad Barbaros trans fugium simularant. In Tiberim ducentos induxit dromones, munitos tabulis, quas ad murorum formam eductas crebris foraminibus distinxit, ut in hostes tela inde emitte possent. Frumento in hos dromones cum aliis cibariis multis imposito, eosdem militibus fortissimis complevit. Milites alios pedites, equitesque utrinque ad Tiberis ostia in locis quibusdam firmis dispositi, ibique stare jussit, ac totis viribus prohibere hostes, si qui peterent Portum. Inducto huc Isaaci, oppidum, uxoremque suam, & quidquid inibi repositum habebat, commisit, præcepitque, nullo inde pacto pedem efficeret, ne allato quidem nuncio cæsum ab hostibus Belisarium; at in custodiam semper insisteret, ut, si quid adversi contingeret, receptum aliquem haberent. Et verò nullum ipsis in eo tractu munimentum restabat, erantque ubi vis omnia inimica. Ipse consenso dromone, classi ducem se præbuit, & scaphas trahi jussit, in quibus ligneam turrim construxerat. Turri lembum superposuit, pice, sulphure, resina, & aliis cujusquemodi, igni promptissimè concipiendo, alendoque idoneis, plenum. In altera annis ripa, qua à Portu Romam itur, præstò aderat peditatus. Pridie Belisarius Bessas miserat, ut die sequenti pluribus eductis copiis castra hostium fatigaret: quod ipsum jam ante eidem sèpe denunciarat. Verùm Bessas nec prius, nec modò in hoc congressu mandata exequi voluit. Adhuc enim ipsi soli non nihil frumenti supererat. Quippe annonæ, quam antea Duces Romam ex Sicilia miserant, militibus, omnique populo sufficiuntur, ille per exigua parte concessa populo, maximam recon siderat, interversam specie militaris annonæ. Et quia Senatoribus magno id pretio distrahebat, solvi nolebat obsidionem.

Ergo Belisarius, ac Romana classis cum sudore multo, adverso flumine navigantes, pergebant: Gothi nusquam obsistebant obviam, seque continebant in castris. Romani, jam ponti proximi, præsidium offendunt hostium: qui ad fluvium hinc inde locati fuerant, custodiendæ causæ ferreæ, quam ibi Totilas paulo ante ab altera ripa ad alteram tenterat, ut hostibus facultas omnis ad pontem subeundi præcluderetur. Telis Barbaros partim conficiunt: aliis dissipatis, ac sublatâ catenâ ad pontem rectâ contendunt, quem simul ut attigere, res geri coepit. E turribus Barbari fortissimè resistebant, jamque alii castris

A egressi ad pontem properabant. Tum Belisarius, caphis, quibus turrim superstruxerat, ad alteram applicitis hostium turrim, quæ propter viam Portuensem flumini imminebat, lembum incensum supra turrim hostilem devolvi jussit. Imperata Romani faciunt. Illapsus turri lembus, puncto temporis eam igni corrupit: quo Gothi una arserunt omnes, ad ducentos ferè. Eodem incendio periit illorum Dux Oſdas, Gothorum omnium bellicosissimus. Jam Romani fidenti animo Barbaros, qui è castris subsidio venerant, telis magis, ac magis impetrere: illi casu percussi terga dare, & pro se quisque in fugam ruere. Pontem contingebant Romani, ac parabant, eo protinus rupto, progreedi, & absque ullo impedimento Romam petere. At quoniam fortunæ aliter vixit erat, fraus invidi cuiusdam Doemonis rem Romanam hoc modo perdidit.

Dum ita, ut dictum est, se se habeat exercitus, interea ortus in Romanorum perniciem rumor ad portum venit, viciisse Belisarium, amovisse catenam, cæsis custodibus illius Barbaris, & cætera, quæ supra narravi, nunciat. His auditis, impotens animi Isaaces, in partem hujus gloriæ venire ardet, spretisque Belisarii mandatis, ad Ostiensem fluminis ripam advolat, atque ex militum numero, quos illic Belisarius collocaverat, assumptis centrum equitibus, in castra hostium, quibus præterat Rudericus, vir egregius bello, invehitur. Repentino in Barbaros ibi positos facto impetu, cum nonnullos alios vulneravit, tum ipsum, qui occurrerat, Rudericum. Quare Gothi, statim relictis castris, se subduxerunt, post Isaacem majores hostium copias adesse rati, vel dolo adversarios deludentes, ut eos, quod & factum est, capere possent. Castra hostium Isaaces, & qui ipsum sequebantur, ingressi, argentum illic repositum, cæteraque opes diripiunt. Reversi extemplo Gothi, multis peremptis, Isaacem cum paucis aliis vivum capiunt. Belisarium citato cursu adeunt equites, & in manus hostium Isaacem venisse nuntiant. Belisarius auditis attonus, quo modo captus Isaacus fuisset querere, actumque putans de Portu, uxore, & rerum summa, neque ullam sibi munitionem reliquam esse, in quam postmodum se tuò reciperent, in stuporem decidit, quod certè ipsi nunquam ante contigerat. Itaque è vestigio reduxit exercitum, eo consilio, ut hostes imparatos adoriretur, atque oppidum omni ope recuperaret. Ita quidem Rom. exercitus inde re infecta discessit: ubi verò Portum attigit Belisarius, Isaacem insaniisse, & malè se perturbatum fuisse cognovit. Ejus animum dolore, & corpus morbo gravior affixit adversus hic casus. Excitata enim febris ipsum diuturnissimo cruciatus in extremum periculum adduxit. Post biduum mortuo Ruderico, ipsius vicem vehementius dolens Totilas, Isaacem vitæ spoliavit.

CA-

C A P U T X X.

Bessae avaritia, & in Romano præsidio excitando negligentia. Isauri portæ Asinariæ custodes præditionem cudent. Totilas Romanam capiit. In templo Divi Petri à Pelagio placatur. Extrema Senatorum inopia. Totilæ in Rusticiam, ac fœminas Romanas omnes benignitas.

Bessas opes sibi cumulabat, in dies carius divendens frumentum, cuius premium necessitas egentium accendebat. Totus in ea cura, murorum custodiam, ac cætera, quæ securitatem præstarent, habebat in postremis. Militibus si libebat supinis esse, licebat. Pauci pro muro excubabant, idque negligentissime. Etenim vigilibus dormire semper liberum erat, cum nullus esset ipsis præpositus, qui id curaret, nec quid custodes agerent, inspicere quisquam vellet, murorum stationes, ut mos est, obeundo. Præterea nemo civium cum illis agere excubias poterat. Siquidem perquam pauci, ut dictum est, in urbe erant reliqui, iisque confecti fame.

Quare Isauri quatuor, qui custodiam ad portam Asinariam agitabant, captato noctis tempore, quo ipsis pro illa muri parte incumberbat vigilia, somni vice tradita vicinis sociis, funibus è pinnis ad solum usque suspensis, apprehensisque utraque manu, extra murum delapsi sunt, conuentoque Totilæ promiserunt, se in urbem ipsum, Gothorumque exercitum accepturos, ac sibi in eo nihil negotii futurum asseverarunt. Ille ipsis gratias habiturum se maximas, & multam pecuniam largiturum pollicitus, si id præstarent, ex suis duos cum illis misit, inspecturos locum, quo Gothis in urbem aditum fore dicebant. Hi cum ad moenia pervenissent, arreptis funibus evaserunt ad pinnas, nemine eos voce interpellante, nec fraudem sentiente. Hic Isauri Barbaris ostendunt omnia: ascendere volentibus nihil obstare; & patere redditum, nullo obice interposito: eosque, ut hæc Totilæ referant,hortati, remittunt. Quæ cum audisset Totilas, etsi nuncio lætatus est, Isauros tamen suspectos habens, multum ipsis fidere noluit. Paucis post diebus, iisdem reversis, remque aggredi suadentibus, duos alias adjunxit comites, qui omnia diligenter explorata renunciarent. Isti ad ipsum reduces, eadem quæ primi retulerunt. Inter hæc complures Romani milites exploratum missi, haud procul ab urbe incident in Gothos decem aliquò proficiscentes, quos comprehensos ad Bessam statim adducunt. Mox ille hos Barbaros de consiliis Totilæ percontatus est. Respondent Gothi, spem esse, fore ut Isaurorum quorundam prædictione urbem capiant: jam enim res ad multorum aures Barbarorum venerat. His Bessas, & Conon auditis, ductisque pro nihilo, nullam curam adhibuerunt. Tertium ab Isauris conventus Totilas, & ad susceptionem impulsus, cum illis unum ex suis consanguineis, atque alios misit, qui simul ut ad ipsum rediere, certo rei totius indicio, ejus animum ad consilium exequendum confirmant.

Primit tenebris, cum arma Totilas silentio copiis omnibus imperasset, eas ad portam Asinariam dicit, & Gothos quatuor, animo, roboreque præstantes, cum Isauris per funes ad

A pinnas eniti jubet; arrepto utique noctis tempore, quo cæteris vice sua dormientibus, pro illa muri parte vigilandum his erat Isauris. Illi urbem ingressi, nemine obstante, ad portam Asinariam descendunt, exciduntque securibus lignum, quo utriusque parietis commissuræ inferto junguntur valvæ: iidem ferramenta avelunt omnia, quibus claves indendo, fores claudere custodes consueverant, ac referare, ut res poscebat. Sic portæ ad libitum patefactæ, Totilam, Gothorumque exercitum in urbem nullo negotio admiserunt. Infidias hostiles veritas Totilas, eos ibi in unum coactos dissipari non sivit. Tumultu seco in urbe, ut fit, exorto, Romani milites ferè omnes aliâ portâ, prout expeditum cuique fuit, evasere cum Ducibus: pauci cum Romanis residuis in sacras ædes se receperunt. Ex Patriciis, Decius, Basilius, aliquique nonnulli, quibus equi suppeditabant, fugientem Bessam securi sunt: Maximus, Olybrius, Orestes, & quidam alii in templum Petri Apostoli perfugerunt. E plebe quingenti in urbe tota restabant, qui vix templis se committere potuere: cæteri jam ante partim aliò concesserant, partim fame, ut supra dixi, perierant. Totilas, multis per noctem nunciatis Bessam, atque hostes sese proripere, testatus sermonem hunc auribus gratum suis accidere, eos insequi vetuit: Quid enim, inquit, hostium fugâ jucundius contingat homini?

C Jam illuxerat, neque ullus locus erat suspicandi infidias; cum Totilas in templum Petri Apostoli sese contulit, precandi gratiâ: Gothi in obvios ferro deservierunt: itaque è militibus interierunt XXVI. è plebe LX. Ut venit in templum Totilas, ei Pelagius, Christi oracula manibus prætendens, se obtulit, atque impensè obsecrans, Tuis, ait, parce Domine. Deridens ille, ac delicias faciens, ita subjicit. Jam supplex, Pelagi, venis. Cui Pelagus, Quoniam, inquit, tuum me servum effecit Deus. At tu, Domine, servis in posterum tuis parce. Huic Totilas petitioni concedens, edixit Gothis, Romanorum neminem omnium posthac cæderent, ac reservatis, quæ ipse habere vellet, pretiosissimis quibusque, cæteris pro arbitratu auferrent. Multa in Patriciorum domibus reperit, maximeque ubi Bessas diversabatur: cum ille scelestus Dæmon iniquè confectam, ut dictum est, ex vendito frumento pecuniam Totilæ congesisset. Hinc Romani, ipsique adeò Senatores, in primis uxor olim Boëtii, eademque Symmachî filia Rusticana, quæ facultates suas egenis erogaverat, eò redacti sunt, ut in vesti servili, ac rusticana panem, alia-ve cibaria ab hostibus petentes tunc victitaverint. Continerenter domos obibant, & ostiatim pulsando, victum mendicabant; neque id pudori erat. Instabant Gothi, ut Rusticana mactaretur supplicio, insimulantes, quod exercitus Rom. ducibus ampla largitione corruptis, Theoderici statuas disturbasset; quo & Symmachî patris, & Boëtii mariti cædem ulcisceretur. At illam Totilas nullâ affici injuria passus est, nec modò ab ipsa, sed ab aliis omnibus omnem amovit contumeliam; quamvis Gothi illas tori participes habere percuperent. Itaque earum nulla, nec viro juncta, nec virgo, nec vidua, turpem corpore vim exceptit: unde Totilas magnam retulit continentiaz laudem.

CA-

CAPUT XXI.

Gothos ad justitiam cultum hortatur Totilas. Senui Romano ingratum animum exprobrat.
A Pelagio mitigatur. Ad Justinianum Legatos de pace mitit cum episcopis. Hos ad Belisarium Imperator remittit.

P Ostridie Totilas Gothis omnibus convocatis, sic verba fecit. Huc vos coëgi, Commilitones, non cohortatione usurus nova, & inaudita: verùm, ut ea repetam, quæ sàpè & à me dicta, & vobis probata, fructus maximos attulerunt. Nec tamen ideo monita jam fastidite. Etenim orationes, quæ ad vitam beatam ferunt, nullam satietatem afferre debent, et si quis fortè pluribus verbis videatur agere importunius: siquidem beneficium, quod ex illis proficiuntur, respuendum non est. Ajo igitur nos antea, cùm ducenta fortissimorum militum milia conscripta haberemus, ingentes possidemus divitias, eorum, ceterarumque rerum vim maximam, ac prudentissimos ostentaremus senes quamplurimos, quo juvari singulariter videntur, qui in dimicationem veniunt, à se p̄tēr millibus Gracorum victos, & regno, rebusque omnibus fodissimè spoliatos fuisse. Nunc autem ad paucos redacti, nudi, miseri, omnino rudes, hostium viginti amplius millia vicimus. Ac res quidem gestæ, ut in summa dicamus, ejusmodi sunt. Horum verò eventuum causas vobis, probè licet cognitas, modò referam. Antehac Goths æquitate cunctis posthabita, inter se, & in Romanos subditos scelera commitebant, quibus Deus, ut par erat, commotus adversus illos unà cum hostibus bellavit. Quamobrem numero licet, virtute, & bellico apparatu adversariis longè superiores, occulta quadam, ac minimè perspecta vi fracti succubimus. Ergo situm in vobis erit, ut bona jam parta tueamini, nimirum cultu justitiae: unde si deflectatis, illico Deus contra vos stabit. Neque enim certo cuidam hominum generi, nec naturæ gentium auxiliari in bello solet; sed iis, qui jus fasque impensis colunt. Neque ipsi difficile est ad alios bona transferre; cùm arbitrii quidem humani sit solum abstinere injuria: at Deus omnia in sua ditione habeat, ac potestate. Quare dandam esse operam dico, ut inter vos, atque erga subditos æquitatis officia servetis: hoc est, ut certam felicitatem retineatis.

Cùm hæc Totilas apud Gothos disserisset, coacto etiam Senati Romano multa exprobavit, & cavillando objecit, quod pluribus à Theoderico, & Atalarico affecti beneficiis, omnibus semper ornati magistratibus, ad Reip. administrationem adhibiti, opibusque aucti ingentibus, animo in Gothos tam beneficos ingratisimo, summâque injuriâ cum exitio suo conjunctâ defecissent, & Græcos induxissent in patriam, sui proditores repente facti. Tum quærere, quid mali unquam Goths ipsis interrogassent? instare ut dicerent, num quid boni à Justiniano Aug. accepissent? ac singula recensendo, commemorare honores ferè omnes illis ereptos; à Logothetis, quos vocant, impositam verberum vi necessitatrem rationes eorum reddendi, quæ rem gerendo publicam in Gothos admisissent; siveiente bello sive ut in pace vinctigalia à Græcis exacta: alia multa orationi intermixuit, quæ infenso domino carpenti servos con-

A venirent. Denique Herodianum ipsis ostendens, atque Isauros, quorum prodizione urbem cœperat. Vos quidem, inquit, cum Gothis educati nullum nobis locum, vel desolatum, voluistis ad hanc diem concedere: hi verò nos ipsi Romæ, & Spoletii fecerunt compotes. Quare vos servi estore, dum hi Gothis amicii, ac necessitudine juncti, magistratus vestros merito obtinebunt. Hæc audita Patricii ferebant silentio: at Pelagius lapsos infelices à Totila deprecari non abitit, donec ille eos remisit, promissa clementia erector.

Deinde ad Justinianum Augustum Legatos misit Pelagium, ac Romanum Caufidicum Theodorum, gravissimo devictos jurejuraudo, fore ut sibi præstarent benevolentiam, & in Italiam quamprimum redire satagerent. Porro mandavit, vires omnes intenderent ad impetrandam sibi pacem ab Imperatore; ne Romam funditus exscindere, & sublato internectione Senatu, bellum portare in Illyricum cogeretur: literas etiam dedit ad Imperatorem, jam de rebus Italæ certiore factum. Legati cùm ad ipsum venissent, quæ habebant a Totila mandata exposuerunt, & literas reddiderunt, in hanc sententiam scriptas. Quoniam quæ Romæ contigerint, tibi planè esse comperta arbitror, ea silentio præterire constitui. Jam verò intelliges hujus causam legationis. Petimus ut pacis comoda, & amplectaris ipse, & nobis concedas: quorum monumenta, atque exempla præclarissima nobis suppeditant Anastasius, ac Theodericus, qui nuper ita regnarunt, ut pace, & felicitate ætatem suam impleverint. Hoc tibi si collibitum erit, meritò pater meus vocaberis; ac nos deinceps in quæcumque voles, habebis armorum socios. His lectis, & quæcumque Oratores afferebant, auditis. contestim illos Justinianus Augustus remisit, neque aliud tunc respondit ipsis, Totilæque rescripsit, nisi Belisarium belli Imperatorem esse, & propterea componere posse cum Totila arbitratu suo.

CAPUT XXII.

D Tullianus in Lucania Gothos fundit. Belisarius per literas Totilam revocat ab exscindendæ Roma consilio. Totilas Romanum penitus vacuam relinquit. Ioannes Hydriantem se recipit. Tullianus deseritur.

D Um hi Legati in Italiam Byzantio redeunt, interea res ita geritur in Lucania. Tullianus, collectis illius regionis agricolis, fauces angustissimas infederat, ne Lucaniam hostes infestarent. Custodiam conjunctè agebant Ante CCC. quos, Tulliani rogatu, ibi Joannes ante reliquerat. Etenim periti pugnandi in salebris, angustiisque cunctos antecellunt hi Barbari. Quæ cùm rescisset Totilas, si Gothos tantum in illud discriminem mitteret, se non ex re facturum duxit. Quare multitudem rusticorum contraxit, unâque missa exigua Gothorum manu, viribus omnibus tentare aditum jussit. Ubi congressi sunt, se se diu triserunt invicem. Demum Antæ virtute sua, quam situs loci difficilis adjuvabat, cum Tulliani agricultoris in fugam hostes verterunt, affeceruntque ingenti clade. Cujus allato nuncio, statuit Romam solo æquare Totilas, ibique relata majori parte exercitus, cum altera Joannem, & Lucanos petere. Ergo muros diversis in locis diruit; ita ut ruinæ tertiam feret totius

totius ambitus partem efficerent. Ædificia quoque pulcherrima, ac magnificentissima dælere flammis parabat, & mutare Romam ingregum pascua; cùm factus certior Belisarius ad ipsum Oratores, & literas misit. Illi ad Totilam introducti, expositâ legationis causâ, literas reddiderunt, quarum sententia hæc ferè erat. Ut inventum virorum est cordatorum, ac vitæ civilis intelligentium, ornamenti uribus nova addere, sic ea, quæ extant, abolerè, nota est propria stultorum, quos non pudeat ejusmodi monumentum naturæ suæ posteritati relinquere, Romam autem cunctis uribus, quæ sub Sole sunt, magnitudine, & dignitate præstare in confesso est. Haud enim unius viri opibus extructa fuit, nec brevis temporis beneficio tam ampla, splendidaque evasit: sed multi Imperatores, & præstantissimorum virorum catervæ plurimæ, & longades, & immensæ divitiae, huc ex universo terrarum Orbe cùm alia quælibet, tum architectos, atque opifices coegerunt; itaque urbe, qualem vides, paulatim ædificata, virtutis omnium monumenta posteris reliquerunt. Quare si quam acceperint hæc injuriam, ea graviter in ætates omnes redundare videbitur, nec immerito. Nam & majoribus virtutis memoriam, & posteris voluptatem ea spectandi opera admet. Quæ cùm ita sint, probè teneas velim, necesse esse horum alterum fiat, vel hujus belli victoriam tibi præripiat Imperator, vel eam forte adipiscaris. Si viceris; Româ excisâ, non alienam urbem perdidieris, præclare vir, sed tuam: eadem servatâ, augeberis procul dubio possessione omnium præstantissima. Sin deterior fortuna tibi inciderit, manente Roma, non parva tibi gratia apud victorem manebit: eâ deletâ, nullus erit reliquus clementiæ locus. Præterea nihil emolumenti ceperis ex tali facto. Huic demum consentanea de te erit apud mortales omnes opinio, quæ jam tibi impendet in utramque parata partem. Etenim qualia sunt acta Principum, tale ipsi nomen ex iis ferant necesse est. Hæc scripsit Belisarius. Totilas verò perfectâ sèpe epistolâ, & accuratè perpensa admonitione, dedit manus, nec Romam multare instituit. Sua voluntate Belisario significata illico Oratores remisit, & maximam copiarum partem CXX. stadiis procul ab urbe ad Occasum castrametatum in Algido, stativa habere jussit, ut Belisarius nullam erumpendi Portu facultatem haberet. Ipse reliquum exercitum adversus Joannem, & Lucanos duxit. Romanos Senatores secum habens, cæteros cives omnes cum uxoribus, liberisque in Campaniam misit, nec Romæ quemquam morari passus, urbem reliquit penitus vacuam.

Ubi Joanni renunciatum est adversus ipsum tendere Totilam, diutius in Apulia morari noluit, at cursu recepit se se Hydruntem. Abducti in Campaniam Patricii, quosdam è suis domesticis in Lucaniam miserunt de sententia Totilæ, suisque villicis imperarunt, ut cœpto absisterent, & agros de more colerent, quos in potestatem dominorum reddituros significabant. Illi, deserto Romano exercitu, in agris quieverunt: Tullianus aufugit: Antæ trecenti ad Joannem se retulerunt; atque ita quidquid est citra sinum Ionum, præter Hydruntem, in Gothorum, ac Totilæ ditionem iterum venit. Jam pleni fiduciâ Barbari manipulatim sparsi hac illac circumcursabant. Monitus Joannes, in eos numerosam emisit suorum manum, qui

A facto in hostes improviso impetu, multos interemerunt. Hinc Totilas affectus metu suos omnes colligit, & ad montem Garganum, media surgentem Apulia, metatus in castris Annibalis Pæni stativa habet.

C A P U T XXIII.

Marianus Spoletium Romanis recuperat.

Belisarius Romam visit. Joannes

Tarentum occupat, ac munit.

Totilas Acherontide poti-

tus Ravennam petit.

B **I**ntraea Marianus ortu Byzantius, unus ex eorum numero, qui, Româ captâ, cum Conone fugâ evaderant, Belisarium adit, rogatque, ut fictum ad hostes transfugium sibi permittat, Romanis magna allaturum se comoda pollicenti. Annuente Belisario discessit. Ejus aspectu vehementer lètatus est Totilas. Illum enim adolescentem singularibus certaminibus egregiè defunctum audierat sèpe, & viderat. Cum autem liberorum ipsius par, uxoremque haberet inter captivos, conjugem quidem, & natorum alterum ei continuò redidit, altero retento obside, ipsum cum nonnullis aliis Spoletium misit. Jam ante Gothi, capto Spoletio Herodiani ditione, muros ejus æquarunt solo, & pro urbe positi Amphiteatri (sic locum vocant urbanarum venationum) aditibus diligenter obstructis, Gothorum, transfigarumque præsidium ibi constituerant, ut circumiecta loca servarent. Itaque Marianus adjunctis sibi nonnullis persuadet, ut ad castra Romana redeant, edito in Barbaros aliquo insigni facinore. Mox ad præsidii Perusini Præfectum quosdam submittit, ac per illos re tota ipsi significata, instat, ut Spoletium copias quamprimum destinet. Præsidio Perusino tunc præerat Oldogando Hunnus, Cypriano ex insidiis imperfecto, ut supra dixi, a quodam ex Protectoribus suis. Illo Spoletium veniente, cum copiis, has ubi Marianus adesse proximè intellexit, cum militibus XV. (tot enim sociaverat) Præfectum præsidii derepente tollit è medio, portisque patefactis, in castellum accipit Romanos omnes, qui concisa hostium parte maxima, aliquot cœpere vivos, & ad Belisarium adduxere.

C Paulo post Belisario in mentem venit Romam ingredi, & quò calamitatis devenisset inspicere. Quare militibus delectis mille, èò contendit. Tum Romanus quidam ad hostes, qui castra habebant in Algido, transcurrens adesse nunciavit exercitum Belisarii. Protinus Barbari, structis pro Roma insidiis, ut in propinquuo apparuit Belisarius, insurrexerunt. Commisso acri certamine, virtute Romani sua fusis hostibus, ac pluribus interfactis, statim Portum repetierunt. Ita res ibi cessit.

D **E**st Tarentum urbs maritima Calabriæ, bidui ferè dissita Hydrunte, in via qua hinc Thurios, & Rhegium itur. Èò Joannes à Tarentinis invitatus cum paucis venit, cæteris in præsidio Hydruntino relictis, ac postquam urbem vidit laxissimam, & prorsus mœnibus spoliatam, totam propugnare se minimè posse judicavit. Verùm animadvertis ab urbis latere Aquilonari, circa locum augustissimum utrique porrigi mare in sinum, ubi portus est Tarentinus, & Isthmum, qui in spatio proinde est interjecto, non minus stadiis viginti patere; invento hoc usus est. Isthmi portionem ab ur-

be

be præcidit reliqua, & ab altera maris parte ad alteram sepsit muro, cui fossam præduxit. Huc non Tarentinis modò, sed accolis etiam omnibus congregatis, validum præsidium reliquit: itaque securi jam Calabri universi, defensionem à Gothis moliti sunt. Sed hæc ha-ctenus. Totilas verò, cùm in Lucania castellum cepisset munitissimum, Calabriæque finitimum, quod Acherontidem Romani vocant, ac virorum non minus CD. ibi præsidium collocasset; cum reliquis copiis petere Ravennam intendit, relicts in Campania nonnullis Barbaris, quibus illic agentium Senatorum Romanorum custodiam demandaverat.

C A P U T XXIV.

Romanum recipit, manique Belisarius. Totilam fortissime repellit. Gothi Regi suo temeritatem exprobrant. Tibur concedant.

Tunc Belisarius sapienti ductus audacia, consilium cepit, quod quidem spectantibus, audientibusque infanum initio visum est, sed in grande, & mirificè excellens virtutis facinus erupit. Paucis enim militibus ad Portus custodiam relicts, ipse cum cæteris copiis Romanam se contulit, in animo habens, omni ope, & opera sibi illam afferere. Cùm autem quidquid muri dirutum à Totila fuerat, brevi tempore reficere non posset, hac artus est. Lapidès, qui erant in proximo, collegit, ac tumultuario opere composuit, nulla re indita, qua vincirentur: quippe quòd nec calcem, neque aliud quidquam ejusmodi in promptu haberet, idque unum egit, ut speciem ædificii servaret in opere, quod & magna palorum vi foris munit, cùm antea fossam perpetuam mœnibus, ut in superioribus libris dictum est, circumdedisset. In id universo exercitu totis viribus incumbente, intra dies viginti quinque eo modo instauratus est murus, ubicumque excisus fuerat. Tum Romani, quotquot urbem circumcolebant, eò coierunt, impulsi Romæ manendi studio, & annonæ, qua ha-ctenus indiguerant, parata ibi copia à Belisario, qui naves quamplurimas omni re cibaria plenas amne Romanam induxerat.

His Totilas auditis, confestim movit cum universo exercitu, & Belisarium, urbemque petiit, antequam Belisarius murorum portis aptare valvas potuisset. Nam Totilas eas omnes sustulerat, quas Belisarius à fabris inops compingere ante ejus adventum nequierat. Jam urbi proximus Barbarorum exercitus, castris ad fluvium Tiberim positis, noctem egit. Postridie, primo Sole, vehementi ira accensi, tumultuosè mœnibus circumfunduntur. Belisarius pugnacissimorum militum delectu habitu, illos valvarum loco ad portas objicit: reliquis imperat, ut desuper è muro pro virili parte aggressores propulsent. Asperrimè pugnatum est. Cùm enim principio sperassent Barbari, fore ut urbem primo statim clamore caperent, deinde in ipsa re obicem nacti, & à Romanis fortissime repulsi, acriùs instabant, irā animos ad majora viribus audenda excitante: Romani præter opinionem resistebant, aouente ipsos, ut par erat, discrimine. Ingenti strage edita Barbarorum, quippe qui telis peterentur à vertice, cùm utrique labore, & duriori contentione fatiscerent, cœptum manè certamen

Tom. I.

A nox diremit. Offusis jam tenebris, Barbari suis in castris pernoctarunt, sauciis curandis intenti: Romani partim pro muro excubabant: alii, iisque fortissimi, pro portis custodiam per vices agebant, positis ante illas compluribus tribulis, ut incursus hostium morarentur. Porrò hæc tribulorum figura est. Extrema palorum quatuor, æqualis planè longitudinis, inter se ita committunt, ut radii ab omni latere formam triangularem efficiant, eos autem humi temerè jacent. Itaque pali tres solo simul stant firmissimè, quartus, qui unus eminet, viros, equosque præpedire solet. Et quoties quis tribulum voluit, tum qui erectus erat in cœlum palus, consistit humili, & elatus alter in ejus locum, accedere volentibus infestus est. Atque ii quidem sunt tribuli: Sic verò ut dicebam, utrique noctem post pugnam traduxerunt.

B Postera luce, auso iterum Totila muros copiis omnibus oppugnare, Romani eodem illos modo tuiti, ac jam certamine superiores, in hostem erumpere non dubitarunt. Tum eorum quosdam longius à mœnibus abripuit instandi ardor, subducentibus se se Barbaris. A quibus cùm jam essent circumcludendi, ne in urbem redire possent, re Belisarius cognita, eoque valida suorum manu, illis salutem attulit. Sic demum repulsi Barbari recesserunt, magno bellacisiorum amissio numero, ac plurimos reduxerunt in castra saucios, ubi se se tenuerunt, curantes vulnera, & arma reparantes jam partem maximam fracta, aliaque omnia instruentes. Multis post diebus, muro appropinquarunt, præ se ferentes oppugnationis consilium. Romani obviam effusi, cum illis manus conferuerunt. Fortè Totilæ vexillarius lethali plaga excussus equo, humili vexillum abjecit. Mox Romani, quicumque in primis certabant ordinibus, irruere, vexillum abrepturi unà cum mortuo. Antevertunt Barbarorum animosissimi, vexillumque auferunt cum demortui sinistra manu amputata. Hanc enim ille aureo brachiali insigni ornaverat, quo gloriam hostium augere solebant, vitantes utique redditum hinc ad se dedecus. In fugam consternato Barbarorum exercitu, Romani reliquum cadaver spoliarunt, atque hostes longè insecuri, cæsis permultis, in urbem omnino incolumes redierunt.

C D E F Tum primores Gothorum omnes convenere Totilam, eique convicia ingerentes, ore diuissimo exprobrarunt imprudentiam, quòd Romanus positus, nec solo totam æquasset, ne amplius ab hoste possit occupari, neque ipse retinuissest, at temerè corrupisset laboris sui, ac diuturni temporis fructum. Nimirum hoc sunt homines ingenio: sententiam eventis rerum semper accommodant, & mente ad fortunam fluctuantem appulsa, reciproco judiciorum æstu jactantur. Itaque Gothi, quandiu Totilæ benè processerunt incepta, illum tanquam Deum suspexerunt, invictum, & inex-pugnabilem prædicantes, cùm urbes captas parte murorum aliqua nudari sineret. Semel autem re malè gesta, eundem conviciis, ut dictum est, proscindere non sunt veriti, pauclo ante dictorum immemores, vel ea potius retexentes. Verùm fieri non potest quin his, ac similibus peccatis obnoxii sint semper homines, cum ingenito vitio committi soleant. Totilas demum, ac Barbari, soluta obsidione, ad urbem Tibur concesserunt, Tiberis pontibus ferè omnibus interscissis, ne Romani ad se fa-

S f cilè

filè venire posse : unum admodum pontem Milvium servavit urbis propinquitas . Tiburitnum castellum , quod ante everterant , totis viribus reædificarunt , cunctisque opibus ibi repositis , stativa habuerunt . Liberius jam Belisarius muri Romani portas ferratis foribus munuit , & claves iterum misit Imperatori . Hyemis exitu clauditur annus duodecimus hujus belli , cujus historiam Procopius condidit .

C A P U T XXV.

Totilas ad o'ssionem Perusia hortatur exercitum , & res à se misere gestas excusat .

A Totila missæ pridem Perusiam copiæ , castris circum urbis mœnia positis , Romanos , qui illic erant , premebant obsidione . Ubi verò jam ipsos victus penuriâ laborare intellexerunt , ad Totilam destinarunt , qui rogarent , ut eò ipse universum exercitum duceret , existimantes faciliorem hanc esse , & expeditiorem viam potiendi Perusiam , & Romanos , qui ibi degerent , expugnandi . Tum Totilas Barbaros ad exequenda mandata parum alacres animadvertisens , admonere illos , & hortari constituit . Quare vocata concione , ita serè locutus est . Quoniam vos , Commilitones , abs re mihi succensere , & adversæ fortunæ causum iniquè ferre video , concionem modò ad vocavi , ut ex animis vestris evulsa prava opinione , eos ad meliora revocem , faciamque ne & in me turpiter ingrat , & in Deum stultè contumaces esse videamini . Ea est natura rerum humanarum omnium , ut interdum succidant . Quisquis autem cum homo sit , offensum casibus animum præ se fert ; is meritò imperitus audier , ac nihilo secius fortunæ necessitatem subibit . Porro consilium est , anteacta vobis commemorare , non modò ut vestras de iis , quæ acciderunt , querelas refellam , verùm etiam ut in alios melius convenire illas demonstrem . Etenim Vitigis initio , cum hoc bellum suscepit , Fanum quidem , ac Pisaurum , urbes maritimas , mœnibus exuit ; Romæ verò , cæterisque omnibus pepercit Italæ urbis . Exinde nihil mali Gothos à Fano , Pisauroque invasit : Romani muri , ac cæteræ munitiones eventa , sat vobis cognita , Gothis , & Vitigis pepererunt . Ego igitur , postquam delatum à vobis regnum accepi . facta , quæ potiora visa sunt , sequi malui , quæ ea , quæ malè cesserant , imitando , detrimentum rebus afferre nostris . Haud multum quidem inter se differre ingenio videntur homines : at si cui magister usus accesserit , id perito discipulo suo tribuit , ut omnino præstet ejusmodi doctrinæ expertibus . Itaque , statim ut cepimus Beneventum , eversis illius muris , in ditionem nostram subjunximus alias urbes , quarum mœnia similiter destruximus , ut hostiles copiæ è munito loco bellum eludere nequirent , sed in campo coegerentur nobiscum congregari aperto marte . Tum illi fugæ se comittebant : ego urbes captas deleri jubebam : vos prudens admirantes consilium , in id operam conserebatis , ita ut velstrum id opus meritò diceretur . Nam qui incœpti effectorem laudatione accedit , earundem rerum æquè ipse molitor est . Jam verò à vobis ipsi disceditis , Gothi charissimi : postquam infanda temeritate Belisario victoria constigit , ob quam illum , tanquam virum fortis stupetis . Enimverò qui cœca sunt audaciæ prædicti , generosi vocantur facilius , quæ qui pru-

A dentiâ pollent , tuto cauti . Siquidem qui ppter morem , ac modum ausus quidpiam fuerit , strenuitatis , cuius speciem habet opinione ornatur : dum cunctator in periculo sapiens , si exciderit cœpto , casus causam , & invidiam sustinet : si rem ex sententia gesserit , nihil fecisse imperitis videtur . Præterea vos , quotquot mihi irati estis , non attenditis que tandem offenditionis , ac doloris causa vobis accedit . Num Belisarium creditis commendari modo gesta adversum vos , qui captivitate elapsi , sumptis armis duce me , bello sape vicisti ? Quæ sanè si auspiciis virtutis meæ à vobis effecta sunt , linguas vestras illius reverentia tenere debet , ista ex humanis casibus accidente cogitatione , nihil ita à natura comparatum esse , ut semper in se confitatur . Sin aliqua vobis fortuna victoriam illam attulit , rationibus vestris conducit , honore eam potius prosequi , quæ animo parum æquo , & facili , ne læsam cogatis obliviisci benignitatis suæ . Et certè qui fieri potest , ut non videantur à moderatione deficere , qui multis , ac magnis numeri aucti successibus , levi jam infortunio sic frangantur , & impatientiâ concidant . Quod utique aliud nihil est , nisi genus nostrum abnuere , & negare nos esse homines , cum nunquam labi unius sit Dei proprium . Vestrum igitur esse ajo , his omissis , hostes , qui Perusiae sunt , ardentissimè adoriri . Illis enim sublati , nos in statum optimum fortuna restituet . Infectum quidem fieri nunquam potest , quod jam factum sit : sed acerbam sortem expertis nova prosperitas oblivionem inducit calamitatis præteritæ . Cæterum nullo negotio Perusiam expugnabitis , quandoquidem Cyprianus , Romanorum urbem illam tenentium Dux , fortunæ ictu , & consilio nostro sublatus est . Duætore autem orbata multitudo viriliter non sollet facere , præsertim si rei cibaris penuriâ labore . Nec nobis quisquam à tergo infestus erit . Idcirco enim fluminis pontes disjeci , ne inopinatis incurvis malè acciperemur . Favent etiam mutuæ inter Belisarium , & Joannem suspiciones , quas ex factis deprehendere licet , cum certò prodantur actis animorum dissidia . Nondum profectò ut vires sociarent adduci potuerunt : eò quod interposita suspicio utrumque reprimat . Quos verò illa semel occupavit , in eorum animis invidia , atque odium una habitent necesse est . His demum intercedentibus , nihil ad rem fieri potest . Secundum hanc orationem , Totilas Perusiam copias duxit : quo cum pervenissent , proxime muros castra locarunt , & sede fixa , obsidioni se adhibuerunt .

C A P U T XXVI.

Capue Romani , & Gothi inopinatò configunt . Gothorum fuga . Joannes Romanas Matronas recipit . Totilas in Lucania Joannem aggressus noctu imparatum fugat . Gilacii Armenii interitus .

Intra dum hæc ibi aguntur , Joanni , castellum Acherontidem frustra obsidenti , audax consilium natum est , quo Senatui Romano salutem , & sibi magnam , insignemque apud omnes gloriam peperit . Certior enim factus Totilam Gothorum exercitum oppugnationi murorum Romæ intendere , delecto equitatus flore , nemine propositi conscio , in Campaniam

paniam contendit, neque diem, neque noctem intermittens. Nam cùm ejus provinciae oppida moenibus prorsus carerent, illic Totilas Senatum reliquerat, ut improviso cursu illum recipere ac sibi servare posset. Sub idem tempus, veritus Totilas, quod contigit, ne hostis facta irruptione captivos opprimeret, equitum copias in Campaniam misit: qui cùm urbem Minturnas attigissent, cautiùs se facturos duxerunt, si partem maximam considerent, atque equos, multo viæ labore fessos, curarent: aliquot verò turmas Capuam, ac loca circumiecta exploratum mitterent. Porrò spatium intercedit stadiorum trecentorum non amplius. Eos autem exploratores destinarunt, qui equis, corporisque viribus integris utebantur. Casu quodam illa die evénit, ut eodem ferè tempore Joannis exercitus, & hi Barbari numero CD. Capuam ingrederentur, cùm neutri quidquam de alteris priùs inaudissent. Certamen atrox repente oritur: primo enim conspectu ad manus ventum. Vi vincunt Romani, ac statim plerosque maestant. Pauci Barbari effugium naesti, cursu Minturnas evaserunt, quos ut videre ceteri, partim cruore respersos, partim tela adhuc ferentes infixa corporibus, alios mutos, nec quæ sibi accidissent enunciantes, sed contentâ adhuc fugâ prodentes metum, illico insensis equis unâ evolarunt, reversique ad Totilam, retulerunt hostium multitudinem venisse innumerabilem, hoc utique mendacio turpitudini fugâ medentes. Jam ante concesserant in Campaniam milites non minus septuaginta ex eorum numero, qui ad Gothos defecerant. His se contulerunt ad Joannem, qui paucos quidem Senatores, eorum verò uxores fermè omnes ibi invénit. Etenim capitâ Româ, plerique viri, ex fuga secuti milites, Portum tenuerunt, universæ foeminæ venerant in manus hostium. Clementinus, Patricius, cùm in quoddam regionis illius templum perfugisset Romanum exercitum sequi noluit, Augusti iram meritò veritus, quod ante Totilæ, & Gothis castellum Neapoli proximum tradidisset. Orestes, qui Consul Romanus fuerat, cùm proximè abesseret, equis non suppetentibus, illic invitatus restitit. Nec mōra: Senatores cum deditiis militibus septuaginta Joannes in Siciliam misit.

Totilas dolore, quem his auditis maximum cepit, incensus, eò totus incubuit, ut à Joanne facti poenas repeteret. Quamobrem adversus illum exercitus partem majorem duxit, relicts ibi ad custodiam nonnullis ex eorum numero, quos ipse ductabat. In Lucania Joannes castrametus cum suis mille, exploratores præmisserat, omniaque illi itinera à se indagata infederant, ne hostiles copiæ perniciem afferrent. Assecum reputans Totilas, fieri non posse, ut Joannes in castris federet, quin haberet speculatores, itinera consueta deseruit, ac per montes, qui multi in ea sunt regione, iisque præcipites, & valde editi, illò perrexit: quod certè nemo suspicari posset, cùm illi montes invii existentur. Qui illuc à Joanne missi speculatum fuerant, hostilis exercitus in eas partes adventu cognito, & si nondum satis liquebat, tamen id, quod consecutum est, veriti, ad Romanam & ipsi castra se contulerunt, quò fortè noctu pervenere cum Barbaris. Jam Totilas vehementi ira, non consilio ductus, stulti illius impetus animi fructum cepit. Cùm enim exercitum decuplo majorem hostiaco haberet, neque obscurum esset expedire validioribus copiis lu-

Tom. I.

A ce, & palam pugnare, ac proinde rem poscre, ut hostes diluculo adoriretur, ne in tenebris latere possent, id ille minimè observavit: alioqui videlicet hostes ad unum omnes cepisset indagine, sed iracundia indulgens nocte intempesta illos invasit. Eorum nemo prorsus se intendit ad firmitatem, quippe quod plerosque adhuc somnus complectetur. Nec tanè Goths multam cædem fecerunt: at longè plurimos stratis excitos ita nox texit, ut egressi castris, in montes, qui magno numero proximè se attollunt, cursu evaserint. In his fuere Joannes, Erulorumque Dux Arufus: desiderati sunt Romani summum centum. Erat cum Joanne Gilacius, natione Armenius, popularium aliquot suorum duxor, qui nec Grecâ, nec Latinâ, nec Gothicâ, nec alia quapiam lingua, nisi Armenia loqui sciebat. In eum quidam Gothi cùm incidissent, rogarunt, quis es? Nam obvium quemque interficere solebant, ne, quod in nocturno certamine proclive erat, mutuis confidere se vulneribus cogerentur. Ille uam hoc ipsis respondere potuit, esse se Gilacium Duce, scilicet didicerat auditum sæpe nomen dignitatis, qua ab Imperatore ornatus fuerat. Hinc Barbari eum hostem esse intelligentes, tum quidem vivum ceperunt, at paulo post vitâ spoliarunt. Joannes, & Arufus contentissimâ fugâ Hydruntem cum suis se ceperunt: Gothi, direptis Romanorum castris, dilcesserunt.

C A P U T XXVII.

Imperator copias in Italiam mittit. Veri Erulorum Duxis temeritas. Valerianus CCC. è suis ad Joannem mittit. Belisarius Tarentum proficiscitur. Scylæ nonen unde duabus. Cynoccephali, & Lycocrenitæ cur sic appellati.

D **S**ic res militaris in Italia se habebat: Justinianus verò Augustus adversus Gothos, ac Totilam alias mittendi copias confilium ceperat ex litteris Belisarii, qui ipsum ad hoc impulserat, rerum statu persæpe significato. Ac primum Pacurium Peranii filium, & Sergium, Salomonis ex fratre nepotem, cum paucis misit: qui cùm Italiam attigissent, reliquo exercitui statim semiscuerunt. Deinde Verum cum Eruulis trecentis, & Varazem Armenium cum militibus octoginta, ipsumque adeò Valerianum, Magistrum militum per Armenias, inde amotum cum Haftaris, Scutatisque Protectoribus suis plus mille, in Italiam proficisci jussit. Verus Hydruntem primus appulit, ibique relicts navibus, in castris Joannis manere noluit: at cum suis equitans porrò perrexit. Erat hic vir ingenio levi, maximè ebriosus, & ea re semper plenus inconsideratissimæ temeritatis. Cùm proximè urbem Brundusium castra fixissent, hac de re certior factus Totilas: Horum, inquit, altero prædictus sit Verus necesse est, vel magnis viribus, vel amentia singulari. Eum igitur actuatum petamus, ut vel virium suarum faciamus periculum, vel amentiam ipse suam agnoscat. Sic fatus Totilas, validas contra illum copias ducit, quas ut jam adesse viderunt Eruli, in nemus vicinum confugerunt. Gothi facta indagine, amplius ducentos conciderunt, jamque ipsum Verum, ac reliquos in sentibus abditos capturi erant, cùm salutem illis casus inopinatus attulit. Repente enim naves, quibus Varazes, & qui cùm ipso erant Armenii vehebantur,

S f 2

tur, ad litus proximum appulsa sunt. Quo Totilas viso, majorem, quam esset, exercitum adesse ratus, inde protinus abscessit. Tum qui Vero supererant, in naves cursu libenter se conjecterunt. Staruit Varazes non ultra tendere, at cum illis Tarentum petuit: quod Joannes Vitaliani nepos cum omnibus copiis paulo post venit. Hæc ibi.

Imperator autem Belisario scriptis, missum à se numerosum exercitum, cui ipsum adjungere se in Calabria, hostesque invadere oportet. Jam Valerianus, ad finum Ionium progressus, alienum à suis rationibus censuit tum trajicere: eò quod tali tempestate, nimis circiter brumale solstitium, nec militibus, nec equis commeatus suspecturi essent. E suis trecentos ad Joannem mittere satis habens, se quoque, postquam hybernasset, primo vere venturum recepit. Belisarius, lectis Augusti literis, è robore exercitus nongentos delegit sibi, equites videlicet DCC. ac CC. pedites: cæteris omnibus ad illius tractus custodiam relictis, Cononem præfecit, seque in Siciliam navigare tunc dixit. Mox inde solvit, in portum Tarentinum cogitans, præterito à leva Scylæo, ut vocant, oppido, ubi Poëtae Scyllam fuisse perhibent: non quod eo loci mulier specie ferina, quemadmodum nugantur, extiterit, sed quia quondam, hodieq; in ea freti parte degit vis magna σκυλλαχων, seu canum, piscium, quos jam catulos appellant. Principio quidem consentanea rebus nomina imponi solent: sed fama, dum illa apud alios circumfert homines, in eorum animis, veri ignoratione errores parit, atque ita procedens tempus, continuò firmus fabula evadit artifex, ac Poëtas, testes rerum, quæ nunquam fuerunt, pro licentia illorum arti concessa, sibi convenienter asciscit. Ad hunc modum, quia quondam Corcyrae insulæ promontorium, quod ad orientem Solem spectat, indigenæ Canis caput appellaverunt, contendunt alii illic homines degere, qui caput caninum habeant. Præterea Pisidas quosdam nonnulli Lycocranitas ideo vocant, quia regionis illius mons λυκός κράνος, sive Lupi caput dicitur, minime verò quod sint incolis lupina capita. Sed de his arbitratu quisque suo & sentiat, & loquatur: ego verò unde sum digressus, eò me refiero.

C A P U T XXVIII.

Belisarius Tarentum navigans, tempestate cogitur Crotonem appellare. Re ab ipsis copiis initio benè, dein pessimè gesta, trepidè in Siciliam cum Antonina uxore trajicit.

Ergo Belisarius Tarentum quamprimum appellere satagebat. Est autem in illis partibus lunatum litus, cuius recessu, tanquam sinu, exceptum mare, longissimè in continentem infunditur. Patet illius oræ transmissio stadia mille. Extremis duobus, ubi insinuatio maris incipit, definitque, duo adjacent oppida, quorum alterum, Croto, ad Solem occidentem spectat, alterum, Tarentum, ad Orientem: Thuriorum urbs medium litus obtinet. Adversâ in eo tractu tempestate, & venti cum fluctibus graviter luctantis vi represso navium cursu, ad Crotoniatarum portum applicuerunt. Ibi nec munitionem ullam, nec militis alendi copiam naectus Belisarius, ipse quidem eo loci substituit cum uxore, & peditatu, ut eò evocare Joannis exercitum, & ordinare posset: equites

A verò omnes procedere longius, & castrametari jussit ad regionis illius fauces, duolu Phazæ Iberis, & Barbationis Protectoris. Sic enim factum iri putabat, ut sibi, ac suis equis omnis generis commeatus nullo negotio providerent, possentque procul dubio hostem repellere in angustiis. Etenim Lucanæ montes ad agrum, usque Brutium porrecti, ita arcto in spatio coéunt, ut duos tantum aditus angustissimos illic præbeant, quorum alter Petra sanguinis Latinæ dicitur, alterum indigenæ Labulam vocare solent. Est in eo litore Ruscia, Thuriorum navale: ultra verò, stadiorum circiter LX. interjecto spatio, Romani veteres castellum validissimum condiderunt, quo paulo ante potitus Joannes, egregium illic præsidium constituerat.

B È proiecti Belisarii milites, in hostiles copias inciderunt, quas Totilas miserat, ut castellum illud tentarent. Repente collata manu, quamvis numero longè essent inferiores, facilè tamen virtute sua fuderunt Barbaros, & amplius ducentos interfecerunt. Reliqui ad Totilam fugâ reduces, quæ acciderant, pandunt ordine: Romani, castris ibi positis, stativa habent. Jam absentia Ducis, suâque abusi victoria, soluti agere cœperunt. Neque enim collecti locum tenebant, neque ad montium fauces metati, illas servabant, at per summam negligentiam noctu in tentoriis rarissimè sparsis somnum capiebant; de die palabuntur, perquirentes cibaria, nullis circa viciniam dimissis exploratoribus, neque ulla alia cautione adhibita. Quæ cùm Totilas planè comperisset, delectis ex universo exercitu tribus equitum millibus, in hostes tendit, eosque inordinatos, & ita, ut dictum est, palantes adortus ex improviso, perculit, turbavitque omnes. Tum Phazas è proximo, ubi tetenderat, obvium se ferens hosti, & viro forti digna edens facinora, nonnullis evadendi spatium dedit: at cum omnibus, qui ipsum stipabant, occubuit. Magnum casus hic damnum, luctumque Romanis attulit, quorum communis spes in viris illis bellicosissimis residebat. Eorum, qui se subduxerunt, evasit quisque quocunque potuit. Primus Barbatio, Belisarii Protector, cum duobus aliis incitatissimo cursu Crotone venit, quo res loco sint docet, ac sibi videri afferit Barbaros continuò affore. His Belisarius auditis, gravissimè dolens, classem properè consendit. Inde cùm solvissent, secundo vento, eadem die Messanam appulerunt, quæ urbs Siciliæ contra Rhegium sita, stadiis DCC. Crotone distat.

C A P U T XXIX.

Sclaveni Illyricum vastant. Terræ motus. Insolita Nili exundatio. Cerus, cui nonen Porphyrio capitulatur. Totilas Ruscianum castellum obsidet.

SUb idem tempus, Sclavenorum copiæ, træcto Istro flumine, totum Illyricum, Epidamnum usque, fœdè vastarunt, obvios quoque sine ullo ætatis discrimine, partim matantes morte, partim abducentes in servitatem, ac pecuniis spoliantes. Castella quoque regionis illius plurima, quæ firma prius videbantur, ceperunt, nemine resistente; ita ut circum cursando, impunè quovis penetrarent: cùm illorum Duces, collecto ad XVM. exercitu

E

situ suo sequerentur, ut proprius ad illos accedere non auderent. Anni hujus hyems crebris, iisque vehementissimis, & maximè horribilibus terræ motibus infesta fuit, qui omnes Byzantii, aliisque in locis noctu contigerunt, & incolis, obrutum iri se arbitrantibus, gravem attulerunt metum, sine ulla pernicie. Eodem anno, inundavit quidem Aegyptum fluvius Nilus, ac totam irrigavit, auctus cubitis amplius XVIII. At cum in superiori Thebaide aquæ subsedissent, & statu tempore intra ripas revocatæ, tractus illius incolis dedissent spatium sementem faciendi, & alia curandi ex more, in partibus inferioribus non se collegit effusus amnis: verùm ibi infestâ morâ tempus omnæ sationis assumpsit, quod post homines natos nunquam contigerat. Alicubi recepta in alveum aqua haud multo post iterum restagnavit, itaque omnia corripuit semina, quæ terræ commissa fuerant per illam temporis intercedinem. Quæ inopinata calamitas magnis difficultatibus affectit homines, aliorumque animalium maxima pars interiit, inopiâ pabuli.

Tunc etiam Cetus, quem Porphyronem appellabant Byzantii, captus est. Cetus hic plus quinquaginta annos Byzantium, ac vicinas oras infestavit, haud continenter quidem, sed longa (si fors ita ferret) per intervalla. Naves multas submergebat, multarum vectores violento impetu conturbans longissimè dissipabat. Nec Justinianus Augustus ulla arte exequi poterat, quod urgebat, belluæ hujus capiendæ consilium. Quo tandem modo comprehensa jam fuerit dicam. Erat mare tranquillissimum, cum ad os Ponti Euxini ingens delphinum grecum confluxit. Viso repente Ceto, quod cuique lucuit delapsi sunt. Ad Sangaris hostia venere plurimi, quorum eti nonnullos corripuit Cetus, ac statim glutiit; nihilominus cæteros persequiti institit, seu fame, seu vincendi studio stimulante. donec ipsum imprudentem suus impetus proprius terræ impegit: ubi limum nactus altissimum, vim adhibuit, ac nihil non egit, quod se quamprimum inde expediret. Verum adeò non ex illo tenaci cœno evasit, ut se se magis immiserit. Exciti omnes rei famâ accolæ, confessim currunt; sine mora, ac requie belluam undique contundunt asciis; ac ne ita quidem occisam, crassis funibus in terram subducunt. Cum eam in plaustra imposuissent, longam triginta ferè cubitos, latam decem deprehenderunt. Tum sectam, atque inter se distributam, nonnulli manducarunt continuò: alii partem, quæ ipsis obrigerat condierunt sale. Civis autem Byzantii, cum terræ motum sensissent, & quæ Nilo, Cetoque huic acciderant, cognovissent, eventurum statim prædixerunt, quod cuique allubescet. Homines enim circumventi difficultatibus futura communisci monstrificè, & molestias, quibus anguntur, vanis prognosticis levare gaudent. Ego verò divinationes, ac portentorum interpretationes relinquens aliis, id probè scio, Nilum terræ diutius innatando gravia peperisse incommoda, & sublata mala fuisse plurima, Ceti interitu. Sunt qui Cetum alium captum affirment; non eum, cujus mentionem feci. Sed illuc jam oratio redeat, unde deflexit.

Totilas rebus, quas ante narravi, gestis, certior factus Romanos in Rusciano castello cibariis egere, seque illos brevi expugnaturum ratus, si commeatibus omnino intercluderentur, castra proximè metatus est, & statuam inchoavit obsidionem. Exacta hyems annum-

A terminat decimum tertium hujus belli, quod Procopius literis prodidit.

C A P U T XXX.

Imperator pedites mittit. Valerianus Belisarium convenit. Antonina Byzantium profiscitur.

Theodora Aug. obitus. Presidiis Rusciani cum Totila compositio. Conon Romæ à militibus interficitur. Belisarius, & Joannes coeunt, ut Rusciano suppetias frant.

A Gothis repelluntur. Nova confilia ineunt. Totilas Ruscianum cast. capit. Ejus servitia in Chalazarem. Antonina ab Imperatore reditum impetrat Belisarii.

Justinianus Augustus militum haud minus duo millia peditum in Siciliam navibus transportari jussit, mandavitque Valeriano, ut abjecta omni cunctatione Belisarium conveniret. Ille trajecto sinu, Hydruntem appulit, ibique Belisarium cum ipsis uxore offendit. Subinde Antonina, Belisarii conjux, Byzantium profiscitur, majorem ad hoc bellum apparatum rogatura Augustam. Verùm Theodora Aug. jam morbo obierat, exactis in principatu annis XXI., ac mensibus tribus. Interea, qui in Rusciano castello obsidebantur, rei cibariæ penuria pressi, instituto cum hostibus colloquio, promiserunt se, ea lege, ut incolumitatem cuncti retinerent, tradituros castellum media ferè æstate, nisi quid subsidii hoc interim spatio acciperent. Erant ex Italis in eo castello cum alii multi nobiles, tum frater Tulliani Deopheron: ex Romano exercitu equites Illyrii CCC. quos ibi Joannes collocaverat, sub Chalazare Prætoriano, natione Massageta viro bellicissimo, & Gudila Thrace: auerant & pedites centum, à Belisario missi ad castelli custodiā. Eodem tempore milites, quos in præsidio Romæ Belisarius constituerat, Cononem Præfectum suum trucidant, insimulantes, quod damno suo mercaturam frumenti, cæteraque annonæ faceret. Mox quosdam è Sacerdotibus Legatos mittunt, denunciantque, nisi criminis hujus amnestiam, ac certi temporis stipendia ex æario sibi debita ab Imperatore accipient, se ad Totilam, & Gothos nullâ interpositâ morâ transitus. Eorum petitioni Imperator concessit.

Belisarius, Joanne Hydruntem accito, cum ipso, & Valeriano, cæterisque Ducibus, magna classe collecta, rectâ Rusciam navigare maturat, illic obfessis asserre opem contendens. Qui in castello erant, ea classe ex edito prospecta, in spem optimam ingressi, deditioñis facienda consilium abjecerunt, quamvis jam dicta dies adesset. Ac primò orta tempestas violentissima naves omnes toto aquore disjecit eo facilius, quod litus illud omnino importuosum est; itaque multum temporis inutiter fluxit. Deinde in Crotonis portum collecti, solverunt, intento ad Rusciam cursu. Quos ut videre Barbari, consensis equis, eo consilio ad litus convolant, ut hostem prohibeant exscensu. Hic suos longa serie Totilas constituit adversos navium proris, ac partim hastis, partim arcubus tentis instructos. Quo Romani spectaculo attoniti, neque audentes accedere, aliquandiu stetero procul in anchoris. Post, desperata exscensione, retro omnes cesserunt, & profecti,

E ad

Belisarius, Joanne Hydruntem accito, cum ipso, & Valeriano, cæterisque Ducibus, magna classe collecta, rectâ Rusciam navigare maturat, illic obfessis asserre opem contendens. Qui in castello erant, ea classe ex edito prospecta, in spem optimam ingressi, deditioñis facienda consilium abjecerunt, quamvis jam dicta dies adesset. Ac primò orta tempestas violentissima naves omnes toto aquore disjecit eo facilius, quod litus illud omnino importuosum est; itaque multum temporis inutiter fluxit. Deinde in Crotonis portum collecti, solverunt, intento ad Rusciam cursu. Quos ut videre Barbari, consensis equis, eo consilio ad litus convolant, ut hostem prohibeant exscensu. Hic suos longa serie Totilas constituit adversos navium proris, ac partim hastis, partim arcubus tentis instructos. Quo Romani spectaculo attoniti, neque audentes accedere, aliquandiu stetero procul in anchoris. Post, desperata exscensione, retro omnes cesserunt, & profecti,

ad Crotonis portum iterum applicuerunt, ubi consilio habito, satius fore visum est, si Belisarius Romæ rebus optimè provisum iret, eoque commeatus invehernet, dum Joannes, ac Valerianus, viris, & equis in terram expositis iter in Picenum facerent, lacesituri hostes, qui regionis illius oppida obsidebant. Quo factum iri sperabant, ut Totilas ab obsidione retrahetur. Ac Joannes quidem cum suis, numero mille, executus est consulta: Valerianus verò, periculum veritus, & classe circum sinum vetus Ionium, Anconam rectâ navigavit. Hac enim via se ad Picentes tutò perventurum, & Joanni juncturum vires putabat. Totilas autem obsidionem solvere noluit, sed ibi consistens delectos ex copiis bis mille equites in agrum Picenum misit, ut conjunctè cum Barbaris, qui illic degebant, Joannem, & Valerianum proppellerent.

Jam in castello Rusciano obfessi, cùm eos annona, spesque mittendi à Romanis auxiliis penitus defecissent, Gudilam Prætorianum, & Deopherontem Italum ad Totilam legarunt, pacturos pro vita, & actorum veniam petitoros. Spopondit Totilas, se in neminem animadversurum, præterquam in Chalazarem, utpote pactæ fidei violatorem; cæteris omnibus facturum se delicti gratiam. Castello igitur ita capto, statim Chalazarem, ambabus manibus, ac verendis truncatum, vitâ etiam spoliavit: milites, si qui manere vellent, rebus suis gaudere jussit, ea lege, ut Gothorum signa parcum ipsis conditione sequerentur, quod in aliis à se captis munitionibus facitaverat: quibus manere non collibitum esset, edixit, abiarent nudi quocunque animus ferret, quod invitum quenquam habere nollet armorum socium. Tum Romani milites LXXX. exuti pecuniis, Crotonem se contulerunt, reliqui rebus salvis ibi mansere: Italorum opibus omnibus ablatis, corporibus planè temperatum est. Interea Belisarii coniux Antonina, cùm Byzantium post Augustæ obitum pervenisset, Imperatorem rogavit, ut eò virum revocaret, quod facillimè impetravit, cùm ad hoc Justinianum Augustum impelleret bellum Persecum, quo jam is gravissimè urgebat.

C A P U T XXXI.

*Prima coniurationis in Justinianum Aug. semina.
Artabanes ex Africa redux, proculs Præfectus
nuptis Imperatoris, repudiata uxorem reci-
pere cogitur. Præfecta cum Joanne Pompeji
filio nuptiis graviter offenditur.
Germanus Justiniani nepos, hæres
à fratre Boraide institutus,
turbatur à patruo.*

Inter hæc, in Justinianum Augustum consiprarunt nonnulli, qui quo id modo consilium ceperint, eoque difflato nihil effecerint, jam jam narrabo. Cùm Artabanes Gontharin tyrannum sustulisset è medio, ut in superioribus libris memoravi, despontam sibi Præfectam, Imperatoris ex sorore neptem, uxorem ducere vehementissimè cupiebat. Quod ipsa quoque optabat maximè, non ex amore in hominem, sed quod plurimum deberet illi: utpote qui Areobindi mariti necem ultus esset, ipsamque captivam, & ad Gontharinis thorum brevi rapiendam, vindicasset in libertatem. Promisso invicem lubentibus animis matrimonio, Præfectam quidem Artabanes ad Imperatorem misit, ipse verò, quamvis universæ Afri-

A cæ Comes creatus esset, confictis inanibus causis, Imperatorem rogavit, ut se Byzantium revocaret. Eò trahebatur nuptiarum spe, quæ cùm alia plurima inde ventura bona, tum propinquum deinceps Imperium ipsi ostentabat. Etenim sic sunt homines: in partâ præter opinionem felicitate, animum tenere nequeunt, sed ulteriora cupidè expectant, neque absunt spem extendere, donec ipsam, quam adepti sunt, felicitatem malè amiserint. Annuens igitur Imperator, Artabanem revocavit Byzantium, alio in ejus locum suffecto Africæ Comite, ut alibi dixi. Postquam Byzantium Artabanes advénit, cùm admirationem rebus gestis, tum verò maximè gratiam popularē collegit proceri dignitate corporis, indolis liberalitate, & breviloquentiæ studio. Eundem eximiè ornauit Imperator: creatum enim Magistrum militum in præsenti, & Fœderatorum Duce, adscripsit Consulibus honorariis: Sed non potuit cum Præfecta jungere matrimonio, vivente adhuc uxore, ipsius populari, & contribuli, quam ille à pueritia ductam multis jam abhinc annis repudiaverat, culpa fortè intercedente ex earum numero aliquā, quibus uxores à se Maritos abalienant. Ac randiu quidem illa se domi tenuit, nihil movens, & statum, in quo erat, obscurè ferens, quandiu non bono fuere loco res Artabanis: jam verò ubi hic factis inclauruit, ac multum fortuna crevit, impatiens ignominiae foemina Byzantium venit, supplex adit Augustam, ac virum repetit. Augusta, cui hoc natura insitum erat, ut afflictarum mulierum semper susciperet patrocinium, eam Artabani invictissimo obtrusit, ac jussit esse consortem thalami: Præfectam autem Joannes filius Pompeji, qui frater fuit Hypatii, uxorem duxit. Rem hanc adversam non ferens modicè Artabanes, exacerbato animo dictabat, sibi tam benè de Romanis merito permisum à nemine, ut sibi despontam volentem volens uxorem duceret; quam verò odissit omnium maximè. se ad illius perpetuam consuetudinem cogi. Hominis mentem id gravissimè urebat: ita ut conjugi illi repudium iterum lubens remiserit paulo post, simul ac naturæ cessit Augusta. Germanus, Imperatoris ex fratre nepos, fratrem habuit Boraide. Hic Boraides Germani frater, non ita pridem obierat, fortunaru[m] suarum parte maxima relicta fratri, stirpique omni ab eo propagatae. Cùm autem Boraidi & uxor esset, & unica filia, hanc ex bonis tantum habere jussit, quantum legis necessitas posceret. Quocirca Imperator filiæ favere maluit, quod Germanum maximè pupugit.

C A P U T XXXII.

*Arsaces ab Imperatore pœna affectus, in eum cum Artabane conspirat. Consilium aperit Chanarangi, & Justino Germani filio. Justinus rem enunciat patri: hic Marcello. Chanarangi verba ex occulto Leontius excipit,
& Marcello refert; Marcellus Imperatori indicat. Conjuratis in carcerem traditis, patet molitio. Judicium. Periclitanti Germano Marcellus egregiè patrocinatur.
Pœna fontibus decreta.*

I ta cum Artabane, & Germano res Imperator constitutas habebat. Byzantii quidam erat Armenius, Arsaces nomine, ex Arsacidum

rum sanguine, & Artabanis propinquus. Hic non ita pridem, dum aliquid adversus Remp. moveret, deprehensus fuerat, & aperte convictus proditionis: nimirum res novas in Romanos cuderat cum Rege Persarum Chosroë. In reum nihil gravius Imperator statuerat: dorso tantum leviter cæso, eum per urbem traduci jussérat, camelō vectum: non corporis mutilatione, non mulcta, non exilio mulctaverat. Nihilominus Arsaces imposita poena exasperatus, dolos in Justinianum, ac Rempublicam cœpit animo coquere. Atque ubi vicem suam Artabanem, utpote propinquum, dolere animadvertisit, magis, ac magis eum incendere, verborum insidius circumvenire; diu noctu, sine ulla intermissione carpere. Generositatem illi, ac mollitatem reprobrabat, utramque intemperitivam: ut aliena damna depelleret, forti ipsum animo sustulisse tyrannidem, & correpto Gonthari, ab re vitam sua manu ademisse, cùm amicus esset, & convivator: jam verò tam ignavo metu torpere, cùm pariam assiduis praesidiis occuparam vestigalia insueta absumpsiſſent; cùm pater pactionis faciendæ specie cæſus fuſſet; cùm universa propinquitas per totum Orbem Romanum dissipata misereſerviret, ac tali in statu rerum contentum esse Artabanem Romanæ militiæ Magisterio, & mani nomine Consularus. Tu quidem, inquit, me propinquum tuum dira passuni, minimè commiseraris: ego verò tuum, & præclare, in utraque sponsa infortunium doleo, quòd tibi altera per injuriam erepta, altera per vim obtrusa fit. At nemo, in quo aliquantum rationis inſit, vel ignavia, vel metu refugere debet à cæde Justiniani, qui sine custodibus in Musæo cum grandævis Sacerdotibus ad multam noctem defidere soleat, indefesso studio sacros Christianorum codices volvens. Tum pergens, nec tibi, ait, propinquorum Justiniani quisquam se ſe opponet. Immo verò Germanus omnium potentissimus te lubens, ut equidem arbitror, juvabit cum filiis suis, jam adolescentibus, & in eum cùm fervore ætatis, tum irâ succensis, qui rem ſponde, niſi me ſpes fallit, ſuscipient, tantâ jam ab ipſo affecti injuriâ, quanta nec nobis, nec alii cuiquam Armenianorum illata fuit. Talibus Artabanem præstigiis tentare non cefſans Arsaces, ubi tandem pervictum vidiſt, alium quendam Perſarmenium. cui nomen Chanaranges, participem fecit confilii. Erat Chanaranges præstanti corpore adolescentis, ſed levi admodum, ac puerili ingenio.

Postquam cum illo, & Artabane confilium, sermonemque Arsaces contulit, abſcessit, pollicitus ſe in partes tracturum suas Germanum, ejusque filios, quorum erat major natu Justinus, prime lamuginis adolescentis. Strenuus, ac manu promptus, & nuper ad ſellam Consularem evectus. Eum ubi convénit Arsaces, velle ſe dixit cum ipſo clanculum agere in templo quodam. Ut illuc ambo ingressi ſunt, ante omnia Justinum Arsaces rogarat, jurato confirmet, ſe quæ audierit, mortalium omnium nemini unquam enunciaturum, præterquam patri. Jure-jurando devinctum, increpat, quòd cùm proximè contingat Imperatorem, plebejos, ac gregarios homines publicis honoribus immerito uti videat, & cùm tantus ſit, ab iis qui ſanguine alieni ſint à regia, administrari res patiatur. Addit non ipſum modò videri eſſe contemptui Imperatori, ſed ipſius etiam patrem, quamvis ſumma virtute præditum, & fratrem Justinianum ab eodem relinqui ſemper in priva-

A torum jacentes numero: commemorat averſa-patrii bona, quorum ipſe, quantum in Bo-raidis voluntate erat. cum eſſet hæres instru-tus, parte maxima spoliatus iniquè fuerit: nec dubium eſſe, quin ab illo multò magis ſpernantur, cùm primū ex Italia redierit Belisarius, quem in medio jam eſſe Illyrico fama nunciet. His Arsaces dictis, ad exitium Imperatori ſtruendum impellit adolescentem, patefactis quæ ſibi ad eam rem cum Artabane, & Chanarange constituta fuſſent. Quibus auditis, conturbatus Justinus, & quaſi vertigine correpius, clarè tamen, & præcise negat Arfa-ci, a ſe unquam, vel Germano patre commit-tendum id facinus.

B Hæc uti ſe habuerant Arsaces Artabani ren-nunciat: Justinus patri rem pandit ordine: hic cum Marcello, culto liis Palatinis Prælecto com-municat, consultatque, ſibi ne expeditat in-di-care Imperatori. Erat hic Marcellus vir mori-bus gravissimus, ac silentii tenacissimus. Nihil agebat pecuniæ causâ: dicta, factaque ridicu-la averſabatur, nec ſoluto vivendi genere, ſed aspero, & à deliciis alieno ſemper gaude-bat, æqui idem fervantissimus, atque amantis-simus veri. Tunc Germanum tenuit, quomi-nus Auguſto molitionem ederet. Neque enim, inquit, te ejus indicem eſſe convenit. Nam ſi quid Principi remotis arbitris volueris dicere, ſtatiū delationem ſuſpicabitur Artabanes; ac ſi

C Arsaces elapsus fugi latuerit, ſcelus incomper-tum manebit. Ego verò rem leviter explora-tam, nec mihi perſuadere, neque ad Impera-torem deferre ſoleo. Itaque placet vel auribus illud meis accipere, vel familiarium meorum quenpiam à vobis ita diſponi, ut eum de-conſpiratione aliiquid dicentem audiat. Tum Justino filio Germanus imperat, operam det, ut Marcelli mandatum fiat. Verū Arsaces re-pulſam, ut dixi, aperte paſſus, aduici non potuit, ut ea de re loqueretur. Quare ex Chanarange Justinus quærit, num ſe adierit Arsaces de Artabanis ſententia? Nam ego, inſit, nullum arcanum ejusmodi homini auſim cre-de-re. At ſi quid eorum, quæ facere ſit opere pretium, ipſe mihi exponere velles, fortaffe de communi conſilio præclarum aliiquid effice-remus. De his Chanaranges collocutus cum Artabane, Justinum nihil eorum celavit, quæ Arsaces, ipſi jam ante dixerat.

D Pollicito Justino nec ſuam ulla in parte ope-ram, nec patris conſenſum de ore, Germanus cum Chanarange agendum censuit, ac dies col-loquio conſtituta eſt. Quæ cùm Germanus Marcello ſignificasset, rogavit ex amicis ali-quet mitteret, auritum testem verborum Chanarangis futurum. Leontium ille destinat, Athanasii generum, qui linguam æquitati, ve-ritatique addictiſſimam habebat. Eum Germa-nus domum introductum, locavit in cubiculo, ubi crassius pendebat linteum, obtentum thoro, in quo epulari conſueverat. Leontio intra hoc linteum abdito, ipſe extra cum Justino filio conſtituit. Huc admisso Chanarange, clarè ex illius ore exceptit Leontius quæcumque ipſi cum Artabane, & Arsace deliberando perpen-fa fuerant. Inter quæ hoc in sermonem venit, ſi Imperatorem de medio prius tollerent, quām Belisarius Byzantium adveniſſet, nullam conſilij partem ſibi proceſſuram, cùm Imperium quidem tradere Germano vellent; at veriſimile eſſet Belisarium copias collecturum in Thracia, nec ſe impressioni illius repellendæ pares fu-turos: itaque rejiciendam eſſe rem in adventum

Be-

Belisarii : simul autem Byzantium ingressus, cum Augusto in Palatio agere coepisset, eò tunc irrumendum improviso cum pugionibus sero crepusculo, & Marcellum, ac Belisarium cum Imperatore confodiendos ; sic enim factum iri, ut liberius deinde res ex animi sententia compонerent . Hæc Marcellus cùm ex Leontio dicisset, ne sic quidem Imperatori coitionem prodere voluit, sed diu cunctatus est, ne nimia festinatione Artabanem temere perderet . At Germanus id, quod contigit, veritus, ne qua videlicet suspicione ob dilationem aspergetur, Buzi, & Constantiano rem totam edidit.

Paucis post diebus, cùm Belisarius adesse jam proximè nunciaretur, Marcellus conspirationis seriem evolvit Imperatori . Hic statim Artabanem cum administris in custodiam tradidit, & curam subjiciendi illos quæstiōni non nullis Magistratibus demandat . Jam in lucem prolatā, & clare literis exceptā machinatione Augusti jussu Senatus universus in Palatio, ubi de litibus cognoscere solet, confedit, & perlecta, quæ tormentis expressa fuerat, confessione, nihilominus Germanum, ac Justinum ipsius filium in crimen vocavit, donec Germanus, producto Marcelli, & Leontii testimonio, suspicionem depulit . Nam & illi, & Constantianus, & Buzes jurati assieverarunt, nihil sibi à Germano suppressum, sed ita omnia, ut proximè narravi, se habuisse . Quamobrem illico Senatorius omnis eum absolvit, ac filium, ut qui nihil in Remp. deliquerint . Imperatoriam aulam ingressis omnibus, animo Augustus percito fremebat, & in Germanum vehementissimè indignabatur, indicii tarditatem incusans . Ac duo quidam Praefecti molli adulazione sententiam ipsius probabant, pariter iratis similes, nec parum iram acuebant studio gratificandi illi aliena calamitate . Cæteri attoniti silebant, ejus voluntati conniventes non resistendo . Unus admodum Marcellus libera voce, rectaque oratione hominem servavit . Culpam enim in se convertens, ac pro parte virili instans, asseruit, Germanum celerrimè declarasse sibi, quid pararetur; se autem curiosius inquirendo, longiore ei moram creasse, atque ita Imperatoris iram compescuit . Hinc apud omnes Marcelli nomen evasit celebre; utpote viri, qui in rebus summe necessariis virtutem summam ostenderet . Artabanem Justinianus Augustus de gradu dignitatis dejectit, nec in ipsum, cæterosque acerbius quidquam statuit, satis habens attinere omnes honestā custodiā, utique in Palatio, non in publico carcere .

C A P U T XXXIII.

Barbari Occidentis Imperium occupant . Possessionem Galliæ, qua Gothi cesserant, Justinianus Franci afferit . Inter Barbaros soli Francorum Reges nummos aureos cum effigie sua cudent . G. p. dūm, Langobardorum, Eru-

torumque res .

Hujus belli tempore, totius Occidentis imperio Barbari palam potiti sunt . Ac bellum Gothicum, cuius primordia præclaris victoriis Romani insignierant, quemadmodum supra narravi, eò recidit, ut non modò pecunias, & corpora plurima absque ullo impenderint emolumento, sed Italiam quoque amiserint, & Illyricum, Thraciamque ferè universam à Barbaris, utpote jam finitimus, fœdè vastari

A viderint, ac populari: quod ita contigit . Belli hujus initio, Gothi, ut in libris dixi superioribus, totâ Galliæ parte sibi subditâ Germanis cesserant, illis, ac Romanis resistere se simul non posse rati . Quod ne fieret, adeò non impedire Romani potuerunt, ut Justinianus Augustus id confirmaverit, ne ab his Barbaris, si hostiles animos induerent, turbaretur . Nec verò Franci Galliarum possessionem sibi certam, ac stabilem fore putabant, nisi illam Imperator suis literis comprobavissent . Ex eo tempore, Germanorum Reges Massilium Phocensium coloniam, ac maritima loca omnia, adeòque illius maris Imperium obtinuerunt . Jamque Arelate Circensis præsident, & nummos cudent ex auro Gallico, non Imperatoris, ut fieri solet, sed sua impressos effigie . Monetam quidem argenteam Perfarum Rex arbitratu suo cedere consuevit: auream verò, neque ipsi, neque alii cuipiam Barbarorum Regi, quamvis auri domino, vultu proprio signare licet: quippe ejusmodi moneta commercio, vel ipsorum Barbarorum excluditur . Ibi Francis res ita cesserat .

Jam Gothis, ac Totilâ bello superioribus, Franci maximam agri Veneti partem occuparunt nullo negotio, cùm nec Romani illos arcere, nec Gothi utrisque arma inferre possent . Gepædes, qui olim urbem Sirmium, Daciamque omnem obtinuerant, ut primùm Justinianus Augustus ditioni Gothicæ regionem illam eripuit, agentes ibi Romanos abduxerunt in servitutem, & continenter progreffi, vim, vastitatemque Imperio Romano attulerunt . Quare Imperator illis in posterum stipendia negavit, quæ jam inde olim à Romanis accipere consueverant . Cùm autem urbem Noricum, & Pannoniæ munitiones, aliaque loca, ac pecuniam insuper maximam Justinianus Augustus Langobardis donasset, eam illi ob causam patriis sedibus relictis, in adversâ Istri fluminis ripâ confederant, haud procul à Gepædibus . At ipsi quoque Dalmatiam, & Illyricum ad limitem usque Epidamni pervagando, prædas abigebant, & captivos: quorum nonnullis fugâ elapsis, ac reversis domum, Romanum hi Barbari Imperium obibant, tanquam Romanis conjuncti fœdere . ibique si quos eorum, qui evaserant, agnoscerent, perinde ac sua mancipia fugitiva recipiebant, atque abstractos è parentum finu, domum reducebant, nemine repugnante . Alia quædam Daciæ loca Erulis Imperator attribuit ad Singedonem, ubi nunc habitant, Illyricum, Thraciamque crebris populantes incursionibus . Ex his aliquot Romanæ militiae dederunt nomina, Fœderatorum, ut vocant, adscripti numero . Cùm autem Byzantium véniant Eruorum Legati, omnia stipendia, vel eorum, qui ditioni Romanæ subditos expilant, ab Imperatore facillimè consecuti redeunt .

C A P U T XXXIV.

Dissidio inter Gepædes, & Langobardos orto, utrique per Legatos Justinianum in suas partes trahere conantur . Imperator auxilia Langobardis mittit . Barbari inter se pacem conficiunt .

Ita Barbari Romanum Imperium inter se partiti sunt . Deinde maximo Gepædes inter, ac Langobardos invicem confines orto dissidio, utrique, belli mutui vehementissima incensi

incensi cupidine , pruriebant in pugnam , cui & certa dies præstituta est . Cùm autem Langobardi se solos Gepædibus impares fore inteligerent , utope numero inferiores , Romanos in societatem belli pertrahere decreverunt . Rursus Gepædes à Romanis pro jure fœderis , quo juncti cum ipsis erant , petere constituerunt , ut vel unà secum arma sumerent , bellumque inferrent , vel integrōs servarent se se , & neutri genti faverent . Utrique igitur missis ad Justinianum Augustum legationibus , ab illo auxilium magnopere expectabant . Tunc temporis Thorisinus imperabat Gepædibus ; Audivimus Langobardis . Utrosque audire statuit Justinianus Augustus , non in unum coactos cœcum , at separatè admissos . Primi ad Imperatoris conspectum introducti Langobardi , ita ferè dissenserunt . Vehementer miramur , Imperator , absurdam Gepædum insolentiam , qui post tot , tantasque injurias vestro illatas à se Imperio , nunc etiam dedecus gravissimum vobis imposituri accedunt . Nam licentiam in vicinos extrema plenam indignitate ii solum exercerent , qui illos arbitrati captu admodum faciles esse , eorumque bonitate , quos iniquè violarunt , abusi , ipsis adeunt . Jam sūnum id perpendicularis rogamus , quo sint animo Gepædes in amicitia . Sic enim fiet , ut Romano optimè consulatis Imperio : siquidem hominibus semper licet certam futuri conjecturam ex præterito facere . Ac si Gepædes perfidiam uni alii cupiam genti exhibuissent , nobis eorum ingenium , ac mores ostendere cupientibus , longa oratione , multo tempore , externisque testimoniis opus esset : jam verò vos ipsi exemplum præbetis recens . Hæc enim considerate . Ante hoc tempus , cùm Gothi vœtigalem haberent Daciam , Gepædes trans Istrum , ubi omnes olim federant , tenebant se omnes , potentiam Gothicam adeò reformidantes , ut trajectum fluvii nunquam tentarint . Tunc fœderati , & amicissimi Romanorum , amicitiae nomine cùm ab Imperatoribus fato functis congiaria annis singulis plurima , tum à te æquè munifico accepterunt . Jam ex ipsis libenter quæsiverimus , quid unquam boni pro his beneficiis in Romanos contulerint . Nihil certè nec leve , nec magnum proferre possunt . Quandiu nihil fuit , quo vos læderent , tandiu se continuerunt , necessitate adducti , non voluntate . Nam quid trans Istrum est , habebatis pro derelicto : regione autem citeriori eos arcebat Gothorum metus . Quis verò gratum unquam appellat animum , nocendi impotentiam ? & quæ stabilitas amicitiae in mero defectu virium ad peccandum ? Aliter , Imperator , aliter se res habet : quandoquidem naturam hominis , & mentem benè , vel male affectam sola potestas ostendit , dum mores in lucem omnino profert agendi libertate . Ecce enim , ut primùm Gepædes , pulsos ex omni Dacia Gothos . ac vos bello impeditos viderunt , ausi sunt scelesti undique directionem vestram invadere : cuius rei indignitatem quis possit verbis consequi ? An non Romanum Imperium spreverunt ? An non fœderis , ac societatis leges violarunt ? An non quos minimè lædi oportebat , habuere ludibrio ? Nonne rebellarunt in Majestatem , cui servire gloriantur , si tantillum vacaret contra ipsis arma expedire ? Sirmium Gepædes tenent , ò Imperator , & Romanos abstrahunt in servitatem , seque universā Daciā potiri jactant ; post cuius tandem belli pro vobis , aut vobiscum , vel in vos unquam gesti victoriam consecuti sunt ? In

Tom. I.

A cujus pugnæ præmium illis ea regio cessit ? idq; postquam à vobis crebra stipendia , & jam ante , à tempore nescimus quò , pecuniam , ut dictum est , acceperunt . Hac porrò ipsorum legatione nihil iniquius post homines natos suscepsum est . Nam ubi in se bellum à nobis moveri intellexerunt , non dubitarunt venire Byzantium , seque sistere tam indignè habito Imperatori . Ac fortè per summam impudentiam vos ad bellicam societatem contra nos , vetris adeò rebus addictos , impellent . Quòd si eo consilio venerunt , ut injūti occupata restituant , est profectò cur Romani præcipuam ejusmodi paenitentiaz . & sanioris consilii causam adscribant Langobardis , quorum metu illi compulsi , serò tandem , invitè licet , resipiscunt . Certè qui beneficium accepit , meritò gratiam habet illi , qui beneficii necessitatem impo- suit . Sin necdum animum induxerunt alieno cedere , quantus est improbitatis hujuscemodi cumulus ? Hæc simplicitate Barbarica , jejuna , & indiserta , non pro rei gravitate à nobis dīta sint . Tu verò , Imperator , ea supplens animo , ac perpendens , quæ breviori , quam par est , orationi nostræ desunt , Romanorum , & Langobardorum tuorum rationibus consule , adjuncta hac aliis omnibus cogitatione , Romanos jure coituros nobiscum , qui dē Deo sentimus cum ipsis eadem , & Arianis , vel eo nomine adversatueros .
B Hæc Langobardi . Postridie ad Imperatorem admissi Gepædum Legati , sic orsi sunt . Qui idcirco vicinos adeunt , Imperator , ut illos ad arma jungenda secum invitent , eos in primis ostendere decet , postulata ipsis afferre justa , ac sociis futuris utilia . itaque de causa legationis agere . Ac primùm injuriā nos à Langobardis affici per se patet : cùm litem judicio dirimere studeamus , nec par sit adhiberi illis armorum vim , qui ad judiciariam disceptationem accedere velint . Deinde Gepædes , & numero , & fortitudine Langobardis longè præstare , quid est cur pluribus quisquam verbis apud illos , quibus probè noti sumus , demonstret ? Neminem autem vel mediocriter sanæ mentis puramus esse , qui , si victoriam sine periculo possit consequi à valentioribus stando , malit in manifestam perniciem ruere , sequendo arma infirmiorum . Ac vobis posthac Gepædes in aliis bellis militarem navabunt operam , rei ipsorum causā gestæ gratiā vobis debentes , maximisque copiis vos , ut par est , efficiētes victoriae compotes . Id etiam attendere convenit , recentem esse Langobardorum amicitiam cum Romanis : Gepædibus societatem , familiaritatēq; vobiscum veterem intercedere . Amicitia demum illa non facilè solvitur , cuius vinculum firmavit temporis diuturnitas . Quare ne dubitate , quin nos non potentes modò , sed constantes etiam socios habituri fitis .
C E Atque ea sunt , quæ vos meritò ad societatem invitant . Jam quo ingenio sint Langobardi perspicite . Litem judicio componere , quamvis ad id sæpe eos provocaverimus , recusarunt , inconsideratae pleni audacie . Nunc autem cùm est bellum in manibus , infirmitatis suæ conscientiā ab incœpto retracti , vos adeunt , idque agunt , ut pro ipsis Romani contra quām fas est , bellum suscipiant : cuius causam ex Sirmio , aliisque nonnullis Daciæ locis in nos conflatam fures hi proferunt . Atqui tot urbes adhuc , torque provinciæ supersunt Imperio tuo , ut nationes quæras , quibus partem ejus aliquam incolendam des . Profectò Francis , Eru-

T t lis ,

lis, hisque ipsis Langobardis tot urbes, tantasque regiones attribuisti, Imperator, ut ini re numerum nemo possit. Nos verò amicitia tuā freti, quod fieri volebas, egimus. Qui autem in animo habet rerum suarum partem profundere, illum, qui anteverterit, atque ultra præceperit beneficium, eo, in quem gratiam ipse contulerit, multò meliorem judicat: si modo ille præsumpsisse rem videatur, non possessoris contemptu, sed amicitiae singularis fiducia: quo modo se Gepædes in Romanos gesserunt. Quæ cùm vestris animis subjecimus, rogamus, ut pro sociali jure Langobardos nobiscum viribus omnibus invadatis, vel certè à neutra stetis parte. Quo suscepito consilio, rem æquam, ac Romano Imperio convenientissimam facietis.

Eiusmodi fuit Gepædum oratio, quos Justinianus Augustus post longam deliberationem remisit irritos, ac jurato cum Langobardis foedare, his misit equitum plus decem millia, ducibus Constantiano, Buzæ, atque Aratio, quibus Joannes Vitaliani ex sorore nepos se se adjunxit, cùm Imperator huic præcepisset, ut facto cum Gepædibus prælio statim cum suis inde in Italiam unde venerat, profici maturaret. Eos sequebantur Eruli foederati mille quingenti, quibus præter alios Philemuthus præserat. Nam cæteri omnes Eruli ad tria milia, cum Gepædibus coierant, à Romanis non ita pridem defectione sejuncti eam ob causam, quam supra commemoravi. Tunc pars Romanorum socia arma Langobardis feren tium, in Erulorum catervam, & Aordum Regis fratrem inopinatò incidit. Fervido commisso certamine, vincunt Romani, & cum Erulis multis Aordum ipsum conficiunt. Simul cognoverunt Gepædes Romanorum exercitum appropinquare, direptâ cum Langobardis controversâ, pacem pepigerunt, invitatis Romanis. Quorum exercitus, ea re intellecta, laborare plurimum cœpit. Jam enim nec progredi poterant, nec regredi audebant Duces, veriti, ne Gepædes, Erulique facta simul incursione, Illyricum popularentur. Quare ibi cœsentes, Imperatori, quo loci res deducta esset, significarunt. Atque hæc quidem illic sic acta sunt, ego verò orationem eò revoco, unde digressa est.

C A P U T X X X V.

Indecorū Belisarii redditus ex Italia. Omen ipsius prosperitatis. Vigilius Papa Imperatorem ad recuperandam Italiam impellit. Justinianus in controversiis de religione totus est. Res Langobardice. Ilaufi perfidia, ac successus.

Belisarius Byzantium indecorè profectus est, cùm Italia quinquennio sic fuisset exclusus, ut nequivisset certis itineribus progredi; sed toto hoc tempore fugitans clanculum, & ab uno maritimo præsidio ad aliud navigans, oram continentem legisset: unde factum, ut liberius hostes Romanam ipsam, cæteraque omnia subegerint. Tunc & Perusiam, urbem Tuscæ Principem, dira obsidione cinctam reliquit, quæ, dum ille esset in via, vi capta est. Cùm per venisset Byzantium, ibi deinceps mansit, divitiis affluens, rebusque illustris antea feliciter gestis, cuius prosperitatis non obscurum à Deo omen acceperat, priusquam expeditionem Afri-

A canam fusciperet: sic autem contigit omen illud. In Byzantii suburbis habebat hæredium Belisarius: Pantichium id vocant, sicutumque est in adversa continente. Hic, paulo ante quām Belisarius adversus Gelimerem copias Romanas in Africam duceret, uvis exuberarunt ipsius vites. Ac vino, quod hinc prævenit, cùm famuli cados quamplurimos implessent, eos in cella reposuerunt, inferiori parte defossa humi, superiori accuratissimè obducta luto. Octo post mensibus, vinum in cadiis aliquot fervens, lutum, quo quisque munitus erat, convulsit, restagnansque, ac largè fluens, solum adjacens sic inundavit, ut in eo magnum lacum efficerit. Quo viso obstupesfacti famuli, multas inde impleverunt amphoras, ac denuo obturatis luto iisdem dolis, nihil enunciarunt. Quid cùm subinde sæpius factum vidissent, significarunt domino. Is verò non paucis, quibus familia riùs utebatur, eò convocatis, rem ostendit, qui omen interpretantes, illi domui bona ingentia prædixerunt.

Ita quidem cesserunt hæc Belisario. Vigilius verò Pontifex Romanus, cùm Italies, qui ibi tunc aderant & plurimi, & nobilissimi, non absistebat Imperatorem urgere, ut viribus omnibus Italiam sibi vindicaret. In primis stimulabat ipsum Gothigus, Patricius, ac jandiu Consularis, qui nuper ejus rei causâ Byzantium venerat. At Imperator, se Italæ prospecturum pollicitus, in Christianorum dogmata maximam temporis partem conferebat, tollendis eorum controversiis intentissimus. Hæc agebantur Byzantii, cùm Ildisgus natione Langobardus ad Gepædes se recepit, ob ejusmodi causam. Quo tempore Langobardis Vaces imperabat, nepotem habebat. nomine Risiulfum, quem lex ad regnum vocabat, postquam ex vita Vaces migraffet. Vaces autem id providè curans, ut filio suo principatum relinqueret, Risiulfum, falsi criminis reum actum, exilio mulctavit. Statim ille ex patria ad Varnos cum paucis profugit, relictis ibi duobus filiis. Hos Barbaros pecuniâ Vaces ad Risiulfi cædem perpellit. Filiorum Risiulfi alter morbo extinguitur, alter, cui nomen Ildisgus, ad Sclavenos evadit. Haud multò post morbo obiit Vaces, ac Langobardorum principatus Valdalo obvenit, Vacis filio, cui admodum puer tutor adhibitus Auduinus, regnum administrabat. Hinc multa auctus potentia, brevi ipse regnum obtinuit, cùm puerum repente morbus oppressisset. Nato demum, ut dixi, bello Gepædes inter, ac Langobardos, protinus Ildisgus cum Langobardis, qui se ipsi adjunxerant, ac numerosa Sclavenorum manu ad Gepædes se contulit. Ac sperabant Gepædes fore ut illum in regnum inducerent. Jam verò facta cum Langobardis pace, exemplo Auduinus à Gepædibus, tanquam amicis, Ildisgum repetiit. Hi tradere, nolentes hominem, hortati sunt, ut inde quæcunque vellet evaderet. Nulla is interposita mora cum suis, ac nonnullis Gepædibus voluntariis, se se ad Sclavenos retulit. Hinc profectus, Totilam, Gothosque adire instituit, armatorum non minus sex millia secum habens. Agrum ingressus Venetum, cum obvia Romanorum manu, quam Lazarus ducebatur, conflixit, eaque in fugam actâ, multos occidit. Nec ramen se admisit Gothis, sed iterum transito Istro flumine, ad Sclavenos concessit.

Dum hæc ita fiunt, ut dixi, interea Ilaufus, armiger Belisarii, genere Barbarus, animosus vir, atque impiger, qui in Italia captus remanef-

manserat, ad Totilam, & Gothos temerè deservit. Confestim ipsum Totilas cum multis copiis, navibusque in Dalmatiam misit. Ille Muicurum (locus est maritus, ac proximus Salonis) delatus, primùm quidem ad incolas se applicuit, gerens se pro Romano, ac domino Belisarii. Dein verò ense districto, horatus socios, repente internectionem fecit, atque opibus direptis omnibus illinc abscessit. Locum alium, quem Laureatam Romani vocant, in maris litore situm aggressus est, eoque facta exscensione, quos habuit obvios, de medio sustulit. De his certior factus, qui tunc Salonis præserat, Claudianus, copias in dromones, quos appellant, impositas adversus illum misit: quæ Laureatam devectæ manum conseruerunt cum hostibus. Quibus claram adeptis pugnâ victoriæ, proripuit se quisque, quod potuit, relictis in portu dromonibus, ubi & aliae naves erant frumento, cæterisque cibariis plenæ, quas omnes cum Ilaufus, & Gothis cepissent, obviis quibusque cæsis, ablataque pecunia, Totilam convenerunt. Exit hyems, unâque annus decimus quartus istius belli, quod Procopius scripsit.

C A P U T XXXVI.

Totilas Romanum obsidet. Justiniani oscitatio. Isauri Gothis urbem produnt. Paulus cum suis in Adriani mole fortiter resistit. Totilas urbi capta parcit.

Deinde copias omnes Romam Totilas duxit, castrisque positis obsidionem capebat. Fortissimorum milicium tria millia delegerat Belisarius, iisque commissa Romæ custodiâ, Diogenem è stipatoribus suis unum, virum prudenter, ac bellica virtute præstantem præfecrat. Quare longius obsidio protracta est: cùm & obfessos ingens animus universo Gothorum exercitu pares videretur efficere, & Diogenes acerrimis custodiis uteretur, ne quis ad mœnia subiret infestus, fattoque ubivis intra urbis muros frumento, annone penuriam prohiberet. Sæpe Barbari, tentata murorum oppugnatione, cessere retro, Romanis inde illos arcentibus virtute sua. Capto tandem Portu, Roma vehementius urgeri coepit. Hæc ibi fiebant. Justinianus verò Augustus, ut Belisarium reducem Byzantium vidit, Ducem alium adversus Gothos, ac Totilam cum exercitu mittere constituit. Quod consilium si executus esset, bello, ut equidem sentio, vicisset hostem, cùm adhuc Romam haberet in sua ditione, & incolum illius urbis præsidium missis Byzantio auxiliis misceri posset. Nunc autem delecto primùm Liberio Patricio Romano injunxit, ut præstò esset: deinde, negotio forte suborto aliquo, egregiam voluntatem depositus.

Obsidio Romæ ducta longius fuerat, cùm Isauri quidam custodes portæ, quæ Pauli Apostoli nomine insignis est, expostulantes nihil sibi per annos plures ab Imperatore datum, atque eodem videntes tempore Isauros, qui Romanum Gothis ante prodiderant, magnis opibus gloriofos; Totile in clandestino colloquio promittunt urbem se tradituros, ac tempus rei peragendæ constituunt. Cùm dicta dies affuit, sic fraudem instruxit Totilas. Prima noctis vigilia in fluvium Tiberim navigiola duo induxit, cum totidem tubicinibus, quibus præcepit, ut remis transmisso Tiberi, sub mœnibus quoad possent clangerent. Ipse Gothorum exercitum ad portam, quam Pauli Apostoli nomine ins-

Tom. I.

Agnem esse dixi, nihil hoste persentiente dispossuit, ac præcavens, ne qua pars Romani præsidii noctis beneficio clam ex urbe se reciperet Centumcellas, cùm in locis circumjacentibus alia nulla munitio Romanis esset reliqua, viam, quæ ed dicit, valida caterva infedit, jussa fugientes conficeret. Ergo qui in lintribus erant, cùm ad urbem accessissent, ex præscripto turbas inflarunt. Attoniti Romani trepidare metu, ac tumultuari, temerè de sua quisque statione decidere, & accurrere illuc auxilio, eam tentari rati murorum partem. Soli Isauri proditores, in statione manentes, portæ liberè patescant, in urbem hostes accipiunt. Obviorum ibi multa fit cædes: multi aliis portis diffugiunt, ac dum Centumcellas properant, in insidias dilapsi ceduntur. Hinc pauci vix evasere, inter quos Diogenes effugisse fauicus dicitur.

Erat in turmis Romanis Paulus, natione Cilix, qui primùm domui præfuerat Belisarii: deinde turmæ equitum dux, expeditionem sequutus Italicam, præsidio Romano præpositus cum Diogene fuerat. Hic Paulus tum capta urbe, cum equitibus CD. cursu ad molem Adriani se se recepit, & pontem, qui ad Petri Apostoli templum fert, occupavit. Mane, sub lucis ortum, aggressis hos viros Gothis, Romani hostiles illic impetum validissime sustinentes, vicerunt, ac magna clade affecerunt Barbaros, utpote confertiissimos in angustiis.

C **Q**uod ubi Totilas animadvertisit, pugnam itatim diremit, Gothosque in statione hostiles opposita manere jussit, non dubitans, quin eos lame ad deditiæ perpelleret. Quare diem hunc Paulus, & quadringenti impasti traduxerunt, immo & noctem. Postridie, cùm equorum carnisbus vesci consilium esset, cunctatio, quam cibi insolentia pariebat, illud ad vesperum extraxit, quamvis ipsos rabida famæ urgeret. Tum longa inter se habita deliberatione, horati se invicem ad audendum, sic statuerunt: satis esse illico honesta morte finire vitam. Cùm igitur vellent facto in hostes subito impetu, eorum cædem quam maximam quisque posset, edere, itaque omnes occumbere tortiter; sine mora amplexati inter se, & ora exosculati, supremum iter carpunt, tanquam continuò perituri ad unum omnes. Quo Totilas intellecto, veritus ne homines amore mortis, & desperatione salutis acti, magnam stragem Gothis afferrent, misit, qui optionem darent, utrum mallent equis illic dimitti, armisque depositis, ac fide jurejurando abstincta, se in Gothos arma nunquam laturos, Byzantium abire incolumes, an suis retentis rebus, pari in posterum jure, & conditione cum Gothis militare. His Romani libenter auditis, principio quidem cuncti Byzantium petere maluerunt; at postea pudore prohibiti quominus pedites, & inermes redirent, veritique ne in via intercepti insidiis trucidarentur, ac præterea conquerentes debita sibi ex æario multorum annorum stipendia; ultro omnes ad Gothorum exercitum se aggregarunt, præter Paulum, & Mindem Isaurum, qui coram rogarunt Totilam, ut se Byzantium mitteret; cùm in patria liberos, uxoresque habere se dicerent, sine quibus non possent vivere. His Totilas verum proferentibus annuit, datoque viatico, & adjunctis deductoribus, ipsos dimisit. Quadringenti alii Romani milites, qui in templo urbis confrigerant, accepta fide, se Totilæ permiserunt. Porro Totilas Romam nec delere, nec relinqueret amplius voluit; sed Gothis, ac Romanis

T. 2

cum

cum Senatoriis, tum aliis cujusque ordinis, frequentare decrevit, causā inductus, quam modō dicam.

C A P U T XXXVII.

Totila Francorum Rex filiam dare uxorem remisit. Romanum Totilas instaurat, ac regnum stabilis. Pacem negante Justiniano, Centumcelias, & castellum Rheginum obsidet. Tarentum, & Ariminum caput. Justinianus mutat consilium. Veri clades.

Non ita pridem Totilas, missā ad Francorum Regem legatione, ejus filiam sibi petierat in matrimonium. Is verò abnuebat, negans illum Italiam Regem esse, vel futurum unquam, qui Romanam captam retinere nescivisset, ac parte ejus diruta, illam iterum permisisset hostium potestati. Quamobrem jam in urbem annonam invehere sicut Totilas, & properè instaurari jussit quidquid ipse, cùm Romanam primū cepisset, ferro, ac flamma corruperat. Romanos, non Senatores modò, sed alios etiam quoscunque in Campania afferabat, revocavit, cùmque ludis equestribus interfuisset, universum exercitum accinxit, bellum Siculum meditans. Eodem tempore minoria navigia quadringenta, veluti ad navale certamen expediti, ac numerosam classem majorum navium, quas illuc ex Oriente ab Imperatore missas toto eo tempore cum viris, & oneribus interceperat. Stephanum ortu Romanum ad Imperatorem legavit, petens, ut hoc bellum dirimeret, ac fœdere jungeret sibi Gothos, sociis eorum armis juvandus, cùm alios hostes adoriretur. Verū Justinianus Augustus nec Legatum ad conspectum suum admisit, nec dictis quidquam detulit. Quæ cùm Totilæ renunciata fuissent, apparatum bellicum redintegravit. Ac prius expedire visum est Centumcellas tentare, itaque demum Siciliam petere. Illius urbis praesidio tunc imperabat Belisarii stipator Diogenes, idoneis succinctus copiis. Gothorum verò exercitus, simul Centumcellas pervenit, proximè muros castramentatus, inchoavit obsidionem. Tum Totilas non nullis ad Diogenem delegatis, ipsum, ejusque milites provocat: si velint secum armis decernere, rem quamprimum aggrediantur: hortatur ut spem omnem abjiciant accipiendi ab Imperatore subsidii: quippe quantum conjici ex iis posset, quæ Romæ accidissent, post tam diutinam expectationem, jam bello Gothicō imparem esse Justinianum. Sin dimicare nolint, optionem facit, malintne æquali sorte conjungi Gothorum copiis, an Byzantium illinc proficiisci incolumes. Romani cum Diogene respondent, nolle se in certamen venire, neque exercitui Gothorum inferi, eo quod sine liberis, & uxoribus vita intolerabilis ipsis futura sit, urbem autem fidei sue creditam non posse, jam honestè tradere, ob id præsertim, quod, cùm adire velint Imperatorem, nihil habeant, quo ditionem excusent. Itaque postulant, differatur hæc aliquandiu, donec quo res deducta sit, Imperatori significant; ut si illo interim spatio auxiliū nihil ab eo venerit, urbem Gothis dedita, redditum purgare possint. His assenso Totila, certa dies convenit, cautumque est huic pactioni utrinque datis obsidibus triginta. Goths, soluta obsidione, converso-

A que itinere in Siciliam, cùm Rhégium pervernissent, non prius fretum, quod illic est, trahere, quæ Reginum castellum tentarunt. Parrebat illius praesidium Thurimutho, atque Hieronio, quos ibi Belisarius constituerat. Hi, cùm & multos, & fortissimos haberent secum milites, impressionem hostium repulerunt, factaque eruptione, ex pugna redierunt superiores. At deinde illis longè cedentes numero, continuerunt se se inclusi mœnibus. Totilas verò exercitus Gothicī partem ibi, ut custodiā ageret, reliquit, spe maxima incensus, fore postea, ut Romanos illos cibariorum penuriā domaret. Missis Tarentum copiis, sruum illic castellum labore nullo in suam potestatem redegit, & Gothi, quos in agro Piceno liquebat, tunc urbem Ariminum prodizione ceperunt.

Justinianus Augustus his auditis, Germano fratri sui filio bellum adversus Gothos, ac Totilam dare constituit, præcepitque, ut accingatur. Cujus rei nuncius in Italiam perlatus Gothis magnam injectit solitudinem, quod apud omnes Germani nomen celebre esset. Continuò Romanos omnes, ac Caesarinas copias ita spes erexit, ut jam periculis, æruminisque multò constantius resisterent. Sed enim Imperator, mente nescio quo pacto mutata, Liberum civem Romanum, cuius mentio supra incidit, incepto præficere decrevit, Germani loco. Atque is quidem statim paratus propediem cum exercitu oram soluturus videbatur: verū neque ipse discessit, subeunte Imperatorem consilii poenitentiā. Id temporis Verus cum bellatoribus optimis, quos sibi collegerat, Gothos, qui in Piceno erant, adortus non procul ab urbe Ravenna, magna suorum clade involutus interiit, re fortiter gesta in eo prælio.

C A P U T XXXVIII.

Sclaveni Istrum, Hebreusque trajiciunt: Romanas copias profligant: in Asbadem sœvunt: Toperum urbem expugnant. Ingens eorum crudelitas.

Sub idem tempus Sclavenorum exercitus, ex tribus solum conflatus virorum millibus, nemine prohibente, Istrum fluvium trajecit, ac nullo negotio subinde transmissio Hebro flumine, bifariam discessit. Constabat pars altera mille octingentis, altera reliquis. Utrosque, quamvis invicem, ut dictum est, separatos aggressi in Illyrico, Thraciaque exercitus Romani Duces, præter opinionem victi sunt, ac partim ibi ceciderunt, partim evaserunt incompositè fugientes. Postquam ab utroque Barbarico exercitu, quamvis numero longè inferiore, Romani Duces omnes ita fusi, fugatiique sunt, cum Asbade pars hostium altera manum conseruit. Erat hic vir Justiniani Augusti stipator, Candidatis, quos appellant, adscriptus, & equitibus præserat, veteribus stationariis Tzuruli Thraciæ castelli, numero, animoque polentibus. His quoque Sclaveni disjectis, quamplurimos turpissime fugientes interfecerunt, captumque Asbadem tum quidem vivum servarunt, sed postea conjectum in flamas combusserunt, desectis prius loris ex dorsi illius pelle. His peractis, Thraciam omnem, atque Illyricum impune vastarunt, ac multa utriusque castella obsidione ceperunt, qui antea nec muros

ros oppugnare, neque in campum descendere audebant: Enim verò ne tentaverant quidem unquam hi Barbari incursionem facere in Romanum Imperium. Immo verò ante illud tempus, quod supra dixi, nunquam cum exercitu fluvium Istrum videntur trajecisse.

Qui Asbadem vicerant, ad mare usque continentem omnia populati, urbem maritimam, quamvis militari præsidio munitam, expugnabant. Toperus dicitur, urbiumque maritimarum Thraciæ prima est, ac Byzantio dierum iter duodecim distat. Sic autem eam ceperunt. Cùm eorum pars maxima sub mœnibus in locis confragosis delitusset, exigua manus ad portam, quæ Solem orientem spectat, Romanos, qui stabant ad pinnas, lacefere coepit. Rati milites, quicunque hic agitabant præsidium, haud plures esse quām qui coram aderant, captis extemplo armis, in eos cuncti erumpunt. Mox Barbari retro cedere, aggressoribus speciem præbentes fugientium metu. Romanis à muro procul insequendo provectis, illi ex insidiis consurgunt, & insequentibus imminentes à tergo, redditum in urbem præcludunt. Tum ora vertentes, qui fugere videbantur, Romanos intercipiunt. His ad internacionem cæsis, admovent se mœnibus Barbari. Jam à militibus imparati cives, graviter astuare. Nihilominus pro re nata arcebant impetum, ac principio quidem ferventissimo oleo, & pice oppugnatores rigabant; cùmque omnis ætas lapides jaceret, nihil proprius factum est, quām ut discrimen avertarent. Post tandem Barbari ingenti telorum vi illos è pinnis dejecterunt, & scalis ad muros applicitis, urbem expugnaverunt. Nec mora: viris omnibus ad XV.m. contrucidatis, penitusque direptis opibus, pueros, ac foeminas servituti addicunt, cùm ad eam diem nulli ætati pepercissent: verū & ipsi, & qui in altero erant exercitu, ex quo in fines Romanorum irruperant, obvios quoque sine ullo ætatis discrimine de medio sustulissent, itaut in Illyrico, Thraciaque insepultis cadaveribus solum longè, ac latè constratum esset. Obvios autem non ense, non hastâ, non alio quoquam usitato necis genere conficiebant, sed depactis validè in terram sudibus præacutis, miserorum sedes multa vi impingebant, & infixas inter nates palorum cuspides adgentes adusque viscera, illis vitam extorquebant. Præterea defossis humi lignis quatuor crassioribus alligabant hi Barbari eorum, quos ceperant, manus, ac pedes: deinde capita fustibus assidue tundendo, veluti canes, aut serpentes, aliud-ve feræ genus mactabant. Alios cum bobus, & ovibus, quas in patriam abducere non poterant, in tuguria compactos, immisericorditer cremabant. Ita Slaveni illos, in quos incidebant, necare erant soliti. Jam uterque eorum exercitus, quasi nimio sanguine ebrios, ac satur esset, quos in posterum caperet, illorum parti donare vitam statuit. Quo factum est, ut domum omnes reversi sint, cum captivorum innumeris myriadibus.

A

Gotbi castellum Reginum urgent, & capiunt. Totilas Siciliam vastat. Imperator classi Librium præficit, deinde Artabanem. Dat bellum Germano. Germani animus, & apparatus. Romanorum alacritas. Diogenes Centuncellas dedererem.

B

P Ostea, cùm Reginum castellum Gothi adorti essent, obcessi illos propulerunt, sortissimè repugnantes: in primis Thurimuthus facinora generoso digna pectora semper edidit. Totilas verò, haud ignarus obcessos annonā angustē uti, copiarum ibi partem reliquit, omnes aditus servare jussam, ut hostes commeatibus penitus interclusi, reique cibariæ penuriā pressi, se ipsi, & castellum Gothis contraderent. Ipse, reliquo exercitu in Siciliam transportato, Messanæ muros oppugnare instituit. Occurrit, qui Romanis illic degentibus præterat Domnentiolus, Buzis ex sorore nepos, factoque pro mœnibus prælio non inferior, cùm in urbem se recepisset, illi custodiendæ intentus, nihil amplius movit. Tum Gothi, nemine erumpente Siciliam ferè totam vastarunt. Interea Romani, qui Regini cum suis Ducibus Thorimutho, atque Himerio, ut dixi, obsidebantur, absumpsis omnino cibariis, se, & castellum hostibus dediderunt.

C

Quæ cùm Imperator audisset, collecta classe, & validis peditum copiis in eam impositis, duce Liberio, illas in Siciliam celeriter navigare jussit, ac viribus omnibus insulam recuperare. At vix Liberium classi præfecerat, cùm ipsum poenituit consilii, eò quòd vir esset Liberius ætate defectus, ac belli ruditus. Mox Artabanem in gratiam restitutum, & militari ornatum Thraciæ Magisterio, in Siciliam mittit, cùm exiguis quidem copiis, sed cum mandato adjungendæ sibi classis, quæ erat cum Liberio, Byzantium redire jussa. Belli Imperium in Totilam, & Gothos Germano, fratris sui filio, dedit, modico adjuncto exercitu. Verū ingeniti suppeditata pecunia, præcepit, ut coactis ex Thracia, atque Illyrico florentibus copiis, magnis itineribus contenderet in Italiam, secumque duceret Philemuthum Erulorum Principem cum ipsis turmis, & Joannem generum suum, Vitaliani ex sorore nepotem, qui Magister fatus militum per Illyricum, ibi tum morabatur.

D

Tunc ingens laudis amor Germanum impulit ad debellandos Gothos, ut postmodum dicetur, non modò Africam, sed Italiam quoque Romano Imperio recuperasse. Nam antea, cùm Stozas tyrrnidem exercens in Africa, ejus dominatum firmissimè sibi asservisset, eò missus ab Imperatore Germanus, factiosis præter opinionem acie victis, tyrrnidem sustulerat, & in Romanam ditionem Africam revocaverat, ut in superioribus libris narravi. Jam verò rebus Italiam ita, ut modò memorabam, collapsis, magnam inde reportare gloriam volebat, & prædicari, quòd illam potestari Imperatoris restituere potuisset. Ac primùm quidem, cùm viduus, mortua pridem conjuge Passara, naram, ex Amalasuntha Theoderici filia Matasuntham, post Vitigis obitum, uxorem duxisset, eam secum assumpsit. Sperabat enim fore ut, si uxorem in castris haberet, Gothi, justâ prohibiti reverentia, in eam arma non tollerent, regni Theoderici, atque Atalarici memores. Deinde præ-

E

præbitam ab Augusto pecuniam, & ampliorem de suo liberalissimè erogans, magnas præterexpectationem copias virorum bellicosissimorum brevi tempore, & labore nullo conscripsit. Nam qui inter Romanos erant bello egregii, contemptis multis Ducibus, ac Praefectis, apud quos Protectorum munere fugebantur, ad Germanum ex urbe Byzantio, pariterque ex Thracia, atque Illyrico se conferebant, in id sedulò incubentibus ejus filiis Justino, ac Justiniano, quos secum ducebat. Nonnullos ex equestribus Thraciae numeris, permisso Imperatoris, collegit. Multi etiam Barbari, Istri fluminis accolæ, Germani illustri fama exciti, grandi accepta pecunia, ad Romanum exercitum se aggregarunt, & cùm alii Barbari, coacti undique confluxerunt, tum Langobardorum Rex milites cætaphractos mille, quos paratos habebat, prope diem se missurum recepit.

His, aliisque amplioribus in Italia nunciatis, qualia inter homines efficere fama solet, eundo crescens, Gothi simul timere, simul ambigere, num sibi cum Theoderici stirpe bellandum esset. Romani verò milites, quicunque vel inviti, vel sponte Gothis militabant, misso nuncio injungunt, Germano significet, statim ut ipsum ingressum Italiam, ejusque copias castrametatas viderint, se quoque ad unum omnes, nullâ interjectâ morâ, cum illis arma juncturos. His rebus omnibus freti Cæsariani milites, Ravennæ, ac si qua ipsis præterea urbs reliqua erat, spe firmissima tenebantur, & credita fidei suæ loca diligenter Imperatori servabant. Quin illi, qui priùs Verum Ducebant, vel alios fecuti, commisso cum hostibus prælio, victi fuerant, & in fugam acti, dissipati, quâ fors quemque ferret, errabant, cognita Germani profectione, cùm in Istria coiissent, ibi illum exercitum opperientes, manebant. Quo tempore Totilas, postquam dies ipsi cum Diogene ad Centumcelas constituta affuit, misit qui imperarent, ut ex pacto, & conventu urbem dederet. Id jam sibi integrum esse negavit Diogenes, ferente fama, Germanum, accepto belli hujus imperio non procul abesse cum exercitu: Quod spectaret ad obsides, velle se recipere suos, unâque datos à Gothis reddere. Sic remissis, qui venerant, in custodiam urbis incubuit, Germanum, ejusque copias cupidissimè expectans. His ita gestis, cum hyeme finitur annus decimusquintus hujus belli, quod Procopius literis tradidit.

C A P U T X L.

Sclavenorum irruptio. Terret eos Germani nomen, victoris olim Antiarum. Germani obitus, & encomium. Imperator Joannem, & Justinianum copiis præficit. Liberius Syracusas appellit. Artabanes tempestate jacatur.

Gothi Siciliâ excedunt, Spiris suasu. Sclavenorum incursio. Romanorum clades, ac deinde victoria.

Sardicæ, quæ Illyrici urbs est, collectum exercitum instruebat Germanus, & omnia ad validissimum belli apparatum expediebat; cùm Sclavenorum catervæ, quantæ nunquam ante prodierant, ad Imperii Romani fines progressæ, trajecto Istro flumine, Naism venient. Eorum pauci abjunxerunt se ab exercitu, cùmque ita vicinos agros pererrarent, ut singuli seperatè discurserent, in Romanorum quorundam manus inciderunt: à quibus

A vinciti, interrogatique, cuius rei causâ, & quid tandem acturus hic Sclavenorum exercitus Istrum fluvium transmisisset? asseverarunt, eo se venire consilio, ut Thessalonicanam, urbesque illi circumiectas obsidione caperent. Cuius rei nuncio valde commotus Imperator, statim Germano scribit, ut in præfensi omisa in Italiam profectione, Thessalonicae, cæterisque urbibus suppetias ferre, ac totis viribus impetum Sclavenorum repellere matureret. Dum in his Germanus hæsitat, Sclaveni, ex captivis comperto Germani Sardicam adventu, trepidant. Erat enim apud hos Barbaros Germani nomen ex hoc admodum celebre. Quo tempore Justinianus, Germani patruus, Imperium obtinuit, Antæ Sclavenorum accolæ, transito Istro, in Romanorum fines cum magno exercitu irruperunt. Germanus, recens ab Imperatore creatus Magister militum totius Thraciae, inito cum hostium copiis prælio, vi illas profligavit, & ferè ad internacionem cecidit: quo facto Germanus cùm apud omnes clarissimus evasit, tum verò maximè apud hos Barbaros. Itaque Sclaveni, ipsum, ut à me dictum est, veriti, ac simul rati florentissimo exercitu succinctum esse, utpote qui adversus Totilam, & Gothos ab Imp. mitteretur, coptum Thessalonicanam versus iter statim abrumunt, neque ausi amplius in campos degredi, omnibus Illyrici montibus superatis, in Dalmatiam intrant. Securus jam ab illis Germanus, copiis edicit omnibus, ut vasa colligant, tanquam inde biduo post in Italiam protecturus. At infeliciter contigit, ut morbo corruptus, repente vitâ cederet. Itaque Germanus subita morte interiit, singulari vir fortitudine præditus, ac strenuitate: Dux idem optimus, & ad res per se agendas dexter: in pace secundisque temporibus legum, institutorumque civilium servantissimus, causas omnium æquissimè judicabat: roganti cuilibet data mutuo pecuniâ quamvis magna, à nemine usuram ne verbo quidem unquam exigebat. In Palatio, ac foro gravissimus, & maximè serius, domi quotidie convivator erat suavis, liberalis, ac scitus. Ne quid in Palatio præter solitum pectaretur, quoad poterat, obstabat. Ei nulla consiliorum societas, nulla erat consuetudo, cùm Circi Byzantini factionis, quamvis multi, qui honoribus utebantur, in absurdâ illa studia prolaberentur. Sed hæc hactenus.

Hinc dolens graviter Imperator, Joanni, Vitaliani ex fratre nepoti, Germanique genero mandavit, ut cum altero Germani filio Justiniano exercitum in Italiam duceret. Illi Dalmatiam petierunt, ea mente, ut hyemem Salonis exigerent, cùm id anni tempestas non videretur ipsis permittere, ut sinum circumiendo in Italiam pervenirent, nec transmittere possent, à navibus imparati. Liberius verò, nondum compertum habens mutasse Imperatorem quod de classis præfectura constituerat, Syracusas ab hostibus obsecras appulit, & Barbarorum qui illic erant, perruprâ custodiâ, portum tenuit, urbemque universa cum classe ingressus est. Haud multo post Artabanes, in Cephaleniam delatus, simul profectum inde Liberium in Siciliam navigasse cognovit, illic & ipse solvens, mare, quod Adriaticum vocant, transmisit. Non procul aberat à Calabria, cùm, orta horrida tempestate, vehemtissimi, ac reflantis venti vis naves omnes ita disjecit, ut esset opinio, multas in Calabriam abreptum iri, & in potestatem hostium venturas.

ras . Evénit aliter : vento violentissimo impul-
sæ , & fœdissimè jactatæ retro cesserunt , & in
Peloponnesum redierunt : cæteræ , prout fors
tulit , partim amissæ , partim servatæ sunt .
Navis , qua Artabanes vehebatur , malo pro-
cella fracto , in summum discrimen venit , &
maris cursum , fluctuumque impetum sequens ,
Melitam insulam contigit . Sic demum Art-
banes præter expectationem sospes evasit .

At Liberius , cùm ad faciendam in obsecros
eruptionem , inferendumque prælium parum
virium haberet , neque annona in longius spa-
tium suppeditaret obsecros , utope multis nu-
mero , inde cum suis solvit , & clam hostibus
Panormum concessit . Tum Totilas , & Goths ,
universa ferè vastata Sicilia , eorum , alia-
rumque pecudum abacta ingenti vi , frumento ,
ac cæteris omnibus frugibus ex insula conve-
ctis , cunctis denique opibus , fanè maximis ,
in naves impositis , insula excesserunt inopina-
tò , atque Italiam repetierunt , hoc modo ad id
impulsi . Non ita pridem Totilas Romanum
quendam , Spiaum nomine , ortu Spoletinum ,
Quæstorem suum creaverat . Hic vir , dum in
urbe Catana , moenibus exuta , moraretur ,
casu quodam in manus hostium venit . Libe-
randi illius cupidissimus Totilas , captivam no-
bilem fœminam Romanis pro ipso obtulit . Ne-
garunt Romani virum , Quæstoris dignitate
insignem , benè cùm fœmina commutari . Hinc
veritus Spinus ne ab hostibus neci daretur .
Romanis promisit , se statim Totilas persuasu-
rum , ut relieta Sicilia universum Gothorum
exercitum trajiceret in Italiam . Eum Romani
jurejurando , quo promissum firmavit , sibi ob-
strictum , Gothis reddiderunt , recepta ipsius
loco muliere . Is ut primum Totilam revisit ,
dixit non bellè rebus consulere suis Gothos ,
qui , Sicilia ferè omni direpta , paucorum pre-
fidiiorum cupiditate ibi tenerentur , affirmavit
que se modò , cùm inter hostes versaretur ,
audisse , Germanum , Imperatoris nepotem ,
migrasse ex vita , ac Joannem illius generum ,
Justinianumque ejusdem filium , cum exercitu ,
quem Germans collegarat , esse jam in Dal-
matia , & primo quoque tempore collectis
sarcinis , inde recta petiuros Liguriam , ut
subito incursu Gothorum liberos , & conjuges
caperent , opesque omnes prædarentur . Atqui ,
inquit , satius esset eorum consilio ire obviam ,
tutò cum nostris hyemantes . Nam si illos vi-
cerimus , nobis ab hoste securis licebit iterum
Siciliam invadere liberius . Commonitione
eiusmodi inductus Totilas , in locis quatuor
firmioribus præsidia reliquit , & cum omni præ-
da , cæterisque copiis in Italiam transfretavit .
Hac ibi acta .

Joannes verò & Imperatoris exercitus , cùm

A in Dalmatiam pervenissent ; Salonis hyemantem
traducere constituerunt , statim ab illius exitu
Ravennam recta ire habentes in animo . At
Sclaveni , tum qui priùs in oras Imperatori
subditas se intulerant , quemadmodum proximè
commemoravi , tum qui paulo post , traje-
cto amne Istro , illis se permiscuerant , impu-
nissimè Romanum Imperium incursarunt . Nec
deerant qui suspicarentur hos Barbaros multâ
pecunia pellecos , immissoque à Totila in-
Romanos fuisse , ut ab illis districtus Impera-
tor bellum Gothicum benè administrare non
posset . Sint-ne Totilæ gratificati Sclaveni , an
eò venerint non vocati , dicere nequeo . Divi-
sis tripartitò copiis , toti Europæ damna gra-
vissima intulerunt hi Barbari , non cursim po-
pulabundi , sed perinde ac si essent in suis fini-
bus , sine ullo hostium metu hybernantes . In
eos postmodum Imperator egregium destinavit
exercitum , cuius cùm alii Duces erant , tum
Constantianus , Aratus , Nazares , Justinus alter
Germani filius , & Joannes cognomine Heluo .
Porrò Scolasticum præfecit omnibus , unum è
numero Eunuchorum Palatii . Barbarorum par-
tem offendit hic exercitus ad Adrianopolin ,
urbem Thraciæ mediterraneam , ac dierum iter
quinque Byzantio dissitam . Jam Barbari pro-
gredi non poterant . Etenim captivorum , ac
pecudum innumerabilem vim cum opibus cujus-
quemodi abducebant . Quare eo loci hærentes ,
ad pugnam ita se expediebant , nihil ut hosti
suboleret . Ac Sclaveni quidem in monte qui
illic eminet , Romani verò in planicie castra-
metati sunt . Diu federant , cùm victi impa-
tientia milites , de Ducibus cum indignatione
cōpere queri , quòd dum ipsi , utope Romanis
Duces , cibaris omnibus abundant , mili-
tes despicarentur victus inopiā pressos , nec
manum cum hostibus conferre vellent . His que-
relis adacti Duces cum hoste configunt . Fervet
prælium : vi demum victis Romanis , milites
multi , iique fortissimi , ibi cadunt : Duces ,
ab hostibus tantum non capti , vixque elapi
cum reliquis . evadunt quò cuique licet . Con-
stantiani vexillum cepere Barbari , ac spredo
Romanorum exercitu ulterius progressi , Asti-
cam , quam appellant , regionem vastarunt jam-
diu intactam : quamobrem prædam ibi copio-
fissimam invenerunt . Latè facta populatione ,
pervenerunt ad muros longos , qui Byzantio
diei itinere paulo amplius distant . Aliquanto
post Romanus exercitus hos secutus Barbaros ,
partemque eorum nactus , repentina ipsos fu-
derunt impetu , ac cæsis plurimis , captivorum
Romanorum ingentem receperunt numerum ,
& inventum Constantiani vexillum retulerunt :
reliqui Barbari cum reliqua præda domum
reversi sunt .

336

PROCOPII CÆSARIENSIS

HISTORIARUM TEMPORIS SUI

DE BELLO GOTHICO.

LIBER QUARTUS.

CAPUT I.

*Argumentum libri hujus proponit auctor,
& ad bellum Persicum prosequendum
accingitur, suscepit Ponti
Euxini descriptione.*

Ita composui, quidquid narravi hactenus, ut quoad ejus fieri potuit, pro locorum ratione, ubi res bellicas geri contigit, diviserim, atque ordinaverim libros, qui in lucem editi univeſo Orbi Romano jam notuerunt. Non eum deinceps tenebo ſcriptionis ordinem, quando vulgatis monumentis non eſt integrum intexere conſequentia: ſed quæcunque, etiam in Medos, horum tempore bellorum patrata ſunt; ex quo priores libros emiſi, omnia ſtylo profequar in hoc libro: itaque varia ſit hæc hiftoria neceſſe eſt. Ac libris quidem ſuperioribus traduntur acta ad annum quartum induciarum quinquenalium, quas cum Perſis Romani pēgieran. Anno autem proxime conſecuto, ingens Perſarum exercitus, Choriane Duce, & ipſo Perſa, viro rei militaris peritiſſimo, irrupit in Colchidem cum Alanorum Barbarorum, ſociam præbentium operam, magno numero. Hic exercitus cùm in Lazicæ regionem, quæ Muhiressis dicitur, pervenifſet, loco idoneo ſtativa poſuit. Traectum illum Hippis alluit amnis modicus, nec patiens navium, ſed peditibus juxta, atque equitibus vadosus, ad cuius dexteram caſtra locarunt procul à ripa. Verū, ut Lazicam, gentesque omnes circumpoſitas Lectores noverint, nec de rebus ſibi obſcuris, pugnantibus cum umbra ſimiles cogantur diſerere, non alienam eſe juſico diſcriptionem, quas ſitus gentium, quæ ad Pontum Euxinum habitant, ſubjiciam oculis, haud ignarus prodita quidem hæc ab antiquioribus fuifſe, at non omnia, ut euidem ſentio, ac curatè traſtarunt: cùm eorum nonnulli Sanos, quos Tzanos vocamus hodie. Lazi contermi- nos, vel eosdem cum Colchis eſſe dixerint; itaut Lazorum appellatione donarint alios, qui jam etiam cā gaudent. At utrumque falſum. Etenim Tzani à litore maris remotiſſimi, & Armeniorum accolæ mediterranei ſunt inacceſſi, ac præcipites montes interſunt plurimi, & vaſta ſolitudo, & invii torrentium alvei, & colles ſylvosi, & hyatus terræ insuperabiles, quæ omnia Tzanos à mari diſtrahunt. Nec fieri po- test, ut à Colchis Lazi diverſi ſint: quandoquidem ad Phasin fluvium ſedes habent, uno Colchorum vocabulo, quod & multis aliis na- tionibus accidit, cum Lazorum nomine jam mutato. Præterea longinquitas temporis ab eorum ætate elapsi, qui de illis ſcripferunt, rerum novitatem pro more juvans, ex conſtitutis olim non pauca movit, quæ migrationibus gentium, quæ Principum, nominumque ſuc-

A cefſionibus. Ego verò maximè neceſſarium duco hæc ita diſerere, ut nec fabulosa, nec ni- mium vetuſta referam, puta, qua in ora Pon- ti Euxini viuetum Prometheum Poëte memo- rent: longe enim Historiam à fabula diſtan- cefeo, ſed nomina, ac res, quæ in locis illis ſingulis vulgo jam uſurpantur, accuratè expo- nam.

CAPUT II.

*Descriptio Ponti Euxini ab urbe Chalcedone,
ad Apſilios.*

Ergo Pontus, ſumpto à Byzantio, Chal- chedoneque initio, ad Cholchidem defi- nit. Quò qui navigat, à dextra Bithynos ha- bet, hisque continentis Honoriatas, atque Paphlagones, inter quorum urbes maritimas ſunt Heraclea, & Amaſtris. Succedunt Pontici ad urbem uſque Trapezungem, ejusque li- mites. Qua in ora cùm alia coluntur oppida, tum Sinope, & Amiſus. Amiſo proximum eſt Themiscyrum, ac flumen Thermodon, ubi ca- ſtra Amazonum, de quibus paulo poſt agam, fuifſe perhibent. Trapezungiorum fines ad vi- cum pertinent Suſurmenam Rhizæumque op- pidum; quo à Trapezunge iter eſt bidui, fe- cundūm litus maris, Lazicam versus. Et quan- do mentio de Trapezunge incidit, prætermi- tendum non eſt quod ibi fit, à communi intel- ligentia remotiſſimum. In omni agro Trape- zuntingino mel amarum apes confiunt, ita ut communis de melle opinio à ſe ipsa diſſideat in hac una regione, ad cuius dexteram eminent omnes Tzanicæ montes, quos Armenia Roma- nis ſubdiſta excipit. Ex hiſ montibus Tzanicis delabitur amnis Boas, perque frequentia ne- mora, ac regionem tumulosam errans, proxi- mè Lazicam fertur, & in Pontum Euxinum inſluſt, amiſo Boë nomine, quo exuitur vi- ci- nus mari, aliudque vocabulum ex eventu con- ſequenti ſortitur. Illum enim deinceps indigenæ Acampsin (hoc eſt carentem flexu) ideo vo- cant, quia ubi in mare devolutus eſt, flecti nequit. Quippe eo imperu, tamque violento agmine ſe ſe exonerat, fluſcus turbulentiſſi- mos porrò agens, ut longiſſimo in mare pro- cursu trajectum ibi abrumptat. Quare qui in ea Ponti ora navigate, ſive recta petentes Lazicam, ſive inde profecti, transmiſſu prohiben- tur; neque enim ejicientem ſe fluvium poſſunt fleſtere, ſed longo per pelagus illud ad me- dium ferè Pontum circuitu, ultra fluminis oſtia provehun- tur. Hactenus de Boa fluvio.

Rhizæo ſubjuncti ſunt fines gentis, Roma- nos inter, ac Lazos interjectæ. Hic Athenæ vicus eſt, ita diētus, non quod Atheniensium colonia, ut quidam existimant, ibi conſederit, ſed quia traſtus illius domina quondam ſuit mulier quædam, nomine Athenæ, cujus ſe- pul-

pulcrum etiamnum ibidem extat. Post Athenas incolitur Archabis, & urbs antiqua Absarus, quæ tridui ferè Rhizæ distat. Eam Absyrtum dixerunt veteres, ductâ ab homine crudeliter habito appellatione. Nam illic Medæ, & Jasonis fraude Absyrtum interemptum, & inde datum loco nomen indigenæ referunt. Eo quidem loci Absyrtus obiit, ac nomen reliquit suum: at ævum longinquum, quod ex illo fluxit, innumeris hominum succellionibus corroboratum, pristinam rerum constitutionem, unde nomen hoc natum erat, delevit, & loco vocabulum, quale jam profertur, adscriptis. Certè visitur Absyrti tumulus ad exortivum latutus illius urbis, quæ olim civibus frequens, cinctaque mœnibus maximis, theatrum, ac Circum habuit, cæteraque ornamenta omnia, quæ urbis amplitudinem probare solent, jam nihil eorum superest, nisi structuræ vestigia.

Eos igitur merito miretur quispiam, qui Colchos Trapezuntiis confines esse asseverant. Nam si ita se res haberet, Jason rapto cum Medea vellere, non in Græciam, patriamque fugisse, sed ad Phasin, & penitus repositos Barbaros rediisse videretur. Memoriae proditum est Romana illic præsidia sub Trajano Aug. ad Lazos usque, & Sagidas stativa habuisse. Jam hujus regionis incolæ nec Rom. Imperatori, nec Regi Lazorum parent; solummodo, cùm Christiani sint, Sacerdotes accipiunt à Lazorum Episcopis. Ut risque juncti foedere, & amicitia, ultro citroque commenantium deductores fore se promiserunt: quod illos hac etiam estate præstare constat. Missos enim ab altero Principe ad alterum internuncios suis ipsi scaphis devehunt, deducuntque, neutri ad hanc diem vectigales. A parte eorum dextera montes admodum prærupti pendent, ac longè porrigitur solitudo, ultra quam habitant Persarmenii, & qui ditioni Romanæ subsunt Armenii, ad fines usque Iberiæ.

Ab urbe Absarunte ad urbem Petram, & Lazorum fines, ubi Pontus Euxinus definit, diei iter unius est. Nactus ibi terminum Pontus sic oram sinuat, ut curvi hujus litoris trajectus DL. pateat stadia. Huic prætenta plaga omnis, quam latè patet, est, ac dicitur Lazica. Interiores sunt Scymnia, atque Suania, itaque à Lazorum dominatu pendent, ut incolæ Principibus quibusdam popularibus suis pareant. Ubi Principum horum aliquis diem supremum obiit, Lazorum Rex alterum subrogare, & ipsis præficere consuevit. Hinc à latere, proximè Iberiam, Meschi, jam inde antiquitus Iberibus subditi, in montibus habitant, non asperis, nec sterilibus, sed omni fructuum genere feracissimis, accidente Meschorum incolendis agris, ac præsertim vineis dexteritate. Montes celsissimi, vestiti nemoribus, adituque difficillimi regioni huic imminent, & ad Caucasos montes excurrunt; ultra quos ab Oriente sita Iberia, evadit ad Persarmenios. Inter hos montes meat fluvius Phasis, natus è Caucaso, seque in Pontum evolvit, lumen ejus litus medium secans. Unde fluxit eorum opinio, qui illo continentem utramque dividunt, & partes quidem à lœva amnis positæ, Asiam, eas verò, quæ sunt à dextera, Europam vocant. In parte, quæ Europæ attribuitur, habent Lazi sua omnia domicilia; in altera nec oppidum ullum, nec præsidium, nec vicus illis est alicujus momenti: hic solum Petram Romani antea ædificaverant. In hac parte Lazicæ si indigenas audimus, vellus il-

Tom I.

A lud asservabatur, cuius gratiâ constructam, Argæ fabulantur Poëtæ. At illi, meo quidem iudicio, falluntur. Neque enim Ætem, credo, latuisset Jasonis fuga, inde vellus cum Medea auferentis, nisi fluvius Phasis regiam, ac cæteras Colchorum domos, ubi id vellus erat repositum, seclusisset: quod & Poëtæ, qui hæc descripsérunt, indicant. Profluens ita Phasis, ut declaravi, in extremum Pontum Euxinum irruptit. In parte demum Asiaz, ubi litus in cornua Lunæ curvari incipit, sita erat urbs Petra: litus, quod è regione est in parte Europæ, obtinent Apsilii, sub Lazorum dominatu à multo jam tempore Christiani, quemadmodum aliæ nationes omnes, quarum modò mentionem feci.

C A P U T III.

Mons Caucasus, geminæque ejus Portæ. Hunni Sabiri. Amazones. Abasgi Christiani.
Hos Justinianus Eunuchos fieri vetat.

CEST ultra regionem hanc Caucasus, qui Mons in tantam altitudinem surgit, ut nec pluvia, nec nix ejus culmina contingant unquam, utpote quibusvis nubibus altiora. A medio ad imum plenus est assida nive, infimæque ipsius partes non minus quam summi aliorum montium scopuli se se attollunt, atque hæ quidem Septentrioni, Solique occidenti obversæ, ad Illyricum, & Thraciam procurrunt: illæ verò in Orientem, ac Meridiem vergentes, ad Portas evadunt, quæ Hunnos vicinos in Persarum, ac Romanorum oras inducunt: Tzur altera, altera veteri nomine Caspia dicitur. Tractum illum, qui à Monte Caucaso ad portas Caspias pertingit, Alani tenent, nullius imperio subditi, Persarum plerunque socii, & in Romanos, cæterosque eorum hostes arma soliti ferre. Haec tenus de Caucaso.

DIbi Hunni, quos Sabiros appellant, & aliæ quædam gentes Hunnicæ habitant. Egressas inde Amazonas, & castra ad Themiscyrum, flumque Thermodontem, ubi nunc est urbs Amisus, ut paulo ante dixi, metatas ferunt. Hodie in locis Caucaso circumjectis, nec non men restat Amazonum, nec memoria, quamvis multa de his Strabo, aliqui nonnulli commarent. Eorum autem videtur mihi verisimillima de Amazonibus sententia, qui affirmarunt, virile mulierum genus nunquam extitisse, nec naturam hominum à suis descivisse legibus in uno monte Caucaso: sed ingentem Barbarorum exercitum cum uxoribus illinc profectum, expeditionem in Asiam suscepisse, & castris ad amnem Thermodontem positis, relictisque ibi uxoribus, cùm magnam Asiaz partem percurrisserint, ab incolis adversos se offerentibus, cæsos ad internacionem, neque ad uxorum castra reversum quenquam fuisse: has deinde vici næ metu, & victus penuria adactas, induisse virilem animum, habitumque, repugnante licet ingenio, ac sumptis armis, quæ in castris mariti reliquerant, optimè instructas, virilafacinaora forti pectori edidisse. eas ad id compellente necessitate, donec omnes interierunt. Hæc ita gesta, & Amazonas ad bellum viros secutas esse, ex iis conjicio, quæ contigerunt ætate mea: siquidem progenitorum natura instudiis, atque artibus eluet ad nepotes transmissis. Sæpe igitur accidit, ut cùm Hunni per Imperium Romanum grassarentur, collata cum obviis manu pars eorum occumberet. Post Bar-

V u
baro-

barorum discessum, Romani cæsorum cadavera insipientes, in his fœminas repererunt. Porro nec in Asia, nec in Europa aliis præterea mulierum exercitus visus est, nec montes Caucasos viris unquam viduatos, audivimus. Atque hæc de Amazonibus dicta sunt.

Trans Apsilios, alterumque lunati recessus caput, oram habent maritimam Abasgi, adusque Caucasum pertinentes. Olim Lazorum ditione comprehendebantur, sub geminis Principibus popularibus suis, quorum alter occiduum regionis partem obtinebat, alter orientalem. Hi Barbari ad meam ætatem lucos, & sylvas coluerunt, barbara simplicitate arbores in Deorum ducentes numero. Summa autem suorum Principum avaritiam importunissimè vexabantur: cum ambo ipsorum Reges, quoscumque cernerent, in ea gente formoso vultu, & corpore decenti pueros, nullâ interpositâ morâ ex complexu parentum eos abstraherent, & adempta virilitate, emere volentibus magno pretio venderent in Romano Imperio. Eorum patres de medio protinus tollebant, ne quorundam ex eo numero querelis permotus Imperator, factam ipsorum filiis injuriam ulcisci aggrederetur, nec subditorum quenquam apud se haberent suspectum. Itaque in eorum perniciem cedebat elegans filiorum forma, ac misere peribant, exitiali proliis pulcritudine infelices. Hinc fiebat, ut Spadonum inter Romanos agentium plurimi, etiam in Aula Imperatoria, Abasgi natione essent. Nunc autem Principe Justiniano, omnia Abasgis in mitius, meliusque conversa sunt. Nam & Christianam religionem amplexi sunt, & Justinianus Augustus missio ad eos quodam ex Eunuchis Palatii, Abasgo genere, nomineque Euphrata, ipsorum Regibus disertè edixit, nec cui posthac in ea gente virilitatem exciderent, naturam ferro violante. Quæ lubentibus animis acceperunt Abasgi, ac jam freti mandato Imperatoris Romani, id ne fieret totis viribus obfiterunt. Timebat enim quisque ne formosi filii pater fieret. Tum quoque Justinianus Augustus Deiparæ templum apud Abasgos condidit, ibique Sacerdotibus constitutis, effecit. ut ritus omnes Christianorum edocerentur. Mox Abasgi sublati Regibus, vitam agere liberam visi sunt. Hæc ibi sic processere.

C A P U T IV.

*Bruchi. Zecchi. Sagidae. Sebastopolis, & Pytius.
Eulyisia. Gothi Tetraxitæ Episcopum
à Justiniano Aug. petunt.*

Trans Abasgorum fines, ad montem Caucasum, habitant Bruchi, inter Abasgos, Alanosque interjecti. Ponti Euxini litus Zecchi infederunt, quibus Regem olim dabat Romanus Imperator: nunc Romanis nulla in re parenti Barbari. Ipsis ulterior est Sagidarum regio, cuius partem maritimam occuparunt olim Romani, extructisque in litore castris geminis, Sebastopoli, & Pytiunte, bidui procul distitis invicem, ibi militare præsidium ab initio constituerant. Quondam enim, ut dixi, oram omnem maritimam, à Trapezuntis limite ad Sagidas Romani milites tenebant. Ipsis deinde nihil reliquum fuit, præter illa duo castra, ubi præsidium habuerunt ad ævum istud: quando Chosroës Persarum Rex à Lazi Petram deduxit, contendit eò mittere copias Persicas, quæ castra caperent, & stationariis munirent. At

A | Romani milites, re præcognita, ante earum adventum, incenderunt domos, ac sine mora consensis scaphis in adversam continentem, Trapezuntemque urbem celeriter evaserunt; castrorum jactura, quam Romanum Imperium fecit, magno hoc pensata lucro, quod illa regio in potestatem hostium minime venit: Persæ enim re infecta inde Petram reversi sunt. Atque hæc ita se habuerunt.

B | Ultra Sagidas, siti sunt varii Hunnorum populi. Regio sequitur, quam appellant Eulyisia. Hujus incolæ Barbari, quæ maris litus, quæ tractum mediterraneum obtinent, ad paludem usque Meotim, Tanaimque fluvium exonerantem se in eam paludem. Palus autem in Ponti Euxini litus evolvitur. Qui illic habitant, Cimmerii dicti olim, jam vocantur Uturguri. Ulteriora ad Septentrionem habent Antarum populi infiniti. Ubi se primùm aperit alveus, quo palus effunditur, degunt Gothi, Tetraxitæ cognomine, qui quamvis pauci numero, nihilominus Christianorum leges, & instituta religiosè servant. Tanaïm etiam vocant indigenæ illum alveum, qui à palude Maeotide ad Pontum Euxinum pertinet, itinere, ut ajunt, dierum viginti. Quin & ventum, qui inde spirat. Tanaitem appellant. An vero Arii sectam Gothi isti, quemadmodum cætere gentes Gothicæ, aliamve secuti unquam fuerint, affirmare nequeo, quando nec ipsi id sciunt, sed jam pietate admodum credula, simpliciique religionem colunt. Haud pridem, nimirum anno vigesimo primo Imperii Justiniani Angusti Legatos quatuor Byzantium miserunt, rogantes, ut Antistite suo recens mortuo, aliquem sibi Episcopum daret. Audierant enim destinatum ab Imperatore fuisse Præfule ad Abasgos. Eorum petitioni lubentissimè concedens Justinianus Augustus ipsos remisit. Cum verò Hunnos Uturguros hi Legati metuerent, palam quidem, ac multis audientibus, legationis causam exponentes, de Præfule tantum mentionem fecerant Imperatori: at in arcano, intimoque colloquio utilitatem omnes declaraverant, quas Imperium Romanum capturum esset, si discordia inter vicinos sibi Barbaros aletetur. Quod demum pacto, atque unde profecti Tetraxitæ sedes ibi fixerint, jamjam dicturus sum.

C A P U T V.

*Uturguri, Cuturguriique unde dicti. Antiquæ Tetraxitarum sedes. Cervæ fugiens vadum monstrat. Gothorum migratio. Eorum sedes Cuturguri occupant. Tetraxitæ in adversam continentem commigrant. Uturguri manent in patria. Taurica, ibique templum Diana. Urbes Bosphorus, Cherso, Cepi, Phanaguris.
Istri fons, & cursus.
Mensura ambitus Ponti Euxini.*

Quæ loca proximè memoravi, ea colebat olim multitudo ingens Hunnorum, qui tunc Cimmerii vocabantur, unique omnes Regi parebant. Aliquando his quidam præfuit, cui duo erant filii, Uturgur alter nomine, alter Cuturgur. Patre mortuo, regnum inter se ambo partiti, de suo nomine dixerunt subditos: inde alii Uturguri etiamnum, alii Cuturguri appellantur. Ibi omnes degabant, iisdem planè institutis utentes, nihilque habentes commercii cum populis trans paludem,

dem, ejusque fauces habitantibus; cùm eas aquas nec trajecissent unquam, nec trajici posse existimarent, rem facillimam ideo reformidantes, quòd ipsis esset hactenus intentata, neglecto penitus transitu. Ut quis paludem, ejusque meatum superavit, in ipso statim litora antiquas intrat sedes Gothorum Tetraxitrum, de quibus modò memini. Hinc longius siti erant Gothi, Visigothi, Vandali, aliquae omnes populi Gothicī, qui & Scythæ quoniam nominabantur, communī utique illarum partium gentibus appellatione, in quibus erant, qui Sauromatarum, vel Melanchlænorum, aliove quoipam peculiari cognomento gauderent. Procedente tempore, ferunt, (si vera est fama) adolescentes quosdam Cimmerios venationi deditos, cùm cerva, quam agitabant, in aquas illas insiluisset, eam secutos esse, sive laudis, ac victoriarū studio, sive divino quadam instinctu, nec destitisse, donec ad litus oppositum cum illa pervenissent, atque id quidem quodcumque demum fuerit quod insectabantur, repente evanuisse, eo tantum, credo, objectum oculis, ut positis ibi Barbaris oriretur calamitas: adolescentes verò venationis consilio fraudatos, pugnæ, prædeque opportunitatem nactos esse. Mox enim reversi in patriam, Cimmeriorū omnibus significarunt, illic aquas vado transiri posse. Itaque sumptis confessim armis, cum omnibus copiis transgressi in adversam continentem evaserunt, cùm inde egressi Vandali in Africa, & Visigothi in Hispaniam jam habitarent. Tum Gothos, qui regionis illius campos incolebant, aborti inopinato, multis cæsis, reliquos omnes in fugam agunt. Quicunque elaphi sunt, inde cum liberis, & uxoribus migrantes, liquerunt patriam, trajectoque Istro flumine, in Romanorum fines se intulere. Ubi cùm graviter incolas vexarent, sedes in Thracia ab Imperatore sibi concessas occupaverunt. Ac partim quidem sociis juvabant armis Romanos, annua, sicut cæteri milites, ab Imperatore accipientes stipendia, ac donati nomine Fœderatorum. (Hoc enim Latino vocabulo affecerunt illos Romani; id opinor, innuentes, non bello à se domitos Gothos. at certis pactionibus assumptos in societatem fuisse: siquidem pactiones, quæ in bello fiunt, appellant Latini Fœderā. ut in Libris superioribus dixi:) Alii verò bellum ipsis inferebant, nulla injuria lacerfisi. donec in Italiam commigrarunt, Theoderico duce. Hunc cursum habuere Gothorum res.

Illi partim vitâ, partim patriâ expulsis, ut dictum est, regio in potestate Hunnorū fuit, atque illic Cuturguri, accitis liberis, & uxoribus, confederunt: ubi etiamnum habitant, & quamvis multa singulis annis ab Imperatore dono accipient, haud tamen absunt ejus provincias, transito Istro flumine, incurfare, Romanorum simul socii, simul hostes. Uturguri cum suo Principe revertentes in patriam, ut eam deinceps tenerent soli, cùm ad paludem Maeotidem accessissent, in Gorhos Tetraxitas inciderunt. Ac primò quidem Gothi, muniti clypeis, stetero contra, ut impetum prohiberent, cum suis viribus tum loci firmitate freti. Nam & Barbarorum, qui in illis partibus degunt, ipsis fortissimi sunt, & Maeotis, ubi in Pontum illabi incipit, quo in loco agebant tunc Tetraxitæ, lunatum sinum efficiens, ac ferè undique eos ambiens, eò venientibus unum, eumque haud aded latum.

Tom. I.

A aditum dabat. Dein tamen, cùm neque Hunni tempus ibi terere vellent, neque hostium multitudini se restituros Gothi sperarent, colloquio habito, convénit, ut permisti una trajicerent, & Gothi fixis in opposita contiente sedibus ad litus alvei, quo palus influit, ubi hodieque habitant, amici in posterum, sociique Uturgurorum, pari cum ipsis jure semper viverent. Sic igitur Gothi isti domicilia ibi collocarunt, & Cuturguris, ut dixi, trans paludem relicts, soli Uturguri oras patrias retinuerunt, Romanis nihil negotii facientes. Cùm enim non sint eorum accolæ, sed multis interpositis gentibus discludantur, inviti vim ab illis abstineat.

B Ultra paludem Maeotidem, fluviumque Taim, Hunni Cuturguri camporum æquora, ut modò dicebam, longè ac latè insederunt. Post à Scythis, & Tauris tenetur omnis illa regio, cuius pars etiamnum Taurica dicitur: ubi Diana templum fuisse perhibent, cui quoniam Iphigenia Agamemnonis filia præfuit. Etsi Armenii Aclisenæ suæ (regionis id nomen est) fanum illud vendicant, ac præterquam quod Scytharum appellationem omnibus earum partium incolis communem olim fuisse contendunt; præterea conjecturam iis firmant, quæ de Orete, & urbe Comana memoravi, cum eo loci me deduxit historia. At de his arbitratu quisque suo pronunciet. Etenim sic sunt homines: multa, quæ alibi, vel fortiè etiam nusquam contigerunt, arrogare patriæ suæ gaudent, graviter ferentes, nisi sententiam ipsorum omnes sequantur. Post eas gentes, urbs est maritima Bosphorus, quæ ante aliquot annos ad Romanam dirionem accessit. Ab urbe Bosphoro ad urbem Chersonem, sitam in mari litore, & Romanis jam inde olim subditam, habent Barbari, utique Hunni, quidquid interjacet. Chersoni vicina sunt duo oppida, Cepi, atque Phanaguris, quæ cùm ab longinquo ævo ad nostram memoriam Romanis parvissent, non ita pridem à finitimis Barbaris capta, ac solo æquata sunt. Ab urbe Chersoni ad ostia fluminis Istri, quem Danubium etiam vocant, iter est dierum decem, tractumque illum omnem Barbari tenent. Porro Ister è montibus Celticis labitur, extremam radit oram Italæ, Daciam, Illyricum, Thraciamque præterfluit, & in Pontum Euxenum se se immittit. Ora hinc tota ad Byzantium Imperatori Romano subest. Hic dénum est Ponti Euxini à Calchedone ad Byzantium ambitus, cuius mensuram certam assignare nequeo: quando illum tot gentes Barbaræ, ut dixi, circumcolunt, quæ nullum, nisi fortè per Legatos, cum Romanis commercium habent, neque accuratum quidquam ab iis accepimus, qui illa spatia commetiri priùs aggressi sunt. Id sanè liquet, in dextero Ponti Euxini litore à Chalcedone ad fluvium Phasin dierum LII. iter esse expedito viro. Unde quispiam non malè conjectans dixerit, partem alteram Ponti non abesse multum ab hac mensura.

C

D

V u 2

CA-

C A P U T VI.

Utrum Tanais Asiam ab Europa dividat; an Phasis? Unde oriatur Pontus Euxinus? Aristoteles ad Euripum hæret. Fretum Siculum. Duplex aquæ cursus in Bosphoro Tbracio.

Quandoquidem huc oratio delapsa est, inceptum non esse judico, ea referre, quæ de Asia, atque Europæ finibus inter se disputant harum rerum periti. Alii quidem fluviu Tanai utramque continentem determinant, naturam in ea divisione sequendam esse asseverantes, eaque nixi ratione, quod mare ab Occasu ad Ortum se inserat: Tanais fluvius à Septentrione ad Austrum, geminam continentem intermet: ex adverso Nilus Ægyptus à Meridie ad Aquilonem inter Asiam labatur, & Africam. Alii verò his refragantes, sententiam eorum falsam esse contendunt. Ajunt enim has continentes primum fretu Gaditano, quod Oceanus efficit, & mari, inde porrò se insinuante, distrahi, ac partem quidem, quæ à dextera fretu, atque mari prætenditur, Africam, & Asiam appellari: quidquid autem à sinistra objacet, Europæ nomine comprehendendi, ad extremam usque oram Ponti Euxini. Itaque fluvium Tanain in Europa natum, prorumpere in paludem Mæotidem; hanc effundere se in Pontum, non extrenum, nec medium, sed ultra, Asiaque attribui regiones, quæ ad Ponti levam sitæ sunt. Præterea, cum flumen Tanais ex Riphæis montibus oriatur, in Europa utique positis, ut constat veterum, qui de his scripsierunt, confessione; cùmque Oceanus longissimè ab his absit Riphæis montibus, statuunt necesse esse, quæcumque post eos montes, Tanainque summota sunt, ad Europam utrinque pertineant, ac negant designari facile posse, unde Tanais utramque continentem dirimere incipiat: si quis autem sit amnis, cui conveniat ejusmodi munus discernendi partes Orbis terrarum, eum certè esse Phasin, cùm è regione freti Gaditani labens, continentes interfluat. Quippe fretum, quod ex Oceano prorumpit, & mare istud infundit, hinc inde continentibus his ambitur, & Phasis prono ad extremum Pontum Euxinum cursu, exonerat se per medium litus, quod in Lunæ cornua sinuatur, itaut mari factam terræ divisionem manifestè ille excipiat, ac prosequatur. His freti rationibus utrique inter se pugnant. Nec solum priorem illam sententiam, sed quam etiam proximè retuli, longinquitate ævi, Scriptorumque antiquissimorum auctoritate commendari ostendam, haud ignarus plerosque omnes recepta olim opinione quapiam semel imbutos, in querendo accuratè vero ingenium torquere nolle, nec sententiam recentiorem discere; at semper certum, reverenterque amplectendum illis videri quidquid remotor vetustas tradidit: quod autem protert ipsorum ætas, nullo habendum numero, & ridiculis adscribendum. Accedit, quod non rem aliquam à materiæ concretione se junctam, vel in sola positam intelligentia, admodumve obscuram investigamus, sed fluvium, & regionem, quæ tempus nec mutare, nec recondere potuit: experimentum in promptu est; oculorum testimonio, omnium locupletissimo uti licet, neque impedimenti quidquam fore arbitror repetire verum fatagentibus. Itaque Herodotus Halicarnassensis in libro IV. Historiarum, unum quidem else dicit ter-

Ararum Orbem universum; in tres verò divisum partes, totidem nominibus distinctas, Africam videlicet, Asiam, & Europam: Nilum Ægypti fluvium Africam, atque Asiam intercurrens: Asiam, Europamque Phasi, amne Colchidis, separari. Cum autem sciret quosdam hoc ipsum opinari de Tanai, sententiam eorum subjicit. Ac mihi videtur postulare locus, ut Herodoti ipsius hic verba inseram, quæ sic habent. Nec possum assequi conjectura, cur, cum una terra sit, tria nomina, à feminis deducta, accepterit, ejusque partes Nilo Ægypti fluvio, ac Phasi Colcho discretæ fuerint. Sunt qui amnem Tanain, Mæotidem, & fretum Cimmerium assignent. Æschylus quoque Tragicus in Prometheus soluti ipso statim exordio, fluvium Phasin Asiam, & Europæ terminum vocat.

Neque illud modò omittam, eorum, qui hujus discipline consulti sunt, censere quosdam, à palude Mæotide oriri Pontum Euxinum, & partim ad levam, partim ad dexteram fluere, eamque esse causam cur Ponti mater appelletur palus. Id conjectura hac fulciunt, quod Pontus, amnis instar, ab Hiero Byzantium versus decurrat: ideoque Ponti finem hic statuunt. Alii sententiam hanc refellentes, demonstrant, mare, quod unum est, totumque ab Oceano infunditur, ad Lazicam usque evadere, neque alibi postremum habere limitem: nisi quis forte, inquiunt, ex nominum dissimilitudine diversitatem rerum arguat, quod nempe mare hinc deinceps Pontus vocetur. Neque obstat illius ab Hiero Byzantium cursus. Nam quæ in omnibus fretis accidunt, non videntur cadere in nostram intelligentiam, neque ea quisquam explicare aliquando potuit. Certè ipse Aristoteles Stagirites, singulari sapientia, ac doctrina vir, cùm hujus rei gratia in Chalcidem Eubœa contulisset, fretum, quod ibi est atque Euripus dicitur, contemplari volens, & causam naturalem diligenter scrutari, cur & quomodo freti illius fluente jam ab occasu, jam ab ortu Solis ferantur, navesque omnes ejusmodi sequantur lapsum; ac si quando aquis ab Oriente meanibus, & nautis de more vehi cœptis earum secundo agmine, adversi fluctus occurserint, quod illic sèpe fit, tum repente hæ naves eò redeant, unde profectæ sunt; aliæ verò ab Occasu in diversum tendant, quamvis nullo utantur vento, sed ibi tranquillitas summa sit, atque malacia; in his considerandis, ac mente volvendis cùm temporis plurimum contrivisset Stagirites, mortore animi confectus obiit. Præterea in freto, quod ab Italia Siciliam disjungit, multa præter opinionem fieri solent. Nam eò videtur aqua affluere ex mari Adriatico; licet ex Oceano, Gadibusque mare procedat, ac frequentes eo loci repentinae vortices, quorum causa nos latet, naves hauriunt. Quamobrem si quæ forte navigia fretum illud intraverint, ea Poëta Charybdi forberi perhibent. Horum autem omnium causam, quæ in omnibus fretis longè præter opinionem contingunt, illi, quorum sententiam tradit, in viciniam refundunt geminæ hinc inde continentis. Ajunt enim fluentum, iniquo coactum spatio, in difficultates adduci abhorrentes à communi sensu, & inexplicabiles. Quare licet aqua ab Hiero Byzantium ferri videatur, non est tamen, cur hic mare, Pontumque Euxinum finiri quisquam afferat, neque enim firma ratione nititur hæc sententia: sed hic quoque angustiæ loci prævaleant necesse est. At neque ita omnino, ut alii existimant, se res habet. Nam constat testimonio piscatorum istius ora,

Dnon

E

non totum undarum agmen recta Byzantium petere: verum eas quae superficiem obtinent, nobisque apparent, illum habere cursum, quae vero sunt infra ubi est quae dicitur abyssus, lapsu, aquis superioribus manifeste contrario, subire, & meare semper adversum sequoris faciem. Itaque, cum intenti capiendis piscibus, ibi lineas miserint, haec semper Hierum versus abripuntur subter labentis aquae vi. Tota demum Lazica ora mare à progressu arcet. ipsius cursum reprimens, efficitque ut ibi primum, ac solum sicut, à summo utique rerum opifice illuc positis ipsi finibus. Etenim mare, ubi litus id attigit, nec porrò funditur, nec tollitur altius, quamvis innumeros, maximosque fluvios, undique se exonerantes accipiat, ac modum sibi prescriptum servans, intra fines suos se continet, quasi legem reveratur quandam, cuius necessitate ritè coercitum, caveat ne quid ex constitutis violare videatur. Nec vero ullum aliud litus adversum est mari, sed illi omnia obliqua sunt. Porro de his sentiat quisque, & pronunciet, prout ipsi libuerit.

CAPUT VII.

Quid Chosroem Persarum Regem ad Colchicam expeditionem inducerit. Urbs Dara ab eodem frustra tentata.

Cujus rei causâ Lazicam Chosroës in dictio- nem suam subjugare contenderit, jam supra dixi: quid vero maximè illum, Persasque ad id moverit, hic declarabo commodè; quando lucem præfert enarratio, quae totam illam regionem paulo ante descripsi. Sæpe quidem hi Barbari, duce Chosroë, Romanum Imperium ingressi cum magnis copiis, hostem calamitatibus infandis affecerant, quas in libris ea de re scriptis recensui. At ipsi non modò nullum inde lucrum, sed jacturam etiam fecerant pecuniarum, & corporum. Semper enim ex finibus Romanorum exceserant, multis suorum desideratis. Quare in patriam reversi, clam Chosroi maledicebant, eumque gentis Persicæ extinctorem vocabant. Aliquando ex Lazica reduces, cum ibi dira perpessi essent, aperta conspiratione ipsum crudeliter de medio tolle re pararunt, fecissentque, nisi ille præmonitus periculum avertisset, multis blanditis Optimates deliniens. Atque ut reprehensionem elevaret, studium contulit ad Persarum ditionem luculenta aliqua accessione augendam. Itaque protinus urbem Daram aggressus est: at inde, ut dixi, repulsus, expugnandi loci spem omnem abjecit. Nam nec subito impetu illum capere deinde poterat, stationariis munitum intentissimis, nec si obsideret, ullo modo eos se subacturum sperabat. Quippe urbs Dara consultò repositam semper habet cibariorum cuiusquemodi copiam, quae in multum tempus sufficiat, & sons in vicino præcipito scatens magnum flumen efficit, quod recta ad urbem latitur, itaut infesta nulla vi alio detorqueri, neque ullo pacto inhiberi possit, repugnante loci iniquitate. Intra muros admissus, postquam urbem totam pererravit, ejusque implevit recepciona, exit, ac sub moenibus voragine haustus sic latet, ut quo postea erumpat, nondum cuiquam compertum sit. Nec vetus est vorago illa, sed sponte ejus opifex fuit natura loci, multis post annis, quæ Anastasius Augustus urbem illam condidit. Quo fit, ut qui urbem Daram obsidione cingunt, aquæ penuria plurimum laborent.

A Hoc igitur frustra, ut dicebam, conatus Chosroës, id secum reputavit; licet aliam fortè quampliam Romanæ ditionis urbem caperet, nunquam tamen inter Romanos sedem sibi stabilem fore, si multa illi à tergo, praesidia retinerent: quæ causa fuerat, cur Antiochiam everteret, pedemque ex Romano solo efficeret. Quare animo, arduorumque facinorum cupiditate elatus, spem longius extendit. Etenim famâ edoctus, uti Barbari, qui à lava Ponti Euxini paludem Maeotidem accolunt, Imperium Romanum liberè incurserit, ita Persis liberum, ac promptum fore dicebat, occupata semel Lazica, Byzantium ire recta, quoties vellet, non trajecto mari, ut facere solent certæ gentes Barbaræ, quæ in illis partibus habitant. Haec porrò sunt, quæ Persas ad Lazicam obtainendam inducunt, nunc unde deflexit oratio, illuc redeat.

CAPUT VIII.

Redit Auctor ad institutam Cap. i. narrationem de Persarum in Colchidem irruptionem, Choriane Duce. Lazorum inconsulta ferocia. Gubazis, ipsorum Regis, oratio. Instruuntur acies. Lazorum fuga. Artabanis certamen. Configunt acies. Choriane occiso, profligantur Persæ.

C Ego Chorianes, & Medorum exercitus castra ad fluvium Hippin metati sunt. Qua de re certiores facti Gubazes Colchorum Rex, ac Dagistheus exercitus Romani Dux, collatis consiliis, Romanorum, Lazorumque copias in hostem ducunt. Ultra amnem Hippin progressi, castris ibi positis, cum re præsenti deliberant, satiusne sit presso pede hostem operiri, ejusque impetum excipere, quam ipsum invadere: ut Persis exhibentes speciem præsentis animi, ac generosum in petendis illis contemptum præ se ferentes, prælium lacestant, itaque animos adversariorum consternent. Eorum, qui in hostes impellebant, vincente sententia, illic cuncti adversum illos profiscuntur. Tum recusare Lazi aciem cum Romanis unam componere, causam hanc afferentes, quod Martis aleam non subirent Romani pro patria, ac summa sibi necessitudine conjunctis: ipsi vero pro liberis, uxoribus, ac focis dimicarent, ita ut conspectum vererentur conjugum, si ab hoste victi discederent. Quia necessitate factum iri putabant, ut fortis animus, quo carebant, adesset. Quocirca impatienter optabant, primi hostem seorsum aggredi, ne in re agenda à Romanis perturbarentur, haud pari secum ardore discrimen prælii adcentibus. Hac Lazorum ferocia lætus Gubazes. illos non procul à Romanis convocatos, ejusmodi oratione hortatus est. Nescio, viri, num apud vos verbis opus sit ad excitandos animos comparatis. Nulla enim hortatione egere illos existimo, quos animat, accenditque rerum necessitas, qualis modò nobis incidit. Siquidem in hoc prælio, de uxoribus, liberis, patria, uno verbo, de summa rerum igitur, cuius gratia Persæ nobis arma in'erunt. At nemo omnium unus est, qui honorum suorum partem aliquam vi auferentibus cedat, tueri quæ ad ipsum pertinent cogente natura. Nec vos latet effrenem, & impotentem esse cupiditatem Persarum, ubi semel potestatem nacta est. Profectò si nos jam debellabunt, haud contenti dominatione, vectigalia imponent, ac cætera in

In subdites exercebunt, sat cognita, nisi quid fortè eorum, quæ in nos Chosroës non ita pridem suscepit, obliti sumus. Agite verò, ne verbis tenuis se mihi prodat vestra in adorienis Persis alacritas, neque ignavie notam subeat Lazorum nomen. Nec nobis grave sit pugnare cum Medis, postquam multa cum illis prælia secunda fecimus. Abest enim à consuetudine difficultas, sublatâ jam laboris molestia, exercitatione, & usu. Est igitur cur hostem ideo contemnatis, quia sæpe acie vietus, vobis animo concedit. Neo verò redire solet animus, cùm semel abscessit constrictus metu. Ejusmodi cogitationibus, ac spe bona pleni, hostem invadite.

Hæc locutus Gubazes, Lazorum copias eduxit. Sic autem acies instructa erat, ut primi adversum hostes incederent Lazorum equites. Ponè, longo intervallo sequebatur equitatus Romanus, cujus ductores erant Philegagus, natione Gepæs, vir strenuus, & Joannes, Armenius bellicofissimus, Thomæ filius, cognomine Guzes, cujus mentionem feci in superioribus libris. Postremum locum obtinebant Gubazes Lazorum Rex, Romanorumque Dux Dagistæus cum utriusque gentis peditatu, eo consilio, ut si fortè equites terga verterent, ad hunc facile se reciperent. Ita quidem Romani, Lazique se ordinarent. Chorianes verò loriciatos, cæterisque armis egregiè munitos viros mille, quos è suis delegerat, exploratum præmisit, & cum reliquo exercitu subsecutus est, paucis ad castrorum custodiam relictis. At prævius Lazorum equitatus promissa factis contrariis turpiter fallit, spem pristinam damnans, atque evertens re fecus gesta. Nam cùm in hostium præcursores repente incidisset, eorum conspectum non sustinens, illico flexis equis incompositè rediit, ac properè se Romanis admisicit, non dubitans ad eos perfugere, qui buscum antea jungere aciem recusaverat. Postquam ad se invicem accesserunt utrique, principio neutra acies in pugnam coorta est, nec signa contulit, utrâque sic alternante, ut modò cederet irruentibus adversariis, modò recedentibus instaret. In hujusmodi cursibus, recursibusque, & reciprocis impressionibus multum temporis contritum est.

Quidam erat in Romano exercitu Persarmenius, Artabanes nomine, qui ad Armenios Romanis subditos multò ante transfugerat, non simplici modo, at Persarum bellatorum viginti cæde suam in Romanos fidem testatus. Cum enim Valerianum adisset, tunc temporis Magistrum militum per Armenias, ab eo viros quinquaginta Romanæ ditionis petierat, ac voti compos, contulerat sese in Persarmenæ castellum, quò à Persis præsidariis loci CXX. admissus cum comitatu, antequam constaret eum ad aliam Rempublicam transgressum, nova tentare, illis CXX. cæsis, ac direptis omnibus castelli opibus, sanè magnis, ad Valerianum, Romanumque exercitum venerat: ex illo perspecta ipsius fide, eum Romani militiae suæ adscriptum deinceps habuerant. Hic Artabanes, cùm ad istud certamen ventum esset, assumptis duobus Romanis militibus, inter utramque aciem stetit, & quæ ex hostibus quidam progressi sunt. In quos irruens Artabanes, Persam, animo, & corpore valentissimum, hastâ protinus conficit, atque equo dejectum humi sternit. Tum lapso astans unus è Barbaris vulnus quidem ense infligit Artabanis capiti, at non lethale. Manum hic nondum ab Artabanis capite retraxerat, cùm ipsi

A vitam eripuit, à lœva confodiens ilia, alter comitum Artabanis. His attoniti præcursores milie, & retrogressi, Chorianem cum cæteris Persarum, Alanorumque copiis expectarunt, ac brevi illis se adjunxerunt.

Jam verò & pedites, quibus Gubazes, ac Dagistæus erant succincti, ad equitatum suum se admovent, & conserunt utrinque manus. Tum Philegagus, & Joannes, quoniam sc. impares sustinendæ equitatus Barbarici impressioni judicabant, præsertim facto jam periculo virium Lazorum, desilierunt ex equis, & Romanos, Lazosque omnes perpulerunt, idem ut facerent. Altissima acie compositi obversaque hosti omnes pedibus stetere, intentis hastis. Hic hærere Barbari. Nam neque incuribus agitare adversarios, utpote pedites, neque eorum aciem turbare poterant, cùm & hastarum cuspidibus, & clypeorum crepitu externati equi se se efferent. Ad arcus demum cuncti respiciunt, ea spe, fore ut sagittarum ingenti numero hostem facillimè in fugam vertant. Idem Romani cum Lazis omnibus faciunt. Denso hinc inde telorum ingruente nimbo, multi in utraque acie cadunt. Crebriores quidem sagittas missabant Persæ, & Alani, quæ aduersarii, sed pleræque scutis repellebantur. In hoc prælio Chorianes vulnus accepit, cujus auctor nescitur. Nam veniens ex conferta multitudine sagitta, ac cervici viri infixa, eum illico peremit. Unius cæde di rempto certamine, Romanis cessit victoria. Nam simul ex equo ille in terram pronus volutus est, castra Barbari effuso cursu repetierunt. Instare cum Lazis Romani, & stragam edere, spe incensi, fore ut primo impetu castra hostium caperent. Verùm Alanus quidam, forti animo, & valenti corpore prædictus, ac peritissimus crebras impellendi sagittas utroque versus, castrorum aditu, qui erat angustissimus, occupato, diu præter opinionem invadentibus restitit. Denique Joannes, Thomæ filius, proximè solus accedens, hasta derepente confecit hominem: itaque Romani, & Lazi castris hostilibus potiti sunt. Ibi cæsis Barbarorum quamplurimis, reliqui, prout cuique licuit, in patriam remigrarunt. Eum habuit exitum hæc in Colchidem irruptio Persarum, quorum alter etiam exercitus abscessit, cùm Petri præsidium uberi annona, cæterisque rebus omnibus firmasset.

C

D

E

F

G

H

I

J

K

L

M

N

O

P

Q

R

S

T

U

V

W

X

Y

Z

C A P U T IX.

Dagistæus à Lazis proditionis accusatus, in carcerem conjicitur. Bessas Magister militum per Armenias, destinatur in Lazicam, cujus Reges à Romanis uxores sibi petere. consueverant. Abasgorum defensio. Trachea locus. Romanæ Abasgos adorantur, & profligant.

Interea Lazi, qui Byzantium venerant, Dagistæi nomen de proditione, & cum Medis confessione ad Imperatorem detulerant, asseverantes illum, Persarum suasu. Petri muros labi pervios noluisse invadere, spatiumque hostibus dedisse, ruinas omnes muniendo, congestis lapidum vice culeis, arenâ plenis. Dicebant Dagistæum, sive pecunia ad id inductum, sive negligentia, aggressionem rejecisse in aliud tempus, & rei benè gerendæ opportunitatem tunc omisisse, quam postea recuperare

rare non potuisset. Propterea Imperator ipsum custodiā attineri jussit, & Bessam, qui ex Italia non ita pridem redierat, ornatum Magisterio militiæ per Armenias, misit in Lazicam, ut agenti in illis partibus exercitui Romano p̄f̄set. Èodem cum copiis jam missi fuerant Buzis frater Benilus, Odonachus, Babas natione Thrax, & Uligagus Erulus. Lazicam ingressus Nabedes cum exercitu, nihil, quod esset operæ pretium, fecit: tantum inter Abasgos, qui à Romanis, Lazisque desciverant, veriatus cum suis copiis, accepit obsides sexaginta filios Procerum illius gentis. Tum quoque Nabedes Theodoram, uxorem Opstis, qui Gubazis patruus, Lazorumque Rex fuerat, in Apsilia nactus, eam obiter, ac præter itineris institutum captam, abduxit in Persidem. Erat hæc genere Romana mulier. Quippe jam inde olim Lazorum Reges per Legatos Byzantium missos affinitatem cum aliquibus Senatoribus de sententia Imperatoris jungebant, atque hinc ducebant uxores. Certe Gubazes Romanæ erat fœminæ filius. Jam quæ causa defectionis Abasgorum extiterit, declarabo.

Cum Reges suos, ut paulo ante narravi, de medio susculissent, inter eos versati jamdiu milites, qui ab Rom. Imperatoribus missi fuerant, Romano Imperio regionem illam vendicare aggressi sunt, ac nova quædam tributa irrogarunt. Iniquiorem vim gravissimè ferentes Abasgi, veritique ne Romanis postmodum servirent, iterum sibi crearunt Regulos, Opstrem in parte exortiva, & Sceparnam ad Occidentem. Nimirum in desperationem delapsi, quæ prius gravia judicaverant, consequentibus gravioribus non immerito præoptarunt, ac Romanæ potentiaz metu impulsi, in Persarum fidem occultissimè se contulerunt. Qua de recta factus certior Justinianus Augustus Bessæ mandavit, ut validas in eos copias duceret. Ille multis è Romano lectis exercitu, Uligagum, & Joannem Thomæ filium duces præposuit, & mari in Abasgiam celeriter misit. Ac Primum quidem Abasgorum alter, Sceparnas nomine, tunc temporis in Perside morabatur, à Chosroë paulo ante accitus. Alter verò, Romanorum adventu cognito, Abasgos omnes coegerit, seque ad occursum expediti.

Trans Apsiliorum fines, in Abasgiæ aditu, locus est istiusmodi situ. Mons excelsus, & à Caucasus propagatus, paulatim decrescit, ac scalarum instar inclinans dorsum, pertingit, definitque ad Pontum Euxinum. In ima parte ejusce montis olim Abasgi castrum validissimum, amplissimumque condiderunt. Eò confugere solent, & prohibere incursus hostium, difficultate loci insuperabili. Unus est ad castrum hoc, & reliquam Abasgiam aditus, isque angustior, quam ut virorum par capiat, & quis frontibus incidentium. Nam illac nonnisi singuli, & quidem pedibus, vix ire possunt. Subjaceret ea semita convalli asperrimæ, quæ à castro ad mare usque evadit, & sibi conveniens dat loco nomen: eum enim Græco vocabulo Trachea (idest Aspera) appellant. Ergo Romana classe inter Abasgorum, & Apsiliorum fines appulsa, Joannes, atque Uligagus, cum militibus in terram expositis, iter agebant: nautæ cum scaphis omnibus litus legentes, exercitum sequebantur. Cum proxime Trachea ventum est, apparent Abasgi omnes armati, ac supra tramitem, cuius modò memini, in tota convalle stantes, instructa acie. Hæsere diu, ignari, quid consilii pro re caperent; do-

A nec Joannes, attentè secum meditatus, malo medium invenit. Relicto enim ibi cum dimidia parte copiarum Uligago, ipse cum altera concendit scaphas. Remigando flectunt, ac prærervehuntur Trachea, itaque à tergo hostium subeuntes, adversum illos sublatis vexillis rendunt. Abasgi ingruentem utrinque hostem conspicati, omisso resistendi consilio, turbare ordines, & fugâ incompositâ loco cedere, ita metu districti, ut nec soli patrii salebras visu discernere, nec se illinc expedire facile possent. Romanî hinc inde instant, multosque asscuti interimunt. Cursu ad castrum, usque progressi cum fugientibus, patentem adhuc ejus portam offendunt. Neque enim ut fores obderent, adduci, custodes poterant, fusa suorum agmina adhuc expectantes. Fugientes in sequentibus permisi erant, & cuncti ad portam entebantur, alios evadendi, alios occupandi castrî extimulante studio. Itaque portam videntes patefactam, irruperunt promiscuè, cum nequient custodes nec ab hostibus Abasgos secerne-re, nec valvas claudere præ impetu multitudinis. Abasgi, quamvis libenter suis mœnibus se commiserant, tenebantur tamen cum castro. Romanis verò, qui debellatum esse cum hostibus rebantur, major ibi labor se obtulit. Cum enim domorum inter se parum distantium, densa series, undique murorum instar munita esset, Abasgi illas ingressi, ac totis viribus ob-sistentes, in hostes tela desuper mittebant, metu hinc, & terrore, illinc uxorum, ac libero-rum miseratione permoti, redactique in summas angustias, donec Romanis in mentem venit domos incendere. Illis igitur igne undique subdito, plenam hujus pugnæ victoriam ade-pti sunt. Opstes Abasgorum Prinoeps cum paucis elabendi copiam nactus, ad Hunnos finitos, & Caucasum montem concessit: cæteri, vel cum tectis deflagrantibus in cinerem abidere, vel in manus venere hostium. Principum quoque uxores cum omni prole Romani ceperunt, & solo æquatis castrî mœnibus, regionem latè desolarunt. Atque is fuit defectionis Abasgorum exitus: hæc verò contigerunt apud Apsilios.

C A P U T X.

Tzibilum Apsilia castellum occupant Persæ, deinde cæsi ob flagitium Ducis. Chosroes ab Anatozado filio offenditur. Naturæ valetudinarius, Tribunum Medicum, virum optimum, summè colit. Anatozadum rebellum fæde plebit.

E N Apsilia, jam Lazis ab ævo subdita, castellum est munitissimum, quod indigenæ Tzibilum vocant. Terdetes autem, nobilis Lazarus, & Magistri, ut appellant, dignitate insignis in sua gente, cum Gubazem Lazorum Regem, graviter offendisset, Persis clam pollicitus traditurum se castellum illud, assumpto ad hoc Persico agmine, in Apsiliam se contulit. Proximè castellum, cum Lazorum comitatu anteit, introque acceptus est. Quippe Lazorum Praefecto, de quo nulla erat suspicio præsidia-rii diffidere non poterant. Simul affuit Persarum agmen, id Terdetcs in castellum admisit, eoque factum est, ut Medi non solum Lazica, sed Apsilia etiam potiri se, tunc temporis exi-stimaverint. Lazos autem, & Romanos Persarum exercitus ad Petram ita distinuit, ut Apsi-liae

læ ferre opem neutri valuerint. Qui castelli illius præsidio præterat, uxorem habebat, Apſiliam genere, formosissimam, cuius infano amore repente captus Persarum Dux, primò tentavit eam illecebris, deinde. cùm nihil proficeret, vi subita comprimere aggressus est. Hinc irā ardens maritus fœminæ, eum, & quotquot in castellum cum ipso venerant, noctu interfecit, horum cæde, tanquam auctario, pœnam libidinis illius cumulans. Tum ipse castellum obtinuit, & à Colchis defecerunt Apſili, eos insimulantes, quod se à Persis male habitos non adjuvissent. Verū illuc à Gubaze cum Romanis mille missus Thoma filius Joannes, cuius mentio proximè incidit, Apſilios citra pugnam, multis videlicet blanditiis, subegit, & ad Lazarorum obsequium revocavit. Hæc de Apſili, & Tzibilo castello dicere habui.

Sub idem tempus contigit, ut Chosrois inhumanitatem, vel ipsa ejus proles experiretur. Filiorum illius natu maximus, Anatozadus nomine, quod Persicæ idem est, ac Donans immortalitatem, ipsum offenderat, præter alia multa licentissimæ vitæ flagitia, non veritus cum uxoribus paternis concumbere. Ac primò Chosroës filium hunc mulctavit exilio. Est Vazaine Persidis regio imprimis fertilis, & in ea urbs Lapato, à Ctesiphonte dierum septem itinere dissipata. Hic jussu patris degebat Anatozadus. Interea Chosroës morbum adeò gravem contraxit, ut ipsius obitum fama nunciaret. Erat enim natura valetudinarius Chosroës. Profecto Medicos sæpe undique cogebat, quo in numero fuit Tribunus, genere Palestinus, vir eruditus, nec cuiquam secundus artis medicæ periti, singulari idem moderatione, pietate in Deum egregia, summaque mansuetudine præditus. Aliquando, cùm Chosroës malè se habentem sanasset, è Perside redit, multis, ac magnificis donis ab ipso auctus. Quando autem hæc priores induciae pactæ sunt, à Justiniano Augusto Chosroës postulavit, ut Medicum hunc apud se anno uno manere sinearet. Elapso illo domesticæ consuetudinis spatio, ut supra diximus, institut Tribuno Chosroës, ut quidquid opus haberet posceret. Ille pro omni pecunia nihil aliud petitur, nisi captivorum Romanorum aliquot libertatem. Dimisit ei Chosroës non modò ex Nobilitate bello capta quoscumque nominatim petierat, sed alios ad tria millia, unde apud omnes magnam Tribunus gloriam est consecutus. Hæc ha-
ctenus.

Ubi Chosroës patrem suum teneri morbo audiit Anatozadus, potestatem sibi regiam arrogans, res novas moliri cœpit. Deinde confirmata patris valetudine, nihilo is minus urbem ad defectionem induxit, sumptisque armis, bellum juvenili ardore ferox suscepit. His Chosroës auditis, in eum copias misit, Phabrizo Duce, qui victum acie Anatozadum cepit, nec multo post ad Chosroëm duxit. Ille oculos filii mutilavit, non illata cæcitare, sed palpebris supra, infraque foedissimè inversis. Nempe clausis ipsius oculis candentem acum ferream forinsecus admovens, palpebris decus abstulit. Quod eo solùm animo fecit Chosroës, ut filio regnandi spem eriperet. Nam regnum Persicum lex mutilo deferri vetat, quemadmodum in superioribus libris commemoravi.

A

C A P U T XI.

Exeunt inducia. Mutua legationes. Isdiguna legati Persarum fastus. Braducionem interpretem occidit Chosroes. Romani in Lazica Petram obsident. Suffodiunt murum. Eorum conatus irritus. Sabiri partim Romanis, partim Persis additti. Arictem leviores fabricantur novo invento. Admontur machinæ, quas Persæ naphttha, sive oleo Medea comburere satagunt. Bessæ Magistri militum grandari mira vis. Persæ in turri lignea deflagrant. Urbem Romanæ capiunt.

C

Huc fortuna, atque indeoles Anatozadi eru-
perunt, exiitque annus induciarum quintus. Tunc Petrum Patricium, eundemque Magistrum Officiorum, ad Chosroëm Justinianus Augustus legavit, ut de pace Orientis totius ageret. At ille hunc remisit, pollicitus, subsecuturum virum, qui rem componeret, prout rationibus conduceret utriusque gentis. Nec multo post, destinavit iterum Isdigunam, grandi virum superciliosus, & arrogantia, supra quam dici potest, elatum, cuius fastus, ac tumor Romanis omnibus intolerabilis videbatur. Uxor, liberos, & fratrem ducebat secum, comitante famulorum ingenti agmine: dixisset illos instructa acie ad prælium progredi. Adabant ei comites duo è primaria Persidis nobilitate, aurea diademata capitibus gestantes. Id vero Byzantios maximè urebat, quod multò benignius, ac magnificenter, quam pro Legati conditione, Justinianus Augustus ipsum haberet. Non iterum, cum eo Byzantium Braducio venit, quem ferunt interfectum à Chosroë, hinc tantummodo reum arguente, quod eum Imperator Rom. mensæ participem suscepisset. Neque euim, ajebat, honore tanto Interpres affectus esset à Cæsare, nisi rem Persicam prodidisset. Sunt qui ejus nomen de clandestino cum Romanis colloquio ab Isdiguna delatum dicant. Cùm primùm Legatus hic in congressum, & colloquium venit Imperatoris, de pace, nec paucis, nec multis egit: tantum questus est violatas à Romanis inducias, quarum tempore nondum exacto, Arethas, & Saraceni, Romanorum socii, Alamundarum vexassent. Alia quædam leviora objicit, silentio, ut equidem censeo, prætermittenda.

D

Dum hæc aguntur Byzantii Bessas cum omnibus Romanorum copiis Petram obsidet. Ac moenia quidem Romani suffoderunt in ea parte, qua pri's excavata à Dagistheo, murus eò loci colapsus fuerat: cur autem ibi cuniculum egerint, modò dicam. Qui primi hanc urbem assificarunt, murorum fundamenta ferè omnia locarunt in rupe: alicubi aggeri superposuerunt. Quæ spectat urbs Occidentem, erat pars quædam muri non admodum lata, ad cujus latera filex aspera, ferroque impenetrabilis fundamenta muri sustinebat. Eam igitur partem ut Dagistheus antea, sic Bessas modò subegit ligonibus, non finente eos ulterius progredivit natura loci, sed commetiente, & idoneis terminis definiente cuniculi longitudinem. Cdm autem Dagistheus obsidionem solvisset, ruinas muri instaurare volentes Persæ, non pristinum serva-

E

servarunt structuræ modum, at hunc inierant. Spatio, quod inanitum fuerat, oppleto gla-rea, crasas trabes imposuerant, ac dolatas optimè, & complanatas inter se ita vinxerant, ut latissima earum esset compages. Hac basi pro fundamento posita, murum aptè superstru-xerant. Id cùm nescirent Romani, se funda-menta suffodere existimabant. E spatio, quod trabibus, quarum modò nemini, suberat, ege-sta magna terræ vi, murum quidem latè qua-sarunt, ac repente ejus pars succidit: neutrò tamen procubuit ruina, nec series lapidum confusa est, verùm integra ad perpendiculum defluens, &, tanquam ex machina, in sedem vacuam demissa stetit, suumque locum tenuit, non jam æquè ac priùs edita, sed humilior. Itaque trabes, subtracto penitus solo, cui in-cumbebant, cum structura omni sibi imposta, inibi subsederunt. Ac ne id quidem Romanis ascensum ad murum præbuit. Etenim Persæ magno illuc numero antea secuti Mermoroëm, non mediocri accessione mœnia extulerant. Ro-mani, ubi convulsam muri partem stare de in-tegro viderunt, ignari quò se verterent, æstu-abant. Nam nec subducere terram ampliùs po-terant, cuniculo ita obruto, nec uti ariete, cùm in acclivi murum oppugnarent: illa au-tem machina trahi nequiret, nisi in loco pla-no, ac molliter jacenti.

Casu quadam contigit, ut in hoc Romano-rum exercitu nonnulli Barbari Sabiri agerent, ista de causa. Sabiri, gens Hunnica, ad Cau-casum habitant, frequentissimi, & in multos principatus rite divisi. Principum alii cum Imperatore Romano, alii cum Persarum Rege amicitia veteri conjuncti sunt. Ac solet uter-que Rex certum auri modum sociis largiri suis, non quotannis, sed quando ad id necessi-tate compellitur. Tunc igitur Justinianus Au-gustus Sabiros sibi amicos ad socianda secum arma invitans, ad eos quendam, qui pecuniam deferret, misit. Is vero, non valens tutò ad Caucastum, præfertim cum pecunia, penetra-re, eo quòd hostes regionem interpositam ob-tinerent, postquam ad L'esslam, & Romanas copias Petram obsidentes pervenit, per nun-cium Sabiris significavit, ut quamprimum ad se venirent ipsorum quidam, accepturi pecu-niam. Extemplo Barbari delectos tres è Pro-ceribus suis in Lazicam destinant, cùm nonnul-lis, qui post suum illuc adventum, Romanis permisit copiis, murorum oppugnationi manum admoverunt. Ad id autem operam contulerunt animadversa Romanorum desperatione. His certè hærentibus, & quo pacto sibi in präse-nenti consulserent ignorantibus, Sabiri machinam fabricati sunt, qualis, post hominum memo-riam, nec Persarum, nec Romanorum cui-quam in mentem venit, quamvis in utroque Imperio nunquam defuerit, nec jam desit in-gens opificum numerus, & sèpe in omni ætate ejusmodi machina utrique opus habuerint ad verberandas munitiones in locis asperis, & aditu difficilibus positas. At eorum nemo in-ventum hoc unquam peperit, sicut jam isti Barbari. Is nempe est humani mos ingenii, ut pariter cum tempore ad novas rerum inventio-nes semper progrediatur. Ex tempore Sabiri isti arietem excitarunt, non consueto. sed novo quodam alio modo. Neque enim rectis, trans-versisque trabibus compegerunt hanc machi-nam, verùm crassioribus virgis inter se nexit, & in omni latere aptatis trabium loco, totam machinam coriis ita circumtexerunt, ut speciem

To.n. I.

Arietiis retinuerit, una admodum trabe in medio catenis laxis, ut assoler, suspensa, cujus caput in mucronem desinens, & ferro circumimunitum, non secus ac teli cuspis, muros crebro impulsu-verberaturum erat. Porrò adeò levem fecere hanc machinam, ut eam à viris intus dispositis trahi, agive necesse non esset, sed viri quadraginta, qui trabem retracturi, & in murum impulsuri erant, arietariam machinam humeris expeditissimè gestarent, intus protecti coriis. Tres igitur hi Barbari machinas ejusmodi struxerunt, trabibus cum suo ferro detractis ex arietibus, quos Romani à se comparatos, nequibant ad mœnia trahere: tum earum quamque ingressi milites Romani minimum quadraginta ex for-tissimis delecti illos muro admoverunt. Ad ma-chinæ cujusque latera stabant alii, loricis, ga-leisque egregie muniti, atque instructi contis, quorum cuspides uncis ferreis præfixæ erant, eo consilio, ut cùm arietis caput, muro im-pactum structuram ejus convulsisset, lapides confusos dimovere his contis, ac projicere possent. Ergo rem aggressis Romanis, jam murus crebris impressionibus quatiebatur, & qui hinc inde astabant machinis, lapides sedi-bus suis emotos excutiebant contis, eratque opinio urbem continuò expugnatum iri. At Persæ istud excogitarunt. Turrim ligneam, jamdiu paratam, mœnibus imposuerunt, ac viris compleverunt pugnacissimis, qui pectoribus loricas, capitibus, ac reliquo corpori tegmina induerant clavis ferreis horrida. Vascula sulphure, bitumine, & veneno, quod Medi Naphtham, Græci Medeæ oleum vocant, ple-na, atque igni concepto ardentina, in arietarias machinas mittebant, sic ut cunctæ tantum non conflagraverint. Sed enim qui illis, uti dixi, astabant, contis, quorum modò memini, de-pellentes, ac repurgantes quæ jacta fuerant, è machinis omnia confessim humili devolvebant: quanquam haud diu labori huic suffecturos se, & restituros putabant. Nam quidquid ignis contingere, nisi eodem puncto temporis ex-uteretur, id protinus absumebat. Ita quidem hæc agebantur.

Bessas vero ipse loricatus, armatis omnibus copiis, ad muri partem collapsam scalas ap-plicuit, & cùm suos verbis eatenus animasset, ut hebescere non sineret occasionis vim, exhortationis reliquum impendit factis. Vir enim annis major septuaginta, ac planè jam exole-tus, scalas primus ascendit. Tum Persæ, & Romani in pugnam coorti sunt cum ea signifi-catione virtutis, cui parem, meā quidem sen-tentiā, ætas hæc nusquam vidit. Siquidem col-lectis Barbaris ad duo millia & trecentos, Ro-manis ad sex millia, ex utrisque, qui non in-teriorunt, vulnerati sunt ferè omnes, nec nisi oppidò pauci illæso corpore superfuerunt. Ita-que ascensum Romani totis viribus tentabant, eos Persæ labore multo repellebant. Cadenti-bus utrinque plurimis, nihil proprius factum est, quām ut Persæ periculum amolirentur. Nam cùm in summis scalis magna vi se se in-vicem truderent, & Romani cum hoste su-pe-riorem locum tenente pugnarent, magno his numero pereuntibus, Bessas Magister militum dejectus humili concidit. Utrinque tunc sublato-clamore ingenti, confluentes undique Barbari, in eum tela conjectere. Circumfusi mox Prote-ctores, galeis omnes, ac loricis induti. ob-tentis defuper scutis, junctisque inter se late-ribus, testudine tanquam tecto Magistrum mi-litum occultabant turissimè, & missilia omni ope

X x

ope prohibebant. Magnus erat telorum crepus, cùm usque & usque ingruentia, clypeis, aliisve armis defringerentur. Clamore quique, sublimi anhelitu, & labore se conficiebat. Rursus Romani omnes Magistrum militiae tueri satagentes, jactis in muros sine ulla intermissione telis hostem reprimebant. Tum Beſſas, prægravato armis corpore per se parum agili ob nimiam obesitatem, & quam extremam fuisse dixi senectutem, non valens surgere, quamvis in tantum discrimen adductus esset, nihilominus mente constitit, atque ex tempore consilium cepit, quo se ipse, remque Romanam servavit. Etenim Protectoribus imperavit, ut se è vestigio raptarent, & procul à mœnibus traherent. Illi dicto audientes partim eum trahebant, alii cum ipso recedebant, sublati, continuatisque inter se scutis, & in gressu modum servabant æqualem ei, quo ille trahebatur, ne, si pateret, ab hostibus feriretur. Receptus in tutum Beſſas, surgit, astantesque hortatus, ad muros vadit, & pede scalis imposito, ascensum iterum ardenter molitur. Romani sequuntur omnes, ac facinora in hostes edunt viris fortibus digna. Conterriti Persæ, nonnihil petunt spatii ad convasandum, ut dedita urbe discedant. At Beſſas, hæc ab illis dolosè fingi conjiciens, ut hoc interim spatio muros firmarent, se quidem impressionem abrumpere non posse dixit: iis autem, qui de compositione secum agere vellent, quamvis pugna ferveret, licere nihilominus ad aliam secum ire murorum partem, quam indicabat. Illis dicta respuentibus, certamen redintegratum crudescit, seque acriter utriusque trudunt. Adhuc Marte pugnabatur ancipi, cùm alia pars muri, quam prius Romani suffoderant, repente corruit. Utrinque èd multi confluere. Ac Romani quidem hostibus longè numero superiores, quamvis bipartito divisi, magis, ac magis torquendo jacula, trudendoque, validissime adversariis instabant. Persæ verò hinc, atque illinc appetiti, non ita jam repugnabant, sed eorum apparebat paucitas, copiis bifariam distributis. Dum utriusque ita configunt, ut nec Persæ imminentem fibi hostem repellere, nec Romani aditum prorsus perrumpere valeant, Joannes, adolescens Armenius, idemque Thomæ filius cognomento Guzes, à muri labe, & iis, qui invicem ibi se propellebant, digreditur, assumptaque ex Armeniis, quorum Dux erat, exigua manu, cum ea subit per præcipitum, qua urbem non posse capi omnes existimabant. Custodibus illic dispositis illata vi, ascendit; cùmque ad murorum pinnas evassisset, Persam, unum ex numero propugnatorum illius partis, qui bellicosissimus videbatur, occidit hasta, & èd Romanis aditum fecit.

Interea Persæ, qui in turri lignea stabant, ignitera vasa quamplurima accenderunt, ut missilium ejusmodi majori copia machinas cum viris comburerent, non sufficientibus propugnatoribus omnia contis avertere. Subitò Auter vehementissimus magno cum murmure illis ex adverso ingruens, turris afferem igni corrupit. Persis non statim animum advertentibus, cùm omnes labore, tumultu, formidine, & nimia perturbatione essent impliciti, ac sensum ipsi necessitas auerret, convalescens paulatim flamma, oleo. quod à Medea nomen habet, & aliis, quæ vires ipsi dabant, turrim totam, ac Persas in ea collocatos cremavit. Combusti omnes ceciderunt, partim intra mœnia, partim extra, ubi machinæ, & Romani circa illas po-

A siti stabant. Sic demum Romani cæteri, qui ad muri laborem pugnabant, cedentibus, & ardorem remittentibus adversariis, mœnia penetrarunt, & Petra vi capta est. Persæ quingenti ad urbis arcem intento cursu, ejusque munitionibus occupatis, illic se tenuerunt. Reliquos Romani, quos congressu non sustulerant, vivos omnes ceperunt, numero summum DCCXXX. Horum integros XVIII. invenerunt, cæteri erant sauci. E Romanis multi, iisque fortissimi occubuerunt, inter quos fuit Joannes Thomas filius, qui in hostes miris facinoribus editis, in capite à Barbaro quodam vulneratus est lapide, dum urbem ingredieretur.

B

C A P U T X I I.

Persæ, qui in Petra arcem confugerant, ad deditiōnem invitati, arcis incendio perire malunt, quam se hosti permittere. Chosrois in re cibaria Petra conserenda liberalitas, & in aqueductu extruendo solertia. Beſſas captivos Byzantium mittit; muros Petri diruit; ab Imperatore, adeoque ab omnibus commendatur.

C

Ostridie Romani obſeffis Barbaris, qui arcem occupaverant, in eam sententiam verba fecerunt, ut illis incolumitatem obtulerint, ac promiserint fidem publicam, summa spe incensi fore ut Persas ad deditiōnem eā viā pelliſerent. At illi à sermone fe avertentes, ad vim spectabant, quamvis labori haud diu se restitutos putarent: verū enim vero fortiter mori cupiebant. Tum Beſſas in animo habens à proposito illos abducere, & ad vitæ amorem revocare, militi cuidam Romano imperat, ut è proximo illos hortetur, ac profert, quæ ipſis referri velit. Is cùm proximè accessisset, ita differuit: Quid tantum mali vobis accidit, præclari Persæ, ut contendatis ad interitum, causam ejus parantes temeritate præcipiti, & manifesto contemptu studii virtutis bellicæ. Neque enim fortiter facit, qui contra vim ineluctabilem obfirmat se, nec sapienter, qui victoribus cedere renuit. At nec turpe est, in vitæ cursu præsentem fortunam sequi. Necessest enim, quæ bona spei nihil habet, meritò infamiam effugit, licet res, cæteroquin indignissimas, admittat: quippe malum inevitabile veniam secum afferre solet. Nolite igitur in evidenti discrimine stultè certare pertinaciā, nec saluti præponite vanam animi ostentationem, sed cogitate, non posse mortuos restituere se in vitam: superstitionibus autem integrum fore postea pro reditu suo pacisci, si id satius esse videbitur. Itaque postremū deliberate, ad utilitates vestras intenti, & memores optima esse illa consilia, quæ qui ceperint, emendare possunt pœnitentiā. Sic verò vos, quamvis re: fractarios, miseramus, sic optantibus mori parcimus, sic vitam habentibus ludibrio, ac lucem contemnentibus benignè facimus, ut Romanorum Christianorum instituta ferunt. Porrò datam vobis incolumitatem unum id consequetur, ut ad Rempub. meliorem traducti, Justinianum pro Chosroë dominum habeatis, quæ nos fide publica vobis confirmaturos recipimus. Quare, cùm vobis liceat esse salvis, nolite vos ipſi perdere. Neque enim præclarum est, in asperis, quæ nihil omnino proſint, alacriter versari: cùm id non generosum facinus, sed mera moriendi libido fit. Fortis est, qui dura, unde aliquem expectat frustum,

D

E

ctum, constanter subit, ac tolerat. Nec laudant homines mortem voluntariam, quando periculo, cuius causa appetitur, spes major est: at violentus interitus inutilis, & præceps amentia judicatur. Insana demum ad mortem ultro ob-eundam audacia nihil aliud sapientibus videtur esse, nisi foeda quedam larva strenuitatis. Illud etiam reputandum, cavendumque, ne quid ingrati animi vitio peccare in Deum videamini. Nam si vobis decrevisset exitium, o Viri, ne quaquam vos, ut equidem censeo, iis tradidisset, qui servare vos cuperent. Hic noster est in nos animus, jam inter vos consulite, & numerit digni sitis videte.

Ita quidem hortator ille differuit. Persæ verò monita ne auribus quidem accipere voluerunt, sed pervicacia obsurdescentes, nihil audire se simularunt. Tum Romani, jussu Magistri militum, ignes arcis injicere, hoc modo hostem ad dditionem perpulsum, iri existimantes. Crescente admodum flamma, Barbari mortem præ oculis habebant, nec dubitabant, quin mox abituri essent in cineres; nulla spes erat reliqua. nec sciebant quo defensionis genere saluti consulerent, nihilominus in manus hostium venire recusarunt, & mirante Romano exercitu, omnes puncto temporis cum arce incendio deliti sunt. Tunc apparuit, quām cordi esset Lazica Chosroi; qui milites legisser omnium præstantissimos, & in Petræ præsidio collocasset, ibique tantam reposuisset armorum vim, ut, cùm in prædam Romanis ea cessissent, cuique militi virorum quinque armatura obtigerit, quamvis multa in arce conflagrarent. Præterea magnus inventus est frumenti numerus, & carnium sale conditarum, cæteræque rei cibariæ copia, quæ omnibus quinquennio obfessis sufficeret. Vinum sibi non providerant Persæ, sed tantum acetum, & sati filiquæ, (ex quavinum conficerent.) Ubi aquam Romani in urbe ex canali struñili manantem viderunt, vehementi admiratione defixi hæsere, donec ars occultis canalibus adhibita patuit, quod quid rei sit, nōd dicam.

Quando Chosroës Petram à se expugnaram præsidio muniit, pro certo habens Romanos eam viribus omnibus obfessuros, statimque ad moturos manum intercidendo properè aquæductui, hæc excogitavit. Aquam, quæ in urbem inducebatur, tripertito divisit, ductaque fossa altissima, canales construxit tres: unum quidem in ima fossa, quem cùm ad medianum usque fossum cæno, lapidibusque texisset, ibidem alterum abdidit. Tertium verò isti imposuit ab humo extantem, subiectumque oculis omnium, itaut aquæductus triplici concameratione distinctus occulè esset. Cujus rei insciæ Romani, obfisionis initio, rupto canali illo, qui apparebat, fossam altius non subegerunt, sed prius abeuntes incepto, quām opus penitus destruxissent, sibi persuaserunt aquā jam carere obfessos, inertī incuria falsam illis offerente opinionem. Dum protrahitur obfido, Romani, non nullis hostium captis, ab ipsis resciunt, obfessos ex aquæductu haurire. Quamobrem locum aggressi fodere, suppositum canalem alterum, offendunt, eoque inciso, de hostibus actum existimant, nullum à prioribus ad consequentia documentum trahentes. Postea potiti urbe, ut manantem, quemadmodum dixi, ex canali aquam viderunt, obstupuerunt, suspensi ignoratione causæ. Quam à captivis edocti, hostium inoperibus moliendis diligentiam, suamque in suscepto labore negligentiam, re jam peracta co-

Tom. I.

Agnoverunt. Protinus Bessas captivos omnes ad Imperatorem misit, ac Petræ mœnia diruit, ne Persæ negotium denuo facerent. Assensus Imperator, mirificè virtutem ejus laudavit, & sapientiam, quod muros funditus everti set. Sic Bessas, re feliciter, ac fortiter gesta, quem amiserat splendorem nominis ubique recuperavit. Is certè, cùm Romæ præsidio præfectus esset, Romanis pristina fortitudine magnam de se spem concitaverat. Ibi verò malè bello administrato, itaque, ut in superioribus libris narravi, capti à Gothis Româ, & extincta parte maxima ci-vium, cùm Byzantium rediisset, nihilominus Justinianus Augustus ipsi in Persas belli Imperium esse jussit. Nemo ferè erat quin id culpareret, rideretque Imperatoris consilium, quod Bessæ, à Gothis foedè victo, ac seni capulari, jam sub occasum vita, bellum Persicum dedisset. Hæc erat communis ferè opinio, cùm se feliciter animosum Magister ille militum præbuit. Nimirum res mortalium, non pro ipso-rum sensu, sed Dei nutu, ac providentia administrantur, quod homines ideo Fortunam vocare solent, quia causam ignorant cursus, quem in eventis vident, nam vulgo Fortuitum dicitur, quod præter opinionem videtur accidere. Verum de his ad arbitrium quisque suum sentiat.

C A P U T XIII.

Mermeroes Persarum Dux Petram serius petit.
Copias Archæopolin duit cum eleph. inibus.
Sordida Bæsse cupiditas. N. nia Justi-niani in Præfectos indulgentia. Scan-da, & Sarapanis Lazicæ castella. Rhodopolin evertunt. Laz. Romanorum in steti-vis agentium fuga.

In terea veritus Mermeroës, ne quid mali longa dies afferret Petræ, Persisque in ea urbe relicti, moverat cum omnibus copiis, eoque contendebat, anni tempestate, quæ hyemi succederat, invitatus. At per id tempus planè cognitis, quæ Petræ contigerant, institutum iter abruptit, haud ignarus, trans fluvium Phasin, nullum esse locum, quem Lazi incolerent, nisi Petram. In reditu, occupatis faucibus, quæ ex Iberia in Colchidem ducunt, ubi Phasis vadosus est, hujus vadum transit, itemque fluvii, qui Rheon dicitur, & ipse navibus ibi impar férēndis. Itaque cùm esset à dextra Phasidis, universum exercitum Archæopolin-duxit, quæ urbs primaria est, ac maxima Lazicæ. Equites erant omnes, paucis exceptis, eosque elephanti octo sequebantur, quibus in-vecti Persæ, tela inde, tanquam è turribus in hostem suppositum missuri erant. Quare me-ritò quis miretur laboriosam Persarum industriam, qui viam ex Iberia ad Colchos, ubique deruptis saltibus, & fruticosis salebris im-plicitam, sylvisque adeò densis obiectam prius, ut viro expedito videretur insuperabilis, ita-complanarint, ut non modò equestres eorum copiæ inde omnes facilimè veniant, sed ele-phantos etiam, quotquot volunt, ad bellum agant. Ipsiis etiam aderant socii, ex Hunnis Sabiris ad duodecim millia. At timens Mer-meroës, ne tot numero Barbari detrectarent imperium, ac Persarum exercitum ingenti ma-lo afficerent, retentis quatuor eorum millibus, cæteros luculento stipendio donatos remisit in patriam. Constatbat Romanus exercitus duodecim millibus, sic tamen ut non unum in locum omnes

X x 2

A omnes coacti essent, sed tria millia Archæopoli præsidium agitarent, Odonacho, & Baba du-
cibus, viris bello egregiis, reliqui cis ostia
fluvii Phasidis stativa haberent, eo consilio, ut
si quò hostis iret infensus, ipsi inde moverent
castra, ac totis viribus suppetias ferrent. His
Benilus, & Uligagus imperabant, aderarque
Varazes Persarmenius ex Italia recens, qui se-
cum Tzanos DCCC. ducebat. Bessas autem,
statim ut Petram cepit, dimissis laboribus bel-
licis, Pontum, & Armenias obiens in collin-
gendas provinciarum suarum vctigalibus ope-
ram posuit: qua sordida cupiditate rem Roma-
nam iterum accidit. Nam si continuò post vi-
ctoriam, de qua dixi, & Petras expugnationem,
ad Lazorum, Iberorumque confinia se contu-
lisset, ac munisset eorum angustias, non am-
plius, mea quidem sententiā, Persarum exer-
citus in Lazicam penetrasset. Jam verò hic Ma-
gister militiæ, dum in ea parte laborare ne-
gligit, propemodum manu sua Lazicam hosti
tradidit, ira Imperatoris admodum securus.
Solebat enim Justinianus Augustus Praefectorum
peccatis multum indulgere, quo siebat, ut sa-
pius contravitæ institutum, & in Remp. palam
delinquerent.

Ad Iberias fines habebant Lazi castella duo, Scandam, & Sarapanin, quæ in montium fau-
cibus asperis, ac planè confragosis sita, diffi-
cillimos habebant aditus. Ea quondam Lazi
custodiebant labore multo, ob soli malignita-
tem, ex quo nihil vescum nascitur: verum
homines è cibaria comportant humeris. Belli
bujus initio Justinianus Augustus, amotis inde
præsidiis Lazicis, Romana substituerat, quæ
postmodum urgente victus penuria, his castel-
lis excellerunt: cùm nec panico, cui minimè
assueverant, vitam tolerare diutius possent ut
Colchi, nec jam Lazi cibariis omnibus per lon-
ga itinera ferendis sufficerent. Eadem à Persis
occupata Romani facta pace receperant, re-
stitutis vicissim Bolo castello, Pharangioque,
ut in superioribus libris pleniū commemoravi.
Lazi igitur castellum utrumque exciderunt, ne
inde à Persis oppugnarentur: Persæ verò eorum
alterum, quod Scandam vocant, reædificarunt,
occuparuntque præsidio, ac Mermoroës Medo-
rum exercitum ulterius duxit.

Rhodopolis. urbs in planicie sita, primaque
obvia irruptentibus ex Iberia in Colchidem,
aditu, captuque valde facilis erat. Quamobrem
Lazi illam solo nuper æquaverant, Persarum
adventum veriti. Quo Persæ audito, recta Ar-
chæopolis iter intenderunt. Mermoroës verò,
ubi accepit castra hostes metatos esse ad fluvii
Phasidis ostia, è progreedi constituit: quippe
satius videbatur hos priùs profligare, itaque
demum Archæopolis obsidionem capessere, ne
ipsi à tergo subeuntes Persarum copiis detri-
menti aliquid importarent. Propter Archæopo-
lis mœnia transiens, Romanos urbis incolas
salutavit cavillans, & jactanter denuncians,
actutum è se redditum: velle se priùs allo-
qui Romanos, qui ad flumen Phasin stativa
habereant. Tum illi suo responso ire ipsum ju-
bent, quocunque volet, cæterum affirmant nun-
quam ad se reversurum, si in Romanos illos in-
ciderit. De his certiores facti exercitus Ro-
mani Duces cohoruerunt, seque impares rati-
sustinenda aggressorum impressioni, scaphis,
quæ præsto erant, consensis flumen Phasin
trajecere omnes, cùm quidquid annonæ sibi
comparatae avehere poterant, imposuissent in-
scaphas, cæteris in flumen projectis, ne ho-

B stes illis gauderent. Quò cùm omnes copias
paulo post duxisset Mermoroës, atque hostium
castra vidisset penitus vacua, rem inique tulit,
secum dolens, ac pendens animi. Subinde
Romanorum castris flamma deletis, ira ardens
rediit, & copias Archæopolin duxit.

C A P U T X I V.

C *Archæopolis situs. Eam Mermoroës absidet. Ro-
mani oratione Ducum in enī erumpunt, ac
Persarum cædem efficiunt. Turbarus ele-
phas furit. Hinc Auctōr ad Edessam
digreditur, ubi comp̄r̄sum est tur-
bari elephantes grannitu suis.
Ibidem visum prodigium.
Persæ obsidionem solvunt.
Mermoroës in Muchire-
sim concedit, & Cu-
tatisum castel-
lum reficit.*

D Ita est Archæopolis in colle asperrimo, cam-
que fluvius alluit, qui ex montibus urbi
imminentibus labitur. Ejus portæ inferiores ad
collis radices ducunt, haud iuacessa: via so-
lum, qua ex campo ad eas itur, non plana
est. Superiores portæ exitus habent præcipi-
tes, atque aditus difficillimos, quippe latissi-
ma fruteta objacent. Et quoniam iacolis nihil
aqua nisi fluvialis suppetit, urbis condito-
res geminum murum ad flumen usque extru-
xerunt, ut ex eo lympha sine periculo hauria-
tur. Hanc partem totis oppugnare viribus de-
crevit Mermoroës, & consilium urgens hac
egit. Primò quidem Sabiri curam demanda-
vit arietes fabricandi quamplurimos, quibus
portandis hominum humeri sufficerent; eo quod
ad murum imo in monte positum consuetas ma-
chinas nullo modo quiret appellere, & auditis
quæ Sabiri Romanorum socii paulo ante feci-
fent ad Petras mœnia, recentibus inventis stu-
dens eorum usu juvari vellet. Illi dicto au-
diientes, protinus multos arietes iis similes, mo-
liti sunt, quos, ut diximus, Sabiri Romanis
excitaverant. Dein verò Dolomitas ad urbis
latus præcipitiis impendens mittit, jubetque
hostes totis ibi viribus fatigare. Barbari sunt hi
Dolomitas, & quamvis in Perside habitent,
nunquam tamen Regi Persarum fuere subdici.
Cùm enim montes abruptos, penitusque iuvios
colant, ab omni veritate ad hunc diem suis
vixere legibus, nec nisi mercede conducti,
Persis in hostes ipsorum militant. Omnes pe-
dibus merent: gladium quisque, & scutum
gestat, ternaque in manibus jacula. Nec mi-
nus expeditè currunt in confragosis, & vertici-
bus montium, quam in camporum æquore.
Quamobrem Mermoroës oppugnandam his pa-
tem illam assignavit: ipse cum reliquis copiis
arietes, & elephantes ad portas inferiores pro-
movit. Ergo Persæ, & Sabiri. Cdm tela in-
muros tam crebra mitterent, ut sagittarum
nube coelum illic obducerent, Romanos ejus
partis propugnatores tantum non coegerunt
pinnas deserere: Dolomitas verò ex asperis,
quæ sunt extra mœnia, jacula torquentes, op-
positos sibi hostes raptò acrius instabant. Pe-
simo ubique loco, atque in præcipiti erant res
Romanorum extrema jam patientium.

Tunc Odonachus, & Babas, sive ostendenda
virtutis propriæ. sive militis probandi gratiâ,
seu divino quadam instinctu, paucis ad pinnas
relictis militibus, jussisque propugnatores inde
pro-

propellere ; maximam partem convocarunt , brevique hortatione hac usi sunt . Videtis , Commilitones , quod jam discriminis , ac necessitatibus redacti sumus , quibus malis cedere vos minimè decet . Saluti desperantibus una salus est nullam salutem optare ; siquidem vita amorem exitium plerumque sequitur . Id quoque his in angustiis cogitandum vobis est , quandiu hinc è pinnis hosti repugnabimus , quamvis animosissimè certemus , in dubio tandem salutem fore . Etenim pugna eminus inita , nemini copiam exercendæ virtutis facit , utpote sèpius in arbitrio fortunæ sita . Cùm autem collato pede confligitur , prævalet erectus animus ; & generositatem victoria comitatur . Præterea , qui rem feliciter gerunt dimicantes è mœni bus , levem ii fructum ex prospero successu referunt . Nam hoste tum repulso , postridie recrudescit conflictus , ac paulatim sublapsi , cum suis munitionibus certò pereunt : qui si hostem vicissent cominus , certa in posterum incolumitate fruerentur . Quibus rectè expensis , toto animo in hostes erumpamus , divina freti ope , & hoc ipso deplorato rerum nostrarum statu confisi . Enim verò qui spem salutis nullam in se repositam habent , eos maximè Deus servare solet .

Ita suos hortati Odonachus , & Babas , reclusis portis , copias citato cursu educunt , paucis intus relictis , istam ob causam . Pridie nobilis quidam Lazarus , cui erat Archæopolis domicilium , de prodenda patria egerat cum Mermeroë . Hic autem ipsi mandaverat , unam hanc iniaret à Persis gratiam , ut cùm muros oppugnari cæptos videret , clam ignem inferret horreis , in quibus frumentum , cæteraque annona asservabatur . Quod quidem prescriptis , horum alterum putans effectum iri , aut ut Romani circa incendium solliciti , occupatique , spatium Persis darent superandi muri , aut Persarum impressioni prohibendæ intenti , curam horreorum depone rent , itaque frumento , ac cæteris commeatisbus igne corruptis , obfessam Archæopolin brevi tempore , & nullo negotio in suam Persæ ditio nem redigerent . Eò spectabant mandata , quæ Lazo Mermeroës dedit , & recepit ille se conjecturum . Simul igitur oppugnationem fervore vidit , ignem furtim subdidit horreis . A Romanis deprehensa repente flamma jam subvolante , illuc nonnulli cucurrere subfido , & ignem latè grassantem difficillimè restrinxerunt : cæteri omnes effunderunt se in hostes , ut dictum est , factoque subito impetu , ac terrore vi improvisa incusso , multos occiderunt , nec resistentes , neque arma audentes tollere . Etenim Persæ , cùm non sperarent fore ut hostes , quorum numerus admodum exiguis esset , erumperent , dispersi , incompositique se ad murum invadendum parabant . Atque hi quidem arietarias machinas gestantes humeris , inermes , & proinde ad pugnam imparati erant . Alii verò intentos arcus in manibus habentes , instantem pede collato hostem propellere nequivabant . Itaque Romani nunc hos , nunc illos cædere , & letho sternere . Tum fortè elephantum unus , accepto , ut nonnulli referunt , vulnere , vel sponte efferatus , circumgegit se se , & cum maxima perturbatione retrectans , excussis sesoribus , cæterorum ordines rupit . Ex eo Barbari referre pedem ; Romani impunius obvios quosque conficerere . Hic meritò miretur quispiam Romanos , qui cùm artem callerent repellendi impetus ab hoste dati cum elephantis , quod illa præscribebat , prorsus omiserint , tur-

A bati utique præsenti motu , idque ultro ipsi acciderit : quod quid sit , mox exponam .

Quo tempore Chosroës , Medorumque exercitus Edessa muros aggressi sunt , admotus illis elephas quidam , complures vehens Persas pugnatores egregios , speciemque exhibens machinas , quam Helepolin vocant , videbatur brevi urbem expugnaturus , iis , qui ex turri illic posita resistebant , coactis se subducere venientium desuper telorum grandini . At statim Romani suspenso è turri porco , discriminè evaserunt . Suspensus enim porcus grunnitum , ut fit , edit acutiorum , quo efferatus elephas restitit , tum pedem sensim referens , excessit . Ita quidem hoc ibi contigit : jam verò quod Romano rum negligentia prætermissum fuerat , fortuna supplevit . Et quando mentio Edessa incidit , prodigium , quod in ea urbe ante bellum hoc accidit , silentio non præteribo . Paulò priùs quā pacem Chosroës perpetuam solveret , mulier quædam fœtum enixa est , humanâ quidem formâ cætera præditum , sed bicipitem , quo quid portenderetur , eventus docuit . Non modò enim Edessa , ac totus propemodum Oriens , at magna etiam Imperii Romani pars , in contentionem Principum duorum venit . Hæc ibi : ego verò ad propositum redeo .

Dum sic miscentur Medorum agmina , qui cunque à tergo locati erant , animadversa antecedentium conturbatione , necdum cognitâ ipsius causâ , pavore consternati incompositissime retrocedunt . Eodem modo territi , qui ex edito spectabant hæc omnia Dolomitæ , in pedes turpiter se conjecerunt . Effusa jam palam fuga , ceciderunt Barbarorum quatuor millia , in quibus Duces fuere tres . Romani signa Persica ceperæ quatuor , & Byzantium protinus miserunt Imperatori . Ferunt eorum equos ad viginti minimum millia periisse , non telis fixos , nec vulneratos ab hostibus , sed quoniam ex quo in Lazicam labore gravissimo longinquæ viæ exhausti , pervenerant , minus pabuli , quā par erat , habuerant ; hinc factum , ut eos famæ , imbecillitasque summa oppresserint .

Post conatum hunc irritum , Mermeroës cum omnibus copiis Muchiresin petiit , adhuc Persis in ditione sua partem maximam Lazicæ retinentibus , operâ quamvis perdita ad Archæopolin , unde Muchiresis diei iter unius abest , multos habens , ac frequentes incolis vicos . Est hic ager felicissimus Colchidis : quippe vinum , ac varia mitium genera fructuum proligavit . quod nusquam alibi in Lazica videre eit . Regionem hanc alluit fluvius Rheon , ubi Colchi veteres castellum condiderant , cujus partem maximam idcirco ipsorum posteri diruerunt , quod cùm in campo planissimo situm esset , illud aditu , captuque facile judicarent . Cotiaum quondam voce Græca castellum id appellabatur : nunc idem Lazi Cutatisum vocant , ignoratione Linguae rectam nominis pronunciationem depravantes . Ita quidem hæc Arrianus memoræ prodidit ; alii verò olim ibi fuisse memorant urbem Cytaiam , Ætæ patriam , eoque factum , ut & hunc Poëtæ Cytaensem , & Colchidem Cythaidem denominaverint . Ad locum hunc instaurandum modò animum appellens Mermeroës , cùm ab operis materia eis etiam imparatus , jamque hyems appeteret , quamprimum castelli ruinas omnes ligneis obstruxit munimentis , seque inibi tenuit . Cutatisio proximum est Uchimerium , castellum validissimum , in quo Lazi sedulamente gebant custodiæ cum exigua Romanorum militum manu . Itaque illuc Mermeroës cum

uni-

universo exercitu stariva habebat, obtinens partem optimam Colchidis, atque hostes sic intercludens, ut nec Uchimerium commeatus ullus interre, neque in Suaniam, Scymniamque ditionis suae provincias, ire possent. Quoties enim habent hostes Muchiresin, Lazis, ac Romanis præclusum est iter in ea loca. Is erat in Lazica rei bellicæ status.

C A P U T X V.

A Persis quinquennales inducias turpiter emit Justinianus Augustus. Procopii in scribendo libertas. Post vindemiam racemi, aliique fructus nascuntur.

B Yzantii Chosrois Legatus Isdigunas sermones de pace cum Justiniano Augusto diutissimè contulit. Post multam disceptationem, tandem convenit, ut induciis utrumque regnum quinquennio gauderet, eoque interim spatio Oratores ultro citroque liberè commenates, controversiam, quæ de Lazica esset, ac Saracenis, componerent. Hæc autem accessit conditio, ut pro his induciis quinquennalibus Persæ à Romanis auri centenaria XX. acciperent, itemque alia sex, pro XVIII. mensibus qui inter priores inducias, atque istas intercurrissent, quod tempus mutuis impensum esset legationibus: neque enim gratis à se permitta dicebant Persæ colloquia pacificatoria. Porro illud Isdigunas urgebat, ut XX. centenaria jam cum asportaret: quatuor dare singulis annis Imperator volebat, ut haberet pignus, quo teneatur Chosrois in pactione servanda fides. Deinde tamen Romani abjecta cunctatione integrum pacti summam auri solverunt. ne tributum annum ipsi pendere viderentur; sic ferente hominum more, ut indignis plerunque erubescant vocabulis, non rebus ipsis. Persa quidam erat, nomine Bersathus, summo vir loco natus, Chosroique charissimus, quem olim Valerianus in Armenia viictum acie ceperrat, ac Byzantium extemplo miserat Imperatori. Jam illum diu hic asservatum, cùm velle Chosroës magno redimere pretio, ut in patriam videret reducem. petente Isdiguna Justinianus Augustus dimisit. Etenim Legatus hic affirmabat, inductum iri Chosroëm istius suau. ut Persarum exercitum revocaret ex Lazica. Annum verò XV. Imperii agebat Justinianus Augustus, cùm Romani, & Persæ has inducias pepigerunt, plerisque invisas Romanis: qui num eas rectè culpaverint, an secus pro more subiitorum, non habeo dicere.

Hæc autem vulgo jactabantur, firmato jam Persarum dominatu in Lazica, factam hanc esse pactionem, ne quis eos quinquennio interpellaret, sed toto illo tempore optima quæque Colchidis loca liberiùs, atque otiosius incolerent: unde postea à Romanis nullo unquam modo ejici possent, quin etiam ipsis Byzantium aditu facile deinceps foret. Multos ejusmodi consideratio torquebat, dstringebatque indignabundos. Fremebant etiam, quod rem ad quam Persæ jam inde olim aspiraverant, nec bello, aliave quapiam ratione consequi se posse duxerant, nimirum ut Romanos vectigales haberent, firmissimè jam induciarum nomine sibi asseruissent. Etenim Chosroës, quod aper- tè antea concupiverat, anno centenariorum quatuor tributo Romanis irrogato, jam spatio annorum XI. & mensium sex, centenarii XLVI. specioso induciarunt obtenuit accepit,

A tributo nomen imponens pacifice compositionis, quamvis in Lazica vim exerceret, ac bellum gereret, ut dictum est. Romani igitur spe deposita fore unquam ut onus illud excuterent, eò se redactos intelligebant, ut palam Persarum essent stipendiarii. His ita transactis, Isdigunas tantâ pecuniâ septus, quantam nullus unquam Legatus habuit, atque omnium, ut equidem reor, Persarum ditissimus domum redit. Ipsum enim Justinianus Augustus honore affecit maximo, & ingenti donatum auro remisit, Legatorum omnium nemini, præterquam huic, custodiarum experti esse licuit. Nam cùm ipse, tum quotquot eum comitabantur, plurimi sanè numero Barbari, summam habuere perdiu libertatem coëundi, agendique quibuscum vellent. Per omnes itabaut regiones urbis, emebant, vendebantque quidquid esset collibitum: nullo exclusi commercio, cum omni securitate, ut in urbe sua, negotiabantur, nemine Romanorum, ut mos erat, adjuncto comite, nemine in eorum consuetudinem immisso, qui ipsos observaret.

C Id temporis, res nunquam antea, quod equidem sciam, visa accidit. Autumnus perinde, atque ætas adulta, mirum in modum æstuoso calore ferbuit: sic sanè ut, non secus, ac vere, passim rosæ natæ sint, consuetis omnino similes. Novos fructus arbores ferè omnes protulere iterum, & quamvis jam vindemia paucis ante diebus collecta esset, nihilominus uvæ in vitiis provenere. Quæ conjecturæ interpretantes ejusmodi rerum periti, eventurum magnum aliquid, nec opinatum, hi lætum, illi adversum, prædicebant. Ego verò id forte inde factum existimo, quod Auster, ut fit, diutius spirans, terram magis solito, ac supra modum, quem tempestatis illius natura postulat, tepeficerit. Si quid autem, ut isti dicunt, inopinatum portenditur, id nos optimè docebit exitus.

C A P U T XVI.

D Lazi Romanis offensi. Persæ Uchimerium castellum obtinent, operâ Theophobii. Gubazes Lazorum Rex in monib[us] hyemat. Mermeroe per litteras bortante, ut à Romanis deficiat, in fide manet.

E Cum ita Romani, ac Persæ inter se inducias Byzantii pangerent, hic erat rerum status in Lazica. Gubazes quidem Lazorum. Rex Romanis studebat, ex quo vita suæ insidias à Chosroë paratas, ut in superioribus libris narravi, detexerat. Cæterorum autem Lazorum bona pars à Romanis militibus male habita, ac præsertim exercitus Ducibus offensa, jamdiu inclinabat ad Persas, non propensa in eos voluntate, sed eo animo, ut à Romano dominatu se vindicaret, præsentibus malis futura præoptans. Theophobius, vir inter Lazos non obscuro genere, cùm Mermeroi in clandestino colloquio, Uchimerium castellum se traditurum promisit. Quo ille ipsum impulit, spe magna ejus animum efferens, affirmansque id eo tacto consecuturum, ut in intimis esset Chosrois, & Persarum monumentis beneficij nomine adscriberetur ad sempiternam memoriam, unde ipsi gloria, opes, potentiaque ingens accederet. Elatus his Theophobius, multo acriùs cœpto institit. Tunc temporis nullum Romani, ac Lazi commercium inter se ha-

habebant : at Persa impunissimè qualibet vanguante , alij ad fluvium Phasin , alii Archæopoli , vel si quem præterea occupaverant munitum regionis illius locum , latebant , ipseque adeò Gubazes Lazorum Rex tenebat se se in verticibus montium . Quare nihil habuit negotii Theophobius iu perolvenda Mermeroi promissi fide . Cùm ad castellum se contulisset , Lazi , ac Romanis illic præsidium agitantibus asleveravit , Romanum omnem exercitum interriisse ; Regis Gubazis , & Lazorum ipsum sequentium res accisas jacere , à Persis totam teneri Colchidem , nec sperandum , fore ut in Romanorum , vel Gubazis potestatem rediret unquam , rem hactenus gessisse Mermeroëm separatè , ducentem secum septuaginta amplius millia Persarum bello præstantium , Barbarorumque Sabirorum ingentem numerum ; jam ipsum quoque Regem Chosroëm advenisse cum exercitu innumerabili , seque illis repente admisuisse , nec solum Colchicum tot copiis postmodum suffectorum . Hoc prodigoio mendacio Theophobius castelli custodes in gravem metum , summasque angustias conjectit , sic ut ipsum obsecraverint per Deum patrium , jam pro virili parte res suas loco optimo collocaret . Spopondit ille , fidem se publicam ipsis à Chosroë impenetraturum , si modò Persis castellum dererint , & ab iis probata condione , inde continuò digressus , iterumque ad Mermerois admissus conspectum , rem pavidit ordine . Is omnium delectu habitu , qui inter Persas eminebant , illos cum ipso Uchimerium misit , ut fidem darent præsidiariis , salvas cum vita fortunas fore , & castellum occuparent . Ita Persæ Uchimerio potiti , suam in Lazica ditionem firmissimè stabilierunt , nec Lazicam tantummodo sibi subdidere , sed aditum etiam Romanis , ac Lazorum Regi præcluserunt in Scymniam , & Suaniam , regionemque omnem , quæ à Muchiriside ad Iberiam usque pertinet . Porro hostem arcere nec Romani , nec Lazi poterant , cùm ne degredi quidem è montibus , vel e munitis locis in eum erumpere auderent .

Mermeroës , instante hyeme , muro ligneo , Persarumque bellatorum tribus minimum milibus Cutatisum muniit , & idoneum reliquit præsidium Uchimerii . Cùmque aliud castellum (Serapanin vocant) in extremis situm Lazicæ finibus , iustaurasset , ibi consedit . Deinde compertum habens Romanos , ac Lazos coire , & ad fluvii Phasis ostia habere castra , omnes eò copias duxit . Quod simul , ac Gubazes , & Romanii Duces exercitus audierunt , non expectato hostium adventu , digressi sunt , & quò cuique licuit evaserunt . Gubazes , cursu verticibus montium occupatis , cum liberis , uxore , & maximè familiaribus , non modò inopiae , qua circumventus erat , sed tempestati etiam incommodissimæ resistebat , & spe venturi Byzantio auxilii subnixus , ac præsentem levans calamitatem humanorum casuum comparatione , meliora ardentissimè expectabat . Cæteri Lazi , Regem Gubazem reveriti , haud minus constanter hyemem agebant in scopolis , adversi illuc nihil ab hostibus ideo timentes , quoniam vim afferre volentibus , præsertim hyeme , hi mones insuperabiles sint , ac penitus inaccessi : verum enimverò fame , frigore , ærumnisque omnibus vita in extremum adducebatur . Tum Mermeroës in vicis Muchirisidis domos multas extinxit liberè , locisque illis omnibus provisa annona ac per quosque trans fugas , circa montium juga dimisso , data fide publica , ad se-

A multos pellexit : quibus re cibaria defectis , prospexit affatim , ac tanquam suis curam impendit . Pro suo in totam illam regionem Imperio , liberè compositis rebus cæteris , ad Gubazem in hanc sententiam scripsit . Potentia , prudentiaque res duæ sunt , quæ præclarè constituunt hominum vitam . Nam qui sunt finitimi potentiores , suum ad arbitrium vivunt , & quocunque volunt , semper adducunt opibus minoribus præditos . Quos autem sua tenuitas valentioribus obnoxios facit , sapientia medentes imbecillitati , eos , qui rerum potiuntur , obsequio sibi conciliant , nec vetat quidquam ipsos apud se vivere , blanda observantia in integrum restitutos , unde infirmitate dejecti sunt . Neque hæc uni cuidam convenient populo , neque apud alios aliter , sed apud omnes omnino eodem se modo habent , cùm ubique terrarum , appendicis instar , adjuncta naturæ sint . At tu , chare Gubazes , si te bello Persas victurum putas , rumpe moras , nec te quidquam teneat . Nos enim quacunque voles in parte Lazicæ offendes ad imperium tuum excipendum paratos , & solum , quod tenemus , adversa acie pro viribus tuentes : itaque facultas erit , vobiscum fortiter dimicandi . Verum resistere te non posse Persarum viribus satis ipse intelligis . Quare alterum arripe , præclare vir , & pertractans celebre illud , NOSCE TE IPSUM . Chosroëm adora subditus , & Regem , victorem , dominumque agnosce . Præteriorum veniam pete , ut pothac vitam traducas , ærumnis , quibus premeris , liberan . Ego verò tibi Regem Chosroëm placatum iri , ac fidem daturum recipio , & Ducum inter Persas præstantium liberos offero hujus obsides conditionis : fore ut vitâ , ac regno tuo , rebusque cæteris tutò semper fruare . Si neutrum vis , aliò facesse . & Lazos , inconsiderantia tua miseros , aliquando tandem respirare , seque ab instantibus malis expedire sine , neque ipsos calamitate hac perpetua attere , spevana inductus mittendi à Romanis subsidii . Nam ut nondum , sic nunquam tibi subvenire poterunt . His Mermerois literis è sententia minimè dimotus Gubazes , in montium jugis magna tenebantur expectatione Romanii auxili . arque odio , quo Chosroëm prosequebatur , spem , quam posuerat in Romanis , alebat . Enimverò plerunque homines rationem voluntati accommodant , & servire cogunt , ac si qua placet opinio , ad eam accedunt semper , & quidquid offert sequuntur , non attendentes , an subsit error . Rursus si qua molesta est , illam iniquè ferunt , eique fidem abrogant , omittentes querere , num vera sit .

C A P U T XVII.

Ex India Monachi bombycum ova desirunt , & confiendi serici rationem Romanos docent . Inducis à Chosroe confirmatis , nibilominus bellum adbuc in Lazi a geritur , Rerum status in Africa .

S Ub idem tempus , venerunt ex India quidam Monachi , & cùm Justinianum Augustum fatigere intellexissent , ne sericum à Persis Romanii amplius mercarentur , conuento Imperatori promiserunt , rei sericariæ ita se provisuros , ut nunquam Romani à Persis hostibus suis , aliâve quapiam gente ejusmodi mercimonium peterent : diu se in Serinda , quam vocant , reione Indorum populis frequenti , moratos esse , &

& conficiendi in orbe Romano' serici rationem ibi perdidicisse. Crebris autem interrogationibus percontanti Imperatori, itane se res haberet? dixere Monachi, quosdam esse vermes serici opifices, naturā magistrā in opus semper incumbere subigente: deferri quidem huc vivos non posse vermes, sed expedite, & facile generari; singulorum partuum ova esse innumera: hæc homines multo post tempore, quā sunt edita, integere simo, & quandiu satis est tepefacta sic fovere, ut animalia progignant. Quæ cùm illi enunciaffent, liberalibus Imperatoris promissis inducti, ut re verba firmarent, Indiam repetierunt, unde cùm ova aportassent Byzantium, servata, de qua dictum est, ratione, ea novo ortu mutarunt in vermes, quos Mori foliis alunt. Hinc copta ars conficiendi postea serici in Romano Imperio. Tum quidem Romani, ac Persæ rem bellicam eò, quo dixi, perduxerunt, seque ita habuit, quod ad sericum spectat.

Acta autem hyeme, Isdigunas reversus ad Chosroëm cum pecunia, paœta conventa exposuit. Ille accepto auro, sine mora confirmavit inducias. Lazicā tamen decidere noluit, sed eadem illâ pecuniâ allectis Hunnorum Sabiorum numerosis auxiliis, ea cum nonnullis Persarum copiis Mermeroi extemplo misit, mandavitque ut pro viribus copta urgeret, elephantes etiam multos adjecit. Mermeroës autem cum universo Persarum, Hunnorumque exercitu movit ex Muchirisi, & secum elephantes dicens, firmiora petiit Lazorum loca. Romani nusquam obvii, ad fluvii Phasis ostia, Martino Duce, se continebant, situ loci valido optimè muniti: unà aderat Gubazes Lazorum Rex. Porrò hic Medorum exercitus, casu quodam, nihil damni nec Romano, nec Lazo cuiquam intulit. Ac primò quidem certior factus Mermeroës, Gubazis sororem in quodam castello agere, illuc eo duxit animo copias, ut id machinis omnibus expugnaret. Verùm fortissimè repugnantibus præfidiariis, eosque adjuvante loci natura, repulsi inde Barbari, infecta re abierunt. Deinde in Abasgiā contendenteribus, Romani, qui Tzibili præsidium agitabant, se se opposuerunt, occupato aditu, quem, ut supra dixi, summa angustia, & præcipitia efficiunt insuperabilem. Quare non valens Mermeroës resistentes depellere, retro egit exercitum, atque è vestigio Archæopolin se se contulit, obſidionem illius meditans. At frustantatis moenibus, maturavit redditum. Romani abscedentibus instantes hostibus, in angustiis cœcidere non paucos, inter quos Dux Sabiorum occubuit. Circa hujus cadaver acriter dimicatum est: demum Persæ sub ferotinum crepusculum, hoste vi in fugam acto, Cutatisium, & Muchiresin repetiere. Sed de his hactenus, quæ Romani, ac Persæ inter se gesserunt.

In Africa verò omnia Romani præclarè constituta habebant. Siquidem Joanni, cui Justinianus Augustus illarum partium Magisterium militare derulerat, successus contigerunt majores famâ, & audientium fide. Is socio Cutzina, uno ex Maurorum Principibus, primùm cæteros acie vicit, nec multo post, Antalam, & Jabdam, qui Mauris Byzacenis, ac Numidis prærerant, ita sibi subdidit, ut ipsum tanquam mancipia affectarentur. Quo fiebat, ut id temporis fruerentur otio Romani in Africa, præteritis bellis, & seditionibus adhuc latè desolata.

A

C A P U T X V I I I .

Gepædes, & Langobardi ad pugnam inter se incundam parati, terrore panico distrahuntur. Eorum Principes Thorisimus, & Auduinus inducias pangunt. Gepædes Cuturguros in Rom. Imperium immittunt. Justinianus Uturguros in Cuturguros excitat. Eorum pugna.

B

Dum illa agerentur in his partibus, interea hæc in Europa contigerunt. Pacem quidem, de qua dixi in superioribus libris, Gepædes cum Langobardis hostibus suis fecerant. Quoniam tamen ortam inter se litem nequibant omnino discernere, arma haud multo post resumenda existimarunt. Itaque Gepædes, & Langobardi, bello accenso, cum omnibus copiis adversi vadunt, imperante Thorisino Gepædibus, Auduino Langobardis, utrumque multæ virorum myriades sequebantur. Jam erant in propinquuo acies, non tamen in conspectu, cùm terror panicus, quem appellant, derepente ipsis injectus, omnes temere retro fugere compulit, solis Principibus cum paucis admodum remanentibus, qui illos retrahere, & quæ blanditiis submissis, quæ minis terribilibus à fuga revocare conati, nihil profecerunt. Attonitus

C

Auduinus ejusmodi suorum consternatione, nequid compertum habens idem hostibus accidisse, quosdam è suis affeclis illico ad eos legat, pacem petituros: qui cùm pervenissent ad Thorisini Gepædum Principem, quo res loco essent viderunt, suoque ex casu eum, quem hostes paterentur, intellexere. Tum coram querunt ex Thorisino, ubi tandem terrarum sit subditorum multitudo? Is nihil eorum, quæ contigissent, inficians: Fugerunt, inquit, nemine persequente. Mox illi, idem, ajunt, passi sunt Langobardi. Tibi enim Rex, vera fatenti, planè enunciabimus quæ ad nos attinent. Cùm igitur salvas Deus has gentes velit, easque in procinctu stantes dissipaverit, salutari ipsis incusso metu, age, & nos in divinam sententiam concedamus, bellum dirimentes. Tum Thorisinus, Esto, inquit, sic fiat. Itaque annorum duorum inducæ factæ sunt, ut interea loci, legationibus reciprocis, litem omnem accuratè componerent. Sic utrique tunc recesserunt.

D

Harum induciarum tempore, quoniam controversias inter se tollere minimè poterant, ad bellum intaurandum se compararunt. Cum autem esset opinio laturos opem Langobardis Romanos, ab his timentes sibi Gepædes, Hunnorum aliquos in societatem sibi asciscere statuerunt. Quamobrem legatione missa ad Principes Cuturgororum, qui cis paludem Maetidem habitant, eos rogarunt, ut arma secum in Langobardos caperent. Confestim illi armatorum miserunt duodecim millia, quibus præter alios imperabat Chinialus, vir bellica laude clarissimus. Gepædes, hotum Barbarorum præcipitem adventum graviter ferentes, quod certaminis tempus nondum appeteret, sed annus adhuc supereffet pactis induciis, persuaserunt, ut hoc interim spatio oras incurfarent ditionis Imperatoriæ, effetque intempestivæ ipsorum operæ diverticulum illa in Romanos susceptra vis. Et quoniam acribus Romanorum custodiis in Illyrico, & Thracia claudebatur Istri fluminis transitus, illi quæ oram oppositam spe-

E

spectant, hos Hunnos Istro amne transmissos, in Romanorum sedes induxerunt. Ab iis loca omnia ferè omnia vastata sunt, quando Justinianus Augustus hoc consilium init. Ad Principes Hunnorum Uturgororum trans paludem Mæotidem habitantium, legatione missa, queritur, eoque incusat, quod nihil in Cuturguros moveant, desidia capti injusta: Siquidem facinoribus iniquissimis annumeranda eorum est negligentia, qui amicos perire sinunt. Ostendit, Cuturguros vicinos superbo efferrī contemptū, & quamvis Byzantio grandem pecuniam quotannis accipiant, nolle tamen à Romanis scelestam vim abstinere, sed eos infestare quotidianis incurribus, ac sine causa diripere: Uturguros autem nihil inde lucri capere, & cùm in prædæ partem non vocentur à Cururguris, Romanis deesse malè habitis, quibuscum veteri, eoque arctissimo amicitia vinculo juncti sunt. Cùm hæc Justinianus Augustus Uturguris significasset, ac donando pecuniam revocasset in mentem quot, quantisque ipsos antea affecisset muneribus, demum pervicit, ut Cuturguros residuos bello protinus peterent. Ita vero, Gothorum Tetraxitarum, quorum fines contingunt, adjunctis sibi duobus millibus, flumen Tanain cum omnibus copiis trajecere. Ipsis præerat Sandil, singulari prudentia vir, longo exercitus bellorum usu, & animo, fortitudineque insigni præditus. Transmisso flumine, cum Cuturguris, magno numero occurribus, manus conserunt. Illis impetum fortissime sustinentibus, diutissime pugnarum est. Tandem Uturguri, versis in fugam hostibus, ingentem fecere stragem, paucis, quæ cuique fors, effugium dedit, elapsis, quorum captis uxoribus, liberisque, domum redierunt.

C A P U T X I X.

*Romanis apud Cuturguros captivi elabuntur.
Cuturguri, audita suorum clade, cum
Romanis pactionem faciunt. Sedes
illis in Thracia Imperator at-
tribuit. Hac de re per Le-
gatos expoſulat San-
dil Uturgororum
Princeps.*

His tunc Barbaris inter se, ut dixi, depugnantibus, præliique ingraevcente periculo, Romanis fortuna mirifice favit. Eorum enim quicunque à Cuturguris in servitutem abstracti fuerant, quorum numerus ad multas myriades evallis fertur, ejus pugnæ beneficio latentes, inde fuga celeri in patriam redierunt, nemine insequente, fructumque ex aliena victoria cepere maximum. Justinianus vero Augustus Aratio Duci Chinialum, Hunnosque cæteros missi mandavit, ut illis res in ipsorum patria gestas ederet, promptumque ex Romanorum finibus discessum profuso auro persuaderet. Illi, cognita Uturgororum irruptione, multaque ab Aratio accepta pecunia, pacti sunt, nullam se posthac facturos cædem, neminem abducturos captivum, neque aliud quidquam detrimenti importatueros, sed abscessueros ita, ut se regionis illius incolis amicos præstarent. Convénit etiam, ut si hi Barbari post suum redditum sedes patrias tenere possent, manerent illic, ac datam Romanis fidem usque servarent: sin ibi nequirent consistere, ad Romanos reverterentur, ipsisque attribueret Imperator agros in Thracia, ubi positis domiciliis.

Tom. I.

A liis, perpetuo devincti Romanis fœdere, cum illis regionem scđulò defenderent à quibuslibet Barbaris.

Jam verò Hunnorum, qui acie vieti Uturguros evaserant, duo millia cum liberis, atque uxoribus ad Romanos se receperunt. Unus erat ex eorum Ducibus, Sinnio; is qui jampridem in Africa Belisario adversus Gelimerem, & Vandals militaverat. Ipsos Justinianus Augustus supplices, famularemque offerentes operam, benignissime accepit, & in Thracia considerē jussit. Hujus rei nuncio exacerbatus Uturgororum Rex Sandil, irāque incensus, quod ipse quidem Cuturguros, ejusdem secum generis homines, sedibus patriis exegisset, admissam in Romanos injuriam ulciscendo; illi verò ab Imperatore excepti, jamque soli Romanī incolæ, multò suavius viverent, ad Imperatorem Legatos misit, acta exprobraturos, nullā ipsis data epistola. Quippe Hunni etiamnum rudes planè sunt literarum, quas ne auribus quidem admittunt, neque eorum pueri in labore literario adolescunt. Quare omnia Regis sui mandata more Barbarico relaturi erant memoriter Legati illi, qui ubi in conspectum venerunt Justiniani Augusti, ei dixerunt, sic ore suo, veluti epistola, Regem Sandilem loqui. Olim puer proverbium didici, quod jaclari audiebam, idque ejusmodi est, si bene memini. Pilum quidem, ajunt, lupus ferum animal mutare fortasse poterit; ingenium verò nunquam mutabit, abnuente natura emendationem. Id ego Sandil accepi à senioribus, oblique innuentibus, quæ hominibus convenienter. Ea quoque teneo edoctus usu, quæ me Barbarum ruri degentem discere oportuit. Lactentes catulos assumunt pastores, ac domi diligenter nutriunt. Altioribus autem gratum se canis exhibet, & accepti beneficij unicè memorem. Hæc eo consilio pastores agunt, ut si quando lupi ingruerint, eorum impetum canes repellant, adjutores, custodesque oviculis additi: id quod ubique terrarum fieri arbitror. Nam gregi nec insidiari canes, nec lupos unquam opitulari quisquam vidit, quasi lex ea quædam esset, à natura canibus, ovibus, & lupis posita. Neque in tuo Imperio, quamvis rebus cujusque ferè generis, & fortè à communi intelligentia remotissimis abundet, aliter hæc se habere existimo. Si fallor, meis Legatis ostendite, ut in ipso senectutis limine discamus aliquid inusitatum. Sin autem ea ubique rectè à natura comparata sunt, te meo quidem judicio, minimè decet, hospitio Cuturguros excipere, fœdam ascensendo vicinitatem, & illis de habitatione accommodando, quos externos, ac procul positos non tulisti. At illi indolem suam Romanis brevi probabunt. Præterea, si hostis erit Cuturgurus, in perniciem Romani Imperii semper incumbet, spe adductus fore ut vel victus meliorem apud te locum obtineat: neque ita Romanos amabit, ut provincias vestras incurvantibus se se unquam opponat, veritus, ne ubi rem felicissime gesserit, splendidius à vobis tractari illos videat, quos domuerit. Siquidem nos in sterili solitudine degimus, dum Cuturguris annonam curare licet, & in cellis vino expleri, & patinas diligere, quascumque lubet, nec balneis excluduntur: quin etiam auro radiant errores illi, nec vestibus carent tenuibus, atque auro illuminis: postquam in patriam traduxerunt innumerabiles Romanorum captivorum catervas, à quibus omnia mancipiorum munia non leviter

Y y exige-

exigebant scelesti , at eos , cum nihil deliquis-
sent , verberibus , immo etiam morte facile
mulctabant , & quidquid Barbaro domino in-
genium , ac licentia suggesterunt , exercebant .
Nos autem laboribus nostris cum extremo con-
junctis discrimine , eos calamitate , qua tunc
premebantur , exemimus , parentibusque redi-
didimus , exantlatis ipsorum causâ belli æru-
mnis . Talibus utrorumque meritis vices redi-
didistis planè contrarias . Siquidem nos in mi-
seria patriæ versamur adhuc : Cuturguros verò
equaliter participes agrorum suorum habent illi
ipſi , qui eorum jugum evaserunt virtute no-
stra . Hæc cùm dixissent Uturgurorum Legati ,
eos multis Imperator blanditiis , donisque am-
plissimis delinitos , haud multo post remisit .
Sed hæc hacenus .

C A P U T XX.

Varnorum sedes . Brittæ insula situs , & populi . Hermegisclus Varnorum Rex sororem Theodeberti Francorum Regis dicit uxorem , & filium Radigerem ex priori conjugе susceptum despontet sorori Regis Anglorum . Hermegisclus mortis augur sue , infringit filii sponsalia , cumque maritum novicæ destinat . Offensa Regis Anglorum soror , bello Radigerem petit , profligat , capit . Brittæ insula pars muro divisa , ac vivis hominibus inhabitabilis , animas defunctorum accipere creditur , scaphis veetas opera remigum , Franciæ Regibus subditorum .

Per id tempus , milites , qui Brittiam insu-
lam colunt , dimicarunt cum Varnis , ex
ea causa , quam hæc subjiciam , exerto bello .
Trans fluvium Istrum habitant Varni , perte-
nentque ad Oceanum usque Borealem , & Rhe-
num amnem , qui ipsos , ac Francos , alias
que vicinas gentes disternat . Quicunque
olim utramque Rheni ripam accolebant , pro-
priis singuli gaudebant nominibus . Earum na-
tionum una nominatur Germanorum vocabu-
lo , omnibus quondam communi . Brittia autem
insula in hoc Oceano sita est , haud amplius
CC. stadiis procul à litore , contra ipsa Rheni
ostia , inter Britanniam , ac Thulen insulam .
Etenim Britannia ad Solem occidentem posita ,
quæ extremam Hispaniam spectat , à continen-
te stadia circiter quatuor millia distat . Brittia
ultimis objacet Galliæ partibus , quæ ad Ocea-
num vergunt , à latere scilicet Aquilonari His-
paniæ , Brittaniæque ; Thule , quantum mor-
tales compertum habent , ad extremum Ocea-
num Septentrionalem summota est . Sed de
Brittannia , ac Thule in superioribus libris dis-
serui . Porrò Brittiam insulam nationes tres nu-
merosissimæ . suo quæque sub Rege , habitant :
Angli , Frisones , cognominesque insulae Brit-
tones . Tanta est hominum multitudo , ut inde
singulis annis non pauci cum uxoribus , libe-
riisque migrant ad Francos , qui in suæ ditio-
nis solo , quod desertius videtur , sedes illis
adscribunt : ex quo fieri dicitur , ut sibi quod-
dam jus in insulam arrogent . Certè Francorum
Rex non ita pridem , cùm nonnullos ex intimis
Byzantium Legatos ad Justinianum Augustum
mitteret , Anglos illis adjunxerat , ambitiosè
ostendens , se huic etiam insulae dominari . Ha-
ctenus de insula Brittia .

Haud multo ante Varnis imperaverat Her-
megisclus . Is regnum firmare satagens , Theo-
deberti Francorum Regis sororem matrimonio
sibi junxerat , recens mortua priori conjugé ,

A unici parente filii , cui nomen Radiger .
Hunc pater sibi relictum despontit pueræ vir-
gini , natione Britte , cuius frater tunc tempo-
ris Rex Anglorum erat , & sponsaliorum no-
mine grandem ei pecuniam dedit . Aliquando
cum Varnorum primoribus in agro equitans ,
volucrem quandam arbori insidentem , & im-
portuniū crocitantem vidit . Tum sive canrum
alitis intelligeret , sive alias cujuspiam rei ap-
prime conscius , avis omen sibi cognitum men-
tiretur , illico dixit astantibus , se quadragesimo
post die fato cesserum , id enim sibi avis
augorio significari , dein hæc subdit . Evidem
providentiam eō contuli , ut in otio tutissimo
viveretis , ideoque cum Francis affinitatem con-
traxi , petitæ mihi , ductaque inde uxore , &
filio meo sponsam Brittiam dedidit . Jam verò ,
quando me brevi moriturum intelligo , nec vi-
rilem , aut fœmineam prolem ullam suscepī ex
ista conjugे , nec dum etiam nuptiis alligatus
est filius meus ; agite , quod impertio vobis
consilium , audite , ac si utile judicabitis , vos ,
simul ac de vita decepero , feliciter id confir-
mate , atque perficite . Censeo igitur Varno-
rum rationibus magis conducere Francorum ,
quam insulanorum affinitatem . Commercium
enim vobiscum Brittii inire nequeunt , nisi sero ,
ac difficuler : at Varnos inter , & Francos ni-
hil nisi fluvius hic Rhenus interest . Quare
cùm in proximo sint , ac plurimum polleant ,
illis promptum est , benè nobis . ac malè face-
re quando volent . Omnino autem infesti erunt ,
nisi ipsos teneat conjunctio necessitudinis . Nam
ita comparata est hominum natura , ut graviter
ferant finitimarum potentiam majorem sua ,
eaque sit ad injuriā inferendam paratissima ,
quippe vicinus opibus valens belli causas facile
præbere potest confinibus innocentibus . Quæ
cùm ita sint , insulanæ filii mei sponsæ remit-
tite nuncium , & quidquid pecunia à nobis
sponsaliorum nomine illa accepit . servare simi-
te , idque habere sibi ignominia pretium ,
prout communis lex hominum jubet . Radiger
autem filius novicam suam , quemadmodum
nobis lex patria permittit uxorem ducat .

D Hæ locutus , quadragesimo post predictio-
nem die morbo obiit . Hermegiscli filius , re-
gno Varnorum suscepto , de sententia Procerum
gentis illius Barbaræ , consilium demortui exe-
quitur , ac statim repudiata sponsa , cum novicæ
connubium init . Quæ cùm accepisset spon-
sa Radigeris , non ferens rei indignitatem , ad
dedecoris ulciscendi cupiditatē exarsit . Tanti
enim pudicitiam faciunt illi Barbari , ut eam
prostituisse videatur fœmina , cui solum nome
pauci conjugii , non res ipsa contigerit . Ac
primò per quosdam ex familiaribus suis , quos
ad ipsum legavit , causam quæsiit , cur sœdè
abdicaretur , quæ nec passa stuprum esset , nec
sponsum ulla re violasset . Qua via cùm nihil
proficeret , virilem induens animum , bellum
parat . Mox igitur coactis navibus CD. & in
eas impositis bellatorum minimum decem mil-
libus , exercitum hunc duxit ipsa in Varnos ,
assumpto ad res secum administrandas fratrum
suorum uno , non Rege illo , sed privato .
Sunt autem insulani isti Barbarorum omnium ,
quos novimus , fortissimi . Pedibus prælantur ,
non soldū equitandi rudes , sed ignari etiam
quid rei tandem sit equus , cuius ne imaginem
quidem in ea insula viderunt . Hoc enim ani-
mal in Brittia nunquam conspicitur , ac si
quando legationis , vel cujusquam alterius rei
gratia cum Romanis , aut Francis , aliove-
quo-

quopiam habente equos versentur, & necesse tum habeant equitare, in equos insilire nesciunt, sed in eos ab aliis sustolluntur, & cum degredi volunt, iterum sublati reponuntur humi. Itidem Varni non equites sunt, sed pedites omnes. At tales quidem sunt isti Barbari. Remiges erant cuncti in ea classe, nulla servitia nautica. Neque hi velis insulani, sed remis tantum quovis tempore navigant.

Posteaquam appulere in continentem, dux virgo ad ipsa Rheni ostia ducto, & communio vallo, ibi se se cum paucis tenuit, eamque dedit fratri provinciam, ut ceteras omnes copias in hostem educeret. Tum castra Varni metati erant non procul Oceani litore, atque ostii Rheni, quo cum Angli celeriter pervenissent, conserto prælio, Varni magna vi profligantur, multisque pugnando amissis, reliqui omnes cum Rege fugiunt. Angli non longius, ut ferebat conditio peditum, eos infecuti, in castra se reperunt. Virgo ad se reduces asperè accipit, convitisque acerbissimis fratrem proscindit, affirmans ab exercitu nihil actum quod esset opera pretium, cum sibi non adduxissent vivum Radigerem. Bellicosissimorum delectu habitu, conseruit eos mittit, jubetque nihil non movere, ut hominem captum adducant. Illi dicto audientes, regionem sedulò lustrare omnem, donec in denso nemore latenter Radigerem deprehenderunt, vincitumque obtulerunt puellæ, ante cujus oculos stetit ille tremens expectatio ne imminentis mortis miserrimæ. At ipsa præter spem nec supplicio capitali in eum animadverit, nec durius quidquam statuit, sed factam sibi injuriam exprobare satis habens, illum interrogat, quid cause fuerit, cur solutis sponsalibus, foemina alteram toro sociaverit, idque cum sponsa vacaret probro? Ille factum excusans, patris mandatum, Procerumque instantiam causatur; enixè supplicat, ac defensioni obsecrationes plurimas inserit, culpam ascribens necessitati: maritum ejus, si modò velit, fore se pollicetur, & priora delicta consequentibus officiis emendaturum. Assensa his puella, exiit vinclis Radiger, humanissimeque habetur. Mox remissa Theodeberti sorore, Brittiam sibi copulat matrimonio. Hunc res exitum habuit.

In ea insula Brittia murum longum veteres ædificarunt, qui partem ejus magnam ab altera dividit; eò quod soli, cœlique affectiones, cœteraque omnia utrobique diversa sint. Etenim plaga, quæ à muro ad Solem orientem porrigitur, cœli salubritate justis anni vicibus inducta gaudet: æstate temperatè calida est, hyeme frigida: abundat incolis, qui vitam itidem ut cœteri mortales agunt. Arbores fructibus in tempore nascentibus præclarè nitent, & lætæ segetes æquè ut alibi veniunt: aquarum etiam ubertate ea regio gloriatur. Ad Occidentem, verò contrarium planè accidit: itaut homini ne semihoram quidem ibi vivere liceat. Tractum illum viperæ, serpentesque innumerabiles, ac ferae venenatas cuiusque generis obtinent: &, quod à communi sensu remotissimum est, prohibent indigenæ, si homo quispiam superato muro illuc transeat, eodem temporis puncto expirare, oppressum aura pestilent. Animantes quoque eò transgredientes illico mors obvia excipit. Et quando in hanc historiæ partem delapsus sum, rem simillimam fabulæ commemorare necesse est, quam nec veram omnino judio. quamvis ab innumeris prodatur viris, qui se in eorum quæ fierent partem venisse, & que

Tom. I.

A dicerentur audisse asseverant, nec prorsus prætermittendam reor, ne in rebus insulæ Brittæ describindis, earum aliquam ignorasse videar.

Ferunt igitur mortuorum hominum animas eo loci deportari consueuisse: quod quo modo fiat, mox declarabo, prout sèpe ipse audivi ab illarum partium incolis ea valde serio referentibus, quæ vulgo licet jactata, in facultatem aliquam somnificam refundenda existimo. Litus regionis, quæ Brittæ Oceani insulæ respondet, plurimi prætexunt vici, in quibus habitant piscaiores, agricolæ, & alii, qui in eam insulam commercii gratiâ navigant: Francorum quidem Regibus cœterà subditi, at semper vacui tributo, hoc onere levati jam inde olim cujusdam, ut ajunt, ministerii gratiâ, de quo nunc dicam. Narrant indigenæ, se id habere munus, ut in orbem sua quisque vice deducat animas. Quare, qui ad id præstandum sequenti nocte se conferre debent, officii vice sibi tradita; ii primis tenebris in suas reversi ædes, dant se somno, rei præsidem expectantes. Intempesta nocte pulsari fores, seque ad opus obscura voce acciri audiunt. Abiecta omni cunctatione corripiunt se se è stratis, & ad litus vadunt, ignari quidem, qua tandem ad id vi impellantur, sed tandem coacti. Paratas ibi scaphas vident, hominibus penitus vacuas, non suas, verum alias quasdam: quibus consensis, apprehendunt remos, & naves sentiunt vectoribus tot onustas, ut ad summam usque tabulam, & columbaria immersæ, supra aquam vix digito extent. Neminem ipsi conspicunt, neque horâ plus remigando appellunt in Brittiam: quamvis, cuni naviis vehuntur suis. nec velis utuntur, sed remis, vix eò trajiciant noctis unius, ac diei spatio. Delati in insulam, simul lœtam exscensionem intelligunt, discidunt, exoneras repente navibus, itaque emersis, ut in aquam nonnisi carina tenus depresso sint. Nullum hominem vident, nec navigantem secum, nec navi egredientem; solum afferunt audire se inde vocem, quæ vectorum singulorum nomina tradere excipientibus, & dignitates pristinas recensere, patrisque addito nomine ipsos compellare videatur. Si quæ foeminae unà transfretaverint, viros, quibuscum matrimonio junctæ vixerint, nominatum inclamat. Hæc ibi indigenæ fieri produnt: ego verò ad res libri proximè superioris revertor.

C A P U T XXI.

Redit Auctor ad bellum Gothicum. Belisario impenitus bonos Byzantii. Joannes Salonis hymnat. Cur Justinianus bello Gothicico Nirim se tempræfecerit. Narses aliquandiu Philipponi subsistit. Inde Italianam petit.

E S quidem erat in regionibus singulis, quas recensui, rei bellicæ status: bellum verò Gothicum sic procedebat. Cum, ut antea dixi, Belisarius Imperator Byzantium revocasset, eum habuit honorificè, haud tamen statuit in. Italianam mittere post obitum Germani, sed ipsum, jam Praefectum Praetorio Orientis, corporis custodibus sui præposuit, tenuitque apud se. Dignitate præstabat Romanis omnibus Belisarius; eti inter eos non deerant, qui ante ipsum adscripti fuissent Patriciis, & ad sellam Consularem evecti. Nihilominus primas illi concedebant omnes, prohibiti virtutis reverentia, quo minus legis beneficio uterentur, suum-

Y 2 que

que jus retinerent : id quod valde Imperatori placebat. Joannes autem, Vitaliani ex sorore nepos, Salonis hyemabat: cuius expectatione hoc anno suspensi in Italia exercitus Romani Duces, cessarunt. Porrò hyemis exitus annum clausit decimum sextum hujus belli, cuius historiam Procopius scripsit.

Anno sequenti, cum esset Joannis consilium Salonis movere, & sine mora adversus Totilam, Gothosque educere copias, vetuit Imperator, jussitque Narsensis Eunuchi adventum ibi expectare, in animo habens hunc bello praeficere, quae cur ipsi constituta sic fuerint, nemo liquidò novit. Nam Imperatoris consilium emanare nequit in vulgus, nisi ipse velit. Vulgares tantum suspiciones hic referam. Videbat, ajunt, Justinianus Augustus Joannis Imp. detrectaturos exercitus Romani ceteros Duces, honore illi cedere recusantes. Propterea verebatur, ne vel in studia scissi contraria, vel per invidiam remissius agentes, omnia miscerent. Istud etiam aliquando, cum Romæ degerem, à Senatore Romano acceperit. Narrabat, regnante in Italia Atalarico, qui matrem habuit filiam Theoderici, die quodam, vesperi, armentum boum ex agro Romam abductum, transisse per forum Pacis, sic à Romanis dictum, quod in eo sit Pacis templum, olim de cœlo tacsum. Pro foro illo vetus quidam est fons, cui bos æneus insistit, Phidiæ, credo, Atheniensis vel Lysippi opus. Nam factæ utriusque manu statuæ visuntur multæ eo loci, ubi & alterum Phidiæ opus extat, testante auctorem inscriptione statutæ, ibidem est Myronis bucula. Nimirus prisci Romani id diligenter curarunt, ut excellentissima quæque ornamenta Græciæ Roma possideret. Addebat Senator ille, taurum castratum, qui unus erat ex numero tunc præterreuntium, reliquo armento, insensu quoque fonte, supra bovem stetisse æneum: illac fortè præteriisse quendam, natione Tuscum. & specie valde agrestem, mox rem conjectando (ut sunt Tusci etiamnum dediti divinationibus) dixisse, tempus fore, cum Eunuchus Romæ dominum profligaret. Tum quidem de Tusco illo, ejusque verbis risus hominum fuit, qui prædictiones ante eventa vulgo solent explodere, contrario nullo argumento revicti; eò quod res nondum evenerit, nec sermo fide dignus, sed ridiculae fabulæ similis esse videatur. Hodie verò omen illud mirantur omnes, exitu convicti. Atque ideo fortè Narseti bellum in Totilam datum est, sive futurum Imperator conjecturâ colligeret, sive fortuna quod erat opus factâ decerneret. Ergo Narses, cum & florentem exercitum, & multam pecuniam ab Augusto accepisset, profectus est. In medium Thraciam cum suis progressus, aliquandiu Philippopolis substitit, intercluso itinere turmis Hunnorum, qui factâ in Romanum Imperium irruptione, agebant, serebantque omnia, nemine repugnante. At ubi partim Thessaloniam, partim Byzantium discesserunt, ægrè illinc expeditus, porrò perrexit.

A

C A P U T X X I I .

Totilas Senatores nonnullos Romam revocat. Romanorum in conservandis urbis ornamenti diligentia. Descriptio navis Æneæ. De Calypsus insula conjectura Frocopiae. Navis lapidea in Corcyra Jovi Casio posita, & Diana altera in Eubœa. Sepulcrum Anchise.

B

Dum Joannes Narsensem opperitur Salonis, & Narses, Hunnorum graffatione impeditus, lentius iter facit; interea hac agit Totilas, copias Narsensis expectans. Cum Romanos alios, tum Senatores nonnullos Romam revocat, relictis cæteris in Campania, atque urbem pro virili parte curare jubet, præ se ferens poenitentiam violatae tum Romæ, cum ejus partem non exiguum, præsertim trans fluvium Tiberim, flamma delevisset. Illi mancipiorum loco, rituque habiti, & fortunis exuti omnibus, nullam rei nec publicæ, nec privatæ partem recuperare poterant: tametsi supra omnes, quos equidem novimus, urbis studiosi suæ Romani, res omnes patrias retinere, & conservare satagunt, ne quid antiqui decoris Romæ depereat. Et quamvis diu dominationem Barbaricam passi sint, urbis tamen ædificia servarunt, & quamplurima, quoad ejus fieri potuit, ornamenta, quibus eam firmitatem industria artificum dedit, ut nec tanta ævi longinquitate, nec curæ intermissione detrita fuerint. Immo verò stant adhuc, relicta posteris monumenta, quibus gentis origo proditur. In his navis Æneæ, conditoris urbis, etiamnum extat, opinione omnino majus spectaculum. Eam habet navale media in urbe ad Tiberis ripam constructum: jam quæ sit ipsius forma, ego testis oculatus exponam. Agebatur uno remorum ordine navis illa, sanè ingens: pedes longacentum viginti, lata viginti quinque, alta eattenus, ut remis impelli possit. Lignis constat, quorum nullum coagmentatum est è duobus, nec partibus inter se ferro nexit compactum: at sunt omnia simplicia: quod cum famam, tum audientium opinionem excedit. neque alibi, quod equidem sciam, quæ in hoc navigio visitur. Carina, unius truncus arboris, ab extrema puppi ad proram usque pertinet, molli flexu alveum mirificè subiens, & inde rursus aptissimè subrigens se se ad pluteum. Costæ verò omnes, seu ligna crassiora Carinæ inserta, quæ Poëtæ Græci δρυόχις, cæteri νομίς appellant, ejusmodi sunt, ut singulæ ab uno navis latere pervadant ad alterum, & ipse ab utroque margine subfidentes, concinnam admodum curvaturam efficiunt, pro ambitu, quem habet alveus naves: sive natura ad id quod erat opus suam operam accommodans, ligna illa reciderit, itaque ante finiatur: sive artis manus, & instrumenta aptam illam obliquitatem statuminibus dederint. Præterea unaquaque tabula ab extrema puppi ad alteram navigii extremitatem pertingit, ex uno defecta caudice, eoque solùm clavos ferreos admisit, ut costis affixa, latus componat. Ea naves hujus structura spectaculum præbet inenarrabile. Et verò sic rerum natura fert, ut nunquam possint homines planè verbis exprimere maximam partem operum, quæ à communi ratione remota sunt, at cum ea superat, quæ cogitare consuevimus, dicendi quoque facultatem excedit. Illorum autem lignorum nullum est putre, nullum cariem sensit: tota novis.

D

E

navis perinde integra, ac si modò ab artifice suo, quicunque ille fuerit, fabricata prodiret, star adhuc mirum valde in modum. Hactenus de navi Aeneæ.

Totilas verò, cùm longas naves trecentas Gothis implexisset, misit eos in Græciam, & ob viis quibusque vastitatem, quoad possent, inferre jussit. Ea classis ad Phæaciam, usque (Corcyram hodie vocant) nihil nocere potuit. Nam in trajectu à freto, cuius latus Charibdis obtinet, ad Corcyram, nulla est insula, quæ ab hominibus incolatur. Quare mihi sèpe illac pervecto hærere contigit, cùm insulam Calypsum quærerem. In eo certè mari tres solùm vidi insulas, stadiis non amplius trecentis dissitas à Phæacie, inter se proximas, ac perexiguas, quæ & hominum, & pecudum cultu, rebus denique omnibus vacant: Othonos insulas jam eas appellant, atque hic fortè habitus Calypsum quispiam dixerit, eamque fuisse causam, cur Ulysses non procul à terra Phæacie positus, Schediā, ut ait Homerus, aliove quopiam modo, sive navi inde transmiserit. Hæc à nobis, quantum conjectura assequi possumus, dicta sunt. Neque enim facile est de rebus vetustissimis tam verè loqui, ut omnia benè cohærent; cùm longa dies non modò vocabula, sed notitiam quoque locorum mutare plurimùm soleat. Sunt qui existiment, navim ex lapide candido, quæ in Phæacię litore visi- tur, eam esse, quæ Ulyssem vexit in Ithacam, cùm illic exceptus fuisse hospitio. Attamen navigium illud non est uniusmodi, sed multis lapidibus constat, ac notas incisas habet, quæ disertè testantur, id olim positum ab institorē quodam, & Jovi Casio consecratum. Quippe Jovem Casium illius oræ incolæ quondam venerabantur, ex quo nomen etiamnum manet urbi Cassiopæ, ubi stat ea napis. Similiter ex multis lapidibus compacta est illa, quam Atrei filius Agamemnon Geresti in Eubœa Diana dicavit, expiare pergens factam ipsi injuriam: quo tempore Diana, placata casu Iphigeniæ, liberam Græcis navigationem concessit. Rem declarat inscriptio huic navi vel tunc, vel postea insculta, constansque hexametro, cuius partem maximam vetustas delevit: duo primi versus adhuc extant in hæc verba:

Navem nigrum rosuit hic Agamemnon

Monumentum navigantis Græcorum exercitus.

Quibus ista præfixa sunt: Tenichus faciebat Diana Bolosia. Sic olim appellabant Lucinam: eò quòd dolores partus *βολας*, sive Deæ jactus esse ducerent. Sed unde sum digressus, eò nunc redeundum.

Gothi, appulsa in Corcyram classe, eam cursim, cæterasque omnes insulas adjacentes, quas appellant Sybothas, vastarunt, transvectaque in continentem, circumiecta Dodonæ loca populati suæ subita vi, quam præcipue senserunt Nicopolis, & Anchisus, ubi Anchisen Aeneæ patrem, capto ex Ilio cum filio navigantem vivere desisse, & loco dedisse nomen. indigenæ memorant. Oram amnem maritimam legentes, in Græcorum naves inciderunt non paucas, & omnes cum oneribus ceperunt. In eo fuere numero naves aliquot, quæ cibaria Narsetis copiis è Græcia advehabant. Hæc ibi ita se habuerunt.

A

CAPUT XXIII.

Anconam Gotbi terrâ, marique obsident. Valerianus Joannem per literas bortatur, ut obfisis suppetias secum ferat. Ambo junctis copiis Senogalliam appellant. Occurrunt Gotbi. Concionibus Ducum uterque exercitus excitatur. Prælium navale. Gotborum clades, & fuga.

B

Jam multo ante Totilas in Picentes Gothorum exercitum miserat, Anconam expugnare jussum, eique Duces præfecerat Gothorum omnium spectatissimos, Scipuarem, Giblam, atque Gundulphum, sive, ut quidam appellabant, Indulfum, qui olim Protector fuerat Belisarii. Hi naves etiam longas XLVII. à Totila acceperant, ut castellum terrâ, marique obfessum, eò facilis, ac minori negotio caperent. Jam longè obfido protracta fuerat, cum ea cinctos urgere coepit cibariorum penuaria. Qua de re certior factus Valerianus, qui Ravennæ tunc morabatur, cùm opem Romanis, qui Anconæ erant, afferre per se solus non posset, ad Joannem Vitaliani nepotem, Salonis agentem, literas misit in hanc sententiam scriptas. Scis ipse citra sinum Ionium nihil nobis reliquum esse præter Anconam, si tamen hæc adhuc restat. Romanorum enim, qui illic arctissimè obsidentur, res eò loci deductæ sunt, ut verear, ne intempestivum afferamus auxilium, & collata seriū opera studium fructetur nostrum. Hic defino: longiorem enim epistolam scribere vetat obfessorum necessitas, sibi tempus totum arripiens, & periculum opem postulans dicto promptiorem. Joannes, lecta hac epistolâ, sponte sua, contra quām Imperator vetuerat, proficisci non dubitavit, angustiarum, in quas fortuna rem adduxisset, habendam potius rationem ducens, quām mandatorum Principis. Virorum delectu habito, quos omnium bellicosissimos judicabat, his naves longas implevit XXXVIII. expeditissimas, & ad prælium maritimum optimè factas: cùmque nonnihil annonæ in eas imposuisset, Salonis profectus, Scardonem appulit: quo Valerianus cum navibus XII. paulo post venit.

C

Postquam vires junxere, colloquio inter se inito, quid opus factò esset deliberarunt. Inde digressi, ad continentis adversæ oppidum applicant, quod à Romanis dicitur Senogallia, nec procul Ancona distat. Gothorum Duces, eorum adventu cognito, mox naves & ipsi longas, quæ præstò erant, numero XLVII. Gothorum flore complent, cæterisque copiis ad castelli obfisionem relicti, ad hostem rectâ tendunt. Eorum, qui ad obfisionem remanserant, Dux erat Scipuar: navigantium, Giblas, atque Indulphus. Cùm ad se invicem accessissent, utrique navium cursu inhibito, & coacta classe, concionem ad milites habuerunt, ac priores sic orsi sunt Joannes, & Valerianus. Nemo vestrum, Commitiones, pro Ancona solùm, & obfessis ibi Romanis dimicaturum se modò putet, eoque duntaxat spectare hoc prælium, sed ut omnia uno verbo compleamur, belli summam in illo positam esse, & ad quos pugnæ victoria inclinaverit, eos pariter fortunæ metam affecuturos. Hanc enim de re præsenti cogitationem suscipite. Ad bellum gerendum momenti plurimum habet sumptuum copia, & qui penuriâ victus laborant, ab ho-

D

E

ste vincantur necesse est. Neque enim contubernales sunt fames, ac vis bellica; non finente natura, ut vir exhaustus inedia se fortem praebat. Hæc ita se habent: nos verò ab Hydrunte ad Ravennam nullum alium jam reliquum habemus munitum locum, ubi reponendi sint nobis, equisque nostris commeatus; itaque hostis in ditione sua has oras tenet, ut ne vicus quidem super sit amicus nobis, unde rei cibariae aliquantulum suppetat. Sustinet Ancona quidquid est spei, fore ut, ex opposita continente delati, possimus huc applicare, & intuitum recipi. Quare si nobis hodierna pugna feliciter cesserit, Ancona sub Augusti imperio, ut par est, stabilita, non temere posthac sperabimus plenam victoriam belli Gothici. Si vici discesserimus ex hoc certamine, hoc tantum (ne quid præterea dicamus gravius) faxit Deus, dominatu Italæ non careant æternum Romani. Id quoque reputare convenit, re segniter gesta, nullum fore vobis effugium. Nam nec viam terra præbebit, ab hostibus occupata, nec navigabile erit mare, in quo iidem sic dominantur. In manibus residet salutis spes, secutura vices rerum, quæ edentur in prælio. Ergo quantum in nobis est animi, viriumque, expromite, & cogitate, si cladem jam accipietis, eam ultimam fore, sin victoriam referitis, eximiam vos felicitatem, & gloriam adepturos.

Hæc Joannes, & Valerianus. Gothorum verò Duces hortatione hac usi sunt. Quandoquidem scelesti illi, qui ex omni Italia pulsi, & in maris, terræve ignotos nobis recessus contrusi, perdiu latuerant, jam audent nobiscum conferre manum, seque certamini offerunt; inconsultam eorum audaciam omni ope reprimamus necesse est, ne ipsorum temeritas indulgentia nostrâ plurimum crescat. Nam nisi præceps insolentia principio coercentur, in audaciam infinitam evadit, neque alium habet exitum, quam eorum, in quos incurrit, extream calamitatem. Quamprimum igitur efficie, ut neverint se esse Græculos, naturâ effeminatos, qui vici ferociant, nec sinit conatum ipsorum longius progreedi. Siquidem ignavia, cui per negligentiam parcitur, in maiorem licentiam erumpit, & insolens confidentia processu ipso evadit impigra. Nec diu restituros vobis animosè certantibus existimate. Spiritus enim, cui vires eorum, in quibus inest, parum respondent, elatus quidem ante, quam res geratur, speciem vigoris promit; initio autem conflictu, dilabi solet. Quæ cum ita sint, tenete memoria, uti hostes damno sape suo virtutem experti vestram abscesserint, & pro certo habete eos non auctos repente majori animo huc venisse; at simile præteritis hoc eorum ausum, pari jam exitu mulctatum iri.

Ita suos hortati classis Gothicæ Ductores, occurunt hosti, nullaque interpositâ morâ congreiduntur. Erat navale certamen acerrimum, ac pedestri simile. Nam utrique, adversis inter se proris, ac frontibus stantes, se se invicem sagittis petebant. Animosissimi quique conminus è foris miscebant prælium, & collato pede, non secus, arque in campo, ensibus, atque hastis pugnabant. Principium hoc certaminis fuit. Deinde Barbari, cùm essent naumachia rudes, incompositissimè dimicarunt. Nam alii tanto intervallo distabant inter sc., ut singulos seorsum invadere liceret hosti: rursus alii conserti, in spatium iniquius redactis

A navibus, mutuò fibi erant impedimento. Dixisses tegetum instar compactos, intextosque navium malos. Nec nisi ægrè, tardèque admodum in hostes dissitos sagittas expedire Barbari, nec gladiis, hastisve uti poterant, cùm proprius instantes cernereat, sed vociferantes trudebant usque alteros alteri, collidentes se invicem, & contis repellentes perturbatissimè: modò in arctum cogebant frontem, modò huc, illucque procul discedebant cum detrimento. Singuli vicinos magno ejulatu cohortabantur, non utique in hostem, verum ut aptis spatiis abjungerentur. Denique mutuæ districti imperitiâ, hostibus suis præcipuanæ victoriae causam præbuerunt. At Romani, cùm & arma viriliter, & artem naumachiariam scitè tractarent, navium proris obversis hosti, nec longius distracti, nec proprius quam opus erat coeuntis; verum idoneis intervallis jam colligentes navigia, jam diducentes, si quam hostium navim avullam à ceteris viderent, facto impetu facilè submergebant. Sicubi confusos videbant Barbaros, eò sagittarum nimbum mittebant, propiusque adorti inordinatos, ac perturbatione laborantes, minus interimebant. Adversâ fortunâ, & iis, quæ pugnando deliquerant, fracti Barbari, nesciebant quo pacto prælium sustinerent. Non jam naumachiam edebant; non stabant in foris tanquam si terra pugnarent, sed dimisso certamine, in periculo torpebant fortunæ fidei se committentes. Deinde nullo servato ordine, cùm terga turpiter verterent, virtutis, honestique discessus, & cujusvis rei præclaræ immemores, inter hostium naves dispersi magnam partem hæserunt. Nonnulli clam evasere, cum navigiis elapsi undecim, reliqui omnes in potestatem hostium venerunt. Horum multos Romani suis confere manibus, complures cum navibus meritos, aquis extinxere: Ducum alterum cepere vivum: Indulfus furtim excessit, cum illis undecim navibus, quas qui agebant, subinde facta exscensione, ipsas illico corrupere igni, ne venirent in manus hostium: tum pedibus ad copias, quæ Anconam obsidebant, se contulerunt, & narrata clade, extemplo cum illis migrarunt, castris hosti relictis, seque in urbem vicinam Auximum effuso cursu, ac tumultuosè receperunt. Haud multo post Romani Anconam pervecti, vacua hostium castra occupant, & commeatis in castellum illatis, inde solvunt, ac Valerianus quidem Ravennam, Joannes verò Salonas rediit. Hæc demum pugna spiritus, & vires cùm Totila, tum Gothorum, maximè contudit.

C A P U T XXIV.

*Artabanes rem Romanam bene in Sicilia gerit.
Gothi pacem frustra à Justiniano petunt.*

Francorum in Italia progressus. Leon-

tius Imperatoris Legatus ad Theo-

debadum Theodeberti filium.

Utriusque orationes. Gothi

Corsicam, & Sardiniam

occupant. In Corsica

homines, & equi

staturâ mi-

nimâ.

E Odem intervallo Romana res hunc in Sicilia successum habuit. Cùm Liberium inde revocasset Byzantium Imperator, Romanis copiis omnibus, quæ erant in Sicilia, Artabanem præsecit. Is Gothos in præsidij Insulæ relictos oppidò,

oppidò paucos , obsedit , & certamine victis , qui erumpere ausi sunt , omnes fame extrema ad ditionem compulit . Territi his Gothi , & dolore afficti , quem accepta prælio navalí clades attulerat , ad bellum nihil habebant animi , jam planè desperantes , ac reputantes secum , si modò cùm ipsi foedè victi , profligatiq[ue] es- sent , Romanis nonnihil subsidii mitteretur , fieri non posse , ut vel tempotis punctum ob- sterent , vel in Italia manerent . Nec spes erat , fore ut Augustum ad pactionem aliquam legatione pertraherent . Sæpe enim ad eum desti- nati à Totila Oratores , cùm ad ipsius conspe- ctum admissi fuissent , demonstraverant , maxi- mam partem Italiam à Francis teneri , reliquam ferè totam bello desolatam esse ; Siciliā , ac Dalmatiā , quæ solæ restarent integræ Romanis Gothos cedere : pro relicta sibi solidudine tributum annum , ac vestigal obtulerant , & in quoscunque vellet Imperator . se belli so- cios , planèque subditos promiserant . At Im- perator dicta respuens , Legatos omnes remi- serat , Gothorum nomen perosus , & in animo habens illos ex Romano Imperio prorsus exter- minare . Ibi rerum hic status erat .

Paulò ante , Francorum Rex Theodebertus morbo obierat , cùm sibi nullo negotio tribu- taria fecisset nonnulla Liguriæ loca , Alpes Cottias , agrique Veneti partem maximam . Etenim Franci , arreptæ belli , quo Romani , Gothicæ erant impliciti , opportunitate , sine discrimine ditionem suam iis locis auxerunt , de quibus illi pugnabant . Venetorum pauca oppida Gothis supererant : nam Romani mari- tima , Franci cætera occuparant . Dum hoc bellum , ut dixi , Romani , Gothicæ inter se gererent , nec novos hostes in se auderent exci- re , colloquio Gothos inter , ac Francos insti- tuto convenerat , ut quæ haberent utrius- his quiete potirentur , nec se invicem armis lacecerent , quandiu Romanis Gothi bellum inferrent , ac si bello vinceret Justinianum Au- gustum Totilas , tum Gothi , & Franci transi- gerent , prout è re esse communi videretur . Hæc erant pacta converta . Postquam vero in Regnum Theodeberto successit Theodebaldus filius , ad eum Justinianus Augustus Legatum misit Leontium , Athanasii generum , ac Se- natorem , postulans , ut arma secum adversus Totilam , & Gothos jungeret , cederetque locis , quæ Theodebertus in Italia contra jus foederis occupasset .

Ubi ad Theodebaldum venit Leontius , ita differuit : Sunt fortè . quibus aliquid contra expectationem acciderit , qualia vero à vobis in Romanos admissa sunt nemini præterea con- tigisse unquam crediderim . Etenim Justinianus Augustus non ante ad bellum istud adjecit animum , nec se arma in Gothos movere prius ostendit , quæ Franci auxilia promisissent , amicitiae , & societatis nomine accepta ingenti pecunia . At illi , adeò non promissi partem implevere aliquam , ut Romanis injuriam tan- tam intulerint , quantam vel suspicari nemo fa- cilè possit . Neque enim dubitavit pater tuus Theodebertus in provincias contra jus fasque involare , quas Imperator labore multo , bellicisque periculis , idque sine Francorum ope , in ditionem suam subjunxerat . Quare huc modò veni , ut , omissis querelis , & criminatio- nibus , ea petam , ac moneam , quæ vobis ipsi profutura sint ; nimirum ut vestram stabilitatis optimè felicitatem . & Romanos finitis habere sua . Certè potentissimos evertit sæpe fortunis

A omnibus injusta reculæ alicujus possessio . Nec verò dives prosperitas cum iniuritate coïre solet . Præterea postulō , ut socia nobiscum arma feras in Totilam , itaque fidem paternam liberes . Quippe veros , julosque liberos maxi- mè decet , si quid parentes peccaverint , id corrigerē , firmare autem , & rata facere , quidquid præclarè constituerint . Hoc in primis optandum sapientissimis viris , ut studiorum , quibus dediti cum laude fuerint , imitatores relinquant filios , ac rursus , si quid perperam- egerint , id emendet nemo , præterquam ipsorum liberi . Quin etiam vós , non invitatos , inire cum Romanis oportuit societatem hujus belli , quo Gothos petimus , veteres Franco- rum hostes , & omnino ipsis infidos , ac bellum impacato , atque inexpiabili odio inferre soli- tos . Nunc quidem impulsi metu , quem incu- timus , adulari vobis non renuunt , at si quan- do à nobis se expedierint , quo in Francos ani- mo sint , brevi ostendent . Enimvero homines improbi , nec in prospera , nec in adversa fortuna ingenium mutare valent ; licet duris in rebus occultare maximè confueverint , præser- tim si finitimarum opera indigent , quo tem- pore perversitatem regere necessitas cogit . His perpensis , cum Imperatore amicitiam renova- te , ac totis viribus ultum ite veterem hostem . Hæc Leontius , cui Theodebaldus ira respondit . Ad societatem belli in Gothos nec recte , nec jure nos invitatis , jam enim nobis amicitia conjuncti sunt , quibus si fidem Franci sefelle- rent , nec vobis unquam prætabunt . Depre- hensus enim semel animus in prava adversus amicos fraude , semper deflectere de recto so- let . Quod ad loca attinet , quorum mentionem fecisti , satis habeo dicere . nunquam èo pa- trem meum Theodebertum spectasse , ut finitimarum cuiquam afferret vim , aut in alienas possessiones involaret . Id ex eo conjice , quod mihi non magnas opes reliquit . Neque ille ea loca Romanis eripuit ; sed à Totila , qui jam illa obtinuerat , palam tradita occu- pavit . quo nomine Francis maximè gratulari Justinianum Augustum decuit . Nam qui rerum raptores suarum ab aliis spoliatos videt , is meritam factæ sibi injuriæ poenam ipso luisse ar- bitratus , jure lætatur , nisi forte vindicibus ipse invideat , amplectendo potius quæ pro se hostes allegare possint , eo comparata , ut in animis hominum plerumque invidiam excitent . Cæterū Judicibus disceptationem rei permit- tere utriusque possumus , ut si quid patrem meum Romanis abstulisse constiterit , sine mora co- gamur id restituere . Sed de his Legatos By- zantium mittemus brevi . His dictis , remisit Leontium , & Leudardum , genere Francum , ad Justinianum Augustum legavit cum tribus aliis . Atque illi cùm pervenissent Byzantium , rem , cujus gratiâ venerant , ex sententia con- fecerunt .

Totilas vero , cùm adjunctas ditioni Africæ insulas affectaret , statim classem collegit , im- positoque justo exercitu , in Corsicam , & Sar- diniam misit . Ille in Corsicam primum expo- situs , nemine prohibente , insulam occupavit , ac deinde Sardiniam : tum utramque insulam Totilas vestigalem fecit . Quod ubi accepit Joannes militiæ Magister in Africa , classem in Sardiniam cum copiis destinat , quæ cùm ad urbem Calarim accessissent , castris positis , obfisionem meditabantur , impares se oppu- gnandis mœnibus judicantes . èo quod ibi præ- dium Gothi satis validum haberent . Re Bar- bari

bari cognita , ex urbe erumpunt , subitoque impetu hostibus facile in fugam versis , multos conficiunt , cæteri ad naves tum evasere , nec multo post inde profecti cum omni classe per venerunt Carthaginem , ibique hyemarunt , primo vere bellum iterum in Corsicam , & Sardiniam portaturi majori cum apparatu . Olim Sardo , nunc Sardinia appellatur hæc insula , ubi herba nascitur , quam qui degustant , continuò lethiferam patiuntur convulsionem , cuius subinde vi sic intereunt , ut ridere videantur , convulsione risum efficiente ejusmodi , quem de insulæ nomine Sardonum dicunt . Corsicam vero vocarunt veteres Cyrnum : hic ut sunt homines nani , sic armenta quædam equorum , paulò grandiorum ovibus , videre est . Hæc hactenus .

C A P U T X X V.

Sclaveni Illyricum vastant . Imperator fædus cum Gepædibus pangit : deinde adversis illos mittit auxilia Langobardis . Horum viatoria . Eversæ urbes terræmotibus Maris inundatio . Gothi Crotonem obsident .

Cum Sclavenorum ingens multitudo , facta in Illyricum irruptione , infanda perpetraret , in eos Justinianus Augustus misit exercitum , cui , præter alios , Germani filii præerant . Hi numero longè hostibus inferiores , obviam illis obsistere non poterant , sic autem subibant à tergo , ut postremè carperent . Multis cæsis , nonnullos cepere vivos , & ad Imperatorem miserunt . Nihilo tamen minus graffabantur hi Barbari . Fuit hæc populatio impendio diuturnior ; itaut cadaveribus vias omnes constravrent , & cum infinita captivorum multitudine , prædaque omni , quam cuncta vastando , collegerant , domum redierint , nemine prohibente . Neque enim ad Istri fluminis trajectum illis insidias Romani struere , nec vim ullam afferre poterant : propterea , quod à Gepædibus excepti transvehabantur . pacto transmissionis pretio non exiguo : quippe aureum staterem unum pendebant in capita : Ex eo anxius Imperator , quod jam illos inhibere non posset , sive flumen Istrum transirent , Romanum direpturi Imperium , sive hinc repente excederent , hac de causa pacisci cum Gepædibus cupiebat .

Interea loci . Gepædes , & Langobardi inter se bellum reparabant . Tum Gepædes nondum accepto nuncio jurati ab Augusto cum Langobardis foederis , Romanorum vires veriti , ad eorum amicitiam . & societatem aspirabant enixe . Quamobrem missa confessim Byzantium legatione , rogatus Imperator , ut cum ipsis quoque fœdus parceret , extemplo data fide illud percussit , idemque Senatores duodecim jurejmando firmarunt petentibus Legatis . Haud multo post , quæ adversum Gepædes Langobardi sociali jure postulabant , misit auxilia Justinianus Augustus Gepædes insimulans , quod in Romanorum perniciem , post fœdns iustum , Sclavenorum agmen Istrum flumen transportassent . Copias illas ducebant Justinus , ac Justinianus Germani filii , Aratius . & Suartuas , cui quidem antea Justinianus principatum Erulorum decreverat : is verò , ut in superioribus libris narravi , eorum , qui ex insula Thule venerant , rebellione pulsus , ad Imperatorem confugerat , ac subinde creatus fuerat Magister militum in præsenti . E numero Dicum erat Amalafridus ,

A vir Gothus , ex filia nepos Amalafridae sororis Theoderici Gothorum Regis , & filius Hermenefridi Regis Thoringorum . Hunc Amalafridum cum Vittige Byzantium deportatum à Belisario , Romanorum Ducem Imperator creavit , & sororem ejus Aduino Langobardorum Regi collocavit . Illius exercitus nemo ad Langobardos pvenit , nisi Amalafridus cum suis . Nam cæteri in Illyrico ad urbem Ulpianam Imperatoris jussu constiterunt , ob incolarum seditionem , ortam ex Christianorum controversiis de Religione , ut referam in libris , quos de illis conscribam . Ergo Langobardicum omnibus copiis , & Amalafrido Gepædum fines ingressi , factos sibi obvios acerrimo fundunt prælio , eorumque , ut perhibent , partem maximam cædunt . Tunc Aduinus , Langobardorum Rex , quosdam è suis asseclis Byzantium destinat , leatum cladis hostilis nuncium Justiniano Aug . allaturos ; eum simul incusans , quod non ex pacto foederis affuisseat ipsius copiæ , quamvis nuper tot numero Langobardi profecti essent , Narseti in Totilam , & Gothos militarem operam navaturi . Hæc ibi acta .

B Per id tempus extitere in Græcia maximi terræmotus , & Bæotiam , Achajam , circumjeccasque sinui Crisæo oras sic concusserunt , ut vicos innumeros , atque urbes octo solo adæquaverint ; in his fuere Chæronia , Corona , Patræ , & Naupactus . quæ tota corruit . Ingens periit hominum numerus : discessit multis in locis terra , & alicubi iterum coiens , pristinam faciem recepit . Est ubi adhuc hiatus extet , ita ut incolæ , nisi longo utantur circuitu , commercio misceri nequeant . Mare in recessu , quem Thessaliam inter ac Bæotiam efficit , repente circa urbem Echinæum , & Scarphiam Bæotiae , longè se effudit in continentem , & latè restagnans , ædificia momento sedibus eruit . Diu campos sic inundavit , ut insulæ , quæ sunt in eo sinu , pedibus adiri potuerint , deflexo utique maris cursu è loco suo , præterque opinionem super terram effuso ad montes usque , qui prope eminent . Cum aquas mare revocavit , restiterunt in agris pisces , quorum conspicuum planè inusitatum portenti loco habuerunt indigenæ . Eosdem rati edules esse , capiebant quos coquere vellent : at ubi calor ignis ipsos afflaverat , deliquescebant , & in saniem abiabant tori intolerabilem . Qua in parte terra nomen scissuræ servat , horribilis motus majorem edidit stragem hominum , quæ in omni reliqua Græcia , præsertim die festo , cujus celebrandi causâ ex universa Græcia multi conveinerant . Hæc autem in Italia contigerunt . Crotoneiatæ cum suo militari præsidio , cui Palladius præerat , dira à Gothis obsidione , & cibariorum inopia pressi , insciente hoste miserunt sæpe in Siciliam denunciatum exercitus Romanus Ducibus , in primis Artabani , ni suppetias ocyus ferrent , se , quamvis invitox , cum urbe in fidem , potestateque hostium brevi concefuros : at inde nullus auxilio venit . Interea abiit hyems , quæ annum clausit decimum septimum hujus belli à Procopio scripti .

CA-

CAPUT XXVI.

Appulsa Crotonem Romana classe, Gothi obsidionem solvunt. Regnaris, & Morras Gothorum Duces ditionem meditantur. Narses bellicus apparatus, & copiae. Franci in agro Veneto ei transitum negant. Totile consilium. Narses Ravennam petit.

Certior factus Imperator quid Crotone ageatur, mittit in Graeciam, qui praesidium ad Thermopylas agitantibus edicant suo nomine, ut in Italiam actutum navigent, & Crotonne obsecsis omni ope succurrant. Illi dicto audientes, quam maturimè profecti, ac vento secundo usi, Crotonis portum appulerunt inopinato. Barbari, visa repente classe, gravi metu correpti, protinus obsidionem cum magna perturbatione solverunt. Pars navibus in portum Tarentinum, alii pedibus ad montem Scyllaeum se receperunt. Qui casus consternationem Gothorum auxit, eoque factum est, ut Regnaris natione Gothus, vir spectatissimus, qui praesidio Tarentino præterat, ac Morras praefectus praesidio Acherontiæ, cum Pacurio Peranii filio, Romanorum Hydrunte morantium Duce, de suorum sententia collocuti, promiserint, si à Justiniano Augusto salutis fidem acciperent, se suosque Romanis ditionem facturos, ac sibi commissas tradituros munitiones, cuius compositionis causa Pacurius Byzantium petiit.

Narses verò Salonis profectus adversus Totilam, & Gothos universum ducebat exercitum, sanè maximum. Grandem enim acceperat ab Imperatore pecuniam, quæ copias colligeret florentissimas, omnes belli necessitates expeditret, & agenti in Italia militi vetera persolve-ret debita, quæ longè ultra tempus legitimum Imperator distulerat, cum decreta stipendia ex ærario non procederent, ut mos erat. Habebat etiam, quod sibi eorum animos, qui ad Totilam transfugerant, ita conciliaret, ut auro deliniti ad Rempub. studia referrent sua. Negligentiū quidem antea Justinianus Augustus in hoc bellum concubuerat: postmodum verò ad id omnia præclarissimè instruxit, cum Narses ab eo se plurimum impelli videns ad expeditionem Italicam, ambitionem præ se tulit dignam belli Imperatore, aperte professus morem se non-gesturum mandanti talia Augusto, nisi copias bello gerendo pares ducturus esset. Quo pacto pecuniam, viros, & arma ab Imperatore pro Imperii Romani dignitate consecutus, summa navitate, & diligentia justum exercitum conscriperat. Romanorum militum vim magnam ex urbe Byzantio, Thraciaque asciverat: multos coegerat ex Illyrico. Aderat Joannes cum suis copiis, & cum illis, quas Germanus ipsius ficer reliquerat. Audiuinus Langobardorum Rex, à Justiniano Augusto multâ pecuniâ, & fœderis sanctione inductus, delectu suorum habito, bis mille ducentos bellatores egregios auxilio miserat, hisque in famulatum addiderat amplius tria pugnatorum millia. Equitum quoque Erulorum plus tria millia sequebantur, duce cum nonnullis aliis Philemutho, & Hunni quamplurimi, & Dagisthæus cum suis, ejus rei gratiâ dimissus è carcere. Persas multos transfugas ducebat Cabades, Zamis filius, & Cabades Persarum Regis nepos, qui, ut in libris superioribus retuli, exitium sibi à Chosroe pa-

A truo decretum effugerat Chanarangis opera, seque ad Romanos multo ante receperat. Abdus quoque, Gepas adolescens strenuissimus, populares suos CD. viros bello præstantes habebat secum. Una ibat plurimorum dux Eru-lorum, quorum virtus in belli periculis enite-rat, vir fortissimus Aruthus, & ipse Erulus, qui à puero Romanorum vivendi rationem ama-verat, & filiam Mauritii, qui patrem habuit Mundum, uxorem duxerat. Joannes etiam co-gnomine Heluo, cujus mentio supra incidit, agmen Romanorum, virorum fortium, agebat. Porro Narses munificentissimus erat, ad levando indigentes promptissimus: cùmque ab Imperatore septus magnis suis opibus, ea, quæ ipsi erant in studio, pleniori arbitrio exercebat. Et quoniam multi, Duces juxta, ac milites, liberalitatem ejus jam ante experti fuerant, simul expeditionis in Totilam, & Gothos dux est summus renunciatus, certatim singuli ad militandum sub ipso paratissimos se ostenderunt; partim studio pensandi pristina beneficia; partim spe procul dubio inducti, ab ipso magna consequendi. In primis Erulos, cæterosque Barbaros sibi ille devinxerat singulari munificentia.

Cùm proximè agrum venisset Venetum, misso nuncio ad Francorum Duces, qui loca illa tenebant praesidiis, postulavit, ut sibi, tanquam amicis, transitum darent. Illi Narseti se nullo id pacto permisuros respondent; nullaque sa-ctâ mentione utilitatis Francorum, vel lue in Gothos benevolentæ, quæ vera erat causa cur se, quoad possent, opponerent, prætextum hunc parum speciosum configunt, quod secum Narses Langobardos duceret, capitales Francorum hostes. Dubitanti initio Narseti, atque ex altantibus Italib, quid opus facto esset, quæ-renti, dixere quidam, quamvis transitum Franci permitterent, non posse tamen exercitum inde Ravennam tendere, nec longius ea via, quam ad urbem Veronam progredi, eò quod Totilas delectum exercitus Gothicis florem, duce Teia, Gotho bellicosissimo, Veronam, Gothicæ ditionis urbem, misisset, ut pro viribus transitum Romanis copiis intercluderet. Sic res erat. Ac Teias quidem, ubi Veronam attigit, aditus omnes illius tractus obstruxit hosti, & loca omnia fluvio Pado circumiacentia planè invia reddidit artis vi: hic aggressit arbores, fossas duxit, & precipitiis abrupti solum: illic altas lacunas fecit, ac cænosas voragini. Tum eò diligenter intendit cum Gothoru[m] exercitu, ut cum Romanis conligeret, si viam illac ten-tarent. Hæc Totilas idcirco moliebatur, quia sibi persuadebat non posse Romanos iter facere secundum litus sinus Jonii, ubi multorum flumi-num navigabilium ostia viam prorsus abnuerent, neque illos tot habere navitia, ut simul copias omnes sinum Ionium trajicerent: si pauci simul navigarent, se facile cum reliquis Gothoru[m] copiis turmas singulas exscensu prohibiturum. Eò spectabat Totilas, cùm ea dedit mandata, quæ Teias executus est. Narseti autem in summas adducto angustias, Joannes Vitaliani nepos, locorum peritus, auctor fuit, ut cum universo exercitu per oram maritimam Romanis adhuc, ut supra dictum est, subditam iter haberent: sequerentur naves aliquot, & scaphæ plurimæ: quod fieret, ut cùm ad fluminum ostia pervenif-set exercitus, factò ex scaphis ponte fluvium jungerent, & facilius, expeditiusque transirent. Hæc fuit Joannis sententia, quam amplexus Nar-ses, cum omnibus copiis Ravennam eo modo contendit.

Z z

CA-

Tom. I.

C A P U T X X V I I .

Ildigisal Langobardus, qui ad Imperatorem per fugerat, Byzantio cum Goare Gotho aufugit. Adjunctis sibi popularibus, Cuturguros acie vincit in Thracia, & Romanos Duces in Illyrico incautos occidit: tum ad Gepædes se recipit. Ustrigothus Gepædes in fidem confort Langobardorum. Ildigisal, & Ustrigothus intereunt, fraude Regum, quorum fidei se commiserant.

Dum ibi sic ea fierent, interea hæc contigerunt. Ildigisal, vir Langobardus, cuius antea memini, inimicitias habens cum Barbarorum popularium suorum Rege Aduino, qui Regnum ipsi jure hereditario debitum vi occuparat, patriæ profugus Byzantium se contulerat. Eò cùm pervenisset, humanissimè illum acceperat Imperator, ac Ducem creaverat unius Scholæ: sic vocant catervas militum ad Palatii custodiam destinatas. Langobardos ducebant minimum trecentos, bellica virtute præditos, qui unà priùs commorati in Thracia fuerant. Ab Imperatore Justiniano petierat Auduinus, ut sibi, utpote Romanorum amico, & socio, traderetur Ildigisal, & clientis proditionem exegerat in præmium amicitiae: verùm Augustus abnuerat. Postea queri Ildigisal coepit, quod infra meritum suum, ac Romanum splendorem stipendiis, & honore afficeretur; itaut graviter offensum præ se animum ferret. Id animadvertis Goar, homo Gothus, qui olim bellum cum Romanis gerente Vitige, captivus huc adductus fuerat è Dalmatia. Utque erat animo vir servido, acerrimoque, præsentem fortunam impatienter ferebat. Post debellatum Vitigem, cùm Gothi, qui priùs arma contra Imperatorem tulerant, defectionem moliti essent, convictus & ipse fuerat initæ in Rempublicam machinationis, mulctatusque exilio in Ægyptum unà migraverat. Hac in pœna diu relictum miseratus postmodum Imperator, Byzantium revocaverat. Iste igitur Goar Ildigisalem, ut dixi, dolore percitum animadvertis, assiduis urget monitis, ac fugam suadet, se unà Byzantio excessurum pollicitus. Probato consilio, repente cum nonnullis elapsi, ut Apros urbem Thraciæ attigere, Langobardis illic degentibus admiscent se se, & Cæsarea equilaniæ, inde magna equorum vi abacta. porrò pergunt. Simul hæc Imperator cognovit, per Thraciam totam, atque Illyricum dimittit nuncios, Ducibusque omnibus, ac militibus injungit, ut pro virili parte fugitivis istis occurrant. Ac primò quidem exigua manus Hunnorum Cuturgorum, qui relictâ patriâ, ut paulo ante narravi, in Thracia confederant, Imperatoris permisso, cum his fugitivis congressa, acie vincitur: cæsis nonnullis, fusi cæteri insestanti consilium abiiciunt, ibique manent. Itaque Ildigisal, & Goar cum sociis totam Thraciam pervaferunt, obsidente nemine, & Illyricum ingressi, Romanum exercitum offenderunt, accuratè collectum in suam ipsius perniciem. Copias illas cùm alii ducebant, tum Aratius, Rhecithangus, Leonianus, & Arimuthus. Diem totam equitaverant: cùmque in locum sylvosum primis tenebris venissent, ibi constiterunt, ut noctem illam quieti traducerent. Ac militibus quidem hi Duces, præter alia, id quoque man-

A darunt, ut suos curarent equos, seque in fluvio illac perfluentे refrigerantes, levarent laborem viæ. Ipsorum verò quisque tribus, quatuorve assumptis Protectoribus, seorsum loco in abdito, fluminis aquam bibebat: gravem enim, ut res ferebat, sitim colgerant. Ut id Goar, atque Ildigisal, qui prope aderant, per exploratores cognoverunt, bibentes adorti de improviso, omnes accidunt, eoque facto reliquam viam sibi planè expediunt. Milites enim, amis- sis Ducibus, anxi, consiliique omnino inopes, retro commearunt, atque ita cum Goare elapsus Ildigisal ad Gepædes pervenit.

Tum etiam quidam, cui nomen Ustrigothus, ad Langobardos ex Gepædibus profugus se reperat, quod ita contigit. Elemundus Gepædum Rex morbo paulo ante extinctus, unigenitum filium reliquerat hunc Ustrigothum: quo facilè exturbato (adhuc enim erat adolescentulus) regnum Thorisinus obtinuit. Ille, cùm auctorem injuria ulcisci non posset, è patria ad Langobardos Gepædum hostes concessit. Haud multò post, pepigere pacem Gepædes cum Justiniano Augusto, & Langobardis, sanctissimè jurata utrinque perpetuā amicitia. Postquam inter eos gratia firmissimo foedere coxit, Justinianus Augustus, & Auduinus Langobardorum Rex ad Thorisimum Gepædum Regem miserunt, qui Ildigisalem, communem hostem, deposcerent, ut amici erga se animi primum esset indicium proditio supplicis. Is verò, cum Gepædum proceribus communicato consilio, intentè quesit, annuendum esset necne utriusque Principis postulatis? Aperte illi tum intercedere, satiis esse asseverantes, momento interire Gepædes cum uxoris, omnique sobole, quam tali piaculo inquinari. His Thorisinus auditis, æstuabat dubitatione. Nam nec rem exequi invitis subditis poterat, nec bellum, labore multo, diuturnoque extinctum in Romanos, ac Langobardos volebat reparare. Deinde rationem hanc iniit. Missa ad Auduinum legatione, Ustrigothum Elemundi filium repetit, ad scelus par impellens, hortansque ut sibi invicem proderent, quos accepissent in suam fidem. Quo pacto id consecutus est, ut Langobardorum petitionem retunderet objecta difficultate similis indignitatis, statimque Auduinum ipsum iniqua conventione implicaret. Qua facta, cùm probè scirent, nec Langobardos, nec Gepædes piaculi participes esse velle, nihil quidem egerunt palam, sed alter alterius inimicum dolo sustulit. Cædis peractæ modum omitto scribere, non consentientibus qui illum referunt, sed inter se plurimum discrepantibus, ut fit, cùm de rebus agitur occultissimis. Hos demum exitus habuerunt Ildigisal, & Ustrigothus.

C A P U T X X V I I I .

Usdrilas præsidii Ariminensis Praefectus per literas Romanos provocat. Narses cum exercitu Ariminum petit, ibique pontis transitu prohibetur. Usdrila occiso, porrò pergit.

P Ostquam cum exercitu Ravennam advénit Narses, ei se adjunxerunt Valerianus, ac Justinus Magistri militiae, & quicunque Romani milites ibi supererant. Ea in urbe dies manserant novem; cùm Usdrilas, natione Gothus, vir belica laude clarissimus, idemque Prae-

Praefectus praefidii Ariminensis, ad Valerianum scripsit in hanc sententiam. Postquam omnia occupatis rumoribus, totani Italiani ingentis potentiae spectris complexi, ac fastu humanam supra conditionem elati, Gothos, ut creditis, concussistis terrore, nunc Ravennae residetis. Certe ita latendo, ostenditis hostibus vestros illos spiritus jam concidisse, & confusa Barbarorum multitudine regionem atteritis, in quam nullum habetis jus. Agitedum; actutum moveite; exercete nunc bellum; subite Gothorum oculos, nec nos spe longiori suspendite. Jamdiu cupidos videndi vestri. Haec significabat epistola, quam Narses oblatam sibi cum perlegisset, Gothorum vaniloquentiam ridens, statim se in viam dedit cum omnibus copiis, relieto Ravennae praefidio cum Justino. Proxime urbem Ariminum, transitum difficilem offendunt, utroque pontis latere à Gothis paulo ante acciso. Jam sanè pontem fluvii, qui Ariminum alluit, vix labore multo unus pedes inermis transgreditur, licet nemo obturbet, adiutuve prohibeat: hominum autem turbæ, in primis armatorum, iter est omnino insuperabile, maximè si hostes obsistant. Quocirca Narses ad pontem cum paucis progressus, hæsit diu, viam querens, qua consilium explicaret. Eò quoque Usdrilas manum equitum eduxit, ne quid eorum, quæ agerentur, ipsum lateret. Tum quidam Narseti asecla, intento arcu, in illos sagittam impulit, qua confixus equorum unus illico occubuit. Mox Usdrilas, ejusque comites digressi inde, commiserunt se urbi, & sine mora accitis aliis è numero fortissimorum, portâ alterâ se in Romanos ejeerunt, quasi primo, eoque improviso impetu oppressuri Narsetem essent. Jam enim is ad partem alteram fluvii se contulerant, querens trajectum copiis. At Eruli quidam illis forte obviam facti, Usdrilam interemerunt, & cùm à Romano agnatum obtruncassent, ad Romanum exercitum reversi, ostento Narseti capite, erexerè omnium animos, ex eo casu intelligentium, Gothis Deum infensum esse, qui cum insidiarentur summo hostium Duci, suum ipsi Ducem subito amisissent, non ex insidiis, neque ex destinato occisum. Narses verò, etsi de medio sublatus erat praefidii Ariminensis Praefectus Usdrilas, nihilo tamen minus processit. Neque enim consilium erat, Ariminum, aliumve quempiam locum aggredi in secessum ab hostibus, ne quid temporis tereretur, neu quod maximè urgendum erat opus, id rei levioris accessio impediret. Dum Praefecto orbati hostes se oppidò tenent, nec moram objiciunt, impunè Narses ponte fluvium jungit, ac nullo negotio totum traducit exercitum, omissaque via Flaminia, ad lœvam tendit. Cùm enim Petra pertusa, ut vocant, quam in superioribus libris descripsi, locus naturâ munitissimus, ab hoste pridem teneretur, via Flaminia Romanis planè occlusa erat. Quare Narses, relieto breviori itinere, id, quo transitus parebat, ingressus est.

A

C A P U T XXIX.

Totilas Teiam expectat. Audita cæde Usdrilæ, ad Apenninum tendit. Eòdem se confit Narses, & officii Totilam admonet. Ad Romanos ante diem dictum progressus Totilas, eos de colle deturbare sàpe aggreditur frustra. Egregia Pauli, Ausilæque facinora.

B

C

D

E

Ita quidem Romanus exercitus procedebat: Totilas verò, auditis jam quæ contigerant in agro Veneto, primùm ad Romam constitit, Teiam, copiasque ejus opperiens. Deinde, ut advenerunt, præter equitum duo millia, quæ nondum aderant, his Totilas minimè expectatis, eo consilio cum reliquo omni exercitu profectus est, ut hostibus opportunè occurreret. Cùm autem eos, cæso Usdrila, transiisse Ariminum cognovisset in via, totamque emensus Tusciā, montem Apenninum attigisset, castris proximè vicum, quem indigenæ Taginas appellant, positis, ibi consedit. Nec multo post Romanus quoque exercitus, Narsete Duce, castra in monte Apennino metatus est, centum ad summum stadiis procul à castris hostium, piano quidem in loco, sed multis cincto tumulis prope extantibus: ubi quandam à Camillo, Romanī Duce exercitus, vietas acie, & cæsas ferunt Gallorum copias: id, quod suo locus nomine etiamnum testatur, & memoriam clavis Gallorum servat, Busta Gallorum dictus. Busta enim Latini vocant rogi reliquias, & plurimi visuntur hic mortuorum illorum tumuli, terrâ agrestâ editi. Inde mox Narses quosdam è suis familiaribus destinat, jubetque hortari Totilam, ut, armis depositis, aliquando tandem consilia pacis agitet, cum animo reputans, se, recentibus, ac temere contractis copiolis succinctum, non posse diu resistere Romano Imperio universo. Hoc etiam mandatum adjectit, si ipsum belli libidine teneri animadvertebant, statim juberent diem prælii constituere. Præscripta accurarunt Legati, ad conspectum admissi Totilæ: cùmque is ferociter, ac superbè denunciasset, omnino ipsis pugnandum esse, subjecere continuò: Agedum, præclare vir: quodnam certamini tempus præstituis? At ille statim, inquit, ut octiduum effluxerit, præliemur. Reversi ad Narsetem Legati, pacia renunciant. Hic strætam à Totila fraudem suspicans, perinde se accinxit, ac si pugnam initurus esset postridie, neque ab hostium consilio aberravit. Etenim sequenti die Totilas, adventus famam sui prævertens, affuit cum omni exercitu: utrique tum constitere adversi, nec dissiti longius dupli sagittæ jaclu.

Ibi collis erat modicus, quem occupare utrique vehementer optabant, tum quod commodus videbatur serendi ex edito hostibus, tum quia, cùm ager, ut dixi, tumulosus esset, à tergo circumveniri non poterat Romanus exercitus, nisi per tramitem subiectum colli. Quare erat cur utrique multum in eo ponerent; Gothi quidem, ut inter pugnandum circumventis hostibus, eos telis hinc inde peterent; Romani verò, ne id paterentur. Eò Narses pedites quinquaginta ex cohorte delectos, intempesta nocte mittere occupat, locumque obtainere, ac tueri jubet. Ad quem illi cùm evasissent, nemine hostium prohibente, ibi quierunt. Colli præjacet torrens, prætextus tramite, cujus mentionem proximè feci.

Z z 2 Erant

Tom. I.

Erant autem Gothorum castra loco opposita, in quo stabant quinquageni illi, adeò densi, ut se contingerent, acieque compositi, quantum per angustias loci licebat. Simul Totilæ id lux aperuit, omne eò studium contulit, ut inde illos dejiceret. Itaque turmam equitum confitum mittit, jubetque eos quamprimum deturbare. Tum equites multo cum fremitu, & clamore invehiri, quasi ipsos primo impetu eversuri essent. Hi verò densatis ordinibus, protecti clypeis stabant, cùm Gothi, admissis equis, confusè impressionem fecerunt. At illam quinquageni viri, scuta collidendo, crebroque, & appositi vibrando hastas, validissimè exceperunt; sic, ut equos, de industria concrepantium clypearum assiduo sonitu, & viros intentarum cuspidibus hastarum terrent. Retro equi cedebant, loci iniquitate, & scutorum crepitu efferati, penitusque exclusi transitu: equites quò se verterent nesciebant, cum hominibus adeò munitis minimèque cedentibus pugnantes, frustraque imperitantes equis contumacibus. Hac prima repulsi confictione, viam convertunt. Adorti iterum, eodemque modo excepti, pedem iterum refertunt. Ita stipe digressi irriti, absunt eos laceſſere. In idem ausum submisso à Totila altero agmine, & similiter pulso, tertium subit. Sic Totilas, multis per vices suffectis turmis, operaque à cunctis perditæ, tandem coepio abiit. Hinc quinquaginta illi magnam retulere fortitudinis laudem, sed rem melius cæteris in hoc certamine gesserunt duo, Paulus, & Ausillas, qui ex acie progressi, virtutis significatione supra omnes se commendarunt. Cùm enim districtos acinaces humi deposuissent, intentis arcubus in hostes strictissimè collimando, sagittas sic emittebant, ut viros, equosque multos conſercent, quandiu sagittas habueré in pharetris. His omnino exhaustis, eduxeré gladios, & seorsum soli objectis clypeis impetum sustinuerunt. Si qui equitum in eos cum hastis sè invehebant, statim illi ensibus recidebant eorum cuspides. Hostium crebros incursus dum ita reprimunt, secundis usque lignis retusus est Pauli gladius, ac prorsus inutilis evaſit. Hoc ille protinus abjecto humili, hastas ambabus manibus apprehensas, aggressoribus extorquebat. Quo modo, cùm palum hastas quatuor eripuisseſſet hostibus, præcipua causa extitit, cur in coepio desperanter absisterent. Facinoris illius ergo eum Narses in Scutiorum suotum numero deinceps habuit.

C A P U T XXX.

Conciones militares Narseti, ac Totilæ.

His ita gestis, utriusque ad pugnam se accinxerunt: tum Narses coactas in angustum copias, his ferè verbis hortatus est. Qui ad dimicandum accedunt cum hoste viribus pari, eos fortè verbis hortari pluribus, & accendere necesse fuerit, ut adversariis hac saltem parte instructiores, ex sententia prælio defungantur. Vobis autem, o Viri, quandoquidem cum hominibus, virtute, numero, & belli apparatu longè inferioribus certandum est; id unum iudico necessarium, ut pugnam hanc ineatis, Deo propitio. Hujus ope enixis precibus impetrata, contemptu elati generofissimo, aggredimini profligare latrones istos, qui, postquam magno Imperatori, cui jam inde olim servierant, elapsi fugâ se subduxerunt, assumpto ex

A plebe tyranno quodam gregario, Romanum imperium turbarunt aliquandiu, impuniū latrocinando. Certè merito quispiam exitimaret, eos, si quid saperent, nobis nunquam se oblaturos instructa acie. Verum illi inconsultæ audacia perire volunt, & furiosâ abrepti pallam temeritate, certam amplecti mortem non dubitant. Nec verò spe tanta freti sunt, ut sibi extraordinarium quidquam, & communis opione majus eventurum expectent, sed ipsis Deus ad poenæ anteactæ vitæ debitas aperte dicit. Nam quibus divina sententia supplicium aliquod decreum est, id sponte ipsimet adeunt. Præterea vos pro bene morata, & constituta Repub. in certaminis aleam venitis: illi in jugum legum se efferentes, novitati student, nec se fortunatum suarum partem aliquam hereditibus ullis transmisuros sperant; at probè intelligentes omnia secum peritura, sic vivunt, ut spem non ultra diem producant. Quare contemptu maximo digni sunt. Etenim qui dec lege, nec laudabili instituto coēunt, eos virtus omnis deserit: proinde ab ipsis victoria procul abest, ut quippe quæ virtutibus repugnare non soleat. Hæc Narses. Totilas verò siros, exercitus Romani admiratione defixos videns, advocata concione, sic verba fecit.

Huc vos collegi, Com militones, extremum hortaturus. Nam post hoc prælium, nullus amplius, ut equidem censeo, militari concio ne opus erit, sed bello dies hic finem afferet. Et verò nos, Justinianumque Augustum debilitatunt, atque exhauserunt viribus labores, certamina, ærumna, in quibus diutissimè versati sumus, itaque tædet difficultatum bellum, ut si ex hoste reportemus victoriam hodierno prælio, nullum aliud Gothi facturi sint, utrisque speciosissimam quietis causam præbente clade. Nam homines in eos casus, quibus pessimè jactati sunt, non audent iterum se dimittere: at si fortè necessitate illuc vehementius impellantur, inde refugiunt eorum animi, memoria territi præteritæ calamitatis. His auditis, o Viri, rem viriliter gerite, præmentes totam pectoris vim, nec partem ullam sortitudo nis reponite in tempus aliud. Quidquid difficultatis occurret, constanter subite, nec corpus in discrimen alterum reservate. Nolite armis, equisve parcer, nulli posthac futuris usui. Siquidem Fortuna, protritis rebus omnibus, spei summam, in hunc diem unum adductam, servavit. Ergo generositatem exerce te, vosque ad pugnandum animosè accingite. Nam quorum spes, ut jam vestra, in pilo stat, illis vel momento brevissimo residere non expedit. Ubi enim effluxit occasio, frustra est opera contentio, quamvis maxima, abdicante rerum natura animositatem præpostoram: quippe elapsa semel opportunitate, intempestiva sint, quæ consequuntur, necesse est. Itaque ed vos incumbere debere arbitror, ut momenta ad benè pugnandum, quæ se offerent, dexterè arripiatis, quo possitis bona inde profectura percipere. Illud etiam apprime tenatis velim, nihil jam esse perniciösus fugâ. Qui suum deserentes ordinem terga dant, nihil aliud, nisi viam salutis querunt. At si fugam certum consequatur exitium, qui pugnam sustinet, ne is longè tutior est, quam qui fugit. Quod ad hostium multitudinem ex gentibus quamplurimis coactam attinet, ea vobis remissa est: cùm ex multis pretio conflata societas, nec fidem, nec vires habeat stabiles, id que natura ferat, ut quanta gentium, tanta con-

confiliorum diversitas in ea sit. Nec purate Hunnos, Langobardos, Erulosque pecunia infinita conductos, pro ipsis ad extremum spiritum dimicatores. Neque enim vitam adeo vilem habent, ut eam argento postferant: nec dubito quin servata pugnantum specie, de industria remissè agant, sive quia mercedem jam acceperunt, sive ut arcans Ducum suorum mandatis obtemperent. Enimvero non solum hostilia, sed illa etiam, que vulgo habentur suavissima, si ab hominibus, vi, pretio, aliisque quopiam adactis modo, non autem sponte exerceantur, ipsis displicant, atque intolerabilia videntur ob adjunctam necessitatem. His imbuti cogitationibus, toto animi impetu hostem adoriamur.

C A P U T XXXI.

Utriusque aciei dispositio. Singulare certamen. Totilas equitandi peritiam ostentat.

Secundum hanc Totilæ orationem, uterque exercitus ad pugnam coxit, sic dispositus. Ita omnes adversis frontibus stabant, ut aciei frons utriusque altissima esset, atque oblonga. Lævum cornu Romanorum ad collem tenebant Narses, ac Joannes cum Romani flore exercitus. Uterque enim, præter cæteros milites, hastatis, scutisque satellitibus plurimis, magna que Hunnorum vivi lectissimorum stipatus erat. Habebant cornu dexterum Valerianus, Joannes Helvo, Dagistæus; ac reliqui Romani, peditem sagittariorum octo ferè millibus ad utrumque latus locatis. Media in acie Langobardos, Erulos, cæterosque omnes Barbaros constituit Narses, jussisse ad pedes degredi, ne si metu, vel forte perfidiâ ardorem pugnæ remitterent, ad fugam essent expeditiores. Sinistri Romanorum cornu extremitatem, que erat in fronte aciei, produxit Narses in angulum, equitibus ibi positis mille quingentis: ac quingentis quidem edixit, ut, si quod Romanorum agmen verteretur in fugam, statim illi succurrerent: aliis verò mille, ut simul hostilis peditatus pugnare coepisset, à tergo subirent, quo intercepimus, utrinque oppugnaretur. Eodem dispositis modo copias omnes objecit hostibus Totilas: tum aciem suam circumvolans, militibus subdibat animos, eosque vultu, ac voce ad audendum excitabat. Idem agebat Narses, armillas, torques, fræna aurea, & alia quedam pectoribus ad prælium accendens idonea ostendens, hastilibus elata. Ab ineunda pugna aliquandi utrique se cohibuerunt, & adversariorum impressionem expectantes, pede presso steterunt.

Deinde Cocas, vir strenuitatis laude clarissimus. ex acie Gothica proiectus equo, ad Romanum exercitum accessit, unum aliquem poscens, qui secum vellet singulari certamine congregari. Erat Cocas ex Romanorum numero militum, qui ad Totilam ante desciverant. Mox unus ex Narses' stipatoribus, Anzalas nomine, natione Armenius, se se adversum obtulit, equo & ipse vectus. Prior Cocas, capto impetu, in hostem irruit, ipsum hastâ ferire meditans inventrem intentâ. Equo Anzalas repente flexo, declinat iustum, impetumque frustratur. Hac arte hosti obliquè imminens, in latus ejus sinistrum hastam adgit: ille excussus equo, exanimis humili sternitur. Ex acie Romana tollitur ingens in cœlum clamor: neutri tamen coquiuntur ad pugnam. Unus admodum Totilas

A inter aciem utramque prodit, non ad singulare certamen, sed ducenti, eximendique temporis gratia. Cum enim bis mille Gothos, quos desiderabat, in proximo esse audiret, prælium in eorum adventum extrahens, haec palam egit. Primum hostibus ostendere voluit, qui vir esset. Armis auro plurimo illis induitus erat; ex ejus pilo, atque hasta pendebant phaleræ purpura adeo ardentí insignes, ut Regi planè conveniret mirificus hic ornatus. Ipse equo eximio vectus, inter geminas acies armorum ludum scitè ludebat. Equum enim circumagens, ac reflectens utroqueversum, orbes orbibus impidebat: sic equitans, hastam in auras jaculabatur, eamque, cum tremula relaberetur, arripiebat medium, & ex altera manu in altera sepe trajiciens, ac dexterè mutans, operam huic arti feliciter navatam ostentabat: resupinabat se se, & flexu multiplici nunc huc, nunc illuc ita inclinabat, ut appareret diligenter ipsum à pueritia didicisse saltare. In hac ludicra exortatione tempus omne matutinum contrivit, habensque in animo longiùs pugnam proferre, misit ad Romanum exercitum, & sermonem velle se conferre significavit. Abnuit Narses, nugati ipsum afferens, ac dare verba, qui prius bellandi suisset cupidus, cum offerri colloquium posset, nunc autem id peteret in medio certaminis campo.

C A P U T XXXII.

Totilas campo cum exercitu excedit. Narses providentia. Redeunt Gothi. Pugna committitur. Romanorum victoria. Totilas cedes.

Hoc interim spatio advenere Gothis duo millia bellatorum, quos ubi Totilas in castris esse audiit, appetente hora prandii in tabernaculum suum concessit, & Gothi, soluta acie, retro commearunt. Ad suum reversus Totilas divisorium, illa duo millia adesse jam videt, totumque exercitum prandere jubet. Mox armis induit, summaque adhibita cura, ut cuncti militariter armati essent, copias in hostes educit, incutios aggressurum se, & oppressum ratus: at imparatos non offendit Romanos. Veritus enim Narses, quod contigit, ne hostis inopinato ingrueret, edixit, ne quis pranderet, nec meridiaretur, neu loriam exueret, neu detraheret frænum equo. Nec tamen omnino impastos manere sivit: sed ipsius mandato, armati ut erant, stantesque in ordinibus, jentarunt, intentis semper oculis, animisque expectantes adventum hostium. Alio deinde modo ordinata sunt acies, ac Romanæ quidem cornua, in quibus peditum sagittariorum quatuor millia stabant, jubente Narsete, frontem lunarunt. Gothicus verò peditatus omnis post equites confertim stetit, ut si hi forte inclinarerent, ad eum resugerent, junctisque viribus hostem invaderent è vestigio. Id verò Gothis præceptum commune erat, ne sagittis, aliisque quopiam telo, nisi lanceis, in hoc prælio utearentur. Hic certè suâ Totilas imprudentia deceptus est, qui in pugna hac ineunda, nescio qua ratione inductus, copias suas obiecit hosti, armis, rebusque cæteris impares: cum Romanî singulis perappositè uterentur in dimicando, five sagittas mitterent, five hastas impellerent, five gladios, aliudque quippiam, quod ad manum, & ex usu esset, tractarent: partim equis,

par-

partim pedibus pro re nata pugnarent : jamque hostes circumvenirent , jam exciperent irruentes , & impetum scutis propellerent . At Gothorum equites , relictis à tergo peditibus , solis confisi lanceis , cœcoque impetu abrepti , ubi cœpta est pugna , temeritatis suæ fructum ceperunt . Nam facto in hostes medios impetu , se ab octo millibus peditum interceptos non adverterunt . Statim autem contraxere animum , sagittis hinc , atque hinc appetiti ; cum sagittarii , ut supra dixi , frontis cornua sensim lunaissent . Hac impressione multos viros , equosque Goths prius amiserunt , quam cum hostibus manum consererent ; pessimèque accepti , vix tandem ad eorum aciem pervenerunt . Hic nescio quos præ cæteris mirer , Romanos quodam , an Barbaros eorum socios . Nam in omnibus par alacritas animi , & virtus æmula emicabat . Adversariorum assultum excipiebant singuli validissimè & repellebant . Jam dies declinabat in vesperum , cum utraque acies se loco repente movit , sed ita , ut Gothica referret pedem , Romana instaret . Hanc enim adorti Goths , non restiterunt : at cessere contra ruentibus , effusèque recurrerunt , eorum ingenti numero , atque apta dispositione attoniti . De exerendis viribus minimè cogitabant , tanquam si ad spectrorum occursum paverent , vel coelitus oppugnarentur . Brevi ad peditatum suum reversis , increvit , ac multò longius processit malum . Neque enim èd se retulerunt composite , ut recepta anima , junctisque viribus pugnam redintegrarent , vel fugam injicerent per sequentibus , aliudve certandi genus capesserent : verùm adeò inordinati erant , ut eorum nonnulli equitatus Romani impetu occubuerint . Quocirca ipsos peditatus Gothicus non exceptit diducta acie , nec parta illis salute substitit : at una fugerunt citato cursu : tuni , quasi in tenebris digladiarentur . ita se se invicem concidebant . Romanæ copiæ , arrepta , quam illorum consternatio dabat , opportunitate , obvios quoque immisericorditer macabant , cum illi non oculos in hostem , nedum arma , audentes tollere , ejus arbitrio se permitterent . Nec se remittebat ipsorum pavor : quin magis , ac magis animos occupabat . Congressu illo ceciderunt sex Gothorum millia : multi dedidere sc hostibus , qui tum quidem ipsos cepere vivos ; subinde verò interfecerunt . Nec solum Gothi cœsi sunt , sed pars etiam maxima Romanorum olim militum , qui prius à Romana militia , ut in superioribus libris narravi , ad Totilam , & Goths defecerant . Demum Gothis , qui mortem , hostilesque manus vitarunt , latere , & elabi licuit , prout cuique vel equi , vel pedum celeritas comitante fortuna favit , pro temporis , ac loci opportunitate .

Jam prælium hunc habuerat exitum , tenebatque nox terras ; adhuc Totilam fugientem in tenebris cum viris non amplius quinque , quo ex numero erat Scipuar , Romani aliquot insestantur , nescientes Totilam eum esse . In his erat Asbadus Gæpes . Hic à tergo Totilæ imminens , ejusque humeros lancea ferire destinans , irruerat , cum Gothus adolescentulus , domesticus Totilæ , fugæ domini comes , casum tunc oblatum indignans , contenta voce . Quid agis , inquit , o canis , cur iētu petis dominum tuum ? Asbadus verò intenta totis viribus lancea Totilam perfodit : mox ipse , inflicto pedi à Scipuare vulnera , in eo loco hædere cogitur : hæret una Scipuar à persequentium quodam sauciatus . Illi etiam quatuor ,

A qui cum Asbado hostes agitaverant , his omisis , ut eum servarent , cum ipso regressi sunt : dum Totilæ comites , ab illis adhuc se premi rati , nihil lentius proveherentur , quamvis eum lethaliter saicum , & linquente animo collabentem deducerent , nempe cursum violentum ipsis necessitas imperabat . Emensi stadia LXXXIV . Capras pervenient : id loco no men : ubi intermissa fuga , curarunt vulnus Totilæ : quem paulo post mortuum , inibi comites mandarunt humo , & abscesserunt . Annos undecim Gothis Totilas imperaverat , cum hunc regni , ac vitæ finem habuit , indignum rebus , quas ante gesserat . Cum enim priora incœpta benè illi processissent , actis non respondit exitus vitæ : sed tunc etiam fortuna se se palam ostentans , & humana obterens , prodidit suam inopinatò agendi vim , potestatemque decernendi in dicta causa : siquidem abs re diuturnam Totilæ largita ultro felicitatem , morti adeò miserae ipsum auctoritate sua adduxit , nulla causa tunc apparente . Quæ , meo quidem judicio , sunt ejusmodi , ut nondum potuerint , nec possint unquam humanæ capi intelligentiæ . De his , nullo non tempore de cantatis , sentire quisque , & loqui solet ad libitum , oratione , quæ videtur probabilis , ignorationem suam consolans . Ego verò ad propositum redeo .

B Romani Totilam ita extinctum nescierunt , donec fœmina quædam Gotha rem ipsis aperuit , ac tumulum indicavit . Mendacium suscipiantes qui hæc audierunt , veniunt in rem presentem , atque effuso protinus loculo , educunt cadaver Totilæ : quod cum , ut ferunt , agnivissent , ad satietatem spectatum reddiderunt sepulcro , ac rem toram Narseti è vestigio renunciarunt . Quidam aliter casum Totilæ , & hoc prælium narrant : id quod mandare literis non alienum judico . Ajunt Gothicæ exercitus fugam non sine causa , nec temere contigisse , sed quodam Romanorum agmine velitante , confixum esse sagitta Totilam ex improviso , ac præter propositum sagittarii ; cum Totilas militis ritu armatus , atque instruetus , temere , & sine ullo delectu loci staret in acie , notescere nolens hostibus , nec se præcipue petendum offerens : verùm hæc agente fortuna , & in ipsius corpus sagittam dirigente , plagam lethiferam accepisse , victumque acerbissimo doloris sensu , excessisse acie , & pedetim cum paucis retro commeasse : cum autem Capras venisset inuestus equo , ac dolore ibi prævalente , cœpisset animo linqui , haud multo post adhibitum vulneri medicamentum , supremum diem obiisse : Gothorum verò exercitum , qui jam hosti longè impar viribus erat , ut suum etiam Principem ad pugnam invalidum vidit , obstupuisse , quod quamvis hostes non petiissent præ cæteris Totilam , unus tamen ipse lethali plaga affectus esset : hinc factum , ut metu examinati , ultra modum horruerint , seque in fugam conjecerint adeò turpem . Sed de his ad suum quisque arbitrium differat .

CA-

C A P U T XXXIII.

Narses Langobardos remittit. Valerianus frustra Veronam obsidet, resistentibus Francis. Teias Rex Gotorum creatur. Narses Nar-niam, Spolium, ac Perusiam capit. Romanum oppugnat, eaque facile potitur.

Narses successu latus, ad Deum omnia, verum utique auctorem, referebat perpetuo, atque instantia digerebat. Ac primum redimere pretio voluit indignam licentiam Langobardorum, quos secum duxerat: cùm præter alia inquinatissimæ vitæ scelera, obvias domos delerent igni, & fœminis, quæ sacræ ædibus se commiserant, turpem vim afferrent. Quare magna pecunia donatos remisit in patriam, Valeriano, ac Damiano nepoti suo, eorumque copiis demandata curâ, eos ad Romani Imperii limitem deducendi, ut in via ab injuria, & maleficio temperarent. Postquam Langobardi ex Romano solo pedem extulerunt, castra Valerianus ad urbem Veronam posuit, ut eam obsidione Imperatori subjeceret. Qui in urbis præsidio locati erant, de illa secum tradenda cum Valeriano sunt collocuti, urgente metu. Hoc nuncio exciti Franci in agro Veneto stationarii, omni id studio prohibuere, regionem sibi vindicantes, ut suam: quo circa Valerianus inde cum omnibus copiis, re infecta, abscessit. Gothi verò, qui ex prælio evaserant, trajecto Pado, urbem Ticinum circumiectaque loca occuparunt, ac sibi Regen-clearant Teiam: qui inventa omni pecunia, quam Ticini Totilas reposuerat, Francos ad bellum societatem pellicere statuit, & Gothos pro tempore, & re compositi, instruxitque circa se omnes properè colligens. His Narses auditis, Valeriano mandavit, ut cum suis omnibus ad fluvium Padum agitaret custodiam, ne Gothi liberiū coirent: ipse cum reliquo exercitu Romam contendit. In Tuscia Narniam deditione cepit, ac Spoletinis, qui mœnibus exuti erant, præsidium reliquit, jussitque reædificari confestim murum, ubicumque dirutus à Gothis fuerat. Misit etiam, qui præsidium Perusinum tentarent, cui præerant transfuge Romani duo, Meligedius, atque Uliphus. Hic antea, cùm Cypriani Protector esset, inductus amplis pollicitationibus Totilæ eundem Cyprianum dolo occiderat, tunc Præfectum loci prædio. Narseti assentiens Meligedius, urbis Romanis dedendæ consilium cum suis iniit. Quo cognito, in eos apertè Uliphus, ipsiusque milites conspirarunt. Ibi demum cæsto Uliphio cum ejusdem præpositi sociis, statim Perusiam Meligedius Romanis tradidit. Cæterum in hoc eluxit divina ultio, quod ubi Cyprianum Uliphus interemerat, eodem loci ipse perierit. Ita res in illis partibus procedebant.

Gothi verò, qui prædio Romam tenebant, ut adversum se tendere, jamque appropinquare Narsetem, Romanumque exercitum intellexerunt, se se ad occurrendum rotis viribus compararunt. Multa urbis ædifica Totilas igni corruperat, cùm eam primum cepisset: deinde secum reputans Gothos, ad modicum redactos numerum, non sufficere custodiendis muris omnibus Romæ, partem urbis exiguum, circa Adriani molem, parvo muro cinxerat, eoque veteribus annexo mœnibus, castelli speciem loco dederat. Ibi Gothi rebus, quas pretio-

A fissimas ducebant, depositis, castellum hoc sedulò custodiebant, reliquos urbis muros per indiligentiam negligebant. Tunc autem relictis eo loci paucis custodibus, cæteros omnes ad pinnas murorum urbis tulit impetus animi, periculum facturos oppugnatorum. At cùm amplior murorum ambitus obstat, quo minus totum circumcluderent aggressores Romani, & Goths defenserent, dispersi, impressionem illi, ut se dabat occasio, faciebant; hi pro re nata repellebant. Narses ingenti sagittariorum numero succinctus, muri partem adoriebatur; alteram Joannes Vitaliani nepos cum suis, Philemuthus cum Eralis tertiam, sequentibus cæteris longo intervallo. Nec minus inter se distabant oppugnatores, quorum impetum oppositi Barbaři sustinebant. Vacabant prorsus reliquæ muri partes, à quibus abstinebant Romani vim, coactis, ut dixi, Gothis omnibus, ubicumque hostes ingruerant. Interea, Narsetis iussu, Dagisthæus, magno septus militum globo, & cùm ipsius Narsetis, tum Joannis vexillum secum habens, scalisque instructus plurimis, repente quandam muri partem invadit, defensoribus omnino vacuam. Confestim scalis omnibus, nemine prohibente, applicatis, sine ullo negotio cum suis urbem ingressus, portas ad libitum recludit. His Gothi statim animadversis, abjicere resistendi propositum, & cuncti, quo cuique licet, evadere. Alii conjicere se in castellum; alii Portum cursu petere. Hæc me narrantem cogitatio subit, quo pacto Fortuna res humanas irrideat, non æquabili motu mortales adiens, neque iisdem contuens oculis, at se pro tempore, & loco vertens. Ludum quendam inter ipsos ludit, vel tempore, vel loco, vel modo mutans miserorum conditionem Certè Bessas, qui Romam prius perdiderat, haud multo post Romanis Petram Lazicæ recuperavit. Rursus Dagisthæus, qui Petram penè hostibus ereptam dimiserat, momento Romam Imperatoris ditioni restituit. Verum ejusmodi vices ab orbe condito extiterunt, eruntque semper, quamdiu eadem Fortuna hominibus dominabitur. Tum verò Narses intento, in festo que omni exercitu ad castellum accessit. Territi Barbari, accepta salutis fide, eodem temporis puncto, se, & castellum dederunt, annum Imperii XXVI. agente Justiniano Augusto. Sic Roma sextum capta est illo Principe, ad quem claves portarum urbis Narses protinus misit.

D

E

*Victoria Senatui, populoque Romano luctuosa.
Ragnaris Gothi fraus, crudelitas, & clades.
Teias Franorum opem frustra implorat. Cumas, & Centumcellas
Romani obsident. Teias, &
Narsis cum suis copiis
se se conferunt in
Campaniam.*

ID temporis, humano generi apertissimè probatum est, quoscumque Deus perdere statuit, illis ea ipsa, quæ prospera videntur, in perniciem vertere, ipsosque, rebus ex animi sententia gestis, cum sua illa felicitate extingui. Siquidem hæc victoria Senatui, populoque Romano gravius exitium attulit, quod ita contigit. Fugientes Gothi, spe deposita obtinendæ Italiam, obiter Romanos, in quos incidebant, macerabant, parcentes nemini. Barbari, in Romano militantes exercitu, obvios quoque ad

ad urbis aditus hostiliter accipiebant; quibus malis istud accessit. Antea, jussu Totilæ, degabant in Campania Romani Senatores multi. Horum quidam, allato nuncio potum Româ Cæsarianum exercitum, eò migrarunt ex Campania. Quod ubi Gothis, munita tenentibus regionis illius loca, compertum fuit, in tota provincia conquisiere Patricios, omnesque interfecere: in his fuit Maximus ille, cuius memini in superioribus libris. Præterea, cùm inde Narseti iret obviam Totilas, ex urbibus singulis nobilium Romanorum filios collegerat, lectisque ex eorum numero trecentis, quos formâ, ac specie egregios judicabat, parentibus quidem dixerat, suos fore illos domesticos; re autem vera habere volebat obsides. Tum ipsos Totilas trans fluvium Padum miserat: jam verò Tejas eosdem ibi naëctus, ad unum omnes occidit.

Ragnaris, genere Gothus, præsidii Tarentini Præfetus, eti de sententia Imperatoris à Pacurio fidem acceperat. seque, ut supra dixi, ad Romanos accessûrum pollicitus, sponsonis hujus obsides Romanis dederat Gothos sex; ubi tamen Tejam Gothorum Regem factum, Francorum auxilia accire, & cum hoste copiis omnibus decernere velle audiit; mutato consilio, promissis manere noluit. Ad dolos convertens animum, eoque intendens, ut recuperet obsides, hæc machinatur. Destinat, qui suo nomine Pacurium roget, ut Romanos aliquot milites ad se mittat, quo tutius Hydruntem cum suis eat, trajecto que sinu Ionio Byzantium profiscatur. Nihil minus cogitans Pacurius, quâm quod ille meditabatur ex suorum numero quinquaginta mittit. Hos Ragnaris in castellum admissos, illico in custodiâ tradit, & Pacurio significat, si milites recipere suos velit, necesse esse remittat Gothorum obsides. Quo Pacurius audito, paucos Hydrunte præsidiarios relinquit, & cum cæteris copiis ad hostes properat. Ragnaris, abjecta omni cunctatione, quinquagenos illos perimit. & obviam iturus hosti, Tarento Gothos educit. Commissâ pugnâ vincuntur Goths, & Ragnaris, amissa parte suorum maxima, cum reliquis au'git. Septo undique à Romanis Tarento exclusus, Acherontidem se se confert, ibique manet. Sed hæc haec tenus. Haud multo post cùm Romani Portum obsedissent, inita compositione ceperunt; item in Tuscia, castellum cui nomen Nepa, ac Petræ pertusæ munitionem.

Tejas verò, Gothos infirmiores judicans, quâm ut soli pugnare possent cum Romano exercitu, legatione missa ad Francorum Regem Theodebaldum, ad belli societatem ingentis pecunia pollicitationibus eum invitavit. At Franci suis, opinor, rationibus servientes, nec Gothicæ, nec Romanæ rei causâ volebant vitam profundere, sed Italiam sibi subdere, ejusque rei gratiâ bellum gerere cupiebant nulla impliciti societate. Ticini quidem, uti antea diximus, partem aliquam gazæ Totilas repouferat; maximam verò commiserat castello munitionissimo. quod Cumis est in Campania, locatoque ibi præsidio fratrem suum cum Herodiano præcerat. Hos Narses expugnare constitutum habens, mittit Cumas, qui castellum obsideant; moratur ipse Romæ, constituendis rebus urbis intentus: Centumcellarum quoque obsidionem aliis eò missis demandat. Tum Tejas Cumano præsidio gazæque timens, & à Francis desperans, ita suos instruxit, ut pugnandi cum hoste consilium præ se ferret. Quo Nar-

A ses cognito, Joannem Vitaliani nepotem, ac Philemuthum in Tusciâ proprio cum exercitu destinavit. stativa illi habere jussos, hostiumque profectionem in Campaniam impedi- re; quo liberius Cumas vel caperent vi, vel ad deditonem perpellerent obfoessores. Verum Tejas, ubique fere relicta dextera brevissimis itineribus, per multos, longissimosque anfractus, ac per oram sinus Ionii, in Campaniam pervenit, nemine hostium advertente. Qua de re factus certior Narses, Joannem, & Philemuthum, qui in Tuscia transitum custodiebant, accersit, ac Valerianum, Petræ pertusâ recens potum, cum ipsius copiis revocat: tum collectis viribus, in Campaniam cum universo exercitu ad prælium instructo contendit.

C A P U T X X X V.

Nonnulla in Vesuviano incendio fieri solita. Utriusque castra exercitus. Goths ad mon- tem Lactarium se recipiunt. Romanos invadunt. Teje heroica fortitudo. Eo occiso, Goths pertinaciter pugnant. Tandem pacem petunt. Joannis sen- tentia. Pacis con- ventio.

C E st in Campania mons Vesuvius, de quo ante commoravi, ex eo sâpe sonum erumpere mugitui similem, cùmque id accidit, subinde ipsum ardentis favillæ vim magnam eructare. Hæc ibi dixi. Porro, ut Ætnæ in Sicilia, sic montis hujus viscera ab imo pede ad verticem hiatu spontaneo patent, intus ardente igni perpetuo. Tam alta est illa inanitas, ut si quis in culmine stans, audeat inde despicere, flammarum ægræ admodum deprehendat. Quoties autem contingit eruptio cineris, de qua dixi, etiam saxa ab imo flamma avel-lens, supra montis hujus verticem ea tollit, partim exigua, partim grandia, atque illinc emittens, quovis temere spargit. Ibidem rîsus igneus à cacumine ad radices, immo & longius profluit: quæ omnia in Ætna quoque fieri solent. Ripas utrinque altas rîsus ille igneus efficit, alveum excavans. Flamma, quæ principiò fertur in rivo, ardentis aquæ effluvio similis est. Extincta flamma, cursum rîsus illico supprimit, nec ulterius manat: quod autem ex igni subsidit, id limum favillæ similem diceres.

D Ad radices Vesuvii sunt fontes aquæ dulcis, & aptæ potui, amnisque ab his ortus, no-mine Draco, proximè urbem Nuceriam labitur: tunc auten utraque ejus ripa sedem præbuit utriusque castris exercitus. Etsi aquis non abundat Draco, transitum râmen equitibus pariter, ac peditibus negat: eò quod in angustum se contrahens, humumque cavans altissime, præruptas utrinque ripas efficiat. Id unde fiat, ex natura soli, an aquæ, nescio. Goths, occupato fluminis ponte, cui castra applicuerant, ligneisque turribus eidem impositis, balistas, quas vocant, atque alias machinas illic statuerunt, ut è sublimi hostes lacesse-re, & ferire possent. Pugnare quidem cominus prohibebantur, interjecto, ut dixi, flumine: sed propter ejus ripas utrique stantes, sagittis plerumque se invicem perebant: nonnunquam singularia certamina edebantur, si forte unus aliquis Gothus ex provocacione pontem transiret. Sic menses duos uterque consumpsit exer-

exercitus, & quandiu Gothi in illis partibus Imperio maris gavisi sunt, tandiu restiterunt, commeatus importantes navigiis, cum vicina mari castra haberent. Dein Romanis universam hostium classem Gothus, qui illi praeerat, prodidit, & innumeræ naves ex Sicilia, aliisque Imperii partibus advenerunt. Simul etiam Narses in fluvii ripa locatis turribus ligneis, Barbarorum animos perculit. His igitur territi, reique cibariæ penuria pressi, confugiunt in montem proximum, quem Romani Lactis montem latine vocant. Eos Romanus exercitus illuc sequi non potuit, repugnante loci iniquitate. Verum Barbaros continuò pœnituit eō ascendisse, ita crescente commeatus inopia, ut unde se, equosque alerent non haberent. Quare satius esse rati mori in acie, quam fame absumi, hostem nihil tale opinantem adoriantur, & improvisi repente impetum faciunt. Illos pro re, ac tempore propulsantes Romani stant, non contributa in Duces, classes, ac numeros acie, nec dispositis ordinibus inter se distincti, nec quæ dabantur in acie mandata audientes, sed prout fors ferebat, hosti opposentes se toris viribus. Ac primùm Gothi, dimissis equis, conversisque ad hostem frontibus, pedites stetere omnes, sic, ut alta eorum acies. Tum Romani, id conspicati, ipsi quoque amotis equis, eodem omnes modo in acie se composuerunt.

Prælum hic describam memorabile, in quo se Heroum nemini virtute bellica secundum probavit Teias illustrissimo argumento. Gothis animos dabant præsentis fortunæ desperatio: Romani, quamvis desperatos viderent, viribus tamen omnibus sustinebant, inferioribus cedere erubescentes: utrique sibi proximos impetebant animosissimè, cum hi mortem, illi fortitudinis laudem quererent. Initâ manè pugnâ, Teias cunctis conspicuus, protetus clypeo, hastamque intendens, primus ante aciem cum paucis stetit. Quem ut Romani conspicerunt, protinus diremptum iri certamen rati, si is caderet, in ipsum conspirarunt quicumque valebant animo, quorum magnus erat numerus. Cuncti in eum hastas partim impellebant, partim jaculabantur, quas omnes ipse clypeo, quo tegebatur, excipiens, subito impetu multos de medio tollebat. Scutum infixis plenum hastilibus animadvertisens, illo scutariorum cuidam tradito, alterum arripiebat. Cum sic decertans partem diei tertiam exegisset, accidit ut onustum haerentibus duodecim hastilibus clyperum haud movere posset ad libitum, neque aggressores eo repellere. Tum unum è Scutariis contentè evocat, ne transversum quidem digitum se loco movens, nec referens pedem, neque hostem progredi

A sinens. Immo nec se convertit, nec scuto tergum applicuit, nec se flexit in latus, sed tanquam si affixus solo esset, sic in veltigiis haeredit cum clypeo. hostium cædem efficiens dextra, impetum sinistra reprimens, & nomine inclamans armigerum. Qui ubi recentem clypeum attulit, hoc ille statim mutavit alterum hastilibus gravem. Interea puncto temporis patuit illius pectus: tum fortè jaculo confixus, momento efflavit animam. Ipsius caput conto impositum, elatumque circumferentes Romanî quidam, utrique exercitui ostendebant, Romano, ut contra iret audentior; Gothicô, ut omni spe deposita, arma componeret. Ac ne ita quidem certamini finem imposuerunt Gothi, sed ad noctem id produxerunt, quamvis Regem suum obiisse jam probè scirent. Cùm nox prælum diremisset, ibidem eam utrique traduxerunt armati. Postridie, luce prima consurgunt, ac similiter instructa acie, ad noctem dimicant, obstinati non cedere invicem, nec terga vertere, vel retroire, multis licet utrinque cæsis, sed aspero efferati inter se odio cœptum urgent. Nimirum videbant Gothi se postremum configere: Romani illis concedere renuebant. Denique Barbari, missis Procerum nonnullis, Narseti significarunt, se jam intelligere, sibi bellum esse cum Deo: sentire se vim adversam, ductâque ex iis, quæ accidissent, conjecturâ rei veritatem tenere: velle in posterum ab armis cessare, non tamen ita, ut Imperatori servirent, sed cum aliis quibusdam Barbaris suis legibus viverent. Rogarunt, ne discessum Romani suum turbarent, neu secum benignè agere gravarentur, sed viatici loco donarent pecunias, quas antea quisque in Italiz præsidiis reposuisset. Qua de re deliberanti Narseti, Joannes Vitaliani nepos auctor fuit; ut annueret postulatui, cum hominibus perire volentibus pugnare defineret, nec periclitaretur audaciam, in ipsa natam vitæ desperatione, non iis modò quos incitaret, sed obviis etiam funesta. Nam, inquit, vincere satis habent viri prudentia, ac moderatione prædicti; ambitionis autem cupiditas utique in perniciem verit. Sententiam hanc amplexo Narsete, pacto convénit, ut qui supererant Barbari, cum rebus suis omni Italia confestim excederent, neque ulla ratione cum Romanis bellum amplius gererent. Hoc interim spatio Gothi mille, castris egressi urbem Ticinum, ac regionem Transpadanam petierunt, cum aliquos Duces, tum Indulphum secuti, de quo mentio supra incident; cæteri omnes, interposito jurejurando, omnia pacta conventa firmarunt. Itaque Romani Cumas, ac reliqua omnia cepere præsidia, & annus exiit XVIII. belli hujus Gothicci, cuius historiam Procopius scripsit.

Finis Procopii de Bello Gothico.

NOMINA APPELLATIVA.
ET VERBA
GOTHICA, VANDALICA,
ET LANGOBARDICA
A B
HUGONE GROTI
EXPLICATA.

A Crogild in manuscripta lege Langobardica: octuplum.
Adalingi. Athalingi. nobiles Pau-
lo interprete.
Adrhamire. Solenniter condicere.
Ramen.
Agagula. lna manet in Langobardico sermone.
Goochelen, prestigiis uti, unde & caucula-
tores.
Aldius. libertus operas debens. Halten. in manu-
scriptis est Haltius, idest nutritus; alumnus.
Alode. Allodes. Allodium. Anlod. Sors bære-
ditaria quæ Allote in moribus Anglicis.
Aliorumna. Alrunna. Al-runna. Infernalis mu-
lier maga. Al olim, nunc Hel-Runna mulier
in Glofis.
Amond. A-mond. extra potestatem.
Anagrif. An-grif. aggressio.
Andigavum. Hand-gave. datum manu, ut à sa-
nis fieri solet, inde verbum barbarum Andigare.
An-ranscinc. Aggressio in via publica. Corrupte
pro eo in legibus Arascild.
Aratreit. Har-treit. pars tertia. Male Aratreib.
in manuscripto hariraib. sed scribendum hari-
trait.
Arga. ignarus. nunc malitiosum significat.
Arimanus. Her-man. Miles gregalis, qui publi-
cum munus non habet. Postea pro paupere sum-
pta vox. Hirr jus Arimandiae in feudis.
Artigayum. uvort-gave, quod voce datur ut ab
egritis. Hinc verbum Artigare.
Astalium. deceptio. à Latino astus, unde asto
animo apud Plautum.

Bandum. Vexillum: à binden. vincire.
Bannum. jurisdictio: & inde, mulcta.
Barbanus. patruus, manet in Langobardico ser-
mone. In manuscriptis Barbas.
Bassus. custos opuli. Baes. manet in Belgicis.
Bellagini. leges, Gothis. By-lagen. pagi leges
Bi pazu. lagen, leges.
Blus-rais. Sanguinis emotio. Male tro eo in lege
Langobarda lib. I. tit. 8. cap. 24. Pluslaib. quod
aliud est. Ex vicino sono nata confusio.
Blutare. blooten. Spoliare, inanire.
Brunia. lorica.
Bunnarium. Bunner. Mensura terre, corrupte
bunnarium.
Bunna. Bunda. Bodo. terminus.

Cadarfida. mendoza. Cadarsfreda. Caderfedra.
Gederfde. Usitatum. Nam Ca pro augmento
hodierno Ge frequens, & derven, uti in dictio-
nario. Usus, piderbi: idest bederf.

A Campio, pugnator, à campo.
Carratium. palus vitis. Gard-trun.
Cassus. in foro Hispania vertitur pierna. Gaff.
natos. male carsum.
Comacin. architectus. Gemachin, Gemach. de-
mus.

Derzon. Sepis ruptura. deer-zun.

Evva. lex, & testamentum, quia vim habet legis.
inde ev-uverd, legis cuius os. Sacerdos in dictio-
nario.

B Faderfium. Fader-seh. paterna pecunia, quod
mulier de bonis pat-rnis ad maritum attulit.
Feh olim pecus, postea res omnis mobilis, us pe-
cunia Latinis.
Faja. glans.
Faida. Faith. Fede. Feithe. Inimicitie te²ata.
Fara. generatio, familia. à verbo faren quod est
progredi, post Christianismum dicta sic paracio,
unde far-her.
Fegangi. Dum cum re mobili it. Deprehensio fu-
ris dum rem furtivam pensabebit. Feh-gang.
Feld. Cimetus patens.
Ferquidum. ferquiit. Compensatum. quiten, par
pari referre. fer, pre²ofitis. farfalia. verual.
ferbannitur, verbannen. forbatus, verboden.
Fodrum. foeder. amona militaris. Nunc ferme
de pabulo tantum dicitur.
C Forbannus. Ferbannen, extra territorium pos-
tus.
Forestum. Forst. Nemus aliis dialectis. Hurst.
Horst.
Fornacca, in manuscripto legum Langobardicarum,
campus arvus. Forn sulcus.
Frea, libera feminia, inde frauvo.
Freda, fredum, pax: & inde compositio cum-
Rege.
Fulboran, Ful-boren, plene natus idest optimo
jure.
Fulfreal. Ful-fre-al, plene & omnino libera per-
sona, quæ nec operas debet.

D Gajum. Sylva, densa. In manuscripto: Geha-
gium. Gehage. Silva septa.
Garathinx. Gar-thinx. Universitatis donatio in-
judicio. Thingen judicare. Sed inde sumptum
pro actu legitimo omni, qualis cessio in jure.
Gardingi. Wardingen, vulgo Warders. Custo-
des, praefecti judiciis G. pro W. pomunt Itali.
Gargathungi, exponitur. sicutum qualitatem per-
sonæ, compensatio, vergoething.
Gamales. Exponitur confabulati à fabula, quod
est

A est pactum nuptiale , significat affines , vulgo gemalen , conjuges : inde Gemalischen per conjuges conjuncti . Gamahales in manuscripto legum Langobardicarum .
 Gaphans . Gafandus . in manuscripto Gafand . Gaf-hand . manus donataria . Hæres , quia bæreditatis relatio per modum donationis peragebatur .
 Gasindium . Gesinde , familia . Inde Gasindii , domestici Regis .
 Gassaldus . Gastalde . Exponitur qui curtim gubernat . propriè , Positus , qui vicem gerat , Ga & Ge augmenta pro dialectis variant . Alii Ca pro eodem ponunt unde Castaldus .
 Gildonia . Sodalitas , adunatio . Gilden . ab arca commune .
 Gillonarii . poculorum ministri . Gillo poculum .
 Gifiles . testes . Item obsides : sed propriè Sodales .
 Gravio . comes , frue judex , unde Diic-gravii aggerum judices , Landgravii , terrarum , &c.
 Giufa . Guipha . Wiffa . Signum ex panno . Wippe . Unde verbum Guifare , insigne proprietatis apponere .
 Harniscara . Harnis-care : Armorum ruptura : Gallis rotture , & inde mulcta , que ea ignorantia redimitur . Scaren abscindere . Vide infra Obscariones , & Scariones . Ab eadem origine Lidscarti , membris scisso . Orscarti auris scisso , verbalia in ti .
 Heribanum . Her-ban . Castrense editum , quoad exercitum homines vocantur , & inde mulcta in emansores .
 Heriliz Herisliz . Her-liz . exercitus desertio in Glōsis exponitur armorum depositio , item absque licentia Principis ab hoste (id est exercitu , Gallicè host) reverti .
 Impans . In-pand . oppignoratus , id est servus Regi traditus sub fiducia , ut cum manumittat .
 Intopa invasio à Top , vel Zup Germanico . Manet apud Langobardos , in Glossario Herizup .
 Laiscum . Cerrus arbor . In manuscripto , Lahi-sclo .
 Lama piscina . Lada posterioribus . Pau'us Langobardus in Festi compendio lacunam sue gentis non Romana voce lamam interpretatur .
 Largica coxa supra geniculum , à largitate .
 Launchild . In manuscripto Launigild . Loongild . Pecunia in pretium data . Donations solenniter fieri in jure debebant . Si quis privatim facere vult in duebat , & venditionis speciem , vel veram , vel dicis causa ; ut Sestertio nummo , sicut Romani loquebantur , rem addicerent , id est Launechild . Inde est quod Glōssæ Launechild exponunt , sine solennitate .
 Leudum , Leudis . compositio , proprie , que pro homine leude datur . Species Widrigildi .
 Lidelaip . Lido-laip . in manuscripto Lidinlaib . in derelictionem vitae , donatio mortis causa .
 Mallum . placitum generale , id est conventus totius Regionis : unde , Mael-stede .
 Mannire . Manen . citare , nomen à luna nova , aut plena , que tempora rebus agendis captabant Ger nani , Tacito teste .
 Marchio . contra tē uti pleraque in O. Marck-Graef , limitis judex . Mar-hais , strator , qui equis imperat , ita meliores codices , pro Mar-pahis Maruvorphin . Meruvorphin . Maruvorung . dc equo dejectio .
 Masca . ven fia , saga . Manet vox Langobar-

Tom. I.

B dis in Italia , propriè est larva .
 Methium . Methe . Mede . Sponsalitia largitas , & generaliter quævis merces . In manuscripto : Metfio , dotali pecunia .
 Morgengap . Morgen-gaf . Matutinum donum , quod post primam noctem novæ nuptie datur ἀνακούττηπα θείρηπα . Hin matrimonium ad Morgengabicanum , minus justum : ma'è ad morganaticam in Feudis .
 Morioc . Mor-joc . major junctura . Brachii pars supra cubitum . Mor , pro comparativo pa'sim . Joc , jugum , in dictionario scribitur Jokhe .
 Morth . mord . murd . cædes latrocinalis . Latinis sequioris avi mordrum , murdrum .
 Mund . mundium . potestas ab ore ; quod qui eam habret , pro alio in jure loqueretur , inde Munt-here qui tali potestate est prædictus : item Mund-uald .
 Mundeburd , Mundbyrd . Mundboran . Unde vulgare Mamburn , ad potestatem obtinendam natus .
 Obscariones . Carrerum custodes , iidemque carnaçices , qui & Scariones à Scaren , & obscarren : quod est abscindere . Ovescariones in manuscriptis .
 Ploum . Vomer cum rotis : Plinio Gallica voce com'osta , plam mo-rati , ploug , vulgo , vomer .
C Pluslaib . Plus-laib . Despoliatio corporis . Plus-sen alia dia'eelo Blooren , vide Blutare . in manuscripto pro plus-laib est plodraub foliatio ad nudum .
 Rapworfin , in manuscripto legum Langobardicarum Graef-roving : Seultura despoliatio .
 Sajo . propriè Explorator , minister publicus , qui merces explorat , quo'd Sajen Belge , & Saxones ; Franci eslayer vocant . Significatio more latius fluxit .
 Sala . domus , bodie aula domus .
 Scabinus , Scabineus . Scepeno . Verum nomen Escepen , el'etus , à scepen eligere . Eschevin Gillis , alibi gesuvoren , & eleus . Sunt ad seffores ex quorum sententiis judex pronunciat , non promiscuè , ut in civitatibus magis populibus , sed ad hoc à Principe consenju universitatis electi . Vide Capitulare .
 Scacchum . Schaecken . Rapina : unde & ludo trunclorum nomen , quod à Germanis ad Grecos , & Persas usque pervenit .
 Scamera . explorator , à Scemer tercbris .
 Scariones , vide Obscariones .
 Scematio . Schenden , corruptio .
 Scala . patera . Facta olim quidem ex calva interfecti hominis : (quæ Schele , hooft-schele) postea ex alia materia ad illius modum .
 Schilpor . Schilt-forer . Scutiger .
 Sculd-Hais . debiti praefectus . qui non de capite sed de pecunia judicat , manente in hunc diem nomine , variè corrupto . Scultheizo , Sculdasius , Scultes , Scultet , Scoutet , Scout .
 Sculta à latino auscultare . hoc est in manuscripto : male in editis Sculca . vocem esse latinam etiam Theo:hylactus notat . Exponunt Glōssæ vigiliam , & Calalcatam . Græci διαφορα , Βιγλα .
 Selpmundio . Selp-mund . Sue potestatis arbitrium , in manuscripto legis Langobardi & .
 Snaida : in manuscripto corruptè Sinaida . Sciijo in Sylva , Latinè collatio . Glōssæ via . Galli effartum , id est exertum vocant .
 Soga . Glōssæ bene , funis . Sogen trahere . Inde

*in dictionario : Protrahendo furzechanto .
Sonopair . Gallicum Sans-pair . Verres omnium
verriam victor .
Spata . ensis , latus scilicet , à similitudine lagonis .
Stallarium . Stalle . stabulam . Salicetum glossæ
exponunt .
Stolizaz . Stoli-zaz . Solii inseffor , nomine Regis
scilicet . Missum recis interpretantur leges .
Strava , straba , straffe , uscio . Exsimie dicitur de
inferius ex captiuis hostibus .
Sunnis . Suimnis . Impedimentum , mora . Cor-
ruptè scribitur Sunnis , Sonnis , Sunnia , un-
de , exsoniare , moram purgare .*

*Theclatura . Teecken . Signatura .
Thinx . Solennis donatio , sive potius in Jure
cessio à Thingen quod est judicare , aut rem in
judicio peragere . unde Thinxdagh , dies dic-
tus judicii . Hinc thingare in jure emanipa-
re . Hastingum , domus judicij Thanganare , in
Glossis , judicium petere . Thinc , Saxonibus
esse concilium testatur Adamus Bremensis .
Threus . dicitur de eo qui ex filio naturali natus ,
quasi Thres , Tertias : communerata ipsa femi-
na in qua fuit culpa .
Tremum . Trimme . Redimitum , etiam nunc
Saxonice . Sic dicta in legibus pars brachii infra
cubitum , quod armillis ornari soleret .
Trottingi Trostinge . Solatia . Ita dicti Ludiones
quod luctum pellant .
Trustis . Toe-rust . Expeditio .
Tyuphadi . Tyf-faden . furum captiores . Latran-
culatores : nomen minoris magistratus . Ghiulda ,
T'riob . furtum .*

*Wad . Latino-barbaris Vadium . wedde , pignus .
Unde Francis Gage .
Wadiare . gager . pignus dare , obligare .
Walapauz . Wala-pauz . Externus , sive falsus
ornatus . Waal , peregrinus , & inde pro falso ,*

*A ut in annalibus , Francicis Walamer falsus
principis . Pauzen , ornare .
Valvafores . Waldfester , nemoris custos . Ea si-
gnificatione hanc vocem reperies semper in tabu-
lis quas Romanas vocant .
Warend . Waer-Aand . verum faciens manus , idest
qui auctoritatem præstat . Warantus , Francis
guarand .
Wardin . Waring custodia . Vide Guardingi .
Warengang . qui errando ambulat . Warren ,
oberrare .
Vassi . Vasten firmi minus quam Drudi in bene-
ficiis , etiam fidejussores sic dicti , quod alienam
obligationem confirmant . Alii scriberent Festen .
Faltermannes , fidejussores ab eadem origina-
Saxonibus .
Vecoria . Wec-weren . via , wec . Ita scribitur
in dictionario : marc wegh , leges vecorin ex-
ponunt , viam antestare , in manuscripto Wer-
vorin , sed scribendum Wec-worin . Saxonibus
hoc dicitur Faristel .
Vestire , non Latino significatu , sed Germanico ,
festen confirmare : idest jus alicuius solemniter
affirmare , ut sine vito possessionem adipisci
possit .
Widerboren . Wider-borene . renata : idest so-
lemnii modo manumissa , ita ut nullum servitatis
vestigium maneat .
Widrigilt . Weregilt , Weregil . contracte were:
& Saxonibus Withe . Weder-gelt retributio ,
pretium damni dati . Compositio , more veteri
Germanorum . de quo Tacitus . Pars multæ
regi , vel civitati : pars ipsi qui vindicatur ,
vel propinquus ejus exsolvitur . Hoc est , Wi-
drigilt : illud . freda .
Wifa . Wiffa . Wip . vide Guipha . Scribitur , &
Hiupha .
Zarna . adunatio . Corruptè Zana , aut Zacia .
Glossæ bene interpretantur Rottæ . Hinc Leud-
famium , Subditorum congregatio , in formalis .*

INDEX

INDEX

PROPRIORUM NOMINUM

GOTHICORUM, VANDALICORUM,
LANGOBARDICORUM.

A Chiulf. Agi-hulf. *Sibi auxiliator.* In vocabulario Alemannico : Eginolfus. Agen proprius. Inde Agenhine, vel Agenhime, domesticus. Adaloaldus. Adal-wald. Nobilitate pollens. Idem contractè, ut monet Paulus, Ado. Adelgicus. Adal-gis. Nobilitate fortius. Servius. viros fortes Galli gesos vocant, in vocabulario Alemannico : Adalgis. Æstii Tacito, Æsti *Cassiodoro*, Aisti, Haisti aliis : terra Estonia : Bremensi Estland. Populi Orientales, terra Orientalis, Svedia respectu scilicet, ab eadem vocis origine Wandalii Aistini, Dioni : Aistdingi, Jornandi. Agatha, Haug-ahth. Sublimiter estimatus. Agila. Agil, Jornandi. A-geld, liber, immunis, non solvens. Eigel in vocabulario Alemannico, & Hegilo. Agilmundus. Agel-mund. Egel-mund. in vocabulario Alemannico liberum os. Agilulf. Agel-hulf : Liber auxiliator. Idem contractè Ago, Paulo monente. Sic Thietmarus idem & Timmo, apud Adamum Bremensem; multaque infra similia. Hachburtus idem, & Hacho in Historia Svedica, quod alii pronunciant Hugbertus, & Hugo. Sic Ingemarus Ingo. Sic Sigfridus, Sicco, Theodericus, Theodo, unde Theodonis, villa Germanicæ Ditrichshove. In vocabulario Alemannico Egil-olf.

Ahifulfus. Haift-hulf. Cler auxiliator. In Alemannico vocabulario : Haift-olf.

Aii, insulanus. Ai, Ei, Insula ab ovi similitudine.

Alachis, Algis, omnino fortis.

Alanowamuthis. Alan-wal-muth. Erga Alanos optimè affectus. Gothus erat apud Alanos educatus.

Alarichus, Al-rych. omnibus rebus pollens. In vocabulario Alemannico, Alarich, & Alaricus.

Alatheus. Al-athe-vvis, in omni juramento fidelis.

Albos. Albisch. Alpisch. Montanus. In vocabulario Alemannico, Albi, & Alpinus.

Alboin. Al-bewin, omnia regens.

Albilas. Albilas. Montium derelictor. in vocabulario Alemannico, Albolus.

Aligernus. Al-gern. omnium amans. Pamphilus in voc. Alm. Alker., & Alcarius.

Alpsuinda. Femininum in voc. Alem. Alfsuind. Halschunne, media forma.

Alfi. Al-sie, cuncta videns.

Amali, cælestes. Familiae Gothicæ nomen. Amal. in voc. Alem. unde Amalrac, Amalis, Amal-thruh. & alia.

Amalafridus. Misculinus. Amal-fride. Celestis pax, in voc. Alem. Amalfrid. Amulfrid.

Amalafrida. Fem. idem.

Amalefuenta. Fem. Jornandi. Gracis & ualvista & Marcellino in Chronico Amalafuentha.

Amal-schuente cælestis forma. Amalafuentha, Cassiodoro : Amalafuentha aliis minus recte.

A Amaloberga. Fæmin. Arial-berge. Cæli hospita, in voc. Alem. Amulberg.

Amalarichus. Amal-rych, in Celo pollens, in voc. Alem. Amalrih. Amalrich. Amalricus.

Amalongus. Ameling. Celo ortus, in vocab. Alem. Amelongus, & Amelin-ling. terminatio plerunque originem notat.

Ambri. In voc. Alem. Ambicho. Ambt-reich. Ministeriis pollens.

Ammatas. Ambt-hais. Ministeriis imperans.

Amo. Idem contractè, ut surra alia.

Andagis. Hand-gis, manu fortis.

Andala. Handala, manu partiens.

Antfrid. Ans-frid. in voc. Alem. Ansfrid, & Ansfredus. Gratiola pax. Ans, vel Anst gratia in novo testamento, & dictionario : unde Ansericus Anstgisus, & alia.

Ansila. Ans-ile. Ad gratiam festinans. Festinatione, ilunge, in dict., & manet in usu Ille festinare.

Ansprandus. Ans-brand, gratia fervens.

Ansul. Ans-huld. Gratia fidelis.

Aordus Auward *Campi custos*.

Aoricus. Au-rych. Campi pollens.

Appa, in vocab. Apa, & Appo. Apertus.

Apen, dicunt, pro quo alii open. inde apennis, relata in publicum, in formulis.

Araricus. Araryc quod alias Erych, ut solent illæ vocales commutari. Honore foliis, Erih, & Erih in voc. Germ. Ericus alias. Saxones Ara retinuere honoris significatu. Nec minus Dani, unde Arnfasti nom. apud Saxonem Sialandicum, quod alia pronunciarent Ernsfast, & contractè Ernst.

Ardaburis. Ard-buren indigena, in voc. Alem. Arbirn.

Ardaricus. Ard-reich Terrarum pollens.

Argaid. Argaithus. Arg-hait. Igniviam exodus.

Arioaldus. Ar-walt. Honoris tenax, in voc. Alem.

Arialdus. contractè Ario, in voc.

Argis. alias Arichis. Argis. honore fortis.

Aripertus, Ar-preth honoris copiosus.

Ariulf. Are-ulph honoris auxiliator. in voc. Al. Arolf.

Aroodus. Ar-oud honoris vetus.

Arnulfus. Aren-ulph. idem quod Ariulf; sed à pluri. Honoris auxiliator.

Asbadus. Heist-bode : celer nuncius.

Ascalervus. Ascal-erf. navium possessio. Ex eadem origine. Askirih. in voc. Al. idem Eske-rich, & Asulf. vox diu mansit apud Saxones, quibus Ascomanni sunt pirate, teste Adamo Bremenii.

Ascalrhamus. Aschal-rham. Navibus gloriofus.

Asdingi. Haift-dingen. Celer in judicio publico. Sic Theodinc. & similia.

Aspar. Haift-spar. citò comparcens.

Assi. Haift-ric. Celer ad videndum.

Athulfus. alias Athaulfus, & Athiulfus: Atha-ulf. juratus auxiliator.

Athalarichus. alias Atalarichus, & Athalaricus.

Athalriich nobilitate pollens. Contractè Atalo.

in voc. Athal. nobilis.
A Athanaricus. *aliis* Atanaricus. Aten-riic. *com-*
commeatibus pollens. contractè Ato in voc.
A Athanagildus. *aliis* Atanagildus. Aten-gild :
commatus tribuens.
A Atto. *contractum ex aliquo precedentium ut supra*
alia.
A Audovin. *Græcis audiv.* *aliis* Audoin. Aud-vin.
vetus vincendi. in voc. Al. Autoin : Aut-vin.
A Aufusus Auf-haus. *patentis domus, est & in voc.*
Alem.
A Augis. Aud-gis *vetus fortitudinis.*
A Aurora. Fæm. Au-rna *campestris fœmina. Runa*
fœmina ; unde Friderum in voc.
A Autarich, *ut babet Abbas Biclarensis Gotbus,*
aliis Aut-rich, ab antiquo potens. Al. Autha-
ris.

B Balthi. *familia Gothicæ nomen. Audaces rectè*
interpretatur Fornandes, & Otto Frisingensis.
B Baodolinus. Baud-lins. *Audax & mitis.*
B Baza. *idem quod Bassa, Bassus, Bassing. Baas.*
custos.
B Berig. *idem quod Berg. Receptus. in voc. Alem.*
Bericho.
B Bertaridus. Breht-reid. *Late equitans. Berd,*
Brehd, Breed, idem sunt. Reita, equitatus in
legibus.
B Berto. *idem contractum ex precedente.*
B Berimundus. Ware-mund. *B. pro W. posito,*
ut sæpe Latinis scriptoribus, veracis oris.
B Beza. *idem quod Baza.*
B Bledas frugifer. Blada & Blade *nunc ferme fo-*
lium, sed olim frugem significabat, ut appa-
ret ex libris Saxonici, & Sermone Francorum.

C Caco *contractum ex Caganhart, ut in voc. Al.*
aut Cakan-hart Libo simile cor, idest dulce.
C Chindasuvinthus, Chindasuvindus. Chindasuvin-
th. Liberis potens.
C Chintila. Plenius Chintilanus : *sicut in Historiis*
Hispaniis. idem Froyla, & Froylanus.
C Chint-lands: *filius regionis. Chind, quod nunc*
Kind, infans. Est & alibi, & in dictionario
Aleman. ut Chela, Keel, Chiñsi, Kinne. &
similia proprissim. Chintilo in voc. Alem.
C Claffo *contractum ex Claf-maer, Resonantis fa-*
mæ. Idem alibi Cleph.
C Cnivida. Cniif-da. *cultro efficax. Cniva contra-*
etè.
C Cucus. *idem quod Caco: mutatis vocalibus.*
C Coriberga. Fæm. *Coning-berge. Regum hospita.*
C Corvulus. *in voc. Al. & sic, & expressius Ker-*
volch. Promtus sequi. Ker & Ger promiscuè
ponuntur; ut Kisal, Gisal &c. Cod pro God.
C Crocus. Krook quassator.
C Cunibertus. Cun-breet. *Animi abundans. in-*
voc. Al. Chunibert: Cunipertus.
C Cunimundus. Cun-mund. *Animosus oris.*

D Diethmarus. Dieth-maar. *Per populos famosus.*
Idem est Diet, Deot, Theod, Theot, Thiet,
Theud, quæ vocalibus, & literis cognatis mu-
tantur.
D Droctulf. Drucht-ulf. *Fidelis auxiliator. Druch,*
& Trud, Trouwe, fides. Truchtin dominus.
Sæpe occurrit in novo Testamento vetere Ger-
mano. Truchtin in Glossario, & nunc quoque
Suedis Reginz. Drot-ning: puto quod fides ei
data sit: ut qui fidem dederunt Drudos, Dru-
di, Druides. Scribitur hoc nomen in voc. Al.
Tructolf. Truholt. Thrutolf, contractè
Truto.

A Ebrimur, Græcis iβριμύρ. *Fornandi Eber-mor.*
Transmarinus, natus trans mare quale cogno-
men Regum quidam in Gallia ab educatione
habuit. Ebir quod nunc Over: unde Ebir-
muot. Ebiruvin, & alia in voc.
E Ediulf. *Idem quod Atha-ulf. aliis enim Atha,*
aliis Ede pronuntiabant.
E Egiga. Egi-gay. *Sua conjugi, scilicet contentus;*
unius uxoris, ut mos vetus Germania.
E Erarichus *idem quod Araricus, mutata vocali pro*
variate dialecti.
E Erelieva Fæm. Ere-lieve. *Honesti amans in voc.*
Alem. Erleve, Erlivi, Erlevi, Erlup, Er-
lieb.
E Ermanarichus. Erman-rych. *Militibus pollens.*
In voc. Al. Ermenih. Ermenicus, apud Am-
mianum. Ermenicus. Erman, Herman, Ari-
mani, Erimani, Ermini (tot enim modis scri-
*bitur) sunt Manipulares. *Johannes Abbas Go-*
thus in Chronico à fine Victoris Tumunensis,
habens secum gentes fortissimas, que Barba-
ro Sermone Herman nuncupantur. Her exer-
citus Man vir. Nec aliunde Arminio nomen,
& statu Irmanus dictæ.
E Erminigildus. Erman-gild. *Militibus tribuens.*
E Erwigius. Er-wig. *Honoris refugium. Wig. &*
Wic. in voc. Alem. promiscuè ponuntur.
C Evarix, alias Evaricus. Ewa-riich. *Legibus pol-*
lens. In Glossis Lex Ewa. Sic in Cantico Con-
ticorum vetere Germanico, & in Evangelii:
Et passim in legibus Saxonici, aliisque Eoricus.
Sic scribitur Ennadio in vita Epiphani.
E Ethespamara. Puto Ethos-pawara. *Juramenti*
custos.
E Evages. Ewages. *pro lege fortis.*
E Evin aliter Evi. *utrumque est in vocab. Alem.*
Aequus.
E Euricus. Ew-rych. *lege pollens.*
E Eutharicus. Euther-rich. Either-reich. *gleba*
pollens.
D Faroald. Faraldus, & Faroaldus, *in voc. Fa-*
r-uald. familia potens. Fara familia, frue-
generatio, Paulo interprete. Faro idem con-
tractè.
D Fastida. Fasti-da, constans factis, *Ex eadem*
origine femininum nomen Fastirada.
D Ferdulfus. Ferd-ulf. *longè auxilium ferens.*
D Filimer, *in voc. Al.* Filemarus. Filimarus.
File-mer. Multorum Princeps, Mer Princeps
Gregorio Turonensi, & aliis.
D Finni. Fenni. Finnō. Inopes. *Vetusissimi*
populi nomen etiam nunc manens. Tacitus:
Fenni foeda paupertas.
D Frea libera. *Deæ nomen apud veteres Germanos,*
quæ matrimoniis praerat per quæ virgines è ma-
nu parentum liberabantur.
D Fredigerna. Fridigernus. Frid-gern. *pacis*
amans, in voc. Alem. Friduger.
D Fridericus. Fredericus. Frigidaricus. Frid-
riich. pace pollens.
E Godaricus. Gader-reich. *Advenis pollens.* Ga-
der peregrinus etiam nunc Anglo-Saxonibus.
Malè alibi Gandaricus.
E Gaidoaldus. Gaide-uald. *Conjugi imperans.*
E Gaidul. Gaid-ulf. *Conjugi auxiliator.*
E Gailaf. Gai-lof. à conjugе laudatus.
E Gambara. Fæm. *Ganc-baere, citò pariens.*
E Gapt. dator.
E Geberich. Gebe-rich. *dando pollens.*
E Geiferichus. Gaisericus. Gizerichus. Géfa-
ricus. Geif-reich. viris fortibus pollens.
E Gelilaris Geld-uvilar. *Pecuniam expectans.*
*Geli-**

A	Gelimer . aliis Gelsmer . Gilimer . Geld-mer . pecuniosus Princeps . Genzo . contractum ex Genz-reich . Planè pollens . Gepidas Gracis γέραδες , Gepait cunctati , pigros interpretatur Procopius , & Fornandes , nomen gentis è Scandinavia . Geselicus . Giselichus . Gessellich , socialis . Gibal . Gib-al . dans omnia . Gibamundus . Gave-mond . purum os . Gifa . in voc. Al. Giso . Gizo contractum ex Gisalbrent , vide mox . Giselberga . Fœm. Gisel-berga . comitum hospita . Germani Principes suos habebant comites , ut Tacitus docet , ii Germanis dicti Gisal . Gisel . Gesel : unde corruptè Vassalli . Giselbertus . Gisel-breth . comitum copiosus in vocabul. Aleman. Gisalbert . Gisalbret . Gisalbreht . Giselbertus . Giselricus . Gesel-reych . comitibus pollens . Gisulfus . Giesulf . comitum adjutor . Goar . Goa-ar . Regionis honor . Goda . bonus . Guda apud Cassiodorum . Godaricus . Goede-rich . bonis pollens . Godebertus . Goede-breht . bonorum copiosus . In voc. Al. Gotabraht . Gotapreht . Godigiselus . Goed-gesel . bonus comes , id est Principi suo fidus . Godescalcus . Gode-scalcus . Dei servus . Nam Deum non aliter , quam bonum nominare mos erat Germanis . Schalck servus in novo testamento sepe , hinc Marschalk , & alia . Gontharis . Idacio Gundericus . Gontha-rich . Benevolentia pollens . Simile Theuderichus , Theuderis : ex duplice scribendi modo Rich , & Rih . Gothi , Gracis γόθοι . Ptolemao γόθων , Finnis proximi . Plinio , Saxonii , aliis Guttones , Gothones Tacito adjecta scili et plurali terminazione , sicut idem sunt Franci , & Francomes . Frisi , Frisones , sive Fresones , Gutten , Guten , Goten , id est boni , id nomen à vicinis accepere ob hospitalitatem , ut à contrariis moribus suum Quadi . Gottheus . Got-hais : Gotbis imperans . Gothianzia . Gotte-schans . Gotthorum castellum . Loci nomen apud Fornandem . Grasulfus . Gros-hulf . Grande auxilium est , & in voc. Alem . Grimoaldus . Grim-wald . iræ potens . Est , & in voc. Al. & alibi . Gudehoc . Gude-hoc . Bonum latibulum . Gundamundus . Gund-mund . Benivolum os . Gundbertus . Gund-breht . Benevolentia abundans voc. Alem . Guntpraht : Gundebertus . Gundpertus . Gundemarus . Benevolentia celebratus . Gundualdus . Benevolentia potens . Gundberga . Benevolia hospita . Gundulf . Benevolus adjutor . Guningi . Benevoli , familia nomen . Guntabundus . Gunt-bund . Benevolus in fæderibus . Gunthericus . Gundericus . Gund-rych , idem quod Gontharis . Benevolentia pollens in vocab. Alem . Gunderich . Gunthigis . Gunth-gis . Benevolus , & fortis . Guntruda . Fœm. Gun-trude . Benevolia , & fida . Guodan . Wodan . Woeden . Ferus . Dei nomen apud Germanos , cui humanis hostiis litabatur . Haistan furor in Manuscripto legum Langobardicarum .	Hamala , idem quod Amalus . Hardericus , idem quod Ardaricus . Herthum terra Germanis , ut scribit Tacitus . Helderich . Hilderich . Hilderichus . Viris exercitus pollens . Helmichis . Helm-gis . Galea fortis . Herduvich Aerd-wyck . Terra refugium . Hermenrich . Herman-ryck . militibus pollens . Idem planè , quod Ermanarichus supra . Herminigildus . idem quod Erminigildus . Herferme . Harfe-mer . Equorum princeps . Hibba . Habens . Hildechis . Hilde-gis . Eximie fortis . Hilderichus . Hilderis . Idem quo i Helderich . Hildeprandus . Eximiè servens . Hildibrand , in voc. Al . Hildibaldus . alias . Ildibaldus . Hilde-bald . eximie audax . Himmerit . Him-reit . domesticum equitatum habens . Reita equitatus in lege Bvara . Hoberos . Curas ruptura exponitur in manuscripto legum Langobardicarum Hoberis . Hunilas . alias Lenilas . Hunne-las . ab Hunnis liberatus . Hunimundus . Centurie os , sive præfitus . Centuria . Hundreda , & contracte Hun , unde & Hunni à Germanis dicti . Hinc Humbert . Humfrid . & alia . Hunulfus . Hun-ulf . Centuriis auxiliator . In voc. Alem . Hunolf . Hunerichus . Hunnericus . Hundricus . corruptè Honorichus . Hun-rych . centuriis pollens , in vocab. Aleman . Hurich .
B		Ibor . in voc. Al. Ibunc . Idaburg . In voc. Al. Idaburch . Familia munimentum . Ida , Hida . Beda interprete , familia . Unde Hidenen , qui in familias scarsi vivunt , non in populum collecti . Sumitur , & pro fundo . Burg , quod & Burc , & Buruc scribitur , unde Burgundiones , Burg-woners , munimentum , Ca ellum . Similis sensus in voc. Alem . Hehtolff . & alia scri tione , Jerad . Ildibaldus , vid. Hildibaldus , corruptè Ildibadus . Ildibold . in voc. Alem . Ildiges . idem quod Hildechis . Indigefelus . Indigefilus . Inde-gisal , ultimus comitum . Indulf . Ind-ulf . ultimum auxilium . Ifarna . Isar-na , ferro propinquus . Ita . Portus . Aith Saxonibus . in voc. Alem . Ito .
C		Ibor . in voc. Al. Ibunc . Idaburg . In voc. Al. Idaburch . Familia munimentum . Ida , Hida . Beda interprete , familia . Unde Hidenen , qui in familias scarsi vivunt , non in populum collecti . Sumitur , & pro fundo . Burg , quod & Burc , & Buruc scribitur , unde Burgundiones , Burg-woners , munimentum , Ca ellum . Similis sensus in voc. Alem . Hehtolff . & alia scri tione , Jerad . Ildibaldus , vid. Hildibaldus , corruptè Ildibadus . Ildibold . in voc. Alem . Ildiges . idem quod Hildechis . Indigefelus . Indigefilus . Inde-gisal , ultimus comitum . Indulf . Ind-ulf . ultimum auxilium . Ifarna . Isar-na , ferro propinquus . Ita . Portus . Aith Saxonibus . in voc. Alem . Ito .
D		Ildibaldus , vid. Hildibaldus , corruptè Ildibadus . Ildibold . in voc. Alem . Ildiges . idem quod Hildechis . Indigefelus . Indigefilus . Inde-gisal , ultimus comitum . Indulf . Ind-ulf . ultimum auxilium . Ifarna . Isar-na , ferro propinquus . Ita . Portus . Aith Saxonibus . in voc. Alem . Ito .
E		Ildibaldus , vid. Hildibaldus , corruptè Ildibadus . Ildibold . in voc. Alem . Ildiges . idem quod Hildechis . Indigefelus . Indigefilus . Inde-gisal , ultimus comitum . Indulf . Ind-ulf . ultimum auxilium . Ifarna . Isar-na , ferro propinquus . Ita . Portus . Aith Saxonibus . in voc. Alem . Ito .
		Lamissio . Lamis-sohn . Piscine filius . Lama piscina , vide Paulum . Langobardi . Lang-barden . Longis barbis . Sic Paulus , Longobardus ipse , interpretatur . Lappi . Loppi . Lupiones , in Tabula Peutingeriana . Cursores . Gens est cursu valida . Leuderis . Leuderichus . Liderichus . Liuterich in voc. Alem . Leud-rych . Subditis pollens . Leupichis . Liup-gis . Amore fortis . Liup amor . hinc Liup-man , & alia in voc. Germ . Liutpertus . Liut-preht , vel Liutbreht , nam utrumque id m est , subditis copiosus , in voc. Al . Liutpert . Liutpret . Liutperth . Liudepertus . Liutpertus . Liutpertus . Liut-prandus . Liut-prand . Subditos accendens . in voc. Alem . Liut-prand . Liwa . Leo . Liwigildus . Lewigildus . Leovigildus . Leonipar . Lupus . Lup . alias Loef . quies est , & in voc. Al . Hinc Lupfrid . Lupuvald . in eodem voc . Marcias . Mar-kies , equorum dilector . Maf-

Massana. Fæm. Massa-na. Modo congruens. Massa, & Mate, idem: dialecti diff. runt: ut Waffer, Water, & mille alia.
 Mathafuenta. Fæm. Jornandi, aliisq; Mathesuenta. Mate-schuente. Mediocris pulcritudo.
 Maurisco. Maurisch. Niger.
 Miocas. Mick-hais. multis imperans. Mich.
 Megen. Muck. Saxonibus multi, hinc Megin-gol. Meginolf. & alia nomina in voc. Al.
 Minulf. Minn-ulf. Fæminis auxiliator. Aman, feminum, menne, unde Meerminne, maris femina: & nutrix, fæmina per excellentiam: & Minnen fæminarum amore tangi. Id enim propriè, & antiquitus significat.
 Mitola. Mot-las. Turba expers. Moth. cætus eti. m nunc AngloSaxonibus: & inde Schiregemotum. Burgemotum. Folkmotum.
 Morras. Mor-hais. Mauris imperans, natum in Africa nomen.
 Munitaurius. Mun-thaur. oris clausum.
 Oamer. Oam-mer. Cognatorum Princeps.
 Octaris. Oockt-hari. adactus dominus, Oocken, augere. in Glossario Alemanno: augeamus, auchomes. Hari. Har. Dominus.
 Ostrigothi. Gentis nomen. Oster-Gott-hen. Orientales Gotti. Et hinc fæmina nomen Ostro-gottha. Servat nomen pars Regni Suedici. Corruptè Austrogotthi, Vopisco.
 Ostrigotha. corruntè Austrogotha, & Austrigofa, sicut ex Oost-reich., imperio Orientali, tum apud Langobardos, tum apud Francos factum Austria, & Austrasia.
 Ovida. Ou-ida. Vetere familia. Oud. Old. Ald. veteris, sape in voc., & alibi, & manet in dialectis Germanicis.
 Paldus. id m quod Balthus, & Baldus. Audax. na n F. & B. ut D. & T. sive Th. permutteri in Germanico sermone frequentissimum. Pald. in vo. Al.
 Pemmo. melius in voc. Al. penno. Penn-hoh Vertice em. nens. Penne vertex. unde Penninus Jupiter. in Alpium vertice. Hoh. Hooch. Sublimis.
 Peredeo. Pered-eu. Latè patentis legis, est & in vo. Alem.
 Peret pro Preht. Saepè in vocab. Alem. ut Perethman. Perchterich, & similia.
 Peria. Perjag. Ursorum venator. Per pro urso in multis nominibus voc. Al. alii Ber dicunt.
 Pertarit. Perth-rith. Equo vectus.
 Perzamin. Pet-zamin. Leæti sociator. In dictionario leætulus Petum. Belgis Bed.
 Phuscia. Fus-ga. pedes. in voc. Al. Fussio.
 Pitza, Pro-oppio Pitzia, Ennodio Punctor. in voc. Al. Piezo: & Piso: & Piccius.
 Radagathus. Rad-gath. celer ire. Id è alibi Ratheait.
 Radoaldus. Rad-wald. celer & potens.
 Raginbertus. Ragin-breht. Puritatis copiosus. Ragin, & Regin, idem quod Rein purus. In voc. Al. Regimbert, Reginbreht, Reginpret, Rekinpreht, Reinbrehet, Reinbreth.
 Ragnares. Ragin-hare. Purus dominus. In voc. Al. Reginhere. Reginheri, Reinhere.
 Raligo. Ralig. Consilii patiens. Idem cum augmento Perahtlo in voc. Al.m.
 Ranigunda, pura benevolentia. In voc. Regnigund.
 Raptus. Raft, rapax.
 Raberga. Fæm. Rat-berga conciliū celans, in voc. Al. Ratbirg.
 Ratchis, alias Rat-gis. Consilio fortis. In voc.

A
 Al. Ratgis, & Ratkis, & Ratgicus.
 Raus. Rausch. Streperus.
 Recesuindus. Recesuindus. Reke-suind ultione potens. Suvind in novo testamento sape, potens. Inde Suvinthibold, & similia nomina Rehchan ulti in dictionario antiquo. Inde Rechinolf, in voc.
 Reccaredus. Recaredus. Ricaredus. Reke-rede. ulti cum ratione. Contractè Recco.
 Regericus. Regin-ryek, puritate pollens.
 Reginbertus. vide Reginbertus.
 Respa. Red-spa, loquens tardè.
 Rhodanas. Road-naft, quieti proximus. Road.
 Ruad. Rod, in nominibus Germanicis idem valent, & quietem significant.
 Richilanes. Rich-lands. Pollens terrarum.
 Ricimundus. Ryc-mund. Pollens ore, in voc. Al. Rihmund. Richmunt.
 Risiulfus. Reise-ulf, itineris auxiliator.
 Rodelinda. Fæm. Rode-linde, quies tranquilla, in voc. Al. Ruadlind. Ruoadlind. Ruodlind.
 Roderichus. P'sieix. Rode-rych, quiete pollens. Alibi, & in voc. Al. Rodericus, nomen etiamnum Hispanis ex Gotbico frequens.
 Rodoaldus. Rod-uald, quietis compos.
 Romoaldus. Romuvaldus. Rumoldus, & Ru-moaldus in vocabulario Rom-uald. vel Rum-uald. Famá potens.
 Rosimunda. Fæm. Roseum os.
 Rotemer. Rote-mer, quietis princeps. Ruad-mer. in voc. Alem.
 Rothar. Rothari. Rotharius. Rot-hari, quietis dominus, in voc. Al. man. Ruadhari, Ruadhere, Ruadheri, Ruodhere, Ruodhiri.
 Rotharic. Rotha-ryk quiete pollens, in voc. Alem. Ruadaric. Ruadrih. Ruadrih, idem quod Rodericus supra. Alibi Ruderichus.
 Rugelant. Terra nomen, que Rugia Latinis. Ruge-lant. birsuta terra.
 Rumetruda. Fæm. Rume-trud. celebrae fidei.
 Rumilda. Rumhilda. Famæ extima, in voc. Al. Ruomhilt. Rum-hilt.
 Safrais. Saft-rais. Placidè iter faciens. Ammiano Saphrax.
 D
 Sallanes. Sal-lands. Salus terræ. Sal Germanis Salus, unde Salach beatus; Salefrid, salutaris pax, & similia.
 Sandil. Sand-neil, mittens salutem, ut Sandolf mittens auxilium. In dictionario, Salus Heily, und Heilfrid, & similia nomina.
 Scanzia. Scandinavia. Schantze. Schantzenau. Castellorum terra, quod in excessu rupibus velut in Castellis habitarent. Vide Jornand.m.
 Scipuar Σχιπωρ. Scip-uvard. Navium custos.
 Scritofinni, ut habet Paulus: male Scritobini. Scrit-finnen. Salientes Finni, interprete Paulo. Schoringia insula. Scoring. Locus cretis ripis: ubi ablucio est.
 E
 Segericus. Sege-ryc. Victorius pollens. Alias Sigericus.
 Sefuvaldus. Sift-uald. Sedum potens.
 Sigibrandus. Sige brand. Victoria incensus, in voc. Al. Sigeprandus.
 Sigismundus. Sigef-mund. Vincens os, in voc. Al. Sigimunt. Tacito Sigimundus.
 Siguvald. Sig-uald, victoria compos, in voc. Al. leman. Sigoaldus, Siguvaldus.
 Silingi. Sulingen, populi nomen ad latus positi.
 Sinderich. Sind-rich. Sensu pollens. Sind, sensus, unde Sindarat, Sindpert, Sindinand, & alia in voc. Al.
 Sittones. Sitten. Sedentarii nomen oppositum vicinis Suetonibus, idest, laboriosis. Ejusdem no-

nominis, credo, & originis Sitini ad Vistulam
 Ptolomeo memorati, & Sidones inter bastar-
 nas Straboni. Sic & in voc. Alemam. nomen-
 viri Sito, quod alite Sizo scribitur.
Sisebutus. Sise-but. Firma præda. Sise, firmus,
 unde Saisir, Sessen.
Sisenandus. Sise-nand. constanter celebratus. Nand
 à nomine, ut Ferdinand, procul celebratus. Con-
 tractè Sizo in voc.
Sisfridus. Sise-frid. Firma pacis.
Stilicho. Sic in optimis libris, qui corruptius Sti-
 lico nobilissimus Romanorum dux, domo Vandala-
 tus. Stillick. modestus, in dict. Stile, Silen-
 tium. Inde stillolf. in voc. & stillimouor.
Suartus. Συαρτίας. Suwart-auser. A nigra ter-
 ra, loco natali: ut Suwartilah in vocabulario
 Alemam. nigro nemore. Suartau vetus oppidi
 nomen non longè Lubeca.
Subo. Sub-bold. Suavitir audax, in voc. Alem.
 Suavbold. Suabolt.
Suithones. Sueethones. Suvithen. Sudatores,
 Laboriosi. Suethans, & Suethidi apud Jornan-
 dem. Sueones corruptè apud Tacitum. Suedi,
 Adamo Bremensi. Sueti Saxoni, unde Suecia,
 & corruptè Suecia, & Sueci, sicut ex Dania
 Daciam fecere Suvitger, laboris amans, in vo-
 cab. Alem. Suividrich, labore pollens.
Suinthila. Suvintila. Suvint-las, potentia exutus.
Sunericus. Sune-ryc. Concordia pollens. Sunen
 pacificare in confessionis formula Gisuonthai,
 conciliavi. Contractè Suno in voc.
Taso. Tato. Tazo apud Paulum. Trazo apud
 Procopium in voc. Al. Tasso, Tatto. coacer-
 vator.
Taunafis. Taun-hais. Collibus imperans. Taun.
 Tun. Dun. collis, & inde Thon. oppidum An-
 glo-Saxonibus, quod pleraque in collibus sita-
 erant.
Teja. Tuias. Tei. lentus.
Tetraxitæ. Tetraug sitten. Sub induciis sedentes,
 quo: nomen græca voce ιχνεύς reddidit, ad-
 ditque Scylaci, ut multa alia, exscriptor ali-
 quis. Gotbica gens quietis amans ad Pontum
 Euxinum. Sic dicti ab Uturgaris. Vide Pro o-
 pium Gotbicum quarto.
Theodemir. Theode-mer. Populorum Princeps.
 De utraque voce, unde bæc composita est, di-
 etum supra.
Theudas. Theud-hais. Populis imperans.
Theudatus. Theudatus. Theodahadus. Theo-
 dahatus, Theodatus, Theud-aht, vel Theod-
 aht: populus estimatus. Aht, & Acht,
 idem.
Theudelapius. Theodelappo. Theud-tolapo,
 ad populum oculrens.
Theudelinda. Fæm. Theude-linda Populis mol-
 lis.
Theudenanta. Fæm. Theude-nanta, p.r populos
 celebrata, vox posterior, & in Gudinandi, apud
 Caffiodorum, & in Ferdinandi nominibus appa-
 ret.
Theuderada. Fæm. Theude-rada. Populo consu-
 lens.
Theuderedus. Theudoridus. Theud-ered. Po-
 pulis honoratus.
Theuderichus. Theude-rych. Populis pollens.
 Sic scribunt Græci Θεοδίκης. Latinis Theo-
 doricus, Theoderichus, Thiodericus, Theu-
 dericus. Ex quo factum Theudoris apud Sidon-
 ium, in voc. Al. his modis, Theoterih, Theo-
 tirih, Thiotirih, Thiotirihe, Thiorich, Tie-
 terich, Tieterihe, Tehtrich. Contractè Theu-
 do, sive Theodo, ut apud Caffiodorum. Et sic
 Tom. I.

A Gregorio Turonensi dicitur Theudericus primus
 Wiggothorum Rex.
 Theudichusa. Theud-chifa. Populos eligens.
 Theudigisilus. Theud-gisil. Populorum comes,
 alias Thodigisilus, & corruptè Theudisclus.
 Theudigottha. Theudi-gortha. Fæm. populo ba-
 na. Scribitur & Theudicoda, g in c mutato,
 ut sape in eadem boni voce in voc. Al.
 Theudis. Thiodis. Theudisch. popularis.
 Thurus. ferox.
 Torisin. Thorisin. Thorisendus. Thorisind.
 Ferax sensu, id enim olim vox Thor significabat,
 quod nunc pro stolic sumitur.
Torismund. Thorismund. Turismundus. Tho-
 ritmund. Ferox ore.
Torismodus. Thurismodus. Turismodus. Tho-
 ris-mod. Ferox animo.
 Todatius, idem quod Theudas.
 Toto, contractum ex Totilas. Variè scribitur in
 voc. Al. Totto, Tuto, Tuato, Tuoto, Todo.
Totilas. in voc. Al. Totila. Toutilo. Tot-las.
 morte liber. A banisius.
Trasamnundus. Trasemundus. Trost-mund.
 conjolans os. Drasamunt in voc. Al. & Thra-
 samunt, contractè Thruso. Thriuso ibidem.
Triarius. Tri-har. Trium dominus.
Tuica. interpris, Alibi Isulca.
Turicus. Turic. durabilis.
Tzazo. vide Taso.
C Walamer. Scribendum Germanicæ, Wal-ah-mer.
 bene estimatus. Princeps, ut Walach, in voc.
 Nam Walemir est Princeps externus, sive fal-
 sus.
 Wachilapus. Wachi-lap, via cursor.
 Wacho, idem contractè.
Vaaces. Vacis. Græcis Οὐάκης. Waack-hais.
 Excubitoribus imperans. Latini v. tustiores W.
 Germanicum per V exprimunt: ut Vahalis,
 Waal: post riures notam propriam fecere,
 Wahal, Winidæ.
Vacimus. Græcis Οὐάκημος Waak-him. Excu-
 bans domi.
Vaccarus. Græcis Οὐάκηπος Waker. Vigil. in voc.
 Wachar.
D Waladamarca. Wal-da-marca, bene faciens ter-
 ritorio.
Valdarus. Græcis Οὐάλδαρος, aliis, Waltari,
 vulgo Walterus. Wald-har. Nemoris dominus,
 in voc. Al. Wald-here. Waldheri. Contractè
 Waldo.
 Waleramus, corruptè alibi, Valeravaris, alibi
 Valeranus Waleram. Bene celebatus.
Walderada. Fæm. Wal-rade. bene consulens, in
 voc. Al. Walerat, & soni mitioris causa Wal-
 drada.
Wallia. Wal-lia. bene patiens. Scribitur & Val-
 lia.
Wamba. Ventrosus.
Wandali. Vulgo Vandali Græcè Βανδάροι, Proco-
 pio Zonaræ Οὐανδάροι Obambulatores. Caffiodoro
 Wandalii.
Wandalarius. Wandal-hari. Wandlorum do-
 minus. Alibi corruptè Wandalaricus.
Warnecautius, in voc. Al. Warnegausus. War-
 ne-gaut. Custos auri. Unde, & Gausoaldus,
 & Gausuvinus. In voc. Al.
Warnefridus. Warne-frid. Custos pacis.
Varus. Waar. Verax.
Wectari. Wect-hari. Vigiliae dominus. Wacta
 alias, Wach-ta in Capitulari, Ofrido, & alibi.
Vedacus. Ve-dack. p. curiam tegens. Vec olim
 pecus, postea res omnis mobilis, ut Latinis pecus.
 Feh. Saxonibus, & Fia.

Veraulfs . Vera-ulf . Longè auxiliator . Alii scriberent Fern-ulfus . ut Ferd-nand . ita dialectis differunt .
 Widin . Wyd-win . Latè victor . Ex eadem originē . Wignant . Latè nominatus . in voc . Al . Et Withram , latè celeber .
 Widigola , Wyd-gelant . Latè possessor . Alibi Widicula . in voc . Al . Wialand . Wielant . Violant .
 Widimer . Widemer . Latè Princeps .
 Widericus . Witirichus . Wyd-rych . Latè pol- lns . Alibi Vedericus corruptius scribitur .
 Widulf . Witulf . Wid-ulf . Latè auxiliator . Sic habet Ur-pengensis , ex Fornande , ubi munca è Wuldfol . in voc . Al . Witolf .
 Wigilanda . Fœm . in vocabulario Alem . Wiclind . Wiclinde . Mollis , ac lenis . Molliti , Kervikheti , in dictionario .
 Viliaris . Ovīnas Wil-gare . Volens promptè . in voc . Al . Wol-ger .
 Vilas . Græcè Ovīnas Wil-las . voluntatis ex- pers .
 Winberta . Fœm . Wun-breht : Partu copiosa Bert pro Breht . sape in nominibus . ut Al- breht , Albert . Apparet in voc . Al . Wunen- parere .
 Wintharius in voc . Al . Wintheri . Winthiri .
 Wint-hari . Venedorum dominus .
 Wisandus . Wys-hand . Sapiens manu .
 Wisegarda . Wise-garda . Sapientiæ collectio . Sic Boom-gaerd arborum collectio .
 Wisimar . Wyse-maar . Sapientiæ celebratus . Ali- bi corruptius Visumar .
 Wisigotti . Visigotti vulgo . Vesegothæ For- nandi . Wist-Gotten . occidentales Gothi . Sr- vat nomen Suedici regni pars . Concise Visi apud Sidonium .
 Wittichis . Vulgo , Vitigis . Græcis Ovīrius .
 Wit-gis . Sapiens , & fortis . Sic Witichind . Sapiens puer . Wit-rad . in vocab . Al . Sapiens consilium ; nam t , & s in hac voce , ut in multis aliis , idem valent . Sic weten scire ; wys , is qui scit .

A Wittericus . Witte-ryc . Sapientiæ pollens . Ali- bi corruptius scribitur . Vittericus . Apud Am- mianum Videricus .
 Witiza . Wit-za . Sapiens in metu . Izen , me- tuere . unde multa nomina .
 Ulfarii . Wolf-hari . Luporum dominus .
 Ulia , Ovīias idem quod Wallia : sed cor- ruptius elatum .
 Uliphus . Ovīip & Wolf . Lupus . Nomen Ger- manis frequens , ut alia à fisis . Est & in vocabulario Alemannico .
 Uligisalus , Ovīyosal & Wol-gisal . bene coni- tatus .
 Ulitheus , Ovīib & Wel-ithe . bene familiaris .
 Unilas , vide Hunilas .
 Unilt . Hun-ild . In centuriis excimus . Hild , & Ild , virum excimum , Hilde feminam excimam significat . Vide supra ex eadem origine Unolf . Unpert , in vocab . Aleman .
 Wodan . Sic rectius scribitur , quam Guodan , quod vide ,
 Urajas . Ovīpas War-jaag . belli quæsitor .
 Usdrilas . Ovīdeixas Wasre-las , ex aqua libera- tus , d . interjectionem mitigando sono , ut in Wal- drada .
 Uthericus . Gleba pollens . Uther , & Ether , pinguis gleba .
 Wulfilas . Wulfi-las , à lupo liberatus . Scribitur , & Gulfilas . W . in G . mutato , quod frequens Italis , & Gallis .
 Zaban . Zab-an . Lorica indutus . Glos . Zabe- Lorica . Scribitur , & Zava in legibus . Exstat , & apud Leonem , & Vibicum .
 Zaman . Zaam-man . in agmine vir . Papias Za- vas interpretatur Rutas , Rotten . Legendum .
 Zamas , pro quo in lege Langobardica istidem corruptè Lanas , idest , adorationes .
 Zangrulf . Zangr-ulf . Infirmi auxiliator .
 Zotto . Suavis nunc stultum sic vocant , mutata in pejus significatione , ut in multis .
 Zuchilo . Zuch-heilo , querens salutem . Inde verbum Zuch-heilen : corruptè , Zuckelen .

EXCERPTA
EX
AGATHIÆ
HISTORIA
HUGONE GROTI
INTERPRETE.

Tom. I.

Bbb 2

LECTORI MONITUM.

Crollarii loco opportunum duximus, ut pote lectori minimè ingratum, adjungere ad Procopii historiam, cùm glossarium Gothicum, Vandalicum, & Langobardicum, tum excerpta ex Agathia ad rem Gothicam pertinentia, quæ Hugo Grotius sue Gothorum historiae inseruit. Et si enim Vir Doctiss. Muratorius nosfer in prefatione Procopii professus se pauca tantummodo à Græcis mutuaturum, ablegare à Collectione sua auctorem hunc non immixtūd judicaverit, quod ferè semper illius historia in rebus, gentibusque longè à nobis diffatis versetur; attamen, cùm ea que hic damus ex Agathia, non modo Procopii historiae complementum esse videantur, (eo enim loco suam orditum ille, quo desierat iste) verum ad res Italicas illustrandas maximè conducant; ideo è re nostra duximus aëtorum seriem continuare sequunt vestigia Grotii, qui res ecclasis omnibus ad historiam Gothorum minimè pertinentibus, hec è greco in latinum translulit, ediditque. Qualis autem Scriptor fuerit Agathias satis enarravit Bonaventura Vulcanius in sua editione in Byzantinam illata, in qua hec habet. Nunc verò Agathiam historicum optimum, qui Justiniani Imp. res gestas post Procopium Cæsariensem est persequutus, græcè antehac nunquam typis editum in lucem emitto; Agathiam, inquam, virum suæ ætatis doctissimum, quique unus illam *σιγης ιστορίαν*, hoc est Poëticen cum Oratoria ita conjunxit, ut dubium sit in ultra magis excelluerit. In utrâque certè non dubiam de omnibus sui ævi Scriptoribus victoriâ reportavit. E cujus editione plurimum, & Historiaz, & Græcæ linguæ incrementi, ornamentique est accessurum. Cùm enim varia, gravissimaque bella adversùs populissimas, potentissimasque nationes, Francos scilicet, Gothos, Vandalo, Hunnos, & Persas gesta describat, tum verò de eorum moribus, atque institutis, ac præcipue de Persicorum Regum genealogia, ac politia multa commemorat scitu dignissima, quæ apud alios Scriptores nusquam reperiantur. Stilus ipse planè est floridus, atque amoenus, multis sententiârûm luminib[us] illustratus. Verbis utitur selectissimis, & frequenter à communi usu, ac significatione remotis; adesut Suidas diligens Glossographus potissimum Lexici iui partem ex hujus scriptis concinnarit. Patriâ Smyrnensem fuisse, ac professione Scholasticum, (sive Advocatum) tradit max nominatus Suidas, qui hec de illo prosequitur. Scriptit historiam post Procopium Cæsariensem Res Belisarii tempore gestas. Item res in Italia, & Africa gestas. Hoc est ea, quæ Narses in Italia, & in Lazico, & Byzantino agro gerit. Hic etiam alios libros, partim ligata, partim soluta oratione composuit, ut & ea, quæ Daphnica, sive Laurea vocantur, & circulum novorum epigrammatum, quæ ipse ex Poëtis suo tempore viventibus collegit. Floruit autem eodem tempore cum Paulo Silentario, & Macedonio Consule, & Triboniano Justiniani Imperatoriis tempore. Balthasar Bonifacius de Rom. b[ea]st. Scriptoribus non sporrendâ conjecturâ contendit Ethnicum religione fuisse, afferens tamen diverse factionis homines non idem palam infectari, aut mordere.

EXCERPTA
EX
AGATHIÆ
HISTORIA
A FINE PROCOPII
AD GOTHOS PERTINENTIA
HUGONE GROTIO
INTERPRETE.
EX LIBRO PRIMO.

Postquam Tejas Fridigernæ filius, post Totilam factus Gothorum Rex, totius gentis vires in bellum, præliumque adversus Narsetem, & Romanos tulerat, victusque inter pugnandum interierat ipse; Gothorum superstites, instantium perpetuò Romanorum fatigati incuribus, præterea deprehensi in locis aquâ carentibus, pepigere cum Narsete, ut suas sibi terras habitare tutum esset, Romano Imperatori paritris in posterum. His peractis credebatur omnibus finem accepisse per Italiam bellum, cum ejus initia tantum spectata essent hactenus. Ego sic existimo, nunquam desitura mala hujusmodi, quandiu erit humanum genus, quando jam ab antiquo se in vitam humanam induerunt, ita ut plena bellorum, certaminumque sint carmina, sint annales, nihilque inscriptorum monumentis occurrat, crebrius. Causam non arbitror esse in Syderum cursu, constitutisque fatalibus, & incredibili necessitate; quippe si vincit ubique fati vis, perit ab hominibus libera voluntaris electio, tum verò monita omnia, artes, disciplinae in irritum cadunt: evanescunt spes eorum, qui vitam honestissimam egerunt. Sed neque fas rear cedes mutuas, & vulnera Deo adscribere. Naturam quippe illam optimam, ac medicam malorum bellis, ac sanguine delectari neque dixerim ego, neque dicenti alteri assentiar. Sponte sua ad iuritiam, & habendi cupiditatem inclinati hominum animi hos tumultus, has pugnascent. Hinc non singulorum tantum mortes, sed totarum gentium interneciones, & mille malorum facies. Goths ergo post illa conventa diversi iverant, quibus circa Padum sedes fuerant, in Thusciam, Liguriāque, aut aliò quò vellet. atque ubi vivere assueverant: cæteri in castella, oppidaque circa Venetiam, quibus se multò ante tenere erant soliti. Hic cùm essent, exspectabatur ut promissa rebus implerent, suisque contenti, defugerent pericula, atque à tot calamitatibus respirarent. At illi exiguo in-

A tervallo temporis res novas, & bellum aliud moluntur, ac per se Romanis armis semet impares rati, ad Francos se vertunt. Id in praesens optimum factu, rebusque utilissimum visum est, perito à finitionis auxilio bellum redintegrare. Sunt enim vicini Italie Franci, iidem, qui Germani olim dicebantur; quippe Rhenum utrinque accolunt, & olim quidem tenent transrhennana, Gallias non ab initio, sed post addita possessione, in quibus, & Massiliam Ionum coloniam. Hanc olim Phocænes Medorum vi ex Asia pulsi eò deduxere, quo tempore Persis Darius Hystaspis filius imperabat: paulatim è Græca facta est barbara, veterique republica amissa, legibus utitur dominantium, ne sic quidem à conditorum suorum gloria multum degenerans. Non enim feri sunt Franci, ut multi Barbarorum, sed institutis, legibusque, ut plurimū, Romanis vivunt, pari nuptiarum, pari contracuum cura, neque Dei cultu discrepantes. Christiani enim omnes sunt rectissimarum sententiarum: habent in oppidis Magistratus, habent Sacerdotes, & communes nobiscum festos dies, &c, ut inter Barbaros, insigni mihi videntur modestia, atque humanitate: vix ut quicquam eos à nobis discriminet, præter habitum barbaricum, patriumque sermonem. Mirari sanè subit, tum alia eorum bona, tum justitiae inter se, concordiaque tutelam. Nam & antehac, & mea ætate in tres, pluresque divisi Reges nunquam in bellum exarserunt, nec patriam sedarunt civili sanguine. Atqui ubi jus Imperii controversum, & æqualis partium potentia, inflari solent, & crudescere animi, attollere se honorum. locique principis appetitus, & quæ aliae affectiones seditionum, ac tumultuum sunt gravidae: Apud ipsos tamen, scissos quantumvis sæpe, ut dixi, imperiis, nihil tale: sed & si quod inter Reges dissidium intervenerit, armantur quidem omnes, velut Marte usuri arbitro, inque campum procedunt: sed ubi invicem se conspexere populi, desiden-
te

te æstu ad pacis amorem redeunt , jubentque Reges quæ ambigua habent jure potius discep-
tare , aut si id abnuant , ipsos inter se singulari certamine experiri , quod æquum non sit . neque patriis ipsorum moribus congruens ob privatas ipsorum controversias rempublicam labet actari , forte & everti . Subito igitur dissolvunt acies , deponunt arma , pax iterum , & tranquillitas , & sine custode conmeatus , atque colloquia , longèque illa quæ timebantur . Tanta subjectis æqui , patriæque reverentia : tanta imperantibus bonitas , & in suos obsequium . Talibus se moribus jamdudum in imperio valido sustentant , legibus semper iisdem , damni adeo expertes , ut pridem possessis multa adjunxerint . Nimirum justitia , & famæ respectus , quibus institutione insita sunt , statum præstant beatum , ac durabilem , hostibusque minimè obnoxium . Hunc in modum Franci vivunt optimè , sibique , & finitimus imperitant , regno à patre semper ad filium transeunte . Hoc ipso tempore , cùm Go-
thi ad eos legationem mitterent , tribus sub Re-
gibus erant . Haud abs re arbitror , quando huc ven-
tum est , re altius repetita , regium genus , & rerum cohærentium summam ob oculos ponere , do-
nec ad eos , qui tum regnabant , perducta se-
rie , copta persequar . Fratres fuere Chil-
dibertus . Lotharius , Theudericus , Chlothomerus . Hi , patre Chlodoæo mortuo , quatuor partibus , gentium , urbiumque numero quim maximè æqualibus , Imperium inter se divise-
runt . Non multò post Chlothomerus , dum in Burgundiones bellat (gens est Gothica , manu prompta , bellisque inclita) jaculo in pectus adacto interiit . Collapso eo Burgundiones ut capillum videre solutum , inque terga demis-
sum , agnovere hoc indicio occisum à se ho-
stium Regem . Mos enim est Francorum Re-
gibus tonderi nunquam , sed à pueris comam alere , quæ pulcre impendet humeris , etiam frontis crinibus dividuis , & in utramque se spargentibus partem : nec est , ut illa Turcorum , & Avarorum , horrida , impexa , squalens , inque nodum indecorè collecta , sed variis medicaminibus purgari , ac pectine curari solet , idque apud illos regiæ gentis insigne , decusque est , cùm privati in orbem tonderi soleant , neque promittere capillum sinantur . Chlothomeri caput abscissum fecutis ipsum cùm (Burgundiones) ostentarent . trepidationem eis injec-
cere tantam , ut spem abjicerent Franci , frangerenturque animis velut nunquam arma resumpturi . Victores , quibus volebant legibus , bello finem imposuerunt . Francicus exercitus pro magno habuit vitam domum reportare . Chlothomo mortuo sine sobole , fratres , ejus parte aucti sunt . Neque superstes diu Theudericus ; morbus eum abstulit ; ad filium Theudebertum tum bona alia , tum regni honos pervenit . Is ut possessionem paterni imperii nactus est , Ale-
mannos devicit , aliosque in vicinia populos , audax , inquies , periculorum , etiam ubi necesse non erat , appetens . Huic Theudeberto , postquam Romanis in Totilam bellum exarserat , mens incidit , dum Narsetem , ejusque copias Italia , & arma hostilia detinent , colle-
cto quod militis robustissimum , fortissimumque habebat , invadere Thraciam , perdomi-
tisque omnibus , quæ in medio erant in ipsam urbem regnaticem Byzantium transferre bel-
lum : tantoque id studio , & tam ingenti paratu moliebatur , ut ad Gepidas quoque , & Langobardos , aliasque in proximo gentes mit-
teret Legatos , qui eos ad belli hujus societa-

A tem invitarent , minimè tolerandum ratus , quod Justinianus Francicum se , Alemannicum , Ge-
pidicum , Langobardicum scriberet , aliarumque etiam gentium titulis se jactaret , quasi ea-
rum omnium debellator , ac dominus . Neque id indignabatur modo ipse , sed & alios ut de-
decoris participes irritabat . Mea quidem hæc sententia est , etiamsi ingressus esset destinatum iter , nihil ea temeritate protecturum , sed pe-
riturum fuisse , ubi in Romanos exercitus sive in Illyrico , sive in Thracia incidisset . Atta-
men , quod rem tantam cogitaverit , concipi-
veritque , nihilque ob id reliquerit intentatum , satis argumenti est , unde ingenium noris ho-
minis , excitatum , ferox , & quæ ad insaniam accederent fortitudini dicens ; quod ni vitæ exitus conatibus intervenisset , credo , jamjam suscepiturus erat expeditionem . Sed forte ve-
natum progreso taurus se obtulit magnus , editis cornibus , non ex hoc mansueto genere , quod rusticō in usu est , sed montano , atque Sylvestri , & cornibus in adversantes exitium ferente , bubulos id animal vocant , quales mul-
ti illam terram depascuntur . Umbrofa enim nemora , & montes horridi , regioque frigida circùm , quibus omaibus fera illa delectatur . Taurum illum ex Sylvæ latebris exslientem , venientemque in se ut vidit Theudebertus , fixit vestigium , velut hastâ subiturus ; at ille dum rapido cursu se jactat , cùm jam propin-
quis esset , in arborem haud nimis magnam , fronde impingitur , vi tanta ut arbor & diffli-
ret , & in latus utrunque procumberet . Forte ex desfractis ramis unus maximorum ruine vehementia resultans caput Theudeberti verberat . Ille ictus mortem daturo vulnere , ac dolore insuperabili illico supinus cadit , ægrèque à suis domum reportatus eodem die vivendi fecit finem . Successor ei fit filius Theudibaldus , quem , puerum quamvis valde , agentemque sub custode , ad principatum lex patria voca-
bat . Quo tempore mortuus est Tejas , & Go-
thorum res externi egebant auxiliū , prærat Francis partim hic Theudibaldus , etiamnum adolescens , partim patrui ejus magni , ut Ro-
mano more sanguinis gradum eloquar , Chil-
dibertus nomine , & Chlotharius . Ad hos , quod habitarent à se longius , non recurrerunt Goths , sed Theudibaldum publica adierunt le-
gatione , non universi , sed qui trans Padum sedes habebant . Nam cæteri optabant quidem , & ipsi motus , & res novas , sed hærebant incerti futurorum , & fortunæ metuentes incon-
stantiam , suspensa tenebant inque anticipi consilia , quid aliis ageretur intenti , & percuncta-
bundi , cæterum præda futuri victoris . Legati aliorum , ut in Regis , procerumque Franco-
rum conspectum admissi sunt , precabuntur eos , ne Gothos calcari à Romanis pro nihilo duce-
rent , sed potius socii certaminis servarent gen-
tem , & viciniam , & amicam , & , absque eo sit , propediem peritaram . Nec omitte-
bant , debere Francos , etiamsi sibi solis consulere vellent , non pati in majus augescere vim Romanam , sed omni modo incrementa suspe-
ctæ potentiae prohibere . Si namque , ajebant Legati , nomen Gothicum exciderint , jam mox aderunt in vos vetera bella instauraturi . Neque cupiditati deerit quam obtendant juris spe-
cies . Marios quippe , & Camillos , & Cæsa-
rum plurimos memorabunt , qui in Germanos bellaverint , & trans etiam Rhenum sita tenuerint , & ob hæc videri volent non vim inferre , sed justis armis alieni nihil , verum majoribus pos-

possessa repetere. Nam non dissimili in nos usi
criminatione, tanquam Princeps quondam no-
ster, & huc immigrandi auctor Theuderichus
per injuriam Italæ se ingessisset, res nobis eri-
puere, gentis partem maximam extinxerunt,
virorum quondam inter nos fortuna eminen-
tium conjuges, liberosque in crudele servitium
abstraxerunt; cùm tamen Theudericus non
ipsis nolentibus, sed Zenonis quondam Impe-
ratoris concessu venisset in Italiā, neque
eam Romanis abstulisset, qui pridem eam ami-
serant, sed depulso Odoacro invasore peregrini-
no belli jure quæsivisset quæcunque ille posse-
derat. At contra Romani, postquam vires ipsis
sue placuere, nihil pro æquo, & bono fece-
runt. Sed Theudato primum iratos se simu-
lantes, Amalasunthæ scilicet causâ (id enim
belli initium, ac prætextus fuit) ex eo non de-
sinunt per vim cuncta rapere. Et tamen hi
funt, qui solos se sapere, solos Dei metu tan-
gi, solos ad justitiæ normam cuncta dirigere
jactitant. Ne igitur aliquando, cum eadem
patiemini, serò vos inertia poeniteat, anteve-
niendi sunt hostes, neque prætermittenda vo-
bis præsens occasio, quo minus parem rebus agen-
dis mirtatis exercitum, & è vobis gnarum belli
Ducem, qui prudenter, ac fortiter adversus
Romanos rem gerens, illos quidem Italia-
quam primum deturbet, nos autem in ejus pos-
sessionem restituat. Hæc si facitis, primum
Gothos ingenti beneficio obligabitis, salutis au-
tores, depulsores calamitatum; tum verò ve-
stra in tuto locabitis, longè vestris à finibus
remoto hoste: pecuniae præterea vobis affluent,
partim è præda Romana, partim quas non in-
grati nos dabimus. Hæc elocutis Legatis Theu-
dibaldus, ut qui adolescens esset segnis, & im-
bellis, invalido etiam per morbos frequentes
corpo, non assentiebatur petitis, neque exi-
stimabat aliena mala suum in periculum ver-
tenda. Sed Leutharis, & Butilinus, quan-
quam Rege suo non probante, Gothorum so-
cietatem induerunt. Fratres hi erant gente
Alemanni, sed apud Francos eximiè honorati,
quippe & sue nationis Duces pridem facti. Theu-
deberto volente. Alemanni, si Alsinio Quadra-
to fides, viro Italo, & Germanicarum rerum
exacto Scriptori, conveniæ sunt variis è natio-
nibus collecti, id ipsum apud eos significante
vocabulo. Hos quondam Theudericus Gotho-
rum Rex, cùm omnem Italiam teneret, in ob-
sequio habuerat sub tributi lege. Eo vita functo,
cùm jam Justinianum inter. maximum Impera-
torem, & Gothos bellum exarsisset, Gothi Fran-
corum captantes gratiam, ut quorum amicitiam
summè expeterent, tum alia loca deseruere, tum
etiam Alemannis abstiterunt, contrahendas enim
undique suas censemebant copias, & ob id, qui
subjectorum oneri magis quæm usui erant, ha-
bendos derelictui, utpote cum ipsis jam non
de longinquis imperiis, & gloria, sed de Ita-
lia ipsa, deque vitando ultimo exitio certamen
esset. Futuri itaque incerta facto voluntario
prævenientes de necessitate fecere prudentiam.
Hunc in modum à Gothis desertam gentem Ale-
mannorum sibi subdidit Theudebertus, eoque,
ita ut narravi mortuo ad filium ejus cum cæ-
ris populis hi quoque pervenerunt. Habent
privatum & propria instituta: in publicum Fran-
cico Imperio, ac moribus gubernantur: circa
divina discrepant: arborum illis cultus, &
amnum, colluumque, & vallum: hæc numi-
na placant equis, aliisque animalibus, quæ de-
fectis cervicibus sacrant: Verùm perpetua cum

A Francis consuetudo, sensusque beneficiorum
prudentiores emollit, trahitque in rectiora, &
puto paulatim universos evincet. Insanum enim
illud & à ratione abhorrens opinionis, etiam
ipsis sectantibus, ni stulti plane sint, in aperto
est, ut arbitror, utque deprehensi ita extin-
ctu facile. Misericordia magis, ac venia quæm
ira eos prosequi par est qui à vero sunt devii.
Non enim volentes errant, labunturque, sed
cùm id quod bonum est expertant, judicio de-
cepti instant semel creditis, qualiacunque ea
sunt, pertinaciter. At immanitatem sacrificio-
rum, nisi miseria potius dicenda est, nescio an
ulla ratio excusaverit, sive per illa luci colun-
tur, ut apud Barbaros, sive alii qui Dii pu-
tantur, ut Græcorum habent ceremoniæ. Ego
nullam naturam esse existimo, cui voluptati
sint foedata sanguine altaria, & animantium la-
nienæ. Quod si qua tamen est, cui ista sine
cordi, non ea mitis, ac benigna est aliqua,
sed fera, ac rabida, qualem pavorem Poëtæ
singunt & Metum, & Bellonam, & Malam
Fortunam, & Discordiam, quam indomitam
appellant. Adde his si placet quem Persæ Ari-
maniū dicunt, & è terrenis spectris si qua
sunt malefica, atque sanguinaria; quod si quis
hæc putet non convenire promisso, sed super-
vacua esse, & à destinato aliena. at mihi dul-
ce est quæcunque didici proferre in medium,
& quæ honesta sunt ornare laudibus, quæ non
talia palam traducere, & quæm sint damnoſa
demonstrare. Hanc enim partem, quæ maxi-
mè vitæ est utilis, ni habeat historia, sed nuda
sit & judgmentis expers rerum narratio. apud
multos certè non pluris videbitur. nisi durum
hoc dicere est, quæm fabulae quibus mulieres
laborem lanificii solantur. Sed de his cuique
ut volet sentire arbitratum esto: ego unde
me receperam revertor. Leutharis, & Buti-
linus, ut primum impetum ceperant bellandi in
Romanos, in magnas spes erecti ambo erant,
minimè contenti præsente fortuna. Narseti
duci putabant non satis animi fore ad vim ip-
orum expectandam: suam illico fore Italiam
omnem. accessuram deinde Siciliam. Negabant
satis mirari se posse, quod Gothi ita expave-
scent homunculum, cubilium custodem. um-
bratili vitæ, mollitiæque assuetum. cui virile
quicquam nec natura permetteret. Ita sibi pla-
centes, ac gloriabundi ingens conciverant viro-
rum fortium agmen ex Alemannis, Francisque,
ad quinque & septuaginta hominum millia,
impellebantque bellum, velut jam mox Italiam,
Siciliamque rapturi. Narses, & si non omnia
exactè noverat, curâ providus, omnesque ho-
stium conatus anteire properus, statim Thusciæ
oppida. quæ Gothis etiam tunc possidebantur,
vi perdomate statuit. Neque enim ille aut vi-
ctoria supra modum tumens insolentiæ se da-
bat, nec, quod eventurum prope cuvis alii
fuerat, ex laboribus in otium, ac delicias re-
volvebatur, sed ut quidque cogitaverat exse-
quens movebat exercitum. ut nunc Cumas ver-
sus. Est id oppidum Italæ firmissimum, &
perdifficile expugnatu: situm est in arduo, &
vix aditum admittente colle, unde in Tyrrhe-
num mare despectus est: quippe ex ipso lito-
re collis editur, itaut pedi ejus adstrepant illisi,
fractique fluctus. Supra sunt moenia turribus,
& propugnaculis egregiè defensa. Totilâ,
Teiâque regnibus, quicquid raritate specta-
bile aut pretio earum habebant, aut ipsi, aut
Gothi, id in hoc loco ut omnium tutissimo ab-
diderant. Gnarum id Narseti, eoque magis fla-
grabat

grabat & oppidum, & pecunias capere, tunc ne belli sedem haberent Gothi unde Italiam infestarent, tum ut plenâ ipse, absolutâque victoriâ potiretur. Erat in oppido Aligernus fratum Teiæ, qui Gothis imperaverat, natu minimus, cum exercitu quantus potuerat colligi. à pace alienus animo, quanquam & bello cecidisse Teiam, & Gothorum res labefactas. dñbilesque certò cognoverat. Ille verò nihil ob hæc fractus, neque ad tantos fortunæ ictus pavescens (tantum in loco victusque copia fiduciae erat) ferociebat ultiro, jactabatque sese, ut facile vim omnem depulsurus. Narses, dato signo, admovet exercitum, cuius milites magno cum labore in collem enisi, ac propinquam oppido, jaculis petunt eos qui in propugnaculis apparebant. Sonabant arcus ultiro cistroque volantibus sagittis, excutiebantur in sublime fundæ, machinamenta, quæcumque oppugnandis urbibus reperta, movebantur. Neque segnius Aligerni milites conglobati in media inter turres spatia repugnare jaculis, ac missilibus aliis, ingentia faxa manibus demittere, caudiceisque, & secures, & quicquid usui proximum, nec machinis abstinere, aut si quid aliud avertendo periculo. Ipsius Aligerni manu jacta tela à ceteris facile Romani internoscabant: ingenti enim stridore, ac velocitate serebantur, itaut si quem lapidem, aut durum quid aliud incidenter, id ictus violentia dissiliret. Palladium fortè (non vulgari erat is apud Narsetem loco, sed tunc Romano propriè agmini præterat, locumque inter cohortium Præfectos præcipuum pridem obtinebat) conspicatus Aligerus ferreâ indutum loricâ, magnoque spiritu inerentem se muris, supernè in eum sagittam mittit, hominemque per scutum, per loriam transadgit; tantum illi supra alios erat robur, & arcu torquendo validæ manus; multa talia jaculantum certamina posteris etiam diebus fuerunt, neutrisque res ex voto procedebat. Sed & Romanos pudebat re infecta discedere, & Gothi facis ostendebant non esse sibi in animo cedere obsidentibus. Narses, dux facti, & dolebat, & indignabatur ad unum oppidum, idque modicum temporis plurimum perire. Diu ambiguo, & varianti sententias tandem hæc oppugnandi ratio placuit; in eo flexu collis qui orienti obvertitur, spelunca est tecta undique, & valde cava. itaut & penetralia habeat nativa & alcum lato hinc. Hic Sibyllam Italicam vixisse ajunt, & Apolline afflatam ventura prædictisse sciscitantibus. Eandem Æneæ Anchisæ filio, cùm ad ipsam venisset, vaticinatam quæ postea evenerunt. Huic speluncæ pars quædam incumbebat moenium, quod Narses observatum pro se esse censuit: immissoque continuo in cavum speluncæ viris, qui instrumenta axis incidentis, murisque fodiendis ferrent, sensim abrasit. pertuditque convexum specus, cui munimenta innitebantur. Et eo quidem usque cavando, atque ipsum diruendo ædificii solum pervenit, ut jam fundamenta instructi operis apparerent. Tum verò tigna conjunctim erecta substituit quæ muri onus sustinerent, ne eorum compages brevi dissipata ruinam faceret, & quid ageretur Gothi persenticerent, qui cæteroqui accurrissent statim, curataque labe diligentem in posterum custodiam adhibuissent loco. Quare ad rem celandam, avertendumque cæsuræ fragorem, tunc cùm maximè Romanus exercitus in summa muri imperum faciebat, non sine vociferatione, armorumque concusso, ut major solito sonus edere-

A tur, plenaque tumultus esset oppugnatio: cùm verò jam murus, quoque spelunca se porrigebat, suffosus pendebat, lignis tantum illis in altum stantibus suffultus tum arentium foliorum strue, & quicquid flammam facile recipit, funditque subiecto, immiso igne subduxere se illico. Non multo post alente se incendio flagravit fulturæ, ut ferendo jam oneri non escent; ibi quicquid eis impendebat moenium vi subita sidere, labique in vacuum. Turres etiam, & propugnacula abrupta ab iis quibus cohæserant in præceps fundebantur. Porta autem ejus regionis anxiè quidem, ut propinquo hoste clausa tenebatur, servantibus clavem custodibus. Sed & hæc tota cum vectibus, repagulisque loco suo excussa in litus, marisque icopulos projicitur: dissiliere simul omnia quæ connexa fuerant, postes, projecta, limen superum, & qui solo infixi fuerant cardines. His peractis, facilis videbatur Romanis aditus in oppidum, tutoque hostis posse contemni. Sed ne sic quidem pro spe successus fuit. Fissuræ quippe, & abrupta tum in colle ipso, tum in citeriore ejus ambitu in longum spatium extensa confragosam, transiri que difficilem adhuc reddebant humum. Narses tamen audacter assultat oppidum, velut ipso impetu capturus: verùm à Gothis eò se conglobantibus, strenuèque sua tutantibus depeluntur, nullo facto operæ prætio. Cùm neque assidendo, neque incursu capi oppidum quiret, constituit non ultra ibi totum fatigare exercitum, sed Florentiam, Centumcellas inque alia Thusciæ oppida se conferre, ut priusquam adveniret hostis res ibi constitueret. Jam enim audierat cis Padum constitisse Leutharim, & Butilinum cum Francicis. Alemannisque copiis. Quare maximam illuc exercitus partem trahens, properat. Cùm non multis ante diebus morbo interiisset Philimuth Dux Herulorum, qui in eo erant exercitu, propriumque eis ducem dari mos exigeret, popularem eorum Phulcarim Phanthei sorore genitum in eum locum promovet, eique mandat, ut cum Joanne Vitaliani, & Valeriano, Artabane, aliisque Ducibus, & cohortium Præfectis, ac parte exercitus majore, ac potiore Appennini juga circumeat, quæ Thusciam inter, Æmiliamque se attollunt, donec ad Padum perveniat: ibi metatus castra firmissimis locorum antecaptis obstat hostibus, iterque impedit; quod si penitus effectum dare posset, gratias agendas Fortunæ: sin id nequirent, superante hostium multitudine, at retardaret hostium iter, neque securos eis permitteret processus, sed terorem quantum possit incurriendo retinetaret eos quæcum longissime, donec ipse Narses destinata ordinasset. Et illi quidem quod jussi ibant, sed & ad Cumas Narses non modicam reliquerat manum, quæ moram juxta trahens, hostem teneret inclutum, & longa obsidione, si aliter non daretur, subigeret oppidum. Illi vallo cinxere Cumas, exitusque observavere, ut si quis pabulatum exiret cum caperent, credebant enim per annum jam circumfessis absumptas res necessarias. Narses oppida, quod advenit, pleraque cepit facili negotio. Florentini obviam progressi fide accepta nihil sibi noctum iri, se suaque omnia sponte tradiderunt. Tantundem fecere Centumcellani, Volaterrani, Alsienses, & Pisani: tam prosperis utebatur successibus, ut etiam in transitu cuncta subigeret. Soli Lucenses moram facere, dedicationemque abnuere, quanquam ante pæcta cum

cum Narsete inierant, ut, ni intra tricesimum diem auxilia ipsis advenirent, tanta, ut non de muris, ac turribus, sed aperto Marte, ac prælio certare possent, tum oppidum continuò ei in manus traderent. Sperabant enim brevi Francos adfore, sibique oportulaturos, atque ejus rei fiduciā, quod dixi, pepigerant. Jam verò cùm dies condicta effluxisset, nec apparent suppetias, libebat illis nihilominus convenia spernere, atque exuere. Deceptum se Narses, ut par erat, graviter ferens oppugnationi se parat. Erant apud eum qui perdendos putabant obsides, ut suos lugens civitas perfidiæ poenas daret. At dux, ratione cuncta expenditure solitus, nec iræ nimium concedere, eò sœvitiae devenire noluit, ut insontes alienum ob crimen plecteret, sed astutum hujusmodi excogitavit, produxit obsides in apertum revinctos post terga decussatis manibus, capitibus cernuis, eaque specie miserabiles ostendit popularibus, comminatus & interfecturum se continuò istos, ni civitas festinaret promissa implere. Ligna autem duo brevia cuique obsidum ab interscapulo ad cervicis nervos oppacta erant, atque ita velata panniculis ut ab hostibus, longè præsertim distantibus, conspici nequirent; cùm oppidani imperata non facerent, jussit omnes ex ordine decollari. Spiculatores magna vi gladios incutiunt tanquam cervices abscisuri, ictu in ligna illiso nihil pejus passi obsides ita ut jussi erant proni cadebant, ac sponte palpitantes, contrahentesque sese mortientum imaginem præbebant, queis oppidani conspectis, cùm ex magno satis intervallo non rem ipsam, sed speciem rei obductam cernerent, lamentari cœpere, ut in magno malo. Erant enim obsides illi non ex vulgo, sed nobilitate, fortunisque præcipui. Talibus orbatos cùm se crederent Lucenses, ploratus undique & vociferationes moestæ, longæque, præcipue mulieres pectora plangentes, ruptis vestibus, in propugnacula proculabant, sive matres eorum qui periisse putabantur, sive filiæ, sive alio necessitudinis vinculo conjunctæ. Etiam Narsetem malædictis incessibant, superbum vocantes, & improbum, qui inhumanum, sanguinariumque ingenium ficta pietate, & Dei cultu incrusteret. Talia clamantibus, an non vos ipsi, inquit Narses, consanguineis vestris causa estis exitii, qui iis contemptis, atque proditis consilio pessimo jurisperandi religionem, sanctimoniamque foederum violastis? Sed si vel nunc agnoscere vultis id, quod expedit, & effecta dare, quæ pepigistis, nihil vobis perierit: reviviscunt quippe obsides, & nec oppido vestro quicquam à nobis erit mali: sin recusatis, non hæc vobis stabit dolor: cavendum ne universi paria patiamini. Hæc ubi audierant Lucenses dolum esse putabant, quòd dixerat eos qui ceciderant in vitam reddituros, & suberat certè dolus, sed non qua parte ipsi existimabant. Promptè igitur pollicentur, ac jurant etiam, se voluntari ipsis oppidum, suaque corpora permisuros, si vivos obsides videant. Nam quia per naturam fieri non posse credebant, ut mortui vitam reciperen, speciosum factu purabant, à se removere culpam, & causæ suæ æquitatem circumdare. Tum Narses confessim erectos jussit stare obsides, ita ut à popularibus suis aspicerentur incolumes, atque integri. Illi eos conspicati, tam incredibili spectaculo, ut par est, commoti obstupuerant, ne tum quidem omnibus placuit exequi pacta, sed fuere qui detrectarent. Nimirum cùm suos

Tom. I.

B salvos viderent, inque doloris, ac luctus locum spes successisset, vulgi more ad priora revolvebantur, vincente fas perfidia. Tanta cùm esset Lucensium recordia. Narses tamen, ut magni erat animi, obsides domum remisit, neque per id ulla conditiones civitati extorquens, Mirantibus oppidanis, & qua de causa id faceret, dubitantibus, moris mei non est, inquit, inanibus verbis, & spe lubrica lactandum me præbere. Etiam absque his, nisi continuò deditionem facitis, isti vos cogent, & gladios monstrabat. At qui dimissi fuerant, immixti popularibus per omnes circulos Narseti laudes prædicabant, commemorantes, quām comiter, benignèque ab eo fuissent excepti: Tum ut suavis, ut affabilis, ut æquitate animi celsitatem temperaret, singulorum auribus instillabant. Brevique hi sermones plus armis peregrissem, mulcendo plebem discordem, ac mutabilem, ita ut plerique inciperent ad res Romanas se vertere. Dum haec Narsetem obsidio adhuc detinet, missæ in Æmiliam Romanorum copiæ rebus adversis percellebantur, &, ut sit, animis languebant. Nam ut primū eò ventum erat, egerant cuncta consultò, atque dispositè. Si quem vicum, aut oppidum direpturi ibant, servabant ordines, neque longè inde se amovebant excursores, ipsi receptus non temerarii, aut dissoluti, sed compositi erant, locum suum servantibus queis mandatum aliorum terga tutari, ipso agmine quadrato incedente, suoque complexu præjam ambiente medium, quò rectius custodiretur. Hoc modo cùm primū hostiles agros essent populati, paucis post diebus cuncta in pejus fluxere. Herulorum namque Dux Phulcaris, fortis sanè erat. & hostile nihil metuens, sed ferox idem, ac turbidus, & extra quām ratio præciperet vehemens, ut qui boni Ducis indicium ponebat, non bene struere, ac regere aciem, sed si ipse in pugna conspicuus, aliosque præcurrens, & ingenti ardore hosti se interens manu pleraque perageret, hoc opere latus, ac gloriarundus. Ac tunc fortè plus solito amens, Parmam excurrerat, quod eo tempore oppidum Francis tenebatur. Rectum fuerat mittere primū exploratores, qui hostium consilia rímarentur: deinde ab his edoctum, iter facere ordinato agmine. At ille omne in audacia, atque inconsulto impetu præsidium reponens, incompositum Herulorum agmen, & qui è Romanis cohortibus aderant, cursim agit, nihil infestum suspicans. Sed admonitus ejus rei Butilinus in amphitheatro sub urbem sito, in quo auctorati in id homines spectante populo depugnare cum bestiis solebant, dilectos suorum fortissimos, robustissimosque abscondit, prævalidisque insidiis eum in modum oppositis, tempus agendi opperitur. Postquam citra eos Phulcaris, Herulique penetraverant, dato signo erumpunt Franci, sparsimque, & negligenter euntibus insiliunt subiti, &, quemque saecu, promiscue occidunt, percusso quippe superventu inopinato, ac circumventos, velut indagine. Pars maxima ubi tandem sensere quò malorum venissent, degeneres turpem salutem quæsivere, tergis in hostem obversis, effusa fugi, non virtutis, non longæ armorum tractationis quicquam memores. Ita dilapo exercitu suo Dux Phulcaris cum satellitibus suis restans, non & sibi fugiendum putavit, mortem præoptans honestam, quām vitam cum dedecore cladi superstitem. Stetit igitur quām tutissimo potuit

Ccc

potuit loco, tergum fultus sepulcri monumento, multaque hostium stragem edens, modò in eos procurrebat, modò retrahebat, vultu semper in hostes obverso, cùm fugam facile posset capere, idque cum comites sui orarent, & quomodo, inquit, perferre possem Narsensis linguam temeritatis mihi exprobratricem? Ergo maledicti, ut videtur, quām ferri metuentior, mansit in loco, & pugnare perseveravit indefessus, donec multitudine obrutus, multis pectus telis transfixus, impressa præterea in caput securi, moribundus in scutum procubuit. Inde cæteri omnes passim cædebantur, quicunque cum eo sua voluntate, sive ab hostibus inclusi permanserant. Ita Phulcaris, ex quo Dux suæ gentis factus est, non diu frui honore licuit, sed post fortunam prosperam brevem, ut ii qui in somniis læta conspiciunt, finem fecit imperii, vitæque multum hoc successu elati sunt, obfirmatique Francorum animi. Tum verò, & Gothi, qui Aemiliam, Liguriam, & contermina habitabant, cùm antehac cùm Romanis pacem, societatemque iniissent non veram, sed subdolam, metu eo adducti, quām sua voluntate, hoc nuncio ad audendum erecti, apertè rumpunt foedera, & Barbaris, conciliante simili vitæ genere, se adjungunt. At Romanorum copiæ, quibus Ioannes Vitaliani, ut dictum est ante, & Artabanes præerant, cùmque his quicquid Herulorum agminis fuga servaverat, Faventiam contulerant sese. Ad Parmam enim hærendum sibi diutius non putabant, quòd non longè essent hostes, & tam inopinata felicitate exultantes non cum modo haberent fortunam, quippe & Gothorum oppida eis se pandebant, & capto castello bene firmo, jamjamque irruituri in illos, quos dixi, timebantur. Hanc ob causam duces quām proximè Ravennam accedendum, atque sic vim hostium, quam sua superiorem hoc tempore credebant, vitandam censuere. Narses, hæc cùm ipsi nunciata essent, indoluit, & Barbarorum fastu, & amissio Phulcare, viro non è multis, egregiè quippe forti, multisque victoriis inclito, & tanto, ut, si prudentia robori adfuerit, nunquam de eo gavisuri fuerint hostes. His de causis mosto quidem, tristique erat animo, non, ut alii solent, abjecto, pavido, quin & exercitum suum, quem casu inopinato perculsum videbat, concione advocata alloquendū sibi censuit, ut sanato metu ad audendum eos revocaret. Erat enim Narses in primis mente validus, acer, solersque aptare se temporibus, & quanquam literis tinctus non erat, nec ad eloquentiam exercitus, compensabat hæc ingenii felicitate. nec consiliis exprimendis verba deerant, mirum in spadone, interque aulæ delicias educato. Corpus illi naturâ breve, curaturâ etiam gracile, sed fortior, & celsior quam credi posset animus. Adeò ubicunque libertas generosa in pectori est, ne quis vir sit optimus. cætera non impediunt. Narses itaque mediis suorum hæc cœpit dicere. Solitis hostem vincere, & res habere prosperas, si vel ad breve tempus acciderit, quod non putarant, defluit gaudium, spes hebetantur. Ego verò sapientum reor, non nimium inflari aspirante fortuna, sed cogitata rerum mutabilitate ad eam animum componere. Talibus læta quidem quæ prospéra, at si quid secus ceciderit, haud nimius dolor. Vos ego intueor, milites, plus quo mostos: nec aliunde id vobis evenit, quām quid vincendi assuetudine supra modum elati, nihil vobis credidisti posse accidere ad-

A versi. Si hac opinione excussa rem qualis per se est spectetis, apparebit non tam gravis. & atrox quām videtur. Si Phulcaris, Dux Barbaru, & more gentis præferox, cum tanta hostium multitudine acie inordinata congressus, malum invēnit, quod expectari par erat, non ideo, & vos concidere animis, & destinata deserere oportet. Turpe enim sit, si cùm Gothorum pauci, gentis exitio superstites, socios sibi parent, nobis labores novos; neque tantis fracti cladibus desperent; nos non aliò persuasi victos, non esse, quām quid non satis vicimus, tot priora decora prodamus animi alacritate abjecta, quin est quid de casu hoc gaudeamus ultra; castigata quippe eò est nimia felicitas, detractaque nobis pars magna invidiæ, & velut novis auspiciis in pugnas denuo cum fiducia eundum. Nam si numero superbit hostis, nos eos, si sapimus, disciplinae custodiâ facile superabimus, bellaturi præterea in externos, & ut credibile est rerum quibus vivitur inopes. Tum verò receptum nobis, si opus sit, præbebunt oppida, & castella, quæ illis desunt. Aderit nobis & Deus jure nostra repentinibus, cùm illi inhinet alienis. Usque adeò ad timendum nobis nulla causa est, ut ad optimè sperandum nulla desit. Quare Lucenses istos ab obsidii malis respirare non patiamur, ac vestrum se unusquisque ad cuncta belli munia promptum exhibeto. Hoc sermone cùm confirmasset exercitum Narses, Lucam diligentius, quām ante obsidet. Succensebat interim ducibus aliis, quid, relicis locorum maximè opportunis, Faventiam se contrulissent, quo facto rectè ipsi constituta corruerant. Namque copias illis attributas circum Parmam voluerat esse velut propugnaculi vice, ut hostem veterant procedere, ipse interim tempus ad Thuscianæ res constituendas, quod satis esset, noctu, mox ad ipsos perveniret. Nunc contra evenerat, ut illis longè digressis, qui Narseti aderant primi ad hostium vim paterent: quod minimè tolerandum ratus, misit ad eosdem Duces hominem sibi familiarem, cui nomen Stephanus, patria Epidamnus Illyrica, qui exprobraret ipsis ignaviam, apertumque faceret teneri eos desertæ Reipublicæ, nisi ad imperata loca continuò redirent. Stephanus mandata executurus, assumptis equitibus ducentis, præstanti virtute, atque armis properat iter laboris, ac solicitudinis plenum. Pars enim Francorum illos campos percursabat, partim pabuli, partim præda ex agris raptandæ causâ, ob id noctu plerisque pergebant Romanî, congregati inter se, & vicibus terga servantes, ut, si opus esset, prælio invenirentur non imparati. Audire erat ululatus agrestium, & boüm qui abigebantur mugitus, & fragorem arborum quæ cædebantur. Tales inter strepitum ægrè Faventiam, & ad exercitus pervenire. Dicibus conspectis Stephanus, quid egistis, ait? ubi veteres gloriae, ubi novarum victoriarum promissa? quomodo Lucam capiet, & cis Apenninum sita pacabit Narses, si vos, non aliter quām ex convento, transitum hosti datis, & quicquid ei lubet agere liberum facitis? Et ego quidem nihil inclementius dicam, sed non deerunt fortè qui ignaviam id vocent, contemptumque boni publici. Ni properatis Parmam redire, non desinet Narses irasci vobis, & imputare si quid ultra mali evenierit. Simul & hoc videte, ne & Imperatorem sentiatis implacatum. Satis intelligebant Duces Narseti audire se verba, neque dicere poter-

poterant per injuriam se objurgari, excusationes tamen quasdam obtendebant facto, quasi coacti emigrare, quod in vicinis Parmæ locis alimenta non sufficerent militi, neque vero adfuisse Antiochus Magister militum, cui curæ talia, neque stipendia de more persoluta es- sent. Stephanus Ravennam ut venit, illico inde Magistrum militum adduxit ad Duces, & difficultibus omnibus remedia adferens, ef- fecit ut ad Parmam reversi castra ibi figerent. His curatis ad Lucam se referens, optimo ani- mo Narsatem esse jussit, & cum prudentia cœptis insistere, non enim ultra hostem obsti- turum, cuius repressi impetus essent, Roma- nis copiis in locum veterem repositis. Narses neutquam ferendum ratus Lucenses ob lento obsidium tam diu resistere, audacter mœnibus propinquat. Admoventur machinæ, quas Græ- co vocabulo helepoles vocant, in muri corona- nam ignita tela mittuntur, lapides præterea, sagittæque in eos, qui intervalla turrium tue- bantur: alicubi etiam laxari cœperat mœnium compages, & omnis malorum facies circum- stare oppidum, qui obsides ante fuerant, dili- gentius jam res Romanas promovebant, & paulo minus permoverant populares suos. Sed qui Francorum nomine custodiae oppidi ade- rant, instigare plebem, & armis ut hostem pellerent, hortari assidue. Igitur portis aperi- tis subiti in Romanos irruunt, hac audacia vi- ctiorem sperantes, re ipsa parum hostibus, si- bimet plurimum nocituri. Nam plerique ipso- rum Lucensium, jam inclinato per deditiois sua- fores animo, pugnam aversabantur. Postquam multa conantibus nihil successerat, multis suo- rum amissis, turpem faciunt fugam, & mœni- bus redditio arctius deinde premuntur, ut egredi ultra non licet. Tum universi, non alia spe salutis reliqua, ad necessitatis imperium mu- tarunt sententiam, & consilia à tempore sum- pserunt. Et cum fidem dedisset Narses, se- ipsis ob ante acta insensem non fore, dedidere oppidum, Romanumque exercitum læti admis- sere, fessi trimestri obsidio, seque Imperato- ris in ditionem reddiderunt. Narses, Lucâ po- titus, cum nihil hostile ea in regione restaret, neque morandum ibi censuit, neque vel mini- mum intermittendos labores: sed relicto ibi Bono Duce, orto è Myria Danubio prætentâ, viro summè prudenti, rerumque tam civilium, quam bellicarum egregio, tradit copias, quan- tæ Barbaros, si quid novarent, reprimere fa- cilè possent. Hoc curato, Ravennam iter in- stituit, ut qui illic erat exercitum in hyberna distribueret. Nam cum finisset autumnus, & bruma imminaret, non existimabat bellandum sibi illo anni tempore; id enim fuisset res Fran- corum agere, quibus æstus inimicus, & animo quoque languorem adfert, unde per æstatem pugnare volentibus non est, vegetantur frigore, tunc firmissima corpora, tunc dulcis labor. Gelida quippe patria natis familiare, & velut cognatum algere. Hac de causa moram inter- ponere statuerat, bellumque in annum poste- rum differre. Divisum igitur in Tribunos, Præfectosque exercitum oppidis, & castellis, quæ in proximo, hybernare jussit: vere autem novo Romam omnes concurrere, ut in destruc- to agmine prodirent. Milites, quô cuique mandatum, discessere. Narses secum Raven- nam duxit servitia tantum sua, & satellites, &

Tom. I.

(*) Fortasse Grotius verterat apparatores, quibus curæ Prä- torium &c Bonaventura Vulcanius. Narses vero Ravennam se recepit, famulatio tantum, satellitioque suo secum sumpto, & ijs, qui ijs suis aulan admini-

A Magistratus ejus, quem gerebat apparitionem, cui curæ Prätorium, tum decori causa, tum ne promiscuè ad eum pateret aditus. (*) His Ro- manum à cancellis, circa quos morantur, no- men est. Sequebatur & Zandalas primicerius domesticorum, familiaque cætera, & eos inter ministri cubilis Spadones, cum his, qui uni- versi supra quadringentos non erant, Raven- nam, ut dixi, ibat. Interea Aligernus Fridi- gerni filius frater Teiæ, memoratus mihi, & ante in Cumaram obsidione, postquam Franci in Italiam venerant, & ab iis pendere res Go- thorum cœperant, solus ostendit intelligere se quid expediret, & de futuri rectum judi- cium facere. Expendient enim quæ gerebantur, in mentem venit, Francos honestum captasse titulum satietatis ut acciti venire viderentur, sed apparitum aliud illos agere: neque vero si Romanis superiores fuerint, Italiam conces- suros Gothis, sed re ipsa illis primum imposi- turos jugum, quibus verbo auxiliatum venis- sent: vivendum mox Goths sub Francis magi- stratibus, carendum patriis legibus. Hæc sæpe cogitans, secumque revolvens, simul sessus ob- sidii ærumnis, rectius duxit oppidum, & pecunias Narseti tradere, partemque se facere. Romani posthac Imperii, abdicatis periculis, & Barbaricis ritibus, quippe si Gothos Italianam tenere fata non sinerent, optimo jure eam redituram ad veteres dominos, & stirpitos indi- genas, ne hi æternum suis domibus exularent. Hæc & ipse pro sua parte decrevit exequi, & popularibus recta sapiendi exemplum dare; quare cum significasset obsidentibus, velle se conventum ducem, idque impetrasset, Classes ivit, castellum Ravennæ suburbanum, ubi tunc esse Narsatem cognoverat. Eumque ut vidit, clavibus Cumaram traditis, cuncta se facturum ejus in gratiam promisit. Narses benignè ac- cepto respondit, cumulate se vicem beneficio redditurum. Statiunque partem eorum, qui in- castris ad Cumas erant jussit intra mœnia in- gredi, oppidumque, & pecunias transsumere, & diligenter adservare: cæteros autem milites in alia oppida, castellaque hyematu- ros ire; omnia ut juss erat facta. Cum Herulorum manus proprii rursum Ducus egeret, vota gentis in- duos viros insignes ambos, dubio uter utri præstaret, divisa sunt; multi Aruthem maximi facere, cunctaque prospera illo duce ominari; pro Sinduale allii nitebantur, ut strenuo manu, bellis exercito: quibus Narses accedens, hunc prætulit, & Herulis quoque sua monstravit hyberna. Aligerno autem præcipit Cumas ut iret, & cum venisset, mœnibus consensis inde se cunctis transeuntibus conspicuum, agno- scandumque daret. Hujus consilii ea suit ratio ut Franci, nam illac prætergressuri erant, co- gnito Aligerni transflugio, & iter Cumas, & spem pecuniarum ex animo projicerent, fortè & de belli summa, ereptis quippe munimen- tis omnibus, desperarent; ille de sublimi præ- tereunte Francos conspicatus, cœpit illudere, ut ferò festinantibus omni jam occasione elapsa, quippe cum tenerent jam Romani ga- zam, Gothicique Imperii insignia, ita ut si quis posthac Rex à Gothis fieret is nihil habi- turus esset, quod se ostentaret, præter militare sagum, privatis par habitu: Franci regerere convitia, proditorem appellare gentis suæ. Sed ambigui hærebant intuitu præsentium, hoc ip-

Ccc 2 sum

strabant, quis utinæ arbora curæ erant, idque tum ornatæ, apparatusque causæ, tum ne promiscuè cur- vis volenti ingrediendi potestas esset.

sum inter se disputantes, perseverandumne in bello esset. Vicit tamen sententia, ne quid mutaretur, sed instaretur cœptis. Inter hæc Narses Ravennam postquam venerat, locutus cum iis qui ibi erant militibus, rebusque bene constitutis, Ariminum ivit cum suo, quem modò descripsi comitatu. Nam mortuo non ita pridem Vaccaro gente Varno, viro acri, & bellioso, filius ejus, cui Theudebaldo nomen, cum Varnis, qui ipsum sequebantur, Romani Imperatoris militiam concupivit, & de eo cum Narsete acturus venit Ariminum. Ea Narsetem eodem causa perduxerat, ut multa donatos pecunia Barbaros societati Romanæ devinciret. Dum ibi moratur. Francorum duo millia, pedites partim, partim equites ad prædas, ac populationes à Ducibus suis missi sub urbem agros vastabant, trahebant ruris boves, cunctaque pro libidine agebant, intuente ipso Narsete, fortè enim in sublimi cænaculo confederat, unde despectus erat in campos. Is turpe, ac se indignum ratus si insultus talia cerneret, equum concedit, generosum quidem. sed fræno audiensem, quique non temerè jactaret se, ac subfiliret, sed progredi, reflectique usu didicisset. Suorum sequi se jussit quotquot belli non expertes erant. Hi trecenti admodum, insessis equis, cum Duce in hostes invehebantur, quos ut appropinquantes videre Franci, non ut ante sparsi palabantur, neque de præda cogitabant, sed pedites, equitesque congregati in aciem consistere non multum porrectam. (qui enim possent pauci numero ad rapinas egressi?) validam tamen scutorum continuatione, & ad ductis in artem cornibus. Romani ut ad teli jactum acceperant, concurrere cum hostibus bene compositis non ex re sua arbitrati. jaculis, missilibusque aliis conabantur labefacere primores, frontisque compagem solvere. At illi egregiè protecti scutis stabant intrepidi, inconcussi, nusquam interrupta ordinum serie, & fortè silvam juxta densam nocti arboribus ejus

A pro vallo utebantur. Defensabant se, & hastarum conjectu, quas patro sermone angones vocant. Cùm damni vix quicquam paterentur, Narses ad commentum se vertit Barbaricum, Hunnisque usitatius: jussit enim suos vertere terga, & cursu concitato retrocedere, velut fugientes metu, ut sic Francos à nemore remotos in camporum aperta prolicerent. sibi cætra curæ promittens fore, illi, ut jussum, infuga se dant. Decepti ea specie Franci, qui verum pavorem suspicabantur, audentiores aciem dissolvunt: reliquaque silvæ persequi incipiunt, primis equitibus procurentibus, deinde peditum qui robustissimi, velocissimique. Ardebat omnes velut ipsum Narsetem vivum, jam jamque capturi, & facili negotio exopatum bello imposituri exitum: gaudioque, ac spe gestientes, ordinis, cautionisque omnis immemores ruebant. Romani effusis habenis in ulteriora ferebantur: dices re ipsa impulsos formidine, tam prope ad verum accedebat simulatio. Postquam Barbari longè à nemore campis patentibus spargebantur, tum verò, jussu Dicis, gregatim Romani convertunt equos, & contrario capto itinere, insequentibus frontem opponunt obvii, cunctosque inopina re facie perterritos cædunt, truduntque, donec vicissim fugere Franci per sequentibus Romanis. Sed Barbarorum equites, intellecto periculo, ad silvam. inde ad exercitum reuecti salutem, sibi peperere. At pedites turpi fato occubuerent, ne manum quidem mouere ausi; adeò eos subita rerum mutatio consternatos velut mente orbaverat. jacebant passim velut suillum, aut ovillum pecus fædè lacinatum. His interfectis, flore ipso Francorum, numero ad nongentos, alii gentis ejus, qui per diversa loca vagati fuerant, abidere ad Duces suos, intutum rati à corpore suo divelli. Narses Ravennam rediit, atque ibi rebus ordinatis, Romam perrexit, hymenque in urbe transegit.

EX LIBRO

Ver inierat, cùm ex Imperio Romanum convenere copiæ, quas Narses ut plurimū in campo exercebat, firmabatque animum belli meditamentis: nunc currere iubens, nunc in equos se iniicere. modò armata saltatione moveri, plerumque tuba Martium canente circumstrepit, ne per otiosam hyemem militiæ obliti, mox inter pericula segnes se ostenderent. Interim Barbaris vacuum fuit. agere, raptare locorum plurima. Romanus quippe & contigua longè prætergressi, ultra procedebant, dextrum habentes mare inferum, parte altera oram latè diffusam, quæ infero pelago alluitur. Postquam Samnum, nomen id regioni est, attigerant, scindunt se bifariam. Butilinus cum majore, eademque validiore parte exercitus Tyrrheno adhærens litor. Campaniæ pleraque vastabat, mox in Lucaniam, Brutiosque penetrans fretum usque pergebat. quod Italiam extimam ab insula Sicilia dispescit. Leutharis cum reliqua manu Apuliam, Calabrosque infestabat, ac postquam Hydruntem venit, qui in ipso confinio est Adriæ, & Ionii maris, quotquot aderant gente Franci magna religione, ac reverentia sacris ædibus parcebant, ut qui rectas, legitimasque de Deo sententias sequerentur, ut dixi alibi, ritusque haberent

D E Romanis concordantes. At Alemannicæ originis qui erant, quippe alia persuasi, templi diripere, ac nudare: multas auferre urnas facris dictas usibus, multa aquæ lustralis conceputacula aurata, pocula nec minus, & canistras, & quæ alia sanctissimis ceremoniis inserviunt, eaque cuncta pro suis habere, neque his contenti, templorum tecta dejicere, mouere fundamenta, manabant delubra sanie, agrique insepultis ubique corporibus foedabantur. Non tarda sacrilegos secura est poena: alios bellum, alios morbus absumfit, nec cuiquam rata fuit fruendi spes, quippe juris, Deique contemptus detestanda semper, atque extialia, sed nusquam magis quam in bello, atque acie. Patriam tutari, legelque avitas, hæc violentibus nihil cedere, quin omni modo eos ulcisci, pium, ac forte haberi fero. At qui lucri cupidine, aut improbo odio, cùm nihil habeant quod jure alios criminentur, alienas terras invadunt, innocentibus graves, hi inflati sunt, & insolentes, extra æqui, bonique sensum, nihilque pensi habent an Deum factis suis offendant. Supplicia igitur eos sequuntur acerba, & calamitosus rerum exitus, quanquam ad tempus felices creditos: qualia & Leuthari huic, & Butilino evenisse jam videbimus. Nam postquam impia ita patraverant,

rant, onustique erant nefariis spoliis, vere jam elatio, ætate quin etiam adulta, Leuthari Ducum alteri placebat domum redire, & parta copia trui; miserat & nuncios ad fratrem, hortans eum, ut quim primam, & ipse abiaret, seque absolveret à bello, & venturi incerta sorte. At Butilinus; tu'n quod jurasset Gothis se in bello contra Romanos cum ipsis perstiturum, tum quia rumore sparso delinverant eum Gothi, velut Regem ipsum facturi, manendum sibi censebat, pactaque implenda. His ergo motus causis substitit ille, belloque se paravit. Leuthari cum suo agmine abeunti consilium erat, ubi domum venisset, prædamque in tuto collocasset, auxilia fratri mittere. Sed neque ipsi destinata provenerunt, neque fratri suo opitulari potuit. Ad Picenum usque eunti nihil obvium hostile. Eò ut venit, Fanum ad oppidum sedet ipse castris; misit autem de more præcursores, speculatoresque tria milia, non tantum ut prospectarent, quæ agebantur, sed ut & hostem, si quis se offerret, propulsarent. Artabanes, & cuni eo Uldaches Hunnus (nam Pisaurum coegerant Romanam, Hunnicamque manum, itineribus insidiaturi) ut præcursores illos viderunt, per ipsas litoris Adriatici arenas gradientes, effusi ex oppido insiliunt improvidos, ipsi optimè ordinati, multosque gladiis trucidant. Nonnulli vitando periculo in scopulos litoris abruptos enisi, præcipites se in mare cum jecissent, vi undarum abrepti perierunt. Attolit enim ibi se litus, & velut collem facit, non facilem aditu incursuve, nec, ubi superaveris, clemente descensu, sed lapsu opportunum, modò sub jacentibus cavernis, modò in pelagi profundum inclinante se supercilium. His modis pereuntes multos conspicati alii, sparsim fugiunt, magnisque clamoribus, & ulularu injicientes se in castra, cuncta implent tumultu, ac trepidatione. velut superventuris jamjam Romanis. Leutharis ad pugnam se comparans, suos excitat, qui armis properè sumptis consistunt in aciem projectis in longum ordinibus. Dum id agunt, nec aliud eos cogitare tempus finit, captivorum plerique incustoditi fruuntur illorum negotio, nec tantum fugiunt ipsi, sed & de præda quantum poterant deportant in vicina oppida. Sed cum Artabanes, & Uldaches, impares se pugnæ rati, non educerent exercitum, Franci, dissoluta jam acie, ad rerum suarum curam reversi, quantum damni fecerint cognoscunt, ac priusquam plus acciperent mali, optimum factu judicarunt quamprimum à Fano in ultiora digredi. Moventes inde, relicto ad dextram Adria, & fabuloso litoris itinere, per Apennini radices procedunt, velut Aemiliam, Alpesque Cottias petituri. Sed Pado non citra difficultatem transmisso, in Venetiam deflestant, Cenesæque consistunt, quod tum oppidum in ipsorum erat potestate. Hic in tuto quidem erant, sed dolebant, cruciabanturque, ita ut appareret, animi. dum pauca vident præda reliqua, tantosque sibi labores factos utilitatum steriles. Sed neque hac steterunt ipsis adversa. Nam mox orta lues pesti'era multitudinem depascitur. Multi causam referebant ad coeli circumfluentis vitium: alii ad mutaram vivendi rationem, quod ab actibus bellorum, longisque itinerum repente ad mollia, ac delicias transiissent, veram interim causam, nifallor, non attingentes. Ea enim erat, mejudice, & immanitas facinorum, spretis Dei, hominumque legibus. Conspicua maxime in-

A ipso Duce divina ultio. Vecordia enim, infanique, planè ut rabidi solent, agitabatur: trepidabat corpus: ejulatus edebat horrendos, & modò pronus, modò in hoc, rursumque in alterum latus humi cadebat, manante spumis ore, trucibus, distortisque oculis. Eò denique furoris venit homo miserandus, ut suos ipse artus vesceretur; infixis namque in brachia dentibus carnes avellebat, mandebatque, ut feræ solent, sanguinem lingens. Ita simul & impletus fui, & paulatim decrescens, eum finem vitæ infelissimum habuit; moriebantur interim & alii, nec remisi malum, donec omnes absumperat. Febre ardentes plurimi, mente tamen integra moriebantur, alios capitatis gravedo vexabat, aliis aderat delirium: varia malorum facies: unus omnibus ad mortem exitus. Hunc terminum expeditioni Leutharis, & qui eum secuti sunt, fortuna constituit. Quod dum in Venetia aguntur, Ducum alter Butilinus cum freto Siculo tenus oppida, castellaque penè omnia populatus esset, reversus iter in Campaniam. Romamque cepit, ubi Narsetem agere, viresque Romanas colligi intellexerat. Neque enim cunctandum sibi amplius, palandumve censebat, sed toto exercitu Martis subeundam aleam: eoque magis quod jam & ad ipsos milites morbi pervaferant, multis exitiales. Exacta quippe ætate cooperat autumnus, vitesque erant uvis gravidæ, & ipsis rerum aliarum inopia, quod alimenta cætera Narves prudente consilio præripuerat. Uvas itaque manibus pressantes, educto liquore, vini odorati imitamenta peragebant. Hinc concitari, ac fluere alvus: interire non pauci: nonnulli & evadere. Ergo antequam ad supestites malum perveniret pugnare festinabat, qualiscunque tandem futurus esset eventus. In Campaniam ut venerat, castra ponit Capua, non longè in Casilini fluminis ripa, quod ex Apennino decidens multum oberratis campis, in mare Thyrrenum evolvitur. Hic vallo egregio circumdat exercitum, sisus & loco; nam dexter labens amnis & ipse pro munimento erat adversis hostiles incursus. Sed & rotas curruum, quos habebat plurimos, contiguas inter se stantes immersit solo mediolo tenus. ita ut pars tantum orbis altera emineret. His, lignisque aliis cum ambiisset castra, non latum reliquit spatium inobseptum, per quod in hostem exitus, & ab hoste redditus pateret. Ac ne, omissa ponitis amnem jungentis curâ, damnum inde acciperet, eum occupat, turreque ad fabricata lignea, viros fortes, optimèque armatos in ea præsidio locat, qui locum tuerentur, Romanosque transitum molientes arcerent. His ita dispositis, cuncta ad usum præsentis temporis benè provisa credebat, suæque potestatis fore inchoare prælium, nec ante pugnatum iri quam sibi placeret. Quæ fratri in Venetia acciderant, nondum cognoverat, sed mirabatur, quod auxilia ab eo ut convenerat non mitterentur, non tardaturum suspicans, nisi quid intervenisset adversi; attenuam & absque eo victoria spem præcepérat, hostem etiam sic numero superans. Nam ad triginta millia aptorum prælio perveniebant ei exercitus reliquæ, cum sub Romanis signis plus octodecim millia non essent. Ipse promptus animo milites monebat considerare. nihil leve in hoc prælio verti: aut Italianam, inquit. possidebimus. cuius ergo ventum est. aut mors nos manet, eaque turpis. Nonne igitur, viri fortes, illud huic anteponendum est? nam id quidem

dem dubium non est, quin si officium nostrum facimus, optatis frui liceat. Hæc atque his similia Butilinus hortamenta suis continuè adhibebat, atque illi spe bona pleni arma parabant, ut mos cuique: cerneret hic secures acui: ibi hastas gentilitias, quibus angonum nomen: alibi fracta scuta ad usum refici, & hæc quidem omnia parvo negotio. Parabilis enim est, quantum intelligo, gentis ejus armatura, nec multis opificibus indigens, sed ab ipsis quibus gestatur facilis, si quid luxatum sit, reconcinnari. Lorias, & tibialia planè ignorant: in tacti caput plerique, pauci galatæ præliantur, pectus, & terga nudi lumbos usque: inde femoralia induuntur ad tibias descendantia è lino alii, non nulli è corio. Equis nisi pauci admodum non utuntur, avito more, & educatione ad pedestrem pugnam exerciti. Ensis à femore, à finistro latere clypeus dependet. Arcus, fundas, & quæ alia eminus feriunt non habent, sed ancipites secures, & angones maximorum operum instrumenta. Sunt angones hastæ neque magnæ omnino, neque nimium exiguae, tales ut & jaci possint, & si conserta manu pugnandum sit incusso validæ. Pars harum maxima ferro obducta est, vix ut hastile appareat, & id qua teræ infiguntur, in summo ad cuspidis latera spicula prominent hamorum in modum ad internæ se inflectentia. Non temerè inter pugnandum angonem ermittit Francus: si corpus intraverit, penetrat cuspis, nec facile se ea liberaverit, qui vulnus accepit. Prohibent enim unci inhærentes carni, tantosque excitant cruciatus, ut etiam si cæterum lethalis ictus non fuerit, dolor ad interitum satis sit, quod si impactus sit clypeo, dependet, & cum eo circumagit, parte extrema solum verrens. Neque potest, qui impetus est, aut evellere hastam spiculis retinentibus, aut gladio absindere, quod ad lignum pertingere nequeat, ferro intercedente. Id simul conspexit Francus, partem angonis infimam instans, ac premens pede, prægravatum deducit clypeum, ita ut ferentis cedat manus, caputque ejus, & pectus nudetur. Sic patentem noctus, nullo negotio interficit, aut securi in frontem adacta, aut hasta alia gulam transverberans. Talia sunt Franci arma, quibus tum prælio se aptabunt. At Narses Romanorum Dux, hæc ubi cognovit, omni cum exercitu Româ egreditus, castra ponit ita non remota ab hostibus, ut & fragor audiri eorum, & spectari vallum posset. Postquam mutuò conspicere se potuerant infensi inter se exercitus, strui crebrò utrinque acies multæ stationes, intentæque vigilæ: obibant suum militem Duces: spes, metus, consiliorum inconstantia, & qui certaturos de rebus summis invalidere solent miri motus animorum, nunc his, nunc illis oboriebantur. Italiæ urbes à futuri casu suspensæ nutabant, utro se darent ambiguæ. Interea Franci proximos vicos rapantes alimenta non clam sibi auferabant, quod ubi vidit Narses graviter tulit, & erubescendum sibi censuit, si hostium calonibus liceret ita securè circumdata perambulare, velut hostile nihil in conspectu foret. Quare id non ferre ultra, sed omni vi prohibere constituit. Erat inter Romanos Præfectos Chanaranges Armenius, vir fortis, ac prudens, & ad pericula, quoties oporteret, intrepidus. Huic Chanarangæ (tendebat enim fine castrorum, hostem proximè) mandat Narses, ut impetu in Barbarorum plaustrarios facto damnis eos coërceret quædam maximis, nec pabulari sineret. Et ille cum paucis turmalibus suis evectus cætera plaustra abducit,

A interfectis qui agebant. Unum eorum onustum Silvestri, veterique fæno ad turrem admovet, quam à Francis impositam ponti jam ante memoravimus. Ubi appropinquatum est, ignem immittit fæno, qui in flammarum illico exardescens, spargensque sese, turrem, utpote ligneam corrupuit incendio. Qui in præsidio erant Barbari, cùm eam pestem adeò arcere non possent, ut jam-jam ad ipsos perventura videretur, visum est loco decidere. Evaferunt ægræ, nec fugere ante desierunt, quædam suorum castra introgrediuntur. Pons Romanorum factus est. His rebus eum in modum se habentibus Franci damno, ut gentis ingenium est, commoti arma spectabant; ira scilicet rabidi animo imperare non poterant, sed sine modo, stolidèque audaces, nec quietis patientes, nec moræ, eo ipso die certare armis cupiebant: quantumvis prædicto ab Alemannis vatibus non pugnandum eo die, aut si facerent, initare exitium. Ego quidem censeo etiam si postero, aut alio die commissum esset prælium, idem passuros fuisse, quod tunc passi sunt. Neque enim temporis mutatio satis valebat ad eximendos eos suppliciis, quæ impietate commeruerant. Sed siue casus ita tulit, siue Alemannorum vates futura, qualicunque tandem modo, conjectaverant, non vana visa est plerique, neque irrita fuisse divinatio. Nunc quæ secuta sunt, ordine quæque suo, quædam potero curatiissimè, persequar. Franci itaut dixi animati, armisque instructi erant. Eduxit & suos castris Narses armatos in locum, in quo ordinanda erat acies. Movebat jam se exercitus, & Dux equo insederat, cum nunciatur ei Herulorum quidam non è vulgo, sed clarus inter suos, & ortu nobilis servum suum ob culpam nefcio quædam fœdè trucidasse. Fræno igitur equum inhibens, homicidam in medium protrahit. non fas existimans aggredi prælium, nisi expiato hoc facinore. Cùm rem perscrutanti Barbarus factum agnosceret, nihil inficiatus, quin & jus diceret dominis mancipiis suis, quod vellent statuere, ut cæteri, nisi bene parerent, idem sibi scirent imminere. Vident Narses nihil pœnitentiâ motum hominem superbire ultro, & esse grandiloquum, satellitibus suis imperat eum interficere. Et ille quidem transfoßus ilia moritur. At Herulorum multitudo, ut barbaræ, indignabunda prælio subducere se agitabat. Narses læsus abstensa piaculi labo, nec Herulos nimium curans, in aciem progreditur, clamataque, ut cuncti exaudirent, victoriæ qui participes esse vellet, is se Ducem sequeretur. Tanta illi erat in Deum fiducia, ut velut futuri certus in rem ferretur. At Dux Herulorum Sindual turpe, ac probrosum putabat fore, si tanto in certamine ipse, milesque ipsius deseritorum crimen incurserent, crederenturque hostium formidine teneri, sed metui obtentum facere studium hominis mortui. Ob id quietis impatiens significat Narseti, paulisper opperitur: jam & se adfuturos. Respondit Narses, moræ non esse tempus: curæ tamen sibi fore, ut locum conyenientem in acie haberent, etiamsi aliquanto post advenirent. Heruli igitur bene armati, ordinatique incipiebant incedere. Narses ubi ad locum prælio electum pervenerat, struxit aciem. Latera tegebant equitum aleæ, levibus cum hastis, peltisque, & arcubus, accinæ, & gladiis; quibusdam & sarissæ erant. Ipse in dextro cornu constitit, unâque domesticorum ejus Præfectus Zandalas, servitii, ac ministerii quicquid arma ferre poterat, secum habens. Parte altera Valerianus, & Artabanes cum

cum suis: sed his præceptum occultari ad tempus inter nemoris umbras, & cum cœpissent configere hostes, cum è latebris in eos irruere, & circumventos includere. His interjecta pedes implebat, in fronte primores loricati ad pedes usque, galeis recti firmissimis, præterea scutis consertis se obsepserant; inde longa serie post alios alii, donec extremi ordinum in agros desiderent; velites, & quorum in jacendo vis est, terga circumcursabant, tempus operientes quo tela expedire juberentur; vacabat media in acie destinatus Herulis locus: mandum enim advenerant. Inter ea Herulorum duo, qui aliquanto ante ad hostes perfugerant, ideoque postrema Sindualis consilia ignorabant, non desinebant incitare Barbaros, quamprimum ut in Romanos infilarent. Reperieris, ajebant, discordes, ac turbidos, dum irati Heruli prælium detrectant, horumque secessione consternantur ceteri. Butilinus quæ vera volebat credebat facile: itaque statim in hostem rapit, ibant Barbari magna alacritate in Romanos, non placide, ac composito gradu, sed (ita nunciatis exultabant) cum imperu, ac violencia, velut illico quicquid erat hostium discerpturi. Acies ipsis cunei, aut Deltoti in speciem, à latitudine in arctum procurrebat, sermè ut caput suillum, cuius velut os densum, firmumque scutis vallabatur. Latera per ordines, cohortesque in longum porrigebantur, transverso sermè positi, paulatimque magis, ac magis diducebantur, ut in fine amplissimum occuparent spatium. tanta ibi raritate, ut multum loci inanis interponeretur, tergaque hominum aperta conspicerentur. Stabant aversi inter se, ut recta se hostibus objicerent, pugnarentque tutiores scutis protecti, terga autem mutuo illo contrapositu munita essent. At Narseti, aspirante fortuna rectisque ipsis consiliis, optimè cuncta procedebant. Nam simul, ac Barbari magno cum frenitu, & clamore, citato cursu se in Romanos intulerant. statim disjecere primores mediæ aciei. irruperuntque in vacuum, quem significavimus locum, necdum enim venerant, qui eum implerent Heruli. Primus Barbarorum globus penetratis ordinibus, cæde non magna edita in postremam Romanorum aciem incubuit. quidam & progressi longius, spe hostilia castra capiendi. Tum Narses paulatim productis, curvatisque cornibus, quam formantiam artifices inflexam anticam vocant, equitibus sagittariis imperat. ut ex latere utroque coenuntibus telis, terga hostium infestent, quod illi nullo negotio fecere, quippe Barbaros pedestri fungentes militia, ipsi ex equis editiores ferire facile poterant. raros praesertim & distantes nulloque objectu defensos. Neque arduum illis in timore equitum, qui & locis sublimioribus constiterant, hostium sibi proximos urgere desuper telis, & si quis adversum iræ auderet, absterrere vulneribus, ita undique à tergo feriebantur Franci, alii ab his, qui in dextro cornu alii ab his, qui in lavo erant positi. Atque ita contrario inter se cursu feriebantur sagittæ, & quicquid in medio erat lancinabant, ut neque cavere sibi possent Barbari, nec satis dispicere unde tela advenirent. Nam quia illos tantum spectabant, quibus fronte adversi constiterant, manuque pugnabant in velites fibi oppositos, equites autem jaculatores, qui ponè ipsis erant non videbant, vulneraque non pectoribus, sed tergo accipiebant, quid illud esset mali, nequibant intelligere, multis

A nec dubitare, aut querere vacabat: ita mors subita ictum sequebatur. Nam ablati qui extini steterant, interiores vudabantur, idque cum magis, ac magis fieret, multitudo, quæ fuerat, ad paucitatem redigebatur. Inter ea Sindual, ac Heruli ad pugnam adventantes in eos hostium incident, qui primi Romanorum tragerant aciem, jamque à suis, ut dixi, longius vagabantur. Hos illi cominus adorti rem strenue gerebant. At Franci re inopinata perculsi, & insidias subesse suspiciati, terga statim vertunt, multa transfugas criminando, à quibus deceptos se arbitrabant, insistebant Heruli, donec alios prostravere, alios in flumen egere precipites. Hac re peracta ingressi sunt iidem Heruli servarum sibi locum, & impleto quod vacabat, consummata est acies. Franci ex eo, clausi velut indagine, ex parte omni cædeban-
B tur, dissoluta quippe corum acies erat, aliquæ in alios suorum convolvebantur, quid agerent, quid non, ignari. Neque eos sagittis tantum interficiebant Romani, sed & gravis, & levis armaturæ qui erant pedites, partim hastis eos transjiciebant, partim trudebant contis, partim concidebant gladiis, equites præterea productis, donec coirent, cornibus circumventos quasi irretiebant. Si qui gladios effugerant, vi persequentiū coacti in annem se demittebant: miseraque erat ubique Barbarorum pereuntium facies. Tantaque internecio fuit, ut Dux Butilinus, exercitusque ejus omnis caderet, etiam illi duo, qui ab Herulis ante prælium transfugerant, nec quisquam Germanorum in patriam rediit, demptis quinque solis, quibus nescio quæ fortuna effugium dedit, quis non videat impietatis illos delisse pœnas, & vim superaram eorum impendisse capitibus, cum tantus ille numerus Francorum, Alemannorum, & qui ex aliis gentibus aderant, ita funditus interierit, Narsetis de exercitu vix octoginta desideratis, qui primum impetum hostilem exceperant. Virtutis laudem in hoc prælio tulere Romanæ gentes quot fuerunt prope omnes: sociorum Aligernus Gothus (nam & hic pugnantibus adfuit) & aliorum nullâ gloria inferior Herulus Sindual. Narsetem autem omnes & celebra-
C bant, & mirabantur, ut cujus prudentia tantum decoris partum erat. Victoria enim tam clara, atque illustris, & tot rebus excellens, haud facile, credo, veterum cuiquam contingit, quod si qui olim populi parem cladem sensere, reperias & hos per sua iniquæ facta eversos. Datis olim Darii Regis satrapa cum Persico exércitu Marathonem cum venisset, Africæ quin immo & Græciæ omni exitium moliebatur. Causa belli neque sancta, neque justa erat, sed quod Darium Asia tanta non caperet, inquietum animi, nisi & Europam adjiceret. Victi igitur egregia Miltiadis virtute Medi: tantaque Barbarorum occidio fuit, ut qui ante prælium Diana voverant Athenenses capras pares numero hostibus, quos intersecturi essent, adeo faventem habuerint Deam in venatu hoc bellico, ut implere promissam gratiæ vicem non possent, nequaquam sufficiente ad id victimarum copia. Jam vero magius ille, & mirificus Xerxes, qua causa à Græcis superatus est, nisi quod insolens, atque violentus, servituti eos destinans à quibus injuriam nullam acceperat, solo fretus suorum multitudine, & ingenti armorum paratu, consiliis rectis non utebatur? Græci nimurum pia induerant arma pro sua libertate, viribus neutiquam comparandi, sed recta consilia captando, & capta exsequendo, felices.
D Vide-

Videamus & Gylippi Spartani trophyæ, & Nicæ, Demosthenisque interitum, & omnia Syracusarum mala. Aliunde-ne ea orta sunt, quām ex vecordia, & alieni cupidine? quid enim in mentem venerat Atheniensibus, ut. relictis ad limen patrium hostibus, longinquam adeò navigationem susciperent, Siciliæ infestæ multa ejusmodi commemorari possint imprudenter, atque injustè cogitata, quæ in malum cogitantibus verterint. Sed hæc in præfens suffictura arbitror. At tunc Romani, ut ad priora revertar, mortuis suorum quidem justa cere, hostium verò detraxere spolia; magnumque armorum coarcevarunt cumulum. Captis dein, direptisque Barbarorum castris, prædâ onusti, ovantes canticis, coronis revincti, Ducecum suum Romam usque composito agmine prosequuntur. Cernere erat plerosque apud Capuam campos perfusos cruento, amnem verò ita cadaveribus refertum, ut supra ripas exundaret. Mihi verò, & indigenarum quidam carmen retulit lapides tabulae, quæ ad ripam posita erat inscriptum, quod sic habet:

*Unds Casilini Tyrrheni ad litoris oram.
Fluxit Barbaricis plena cadaveribus,
Butilini cum signa Deis invisa sequentes
Occidit Francos hasta Latina viros.
Felix annis, eris tu pro fulgente trophyo.
Hostili longum sanguine tintitus aquas.*

Sive autem re ipsa incisi saxo fuere hi versus, sive fama celebrante vulgati ad me usque pervenerunt, non alienum censui ab operis instituto eos hic iusserere, monumentum, ut credo, non insuave prælii illius, eventuumque. Sub hoc tempus nunciantur Romanis & quæ in Venetia Leuthari, ejusque copiis acciderant. Per id duplicitate gaudio, & plebs, & miles festos dies agere, ducere choreas, ut omni ab hoste metu sublato alta in posterum pace fruituri. Nam cùm ita funditus interiissent, qui hostiliter Italiam invaserant, neminem posthac idem ausurum suspicabantur. Et hæc quidem vulgus ita existimabat, non solitum exactè de rebus judicare, sed ut otii est cupiens, ita ad vota sua opinionem futuri inflectere. At Narseti, rationis ad examen cuncta vocanti, intemperantiæ animi insanire videbantur, qui crederent nullum laboris usum in posterum, sed ad mollitiem, luxumque verti securum semper fore. Neque enim multum aberant quin clypeos, & galeas vini amphoris, citharisque commutarent; adeò supervacua, nullique usui deinceps arma futura sibi persuaserant. At Dux magnis indiciis Francica bella redditura præsumens, metuebat ne Romani immersi otio, & otii vitiis apertos enervarent: deinde, si tempora prælium poscerent, per ignaviam pericula defugerent. Forte & hoc ipsum brevi evenisset, nisi ille ex usu arbitratus esset, vocare quamprimum concionem, egregiisque præceptis ad modestiam simul, & fortitudinem excitare mentis, & jactantiae nimium illud compescere. Postquam convenerant, progressus in medium sic infit. Qui subito, ac recens admodum bonam naecti sunt fortunam, non mirum si parum moderatè id ferant, elati re insolita, maximè si quod evenit, non expectantibus modò, sed & indignis evenerit. At vos, si quis imputati animi arguat, quid est quod excusationi possitis obtendere? An præter solitum evenisse vobis victoriam? atqui vos estis, qui Totilam, qui Tejam, qui gentem omnem Gothicam profiliastis. An majorem vobis quām capiatis obtulisse fortunam? At verò quæ est tanta felicitas,

A quæ Romanam magnitudinem lequare possit? innatum vobis, avitumque est semper hostem vincere. Vicistis ergo: sed rebus digni non inferioribus quām hæc fuit victoria, neque vos minorem impendistis operam, quām res exigebat. Venistis huc bonorum, non per segnitatem, ac voluptates, sed per labores assiduos, sudoresque, & periculorum exercitamenta: quare manendum vobis in iisdem institutis, neque præsentibus gaudendum modò, sed cura adhibenda, ut & futura respondeant. Nam qui non ita rem deputant, his non stabilis solet esse felicitas, sed in contrarium verti fortuna. Argumentum habete Francorum cladem, de qua jure nunc gloriamini. Erant in rebus prosperis, sed fastu tumidi; bellum in nos sumperunt, non prospecto spei lubrico. Periere igitur omnes, suapte magis temeritate, quām armis nostris. Turpe autem fuerit vos, Romani qui estis, eodem quo Barbaros modo affici, neque consilio tantundem præstare, quantum robore. Nemo enim vestrum existimet nihil ultra infestum imminentem, velut consectis hostibus cunctis. Primum si maximè id exploratum foret, ne sic quidem vertendi vobis mores, neque ab honesto demigrandum. At verò qui sapient, res ipsas reperiet multum distare à vestris cogitatis. Francorum maxima gens est, & populorum fœcunda, & apprime vilia belli meditamentis. Exigua eorum portio qui victi sunt, & quæ reliquis adeò metum non incussura, ut iras magis excitatura sit. Non igitur credibile est quieturos, & secum concocturos hoc dedecus. Brevi, brevi, majore cum exercitu aderunt, bellumque instaurabunt. Vos igitur rogo, ut, abjectâ pigritiâ, repetatis veterem ad subeunda pericula ardorem, atque augetatis etiam, quanto majora præteritis nunc sunt expectanda. Nam in eo animo perstantibus vobis, ut illi quām celerrimè adsint, paratos vos invenient, nulliusque moræ indigos. Quod si illi forte cessaverint, utrumque enim dicendum est, at vestra in tuto erunt, & consilia ceperitis longè optima. Hæc ubi dixerat Narses, subiit animos pudor, & lascivia poenitentia. Et illi quidem, exutâ se recordâ, immodestâque, veteri disciplinæ se reddiderunt. At pars Gothorum, septem fermè millia, apti pugnæ omnes, egregium antehac Francorum rebus auxilium, cùm apud se reputarent, non quieturos diu Romanos, sed in se quamprimum facturos impetum, recipiunt se in castellum cui Campsæ nomen, firmum satis munimentis, situ magis, quippe monti impositum arduo, in cuius vertice, abruptæ undique rupes in altum eminebant, suoque ambitu aditum prohibebant hostibus. Huc cùm se collegissent Gothi, in tuto se esse rati, non modò de deditione non cogitabant, sed & Romanis, si in se venirent, vi obsistere decreverant. Auctor, instigatorque audaciæ vir erat Barbarus, Praefectus ipsorum, Ragnaris nomine, quanquam nec gentis, nec nationis ejusdem, (erat enim ille ex Uturguris, quod Hunnorum genus est) Sed quod solers esset, atque etiam vafer, & gnarus parandas quocunque modo potestatis, multitudinem suam fecerat, & bellum reparare agitabat, quo majorem sibi famam circumdaret. Narses fine mora omni cum exercitu in eos ibat, cùmque incursu locum adoriri, interque confragosa pugnare non posset, ad obsidionem se parabat, diligenti custodia ne quid importaretur, neve illi impunè exirent. Verum nihil eo afflictabantur Barbari, quibus abunde erat necessiarum rerum; neque enim alimen-

ta


E

ta tantum, sed & rerum pretiosissima in hoc castellum, tanquam inexpugnabile, incluserant. Dolentes tamen circumcidere, & turpe habentes ita arcto se loco teneri inclusos, saepe excusabant in hostem, si eum sic possent depellere; nullum tamen operae pretium fecerunt. Inter haec hyems cum transisset, appetente jam vere, colloqui cum Narsete Ragnaris ad res praesentes conducere existimavit. Cumque impetrasset, adfuit cum paucis medio inter castra, & castellum loco. Postquam cojerant, multa commutavere verba. Sed cum animadverteret Narses Regnarem superbientem, crepantemque alta, poscentemque majora sua sorte, non aliter quam si bello superior leges dictaret, dissolvit colloquium, pactaque abnuens, dimisit eum, manuscum cuius tunc erat conditionis. At is ubi in jugum ascendit, nec procul muro aberat, indignatus elusum se spei, tendit arcum, sagittamque in Narseten dirigit. Sed irritus & hic fuit, aliisque cecidit telum, noxium nemini. Nec tamen perfidiae poena detuit. Nam qui Narseti aderant satellites detestati hominis superbiam in ipsum jaculantur tam feliciter, ut lethaliter ictus ceciderit, merito sanè, ut qui injustum, flagitosumque consivisset facinus. Vix eum sui comites portarum intra castelli moenia pertulere. Biduum vulneri superites, inglorius interiit, dignumque tulit pretium rum fastus sui, tum violatae fidei. Eo mortuo Gothi, qui sustinende obfitioni impares se sentie-

A bant, à Narsete vitam pacti incolumen, jurejando in id ejus accepto, se, & castellum dederunt. Interfecit eorum neminem Narses, tum promissi tenax, tum quod in victos sevire inhumanum crederet. Sed ne iterum rebellarrent, omnes ad Imperatorem Byzantium misit, quæ dum aguntur adolescens Theudibaldus, qui vicinos Italiz Francos regebat, ut dixisse me mini, miseram obiit mortem, congenita sibi tabe adesus. Cumque Childibertum, & Chlotharium sanguine proximos, ad successionem pueri lex vocaret, grave dissidium intervenit, parumque absuit quin genti universæ exitium adferret. Childibertus, & declivis erat senecta, & malè se habebat, attenuato, aresfactoque corpore: neque ei erant virilis stirpis liberi, sed unicum senectutis solarium filii. Chlotarius, & robusto erat corpore, & vix senex, ut qui rugare tum primum inciperet, & filios habebat quatuor, adultos, animosos, ad audendum impigros. His fretus, negabat fratrem in partem venire debere bonorum Theudibaldi, cum ipsum etiam Childeberti regnum, & patrimonium propediem ad se, liberosque suos esset deventurum: nec fecellit eum spes sua. Cessit enim senior hæreditate, vim, credo, viri veritus, simul inimicitarum fugiens: finitque vitam non multo post, & sic omne Francorum imperium unus accepit Chlotharius. Hic erat eo tempore status Italicarum, Francicarumque rerum.

C

Finis excerptorum ab Agathia.



Pal de J.

P A U L I
WARNEFRIDI
L A N G O B A R D I
DIACONI FOROJULIENSIS
DE GESTIS LANGOBARDORUM

L I B R I VI.

Ad MSS., & veterum Codicum fidem

E D I T I

A FRIDERICO LINDENBROGIO
B E L G A.

ACCESSIONE

VARIÆ LECTIONES CODICUM
AMBROSIANI, AC MODOETIENSIS,
ET ANNOTATIONES
HORATII BLANCI ROMANI.

397

IN PAULI DIACONI HISTORIAM LANGOBARDICAM

P R A E F A T I O

LUDOVICI ANTONII MURATORII.

Paulus, quem vulgo *Diaconum* eruditi appellant, natione Langobardus, Patrem habuit Warnefridum; quae causa est, ut etiam Warnefridi cognomento datur. Ipso teste lib. 4. cap. 39. de Gest. Langob. ejus abavus Leuphis ex Langobardorum genere cum eis in Italiā venit. Proavus Lupicis in Castro Forojuensi in Provincia Venetiae, quum lares fixisset, inde in captivitatem ab Avaribus ductus, tandem Forum Julii reversus, res & familiam ibi reparavit. *Hic*, ait idem Paulus, genuit Avum meum Arichim, Arichis vero Patrem meum Warnefrid, Warnefrid ex Theudelinda conjugē sua genuit me Paulum, meumque germanum Arichim, qui nostrum Avum cognomine retulit. Forojuili natum & ipsum Paulum, auctor est Herkempertus, uno tantum seculo ab eo distans in fusiōte Historia Langobardorum apud Camillum Peregrinum, ubi *Diaconum Paulum* laudat, qui fuit ortus ex Forojuensi Civitate. At in ejus Epitaphio Hildericus Abbas, discipulus olim Pauli ipsius, ipsum genitum dicit, *nūtidos ubi saepe Timavi Amnis habet cursus*: quae verba Aquilejam potius designare videntur Patriam Pauli. Hinc autem factum, ut apud plerosque *Diaconus Aquilejensis* appelletur, quo tamen nomine fortasse non illius Patria, sed Ecclesia, cuius Clero se addixit, indicatur; Forum enim Julii aequē, ac Aquileja uni Episcopo, seu Patriarchae subest. Adolescens Ticinum profectus, & in Regali aula educatus se literarum studio totum dedit, carus propterea Ratchisio, Cuniberto, & Desiderio Langobardorum Regibus. Si fides Leoni Marsicanō in Chronico Casinensi lib. 1. cap. 15. capta a Carolo Magno Papia, & Langobardorum viribus omnino accisis, Paulus in Franciamductus eidem Regi Carolo familiaris admodum fuit. At quā ab aemulis excitata calumnia accusatus deinde fuisset conceptae in Carolum conjurationis, & obduratae fidei in Desiderium olim Regem suae gentis, Carolo mandante, in Diomedis Insulam relegatus fuit. Post aliquot exsiliī annos inde fugiens, apud Arichisium Beneventi Ducem magno in honore vixit, atque eo tandem Principe e vivis sublato, in sacra Casini Montis solitudine Monachus factus, ibi reliquum vitae cursum piissime consummavit. Leonem Marsicanum, clausis oculis, in ejusmodi narratione descriperunt subsequuti Scriptores. At celeberrimus Mabillonius in Annal. Benedictin. ad Ann. Ch. 777. inter veterum fabellas hocce Pauli exsiliū referendum censet. Quod extra dubitationis aleam est, Casinatibus Monachis se adjunxit Diaconus, atque in eo Monasterio Idibus Aprilis circiter annum Christianae Aerae 799. diem clausit extremum.

Variis scriptis Paulus Diaconus suam apud posteros famam propagavit. Nempe reliquit *Appendicem ad Eutropii Historias*, a Valentianō & Valente Augustis deductam usque ad Justinianum, de qua jam supra egimus in Praefatione ad Historiam Miscellam. Libellum quoque, seu *Historiam Episcoporum Metensium*, rogatus ab Angelrammo ejus urbis Episcopo, scripsit. Tum *vitam S. Gregorii Magni Papae*; & praeter *Homiliam* de S. Benedicto, seorsim editam, *Homiliarium* prolixum iussu Caroli Magni concinnavit, ad totius anni festa accommodatum, & decerptum ex Homiliis SS. Ambrosii, Augustini, Hieronymi, Origenis, Leonis, Bedaꝝ &c. Quae omnia publicis typis edita habentur, ut & quaedam epistolarum fragmenta a Baluzio evulgata. Eidem quoque tribuuntur *vita*, *sive passio S. Cypriani*, *vitae Sanctorum Benedicti, Mauri, & Scholasticae virginis*, *Carmen de eadem S. Scholastica*, & *Hymni* quidam, quos inter celebris in honorem S. Johannis Baptiste, nempe, ut queant laxis &c. Sed haec incerta. *Vita S. Armelphi* apud Bedam eidem Paulo Diacono tributa, non alia est, ac quae legitur in Historia Episcoporum Metensium. Dicitur etiam literis consignasse *Commentarium in Regulam S. Benedicti*, qui in quibusdam Codicibus MStis occurrit; verum V. Cl. Mabillonius Hildemaro potius tribuendum hoc opus contendit. Si Galesinio credimus, *Historiam quoque Episcoporum Papiensium* Paulus reliquit. Galesinium ego tanti non facio, ut eundem in hac re judicem idoneum putem. Certe nemo aliis hanc

aut

aut antea , aut postea vidit , & ne ipsi quidem Ticinenses , quorum tamen intererat aut servare , aut redimere opellam sibi gratissimam . Fragmenta alia Operum Pauli Diaconi innuit Johannes Baptista Marus in Notis ad Opusculum Petri Diaconi de viris Illustr. Casin.

Quod est ad *Historiam* , seu Libros sex , *de Gestis Langobardorum* , quam nunc recudimus , certissimum Auctorem illa habet Paulum nostrum , quemque ille scripsit , postquam Monasticam vitam professus fuit . Egregium sane opus , quo sublato jejuna , & manca nimis foret apud Italos Langobardici Regni , & Populi Historia . Sunt qui putent , eum nil nisi fabulosa enarrasse de origine , ac transmigratione Langobardorum , & potissimum Cluverius Pauli Diaconi fidem heic prorsus elevare non dubitat . Et profecto nulla fere Populorum , aut Familiarum origo est , quae fabulis non scateat , & nec ipse Paulus ejusmodi mercibus caret . Attamen uti jam monui cap . X . Antiquitat . Estens tam acri , atque ampla sententia minime configenda , & ne in his quidem contemnenda videtur Pauli auctoritas , qui praeterquamquod de gente sua , qua cum floruit , multa rescire potuit , se etiam alibi perquam accuratum , & eruditum exhibet , & p[re] oculis etiam habuit Historiam Langobardicam , a Secundo Tridentino eo[us]m[od]i seculo scriptam , quo in Italiā Langobardi eruperunt . Prodiit Historia haec Augustae Vindelicæ anno 1515. tum Basileae anno 1532. , ac deinde Lugduni Batavorum anno 1595. In hisce editionibus Opus in haec verba desit *Francorum* , *Avarumque pacem custodiens* . At Fridericus Lindenbrogius editioni Hamburgi anno 1611. fragmentum addidit , quod & Freherus inter Historicos Francicos Hanoviae anno 1613. editos ex Codice MS. Palatino exhibuit . Laciniam eamdem ego quoque in hac editione attexam , una cum aliis additamentis ab Anonymo antiquo factis , & ab eodem Frehero evulgatis . Nihilominus quum in aliis Historiae Langobardicae MStis desideretur fragmentum illud , equidem praestare nolim , Paulo nostro sine dubitatione & hoc esse tribuendum . Certe Gruterus de hoc supplemento agens existare ait ipsum in unico illo MS. , cui tantum quisque tribuat , quantum licet affirmationi testis unius . Imo eruditissimus Pagius in Critic . Baron . ad Ann . 774. num . 7. non dubito , inquit , quin additamentum illud sit alicuius junioris Auctoris . Id autem Pagius ex eo evincit , quod additamenti Auctor statuat , Papiam debellatam , Desiderium Regem captum , finemque habuisse Regnum Langobardorum anno Dominicæ Incarnationis DCCLXXIII. quum tamen ex communi calculo Historicorum veterum , ac monumentorum constet , ea contigisse anno tantum subsequente , hoc est 774. Illorum temporum aequalis fuit Paulus Diaconus , imo testis oculatus prostratae gentis suae , ac proinde falli non potuit in assignando anno tam memorabilis excidii . Ad haec Paulus de Regibus suis copiose , amice , atque honorifice semper loquutus est ; fragmenti autem Scriptor animo averso , ac nimis jejune de postremis Regibus scribit ; & Desiderium quemdam Ducem Langobardorum , veluti hominem ignotum , appellat , qui tamen Tusciae Dux erat , & novissimum Regnum Langobardicum rexit . Tamdem ut hoc moneam in Bibliotheca SS. Patrum Tom . X. impressa legitur Langobardica haec Historia , uti ad calcem Historiae Gothorum a Grotio editac Amstelodami anno 1655. , desiderato tamen fragmento Freheriano .

HORATIUS BLANCUS ROMANUS

LECTORI HUMANISSIMO

S. P. D.

Cum nova Pauli Diaconi editio collectioni huic, quo doctissimum Muratorium auctorem habet, ex præposta ratione temporum accedere deberet, idque mihi oneris à Palatinis nostris impositum esset, ut meam in Viros doctrinā, & sortis præstantiā excēdios, mibique multis nominibus beneficissimos, observantiam & obsequium, atque in opere ipso diligentiam pro viribus ostenderem, cogitare cœpi quodnam celebrati Auctoris exemplum inter vulgata feligerem: plura enim circumferuntur non leviter inter se discordantia, ut ea simul conferenti patebit. Erat animus castigatorem quod fieri posset editionem præbere, quodque in recudendis aliis Auctoriibus curavimus, id maximè in Paulo Warnefridi præstare: homo quippe nationis Langobardicæ res amplissimi bujus olim Regni ab adventu gentis in Italiam, unicus illiterati ævi Scriptor, non inelegans pro temporum infelicitate, servavit, ita ut eodem amissio, maxima in Italica Historia lacuna fieret, & inclytæ huic Urbi jactura, que ad regiae sedis majestatem elevata per universam ferme Italianam latè dominabatur, & veteri labente Romano Imperio, Gothorumque avulsâ fortunâ, Italicae potentiae decorem in se accepit, atque firmavit. Et sane si Paulum nostrum auferas, quæ tenebræ in Langobardici Regni rebus non inducentur, quantusque urbi decor non effluxerit, tacentibus ceteris penè Scriptoribus omnibus, & verbum unum aut alterum vix ad alia properando pronunciantibus? Quæ demum juri nostro caligo induceretur, si feudorum leges à Langobardicis deducetæ, atque in hanc diem servata Pauliana lectione minimè juvarentur? His igitur de causis expetebat accuratiorem diligentiam Paulus, eamque ut pro viribus adhiberem, Friderici Lindenbrogii exemplum comparavi typis Plantinianis vulgatum, gratiasque iterum rependo viro doctissimo D. Joanni Gaspari Berretta Cassinensi Monacho, qui libri bujus diu frustra quæsti usum præbuit, cum Ambrosianum alterum parem loco mouere religio sit; atque Lindenbrogianam editionem ob id potissimum cæteris prætuli, quod magni nominis vir, & antiquitatum peritiâ laudatissimus, manuscriptorum codicum ope varias addidit lectiones, ac eruditissimis notis illustravit, nomine suo per initiales tantum literas designato, quod Angelum à Nuce Cassinensem Abbatem in suis notis ad Leonem Ostiensem in errorem traxerat, cum hanc à se probatam editionem Bonaventuræ Vulcanio tribuat, quæ reddenda est auctori suo Lindenbrogio. Acceptiorem præterea futuram fore literatis viris putavi, si ex nova mea collatione cum aliis veteribus codicibus genuina lectione cognosceretur; quamobrem doctis. Josephi Antonii Saxii Ambrosianæ Bibliothecæ Præfetti beneficio vetus MS. exemplum optimæ notæ adhibui post Historiam Miscellam eodem uno tomo alligatum, ejusque specimen characteris in sequenti tabula incisum volui ad probandam antiqui codicis fidem. Occurrit præterea codex alter cum forte in Modoëtiensis Basiliæ Archivo Comes Donatus Sylva doctissimus, & ego, inter fragmenta cartarum, admiteme humanissimo Canonicò Brenno vetera monumenta investigaremus ad Langobardos nostros pertinentia; sed refugit animus infelicem fortunam, perditamque operam, ac veterum vel calamitatem, vel negligentiam. Occurrit, inquam, inter plures MSS. codices ibidem servatos Historia Pauli nostri cæteris auctior in iis, quæ ad eamdem Basiliacam spectant, quæque in Ascensiana editione paucis variantibus leguntur, ut suo loco notavi: bujus etiam specimen dedi sequenti tabula; sed certiore fortasse notam alteram ævi ejus, in quo scriptus est codex ille, quis mecum arguet à sequenti clausula, quam idem librarius una characterum forma, & continentì serie, inter Italæ descriptionem circa finem lib. II. loco satis incongruo inseruit fol. MS. XXIII. Hæc ibi leguntur.

Regnante Ottone minore Imperatore mense Augusti totum apparuit stella cometis percurrente indictione III. In ipso anno hoc fuit XIII. Kal. Februarii. Luna amisit lumen suum quasi horâ unâ. & terremotus factus est magnus. juxta gallorum cantus. pro indictione IIII.

Item regnante Ottone Imperatore genitor super & scripti Ottonis minoris pro indictione XIII. Hoc fuit pridie Kal. novembris apparuit signum in Cœlo. visa sunt veraciter ad partem sententrionis circa gallorum cantus Cœlum claruit sicut aurora. In ipsa claritate columna candida nimis apparuit erecta à terra. capud ejus usque ad sententriale stellam. ex utraque parte ejus cœlum flamineum erat sicut ignis & illic apparuerunt nebulae sulphureæ tenebroæ plenæ imbris. Visa sunt hec omnia quasi fere hora quarta.

Cumque III. Indictio semel tantum in annos Imperii Ottonis minoris inciderit: is enim, ctsi duplarem epochen habeat, longiorem non ultra protraxit, quam ad annum Imperii XVI., quo post infelicem cum Græcis pugnam dum occupandæ Transyberinæ Italæ inhiaret, postlimino reversus Rome occubuit anno Christi CMLXXXIII., ut accuratiores Historici notant, hinc Indictio III. CMLXXV. anno est assignanda, quo stella cometes apparuit, & sequenti CMLXXVI., quo lunaris ecclipsis, & terræmotus factus est, Indictio IV. eosque duos continuos annos nostra numerandi ratione distinctos bene Amanuensis iste quisquis fuerit unum tantum afferit; suis quippe temporibus non à Nativitate, sed ab Incarnatione annorum periodus deducebatur, eaque de causa Februarius mensis IV. Indictionis in eodem anno recensetur, quo III. effluxerat Indictio. Cæterum ecclipsin hanc, terræmotum, atque alia phænomena eo libentius notavi, quod nulla in ejus ævi Scriptoribus hactenus mibi occurserit mentio, atque inde afferere posse crediderim codicem hunc Modoëtiensem sub Ottone minore scriptum fuisse; congruit enim ipsa characterum forma, ut periti cognoscant, frequensque apud veteres erat usus insigniores suorum temporum res per istas clausulas memoriae tradere, ac aliorum libris inserere, quod Mabillonius, aliquique plures animadverterunt. Sed ad Pauli editionem redeo.

Ser-

Servato Lindenbrogiano textu variantes ab ipso vulgatas lectiones, & meas utriusque laudati codicis in calce adjeci, signatis initialibus literis, nempe A. M., & L. quibus Ambrosianus, Modoëtiensis, & Lindenbrogianus codex suo quisque loco notatur cum vel minimum à præposito exemplo discordet: placet enim eruditis viris religiosa isthæc diligentia, qua sæpe vitiati Autorum loci, puritati sus restituantur; nec piguit assidue tot aliorum Scriptorum lectioni laborem hunc improbum addere, in quo adjutorem habui accuratissimum Philippum Argelatum, nostrum, ut amplior tibi, Lector humanissime, suppellex foret, ac judicio tuo Pauli mentem in ipsa exemplarum copia commodius investigare posse, Ambrosiani præsertim codicis ope, qui altero antiquior ad illius tempora proprius accedit, & multis in locis peculiarem habet lectio-nem, ut plurimum castigatiorem. Apposui præterea Lindenbrogii notas, quibus vir eruditissimus plura in Autore nostro ex Graeca, & Latina penitiori antiquitate illustravit, ornavit que concinnitate maxima, & doctrina, cumque in iis perlegendis animadverterim laudatissimum virum ab iis, quæ ad historiam pertinent non libenter abstinuisse, quod & in epistola sua manifestè profitetur, id mihi laboris tribui suscipiendum: temere quidem, si cum viro editorum operum famâ clarissimo, nullius ego nominis in scœnam venire cogitasse occasione affectata, sed ipso propemodum alliciente, ac opportunitate congrua, illius Manibus morem potius gessisse mihi videor, quod unicè optavi. Noverat enim oculatissimus Lindenbrogius non uno in loco Paulum nostrum à veritate aberrare, in iis præcipue, quæ suam etatem præcesserant, vel temporum ordinem non satis indicasse, immo aliquoties manifestò prævertisse. Præterea cum tripli-cem historiam unico filo Paulus duxerit, Graecam, Francicam, & Langobardicam, quod plurimæ potentissimas has inter nationes res intercesserint, singulas non semper cæteris respondentes ita contexuit, quin erroris notetur; quæ causa fuit ut severiores critici in eum acerbius insurrexerint. Verum æquioribus ingenii jamdiu persuasum historiam hanc plurimi faciendam, si quæ ab impuris fortasse fontibus hausta expurgentur. Id equidem optaverat Lindenbrogius, & observatio-nibus suis, celebratissimi viri data occasione præstiterunt, Baronius præsertim sacre princeps hi-storiæ, cum Langobardicorum temporum scriem ex instituto suo percurreret. Id ego iterum tanti viri facem sequutus perpetuis notis absolvendum tentavi, ut Lectoribus præsto essent in ipsa Pauli lectione argumenta, quibus narratarum ab eo rerum ordo vel corrigatur, vel explicetur.

Animus ad hanc operam dedit præstantissimorum Virorum auctoritas Excellentiss. nempe Comitis Caroli Archinti, & Marchionis Theodori Alexandri Trivultii, qui ex doctrina peritiaque sua, non ex tenuitate mea rem estimantes; ita me monitis & eruditionis copia frequenti apud eos de re literaria sermone penè obstrinxerunt, ut jam erubescerem ab eorum sententia declinare, veritus ne desidia tribueretur mea longior excusatio. Satis itaque duxi Patronorum meorum arbitrio vinci, arreptoque calamo id primum curæ fuit ut Langobardicorum Regum chronologiam ab ipso Alboini adventu in Italiæ anno scilicet CCCLXVIII. usque ad Liutprandi obitum, quo Paulus histo-riam absolvit ita disponerem, ut singulorum Regum anni quos Noster enumerat, loco suo serie continua notarentur, in quo plurimum ab eruditis viris laboratum est. Ad eos ipse investigandos non alias volui conjecturas, quæ ab ejusdem & vii Scriptori testimoniis deducerentur, si forte occurrerent, vel ex datis Regiorum diplomatum, atque utinam uberior eorum copia in vulgus pro-diret, ut certiorem chronologia rationem inire possemus cum ex hactenus vulgatis nonnulla sint in numeralibus notis vel temporum injuria, vel negligentiâ librariorum vitiata. Hoc ipse conatu, quandoque à recentiorum Historicorum chronologia discessi, potissimum Sigonii; sed argumenta subjunxi, quibus aliorum auctoritati minimè deferendum putavi. Non absimili ratione per Ducum Langobardicorum etates excurri, Camilli Peregrinii, aliorumque bujus notæ virorum sententias recensendo.

In iis verò locis, quibus noster veterum aliorum testimoniis fulcitur pari modo notavi ut major homini fides accederet, & celebrem controversiam de origine gentis Langobardicæ in ipso Historio initio consultò repetiti ex doctissimis viris Cluverio, & Grotio; rem enim eruditione sua ita exegere-runt, ut vix novi aliquid afferri posset, proderitque in ipso historiae vestibulo altius fontem repe-retere. His ego Lector humanissime tuam inire gratiam putavi, & si probes, gaudium, si errorem notes lucrum à castigatione tua obveniet. Id postremò te monitum volo in hac editione nostra pag. 472. ut in aliis Lindenbrogii, & Grotii summam capitum non bene suis locis appositam. Caput enim XLVIII. in superiori XLVII. initium habet ab iis verbis apud Beneventum &c. quo summa ejusdem retrahenda esset; ne tamen variam ab editis capitum divisionem daremus, atque ita majus incommodum oriretur, errorem dissimulavimus. Vale.

SPECIMEN CHARACTERUM HISTORIAE
LANGOBARD. PAULI DIACONI
ex Codice Ambrosiano pergameno Sig. lit C. n. n.

HISTORIE LANGOBARDI LIB: PRIMOS;

Dilectorima quoque plures inviriat populos idemque exanimis gentes egrediantur;
Septemtrionalis plaga quanto magis abestus solit remota est et nivali frigore religata
stans salubrior corporibus hominum propagandis gentibus; coaptata sicut e concilio omnis meri-
diana regio quae solit feruor uincitur. eo semper morbis habundat. & educandi ministrat
apta mortalibus; unde fit ut tanto populo multitudines arcto sub aere brant. ut nymphae
uniuersa illa regio tam accensus usq; ad occiduum. nec & pprus loca mea singula nun-
cupent nominibus; generali tam uocabulo germania vocantur; quibus & dual ultra re-
num pueris. romani cum ea loca occupassent superiorum inferioreq; germaniam
dixerunt; Ab hac opopulosa germania sepe innumerabiles captiui curvae adducte mendu-
ni populi pecto distrahunt;

Rex autem luit proinde cum hoc cognovit sed non equum animo vult. Tam de
infirmitate conualescens. cum regni sui consolat' habuit. Cuolunt' dehinc aliquod annus. transiit q.
romam fugerat. spoleciu' reuulsa. hildencu' exanex' rursusq; contra regem rebellionis audacia supluit;
Explicit LIB: R. VI. HIS TITRIORIB: LANGOBARDOR:

ex Codice Modoëtensi

Septemtrionalis plaga quanto magis abestus remo-
ta est. et nivali frigore gelida. tanto salubrior
corporibus hominum propagandis egreditur; auxi-
tata. Sicut ecce omnis meridiana regio quo solit est
feruor uincitur. eo semper morbus abundat. & educandi
ministrat apta mortalibus. unde fit.

Plus semper orationibus quam
armis fidens. maxima semper cura francorum abbaturq;
pacem custodiens.

LANGOBARDORUM REGUM CATALOGUS.

I.	AGELMUNDUS	<i>Ex profapia Gungincorum, mortuis Ibor, & Ayone Ducibus, Langobardorum Rex salutatur. Paul. pag. 413. à Bulgaris occisus, relicta filia captiva, pag. 414.</i>
II.	LAMISSIO	<i>Agelmundi alumnus cum Amazone pugnat, pag. 414. Regnum accipit, & Agelmundi necem vindicat. Moritur, pag. 415.</i>
III.	LETHU	<i>Regnavit annis XL. filio Regnum reliquit, pag. 415.</i>
IV.	HILDEHOC	
V.	GUDEHOC	<i>Langobardo in Rugorum regionem duxit, pag. 415.</i>
VI.	CLAFFO	<i>Filius Gudehoc, pag. 416.</i>
VII.	TATO	<i>Filius Claffonis. Herulorum Regnum delevit, pag. 417. à Wachone fratris sui Zuchilonis filio vita & Regno privatus, pag. 418.</i>
	WACHO	<i>In Regis fastis à Paulo minimè numeratus, neque à Rothari Rege in suo legum prologo, quod Regnum vi occupaverit, pag. 418.</i>
VIII.	WALTARI	<i>Filius Wachonis genere Lithingus, ut antecedentes Reges, regnavit annis septem, pag. 419.</i>
IX.	AUDOINUS	<i>Langobardo in Pannoniam duxit, Gepidos vicit, pag. 419.</i>
	I.	<i>Rodelindam uxorem habuit, & filium Alboinum, pag. 424.</i>
X.	ALBOINUS	<i>Cunimundum Gepidorum Regem occidit ejus filiam Rosemundam uxorem habuit mortuā Clotsuindā, pag. 424. Langobardos in Italiam duxit, pag. 428. consilio Rosemundae conjugis ab Helmiche occisus regnavit annis tribus, pag. 435.</i>
	II.	<i>Massanam conjugem habuit regn. an. unum menses sex à familiare suo jugulatus, pag. 436.</i>
XI.	CLEPHO	<i>Clephonis filius primus Flavius appellatus Brexellum expugnat, pag. 444. Theodolindam Garibaldi Bajoariorum Regis filiam ducit 450. veneno sublatuſ regn. annos VI. pag. 453.</i>
	III.	
XII.	AUTHARI	<i>Taurinatum Dux Theodolindae alter maritus à Langobardis in Regnum levatus, pag. 453. filias habuit N. Godescalchi Parmensis uxorem, pag. 459. & Gundibergam, pag. 472. Aladoaldum filium, quem Regni consortem facit, pag. 463. regnavit annos XXV. pag. 469.</i>
	IV.	
XIII.	AGILULPHUS	<i>In insaniam lapsus à Regno ejicitur postquam cum matre X. annos regnaverat, pag. 469.</i>
	V.	
XIV.	ALADOALDUS	<i>Qui Aladoaldo sufficitus regn. an. XII. pag. 470. uxorem habuit Gundibergam, ut puto.</i>
	VI.	
XV.	ARIOALDUS	<i>Genere Arodus. Leges edidit ibid. regn. anno XVI. & menses IV. pag. 472.</i>
	VII.	
XVI.	ROTHARI	<i>Rothari filius, huic Paulus uxorem dedit Gundibergam, quæ forfasse post Arioaldum Rothari nupserat. pag. 472. Occisus à Langobardo cuius uxorem vitiaverat regn. ann. VII. dieb. V. p. 473.</i>
	VIII.	
XVII.	RODOALDUS	<i>Fil. Gundualdi Theodolindæ fratris regn. annos IX.</i>
	IX.	
XVIII.	ARIPERTUS	<i>Ariperti filii regn. ann. I. mens. III. pag. 485. Ob mutuam discordiam à Grimoaldo Beneventano duce Regnum occupatur occiso Godeberto, & Bertarido in fugam abto, pag. 474.</i>
	X.	
XIX.	BERTARIDUS & GODEBERTUS	<i>Confirmato Regno uxorem ducit Ariperti Regis filiam. Dum columbam sagitta ferire niteretur nono post phlebotomiam die, rupta venâ moritur. Regn. annos IX. relicto Garibaldo filio. Iterum in Regnum non sine miraculo vocatus, pag. 485. Cunibertum filium Regni consortem facit, pag. 486. moritur postquam solus & cum filio regn. an. XVIII.</i>
	XI.	
XX.	GRIMOALDUS	<i>Hermelindam uxorem habuit ex Saxonum Anglorum genero ortam, pag. 487. cum Alachi rebelle pugnavit, & vicit, pag. 488. regn. solus an. XII. pag. 496.</i>
	XII.	
XXI.	BERTARIDUS	<i>Cuniberti filius puer admodum sub Ansprando tuteore à Razunberto Taurinatum duce Godeberti Regis filio, è Regno deiicitur, pag. 497.</i>
	XIII.	
XXII.	CUNIBERTUS solus.	<i>Eodem anno mortuus ibid.</i>
	XIV.	
XXIII.	LIUTBERTUS	<i>Ragunberti filius. Liutpertum Regem in bello captum occidit, pag. 497. Ansprandum tutorem in fugam egit, in ejus uxorem & filiam sœvit, pag. 498. Ticino flum. mersus, pag. 501. regn. cum patre & solus usque ad annum XII. pag. 502.</i>
	XV.	
XXIV.	RAGUNBERTUS	<i>Bajoariis ad quos confugerat juvantibus Aripertum vincit, post victoriam Regno potitus tres menses tantum vixit, pag. 502.</i>
	XVI.	
XXV.	ARIPERTUS	<i>Ansprandi filius paulo ante patris mortem Rex appellatus. p. 502. Praeclara multa gesit. Morbo cessit regn. ann. XXXI. mens. VII. pag. 510.</i>
	XVII.	
XXVI.	ANSPRANDUS	
	XVIII.	
XXVII.	LJUTPRANDUS	
	XIX.	
XXVIII.	S. RACHISIUS.	<i>Sub quo Regnum Langobardorum à Carolo Magno eversum.</i>
	XX.	
XXIX.	AHISTULFUS.	<i>Tom. I. E e e Epi-</i>
	XXI.	
XXX.	DESIDERIUS	

Epitaphium Pauli Diaconi ab Hilderico Abate illius discipulo scriptum.

Verspicua clarum nimium cum fama per ævum
 Vixtra simul junctum pangant te cœtibus almis;
 Ceridicos, Levita, tuos quis summe triumphos
 Lucifluis, Paule, potuit depromere dictis?
 Et sua, sed lector properans huc nesciat, & hospes
 Sacrato tumulo requiescere membra sub isto;
 Laudis, amande, tuæ summatim carmine digno
 Almificos actus dignum est referare canendo.
 Maximio dudum Bardorum stemmate gentis,
 Ciribus atque armis, quæ tunc opibusque per orbem
 Insignis fuerat, sumplisti generis ortum.
 Nam digna est, postquam nitidos ubi saepe Timavi
 Amnis habet cursus, genitus tu prole fuisti.
 Divino instinctu regalis protinus aula
 Ob decus & lumen patriæ te sumpxit aëendum;
 Cum tua post Tibridem populis & Regibus altis
 Hunc placida cunctis vita, studiumque maneret;
 Omnia Sophiæ cœpisti culmina sacræ,
 Rege monente pio Ratchis, penetrare decenter.
 Plurima captasses digne cum dogmata, cuius
 Resplendens cunctos, superis ut Phœbus ab astris,
 Arctoas rutilo decorasti lumine gentes.
 Et sic jam nimium, fluidi cum gloria sæcli
 Condignis ditaret ovans te sedule gazis;
 Lucis ob æternæ vitam sine fine beatam
 Vudačter sprevisti hujus devotus honores:
 Regis & immensi fretus pietate polorum
 Cernanti huc Domino properasti pectore Christo
 Subdita colla dare Benedicti ad septa beati.
 Exemplis mox compta tuis ubi concio sacra,
 Num jubar ut fulgens cœpit radiare coruscis.
 In te nam pietas jugiter, dilectio dulcis,
 Zestareus & pacis amor, patientia viatrix,
 Simplicitas solers nimium, concordia summa,
 Omne simulque bonum semper venerande manebat:
 Nunc ideo cœli te gemmea regna retentant,
 Sidereum retinens pariter per sæcla coronam.
 Hoc tibi posco, sacer, gratum sit carmen honoris,
 Hilderic en cecini quod lacrymando tuus:
 Quem requiem captare tuis fac quæso perennem
 Sacratis precibus, semper amande pater.

NOBI-

bate

NOBILISSIMIS, AMPLISSLIMISQUE VIRIS,
D N. OTTONI A DURING.
ECCLESIAE BREMENSIS DECANO,
PRÆPOSITOQUE VALLISLILIORUM,
D N. VITO ORTELIO
WINSEMIO. IC.
SERENISSIMI REGIS DANIAE CONSILIARIO,
ATQUE HAMBURGENSIS ECCL. DECANO.

D. D. F. L. B.

Amplissimi viri, vetustate nobiles, nobilitate felices, præclara semper mihi visa est veteris poeta Lucillii sententia, monentis ante omnia nos debere commoda
— patria prima putare,
Deinde parentum, tertia jam postremaque nostra.
Meritissimo enim, optimoque jure primas sibi partes postulat terra quæ genuit, quæ aluit, quæ educavit, quæ latentes in nobis divinae mentis scintillulas eruit, confabellavit, fovit; quod equidem mihi prestitum ingenuè fateor: unque aliquà redhostirem, hanc Pauli Historiam denuo luci dare volui. In qua et si pincipue de Langobardis agat, non raro tamen aliorum Germania populorum mentionem facit. Nescio sanè quid Historiâ utilius dare possem: ex ea quomodo secularium fortium variaverit urna discere, & velut ex arce despicere licet; quæ etiam virtute sua præponderat, quantumvis impolito, & barbaro stilo scripta. Id quod huic accidisse sequo animo ferendum est. Ita tunc tempora erant, raro aliquis Mercurialibus gratiis litabat, adeò deserta erant studia, aded *unus ubique ingenia marcor oppræserat, nec accendebatur tyro emulatio seculata.* Quanta admiratione (di boni!) hæc essent, si istis temporibus contigissent, cùm quod rebus deerat, dos eloquentum supplebat, nunc sub verborum vilitate jacent res maxima. Quid enim prohibet sic putare, res ab eis maximas gestas, qui bellicosissimi viris, & contra quos Mars haud ausit (ut *Comicus loquitur*) hiscere, terrori fuerunt. Hi enim sunt, quos Alexander vitandos pronunciavit, Pyrrhus pertimuit, Cæsar exterruit, hi denique sunt in quibus Romanorum, aliorumque pax desit. Verum ne Germanos meos nimium amando ipsem et odiosus sim, ad vos milii potius viri Amplissimi flectatur oratio, qui cùm in nobili gente inter nobiles maximè etis, vos selegi quibus präcipue hunc librum offerrem, morem in hoc imitans majorum, & ut illi primitias quædam frugum, aliaque dona dii suis libare solebant: sic ego vobis hæc libamenta studiorum. Quæ vestra amplitudo, atque humanitas est, ea benignè suscipite, ac me vobis commendatum habete. Lugduni in Belgio, Prid. Eid. Julii. Anno CI. I. VC.

FRIDERICI LINDENBROGII
P R A E F A T I O.

Ut banc de *Langobardis historiam* ederem, movit me unica, eaque boneissima causa, communis patriæ, hoc est Germanie amor. Cùm enim viderem paucissimos esse, qui majorum nostrorum egregia facta literis tradidissent, atque ex iis optimum quemque in communio (id quod di voluerunt) locum abiisse, ne & hic similem fortunam pateretur, ei malo sustinendum censui. Et quantis hic noster Paulus inter proletarios, & imi subcelli scriptores locandus sit, tam si rectum serio amamus, fatendum erit, disci ex eo quedam posse, que frustra quis apud alios querat. Ut jure hic Varonianum illud dicatur: Neque in bona segete nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquid bonum. Ejusce rei ergo novam banc editionem paravi, nec me ab incepto amovere potuit stiles ejus, qui non illa grandia indomiti Ciceronis verba minatur;

immo in aliquibus locis barbarus est. Unde fit ut cum summo tedium à multis, maximè iis, qui nūl, nisi quod splendidum, atque scolasticum est, pati possint, bujusmodi libri legantur. Ut vero tedium istos aliquantulum reconciliarem, in/dia mibi auribus faciendo fuerunt, id.que Notas quædam, velut epicitarista post fabulam, addidi, in quibus quæ ad mores antiquos pertinebant, aliaque loca, quæ minus à vulgo intelligi posse putabam, explanare volui: quod an feliciter sibi manus cesserit, probè Doctorum judicium est. Nam fungos istos, & qui naso plus quam ratione judicant, nullus moror. Dedita autem opera observavi, ne ad rem, quam docere cupio, probandum, nimis multa exempla corgererem, quamvis id mibi difficile non fuisset; sed relinquere banc campum illis malsi, in quo se exerceant, qui binc palmam expetunt. Sed nec quæ ad historiam facient, mibi notare mens fuit, ne offendam eorum incurrerem, quibus fortassis bac res elaborata jam diu. Ut nunc porrò constet, ad quorum fidem bac editio adorna sit, sic habe. Usus sum MS. exemplari, quod mibi suppeditavit V. C. & de literis egregie meritus Abrahamus Ortelius: tum duobus impressis, altero ab Ascensio Anno CI. I. XIII. altero Augusta Vindelicorum Anno CI. I. XV. quorum conciliator mibi fuit amicus meus Franciscus Rapelensis F. Ex his potissimum MS. & Augustanam editionem fecutus sum, quia in omnibus fere conveniebant, immo nescio quid ypsorum magis babere videbantur. Ascensiana verò mille locis discrepabat, sed ego eas tantum variantes lectiones excerpere volui, quæ alicuius momenti erant: nam omnes enotare cui bono? His igitur, quisquis lector erit, & tu in primis felix statu Germania fruere, studiisque meis favere.

NOW

JOHAN.

JOHANNES TRITEMIUS
ABBAS SPANHEIMENSIS

In Catalogo de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Paulus Monachus Caffiniensis coenobii, ordinis S. Benedicti, natione Italus, vir in divinis scripturis eruditissimus, & in secularibus literis nobiliter doctus, ingenio subtilis, & clarus eloquio, propter scientiam apud Carolum Imperatorem in magno pretio habitus fuit. Hic olim ante conversionem suam Diaconus fuit Aquileiensis Ecclesiae, & Desiderii ultimi Regis Langobardorum Cancellarius, & cum eodem captus a Carolo in Galliam ductus, demum Monachus factus est. Scripsit tam metro, quam prosa oratione non pauca volumina, de quibus ego tantum reperi subiecta.

Rogatu Adelburgae filie Desiderii regis addidit

Ad Chronicon Eutropii lib. II.

Gesta Episcoporum Metoniensium. lib. I.

Vitam Gregorii Papae primi. lib. I.

Vitam S. Arnulphi. lib. I.

Vitam S. Benedicti metricè. lib. I.

Gesta Langobardorum. lib. VI.

Hymnos plures diverso metro. lib. I.

Epistolarum ad diversas lib. I.


Jussu Caroli ordinavit historias, & lectiones per totum annum, singulis festivitatibus sanctorum congruentes. Et alia multa digessit, & scripsit. Claruit ejusdem Caroli Magni temporibus, Anno DCCLXXX.

Desiderii bujus Paulus non inveniunt, quemadmodum nec Haifulphi, qui ante banc regnavit, Anno DCCLIII. ut scribit Regino, apud quem plura lib. II. de his duobus regibus volenti legere licet.

L

mag
diana
semp

(1) L



P A U L I W A R N E F R I D I .⁽¹⁾ D I A C O N I F O R O J U L I E N S I S D E G E S T I S L A N G O B A R D O R U M L I B E R I.

C A P. I.

*De Germania, quod plures nutriat populos,
ideoque ex ea multæ gentes
egrediantur.*



Eptentronialis plaga , quanto magis ab æstu solis remota est, & nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus hominum , & propagandis est gentibus

magis (2) coaptata: sicut econtra omnis meridiana regio , quod solis est fervori vicinior , eò semper morbis abundat, (3) & educandis minùs

A est apta mortalibus. (4) Unde fit ut tantæ populorum multitudines, Arctoo sub axe orientur : ut non immerito universa illa regio Tanai tenuis , usque ad occiduum ; licet & propriis loca in ea singula nuncupentur nominibus, (5) generali tamen vocabulo Germania vocetur; (6) quamvis & duas ultra Rhenum provincias Romani, cùm ea loca occupassent, superiorem , inferioremque Germaniam dixerint. (7) Ab hac ergo populos Germania, sèpe innumerabiles captivorum turmæ abductæ meridianis populis prelio distrahuntur ; multæ quoque ex ea, pro eo quod tantos mortalium germinat, quantos alere (8) vix sufficit, sèpe gentes egressæ sunt, quæ nihilominus, & partes Asiae, sed maximè sibi contiguam Europam, affixerunt. Testantur hoc (9) ubique urbes erutæ, per totam Illyricum, Galliamque: sed maximè miseræ (10) Italiae, quæ penè omnium illarum est gentium experta fævitiam . Gothi siquidem, (11) Wandalique, Rugi, Heruli, atque Turcilingi, nec non etiam aliæ feroce, & barbaræ nationes è Germania prodierunt. (12)

tensis verò. *Pauli Diaconi de gestis Langobardorum.*

(2) Alias deest & magis. Lindenbrogius.

Ita in Ambrosiano.

(3) Alias eò morbis est abundantior. Lind.

(4) Septentrionalis plaga pectantiam à frigore potissimum , & nivibus, unde nobis fortasse horror, Paulus arguit, ut Langobardos suos, quos inde deducit, vel hoc naturæ beneficio conspicuos asseveret : nec immerito quidem ; nam & veterum testimonio , ac recentiorum commerciis notissimæ hoc tempore regioni quis hanc laudem abripuerit ? *Macrobios* antiquis celebratissimos sub cœlo Septentrionali positos novimus ; unde apud Plutarchum quest. natural. cap. 30.

Asclepiades, ait *Æthiopes celerius senescere amo scilicet trigesimo*: idque propterea quid eorum corpora nimio

F f f Solis

(1) Ita hujus auctoris verum nomen esse ipsem scribit in hac historia lib. 4. cap. 39. Diaconum cum plera pars vocat, alii etiam Monachum, ut & MS. exemplar *Pauli Cassiniensis Monachi*. Videtur autem primò fuisse Atriensem; nam in veteribus glossis , ubi sub ejus nomine citantur fragmenta Festi , quem hic noster nimis pol magno Reipublicæ literaria damno laceravit, *Paulus Atbeniensis* vocatur, quod vir magnus corruptum putat, scribendumque *Paulus Atriensis*: qui ut suspicari licet, tunc temporis Atriensis fuit, postea Diaconus, ultimò Monachus. *Saxo Grammaticus* eum solummodo Paulum vocat, nullo præterea addito nomine, quem, si lubet, vide libro VIII. *Lindenbrogius*.

Codices nostri MSS. ex quibus variæ lectiones huc adnotavimus ita inscribuntur. Ambrosianus. Incipit Historia Langobardorum Liber Primus. Modœ- Tom. I.

- Solis æstu excurvantur. In Britannia contra senium anno CXX. incboari: quid corpora ob frigiditatem istarum regionum igneam in seſe contineant naturam, & corpora Aethiopum rariora esse, quid relaxentur calore Solis. In Septentrionalibus regionibus corpora densiora, ideoque etiam truciora, iisque de causis Hippocrates libro de aere, locis, & aquis maximoſus dicit, ait, τὸς αὐθόπτος πάτερ μάλαν σικὸς εἰναι ἐπίπον &c. μέτε οὐδεὶς αὔγριώτερα, οὐ ημερώτερα. Homines autem istos longioris esse vita, quam ceteros equum est. Moresque agrestes potius, quam mansuetos.*
- (5) *Modoetensis habet, univerſa illa regio usque ad occiduum litus, licet loca singula nuncupentur proprio nomine, generali tamen &c. Utraque lectio fortassis manca, quippe maximam Germaniae divisionem, quā in Septentrionem porrigitur non satis designat: à vulgata vero minime recedendum crediderim cum plures indicet fines, & sensus sit universam illam Europæ partem Asia conterminam, ab axe Arctoo ad Tanaim, & ad litus occiduum generali Germaniae vocabulo vocitari, itaut non exigua pars Moscovitici, ac Polonici Regni Svecia, Dania, & Norvegia Germaniae adscriberentur, maxima tamen divisione, non ea qua Romani Germ. distinxerunt, ut idem Paulus monet. Tanais etenim fluvius, cuius origo, & cursus, & si veteribus non Latis exploratus; cùm falso à Rhiphæis montibus in devium iter abduxerint, Europam ab Asia distinguebat. Lucanus lib. 3.*
- Quā Cræſo fatalis Halys, quā vertice lapsus Rhipheo Tanais diverſi nomina mundi.*
- Imposuit ripis, Aſſeque & terminus idem Europe media dirimens confina terra.*
- Tacitus lib. 1. de moribus Rom. exactiori stylo Germaniam describit. *Germania omnis à Galliis, Rhenique, & Paromis Rbeno, & Danubio fluminibus, à Sarmatis, Dacisque mutuo metu, aut montibus separatur: cetera Oceanus ambit, latos sinus, & insularum immensa ſpatia complectens, mper cogniti qui- busdam gentibus, ac regibus, quos bellum aperuit.*
- Facile tamen ad Taciti verba locum hunc Pauli accommodaveris, si Tanaim à Rhiphæis montibus (quos Tacitus innuere videtur) cum veteribus deduxeris: eos enim Paulus in Plinio suo Europæ fines optimè noverat lib. 4. cap. 13. *Exeundum, inquit, deinde eſt ut extera Europæ dicantur, trans- gressaque Rhipheis montes litus Oceani Septentrionalis in leva donec perueniatur Gadeis &c.*
- (6) *Quid sibi velint haec verba: ut non immerito &c. Germania vocetur, minime asſeveraverim, niſi forte ad notissimam Germaniae etymologiam respexerit, ut numerum exercituum vel ab ipſo nomine indicare voluerit.*
- (7) *Frequens apud Historicos, & Geographos haec Germaniae divisio in inferiorem, & superiorem, ad tempora circiter Augusti referenda, ut ex Dione Cassio, Tacito, aliique probat Cellarius in Geograph. antiq. lib. 2. cap. 3. pag. 369.*
- (8) *eo quod tantas mortalium turmas germinat, quantas alere &c. Lindenbrog. & Modoet.*
- (9) *Teſtantur buſuſque turbeſ &c. Modoet.*
- (10) *per miseraſ Italiam. Lind. Misera Italia. Modoet.*
- (11) *Hūmī, Heruli, Turangi. Lind. Gorbiſſiuidem, Vandali, Queruloiſi Heruli, atque Turgilingi &c.*
- (12) *Inexplicabilis ferme nodus in ipso vestibulo nobis occurret, si gentium earum, quas hic Paulus recenset origines enarrare velimus, antiquaque ſedes in tanta rerum obſcuritate certius invētigare. Sedulq; quidem viri doctissimi, & de antiquitate optimè meriti duras hasce provincias tentarunt, quorum fortasse diligentior Philippus Cluverius in ſua Germ. antiq. Verū is non uno in loco Pauli noſtri fidem radiciter evelere niſi eſt; Langobardos enim non ē Scandinavia migrasse, at Semnonibus conterminos auctoritate Strabonis, Taciti, ac Paterculi cap. XXVI. lib. III. contendit, idemque de ceteris gentibus hoc loco memoratis d. lib. III. cap. XLVI, unde ad pleniorē illustratiōnem Pauli noſtri, ejus hūc verba ſubnectere non incongruum duxi. Vandali igitur genuino restituто nomine, haec habet, Videndum igitur nunc que nationes Vandali fuerint generis. Plinius nominat ſolos Burgundiones, Varrinos, Carinos, Gutttones: quorum bi ad Viſtulam amnem, Varrini in Meckelburgensi ducatu, bauſ procul Albi flumine ſedes baueunt: intra quos fines multi etiam alii populi apud ſinum Codanum ſiti fuerunt. Verum nil mirum. Plinius nullius generis populos omnes recenſet, ſed unos atque alteros tantum, quos viſum fuit: proinde ex ceteris auctoribus ſunt ſupplendi. Vandali igitur adjicio Lemovios, ſive Herulos, Rugios, Tidinos,*

A *Suardones, Eudoses, Anglos, Caviones, Theuringos, Nuitones, & Langobardos. Quum Burgundiones, Gutttones, & Varrini, ac Langobardi. Vandali ci fuerint generis, de reliquis inter eos ſitū dubitari non potest. De illis tribus nationibus diſertè reſtatur Plinius, de Langobardis, fabulosus equidem, idoneus tamen quantum ad eos probandum attinget teſtis eſt Paulus Diac. qui in gestis Langobard. ex mera nationum, nominumque ignorantia Vandaloſ diverſos facit à Vvinilis, bellaque inter eos duo nomina, ceu alieniſſimas inter ſe nationes geſta narrat. Verba ejus lib. 1. cap. 1. eos ſunt Gothi ſiquidem &c. & continuo cap. 2. Pari etiam modo &c. Falso ſum eſſe de Scandinavia ſatis ſuperque mihi ſupra in Langobardis coniūctum eſt. Credo in eadem cum Diacono fuiffe opinione, & Jornandem, qui in Scania ſu memorat gentem Vinovilob: quod vocabulum ſuſpicor natum ē genuina Vandalarum adpellatione Vindoli. Sic quidpe eidem Jornandi ſunt Finnath, ac Svetbi, qui nulli alti fuere, quam Finni, & Svetbi, ſive Svedi, ut ſupra oſtentum. Pergit Diaconus cap. VII. in eos verba. Igitur egressi de Scandinavia viniſſimi cum Ibor, & Ayone ducibus in regionem, quae adpellatur Scoringia venientes, per annos illic aliquot confederati, Illo itaque tempore Ambii, & Aſſi wandalorum duces vicinas quaque provincias bello premebant. Hi jam multis elati victoris nuncios ad vniſſos mittunt, ut aut tributa Vandaliſ perſolverent, aut ſe ad bellum certamina prepararent, & cap. 9. Certum eſt tamen Langobardos ab intactis ferro barbae longitudine, cum primus Vvinili dicti fuerint ita poſtmodum adpellatos; nam juxta illorum linguam lang longam, bart barbam significat. Idem Sigebertus narrat, aditque uterque pralium inter Vvinilos, & Vandaloſ commiſſum. De bello Langobardorum cum fintimis verum fuerit, item de nomine Vvinilorum; et de origine ē Scandinavia omnino falſum; mihi enim magis quam ceteri iſti Vandali, Gotbi, Rugi, atque Turcimgi, & alii ē Scandinavia profecti ſunt: licet & Gotbos, & Rugios, & Herulos ē Scandinavia Jornandes deduxerit Varius bic, & inexplicabilis pene error rudi illi, atque imperito Jornandis, Diaconique ſeculo inde natus eſt, quod unius ejusdem Vandalarum gentis adpellatio multis modis pro ratione dialektorum variata fuit. Fuerunt igitur Langobardi alio vocabulo adpellati Viniſi, iedſt Vindeli, ſeu Vandali, non proprio, ac peculiari, ſed communis omnibus nationibus ſinum Codanum inter Viſtulam, Albimque, & Chalusum incoſtentibus. Bellum eos reliqui Vandaliſ inter Albim, & Viadrum moſiſſe, inde maximè crediderim, quia & iſi ſe communis eorum adpellatione poſtmodum in exteriis regionibus ſeparati fuerunt, quemadmodum, & Gotbones, Burgundiones, Heruli, ac Rugi, de quibus omnibus mox plura dicam. Vocabulum autem Viniſi, ſive Viniſi, Viniſi, ac Viniſi propriam fuiffe Vandalarum adpellationem, quaſi Vindeli, ac Vinduli ex Helmodi maximè patet historiā Sclavica: ſic enim ſcribit lib. I. cap. XI. ubi ergo Poloniā finem facit, perueniunt ad ampliiffimam Sclavorum provinciam, eorum, qui antiquitus Vandali, nunc autem Vinithi, ſive Vinili appellantur. Horum primi ſunt Pomerani, quorum ſedea protenduntur uifque ad Odoram, & mox alter fluvius, iedſt Odora vergens in Boream, transit per medios Vinulorum populos, dividens Pomeranos à Vilzis, & deinde. Poſt Odora igitur levem meatum, & variouſ Pomeranorum populos ad occidentalem plagam occurrit Vinulorum provincia eorum, qui Tholenzi, ſive Redarii dicuntur. Nilo magis, mi Helmode, ita me Muſe bene ament Vindorum, ſive Vindorum, iedſt Sclavorum propria adpellatio fuit Vinuli, quam Vandali. Vindos equidem, ſive Venedos fuiffe Sclavos, iedſt Sarmatas ſupra ſatis validis, certisque probatum eſt mihi argumentis. At Vandaloſ, ſive Vindelos fuiffe Germanos circa Viſtulam coletentes, jam CCCC. circiter annis ante Venedorum, ſive Sclavorum in Germaniam transmigrationem teſtati ſunt luculentissimi autores Plinius, & Tacitus, quorum bic etiam tam vetuſtam eam indicat jam tum habitam fuiffe adpellationem, uti unum ex ijsuis dei Tuitionis filius eo nomine adpellatum fuiffe quidam crediderint. Revoco igitur illud vocabulum Viniſi, & item Viniſi, quod unis Langobardis leuiori errore tribuit Diaconus ad Vandalarum, ſive Vandalarum, & Vindelorum nomen. Venedi autem, ſive Vinedi, iedſt Sclavis, cur Vindeli, & Vandali adpellati ſint nulla alia fuit ratio, niſi qua & Marcomannoſ Sveos, poſtque eos etiam Sclavos, ſive Venedos, qui ſibi ipſis, & ceteris Sclavis dicuntur Czechi. Bojobenos nominari fecit: quum Bojobeni proprie fuerint Boji Galli ante Marcomannoſ regiōnem Her-*

Ercinia sylva incinctam babinatos, que inde nomen Bojobomi accepit: nempe ut Marcomanni, & postmodum Czebi, quia Bojobemum occuparunt dicti sunt Bojobomi: sic Vindi Sarmatae, quia Vandorum obfederant agros adpellati sunt Vandali, cui adpellatio si baud parum causa praebuit, quod Vindorum, ac Vindilorum nomina, baud omnino sibi invicem absumilia &c.

Adversus hec Hugo Grotius in suis prolegomenis ad Historiam Gothicam, Vyandalicam, & Langobardicam, & si Cluverii suppresso nomine, gentes eas, aliasque Paulo memoratas Scandinaviae restituturus, acerbius fortasse, quam par erat invehitur rerum Suedicarum amore accensus: immo lubidine quadam scriptoribus penè omnibus recentioris avi hac in re communi, qua singuli nostras a suis eruptas opes, & everum imperium acertrime contendunt, aternam profecto famam è nostris spoliis sibi mordicus vindicantes. Grotius itaque postquam Gothorum origines contra Cluverii sententiam ad Scandinaviam, immo ad Suedos revocavit, hoc de Vyndalis, & Langobardis eruditissime disserit. De Vyndalis quid est quod quisquam hoc tempore adferre se putet posse exploratus, quam mille abbine annis Procopius attulit, qui in Africa cum Vyndalis sapissime est collocutus, præterea Gilimerem Vyndalorum regem, proceresque Vyndalos Constantinopolim perductos quotidiana familiaritate cognovit? credibile est bonum, adeò omnia antiqua percunctandi cupidum, id vel non precipue questruisse, unde essent illi Hispania, Africaque insessores Vyndali, aut Gilimerem, & alios ejus gentis primores ex fama antiqua, carminibusque perpetua memoria proditis nibil babuisse certi quod responderent? Is autem Procopius Vyndalicorum primo Vyndalos non minus, quam Ostrogothos, quam Vyndrogothos, quam Gepidas, populos esse dicit Gotticos, nominibus distinctos, origine, ac moribus congruentes: lingam præterea ipsi esse Gotticam, neque se dubitate quin olim una gens fuerint, ac ne temere id disesse putetur, Gotticorum quarto rursum Gotticis populis Vyndalos accensit: eosque pariter cum Gottibis è patria sede ad Meotidem pavidem venisse memorat. Accedit Jornandes, qui ubi Scanzia recenset populos, ponit & Vinoviloth, qua vox Vyndolorum possessionem significat. Ut enim possest etiam priscis Saxonibus, unde fecit, frive feudum fiduciaria fructuum possest. Il autem qui Gracis Vandili, alii Vyndali, Vandali, Vyndali, Tabula veteri Vanduli, Paulo Vyvarnefridi sunt Vyndili, Adamo Bremensi Vyndili, alii Vynduli, mutatis vocalibus, ac D. litera, aut addita, aut extrita, quod crebrum Germanis, & ante monimus. Procopio, & Jornandi testem de Vyndalorum origine mox addam Paulum Vyvarnefridi, ubi ad Langobardos pervenero. Non ignoravit pleraque bac vir ille lectionis plurima, sed ingenio filius, ut alibi sape, cedere bis noluit. Quid igitur ipsum in bac re, ut ante de Gottibis à vetustissima opinione depulit? Lubido quadam. Quid tamen obtendat videamus. Sub Vindelicis Plinius in Germania comprebendit Burgundiones, Varrinos, Carrinos, Guttones, ubi est Vindelici in codicibus vult legi Vindeli. Facili largior unam eandemque esse vocem terminatio, que libera externis, diversam non invitus agnoscit. At quid id causa mea nocet, cum Vyndalos jam olim, & ut credo inter primos, nam eo me inducit Jornandes in Germaniam pervenisse, itaque nonnullos reliquise sui sanguinis, & nominis populos, ut & Gottib facere non negem? Et hoc quidem ad discutiendum quod objicitur satis est. Ceterum, ut dicam quod sentio, rebusque per antiquitatibus obscuris lucis, quantum potero, adferam, non credo aut Vyndalos, aut Suedos gentis esse nomen, sed sicut Jazyges quidam dicti sunt Metanasta, & Latinis Sarmatae vagi, sic & Germanorum quosdam arbitror non à se ipsis, sed ab iis, qui primi eorum vim sensere, quomodo à Tungris orta Germanorum appellatio, dictos modo Suevos, modo Vyndalos. Cur autem alii hoc, alii illo nomine, id censem fortuitum, prout visum est populus, quos attigerant, nam voce & bac, & illa eos significari, qui non certis se tenent sedibus, sed nunc bac, nunc illuc ambulant, novere omnes, qui Germanicum sermonem &c. & infra.

Non ergo quærendum nobis est, quam latè patuerit Vyndalorum appellatio. Patere enim tam latè potuit, quam ipsa vaganti, alienaque occupandi mos: sed unde illi qui Hispaniam, ac post Africam tenere Vyndalos, de his enim nunc agimus, ortos se & crediderint, & dicent: qua in re deceptos eos fuisse non magis credibile est, quam si quis de Batavis velit idem suspicari, qui à Cattis se ortos Tacito, Romanisque aliis aliquot post seculis predicabant. Quibus accedit Dexippi veteris historici testimonium. Scriptus enim is

A

Galieni temporibus, ut ex Trebelio, & Eunapio distimus. Is autem eos de quibus agimus Vandals, non ab interna Germania, ubi Vandals ponit Tacitus, sed ab Oceani litore venisse memorat. De Langobardis illis dico, quorum ingens tum alibi, tum postremo in Italia potentatus fuit, cui potius credam, quam Paulo Vyvarnefridi Langobardo & quid enim in his à nostra memoria remotis adeo rebus baleri certius potest, quam quod gentis cuiusque carmina, & à majoribus ad posteris manans perpetua fama servatur? Ejus loci sunt in Langobard. Pari modo &c. Langobardos recte Vyndulos idest vagos vocat, quos tamen mox cum Vyndalis ait pugnasse, quia ejusdem vocis mutata temporibus pronunciatio efficerat, ut aliud id nonne putaretur: quod cum recte obseruaverit Germania descriptor laudem ei promeritam luben reddo. Secutus Paulum Bremensis & ipse eosdem dici ait Vyndalos per Vyndulos. Sed addendum est Pauli illius notissimis locis alius natus cognitus ex miscella ejus historiæ, namque ubi ad Theodosii filiorum pervenit tempora sic ait ipse, ut dixi, Langobardus. Eodem tempore erant Gotthi, & aliae gentes multæ, & maximè trans Danubium habitantes: ex quibus rationabiliores quatuor sunt, Gotthi scilicet, Huisigothi (mendosè edita Hypogothi, quod ex aliis ejusdem Scriptoris locis evincitur: solebant autem HV. pro VV. poni) Gepides, & Vandali, & nomen tantum, & nihil aliud mutantes, omnes autem fidei erant Ariane malignitatis. Iti sub Arcadio, & Honorio Danubium transeuntes locati sunt in terra Romanorum, & Gepides quidem, ex quibus postea divisi sunt Langobardi, & Avares, villas quæ sunt circa Singidonem, & Sirmium habitavere. Et ex Grecorū non editis libris exerptis nobis eruditissimus Salmasius Γίτταιδες οἱ λαγυθαροὶ λογγοβάρδοι, idest Gepidae, qui dicuntur Langobardi: sic & Constantinus Porphyrogenita C. P. Imp. ex Tieophratis historia transcriptis Γίτταιδες ἦσαν ὑπέρων διγριθαροὶ λογγοβάρδοι. Gepidae ex quibus dissilio facto orti Langobardi. Si ex Gepidis sunt Langobardi illi, quorum Paulus meminit, sane primus ex Gottib: Gepida namque sine dulio ex Gottorum presumpia ducunt originem, qua verba sunt Jornandis, atque idem unde proprium nomen accepit necire nos non patitur: nam quid iam primum Gotti è Scania tribus navibus existent, navi una tardius vechi qui fuerunt, dissociati à gentilibus ceteris consilio suo insulam Vistula amnis insederint: unde post in longinquora sunt profecti, originem Gepidarum nomen Jornandes à mora ipsorum deducit: apud quem male Gepanta pro Gepanta nunc legitur, est enim Gepait Germanis us, qui moram fecit, isque sive etiam clarius auditor in eodem nomine, ut a Greecis effertur γίτταιδες: etiam Procopius, ubi gentes illas cognatas, moribusque, & sermone connexas memorat Gottis, idest Ostrogothis, Vyndigothis, & Vandali, addit Gepidas, & Gepidarum principi nomen ait fuisse Ostrogotho, neque vero primus banc Langobardis suis dedit Paulus Vyvarnefridus, sed ante eum idem scripsit Propper Aquitanus vir optimus fidei, Episcopus Riegenensis, cuius, ubi ad Theodosii ventum est tempora bac sunt verba. Langobardi ab extremitate Germanie finibus, Oceanique, protinus litorie, Scandiaque insula magna egressi, & novarum sedium avidi, Ibone, & Ajone ducibus Vandales primùm vicerunt. Hos scutus autores Otto Friesensis Langobardis non minus, quam Gottib originem e Scania assignat. Quid vero bis, qui se opponit bono nomine elonguis, nibilne habet quod pro se dicat? habet sane: sed, si quid ego video, lege admedium. Langobardos ait, multo ante bujus exitus tempora in interiori Germania ponunt Strabo, Tacitus, Ptolemaeus, ponunt sane, nec uno loco: ad Viadrum Tacitus, cis Albinum & Strabo, & post Tacitum Ptolemaeus. Facili soluti nodus, si quis consideret nomen hoc nihil aliud significare, quam promisse barba boni nes, ut omnes Germani norent, & Paulus ille agnoscat. Talia autem ex habitu nomina diversis locis, atque temporibus, nunc bis, nunc illis boni nes ab iis ad quos accidunt dari solent. Erat quidem Germanus usitatum, memorante Tacito, crinem barbamque submittere, nec nisi hoste cœso exuere votivum, obligatumque virtuti oris habitum; & exemplaria in Civili Batavo habemus apud eundem Scriptorem. Sed quoties ingens agmen uno eodemque oris habitu accesserat, non mirum si ea novitas, nunc bic, nunc illuc novo nomini cansam dedit, quid commune Domitio Albino-barbo, & Friderico Barbarossa, aliter prærate ejusdem nominis? nibil, (immō Maxfortwārōis, & Langobardis) nisi quod eadem fuit oris species, unde appellatio eadem exorta est. Omnia quo buc us-

B

C

D

E

C A P. II.

De Scandinavia insula, & quia ex ea Winilorum, hoc est, Langobardorum gens est egressa.

Pari etiam modo, & Winilorum, hoc est, Langobardorum gens, quæ postea in Italia feliciter regnavit, à Germanorum populis (13) originem ducens, licet & aliæ causæ egressionis eorum asseverantur, ab insula, quæ Scandinavia dicitur adventavit, cuius etiam insulæ, (14) Plinius Secundus in libris, quos de natura rerum composuit, mentionem facit. Hæc ergo insula, sicut retulerunt nobis, qui eam lustraverunt, non tam in mari est posita, quam marinis fluctibus, (15)

que disputavimus in unum collecta firmas Imperator C. P. quem modo nominari Constantinus Porphyrogeometer, auctorem laudans in Saecularium album à Gracis relatum Theophanem, ait enim iurius Gotthica originis esse, & Gottos ita propriè dictos, & Gepidos, & Vandulos: ex Gepidis autem esse Langobardos. Credamus ergo veteribus, quando hic novi Scriptores nibil credi dignius attulere, Vandulos, Ostrogotbos, Vngotbos, Gepidas, Langobardos, omnes Scanzia, & quidem ei parti, quam Sueones tenent suam debere originem. Normannorum autem posteriori vocabulo Sueonas, vel præcipue contineri. Hæc fusiū quam præpositus nobis notarum modus expetebat è Cluverio, & Grotio exscriptissime lectoribus fortasse non injucundum. Erunt enim integræ dissertationis loco ad Langobardorum originem cognoscendam postquam Cluverius à Paulo, aliisque medii ævi Scriptoribus abilescit, multosque recentiorum in suam sententiam adduxit, abrogatæ veterum fide. Reliqua verò quæ Bodinus in medium protulit, ut Langobardos è Gallia sua deduceret, a Langobardis nempe, ac Bardis, omnibus penè Scriptoribus sunt reprobata.

Ceterum ad Grotii partes, immo Pauli nostri meus adhuc libenter calculus accedit, si tamen tanti est, ut numerum faciat, constantissimæ gentis illius traditioni plurimum tribuens, quæ unica rerum gestarum memoriam inter arma, & frequentes migrationes, & quod magis est, inter ferores, ac illiteratos mores diu fervavit, & cicuratis in Italia Langobardis, scèrò quidem in historiam concessit, Pauli nostri potissimum beneficio. Traditionem hanc unicum Langobardis monumentum antiquitatem aperte fatetur in suo legum proœmio Autharis ipse Rex, qui ceterorum nomina regum ex memoria senum recenset; unde non mirum si vel anachronismus, irrepserit, vel manca, & minus exacta rerum series habeatur. Accedit etiam ad firmandam Paulo fidem Sanctiss. Pontificis Gregorii cognomento Magni testimonium, mea quidem sententiâ plurimi faciendum; quippe tot ipse cum Langobardis pace, belloque in ipso gentis in Italiam adventu res gessit, ut illius originem, & novissime debuerit, & à Jornande fideliter enarratas, (erat enim infelici seculo divinarum, humanarumque rerum peritissimus) observavit. Hinc libro dialog. III. cap. XXXVIII hæc habet. Mox illa terribilia à Cælo signa secuta sunt ut basæ, atque acies ignea ab Aquilone viderentur. Mox effera Langobardorum gens de vagina sue habitationis educta in nostram cervicem græssata est, eaque verba de vagina sue habitationis a Jornande profecto exscripterat lib. I. cap. IV. edit. nostræ pag. 193.

Demum non incongrua huic loco quæ praefatur Albertus Krantius in sua Dania. Operæ pretium, inquit, visum est uniuscujusque regni res seponere, ut suum cuique decus respondeat, divisiisque recognoscatur quid rerum Dacia, quid Svecia (quæ & Gotbia) quidque Norvagia peregerit. Nam regnum Langobardorum in Italia (quam Galliam veteres Itali dixerunt Cisalpinam) constitutum, Danorum gloria est Scaniæ egressorum: Gottorun autem decus subegisse Italianam, vastasse urbem Romanam, diu regnum in Italia, diu in Gallia, & Hispania tenuisse. Norvagii verò proprium sibi vindicarunt maritima Francia de suo nomine dixisse Normanniam, inde in mediterraneam Italiam usque penetrasse, ac in Apulia, Calabriaque primò ducatum, & in Sicilia comitatuum postea nobile regnum in utraque Sicilia, quod usque in banc diem durat fundasse.

(13) Lindenbrogius legit: originem ducens è Scandinavia Baltei, seu Baltici maris insula, novarum sedium

A propter planitiem marginum, (16) terras ambientibus circumfusa. (17) Intra hanc ergo constituti populi, dum in tantam multitudinem pullulasent, (18) ut jam simul habitare non valerent, in tres, ut fertur, omnem catervam partes dividentes, (19) quæ ex illis pars patriam relinquere, novasque deberet sedes exquirere, sorte perquirit.

C A P. III.

Quod Ibor, & Ayo, primi Duces Winilorum, cum matre sua Gambara fuerunt.

IGitur ea pars, cui sors dederat genitale somnum excedere, ex terra (20) arva sectari, ordinatis super se duobus, Ibor scilicet & (21) Ajone, qui & germani erant, & juvenili adhuc

ætra-

quærendarum gratiâ ob multitudinem profecta est, sic alia causa egressionis eorum asseverentur. Cujus &c.

Longum esset hic veterum repete fabulas, & errores de insula Scandinavia, Plinii presertim, unde non paucos hausti Paulus noster, quod eam Latini, & Graci, ut Zieglerus in suo peculiari libello scripsit, ferè incognitam babuerunt: argumento est quod istibz terrarum Zonam frigidam perpetuis damnatam rivis, omnisque animalis impatientem dixerunt magno consensu &c. Ita Plinio, & Solino appellatur, Jornandi Scanzia, veteribus Baltia, & Basilia, ut allatis testimoniis probant Cluverius, Grotius, Cellarius, aliique in illius descriptione, Zieglero Schondia, arque hæc de illius etymologia scribit. Manet illi Schondie nomen, quod amicitatem, ut dixi, sive ut verbum verbo reddam pulchritudinem significare, quoniam cœli beneficio, telluris obsequio, portuum, & emporiorum commoditate, maritimis opibus, lacuum, & fluminum pascatione, venatione nobilium ferarum, auri, argenti, aris, & plumbi metallis veni, coloni industria agro exercendo, oppidorum frequentia, civilibus institutis nulla cedit beatæ regum. Verum hec eruditorum contentu nominis etymologia reprobata, eaque penes ceteros invaluit, quam Grotius ex Jornande colligit cit. prolegom. pag. 3. quia omnes ejus terra populi excisa rupes (ut legit ipse) pro castellis habebant, eaque ipsa munimenta Scantzen dixerunt. Hinc factum Scandia, & addito au vocabulo quod terram significat. Scandinavia illius descriptio summatum ex ipso Zieglero apud quem tabula. Circumscribitur autem ab Occidente Oceano Hyperboreo, à Septentrione terrâ incognitâ, ab Oriente parte Russæ alba, & mari Baltico, à meridie Gotbano finu, & parte Dacia. Complebitur vero imperia regia tria Nordvegiam, Sveciam, Gotbiam. Lynastias verò quæ Regibus parent. XXXVII. Peninsula verius quam insula, tantoque magnitudinis, ut veteribus alterius orbis venerit appellatione, ut apud Plin. lib. 4. cap. 16.

(14) Lindenbrogius notat lib. 4. cap. 13. Locus iste à Cluverio excussum lib. III. Germaniæ antiq. cap. de Scandinavia.

(15) propter planitiem marginum terras ambientibus. Hæc in Alceniana editione defunt. Lindenbr.

(16) marginum. Alias marium. Lind.

(17) Audi Cluverium hoc loco. Quid hoc queso est dicere. Non est in mari sita, sed fluctibus marinis circumfusa? Vide quid boninam decepterit. Audiverat ab aliquo de Selandia insula, qua littoribus est planis, quam ille intellexit Scandiarum esse maximam, audiverat item de immensa illa Scandinava peninsula benc potius esse quam insulam. Narrationes bas duas per oblivionem, ut credo, postea confundens unam inde fecit insulam parvam, non tam in mari positam, quam marinis fluctibus circumfusam; quibus verbis peninsula indicare volunt. Haec igitur Ptolomei, Diacisque, & si que aliorum fuerint similes nuga, repudianda sunt, ne dum eas amplectimur, graviorum auctorum fidei injuriam faciamus.

(18) pullulasent. Modoet. populasent.

(19) Modoet. quadam ex illis pars patriam relinquens, ut novas deberet &c.

Lindenb. quenam ex illis patriam esset relictura, ut novas sedes exquirerent sorte disquirunt.

(20) arva seclari, & terras petere. Lind.

(21) Ajone, alias Agione, & sic infra quoque Lindenbr.

ita M.

Hic revocanda sunt, quæ de egressu Langobardorum his Ducibus scripsierat Propter Aquitanus loco à Grotio citato.

estate floridi, & ceteris præstantiores, ad exquirendas quas possint incolere terras, sedesque statuere, valedicentes suis simul & patriæ, iter arripiunt. Horum erat Ducum mater, nomine (22) Gambara, mulier (23) quantum inter suos, & ingenio acris, & (24) consiliis provida; de cuius in rebus dubiis prudentia, non minimum confidebant.

C A P. IV.

De septem viris apud Germaniam dormientibus.

HAUD ab re esse arbitror, paulisper narrandi ordinem postponere, & quia adhuc filius in Germania vertitur, miraculum, quod illuc apud omnes celebre habetur, sed & quædam alia breviter intimare. In extremis (25) Circium versus Germaniæ finibus, in ipso Oceani litore, antrum sub eminenti rupe conspicitur, ubi septem viri (incertum ex quo tempore) longo sopiti sopore quiescunt, ita inlæsis non solum corporibus, sed etiam vestimentis, ut ex hoc ipso, quod sine ulla per tot annorum curricula corruptione perdurant, apud indociles easdem & barbaras nationes, venerationi habentur. Hi denique quantum ad habitum spectat, Romani esse cernuntur. E quibus dum unum quidam, cupiditate stimulatus vellet exuere, mox ejus, ut dicitur, brachia aruerunt, pœnâque suâ ceteros proterruit, ne quis eos ulterius contingere auderet. (26) Videris ad quem eos profectum, per tot tempora, providentia divina conservet. Fortasse horum

A quandoque, quia non aliter nisi Christiani esse putantur, gentes illæ prædicatione salvandæ sunt.

C A P. V.
De gente Scrito-Winorum.

HUIC loco (27) Scritobini, sic enim gens illa nominatur, vicini sunt, qui etiam æstatis tempore nivibus non carent, (28) nec aliis, (29) utpote feris ipsis ratione non dispares, (30) quam crudis agrestium animantium carnibus vescuntur; de quorum etiam (31) hirtis pellibus sibi induimenta coaptant. Hi à saliendo, juxta linguam barbarem etymologiam ducunt. Saltibus enim utentes, arte quadam ligno incurvo, ad arcus similitudinem, feras assequuntur. (32) Apud hos est animal, (33) non satis assimile cervo, de cuius ego corio, vt fuerat pilis hispidum, vestem in modum tunicae, genu tenus aptatam conspexi, (34) sicut jam fati, ut relatum est, Scritobini utuntur. Quibus in locis circa æstivale solstitium, (35) per aliquot dies, etiam noctu clarissima lux cernitur, diesque ibi multo majores, quam alibi habentur, sicut è contrario, circa (36) brumale solstitium, quamvis diei lux adsit, sol tamen ibi non videtur, diesque minimi, quam usquam alibi, noctes quoque longiores existunt. Quia scilicet, quanto magis à (37) sole longius disceditur, tanto sol ipse terræ vicinior apparet, & umbræ longiores excrescent. Denique in Italia, sicut & antiqui scriperunt, circa diem natalis Domini, novem pedes in umbra staturæ humanæ, hora sexta metiuntur. Ego autem in Gal-

(22) Saxo Grammaticus hist. Danie lib. VIII. eam appellat *Gambaruc*.

(23) Alias quantum inter barbaros. Lind.

(24) Alias cum filiis provida. Lind.

(25) Sic editio Augustana. MS. circunversus. Alias circumversis (ut M.) alias in extremis autem Germania finibus. Lind. Retinendum omnino Circum.

(26) Septem SS. Martyrum Dormientium historiam sub Decio Ephesi coronatorum ex Metaphraste, Gedreno, aliisque Græcis auctoribus referit Baronius in an. ad an. Ch. CCLIV. & in Martyrol. Rom. 27. Julii. De aliis septem ex Gregorio Turonensi, & Sigeberto, quos eosdem esse putat, ac eos, quorum hic meminit Paulus, eà fortasse conjectura, quod auctor noster ab eodem S. Gregorio acta S. Hospitii penè ad verbum historię sue, nec non alia pleraque inseruerit, ut infra notabimus. Verum S. Gregorius in Majori Monasterio vulgo Marmoutier propè Turonum, & Paulus in extenuis Germaniæ finibus Circium versus, hoc est ad ipsum Oceani litus locum dedere dormientibus; unde alios else facilis mihi persuadet; eti non me lateat citatam à doctis. Baronio epist. S. Gregorii Tur. à recentioribus intersuppositiis amandari. Ceterum an Paulo sit habenda fides integrum cuique quod libuerit.

(27) Alias *Scritofimi*. Lind. *Scritobini*. Ambros. *Scritobini*. Modoet.

Hos a saltando vocatos scribit. Durat hodie illa vox apud Germanos; nam *Scriten* est divaricare, & diducere pedes, vel ut Paulo placet saltare; in quo ille cum Græcis convenit, qui id *expeditum* dicunt. In nomine dissentit à Procopio, in cuius de bello Gotthico lib. 2. *Σχετισμοί* vocantur: ab aliis *Scritofini*. Lind.

De iis Cluverius lib. 3. Germ. antiq. cap. 38. in cuius (*Scandinavia insulae*) extremis, versus Circium, in ipso Oceani litore Scritofinos collocat Paul. Diacon. lib. 1. cap. 4. & 5. qui, bodieque in extremo Finnmarcie versus Septentriones litore, ad Rubeas promontorium dicuntur the Scritchinder, & infra pag. 175.

Nomen illorum à Procopio lib. 2. de rebus Gotthicis citatur *Σχετισμοί* vocabulo depravato pro *Σχετισμοί* *Scritifimi*, nam etiam nunc totum hoc genus appellatur Fimen, & Fennen. Neque enim eorum placet intempestiva *χρήσις*, qui nuper in Diacono juxta, tanquam à voce bein, que pedem *sive* crux significat, eorum deductum sit nomen, quia Diaconus tradit à Tom. I.

salendo Germanicā linguā id firmatum. Ex Fennorum, sive Finnorum eos fuisse nonnūne pariter, ac generē, si non tot auctōrum F, vel Φ scribentium unanimis persuadere potuit consensus; id saltem maius, quid bodieque *Fanis*, *Noragiis*, ac *Sveonibus*, sibi que ipsis appellantur *Skrikfimer*, vel ut illorum fīrt orthographia *Skrikfinder*. A' Cluverio minimè in his dissentit Grotius in proleg., qui & alias hujus gentis appellations e veterum testimonis adserit. Ceterum de situ eorum hac Adamus Bremenensis de situ Daniæ. In confinio *Sveonum*, vel *Nordmanorum* contra Boream habitat *Scritefimi*, quos ajunt cursu feras preme, civitas eorum maxima *Halingaland*, & *Halingaland regio* est &c.

(28) Alias nec aliter fieri potest, quam ut crudis agrestium animantium carnibus &c. Lind.

(29) Ambros. & Modoet. nec aliud.

(30) Modoet. quim.

(31) Modoet. *bisutis*.

(32) Scritofinorum mores paulo aliter describit Procopius de bello Gotthico, et si eos errore maximo ad ultimam Thulen ableget; lib. 2. cap. 15. edit. nostre pag. 287.

(33) Aliis decit & non. Lindenb. Legendum fortasse non satis *al simile cervo*; namque de fera illa quam hic Paulus describit haec saepe laudatus Cluverius lib. I. Germ. antiq. pag. 135. Est bodieque animal in illis terris magnitudine, & cornibus cervo baud *al simile*, vocabulum ei vulgare een rhene, è quo nomen traxisse, modo dictum tegumenti genus (nempe rbenonem Cæsare, & Sallustio memoratum, quod describit Iridorus lib. 19. cap. 23.) quod Paulus vidit in Italia, aut Gallia, baud dubium est; nam quod quidam Grammatici bodie docent dictum suis rbenonem à περὶ τῆς γένους, id est ab agnumis pellibus, id falsum esse refutatur Varro lib. 4. de lingua latina, qui greca lingua baud ignarus, peregrinum id, atque Gallicum affirmat esse vocabulum, & item Iridorus qua Germanicum.

Non satis pro non multum, habet infra Paulus cap. VI. Anastasius Bibliothecarius aliisque hujus notæ Scriptores, quanta dicendi elegantia ipsi viderint.

(34) Modoet. qua, ut relatum est *Scritobini* &c.

Lindenb. qua, ut ferebatur *Scritofimi* &c.

(35) Hæc verba usque ad illa quamvis diei, in Ascensiana editione desunt. Lindenb.

(36) Modoet. pro *brumale*, legit *pruinale*.

(37) & *longius*, alijs decit Lind.

Ggg

Gallia Belgica, in loco qui (38) Totonis villa dicitur, constitutus, status mei umbram metiens, decem & novem, & semis pedes inveni. Sic quoque contrario modo, quanto propinquius meridiem versus ad solem acceditur, tantum semper umbræ breviores videntur. (39) in tantum, ut solsticio æstivali respiciente sole de medio cœli, in Aegypto, & Hierosolymis, & in eorum vicinitate constitutis locis, nullæ videantur umbræ. In Arabia verò hoc ipso tempore sol supra medium cœli, ad partem Aquilonis cernitur, umbræque versa vice contra meridiem videntur. (40)

C A P. VI.

De duobus umbilicis Oceanii maris, qui sunt ex utraque parte Britannie.

Nec satis (41) proculab hoc de quo præmisimus litore, contra occidentalem partem, quæ sine fine Oceanum pelagus patet, profundissima aquarum illa vorago est, quam usitato nomine maris umbilicum vocamus, quæ bis in die fluctus absorbere, & rursum evomere dicitur, sicut per universa illa litora, accendentibus, & recedentibus fluctibus, celeritate nimia fieri comprobatur. Hujusmodi vorago, (42) sive vertigo, à poëta Virgilio Charybdis appellatur, (43) quam ille in freto Siculo esse suis in carminibus loquitur, hoc modo dicens:

Dextrum Scylla latus, levum (44) implacata Charybdis

Obsidet, atque imo baratri ter gurgite (45) vastos Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras

Erigit alternos, & sidera verberat unda.

Ab hac sanè de qua diximus (46) vertigine, sèpè

A naves raptim, cursimque adtrahi adfirmantur, tanta celeritate, ut sagittarum per aëra lapsus imitari videantur, & nonnunquam in illo bâratro horrendo nimis (47) exitu pereunt. Sèpè cùm jam jamque mergendæ sint, subitis undarum molibus retroactæ, tanta rursus agilitate exinde elongantur, quanta priùs (48) adtractæ sunt. Affirmant esse & aliam hujusmodi voraginem, inter Britanniam insulam, (49) Galliamque provinciam: cui etiam rei adstipulantur. (50) Sequanice, Aquitanæque litora, quæ bis in die tam subitis inundationibus opplentur, ut qui forrassæ aliquantulum introrsus (51) à litore repertus fuerit, evadere vix possit. Videas earum regionum flumina, (52) fontem versus cursu velocissimo relabi, ac per multorum millium spatio, dulces fluminum lymphas, in amaritudinem verti. Triginta fermè à Sequanico litore (53) Evodia insula millibus distat, in qua, sicut ab illius incolis adseveratur, vergentium in eandem Charybdim aquarum garrulitas (54) auditur. Audivi quendam nobilissimum Gallorum referentem, quod aliquantæ naves, priùs tempestate convulsæ, postmodum ab hac eadem Charybdi voratæ sunt. Unus autem ex omnibus viris solummodo, qui in navibus illis fuerant, morientibus cæteris, dum adhuc fluctibus spirans supernataret. vi aquarum (55) fluentium abductus (56) ad oram usque immanissimi illius baratri pervenit. Qui cùm jam profundissimum, & sine fine patens chaos adspiceret, ipsoque pavore præmortuus, se illuc ruiturum expectaret, subito quod sperare non poterat, saxo quodam superjectus infedit. Decursis siquidem jam omnibus, quæ forbendæ erant, aquis, (57) ore illius fuerant margines denudati. Dumque ibi inter tot angustias auxius, vix ob (58) metum palpitans resideret, dilatamque ad modicum mortem

(38) Alias *Turonis villa*. Lind.

Servandum omnino *Totonis* nomen contractum. Theotonis villa notissima in historiis Francorum; ibi enim sub Merovingis, & Carolingis regibus diu stetit celeberrimum palatum, in quo Carolus M. habito conventu Procerum, advocatisque filiis Pipino, & Ludovico, regnum partitus est, ac testamentum condidit nova tertandæ pacis constitutione, aliisque solennius roboratum. An. rer. gest. à Carol. M. anno DCCCV., & VI. Michael Germanus apud Mabil. de re diplom. lib. 4. cap. 141. Extat adhuc illius constitutio sub nomine *Capitularis* Caroli Magni dati ad villam Theotonem anno ejus Imp. V. Hodie Gallis *Tionville* ad Mosam flumen, haud longe ab urbe Metteni, de qua Paulus noster historia Episcoporum illius optimè meritus.

(39) Al. in tantum ut circa solstitium æstivale respicienti solem de medio Cœli in Aegypto, & Syene, & eorum vicinia nullæ &c. Lindenb.

(40) Hæc Paulus forte à Plinio hist. natur. lib. 2. cap. 75. Notissimi ex sphera populi dæxiōi, αὐριόνοι, δεξιόνοι, τετράδαι, hoc est qui nullas, aut utrinque habent umbras, alterumbres, ac circumbres, de Arabibus vero vulgatissimum illud.

*Ignotum vobis Arabes venisti in orbem
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.*

(41) Nec satis, alias nec multam. Lind.

(42) sive vertigo, aliis desunt Lind. ita &c in Modoet.

(43) Æneid. lib. III. alii tamen etiam Thule adtribuunt, ut & Stat. lib. V. Sil. I.

— è reuo circumſina gurgite Tbule.

Quod verò additur, naves ibi absorberi, ac rursum evomi, idem tangit & Ovidius Metamorph. lib. XIII. fab. VIII.

*Srylla latus dextrum, levum inquietata Charybdis
Infestat, vorat hec raptas, revomitque carinas.*

Lindenbrogius.

(44) *implacata*, alias *implicata*. Lind.

(45) *vastos*, alias *vasto*. Lind.

(46) *vertigine*, alias *voragine*. Lind.

(47) *exitu*. Modoet. *exitio*.

(48) De hac voragine Cluverius. *Nunc ad confinia Norva-*

gia, Finnmareque esse vulgari vocabulo Maelstrom, vel, ut alii vocant, Musketroom inter insulas Laffot, & Veroe nemo barum regionum peritus ignorat. Zieglerus in tab. Nordvegas, hæc addit. Mare inter insulas, & Nordvegam dicitur Tyallesland, Euripus, vel angustia.

Staffwen insula &c.

Loforb &c.

Langanas &c.

Vastral &c.

Inter tres bas insulas mare appellatur Musketrom, id est. Hic mare sorbetur intra cavernas accidente fluxu, & reflatur refluxu, quanto maximo impetu deferuntur torrentes. Navigatur hoc mare donec inferius est fauoris scopulorum: & qui iniquo tempore inciderint feruntur precipites in voraginem. Naupragiorum reliqua perraro redduntur, & si quando redunduntur, reperiuntur robore attrita collisione scopulorum, ut lamugine quasi obducta videantur. Hec est potentia naturæ fabulosas Symplegadas, & formidat Maleam, & Siculam Charybdim, & omnia miracula superans: qua naturam efficere reliquo mari competitum mortalibus est.

(49) Ambros. *Gallitiamque*.

(50) Alias *Sequanica*, *Aquitanicaque litora*. Lind. ita Mod.

(51) Alias ad litora deprehensus. Lindenb.

Modoet. ad litora repertus.

(52) fontem. Modoet. fontes.

(53) Frequentius Ebodia vulgo Ornay, & Aldernay. Gulielmus Camdenus in sua Britannia, primumque Normannia, sive Lexibiorum litora Alderney adiacet, que in regis Arctivis Autrey, & Aurigney dicta, ut Autrica illa videatur, qua apud Antonium inter Britanicæ maris insulas babetur. Hoc vix septem à Promontorio Normanno le Haque abest mil. &c. Hinc in occasum scopulosa casuum eminencia procurrit nautis metuenda, quibus Casquettes appellantur.

(54) Alias deest & auditur. Lindenb.

(55) Alias deest & fluentum. Lindenb.

(56) Modoet. ora usque immanissima illius &c.

(57) Alias ora illius voragini donata relata erant. Lind.

ita Modoet.

(58) Alias propenso metu, palpitanque resideret. Lind.

tem nihilominus opperiret, conspicit ecce subito, quasi magnos aquarum montes de profundo resiliere, navesque, quae absorptæ fuerant, primas emergere. Cumque una ex illis ei contigua fieret, ad eam se nisu (59) quo potuit apprehendit. Nec mora, celeri volatu prope litus adactus, metuendas necis casus evasit, proprii postmodum periculi relator existens. Nostrum quoque, id est, Adriaticum mare, (60) quod licet minus, similiter tamen Venetiarum, Hystrisque litora pervadit, credibile est parvos hujusmodi, occultosque habere meatus, quibus & recedentes aquæ sorbeantur, & tursum (61) invasuræ litora revomanunt. His itaque prælibatis ad coepit narrandi seriem redeamus.

C A P. VII.

Quod Winili in Scoringam venerant; & quia Ambri, & Assi Wandalorum Duces eis tributa persolvere mandaverunt.

IGitur egressi (62) de Scandinavia Winili, cum Ibor, & Ayone (63) Ducibus, in regionem, quæ appellatur Scoringa venientes, per annos illuc aliquot confederunt. Illo itaque tempore, Ambri, & Assi, Wandalorum Duces, vicinas quasque provincias bello premebant. Hi jam multis elati victoris, nuncios ad Winilos mittunt, ut, aut tributa Wandalis persolverent, aut se ad belli certamina præpararent. Tunc Ibor, & Ayo, adnitente matre Gambara, deliberant melius esse armis libertatem tueri, (64) quam tributorum eandem solutione foedare, mandant per legatos Wandalis, pugnatores se potius, quam servituros. Erant siquidem tunc Winili universi, ætate juvenili florentes, sed numero exigui, quippe qui unius non nimis amplitudinis (65) insulæ, tercia solummodo particula fuerint.

A

C A P. VIII.

De Wodan, & Frea, ridicula fabula.

Refert hoc loco antiquitas ridiculum fabulam, quod accedentes Wandali ad (66) Wodan, victoriam de Winilis postulaverint, illeque responderit, se illis victoriam daturum (67) quos primum oriente Sole conspexisset; (68) tunc accessisse (69) Gambaram ad Fream, uxorem Wodan, & Winilis victoriam postulasse, Freamque consilium dedisse, ut Winilorum mulieres, solutos crines erga faciem, ad barbae similitudinem (70) componerent, manèque primo cum viris adessent, seque à Wodan videndas pariter (71) è regione, qua ille per fenestram, Orientem versus, erat solitus adspicere, collocarent: atque ita factum fuisse. Quas cum Wodan conspiceret oriente sole dixisse: Qui sunt isti (72) Langobardi? Tunc Fream subjunxit, (73) ut quibus nomen tribuerat, victoriam condonaret; sicque Winilis Wodan victoriam concessisse. Hæc risu digna sunt, & pro nihilo habenda. Victoria enim non potestati est adtributa hominum, sed è cœlo potius ministratur.

C A P. IX.

Quare Winili Langobardi appellati sint, & quod Wota ipse sit, qui apud Romanos Mercurius dicitur.

Certum est Langobardos, ab intactæ ferro barbae longitudine, cum primitus Winili dicti fuerint, ita postmodum appellatos. (74) Nam juxta illorum linguam, *lang longam*, Baert barbam significat. (75) Wodan sanè, quem adiectâ literâ Gwodan dixerunt, ipse est, qui apud Romanos Mercurius dicitur, & ab universis Germaniæ gentibus ut Deus (76) adoratur; (77) qui non circa hæc tempora, sed longè anterius, nec in Germania, sed in Græcia fuisse perhibetur.

C A P.

- (59) Lind. & Modoet. quo potuit accedens apprehendit.
 (60) quod licet Oceano dissimile, tamen Venetia, Istriaque litora pervadat. Lind.
 (61) Alias invaso litora revomanuntur, Lind. invaso litora revertantur. Modoet.
 (62) Alii addunt seu Scandinavia insula. Lind.
 (63) S. Prosper Aquitanus in chronicô.
 (64) Alias quam tributorum pensione foedare. Lindenbrog. Modoet. quam tributi eos pro solutione fedari.
 (65) Hinc evince aut Paulo Scandinaviæ notitiarn, quam in ipso Plinio legerat immensæ magnitudini, portionem tantum ejus, quod sit notum, Hillevionum gente D. incolente pagis, alterumque orbem terrarum, appellari memoria excidisse, aut sibi forte fuisse compertum Vvinilos ab una ex adjacentibus Scandinavie insulis non nimis amplitudinis, ob angustiam loci novas ferro sedes occupaturos emigrasse, notiorisque regionis tantum expresso nomine, rem nobis undequaque tenebris obvolutam tradidisse.
 (66) Alias ad Goddanum, & sic infra quoque Lind.
 Amb. & Modoet. habent, Godan.
 (67) quos primian, alias priores. Lind.
 (68) cumque ita factum fuisse, eosque Godan oriente Sole intentè conspiceret, dixit. Modoet.
 (69) tunc accessisse dicitur & Gambara. Amb.
 (70) componerent, alias dimitterent. Lind.
 (71) è regione. Amb. in regione.
 (72) Langobardi? Amb. Langobardi?
 (73) Vetusiorum hujus fabula Scriptorem Paulo extare non puto: nam & Saxo Grammaticus libro VIII. ejus ex Paulo meminit, ubi tamen pro Frea, Frig, scriptum est. Verba haec sunt. Primam itaque Blekingam aducti, ac deinde Moringam preternavigantes ad Gurlandiam se appulerunt, ubi & Paulo teste, autore Frig Dea, Langobardorum vocabulum, quo-

D

rum postea gentem condidit ut traduntur accepisse. Lindenb.

Quæ Paulo Frea, & Saxoni Grammatico Frig ridiculi alterius Vvodan uxor, Adamo Bremensi Frigo turpissimus ille de quo infra mutato genere locutus.

(74) Inde vocatos Langobardos etiam Otto Frisingensis scribit lib. II. cap. XIII. de gestis Friderici Imperatoris, & Gunterus lib. II.

Dicitur à longis ea Lingobardia tarlis

à quibus alii dissentunt, qui eos à Bardis Saxonis populis dictos affirman. Lind.

Inter eos qui à Paulo dissentunt præcipue numerandus Bodinus in methodo historiæ, nam eos à Lagonibus, & Bardis, ut supra notavi, ortos esse voluit, & dici; veruna hec adversus illum habet Erycius Puteanus hist. Influbr. lib. cap. II. n. VII.

Ingeni be nuge sint, nulli enim gente, plures inge-

nno Bardis, malique Festo ballucinanti Bodinus credi-

dit in voce Bardus: licet vates Gallorum, & canto-

res Bardi dicti sint. Langones verò in Gallia Lingobardi fuerunt: ut sic quidem Lingobardi prisco vocabulo

dicendi essent, quos nemo non Longobardos, non nemo Germanica voce Langobardus appellavit &c.

(75) Godan. Modoet. Gwodan.

Ambros. adjeela lit. D. Godan dixerunt.

(76) adoratur. Amb. adorabatur.

Alius erat Vvodan deus Sveonum, de quo benè M.

Adamus in Septentrionalium populorum historia,

super ex generosissimi D. Henrici Ranzovii bibliotheca edita: in hoc templo (Ubsola patro sermo-

ne vocato) quod totum ex auro paratum est, statuas

trium deorum veneratur populus, itaut potentissimus

eorum Tbor in medio solum bobeat triclinium, binc

& inde locum possident Vvodan, & Frigo. Quorum

significationes ejusmodi sunt. Tbor, inquit, presidet

in aero, qui tonitrus, & fulmina, ventos, imbreque

fere-

E

C A P. X.

*Quomodo Langobardi Wandalos vicerunt,
& de fame Langobardorum.*

Winili igitur, qui & Langobardi, commisso cum Wandali prælio, acriter ut pote pro libertatis gloria decertantes, victoriā capiunt; qui magnam postmodum famis penuriam (78) in eadem Scoringa provincia peressi, valde animo consternati sunt.

C A P. XI.

*Quia Langobardi in Mauringam transire
volentes, ab Assippitis sunt
impediti.*

De qua egredientes, dum in Mauringam (79) transire disponerent, Assippiti (80) eorum iter impediunt, denegantes eis omnimodis (81) per suos terminos transitum. Porrò Langobardi, cùm magnas hostium copias cernerent, neque cum eis, ob paucitatem exercitus, congredi aude-

srenat, & fruges gubernat. Alter Vvoden, id est, sfrtor bella regit, bominumque ministrat virtutem contra inimicos. Tertius est Fricco pacem, voluptatique largiens mortalibus, cuius etiam simulacrum singunt ingenti Priapo; Vvodanem vero sculfunt armatum, sicut nostri Martem sculpere solent. Thor autem cum scfetro Jovem exprimere videntur. Hactenus ille. A nostro Vvoden, quem eundem cum Romanorum Mercurio facit, etiamnum hodie Belgæ diem Mercurii Vvoensdag dicunt corruptè pro Vvodensdag. Sic etiam ab uxore Vvodani Frea, Freitag (Danis Fredag) id est Veneris diem deducimus puto: quanquam id non certò affirmare ausim. Erravit autem, & male patriam linguam intellectus P. Nannius, qui putat Vvoensdag à lucro dictum, quia Romanorum Mercurius lucri præfet, quemadmodum nec illud mihi verisimile fit Freitag dici quasi liberationis diem, quia Venus libertatis Dea. Pro Vvoden autem clariss. J. Lipsius in comment. ad Tacitum legendum cenit Vvonstam, vel Vvondam, à lucro nomine deducto, quod si cui magis placuerit legat ita. Lindenb.

*Cluverio hæc Liphii etymologia non probatur. Ejus hæc sunt verba lib. I. Germ. ant. pag. 226.
Nequaquam ita sim felix mi Lipsi à lucro majoribus tuis dicitur fuit dies Mercurii quasi à patro vocabulo Vvonen, quod est lucrifactum, sive partum, quod ipsum est à verbo Vvinnen, id est, lucrari, sive parere; sed ab ipso Mercurii Trismegisti vocabulo Godan, unde etiamnum Vestibalis idem dies dicitur Godensdach, & nonnullis tuis popularibus contracchè (ut in plurisque vocabulis apud vos in medio duarum vocalium eliditur) Goensdach, reliquis Vvoensdach contracchè itidem à Vvodensdach, quod à Vvoden &c. & infra Porro ex jam dictis satis etiam patet in Diaconi Gotberfridique exemplaribus pro Godan, Vvoden, & Gotan, Vvotan, male atque imperite supponi Godam, Vvodam, & Gotam, Vvotam, tamquam accusatori catus a nominativis Goda, Vvoda, Gota, Vvota &c.*

At nec ipse Cluverius ablique castigatione à Grotio in citatis prolegomenis ad suam hilt., ubi reprobatis iis, quæ congesserat ille ut demonstraret eamdem esse vocem Ibeit, & Dan, explicatà eorum genuina significacione scribit. wodan à woden, quod est ferocire, creditus Germanis veteribus præsidere paci, ac bellis deus, quem ob duplēm potestatem Latinorum, alii Mercurium, alii Martem dicere maluerunt. Idem est qui omisā literā duriore Othinus alius scribitur &c.

(77) Alias quod non tantum circa &c. Lind.

(78) Alias famem, commeatusque penuriam. Lind.

(79) Mauringia pariter ac supra memoratae Scoringiae certos fines designare in tanta Scriptorum varietate vir longa dissertatione possibile cuiquam fuerit, ne dum brevibus hisce nostris excursionibus. Clariss. Leibnitius è recentioribus in suo libello de origine Francorum hæc habet. Maurungiam, vel potius Maurungaviam, sive Mauringiam fuisse statim ad mare Balticum constat ex Paulo Vuarnefri-

A rent, dumque quid agere deberent, decerrent, (82) tandem necessitas consilium reperit. Simulant se in castris suis habere cynocephalos, (83) id est, canini capitis homines. Divulgant apud hostes hos pertinaciter bella gerere, humanum sanguinem bibere, & si hostem assequi non possint, proprium potare cruorem. Utque huic assertioni fidem facerent, ampliant tentoria, plurimosque in castris ignes accendunt. (84) His hostes auditis, visisque (85) creduli effecti bellum, quod minabantur, jam tentare non audent.

C A P. XII.

*De monomachia duorum virorum fortium,
quorum unus è Langobardis, alter
è Assippitis fuit.*

Habebant tamen apud se virum fortissimum, de cuius fidebant viribus, posse se proculdubio obtinere quod vellent, hunc solum præ omnibus pugnaturum objiciunt. Mandantque Langobardis ut unum, quem vellent suorum mitterent, qui cum eo ad singulare certamen exiret, ea videlicet conditione, ut si suus bel-

di, vulgo Diacono, iter Langobardorum (etsi fictitium describente) præterquamquod ipso vocabulo indicatur. Est enim Mauringia regio maritima, ut Morini, ut Aremorica, & hodie eadem ferè regio Pomerana appellatur, sicut enim Pomerani Slavico sermone suti ad mare, ut Polabi, sibi ad Albi, lube enim Albi est Slavis. Ad hæc illustranda Joannes Georgius Eccardus & suam nominis etymologiam addit, ejusque argumento certiores fines designat, vel ab ipso Leibnitio pro quo pugnat hac parte varius. Paulus Diaconus (inquit) eandem regionem Mauringiam vocat, & Scoringia, sive regioni Cversonensi Cimbrica litorali, que insulas Damcas respicit vicinam fuisse indicat. Post Moringiam idem hic auctor Golandam, sive Gotborum regionem ponit, non quid ipsa Gotborum regio Mauringia proximè ad sita fuerit: sed quid intermedia gentes tunc à Gotis dominarentur. Poterit autem optimo jure Vvagria, & vicina provinciæ, una cum Lauenburgicis, & Meclenburgicis terris Mauringia vocari à iuis Moris, sive paludibus, & lacubus. Nullibi enim tam frequentes paludes, quam hic locorum inveneris. Et videntur Slavi irruentes inde adgitam regionem Pomeraniam, sive ut ipsi loquuntur Pomorze nominasse, non tam quid mari (ita enim integræ litoræ nomen Pomerania conveniret) quam quid veteri Mauringia vicina esset &c. Ea verò quæ Galli potissimum Scriptores contra Leibnitium congesserunt non est hujus loci referre, satisque fuerit aliquantum lucis Paulus nostro ex Clariss. Viro attulisse: cui eti fides illius, hoc loco præsertim, suspecta, jam præmisimus ex Grotio, quæ minimè adhuc abrogandam forfæce suadeant.

(80) De his ita laudatus Eccardus ad Leibnitium de orig. Francorum.

Assippiti, quos supra Mauringiam commemorat Paulus, toto celo ab Usipetibus inferioris Rheni accolit differunt, & significant Aios residuos, qui scilicet non iverant in Septentrionem cum Odino.

(81) omnimodis. Amb. omnimodo.

(82) Modoet. dumque quererent, quid agere deberent, tandem &c.

Lind. pro decernerent, alias quererent.

(83) Κυωνίστας, Κερκινόχειρας, aliaque id genus monstra timuit etiam in immanissime illius bellus ventre absorptus olim cum navi Lucianus versus historiæ lib. I.

(84) Simile strategema Belisarii apud Agathiam lib. V. Νυκτὸς δὲ ἐπιγηγνωμένος, θρυξωρίας αὐτῆς πολλής ἐπὶ μέγα τῷ πεδίῳ σκέδαννυμένος. ἵνα δὴ οἱ πολέμου ὄρῶντες, οἰνθεῖσεν μέγιστον εἶναι τῷ στράτῳ τοῖς πυραῖς ἀναπερπέττεται. Nec vanum hoc strategema, nam ex igne in castris incenso de hostium copiis judicari solitum, etiam Cæsar indicat lib. II. de bello Gallico. Quæ castra ut fumo, atque ignibus significabatur, amplius mille IXX. in latitudo patebant. Lind.

(85) Alius deest. Lind. Ita in Modoet.

bellator victoriam caperet, Langobardi itinere quo venerant (86) abirent: fin vero superaretur ab altero, tunc se Langobardis transitum per fines proprios non vetituros. Cumque Langobardi quem e suis potius adversus virum bellicosissimum mitterent, ambigerent, quidam ex servili conditione sponte se obtulit, promittit se provocanti hosti congressurum, ea ratione ut si de hoste victoriam caperet, a se suaque progenie servitutis nævum (87) auferrent. Quid plura? granterat que postulaverat esse (88) facturos pollicentur. Aggressus hostem expugnavit, & vicit; Langobardis (89) transiundi facultatem, sibi suisque, ut optaverat jura libertatis indeptus (90) est.

C A P. XIII.

Quod Langobardi in Mauringam transferunt, ac deinde ad ultraiora loca progressi sunt.

IGitur Langobardi tandem in Mauringam pervenientes, ut bellatorum possint ampliare numerum, plures a servili jugo (91) eruptos,

(86) Modoet. *per quod* venerant.

(87) Alias *nexus*. Lind.

(88) Amb. & Modoet. *sese facturos* &c.

(89) Modoet. *Langobardis aditum transiundi exhibuit: filii, & suis que optaverat jura* &c.

(90) Amb. *adeps*.

(91) Amb. *conditione*.

(92) Amb. & Mod. *habent ingentias*.

Notandum ritus manumissionis. Nam qui in legibus Langobardorum titulo de manumissionibus habentur, alterius generis sunt. Lind.

Fortè veteribus Langobardis mos erat manumittendi servos per traditionem, aut jaclum sagittæ, ifque recentioribus exolevit. Plura quidem manumissionum genera recensentur à Rege Rothari lib. 2. legum tit. 35. ut animadvertis Lindenbrogius. Solemnior vero ea, per quam quis fulfreal fecisse dicebatur, cuius hac formula. *Qui fulfreal.* (liberum interpretatur Lindenbrogius in suo glossario ad easdem leges à germanico fulfrey) & a se extraneum, id est amund (sive extra potentatem ut Grotius explicat in suo nomenclatore edit. nostra pag. 370. B) sic debet facere. *Tradat eum prius in manus alterius hominis liberi, & per garantibus* (sive cessionem idem Grotius) ipsum confirmet, & ille secundus tradat eum in manus tertii eodem modo, & tertius tradat eum in quarti, & ipse quartus ducat eum in quadriuio, & ibingat in wadia (emancipet ab obligatione) & Gifiles (testes) ibi sint, & dicant sic. De quatuor viis ubi volueris ambulare liberam habeas potestatem &c. itaut per quadriuio ad quatuor orbis plagas plena vagandi libertas non incongrue significetur. Erat etiam manumissio, qua servus per impans, id est in votum Regis dimittebatur, & in Sacrosanctis Ecclesiis per manudictionem Sacerdotis circa altare; ac denum alia, per quam, ut ab ipsa lege arguo minorem servus acquirebat libertatem, eaque aldiū quis fecisse dicebatur. Aldio latinum nostrum libertum respondere notavit Grotius loco citato.

Invaluit etiam quandoque apud nos alias manumittendi modus à lege Salica per excussionem denarii de manu servi, ut videre est in pacto ejusdem legis tit. XXX.

(93) Alias applicere se in Rugulandiam. Lind.

Modoet. *Rogulandam librarii vitio pro Rugulandiam*, quæ Rugiorum terra, idque huic cum Golanda, commune, quod Rugii natio & ipsa Gothica, ut Procopius assertit hist. Gothica lib. 3. edit. nostra pag. 303. D.

(94) Alias Antabos, & Bantaibos pari modo, & Burgundaibos dicuntur per annos &c. Lind.

Modoet. *Antabos, & Purgundaibos* in reliq. cum Lindenbrogio. Ambros. pro *Vurgundaib*, legit *Vurcontraib*.

(95) Immo vero regionum. Ad illustrationem Pauli nostri hoc loco eruditissimus Eccardus ad Leibnitium de orig. Francorum pag. 253. *Mauringia transmigrata* dicit venisse Langobardos in Golandam, hoc est Gotborum terram. Hoc enim presertim sub Herma-

Tom. I.

A ad libertatis statum perducunt, utque rata eorum haberi posset libertas, (92) sanciunt more solito per sagittam, immurmurantes nihilominus, ob rei firmitatem, quædam patria verba. Egressi itaque Langobardi de Mauringa, applicuerunt in Golanda, (93) ubi aliquanto tempore commorati dicuntur. Post hæc Anthaber, (94) Bathaib, par modo & Vurgundaib, per annos aliquot posse disse, quæ nos arbitrari possumus esse vocabula pagorum, seu quorumcumque locorum. (95)

C A P. XIV.

Quia mortuis Ibor, & Ayone ducibus, Langobardi primum regem Azilmundum babuerunt.

B

Mortuis interea Ibor, & Ayone (96) ducibus, qui Langobardos à Scandinavia (97) eduxerant, & usque ad hæc tempora rexerant, (98) nolentes jam ultra Langobardi esse sub ducibus, regem sibi ad ceterarum instar gentium statuerunt. Regnavit igitur super eos primus Agel mundus, (99) filius Ayonis, ex prosapia dicens ori-

C

nerico in omni litore maris Baltici etiam cis Vistulam imperasse. Tornades non obscurè prodit. Ex Gotborum patria eos in Anthaber, hoc est Antarum regionem, sive Poloniā, deinde in Bathaib descendisse refert. Bathaib hoc sine dulio est Gepidarum terra, veterus nempe Dacia. Gepidae enim dicti sunt quasi Gotborum residui à beitcn, biden, manere residuum esse. Et pide, beite, bathe pro residuo regulariter dici potest, presertim si a more veteri ut emenieretur. Bathaib ergo ex Batborum, sive residuorum, scilicet Gotborum regio, quæ uidem ac Gepidae. Burgundaib est Burgundionum terra, quam scilicet Gepidia proximam tenuerunt antequam Galliam intrarent &c.

(96) Alias Ibore, al. Ebore, & Agione. Lind.

(97) Alias à Scatinavia, scilicet (ut dixi) Scandinavia adduxerunt. Lindeng.

(98) Hæc verba non leguntur in Amb.

(99) Modoet. *Algemundus*.

D

Langobardorum Regum series, quam hic Paulus ab Agel mundo exorditur, post septimum Regem Tattonem non bene convenit cum proemio legum à Rege Rothari editorum. Hujus proemii partem Carolus Signius histor. sue ad annum Christi DCXLIII. attexit. Integrum vero ex ipsius MSS. schedis hic adnotandum censui ad Auctoris nostri supplementum. Ne tamen probatae hominis fidei fraudem facere videar, Lectores monitos volo recentiori manu, & non sine mendis ab uno, vel altero illius amanuensium esse transcriptum nullo addito testimonio codicis, in quo ista legebantur. Nec dissimulavero beneficium V. Cl. Jolephi Antonii Saxii Ambrosianæ Bibliotheca Præfecti, cuius humanitate præsto sunt codices omnes, quodque mihi pre ceteris jucundissimum penitioris cruditionis sue largissimus apparatus.

IN NOMINE DOMINI.

Incipit editum, quod renovavi cum Primitibus meis Judicibus Ego in Dei Nominе Rotbar Rex vir Excellentissimus, septimus decimus Rex generis Langobardorum anno regni mei, Deo propitio, oclavo, etatisque mea trigesimo octavo Indictione secunda, & post adventum in provincia Italia Langobardorum, ex quo Alboin tunc temporis Rex, procedente Divina potentia adjunctus anno septuagesimo sexto feliciter. Datum Torno in Palatio.

Quantæ pro subjectis nostris, quantæ nostra fuerit solitudinis cura, vel sit subter adnexata norma declarat, tam propter assiduas præcipue fatigations pauperum, quam etiam propter superfuerat exaltatione ab his qui majorem virtutem habent, quos vim pati cognovimus. Ob hoc considerantes Dei Omnipotentis gratiam, necessarium esse prospicimus presentem corrigerem, & componere legem, quæ priores omnes renovata, & emendata, & quod deest adjiciat, & quod superfluum est abscondat, in uno providimus volumine complecta, quatenus licet unicuique salva lege, & justitia quiete vivere, & propter operationem etiam

Hhh immi-

originem (100) Gungincorum, quæ apud eos generosior habebatur. Hic sicut à majoribus traditur, tribus & triginta annis Langobardorum tenuit regnum.

C A P. X V.
*De meretrice, que septem infantulos peperit,
ex quibus Lamissio unus fuit, & de
monomachia ejus cum
Amazona.*

His temporibus quædam meretrix, uno partu septem puerulos enixa, beluis omnibus mater crudelior, in piscinam projectit necandos. Hoc si cui impossibile videtur, relegat historias veterum, & inveniet non solum septem infantulos, sed etiam novem unam mulierem simul (101) peperisse. Et hoc certum est maximè apud Ægyptios (102) fieri. Contigit itaque ut rex Agelmundus, dum iter carperet, ad eandem piscinam deveniret. Qui cùm equo retento miserandos infantulos miraretur, hastaque, quam manu gerebat, huc illucque eos invertebat, unus ex illis manu injecta hastam regiam comprehendit. Rex misericordia motus, factumque altius admiratus, eum magnum futurum pronuntiat. Moxque eum è piscina levari præcipit, atque nutrici traditum, omnium studio (103) mandat alendum. Et quia eum de piscina, quæ eorum lingua Lama (104) dicitur, abiulit, Lamissio (105) eidem nomen imposuit. Qui cùm adolevisset, adeò strenuus juvenis effectus est, ut & bellicosissimus extiterit, & post Agelmundi funus, regni gubernacula rexerit (106). Ferunt hunc, dum Langobardi cum rege suo iter agentes ad quendam fluvium pervenissent, & ab Amazonibus essent prohibiti ultra permeare, cum earum fortissima in fluvio natatu pugnasse, eamque peremisse, sibique laudis gloriam, Lan-

*inimicos laborare, suoque fines defendere.
Tamen quamquam bac ita se babent utile prospexit, ut
propter futuri temporis memoriam, & ante nomina
Regum antecessorum nostrorum, ex quo genti Langobardorum Reges caperunt esse memorati, in quantum
per antiquos homines didicimus, in hoc membra adnotari jussimus. In hoc fuit*

Primus Agelmundus.
II. Lamisio.
III. Lethe.
IV. Gildech.
V. Gudeoch filius Gildehoc. Leg. Hugo de boc.
VI. Caffo filius Gudehoc. Leg. Daffo fil. De boc.
VII. Tato filius Caffonis, &
VIII. Unichis filius Tatonis.
IX. Unabo filius Unichis, nepos Tatonis.
X. Valamir.
XI. Alboin, qui exercitum utsupra in Italiam
adduxit.
XII. Clepes ex genere Belleos.
XIII. Aginulfus Turingus.
XIV. Autari filius Depex ex genere Aravad.
XV. Audoval filius Aginulfi.
XVI. Aruand ex genere Caupus.
XVII. Ego in Dei Nomine, qui dico Rothar Rex
filius Nandigi ex genere Arodus. Nandigus filius Noctonis. Nocto filius Alamanus filius Chilzonis, Chilzonis Vveo, filius Fronconis. Fronco filius Faconis. Facon filius Mamonis. Mamo filius Obthora.

*Rotbar jura dedit, que lector prima videbit.
De Unichi, & Unabo regibus VIII. & IX. loco
præsentis catalogi, quem emendatis in Sigonii
scheda numeris ita diffinximus, altum apud Au-
torem nostrum silentium, ut si genuina haec pro-
logi lectio, manca sit Pauli series: contra vero
Andoinus Alboini predecessor memoriam excidit
Rothari, itaut si regis factis eumdem addideris,
Rotharis ipse XVIII. Rex habeatur. Expunctis
que Unichi, & Unabo, ut Paulus habet, jam
Rotharis non XVII. sed XVI. loco regnaverit.
Quod miror, haud observasse oculatissimum vi-*

A gobardis quoque transitum paravisse: (107) hoc siquidem inter utrasque acies prius constitisse, quatenus si Amazona (108) eadem Lamissionem superaret, Langobardi à flumine recederent; sin vero à Lamissione, ut & factum est, ipsa vincentur, Langobardis eadem permeandi fluente copia præberetur. Constat sanè, quia hujus assertionis series, minus veritate subnixa est. Omnibus etenim, (109) quibus veteres historie notæ sunt, patet, gentem Amazonum, longè ante, quam haec fieri potuerunt, esse deletam. (110) nisi forte quia loca eadem ubi haec gesta feruntur, non satis historiographis nota fuerunt, & vix ab aliquo eorum vulgata sunt, fieri potuerit, ut usque ad id tempus, hujuscemodi inibi mulierum genus haberetur. Nam & ego referri à quibusdam audivi, usque hodie in intmis (111) Germaniae finibus gentem harum existere foeminarum.

C A P. XVI.
*Quomodo Bulgares noctu super castra Langobardorum irruentes, Agelmundum regem
interficerunt, & filiam ejus
captivam duxerunt.*

IGitur transmeato Langobardi, de quo dixerat ramus, flumine, cùm ad ulteriores terras pervenissent, illic per tempus aliquod commorabantur. Interea cùm nihil adversi suspicarentur, & essent quieti, (112) longa nimis securitas, quæ semper detrimentorum mater est, eis non modicam perniciem peperit. Nocte denique cùm negligenter resoluti quiescerent cuncti, subito super eos Bulgares (113) irruentes, plures ex iis sauciant, multos prosternunt, & in tantum per eorum castra debacchati sunt, (114) ut ipsum Agelmundum regem interficerent, ejusque unicam filiam sorte captivitatis auferrent.

CAP.

- rum Sigionum nostrum; quippe si Langobardis, ut ait lib. 1. de regno Italæ edit. Vvchelianus pag. 4. prærat Alboinus Andoni filius Rex jam decimus numeratus, cùm ad Rotharim veneris uterque manifesti erroris evincitur. Recedit etiam à Paulo nostro haec prologi lectio in epocha adventus Langobard. eti nos cap. XXI. ad eumdem firma fronte remittat. Sed haec infra. Interim juvat ex aliis etiam monumentis primos Langobardorum reges cum Paulo novisse.
- (100) Alias dicens & prosapiam, & originem Gungingorum. Lind. & Modoer. Gungingos, sive Gungingos, Grotius interpretatur Benevolos, eoque nomine familia regis Agelmundi appellabatur, ut alia Adelingorum, de qua infra.
- (101) Amb. & Modoer. semel.
- (102) Haec Paulus à Plinio suo excerptis lib. 7. cap. 3. de pordigiosis partibus. Tergeminos, ille, nasci certum est Horatiorum, Curatiorumque exemplo. Supra intra ostenta adducitur, praterquam in Ægypto, ubi factifer potu Nilus &c.
- (103) Alias custodiā. Lind. & Mod.
- (104) Vocem etiam apud Festum repertis. Lacuna, aquæ collectio, à lacu derivatur, quam alii lamam, alii lustrum dicunt. Beatus Rhenanus legendum putat Qualamam à scaturigine. Nam quellen Teutonica lingua scaturire sonat. Lind.
- (105) Lamissio, quasi Lamis-ohn filius piscinae. Grotio.
- (106) Modoer. suscepit.
- (107) parovisse, & inter utrasque &c. Modoer.
- (108) Alias Amazon eundem. Lind. & Modoer.
- (109) Alias constat autem bujus assertioñis seriem minus esse veritati sufficiam. Lind.
- (110) Vide Jornandem de rebus Geticis cap. VIII. & quæ in peculiarem libellum congesit. P. Petitus.
- (111) Alias ultimis. Lind.
- (112) Alias essent longa sub quiete minime solliciti, securitas &c. Lind. & essent longa in quiete nimis solliciti &c. Modoer.
- (113) Alias Bulgari, & sic semper. Lind.
- (114) Alias tamdiu, tanque atrociter per eorum castra gravantes &c. Lind. Modoer. debacchati sunt diu vagantes, ut ijsum &c.

C A P. XVII.

Quomodo Lamissio rex effectus est, & qualiter Bulgares superavit.

REsumptis tamen post hæc incommoda Langobardi viribus, Lamissionem, de quo superius dixeramus sibi regem constituerunt. Qui ut erat juvenili ætate fervidus, & ad bellum certamina satis promptus, non aliud nisi Agel mundi (115) necem ulcisci cupiebat, in Bulgares arma convertit. Primoque prælio mox commisso, Langobardi hostibus terga dantes ad castra refugiunt. Tunc rex Lamissio ista conspiciens, elevata altius voce omni exercitui clamare cœpit, ut opprobriorum, (116) quæ pertulerant, reminiscerentur, revocarentque ante oculos (117) dedecus, quomodo eorum regem hostes jugulaverint, quam miserabiliter ejus natam, quam sibi reginam optaverant, captivam abduxerint. Postremò hortatur, ut se suosque armis defendent, melius esse dicens in bello animam ponere, quam ut vilia mancipia, hostium ludibriis subjacere. Hæc & hujuscemodi vociferans cum diceret, & nunc minis, nunc promissionibus, ad toleranda eorum animos belli certamina roboret: si quem etiam servilis conditionis pugnantem vidisset, libertate eum simul cum præmiis donaret. Tandem hortatu, exemplaque principis, qui primus ad bellum proflierat, accensi, super hostes irruunt, pugnant atrociter, & magna adversarios clade prosterunt. Tandemque de victoribus victoriā capientes, tam regis funus, quam proprias injurias ulciscuntur. Tunc magna de hostium exuviis præda potiti, & ex illo jam tempore, ad experien-

A dos (118) belli labores, audaces (119) effecti sunt.

C A P. XVIII.

Quod mortuo Lamissione, regnum Lechu suscepit, & post hunc, filius ejus Hildehoc, post quem quoque Bodeac regnavit.

Defuncto post hæc Lamissionem, qui secundus regnaverat, tertius ad regnum gubernacula Lethu (120) ascendit. Qui cum quadraginta fermè annos regnasset, Hildehoc (121) filium, qui quartus fuit (122) in numero regni successorem reliquit. Hoc quoque defuncto, quintus Gedoc (123) regnum suscepit.

C A P. XIX.

Bellum inter Edoagar Regem Torcilingorum, & Felecheum regem Rugorum, & quomodo Langobardi superatis ab Odoacre Ruzis, eorum provinciam possederunt.

His temporibus (124) inter Odoachar, (125) qui in Italia per aliquot jam annos regnabat, (126) & Feletheum, (127) qui & Feva dictus est, Rugorum regem, magnorum inimicitarum fomes exarsit. (128) Qui Feletheus illis diebus ulteriore Danubii ripam incolebat, quam à Norici finibus (129) idem Danubius separat. In his Noricorum (130) finibus, Beati tunc erat Severini cœnobium, (131) qui omni abstinentia sanctitate præditus (132) multis jam erat virtutibus clarus. Qui cum bisdem in locis, ad vitæ usque metas habitasset, nunc ta-

(115) Alias conservatoris sui Agelmundi. Alias alumni sui Agelmundi, ut in Modoet. Lind.

(116) Modoet. ut opprobrium, quod pertulerunt meminissent.

(117) Alias mentis oculos dedecus acceptum, ut eorum &c. Lindenbrogius.

(118) Alias expertenos, obemlosque. Lind.

(119) Amb. & Modoet. audatores.

(120) Alias Letb. Lind. & Modoet.

(121) Alias Gildeobum filium suum. Lind.

Modoet. Gildeboe.

(122) Alias in regnum numero fuit, regni successorem reliquit. Lind.

(123) Alias Gedeocbis. Lind. Gudeoc. Ambr.

(124) Erravimus hucusque velut in labyrintho per varias Langobardorum fortis, &c. regiones ab eisdem occupatas chronologico filo delittuti, nullum præbente Paulo, vel alio quopiam scriptore, ni debili conjecturæ conatu temporum ordinem dividare potius, quam investigare velimus. Liceat hinc securiori gressu Historici nostri vestigiis adhædere.

Certam epochen eversionis regni Rugorum, quam hic noster innuit à Cassiodoro habemus. Verba ejus hæc sunt è Chronico excerpta.

Boetius V. C. Cosf.

Hoc Cosf. Odoacer Pœbæ rege Rugorum vieto, capto que potitus est. Anonymus veri Cuspinianus à Pago relatus, haec addit. Sub Consulatu ejusdem (nempe Boetii) pugna facta est inter Odoacrem Regem, & Febanum Regem Rugorum, & vicit Odoacer, & adduxit captivum Febanum Regem sub XVII. Kal. Decembris. Consulatus Boetii communiori calculo incidit in annum D. N. Iesu Christi CCCCLXXXVII. & XII. regni Odoacris in Italia.

(125) Alias Odoacrem. Lind.

(126) Alias regnarat. Lind.

(127) Amb. Fleba. Cassiod. Pœbæ. Anonym. Cuspiniani Febanus, alias Faba, Favina, Favianus, Feuba, Febbia. Eugippio in vita S. Severini Feletheus, & Feletheus, alias Filetus, Feletrus, Seva, & Seletus,

ut notarunt doctissimi Patres Bollandio success. ad acta S. Severini.

(128) Causam belli inter Odoacrem, & Feletheum excitat narrat Eugippius cap. XII. Fridericus (erat is Feletheo frater) B. Severini morte comperta pauper, & impius barbara cupiditate semper immanior, vestes pauperibus depurat, & alia nonnulla credidit auferenda. Cui sceleri sacrilegium copulans, calicem argenteum, ceteraque altaris ministeria præcepit auferenda &c. Alrajis omnibus Monasteris rebus, parietes tantum quos Danubio non potuit transserre dimisit; sed mox in eum ultio denunciata percivit; nam intra mensis spatium à Friderico fratris filio interfectus prædam pariter amisit, & vitam. Quapropter Rex Ottocar Ruzis intulit bellum, quibus etiam devictis, & Friderico fugato, patre quoque Fava captio, eum ad Italiam cum noxia conjugie supra memorata, videlicet Gisa transmigravit.

(129) Alias quam Onerici finis, id est Danubii separat. Lind.

(130) Alias Onericorum. Lind.

(131) Eugippius ubi supra. Tunc itaque Sanctissimus Dei famulus Severinus de partibus Orientis adveniens in vicinis Norici Ripensis, & Pannionorum partibus, quod Asturis dicitur oppido morabatur, a barbaris excisum, ut prædixerat. Frequens postmodum, ut ait Aventinus in Annal. Bojor. servata hoc loco Eugippio fide, & Batavia, & Quintiane (Quintanorum colonia est) in Vindelicia, atque Vienna in Norico habitavit. Batavia in ripa eidem extat dedicatum templum, & que, ut appellatur parochia à Vienna vero ad tertium lapidem pagus est Severinus, cognomen adhuc retinet. In notis ad Eugip. Cellæ rudera in pago Siferinga extare testatur Lazius, & pago nomen esse à S. Severino. Cuspinianus istius villem, ubi cellæ Severini vestigia ob ejus memoriam emisse se testatur. Dicit magno miliari à Vienna. At Monasterium maius fuisse ait Lazius in loco, qui Heyligstat dicitur, id est locus Sanctus à Santorum istius habitatione. Inde saxa abstulit S. Leopoldus ad Neoburgi claustralii edificationem &c.

(132) Alias omni scientia, & prerogativa sanctitatis prædictus. Lind. omni scientia, & sanctitate. Modoet.

men ejus corpus (133) Neapolis retinet. Hic sa-
pius hunc de quo diximus Feletheum, ejusque
conjugem, cuius vocabulum Gifa (134) fuit, ut
ab iniuitate quiescerent, verbis coelestibus mo-
nuit. Quibus pia verba spernentibus, hocquod
eis postmodum contigit, longè antea futurum
prædictum. Adunatis ergo (135) Odoachar gentibus,
qua ejus ditioni parebant, idest, Turcilingis, &
Herulis, Rugorumque parte, quos jam dudum
possederat, (136) nec non etiam Italæ populis,
venit in Rugiland, pugnavitque cum Rugis, ulti-
maque eos clade conficiens, Feletheum insuper
eorum regem extinxit. (137) Vastataque omni
provincia, (138) Italiam repetens, copiosam se-
cum captivorum multitudinem abduxit. Tunc
Langobardi de suis regionibus egressi, venerunt
in Rugiland, (139) qua Latino eloquio Rugorum
patria (140) dicitur, atque in ea, quia erat solo
fertilis, aliquantis commorati sunt annis. (141)

(133) Alias *corpusculum Neapolim*. Lind. ita Modoer.
S. Severini Noricorum Apolloni corpus anno sexto
depositionis ejus, ut ait Eupip. migrantibus in
Italiæ Romanis à Rugorum servitute liberatis
primum in Montem Feretrum, inde vero aucto-
ritate Gelasii Pontificis, potente illustri fœmina
Barbaria in castrum Lucullanum, & postrem in
festantibus Campaniæ litora Saracenis anno Chr.
CCCCX. Neapolim translatum, & in celebri
Monasterio S. Severini per Joannem Abbatem fo-
lemni pompa conditum, ubi & adhuc religiose
affervatur. Acta SS. Bolland.

(134) Alias *Gila*, utsupra.

(135) Alias Igitur Odoacer gentibus sua ditionis congregatis,
utpote Turgilingis, seu Turingis, Erulis, Rugorum-
que parte, quam jam dudum possidebat, necnon, &
Italæ populis venit in Rugulandam, pugnavitque cum
Rugis &c. Lind.

(136) Amb. & Modoer. *possidebat*.

(137) Cæteri omnes Feletheum cum uxore Gifa captum,
& in Italiam abducendum afferunt, quos inter Ano-
nym. Cuspinianus supra relatus diem addit acti
ab Odoacre in Urbe Roma triumphi, post quem
forte Feletheus occisus.

(138) Alias *vi itaque Italiam repetens*. Lind.

(139) Alias *Rugulandam*. Lind.

(140) Alias *regio*. Lind.

(141) Quot annis Langobardi Rugorum regionem inco-
luerint ex Procopio deducere licet lib. 2. cap. 14.
Iwīka mētōi Aναστάτος Ραμαχίν τῷ βασιλεῖαν πα-
ρέλαβεν, ἢ ἔχοντες Ερύλοις εφ' ἐς τινὰς αὐθόπων
τὸ λοιπὸν ἀλθούσιν, καταθέμενοι τὸ ὄπλα, ήσυχῆ
ἔμενον, χρόνος τὸ αὐτοῦς ἐνιαυτὸν τριάν τὸν ταῦτη μὴ
τῷ εἰρῆνη ετρέψῃ, καὶ αὐτοὶ εἰς ἄγαν σύχθομενοι. Ρο-
δελφον αὐτέλω, σφῶν τῷ τίγεινα εκδικήσαν. Φοιτών-
τες τὸ αἱ ταράχαντα μελλαχόντα τῷ γυμναισθάνειν
εἰράτασσιν. οὐδὲ τινὰ σφίσιν αμαρτάδα ἐπενεγκόν,
οὐδὲ λύσιν τινὰ τῷ ξυγκειμένων σκεψάμενος, αὐλα-
πόλεμον ἐπιφέρον αἴτιαν οὐκ ἔχοντα. *Suscepit ab*
Anastasio (ut in edit. nostra pag. 286. E) *Romanis*
babenis Imperii, non babentes Eruli quos deinceps
invaderent, armis depositis quicvere, ac triennio pax
illa stetit, quam graviter perturbata, Rodulfo Regi suo
male dicebant, ipsumque aditantes, mollem & effe-
minatum vocabant, aliisque id genus convicti pcr
fumnum dedecus os ejus verberabant. Permotus con-
tumilia Rodulfus in Langobardos planè infontes expe-
ditionem suscipit, nullius delicti postulans, nec viola-
tas pæctus prætexens, sed bellum inferens ex animi
mera libidine.

Tertio igitur anno Imperii Anastasi à Rodulfo in
Langobardos arma sunt illata, isque Christi Do-
mini CCCXCIII. Atqui de Rugorum regione
in campos feld tribus ante annis venerant, ut
Paulus ait cap. sec. Consequens erit ab anno Ch.
CCCCLXXXVII. Odoacris victoriâ insigni, vel
paulo post ad CCCXCI. Anastasi primum Ru-
gorum regionem habitasse. Cui temporum ratio-
ni nihil in Paulo nostro repugnans observo. Ce-
terum ex hoc Procopii loco notandum Langobardos
jam tum fuisse Christianos, sed Arianae per-
fidiae infectos.

(142) Alias *Gedeocbus*. Lind.

A

C A P. XX.

Mortuo Gedeoc, regnavit Clacco, & post
bunc Tato, qui delevit regnum
Herulorum.

I Nter hæc moritur Gudehoc, (142) cui successit
Clacco filius suus. (143) Defuncto quoque Claf-
fone, Tato (144) ejusdem filius, septimus adscen-
dit ad regnum. Egressi quoque Langobardi de
Rugiland, habitaverunt in campis patentibus, qui
fermone barbarico *feld* (145) appellantur. Quo in
loco dum per trium annorum spacia moraren-
tur, bellum exortum est inter Tatonem, atque
Rodulfum, Herulorum Regem. Qui cum pri-
mitus foedera necterent, causa inter eos discordia
fuit. (146) Germanus Rodulphi Regis,
ad Tatonem ferendæ pacis gratiâ venerat, qui
cum

(147) Alias *ejus*. Lind.
(148) Alias *Tado*, & sic infra quoque. Lind.
(149) Alias *fiden*. Lind. *felden* legunt Germani pen-
omnes plurali numero à *feld* servata Grammati-
ces ratione, & sensus est non eos tantum campos
de quibus hic loquitur Paulus, sed quemlibet alium
Germanica lingua *feld* appellari. Eos vero desi-
gnat Vvolfangus Lazius lib. XII. de migrationi-
bus gentium, ubi de septima Langobardorum
habitatione verba facit, postrem mediterranea pe-
tentis *Istrum versus campesria sub Herulorum regis*
*tributo ea acceperunt, qua in Moravia bode extenu-
late cernuntur &c.*

(146) Alteram belli causam, immo nullam inter Ro-
dulphum Herulorum regem, & Langobardos nar-
rat Eutropius, cui si potior habenda fides, miror
Langobardum hominem talia in suos commen-
tum fuisse. Sequitur ille dicto cap. XIV. ὅτι
ἐπειδὴ Λογγιβάρδαι ἀκοῇ ἔλαβον, πέμψατες παρὰ
τὸν Ροδέλφον, αντεύθαντο, καὶ τὼ αἵτιαν οἴκους
εἰπεῖν, οἷς δὲ ἔνεκεν Ερύλοις εἰν ἀντεύθα-
νται κοινολογεῖναι, εἰ μὲν τὶς αἴτιεράς εἰσο-
ρᾶται, ἀλλὰ αὐτίκα μάλα ξῶ μεγάλῳ αὖτε αἴτιον
εἰ δὲ μέμφονται μετριον σφίσις πεπίχθαι τὸ φόρον,
ἀλλὰ μείζω πεπίσσειν αὖτε δι μάτοτε Λογγιβάρδας
οἰκυροὶ σύνονται. πεπίσσει μὲν τὰς πρέσβεις προπομπίνεις
ξῶ μάλιστροὶ οἱ Ροδέλφοι αἴτιοι μάτοις πρόστιμοι εἰσα-
νται. οἱ δὲ αἱ αἴτιες πρέσβεις εἰπεῖσθαι παρὰ αὖτε τοι-
λαντες, περὶ αὖτεν πολλὰ λοιπαράντες ικέταιον.
ὅτι δὲ τῷ τὸ διπλίνων αἴτιοι εἰπεῖσθαι, τρίται πρέσβεις
παρὰ αὖτεν πολλοτες, εἰπεῖσθαι, Ερύλοις πόλεμον αἴτιοι
φάσισον μπαδαμένοις σφίσισις εἰπεινειν. οὐ γάρ εἰσιν
γνόμονι πιστεῖν εἰπεῖσθαι αὖτες ιωσι, καὶ αὐτοὶ οὐχ' εἰσισι, αὐτοὶ
μαρτυράμενοι τὸν θεον, δι υπέρ τὸ φόρον καὶ βραχεῖ-
ταις παράταν ικανός πάσῃ τῇ αὐθόπων διωμέτε
αἴτιον οὗτος. αὖτε τὸ εἰκόνα τὸ πολέμου αἵτιας
ηγμενόν, αἴματος πρωτανδοται τὸ μάχης τὸ πέρας.
οἱ μὲν πιστεῖσθαι εἰπον, διδοτεῖσθαι πιστεῖσθαι τὸ εἰσίνοντας
οἰκυροί. Ερύλοις δὲ υποειδάμενοι τῷ πάγκου οὐδὲν,
Λογγιβάρδαις ἔγνωσαν οὐκείσας οὐδὲν. Ιωσι δὲ
αἱμότοποι οὐχισά παλλήλων εἰσένοντα, πεπίσσει
θεον Λογγιβάρδων αἴτια, ξωάβαινοι μελάνη τοι τι-
νίην καὶ εἰς ἄγαν παχεῖαν παλιντεῖδαι. υπέρ δὲ τὰς
Ερύλοις αἱθριαν υπερφυσίς εἰναι. οἱ δὲ πικμηρί-
μενοι εἰπεῖσθαι αὖτε τῷ σφῶν πονηρῷ εἰς τὸν ξυμ-
βολῶν Ερύλων εἰναι. οὐ γάρ τι πάσι πικρόπορον βα-
βαροῖς πέρας εἰς μάχην παθίσαιμόντοι οὐδὲ τοι εἰναι.
οἱ μὲν τῷ οὐδὲ τῷ τῷ Ερύλοις προσεῖχον τὸν γάν. αὐλα-
παντίστασι αἴρονταισαντος, πολλῷ τῷ παταφορνί-
ματοι εἰπεῖσθαι πολεμίας εἰκάσιν, πλήθει διπλίας τὸ πε-
πολέμους σαθμιωμένοις πέρας. εἰπεῖσθαι δὲ τὸ μάχης εἰν
γένονται, θυησικοῖς μὲν τῷ Ερύλων πόλλοις, θυησικοῖς
δὲ τῷ Ροδέλφοις αὖτες. οἵτε ἄλλοι πιστεῖσθαι φύγονται
αἴναράτοις, μδεματοῖς αἴλακης μεμυημένοις. τῷ δὲ πολέ-
μου σφίσισις εἰπεισομένοις, οἱ μὲν πλεῖστοι αὖτε εἴ-
στοι, οἱ δὲ τοι τοις διεσθίσθονται. Quo Langobardi
audito mittunt, qui ex ipso Rodulfo scitentur sup-
plices causam movendi contra se bellis, de quo Eruli
consilia, ac sermones conferrent. Si qua sint fraudatæ
veccigalium parte: spondent se illico repensuros cum
magno fænore: si levius esse tributum querantur, beauf
grave Langobardis fore magis pacifici. Proponentes
buc legatos Rodulfus remittit ministrabundus, ac porro
pergit. Ab eadem gente mittitur altera cum iisdem
precibus enixa legatio: qua similiiter repulsa, geren-
tes

(147)
(148)
(149)
(150)
(151)
(152)
(153)
(154)
(155)

(156)
(157)

(158)

cum expleta legatione patriam repeteret, contigit ut ante Regis filiae domum, quae Rumertruda dicebatur, transitum haberet. Illa multitudinem virorum, & nobilem comitatum aspiciens, interrogabat quis iste esse possit, qui tam sublime obsequium haberet. Dictumque est illi: Rodulphi regis germanum legatione perfuncta (147) patriam regredi. Mittit puella, (148) qui eum invitaret, ut vini poculum (149) dignatur accipere. Ille corde simplici, ut invitatus fuerat, venit. Et quia erat statura pusillus, eum fastu superbiæ puella despexit, verbaque adversus eum irrisoria protulit. At ille verecundia pariter & indignatione perfusus, talia rursus verba respondit, quæ ampliorem puellæ confusio nem adferrent. Tunc illa furore fœmineo succensa, dolorem cordis cohibere non valens, scelus, (150) quod mente conceperat, explere contendit. Simulat patientiam, vultum exhilarat, eumque verbis jocundioribus demulcens, ad sedendum invitat. Talique eum in loco sedere constituit, quo parietis fenestram ad scapulas haberet. Quam fenestram quasi ob hospitis honorem, re autem vera, ne eum aliqua pulsaret suspicio, velamine texerat precioso, præcipiens atrocissima (151) belua propriis pueris, ut cum ipsa quasi ad pincernam loquens, misce dixisset, illi eum à tergo lanceis perforarent, fastumque est. (152) Mox crudelis fœmina signum dedit, iniqua (153) mandata perficiuntur. Ipseque vulneribus transfixus in terram corruens expiravit. Ea cum Rodulfo regi nunciata fuissent, tam crudele germani funus ingemuit, dolorisque impatiens, ad ulciscendum fratri mortem exarsit, foedusque, quod cum Tatone pepigerat irrumpens, eidem bellum indixit. Quid plura? (154) Convenerunt utrorumque in campis patentibus acies. Rodulfus suos in pugnam dirigit, ipse in castris residens, de spe victoriae nihil ambigens, ad tabulam ludit. Erant siqui-

- tes ad ipsum tertiam, denunciant, committendum non esse Erulis, ut arma de nibili in se intendant: se enim tali inadvertibus animo opposituros aciem, non sua voluntate, sed summa necessitate adduclos, ac testatos Deum, cuius ad nutum, vel modicus vapor omniis humani viribus retundendis per omnino futurus sit. Convenientissimum autem esse ipsam bellum causis permotum, utrique genti pugna exitum pro imperio constituere. Hec illi; quibus aggressores territum iri existimabant. At nibil prorsus veriti Eruli, consilium urgente confligendi cum Langobardis. Ut in propinquuo statere acies, celi partem, qua Langobardis imminebat, nubes atra, densissimaque obduxit: supra Erulos maxime sudum erat. Unde quis conjectisset Erulos in prælium sibi exitiale vadere nec trifilius eo portentum offerri posse barbaris certamini se offerentibus. Sed neque buc mentem advertentes Eruli, cum summa securitate, ac superbissimo contemptu hostem petunt, de eventu belli augurantes ex armatorum multitudine. Ubi ad manus ventum est, magna fit Erulorum cedes, eaque Rodulfus ipse involvitur: ceteri omnes conseruantur in fugam, virtutis imme mpre, insequentibus hostibus, plerique ibidem opprimit, pauci admodum elabuntur.
- (147) Alias perfunctum. Lind. & Modoet.
 (148) Alias puellam que. Lind.
 (149) Alias deest vini. Lind. & Modoet.
 (150) Modoet. malum.
 (151) præcipiens pueris suis rem atrocissimam. Lind.
 (152) factumque ita est: nam mox crudelis &c. Lind.
 (153) Alias illique mandata peragunt &c. Lind.
 (154) Haec verba aliis defunt. Lind.
 (155) Alias Erant tunc Eruli bellandi peritia, multorumque strage notissimi. Lind. bellorum, sive exercituum usibus, multorumque strage &c. Modoet.
 (156) Alias se contemnere indicarent. Lind.
 (157) Morem hunc nonnullis Germanis populis, immo & Gallis fuisse pluribus veterum testimoniis probat laud. Cluverius Germanie antiquæ lib. I. cap. 44. quibus addendus Procopius de Antis eadem referens cit. hist. lib. III. c. 14. edit. nost. pag. 313. col. 1.
 (158) Alias sibi suorum. Lind.

Tom. I.

A dem (155) tunc Heruli bellorum usibus exercitati, multorumque jam strage notissimi. Qui sive ut expeditius bella gererent, sive ut inlatum ab hoste vulnus contemnerent, (156) nudi pugabant, operientes solummodo corporis verecunda. (157) Horum itaque viribus Rex indubitanter fidens, dum ipse securus ad tabulam luderet, unum è suis in arborem, quæ fortè aderat ascendere jubet, quatenus ei suorum (158) victoriæ celerius referret, comminatus ejus se caput abscissurum, si Herulorum aciem fugere nunciaret. Is cum Herulorum flecti (159) acies, & a Langobardis eos opprimi conficeret, interrogatus à Rege sæpius quid Heruli gererent, eos optimè pugnare respondit. Nec prius malum quod cernebat loqui audens (160) aperuit, quām universæ acies hostibus terga præberent. Qui licet serò tandem in vocem erumpens, (161) ve tibi, inquit, misera Herolia, (162) quæ cœlestis Domini flecteris ira. (163) Ad hæc verba commotus Rex ait, Numquid fugiunt Heruli mei? At ille, Non, inquit, hoc ego, sed tu Rex ipse dixisti. Tunc ut in talibus fieri assolet, rex ipse & omnes perturbati, dum quid agerent hæsitarent, supervenientibus Langobardis, graviter cœidunt. Rex quoque ipse nequicquam fortiter faciens, extinctus est. Herulorum vero exercitus dum hac illaque diffugeret, tanta super eos (164) cœlitus ira respexit, ut vifidantia camporum lina cernentes, natatiles aquas esse putarent. Dumque quasi nataturi (165) brachia extenderent, crudeliter hostium feriebantur à gladiis. Tunc Langobardi patratæ victoriæ, ingentem, quam (166) in castris repererant, inter se prædam dividunt. Tato verò Rodulfi vexillum, quod Bandum (167) appellant, ejusque galeam, quam in bello gestare consueverat, abstulit, atque jam ex illo tempore, ita omnis Herulorum virtus concidit, ut ultra super se regem omnino non haberent. (168) Jam hinc Langobardi ditiores effe-

(159) Alias aut Erulorum flecti acies, & Langobardus eos opprimere se videre diceret. Lind.

(160) Amb. & Modoet. non audens.

(161) Tunc enim licet serò in vocem prorumpens. Lind.

(162) Alias Erulia. Lind.

(163) Alias plebeioris ira. Lind.

(164) Alias tanta amentia celitus immissa perciti sunt. Lind.

(165) Proxima vero fabula si actos Herulos in lini campis ita præpeditos consideres, ut ad aperiendam fugæ viam extensis brachiis linos deflecerent, & nudi speciem natantium in sequentibus præberent.

(166) Alias ingentem prædam, quam in castris Rodulfi repererant inter se dividunt. Lind.

(167) Σύντας Βάνδος καλόσι Ρωμαίοις τῷ σημεῖον τῷ ἐν πολὺν Glossarium Latino-Græcum Bandum λίγον, legendum σίγουρον. Constantini Magnus ad Silv. strum Papam: Ομοίως καὶ τὸ βασιλικὸν σχῆματα, καὶ πάντα τὰ σίγανα, καὶ τὸ Βάνδον, καὶ τὸ λοιπὸν ποτιμήσαται τὸ βασιλικὸν μητροπότην. Hinc Βανδοφόρος εἶτι εἰς τὸ σπίτιον τὸ Βάνδος βασάζεται. Ita jam olim ab optimo Geſnero editum, & emendatum, nec opus furat ea denlo ab aliis repeti. O ſ. num! o moris! Lind.

(168) Excisum Langobardorum victoriæ Herulorum regnum Procopius etiam tradit dicto cap. XIV., Inde prosequitur gentis illius historiam, asseritque post infelicem pugnam partem eorum in Rugorum regione stetisse, atque illinc urgente fame ad Ge pædum fines configisse: postremq; transito Istro flumine cum Romanis in Illyrico, imperante Anastasio, confeditse; at brevi noctis molestos à Justiniano vi coercitos, illiusque benignitate agris donatos, Christiana religione institutos. Partem alteram in Thulen insulam, pro qua reponenda est Scandinavia, ut alibi notatum, migrasse, atque illinc à reliquis Herulis in Illyrico degentibus Aordum regii sanguinis virum, qui suis imperiis ascitum fuisse narrat contra hæc Pauli verba, isque cum longo itinere tardior diu expectaretur impatientes Heruli alterum à Justiniano regem petiverunt, qui Suartuanum dedit; sed Aordo adveniente, à Suartua, & mox ab Imperatore defecerunt.

I i i

effecti, aucto de diversis (169) gentibus, quas superaverant, exercitu, ulro cooperunt bella expetere, & virtutis gloriam circumquaque protelare. (170)

C A P. X X I.

De morte Tatonis, & regno Wachonis, & quomodo Wacho Suavos superavit; & de uxoris ejus, & filiabus; & de regno Waltari filii ejus.

AT verò Tato post hæc de belli triumpho (171) non diu lètatus est. Irruit namque super eum Wacho (172) filius germani sui Zu-

(169) aucto à tot diversis gentibus, quas superaverant. Lind. & Modoet.

(170) Alias prolatare. Lind.

(171) Alias post bunc belli triumphum. Lind.

(172) In Modoet. Vvalbo.

Minimè recensendus in Regiis fastis ex Pauli, sententia, quam non est a sequutus ipsius epitomator in argumento præposito præsenti capitulo XXXI quippe post Taronem, quem septimum dixerat Langobardorum Regem, octavum numerat Vvaltarum, exploso, ut in prologo legum à Rege Rothari editarum, Vvacone, qui non legibus patriis, sed vi Regnum abripererat, occiso patruo suo Tatone, atque Hidelchi Tatonis filio, seu verius nepote in fugam ad Gepedes acto. Eaque de causa in illius locum Rotharis Hidelchim, vel Unichim, ut nostra habet lectio fortasse in Langobardicis nominibus vitiata, VIII. numero reposuerat, eique successorem dederat filium Unabo, de quo ne verbum quidem in Paulo nostro.

(173) Amb. Luchilonis. Modoet. Zacobilonis, ut eum ab hac luce privaret, & ita Lind.

(174) Amb. Hildclis.

(175) Modoet. Tadonis.

(176) Alias Gepidas, & sic infra quoque variat. Lind.

(177) Juvat hīc etiam Vvachonis fortunam ex Procopio repertore lib. III. belli Goth. XXXV. Λίγια Λαγγοβαρδῶν Οὐάχης πέρχεται, λῷ τοῖς οἱ αὐτεψίδες Ρισιόλαρος ὄνομα. ὃν δὴ ὁ νόμος επειδήν Οὐάχης πελαστίστειν, ἐπὶ τῷ πηγευνίτην-εκάλεις. προνοήσας ἐν Οὐάχης πόλεις τοῖς παιδίοις τὸν πόλεμον ἀρχοτος, ὑγκληματικούς Ρισιόλωφ επενεγκάντις, αἰτίαν ὡς ἔχων, θυγῆ τὸν αὐθόντων πόλεμον εἴησιν-επειδήν. ὃς δὴ οὗτος αὐτας; οὐδὲ πατέρων, οὐδὲ οὐλίσιος τιστὸν ἐσ τὸς Οὐάχης αὐτίκα φάγει, παιδίων οἱ απολελειμμένων ἐνταῦθα δυοῖν. χρήματος δὲ Οὐάχης τὸς βαρβάρους πάπις ανέπιστος τὸν Ρισιόλωφον κτίνει. οὐδὲ Ρισιόλωφ παιδίων ὁ μὲν εἰς ἐπιλέσσος νόσῳ, ὁ δὲ ἐπερος (Ιαδίσιος ὄνομα) ἐσ Σκλαβίωνος φύγει. ἢ πολλῷ μὲν ὑπὲρ οὔσερον, ὁ μὲν Οὐάχης νοσήσας οὐδὲ ανθρώπων πράντιος. οὐδὲ τὸν Οὐάλδαλον, τὸν Οὐάχης γὸν, ή Λαγγοβαρδῶν πλούτον αρχει. οὐδὲ, παιδίοις κομιδὴ ὄντι, ἐπιτρόπος καταζήσεις Αὐδωνίν, τῷ πολλῷ διορκεῖτο. διωδίεις τε πολλῷ εἰτε αὐτῷ χρείδος, αὐτὸς τῷ πολλῷ ὥχεις μαρτύριν ἔχει. τῷ παιδίος πάπια νόσῳ εἰτε τῷ οὐθρώπων απονιδέντες.

Quo tempore Langobardis Vaces imperabat nepotem babebat (fratris filium dixerim servata propria significatione τὸ αὐτόν) nomine Risiulfum, quem lex ad regnum vocabat, postquam ex vita Vaces migrasset. Vaces autem id provide curans, ut filio suo principatum relinquoret, Risiulfum criminatus, absque causa, exilio multavit. Statim ille ex patria ad Varanos cum paucis profugit, relijis ibi duobus filiis. Hos Barbaros pecuniam Vaces ad Risiulfi cædem perpellit. Filiorum Risiulfi alter morbo extinguitur; alter cui nomen Ildisgus ad Sclavenos evadit. Haud multo post mortem Vaces obiit, ac Langobardorum principatus Valdalo obvenerit Vaci filio: cui admodum puer tutor adhibitus Auduinus regnum administrabat. Hinc multa auctoritas potentia, brevi ipse regnum obtinuit, cùm puerum repente morbus oppresisset.

Supplendam ex his Vvarnefridi historiam, probandumque prologi lectionem censeo, eti Procopius Vvachoni, vel, ut ipse græca dialecto, pronunciat Vaci regnum asserat, fratris filio post ipsius mortem unicè tribuendum, quod ex minus exacta Langobardicarum rerum notitia fortasse exciderat. Novisse tamen oportet ejusdem ævi Scriptorem Tatonis filium, & nepotem, quorum primum Risiulphum appellat, Ildisgum alterum. Utrumque item recensuit Rotharis Rex, eti diversis nominibus, à quo juxta patrias leges non tam qui regnaverant, quam qui regnasse debuerant nume-

A chilonis, (173) & eum ab hac luce privavit. Conflixit quoque adversus Wachonem, Hidelchis (174) filius Tatonis, (175) sed superante Wachone devictus, ad Gepidos (176) confugit, ibique profugus ad vitæ finem usque permanxit. (177) Quam ob causam Gepidi cum Langobardis ex tunc inimicitias contraxere. (178) Eodemque tempore Wacho super Suevos irruit, eosque dominio suo subjugavit. Hoc si quis mendacium, & non rei existimat (179) veritatem, relegat prologum editi, quem Rex Rotharii (180) de Langobardorum legibus compositus, & penè in omnibus hoc codicibus, sicut nos in hac histriola inferuimus, (181) scriptum reperiet. Habuit

B rati, expunctis iis, qui per vim regnum occupaverant. Hinc si legeris in Paulo nostro Hidelchis nepos Tatonis, non filius, ut ipse habet, qui certè Procopio Ildisgus, concordes omnes habebimus, nisi mea fallit opinio melioribus argumentis illico censura. Interim Procopio nostrum edere velim.

Ab eodem Greco auctore dicto cap. XXXV. certam habemus temporis notam, quo Hidelchis ad Gepedes confugit; nempe Justiniano Imperante, ac Vigilio Summo Pontifice Constantinopoli degente, anno belli Gothici XIV. qui Eruditorum calculo DLXVIII. anno Christianæ numeratur.

(178) Belli hujus Langobardos inter & Gepedes exitum narrat idem Proc. cit. cap. Quæ de Hidelchis scribit hic refero ad uberiorem Langobardicæ historiae copiam. Λίγια οὐνα Γένεσις καὶ Διαγραφάδεις ὁ πόλεμος κατέψη, θεόμενος εἴρηται. Ιαδίσιος δίδυς Λαγγοβαρδῶν τοῖς οἱ σταυρούσις καὶ Σκλαβίων τολλάς επαγόμενος, οὐς Γήπαταίσας πλούτος. καὶ αὐτὸς Γήπαταίσας καταζήσεις εἰτε τῷ πολλῷ αρχει τοῖς εἰλατίσιοις πρὸς Λαγγοβαρδῶν πονοῦσιν, οὐ μάτι Αὐδωνίν τὸν Ιαδίσιος δίδυς ἀπὸ πρᾶσι λέγεται Γηπαίδαν. οἱ δὲ τὸν μὲν ἀνθρώπον εἰδούσας εἰδαμονίην εἴγενασαν. εἰκέλουσι δὲ αὐτὸν εἰδούσις απολλαγέντες, ὅποις βύλοισι, σταυρούσιοι. καὶ οἱ μελλόντες μικρεμπάτη ξαύποι τοῖς οὐρανούσιοις καὶ Γηπαίδαι τοῖς οὐρανούσιοις, οὐς Σκλαβίωνος αὐθις αὐριαν. ἔνθετο αὐτας ταρά ταρά τοῦ Γότθου τοι. σράταματα ὡς οὐτοις οὐτοις ξαύποι ξαύποι. οὐτοις Βενετίας αριστούσον, Ρωμαίοις τοῖς οὐτανόσιοις, οὐτοις Λαζαρος ηγετεῖ, οὐτοις Σκλαβίωνος πλούτος. τριψάμοντος εἰς αὐτοὺς πολλὰς εἴπινεν. οὐ μάτι Γότθοις ξαύποι. εἶλλα Ιερον ποταμὸν διαβάς αὐθις οὐς Σκλαβίωνος απόχρυσον.

D Nato demum, ut dixi, bello Gepedes inter ac Langobardos, protimus Ildisgus cum Langobardis, qui se ipsi adjunxerant, ac numerosa Sclavenorum manu ad Gepedes se contulit. Ac sperabant Gepedes fore ut illum in regnum inducerent. Jam vero facta cum Langobardis pace, extemplo Auduinus à Gepadibus, tamquam amicis Ildisgum repetuit. His tradere volentes boninē, bortati sunt, ut inde quocumque vellet evaderet. Nulla is interposita morā cum suis ac sonnulis Gepadibus voluntarii, se ad Sclavenos resulit. Hinc profectus Totilam, Gottbosque adire instituit; armatorum non minus sex milia secum habens. Agrum ingressus Venetum, cum obvia Romanorum manu, quam Lazarus ducebat conflixit, eaque in fugam alii multos occidit. Nec tamen se admisicunt Gottis; sed iterum transitu flumine ad Sclavenos concessit. Post hec ad Greacos etiam Constantinopolim confugit, & à Justiniano humanissime acceptus, scholas milium prepositus. Verum Goat homine Gotto suadente fugitivus iterum ad Gepedes concessit, ubi noxius Imperatori, arte Auduini brevi & vitam amisit. Procop. 1.4.c.27.

(179) Modoet. non esse existimat. Lind. & non esse verum existimat.

(180) Alias Rotharis. Lind.

(181) Alias deest & inseruimus. Lind. Si genuina in Sigonii schedis recitata prologi lectio mirum profecto Paulum nostrum ad eundem provocare, cum adeo ab ipso discordet, ut supra observavimus. Ceterum perquirenti mihi diligenter cura, vel editas Langobardorum leges, quas habere potui, vel manuscriptas, quas in codice optimæ notæ servantur in hac Ambrosiana Biblioteca I. O. n. 53. 4. nusquam prologus iste occurrit; unde suspicor etiam Vvarnefridi evo non omnibus legum codicibus fuisse prepositum. Illius vero pars apud Sigonium, & quamplures alios frequentissima.

boit autem Wacho uxores tres, hoc est, primam Ranicundam (182) filiam regis Turingorum. Deinde duxit Austrigosam (183) filiam regis Gepidorum, de qua habuit filias duas. Nomen uni Wisegarda, quam tradidit in matrimonium Theodeberto (184) regi Francorum. Secunda autem dicta est Walderada, quae sociata est Cuswald (185) alio regi Francorum, quam ipse odio habens, (186) uni ex suis, qui dicebatur Garipald, in conjugium tradidit. (187) Tertiam vero Wacho uxorem habuit, Herulorum regis filiam nomine Salingam. (188) Ex ipsa natus est filius quem Waltari (189) appellavit, qui Wachone mortuo super Langobardos jam octavus (190) regnavit. Hi omnes Lithingi (191) fuerunt, sic enim apud eos quedam nobilis prosapia vocabatur.

C A P. XXII.

Mortuo Waltari regnavit Audoin, qui Langobardos in Pannoniam adduxit.

W Altari (192) ergo cum per septem (193) annos regnum tenuisset, ab hac luce

- (182) Alias Ravicundam nomine filiam &c. Lind.
- (183) Amb. Aurigosam. Modoet. Hastrigosam. Lind. Hofsicofam.
- (184) Alias Theudeberto, & sic semper in hoc nomine variat. Lind.
- (185) Modoet. Clusupald. Lind. Supaldo.
- (186) Alias, Hæc verba usque ad illa Tertiam verò defunct. Lind.
- (187) Meminit utriusque Francorum Reginæ D. Gregorius Turonensis in sua historia, sed eum alteram appellans cuiusdam regis filiam, generis Langobardici nullum præbuit testimonium, quod a nostro expedendum. At hic duo errores corrigitur, ut scribit Pagius in sua Critica histor. chronol. ad ann. DLVI. num. XVI. alter invari, alter iij. iij. Pauli, qui de rebus Regum Francorum sive non bene edictus fuit. Loco enim Cuswald, regenum i. uauid, id est Theodobaldo. Editio Gruteri magis depravata, babet enim Cusupald juxta MS. Paratitum. Ex Turonensi emendandus Paulus, qui vult Theodovaldum uni ex suis, qui dicebatur Garipald, Vvadram in conjugium tradidisse. Id enim à Culatario, non vero à Theodobaldo factum, & Garvadius, non Regis domesticus, sed Lux tributariorum Bavariorum Praefetus. Vide cætera apud eumdem.
- (188) Alias Saligam. Lind.
- (189) Amb. & Modoet. Vvalteri. Lind. Vvaltaritus.
- (190) Amb. nomis.
- Librarii fortasse licent, qui & ipse Pauli mentem non est assequuntur. Servandam censeo editorum lectionem ex supra notatis. Quippe noster intellexi filium, & nepotem Tatonis præterierat, quos si cum Procopio, & Rothari repobueris, Vvaltari jam decimus Rex numerabitur.
- (191) Amb. & Modoet. Adalingi. Lind. Adelingi.
- De hujus nominis significatione Cluverius German. Antiq. lib. I. pag. 12. Nobiles homines, ut nunc etiam vulgo in Germania patro sermone appellantur die Aedeleute, & die Aedelen, atque dialeto Edeldeude, & Eddelen; & ipsa voluntas aer Adel: sic olim nobiles dicebantur pro dialectorum varietate thi Adalinge, Athalinge, Aethelinge, Edaelinge, baud dubie ab illo primitivo nobilitatis vocabulo Adal, sive Athal, Athel, & Adel. Adalingi sunt in veteri carmine ad Hudovicum Regem, & apud Paul. Diac. &c. ubi Langobardorum regibus VIII. enumeratis bac addit. Hi omnes Adalingi fuerunt; sic enim apud eos quedam nobilis prosapia vocabatur. Non quedam mehercules apud Langobardos, s. a quævis apud omnes Germanie nationes &c.
- At pace tanti viri genericum nobilitatis nomen poterat etiam uni Gudchocci protapio, quæ in Vvaltari pueri finem habuit ob extincam veterum nobilitatem tributum tuisse, ut Gungingorum alterum ejusdem nature generi Agelmundi. Superfluum esset à ceteris etiam nationibus exempla repetere.
- (192) Vvaltari locus datur in regis fastis à Paulo, itemque à Rege Rothari, exploso patre Vvachone, non alia, ut opinor, ex causa, nisi quod puerulus ite regis Clastonis prosapia princeps, et si admittente

A subtractus est. Post quem nonus (194) Audoin regnum adeptus est, qui non multo post tempore Langobardos in Pannoniam adduxit. (195)

C A P. XXIII.

Bellum Gepidorum cum Langobardis, in quo Alboin filium Regis Gepidorum extinxit.

G Epidi ergo, ac Langobardi, conceptam jamdudum rixam, (196) tandem parturiunt, bellumque ab utrisque partibus præparatur. Commissio itaque prælio, dum ambæ acies fortiter dimicarent, & neutra alteri cederet, contigit ut in ipso certamine, Alboin filius Audoini, (197) & Turismodus Turismindi (198) filius, sibi obvii fierent, quem Alboin spata percutiens, de equo præcipitatum extinxit. Cernentes Gepidi Regis filium, per quem magna ex parte bellum constituerat, (199) interiisse, mox dissolutis animis fugam ineunt. Quos Langobardi (200) infrequentes acriter sternunt, cæsisque quamplurimis ad detrahenda occisorum spolia revertuntur.

Cum-

- patre regnum per vim obtinuerit, vivo adhuc Hidelchi, ut Procopius refert citato cap. XXXV., jure, patriisque legibus confirmatum sub Audoini tutela, brevi licet ipatio, administraverit.
- (193) Amb. quatuor.
- (194) Amb. decimus, continuato librarii errore ut supra notavi.
- (195) Quo tempore Auduinus Langobardos in Pannoniam duxerit explicat idem Paulus infra lib. II. cap. VII. unde Langobardorum in Pannoniam migrationi annus Christi DXXVI. est assignandus, quod & Sieberius in chronicis testatur. Procopius cap. XXXIII. lib. III. belli Gotthici, ubi altius repetit res Barbarorum Occidentis Imperium lacerantium, de hac migratione verba facit, asseritque Langobardos Justiniano donante in Pannoniam venisse Λαγγοβάρδους δὲ βασιλέα Ιεζινιανὸν ἐδωρήσαντο Νορικῷ τῷ πόλει, καὶ τοῖς ἐπὶ Παννονίας ὁχυρώσασι τῷ καὶ σὺλλοις χωρίοις πολλοῖς, καὶ χρηματι μεράλοις ἀγαν. διδ τοι τὸν δὲ πόλεων τῆς πατρίου Λαγγοβάρδου εξαναστος, εἰθερδε ποταμῷ Ιεζε ἰδρυσαντο, Γηταΐδων & πολλῷ ἀπότελεν. Cum autem urbem Noricum, & Pannonia ratione, aliaque loca, ac pecuniam misericordia maximam Justinianus Augustus Langobardis donasset, eam illi ob causam, patruis fidibus reticis, in adversa fluminis ripa considerant, laud procul à Gepædes. Narrat inde seq. cap. 34. ortum inter Gepædes, & Langobardos bellum, legationemque ad Imperatorem ab utroque genitum illarum Rege expeditam, ut auxilia impetrarent, additique ἡγετὴ δι τον Γηταΐδων μὲν Θοριστὸν ἔντεια, μὲν ἐπὶ τον Αὐδούνην. Tunc temporis Thorojonus imperabat Gepædes; Auduinus Langobardus.
- (196) Alias concepta jamdudum rixā, tandem in apertum exarserunt bellum, quod ab utrisque partibus pro facultatibus adspicatur. Lind.
- Immo plures Gepædes inter, & Langobardos instrutum tuisse bellum audior est citatus Procopius lib. III. cap. XXXIV. & lib. IV. cap. XVIII. apud quem res getæ utriusque gentis ante hanc Langobardorum victoriæ hic in supplementum Pauli nostri recentiore: eaque fortasse non alia fuit, quam quæ ab ipso Procopio narratur lib. IV. cap. XXV. cuius ab Auduiño latet nuncius Constantinopolim missus, anno belli Gotthici XVII. qui æra Christianæ DLL.
- (197) Alias Alboini filius Auduinus. Lind. vitata quidem lectio; nam ex Procopio, ceterisque Scriptoribus liquido conicitur Auduinum præcessisse Alboinum.
- (198) Turismundus, sive Thorsinus Gepæibus regem eo tempore, quo Auduinus Langobardis imperabat alserit, & Procopius, ac parem Vvachoni hujus fortunam refert, exturbant e Gepædum regno Ustrigottho Eiemundi Regis filio, qui ad Auduinum fugiens, ut idigus ad Gepædes, per impium fæluis ab Audoino occisus, pretium fuit occisi pariter à Thorsino Ildisgi, vel Iidelchis, anno belli Gotthici XVIII. Vide Procop. lib. IV. cap. XXVII.
- (199) magna sue partis bella confliterant. Modoet. & Lind.
- (200) Alias & Langobardi decti. Lind.

Cumque peracta Langobardi victoria, ad sedes proprias remeassent, Regi suo Audoino suggerunt, ut ejus (201) Alboin conviva fieret, cuius virtute in p̄celio victoriam (202) coepissent, utque patri in periculo, (203) ita & in convivio comes (204) esset. Quibus Audoin respondit se hoc facere minimè posse, ne ritum gentis infringeret. Scitis enim, inquit, non esse apud nos consuetudinem, ut Regis cum patre filius prandeat, nisi prius à Rege gentis exteræ arma suscipiat. (205)

C A P. XXIV.

*Quomodo Alboin cum quadraginta viris ad Turisendum Regem, cuius filium interemerat, profectus est, arma ab eo petens, ut cum suo patre posset in convivio residere,
¶ quomodo à Turisendo
arma accepit.*

His Alboin à patre auditis, quadraginta solummodo juvenes secum tollens, ad Turisendum, (206) cum quo dudum bellum gesserat, (207) Regem Gepidorum profectus est, causamque qua venerat intimavit. Qui eum benignè suscipiens, ad suum convivium invitavit, atque ad suam dexteram, ubi Turismodus ejus quondam filius sedere consueverat, collocavit. Inter hæc dum apparatus varii (208) epulas caperent, Turisendus jamdudum sessionem filii mente revolvens, natique funus ad animum (209) reducens, præsentemque peremptorem ejus loco residere conspiciens, alta trahens suspiria, sese continere non potuit: sed tandem dolor in vocem prorupit. Amabilis, inquit, mihi locus iste est, sed persona quæ in eo residet, sati ad vindendum gravis. Tunc Regis alter qui aderat filius, patris sermone stimulatus, Langobardos injuriis laceessere coepit, afferens eos, quia suris (210) inferius candidis utebantur fasciolis, equabus, quibus crurum (211) tenus pedes albi sunt, similes esse (212) dicens. Fœtulæ (213) sunt equæ quas similatis. Tunc unus è Langobardis ad hæc ita respondit. Perge, ait, in campum Astfeld, (214) ibique proculdubio poteris experiri, quād validē illæ, quas equas nominas, prævaleant calcitrare, ubi sic tui dispersa sunt ossa germani, quemadmodum vilis (215) iumenti in mediis pratis. His auditis Gepidi, confusione (216) ferre non valentes, vehementer in ira commoti sunt, manifestaque injurias vin-

A dicare nituntur. Langobardi econtra parati ad bellum, omnes ad gladiorum capulos manus injiciunt. (217) Tunc Rex à mensa profiliens, sese in medium objecit, suosque ab ira, belloque compescuit, interminans primitus eum puniri, qui primus pugnam commissiter, non esse viatoriam Deo placitam dicens, cùm quis in domo propria hostem (218) perimit. Sic deinde jurgio compresso, jam deinceps latus animis convivium (219) peragunt. Sumensque Turisendus arma Turismodi filii sui, ea Alboin tradidit, eumque cum pace (220) incolumem ad patris regnum remisit. Reversus ad patrem Alboin, (221) ejusdem conviva hinc effectus est. Qui dum cum patre latus regias delicias caperet, ordine cuncta retulit, quæ sibi apud Gepidos in Turisendi Regia contigissent. (222) Mirantur qui aderant, & laudent audaciam Alboin, nec minus adcollunt laudibus Turisendi maximam fidem.

C A P. XXV.

De Regno Justiniani, & viatoris ejus.

Hac tempestate (223) Justinianus Augustus Romanum Imperium felici sorte regebat, qui & bella prosperè gessit, & in causis civilibus mirificus extitit. Nam per Belisarium (224) Patricium Persas fortiter devicit, C perque ipsum Belisarium Wandalorum gentem, capto eorum Rege Gelismero, usque ad intercessionem delevit, Africamque totam, post annos nonaginta & sex, (225) Romano Imperio restituit. Rursumque Belisarii viribus, Gotorum in Italia gentem, capto Withicis (226) eorum Rege superavit. Mauros quoque post hæc Africam infestantes, eorumque Regem Attilam, (227) per Johannem Exconsulem (228) mirabili virtute protrivit, pari etiam modo, & alias gentes belli jure compressit. Quam ob causam propter horum omnium viتورias, ut Alamannicus, Gothicus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, (229) Wandalicus, Africanusque diceretur, (230) habere agnomina meruit. Leges quoque Romanorum, quarum prolixitas nimia erat, & inutilis dissonantia, mirabili brevitate correxit. Nam omnes constitutiones principum, quæ utique multis in voluminibus habebantur, intra duodecim libros coarctavit, idemque volumen Codicem Justinianeum appellari præcepit: Rursumque fin-

- (201) Modoet. & Amb. ut ei.
(202) Alias virtutem. Lind.
(203) ut sicut in patris periculo. Mod.
(204) Alias communis. Lind. & Mod.
(205) Vide quæ notavit Petrus Pithœus J. C. adversari lib. I. cap. I. *Lindenbrogius*.
(206) Alias Turisindum. Lind.
(207) Alias cum quo paulo ante gesserat. Lind.
(208) Alias apparatus epulas sumarent. Lind.
(209) Amb. ad memoriam.
(210) in suris. Mod. & Lind.
(211) Amb. & Mod. crure.
(212) Alias esse persimiles, addiditque dicens, faciles sunt equæ, quæ refertis, seu simulatis. Lind.
(213) Amb. & Mod. fætide sunt, inquit equæ, quæ simulatis. Lind. fætiles.
(214) Amb. Feld. Idem sonat Germanicâ lingua, quod Latinis campus; at hic accipitur à Paulo pro loco pugnas designato.
(215) pili. Mod. & Lind.
(216) Amb. quam à Langobardis perpetræ fuerant, vehementer &c.
(217) Alias adjicunt MS. mittunt. Lind.
(218) Mod. & Lind. boſitem.
(219) Alias confitum. Lind.

- (220) Alias eumque ad patris Regnum incolumem redire permisit. Lind.
(221) Alias Alboinus tam claris armis insignitus, max ejusdem conviva effectus est. Lind.
(222) Alias quæ illi regia contigissent. Alias quo illi regia mensaque contigissent. Lind.
(223) Justinianum in Imperium à Justino avunculo ascitum anno Christi 527. Kal. Aprilis, nempe illius natali die jam liquido constat. Ego vero Langobardicas res ipso imperante gestas quantum potui ad illius annos Imperii revocavi.
(224) MS. Bellisarium, alias Bilsarium.
(225) Mod. nonaginta & septem. Alii ita legunt: annos, & jure, & vi Romano. Tamen Regino etiam XC. & VI. annos ponit, aliis nonaginta septem. Lind.
(226) Alias Vvitibis. Lind.
(227) MS. Antalam, alii Attalam, Anatalam. Lind.
(228) Mod. Proconsulem, & ita Lind.
(229) Mod. Atticus, Abaricus.
(230) Sic restituì ex corrupta Ascensiana editione. Nam in MS. & August. tantum erat, Alamannicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus. Restum autem esse, quemadmodum scripsi confirmat Agathias lib. I. & ipse Justinianus loco non uno.

singulorum magistratum, sive judicium leges. (231) quæ usque ad duo millia (232) penè libros erant extensæ, intra quinquaginta librorum numerum rededit, eumque codicem Digestorum, sive Pandectarum vocabulo nuncupavit. Quatuor etiam Institutionum libros, in quibus breviter universarum legum textus comprehenditur, noviter composuit. Novas quoque leges, quas ipse statuerat, in unum volumen redactas, eundem codicem Novellarum. (233) nuncupari sancivit. Extruxit quoque idem Princeps intra urbem Constantinopolim, Christo domino, qui est sapientia Dei patris, templum, quod Græco vocabulo, ΑΓΙΑΝ ΣΩΦΙΑΝ, (234) idest, sanctam sapientiam nominavit. Cujus opus adeo cuncta ædificia excellit, ut in totis terrarum spatiis, huic simile non possit inveniri. Erat enim hic Princeps fide Catholicus, in operibus rectus, in judiciis iustus, ideoque ei omnia concurrebant in bonum. (235) Hujus temporibus Cassiodorus, apud urbem Romam tam sæculari, quam divina scientia claruit, qui inter cætera, quæ nobiliter scripsit, psalmorum præcipue occulta potentissimè reseravat. (236) Hic primitus Consul, (237) deinde Senator, (238) ad postremum vero Monachus exitit. Hoc etiam tempore Dionysius Abbas in urbe Roma constitutus, (239) Paschalem Calculum miranda argumentatione composuit. (240) Tunc quoque apud Constantinopolim Priscianus Cæsariensis Grammaticæ artis, ut ita dixerim, profunda rimatus est. (241) Tunc quoque nihilominus Arator Romanæ Ecclesiæ Subdiaconus, poëta mirabilis, actus Apostolorum versibus Hexametris exaravit. (242)

A

C A P. XXVI.

*De Beato Benedicto, & miraculis,
& laudibus ejus.*

His quoque diebus Beatissimus Benedictus pater, & pius, (243) in loco qui Sublacus (244) dicitur, qui ab urbe Roma quadraginta milibus abest, & postea in castro Casini, (245) quod Harum (246) appellatur, & magnæ vitæ meritis, & Apostolicis virtutibus effulgit. Cujus vitam, sicut notum est, Beatus Papa Gregorius in suis Dialogis suavi sermone composuit. Ego quoque pro parvitate ingenii mei ad honorem tanti patris, singula ejus miracula, per singula disticha Elegiaco metro hoc modo contexui:

Ordiar (247) unde tuos sacerdos Benedicte triūphos,
Virtutum cumulos ordiar unde tuos?
Euge Beate Pater, meritum qui nomine prodis,
Fulgida lux sæcli, Euge Beate Pater.
Nursia plaudet satis tanto sublimis alumno,
Astra ferens mundo, Nursia plaudet satis.
O puerile decus transcendens moribus annos,
Exuperansque senes, o puerile decus,
Flos paradyse tuus despectus florida mundi,
Sprevit opes Romæ, Flos paradyse tuus.
Vas paedagogia (248) tulit direptū peccatore tristis:
Læta reformatum vas paedagogia tulit.
Urbe vocamen habēs (249) tyrone cautibus abdit,
Fert pietatis opem urbe vocamen habens.
Laudibus antra sonant mortalibus abdita cunctis:
Cognita Christe tibi laudibus antra sonant.
Frigora, flabra, nives, fers tu (250) tribus impiger
Temnis amore Dei frigora, flabra, nives. (annis.
Fraus veneranda placet, pietatis furta probantur,
Qua sacer altus erat, fraus veneranda placet.
Signat adesse dapes Agapes, (251) sed lividus
obstat,
Nil minus alma fides, signat adesse dapes.

Or-

Ingentique plausu ante confessionem B. Petri Cle-ro, & Populo recitavit.

- D
(243) Alias pater primus. Lind.
(244) Alias Sublaco. Lind.
(245) Alias in Caffino. Lind.
(246) Amb. Arum. Lind. Alias Aurum, Clarum, vel Bar-
rum. Modoet. Arx, quæ lectio cæteris omnibus præstantior, & veterum Casini Montis descriptio congruentior, ut in Marco Poeta aliisque.
(247) Omnes bi versus usque ad 27. caput Ascensione editio-
ni desunt. Lind.
In MSS. nostris leguntur.
(248) Paedagogam dixit nutricem D. Benedicti, quæ fu-
gientem ab Urbe sequuta de fracto capisterio la-
mentabatur, ut scribit D. Gregorius, nempe vase
ad purgandum triticum, quam vocem adhuc apud
Sabinos audivisse memini.
(249) S. Romanus Monachus ab Urbe nomen habens,
qui cum desiderium S. Benedicti cognovisset, & se-
cretum tenuit, & adjutorium impedit, eique sancta
conversatio habitu tradidit, & in quantum licuit
ministravit. D. Greg.
(250) Alias persers. Lind. & ita in Amb.
(251) Sic indigerabant prisci Christiani convivia ad quæ
pauperes vocabantur. De his bene Tertullianus,
ut alia ejus loca omittam, Apologet. cap. 39.
Cœna nostra de nomine rationem sui ostendit, vo-
catur enim ἀγάπη, id quod dilectio penes Grecos.
Quantiscumque sumptibus constet, lucrum est
pietatis nomine facere sumptum; squidem inopes
quoque refrigerio ito juvamus. Vide Cyprianum
Testim. lib. 3. Cessianum collat. 24. cap. 12.
De agape Christianorum multa passim præter ea,
quæ notavit Lindenbrogius. At hic Paulo nostro
agapis appellatione S. Romani dilectio explicatur,
qua panem quotidie S. Benedicto fune demittebat,
alligato eidem tintinnabulo, quod, immittente Dia-
bolo saxum, attritum fuit.

KKK

- (231) Alias judicium, jurisconsultorumque leges. Lind.
(232) Alias quæ penè ad duo millia librorum erant extensæ.
Lind.
(233) Alias Novellam. Lind.
(234) Vide Procopium de ædificiis Justiniani Cæsaris lib. I.
Lind.
(235) Et si plures inter Historicos, & Jurisconsultos no-
stros in laudes Sacratissimi Principis Justiniani sint
profusi, non defuerunt qui & hæretum Aphardoc-
itarum, hoc est Incorruptibilium eidem expro-
braverint, aliqua memoria quidem indigna. Sed
ab illa reliquie probant veterum testimonij Emi-
nentissimus Baronius, aliquie. Laudavit cum Paulo
nostro Justinianum Sum. Pont. Agatho, & Odil-
bertus Mediolanensis Archiepiscopus.
(236) Anno Christi DXIV.
(237) Immovero Praefatus Praetorio ex Athalarici bene-
ficiencia, cui carissimus fuit: nam Senatoris Ca-
siodoro cognomen à suis libris plerique arguunt.
(238) Librum hunc in psalmos eodem anno scripsit, quo
se Monastica vita dicavit in suo celebri Vivario
ad Scyllacium urbem, ubi ortum habuerat. No-
nagenario majorem occubuisse constat. Incertum
quo anno.
(239) Exiguus cognomento, natione Scytha, Grece, La-
tineque lingua peritissimus cycli Paschalis auctor,
Sac. Canonum collector celebratissimus, qui Paulo
nostro, & Beda lib. de temp. ratione dicitur
Abbas Romanae urbis. Casiodoro amicus, & so-
cius, ab eoque Monachus tantum appellatus, ut
notat Pagius in sua Critica ad an. 527. nu. X.
(240) Anno DXXV. ærae Christ.
(241) Alias profunda scrutina. Lind.
De Prisciano idem Cassiodorus de Orthographia
cap. 12.
(242) Eoque Vigilio Sum. Pontifici dicavit VIII. Idus
Aprilis tertio anno post Conf. Basili V. Cl. In-
dict. VII. qui communī calculo incidit in DXLIV.
Tom. I.

Orgia (252) ritè colit, quia Christo commodat aurem,
Abstēmīum pascens Orgia ritè colit.
Pabula grata ferunt avidi ad spelæa subulci, (253)
Pectoribus lœtis pabula grata ferunt.
Ignis ab igne perit, lacerant dum viscera fentes
Carneus æthereo ignis ab igne perit.
Pestis iniqua latens (254) procul est deprensa sagaci,
Non tulit arma crucis pestis iniqua latens.
Lenia flagra vagam (255) fistunt moderamine mentem,
Excludunt pestem lenia flagra vagam.
Unda perennis aquæ nativo è marmore manat,
Arida corda rigat unda perennis aquæ.
Gurgitis ima calybs (256) capulo divulse petisti,
Deseris alta petens gurgitis ima calybs.
Jussa paterna gerēs (257) dilapsus currit in æquor,
Currit vectus aquis jussa paterna gerens.
Præbuit unda viam prompto ad præcepta magistri,
Cursori ignaro præbuit unda viam.
Tu quoque parve puer raperis nec occidis undis,
Testis ades verax, tu quoque parve puer.
Perfida corda gemunt stimulis agitata malig-
nus, (258)
Tartareis flammis perfida corda gemunt.
Fert alimenta corax digitis oblata benignis,
Dira procul jussus fert alimenta corax.
Pectora sacra dolent inimicū labe peremptū, (259)
Discipuli excessum pectora sacra dolent.
Lyris amoena petens (260) ducibus comitaris opimis,
Cœlitus adtraheris Lyris amoena petens.
Anguis iniquè furis luco spoliatus, & aris,
Ammissis populis anguis iniquè furis.
Improbè sessor abi, sine dentur marmora muris,
Cogeris imperio, (261) improbè sessor abi.
Cernitur ignis edax falsis insurgere flammis,
Nec tibi gemma micans cernitur ignis edax.
Dum struitur paries lacerantur viscera fratri,
Sospes adest frater dum struitur paries.
Abdita facta patent, patulo produntur (262) edaces, (263)

A Muneris accepti abdita facta patent.
Sæve tyranne (264) tuæ frustrantur retia fraudis,
Frena capis vitæ sæve tyranne tuæ.
Mœnia celsa Nūmē nullo vertentur (265) ab hoste,
Turba gravis (266) vertet mœnia celsa Numæ.
Plesteris hoste gravi, (267) ne lites munus ad arā,
Munera fers aris plesteris hoste gravi.
Omnia septa gregis, præscitū est tradita gēti, (268)
Gens eadem reparat omnia septa gregis.
Fraudis amice puer, suado captaris ab Hydro
Hydro non caperis fraudis amice puer. (269)
Mens tumefacta file, tace, (270) & ne carpe viden-
Cuncta patent vati, mens tumefacta file. (rem,
Pellitur (271) atra fames delatis coelitus cœsis,
Nihilominus mentis pellitur atra fames.
Pectore cuncta stupent, quod eras sine corpore
præfens.
Quod pervisa (272) mones pectora cuncta
stupent.
Vocis ad imperium (273) sacris non esse simuntur,
Intersunt sacris vocis ad imperium.
Tellus hiulca sinu corpus propellit humatum (274)
Jussa tenet corpus tellus hiulca sinu.
Perfidus ille Draco mulcet properare fugacem,
Sistit iter vetitum perfidus ille Draco.
Exitiale malum capit is decussit honorem,
It procul imperii exitiale malum.
Fulva metalla pius, nec habet, promittit egem;
Cœlitus exceptit fulva metalla pius.
Tu miserande cutē variant cui pelle (275) colubræ
Incolumem recipis tu miserande cutem.
Aspera faxa vitrum rapiunt, nec frangere possunt;
Illæsum servant aspera faxa vitrum.
Cur prome conde times stillam præbere lecyti?
Dolia certè fluunt, (276) cur prome cōde times?
Unde medela tibi spes est cur nulla salutis,
Qui semper metuis (277) unde medela tibi?
Ah miserande (278) senex hostili concidis istu,
Ictu sed resipis ah miserande senex.
Barbara lora manus ignaras criminis arcent,
Spontè sua fugiunt, barbara lora manus.
Ille superbus equo reboans clamore minaci,
Stratus humili recubat ille superbus equo.
Col-

- (252) Græcorum more pro factis ; at parum felici Mi-
nerva : orgia quippe ab ira dicebantur sacra Bac-
cho, nec bene Paschalibus Christianorum sole-
niis conveniunt, in quibus olim à Christo moni-
tus Sacerdos D. Benedicto cibum apposuit.
(253) Pastores cum ei cibum afferrent corporis, ab ejus ore
in suo pectori alimenta referebant vite. D. Greg.
(254) Cacodæmon sub nigra merula imagine D. Bene-
dicto molestu, signo Crucis in fugam vertitur.
(255) Monachus virgæ leniter cœsus in oratione perseverat.
(256) Falcatrum, ut scribit D. Gregor. quod de manu
Gothi, qui ad conversionem venerat in lacum ex-
ciderat. Retentum manubrium, D. Benedictus tulit de
manu ejus, & misit in lacum : & mox ferrum à
profundo rediit, atque in manubrium intravit.
(257) S. Maurus jussu D. Benedicti super lacum sicco
pede currens S. Placidum eripit.
(258) Florentius Presbyter invidia percitus D. Benedicto
infœctum veneno panem misit, quem corvus ab-
stulit.
(259) Immissis in hortum puellis Florentius, quem ve-
neno de medio tollere non potuerat, tentationis
periculo in fugam vertit. Mox vero de solario præ-
cipitem, exanimatumque presbyterum dum Bene-
dicto discipuli lœti nunciant, ipse lacrymatur.
(260) In Casinum montem venit, quâ Lyris amnis ad
radices labitur.
(261) De lapide gravato per insidentem diabolum signo
Crucis hostem ejicit, cumque facile Monachi tol-
lunt ad extruendas cellas.
(262) Amb. probantur.
(263) Monachis extra cellam paratam cœnam absens no-
verat, narratisque cibis, & numero potatorum
calicum objurgat.
(264) Totile Regis notissima fraus, & de illius vita D.
Benedicti vaticinium.
(265) Amb. subruentur.

- (266) Turbo ait evertet &c. Amb.
(267) Clericus energumenus, cui prædixerat si ad Sacros
ordines accederet futurum fore, ut iterum à dia-
bolo vexaretur.
(268) Cassinensis Monasterii eversionem Theoprobo Mo-
nacho prædictit, quæ irrumptibus Langobardis
facta est ; cumque ad historiam gentis illius per-
tineat, vide quæ notavit doctiss. Mabillon. in D.
Gregorii dialog. de tempore istius irruptionis. At
Paulus noster Langobardus & ipse amore suorum
fortassis, hæc addit Gens eadem reparat omnia septa
gregis, quod utique verum est ; nam subsequentes
Langobardi Principes de Cassinensi Monasterio,
atque universa Benedictinorum familia sunt opti-
mè meriti.
(269) Exhilaratus nomine, qui serpentem in abscondito
vini vasculo monitus reperit.
(270) Amb. tacita, Monachus Defensoris filius superbia
elatus dum S. Benedicto ministraret.
(271) Aliis hi duo versus desunt. Lind.
(272) Amb. prævisa.
(273) Amb.
Vocis ad imperium temunt dare frena loquelas,
E busfis fugiunt vocis ad imperium. Amb. & Lind.
Sanctimoniales, quæ post mortem à sacris discede-
re, ac iterum benedicente SS. Patre interesse vise
sunt.
(274) Pueri Monachi corpus, qui à Monasterio ad pa-
trem absque benedictione discesserat.
(275) Alias
Tu miserande cutem varia cum pelle colubræ
MS. variant cui sella colubri. Lind.
& hanc postremam lectionem habet. Amb.
(276) Alias cerne fluunt. Lind. & Amb.
(277) Amb. & Lind. peritas.
(278) Amb. lacrymando.

Colla paterna ferunt extinti viscera nati,
Viventem (279) natum colla paterna ferunt.
Omnia vincit amor, vinxit (280) foror iubre
beatum,
Somnus abest oculis, omnia vincit amor.
Simplicitate placens instar petit alta columbae,
Regna poli penetrat simplicitate placens.
O nimis aptè Deo mundus cui panditur omnis,
Abdita qui lustras, & nimis aptè Deo.
Flammeus orbis habet justi superæthera nantem,
Quem pius usit amor flammeus orbis habet.
Ter vocitatus adest testis novitatis habendus,
Carus amore patris ter vocitatus adest.
Dux bone bella monens exemplis pectora firmas,
Primus in arma ruis, dux bone bella monens.
Congrua signa dedit vitæ consortia linquens,
Ad vitam properans congrua signa dedit.
Psalmicen assiduus nunquam dabat otia plectro,
Sacra canens obiit psalmicen assiduus.
Mens quibus una fuit tumulo retinentur eodem,
Gloria par retinet mens quibus una fuit.
Splendida visa via est facibus stipata coruscis,
Qua sacer ascendit splendida visa via est.
Rupea septa petens nocta est errore salutem,
Errorem evasit rupea septa petens:
Poemata parva dedit famulus pro munere supplex,
Exul, inops, tenuis, poemata parva dedit.
Sint precor apta tibi cœlestis tramitis index,
O Benedicte pater sint precor apta tibi. (281)

*Hymnum quoque singula ejusdem patris mira-
cula continentem metro Jambico Arciblochico ita
teximus.*

Fratres alaci pectore,
Venite concentu pari,
Fruamur hujus inclytæ,
Festivitatis gaudiis:
Hac Benedictus aurea
Ostensor arcti tramitis,
Ad regna conscendit pater
Captans laborum præmia
Effulxit ut fidus novum,
Mundana pellens nubila.
Ætatis ipso limine,
Despexit ævi florida.
Miraculorum præpotens,
Afflatus alti flamine,
Resplenduit prodigiis
Venturo sæclo præcinens
Laturus esum pluribus,
Panis reformat vasculum,
Arctum petens ergastulum,
Extinxit ignes ignibus.
Fregit veneni bajulam
Crucis per arma cymbiam,
Coercuit mentem vagam,
Leni flagello corporis
Funduntur amnes rupibus.
Redit calybs è gurgite,
Currit per undas obsequens,
Peplo puer vitat necem.
Virus patescit abditum,
Mandata præpes efficit,
Hostem ruina conterit.
Cedit fremens leo grave,
In imo (282) fit moles levius:
Rogus migrat fantasticus,

A Fractum revisit sospitas,
Excessus absentum paret.
Rector vafer deprenderis,
Iniquè possessor fugis;
Futura prænoscemini,
Arcana cor non contigit.
Fundantur ædes somniis,
Tellus vomit cadavera,
Dracone frenatur fugax.
Æther pluit numismata,
Vitrum resistit cautibus,
Manant olivo dolia,
Vinctum resolvit visio,
Vitam receptant funera.
Tanti potetas luminis,
Voto fororis vincitur,
Quo plus amat quis plus valet.
Enare quem cernit polum
Non ante seclis cognitum
Noctu jubar effulgorat,
Quo torus orbis cernitur.
Flammisque subvehi pius.
Hæc inter instar nectaris
Miranda plectro claruit.
Nam pinxit aptè lineas
Vitæ sacræ sequacibus,
Jam dux alumni sat potens,
Adsis gregis suspiriis,
Gliscat bonis hydram cavens,
Sit callis ut sequax tui.

C Liber me breviter referre quod Beatus Grego-
rius Papa minimè in hujus Sanctissimi patris
vita descriptis. Denique cum divina admoni-
tione à Sublacu in hunc, ubi requiescit locum,
per quinquaginta fermè millia adventaret, tres
eum corvi, quos alere solitus erat, sunt cir-
cumvolantes secuti, cui ad omne convivium,
(283) usque dum hic veniret, duo Angeli in
figura juvenum apparentes, ostenderunt ei quam
viam arripere deberet. In loco autem isto,
quidam Dei servus tunc habitaculum habebat,
ad quem divinitus ita dictum est

His tu parce locis, alter amicus adeſt; (284)

D Huc autem, hoc est in Cassini arcem perve-
niens, in magna se semper abstinentia coarcta-
vit; sed præcipue quadragesimæ tempore in-
clusus, & remotus a mundi strepitu mansit.
Hæc omnia ex Marci poëta carmine sumpsi,
qui ad eundem patrem huc veniens aliquot ver-
sus in ejus laudem composuit, quos in his li-
bellis, cavens nimiam longitudinem, minimè
descripsi. Certum tamen est hunc egregium
patrem vocatum cœlitus ob hoc ad hunc ferti-
lem locum, & cui opima vallis subjacet, ad-
venisse, ut hic multorum Monachorum, sicut
& nunc Deo præsule facta (285) est, congrega-
tio fieret. His cursim, quæ omittenda non
erant narratis, ad nostræ seriem revertantur hi-
storiæ.

E

CAP.

(279) Alias uidendi. Lind.

(280) Amb. vicit.

(281) Laudavit etiam Paulus simili carmine, ac metro
S. Scholasticam, & Maurum Abbatem.

(282) Amb. immota.

(283) Amb. & Modoet. bivium, usque dum buc veniret,

qua probata lectio etiam in sermone Petri Dam.

Ostiensis Episcopi, qui Paulum à verbo *libet* us-
que ad illa in ejus laudem composuit lectioni fuisse
inferuit.

(284) Marci poëta versus: cæteros lege apud cit. Marti-
nengium.

(285) Amb. fatum est.

C A P. XXVII.

*De morte Audoin, & Regno Alboin, & quomodo
Alboin Cunimundum, Regem Gepidorum,
superavit, & filiam ejus Rosemun-
dam in matrimonium duxit.*

IGitur Audoin, de quo præmiseramus, Langobardorum Rex, (286) Rodelindam (287) in Matrimonio habuit, quæ ei Alboin virum bellis aptum, & per omnia strenuum peperit. Mortuus itaque est Audoin, ac deinde Regum jam decimus Alboin, ad regendam patriam cunctorum votis accessit. Qui cum famosissimum, & viribus clarum ubique nomen haberet, (288) Chlotarius Rex Francorum, Chlotfiundam (289) ei suam filiam in matrimonium sociavit, de qua unam tantum filiam Alphundam nomine genuit. Obiit interea Turisendus Rex Gepidorum, cui successit Cunimundus in Regno. Qui vindicare veteres Gepidorum injurias cupiens, rupto cum Langobardis foedere, (290) bellum potius, quam pacem elegit. Alboin vero cum Avaribus, qui primùm Huni, postea à Regis proprii nomine Avares (291) appellati sunt, (292) foedus perpetuum iniit, dehinc ad præparatum à Gepydis bellum profectus est. Qui cum adversus eum è diverso properarent, (293) Avares, ut cum Alboin statuerant, eorum patriam invaserunt. Tristis ad Cunimundum nuncius veniens, invasisse Avares ejus terminos edicit. Qui prostratus animo, & utrisque (294) in angustiis positus, hortatur

(286) Alias Langobardorum Rex nonus, qui ex Radelinda conjugi Albotum, de quo jam pluscula stripitus, post multa præclarè gesta fato concessit. Post cuius funus, justaque peracta, Alboinus sapientissimus Rex decimus ad regendam Langobardorum, cunctorum &c. L.

(287) Quænam fuerit Rodelinda ex Procopio dictum lib. IV. cap. 25. καὶ Αμαλαφρίδης Γότθος ἀνὴρ, Αμαλαφρίδης μὲν θυγατρίδης τῆς Θάλειρίχης τῷ Γότθῳ Βασιλέως αἰδελφής, Ερμενφρίδης δὲ ίδες τῷ Θερίγγῳ πύγμαντι. ὃντερ Βελισαρίος μὲν ξώ Οὐίττογιδης εἰς Βυζάντιον ἤγαγε, βασιλὸς δὲ Ρωμαῖον ἀρχοντα καπεστρῳ, καὶ τών αὐτῶν αἰδελφών, Αυδενίρ τῷ Λαγγοβαρδῳν ἀρχοντι καπηγύνεται. Et Amalafridus (è numero ducum erat) vir Gotbus, ex sua nepo Amalafrida sororis Theoderici Gotborum Regis, & filius Hrmenefridi Regis Thoringorum. Hunc Amalafridum cun Vittige Byzantium deportatum à Belisario Romanorum ducem Imperator creavit, & sororem ejus Auduino Langobardorū Regi collocavit.

(288) Alboini Regis nonen pluribus celebrat Nicetius Trevirensis Episcopus à doctis. Sirmondo editus tom. I. Conc. Gall. Stupentes sumus, ait ille, cum gentes illum tremunt, cum Reges venerationem impendunt, cum Potestates sine cessatione laudant, cum & ipse Imperator suis ipsum proponit, quod anima remedium non festinus requirit: & infra. Talis ornatus, talis vir, qualis Alboinus Rex esse dicitur, talis fama quem mundus sic proponit, quare non convertitur, aut quare tardus ad requirendam viam salutis appetat? Scribebat enim Nicetius anno Dom. circ. 563. ad Chlodosoindam Reginam, ut maritum ab Ariana perfidia totis viribus revocare curaret.

(289) Amb. Cibotius. Chlodosinda. Lind. quo conjugio potentissimi Regis gener, & quatuor Francorum Regum Alboinus cognatus. Vide Gregor. Tur. hist. Franc. lib. 4. cap. 35.

(290) Alias Langobardis à patre isto fædere. Lind.

(291) Modoet. Abbates.

(292) Theophylactus lib. 7. cap. 8.

(293) Alias preparantur. Lind.

(294) Amb. utrinque. Modoet. tristisque, & ita Lind.

(295) Barbaris hoc receptum, nam de Scythis ita scribit Strabo lib. 7. καὶ μαλιξτῇ Σκυθοῖς ξενοθίνοις, καὶ σαρκοχένοις, καὶ τοῖς κερνοῖς ἐχτέμασται χρυσίνοις. Plinius lib. 7. cap. 11. Priores antropopagagos, quos ad Septentrionem esse diximus, decem die rum itinere supra Borysthenem annem ossibus humanorum capitum bilere, cutibusque cum capillo pro mantellibus ante pectora uti. Armenian. Marcell. lib. 27. Si ordisci, longè nunc ab iisdem provinciis disparati, sive quondam & truces, ut antiquitas docet, boſtis captivorum Bellone litantes, & Marti, humanumque sanguinem in ossibus capitum humanorum bibentes avi dus. Lind.

Atamen suos primūm cum Langobardis confi gere. Quos si superare valerent, demum Hunnorum exercitum è patria pellerent. Committitur ergo prælium, pugnatumque est totis vi ribus. Langobardi vñtores effecti sunt, tanta in Gepidos irā fævientes, ut eos ad internecionem usque delerent, atque ex copiosa multitudine, vix nuncius supereffet. In eo prælio Alboin Cunimundum occidit, caputque illius sublatum, ad bibendum ex eo poculum fecit, (295) quod genus poculi apud eos scala (296) dicitur, lingua vero Latina paterna vocatur. Cujus filiam nomine Rosimundam, cum magna simul multitudine diversi sexus, & etatis, duxit captivam. Quam, quia Clofunda obierat, in suam, ut post patuit, perniciem duxit uxorem. Tunc Langobardi tantam adepti sunt prædam, ut jam ad amplissimas pervenirent divitias. Gepidorum vero genus ita est diminutum, ut ex illo jam tempore ultra non habuerint Regem, sed universi, qui superesse bello poterant, (297) aut Langobardis subjecti sunt, aut usque hodie Hunnis eorum patriam possidentibus, duro Imperio subjecti gemant. (298) Alboin vero ita præclarum longè, lateque nomen percrebuit, ut hactenus etiam tam apud Bajoariorum (299) gentem, quam & Saxonum, sed & alios ejusdem linguæ homines, ejus liberalitas, & gloria, bellorumque felicitas, & virtus, in eorum carminibus celebretur. (300) Arma quoque precipua sub eo fabricata fuisse à multis hoc usque narratur.

(296) Non dum exolevit hæc vox usitata non Germanis solū, sed & aliis populis Isidorus Etymolog. lib. 20. cap. 5. Calices, & calathi, & scala poculum genera, antea ex ligno facta, unde & vocata. Greci omne lignum cala dicebant. Lind.

(297) Alias bello superstites esse poterant. Lind.

(298) Hæc aliis defunt. Lind.

Lazius ad hunc Pauli locum, hæc scribit. Hætonus Diaconus: quæ liquido offendunt nobilissime gentis interitum, ut de aliis sedibus Gepidorum nobis deinceps opus, baud sit inquirere. Quippe qui cladi superfluerant supra Jazyges in montium anfractibus occultati Avarum, atque Hunnum servitio subiecti sunt, & bodie adhuc Hungaria posteritati Avarum, ac Hunnum subesse bis, de quibus loquuti supra sumus locis, ac finibus dignoscuntur.

Eversi Gepædum Regni epochen, haud consentientibus Scriptoribus, temere non assignaverim. Si gebertus in Chronico anno 547. tribuit, Abbas Biclariensis VII. Justini, qui Christi 571. eruditorum calculo, Doctissimus Pagius in sua critica certiore à Procopio deducere tentat, relatisque iis, quæ supra extriplimus de libri IV. cap. 25. contendit hæc accidisse anno Christi 551. Egoverd maximæ auctoritatis viro non subfcriperim, eo quod narratum à Procopio bellum alterum fuisse putem ab hoc extremo Gepædibus exitiali, pri munque revera Audiunum inter ac Thorisnum, potrem inter eorum filios Albuinum, & Cunimundum, eo ductus argumento, quod idem Procopius anno sequenti referat Ildigum ad Gepedes, Ultrigotthum ad Langobardos confusisse, ibique utrumque ex pacto necatos, quod utique Regno everso evenire non poterat. Quamobrem ad Biclarensem accedo, & Justino Imperante hæc acta fuisse crediderim, tamen prioribus Imperii annis, quippe septimo Alboinus jam in Italiam venerat.

(299) Alias Bavariorū. Lind.

(300) Tacitus de moribus Germanorum: Celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoria, & amalium genus est: ad quem locum lege notata doctissimo Lipsio. Non absimilia his fuisse puto carmina, quæ Bardi decantabant, de quibus Ammian. Marcellin. lib. XV. Bardi fortia virorum illustrium facta heroicis composita versibus, cum dulcibus Lyra modulis cantitarunt. Athenaeus lib. 6. ex Polidonio. Κελάι, φοι, τερψιχορται μηδειαν τολεμαντης συμβιωτις, δε καλλος ταρασσης. επι δε ογκωματα αινηται και προς αθροις λεγουσιν αιθριτης σωμεσωτης, και προς θρασον ηδη κατη μερις εκανειν αιχρωματων. επι δε αιχρωματα αινηται αισιοι και καλλιμενοι Βαρδοι. τειναι δε επι τυχαῖοι μεριδης εποίειν λεγομενοις.

Explicit Liber Primus de Gestis Langobardorum.

INCI-

INCIPIT LIBER SECUNDUS

DE GESTIS LANGOBARDORUM.

C A P. I.

Quomodo Langobardi conduci à Narsete Chartulario, eidem contra Gothos auxilium praesiterunt.

IGitur cùm circumquaque frequentes Langobardorum victoriae personarent, Narsis Chartularius (1) Imperialis, qui tunc præterat Italiam, bellum adversus Totilam Gothorum Regem præparans, cùm jam pridem Langobardos foederatos (2) haberet, legatos ad Alboin (3) dirigit, quatenus ei pugnaturo cum Gothis, auxilium ministraret. Tunc Alboin electam è suis manu (4) direxit, (5) qui Romanis adversum Gothos (6) suffragium ferrent, qui per maris Adriatici finum in Italiam transvecti, sociatique Romanis, pugnam inierunt cum Gothis. Quibus usque ad internacionem deletis, pariter cum Totila-

(1) Glossarium χαρτοφύλακ, *Chartularius*; sed hoc aliis non probatur, qui discribent inter χαρτοφύλακα, & Chartularium faciunt. Suidas eundem esse cum Scrinario dicit: Σχρινιάρις, ὁ χαρτολέαρις, τὸ στάρχης, οἱ αἴρων τὸ σχρίνιον, πῶς τὸ κιβώτιον. Jam verò χαρτοφύλακα autor Etymologici etiam Σχρινιάριον vocat, ut hinc aliquo modo tueri posset interpretatio Glossarii. Officium ejus penè ex Leonis, & Anthemii verbis colligitur l. 3. C. de canon. larg. tit. ubi sic scribitur: *Chartularios*, qui de cobortabilibus officiis uniuscuiusque provincie largitionales titulos retractare constituantur. Emittebant etiam σύμβολα, idest communitoria, ut D. Cujacius docuit. Erant sub dispositione Praepositi Sacri cubiculi, ideoque à vetere Scholiaste Juliani Patricii const. XV. tit. 60. *Cubicularii* interpretantur *Chartularii*. Sic Narseten, quem alii chartularium vocant, cubicularium nominat Cedrenus. Georgius τῷ καὶ ἔτει ἐπίμφιῳ Ναρσῆς ὁ Κυβικολάριος εἰς Ρώμην, πολεμῆσαι πῶς Γότθοις. Fit etiam Magni *Chartularii* mentio apud Cyprianum; quemadmodum & *Chartularii magistrorum equitum*, & *peditum*. C. Theod. l. 5. de diversi officiis & apparatu, quo pertinet Zonaras lib. III. καὶ Παῦλον τὸ βασιλικὸν ἀποκόμων ἐπιστολὴν, χαρτολέαριον ἡ Ρωμαῖον οὐδὲ πῶς λέγεται φονή, cui simile Nicetas Θεόδορος ὁ κόμιος χαρτολέαριος ἢ τὸ πτοσόθιον.

(2) Alias sibi foederatos. Lind.

(3) Alias *Alboinum*. Lind.

(4) Alias *electam ei bellatorum manum*. Lind.

(5) Procopius lib. 4. cap. 26. Narsetis copias adversus Totilam, & bellii apparatum referens, hec scribit, καὶ Λύδουν ὁ Λαζαροβαρδῶν ἡγέμονος, χρήματα πολοῖς ἀντειδεῖς Ιασινιανὸν βασιλεῖ, καὶ τὴν ὄμοιχιάς ξωβίκην, πεντακοσίους περὶ δικτύους τῆς οἰκομένην πεπολεξάμενος ἄνδρας, ἀγάθες περὶ πολέμου, ἐς ξυμμαχίαν ἀντρῷ ἐπειψέν. οἷς καὶ θεραπείαν μαχίμων αὐτῷ ἐδεκτοί πλίον ἡ τριχιδίων. Οἱ Auditus Langobardorum Rex à Justiniano Augusto multa pecunia, & foederis sanctione inductus, delectu suorum tabito, bis mille ducentos bellatores egregios auxilio miserat, hisque in famulatum addiderat amplius tria pugnatorum millia.

(6) Alias *Getas*. Lind.

(7) Dissimulat noster Langobardorum fœnitiam, & impia suorum gesta primo in Italiam adventu sibi sociali foedere obstrictam; sed ea rursus à Procopio repetenda lib. IV. cap. 33. Νάρσης δὲ περιχαρές πῶς συμπιεστακότις γενέμενος, ἐπανασέργειος ἐκ αἵρετος τῷ Θεον ἀπαντει, ὅπερ καὶ ὁ αἰλιθὸς λόγος ἐγίνετο περὶ τοσού σιφετίων. καὶ πρῶτα μὲν τὸ οἰκισμένον Λαζαροβαρδῶν αἰλαζένων πᾶς αποτίας (οἱ γε πρὸς τὴν ἀληρὶ ἐς τῶν διάποντα παρανοίᾳ πᾶς πειθαρεῖας, αἵ τινες εἰντύχοισι, εἰνπίθασαι, καὶ γυναικὶ πᾶς αἵ τινες καπεφράσσων βιαζόμενος ἐπλησίασιν) χρήματοι μεγάλοις αὐτὸς δεξιωτάμενος, εἰς τὰ πατρία πέθη αφῆκεν ιέραις, Βαλεριανὸν περὶ

Τομ. I.

A suo Rege, honorati multis munib[us], victores ad propria remearunt. (7) Omnicque tempore, quo Langobardi Pannoniam possederunt, Romanæ Republicæ adversum amulos adjutores fuerunt.

C A P. II.

Quomodo Narsis Buccellinum, & Amingian Francorum duces superavit, & de morte Leutharii tertii ducis.

His temporibus Narsis etiam Buccellino (8) duci bellum intulit, (9) quem Theudebertus Rex Francorum cum in Italiam introficeret, reversus ad Gallias cum Hamingo alio duce, ad subjiciendam Italiam dereliquerat. Qui Buccellinus cùm penè totam Italiam direptiōnibus vastaret, & Theudeberto suo Regi de præda Italiz munera copiosa conferret, cùm in Campania hyemare disponeret, (10) tandem in loco, cui Tannetum (11) nomen est, gravi bel-

Δημιανὸν, πὼν αὐτὸν αἰδελφοῖς, ξαὶ πῶς ἐπομένοις ἐξηγεῖθαι τὸς οὐδὲ σ' οὐδὲ τὸ Ρωμαῖον ἔρια σφίσι καὶ δύσας, ὅπως μηδεὶς εἴη τῇ ἀποτορείᾳ λυπήνονται. Narsis successū latius (nempe insigni victoria adversus Totilam, qui eo bello ceciderat) ad Deum omnia, verum utique auct̄rem perpetuū refrelat, atque instantia digerebat. Ac primū redimere pretio voluit indignam licentiam Langobardorum, quo se cum duixerat: cùm præter alia inquinatissima vita scelerata, obvias domos deleverint igni, & faminis, qua sacris adibus se commisirant, turpem vim affirrent. Quare magnā pecunia donatos remisit in patriam, Valeriano, ac Damiano nepoti suo, eorumque cotiis demandata curā, eos ad Romani Imp. limitem deducendi, ut in via ab injuria, & maleficio temperarent, eaque gesta sunt anno Imper. Justiniani XXVI. belli Gothicī XVIII. qui Ch. 552.

(8) Alias *Bucilimo*, & sic semper. Lind.

(9) Anno Christi DLIV. Buccellinum à Narsete interemptum ex Procopio, atque illius continuatore Agathia Valesius, aliisque Francicarum rerum Scriptores optimè arguunt, veterum plerisque Chronographis inter se de tempore dissentientibus. Ab utroque Graeco Scriptore Francorum in Italiam expeditionem sub Theudeberto Rege, ab Agathia infelicem illius fortunam cognoscimus, & Buccellini, atque Leutharii cladem, qui patratorum in Italia scelerum pœnas ultori Deo dederunt. De Buccellino D. Gregor. lib. 1. dialog.

D (10) In Campania castrametatum Buccellinum refert Agathias, properante in Franciam reditu Leuthario, vana Gothicī regni spe inflammatum.

(11) Alias *Tanneti*. Lind. & Modest. Ad ripas Casilini fluminis, qui & Vulturnus dicitur bellatum fuisse constat ex citato Agathia lib. 2. locusque inscriptis carminibus celebratus, ut pag. 392. edit. noctis Constantinus Porphyrogen. in them. Imperii Orien. lib. 2. them. XI. πὼν δὲ Βεπτίνον καπτολέπιτεν δὲ Ναρσῆς παρὰ πὼν ποταμὸν Κασσιλίνον. Buccellinum verò Narses prælio vicit ad flumen Casilinum. D. Gregor. Turon. aliisque plurimi. Locum autem Tanneti à Paulo memoratum assignare me non posse ingenuè fateor, nisi divinare velim cumdem fuisse, qui à Porphyrogen. memoratur lib. de administr. Imp. cap. XXVII. δὲ Κάπια μὲν πόλις υπεριεγέθης καὶ ἔχατο ὑπὸ τὸ Ουανδίλων, πὼν τὸ Αφρικῶν καὶ καπίλυται αὐτὴν. ἐρημοχάρειρ δὲ ὅποις ἀκτὴ εἴη Λαζαροβαρδοῖς. καὶ παλιν τὸ Αφρικῶν ἐπερχομένων κατ' αὐτὴν προδόμοις ἐπίσκοπος Λαζαροφος καίροις εἰς τὴν γέφυραν τὸ τοπεῖον, καὶ επενόμασεν αὖτε Καπάντιον. Capua erat urbs ingens: capta verò à Vandilis, sive Africis destruta est, atque ita cùm deserta jaceret, inhabitarunt eam Langobardi. Mox Africis rursum ingruuntibus, Landulfus Episcopus ad pontem fluminis castrum crevit, quod Capant. appellavit, ignorumque sibi Cluverius aferit, cui Tanneti oppidum prope Parmam exploratis.

LII

bello à Narsete superatus, extictus est. Hamingus (12) verò dum Widin (13) Gothorum comiti, contra Narsetem rebellanti auxilium ferre conatus fuisset, utrique à Narsete superati sunt. Widin captus Constantinopolim exiliatur. (14) Hamingus verò, qui ei auxilium præbuerat, Narseti gladio perimitur. Tertius quoque Francorum dux nomine Leutharius, (15) Buccellini germanus, (16) dum multa prædā onus ad patriam cuperet reverti, inter Veronam, & Tridentum, juxta lacum Benacum (17) propria morte (18) defunctus est.

C A P. III.

Quomodo Narsis Sinduald Herulorum regulum sibi rebellantem extinxit.

Habuit nihilominus Narses certamen adver-
sus Sinduald (19) Brebtorum (20) re-
gem, qui adhuc de Herulorum stirpe remanse-
rat, quem secum in Italiam veniens, simul Odoa-
car adduxerat. (21) Huic Narses fideliter sibi
primum adhærenti, multa beneficia contulit,
(22) sed novissimè superbè rebellantem, &
regnare cupientem, bello superatum & cap-
tum, celsa de trabe suspendit. (23) Eo tem-
pore quoque Narses patricius, per Dagistēum
magistrum militum, virum bellicosum, & for-
tem, universos Italie fines obtinuit. (24)
Hic Narses prius quidem Chartularius fuit,
deinde propter virtutum merita patriciatus ho-
norem promeruit. (25) Erat autem vir piissi-
mus, in religione Catholicus, in pauperes mu-
nificus, in reparandis (26) Basilicis satis studio-
sus, vigiliis, & orationibus in tantum studens,
ut plus supplicationibus ad Deum profusis,
quam armis bellicis victoriam obtineret. (27)

- (12) Hamingum Francici exercitus in Italia ducem altero post Bucellinum, & Leutharium anno viçum, necatumque contendunt Scriptores Galici, qui supra. Ejus in Narsetem, ac Romanos odium Menander Protector lib. i.
(13) Alias *Vidino*. Lind.
(14) Alias in exilium abit. Lind.
(15) Alias *Leutardus*. Lind.
(16) Natione Alemanni.
(17) Ad urbem *Cenedam*, vel ut scribit Agathias *Cenesam*.
(18) Fœda nempe rabié itaut suas ipse dentibus carnes lacerans, ejulansque occubuerit, deleto vi morbi universo illius exercitu.
(19) Alias *Sindualdum*. Alias *Ilduald*. Lind.
(20) Amb. Brentorum. Modoet. Bretonorum. Lind. alias legit Bretonorum, Brionum, Bentorum, Britonorum.
(21) Hoc alius dicit. Lind.
(22) Narses in Sindualem beneficia enarrat idem Agathias lib. i. pag. 387. Prætulerat enim Aruthi, ac ducem Herulorum constituerat. Laudatur etiam ab eodem auctore Sindual probato in Romanos fidei, ac bellicæ virtutis, qua contra Bucellinum strenue pugnavit, vide pag. 391. col. 2.
(23) Sigebert. an. 549.
(24) Dagisthei potissimum virtute Roma Gothis erepta, tuisque restituta anno XXVI. Imp. Justiniani, ut Procop. refert lib. 4. cap. 33. pag. 367. in causa fuit ut universa etiam Italia recuperaretur, eoque sensu intelligendum esse Paulum nostrum hoc loco putaverim.
(25) Hunc honorem summam dignitatem Justinianus vo-
cat Inst. lib. I. tit. XII. Sc. qua sola morte solva-
tur. Nam, ut Cassiodorus scribit lib. VI. form. II.
mox ut datus fuerit (hic honor) in vita tempus reliquum homini sit coetus, ornatus individui cingulum
fidele, quod nescit ante deferere, quam de mundo con-
tingat exire &c. Vide fodes totum locum: nam
egregie huc facit. Lind.

A

C A P. IV.

*De signis pestilentie, & mortalitate,
qua tempore Narsetis Italianam
vastavit.*

Hujus temporibus in provincia præcipue Liguriæ, maxima pestilentia exorta est. (28) Subito enim apparebant quedam signacula per domos, ostia, vasa, vel vestimenta, quæ si quis voluisse abluere, magis, magisque apparet. Post annum vero expiertum, coepi-
runt nasci in inguinibus hominum, vel in aliis delicioribus locis, glandulae in modum nucis, seu dactyli, (29) quas mox sequebarur febrium intolerabilis æltus, itaut in triduo homo extin-
gueretur. Sin vero aliquis triduum transgredi-
set, habebat spem vivendi. Erant autem ubi-
que luctus, ubique lacrimæ. Nam, ut vulgi rumor habebat, fugientes cladem vitare, re-
linquebantur domus desertæ habitatoribus, so-
lis catulis eas servantibus, peculia (30) sole
remanebant in pascuis, nullo adstante pastore. Cerneres pridem villas, seu castra repleta agmina-
bus hominum, postera vero die universis su-
gientibus cuneta esse in summo silentio. (31) Fugiebant filii, cadavera insepulta parentum, relinquentes. Parentes oblii pietatis viscera, natos relinquebant æstuantes. Si quem forte
antiqua pietas perstringebat, ut vellet sepelire proximum, restabat ipse insepultus, & dum obsequebatur, perimebatur; dum funeri obse-
quio præbebat, (32) ipsius funus sine obse-
quio manebat. Videres sæculum in antiquum redactum silentium. Nulla vox in rure, (33) nullus pastorum sibilus, nullæ insidiæ bestiarum in pecudibus, nulla damna in domesticis volucribus. Sata transgressa metendi tempus, intacta exspectabant messorem, vinea amissis foliis radiantibus uvis illæsa manebat, Hyeme propinquante, nocturnis, vel diurnis horis per-
sona-

(26) Alias recuperandis. Lind. & Amb.

(27) Eximos habet Narses laudatores Nicephorum Pro-
copium, arque Agathiam, aliosque Gracos His-
toricos: at iis omnibus prestantiorem Evagrium
lib. 4. cap. 23. à Baronio relatum. *De Narsete*, qui
familiariter cum eo vixere illud pertinet, ita ipsum
ex divino numine pependisse, atque id omnis generis
pietate coluisse, & Virginem, tandemque Dei Gene-
tricem ita veneratum esse, ut illa manifeste ei appar-
rens quando prælium committendum esset praiceret,
neque illum facile prius in aciem descendisse, quoniam
tempus opportunitum ab ea cognovisset.

(28) Extremo Justiniani Imp. anno, qui anno Christiana
DLXV. inguinariam luem in Italia graffatam esse
recte notavit ex hoc Pauli nostri capite sacra prin-
ceps historæ Baronius: scribit enim noster paulus
inferius inter bac Justiniano principe vita decedens.
Adstipulatur etiam D. Gregorii Magni testimonium
dialog. lib. 4. cap. 26.

(29) Suidas δάχτυλοι παρὰ τολλᾶς οἱ βαλανοὶ τὰς φοίνικας.
Alier etiam Nicolai dicebantur. Glossæ Isidori:
Nicolaus dactylus, quod nomen eis indidit Augustus
Caesar, cui creberimè è Syria à Nicolao Damasceno
ejusmodi dactyli mittebantur: quos tamen
non dactylos fuisse, sed placentas scribunt Hesychius
Illustris in vitis Philosophorum, & ex eo
Suidas in Nicolao Damasc. Pro placentis etiam
Setenius Sammonicus usurpat

*Grana peregrini piperis diffundito quinque
Nicolao molli, qua manu inserta capessit*, Lind.

(30) Alias pecuaria. Al. pecora. Lind.

(31) Alias in summa vastitate, & silentio. Lind.

(32) Modoet. dum inferre obsequium meditabatur ipsi fu-
nus &c. Lind. dum conferre obsequium defuncti pro-
meditabatur, ipse sine obsequio futurum cadaver re-
manebat.

(33) Alias nullæ vox audiebatur, nisi gementium in morte,
nullus pastorum &c. Lind.

E

sonabat tuba bellantium, audiebatur à pluribus quasi murmur exercitus. Nulla erant vestigia commeanium, nullus cernebatur percusor, & tamen visum oculorum superabant cadavera mortuorum. Pastoralia loca versa fuerant in sepulturam hominum, & habitacula humana facta fuerant confugia bestiarum. Et hæc quidem mala intra Italiam tantum, usque ad fines gentium Alamannorum, & Bojoariorum, solis Romanis acciderunt. (34) Inter hæc Justiniano principe vita decadente, Justinus minor Rempublicam apud Constantinopolim regendam suscepit. (35) His quoque temporibus Narses patricius, cuius ad omnia studiū vigilabat, Vitalem Episcopum Altinas civitatis, (36) qui ante annos plurimos, ad Francorum regnum confugerat, hoc est, ad Agonhiensem (37) civitatem, tandem comprehensum, apud Siciliam exilio damnavit. (38)

C A P. V.

De invidia Romanorum adversus Narsetem.

IGitur deleta, ut dictum est, vel superata, Narses omni Gothorum gente, Hunnis (39) quoque, de quibus diximus, pari modo devictis, dum multum auri, five argenti, seu ceterarum specierum divicias adquisisset, magnam à Romanis, pro quibus multa contra eorum hostes laboraverat, invidiam pertulit, (40) qui contra eum Justino Augusto, & ejus conjugi Sophiae, in hæc verba fuggerunt dicentes: Quia expedierat Romanis, Gothis potius servire quam Græcis, ubi Narses imperat Eu-

A nuchus, & nos servitio premit, & hæc noster piissimus princeps ignorat. Aut libera nos de manu ejus, aut certè & urbem Romam, & nosmet ipsos gentibus trademus. Cùmque hoc Narses audisset, hæc breviter retulit verba: Si malè feci cum Romanis, malè inveniam. Tunc Augustus (41) in tantum adversus Narsetem commotus est, ut statim in Italiam Longinum mitteret praefectum, qui Narsetis locum obtineret. Narses verò his cognitis valde pertimuit; & in tantum, maximè ab eadem Sophia Augusta territus est, ut regredi ultra Constantinopolim non auderet. Cui illa inter cetera, quia eunuchus erat, hæc fertur mandasse, ut eum puerilis in gynæceo (42) lanarum ficeret pensa dividere. Ad quæ verba Narses dicitur hæc responsa dedisse; Talem se eidem telam ordinatum, qualem ipsa dum viveret, deponere (43) non posset. Itaque odio, metuque exagitatus, in Neapolitanam civitatem (44) secedens, legatos mox ad Langobardorum gentem dirigit, mandans, ut paupertina (45) Pannoniæ rura deserenter, & ad Italiam, cunctis refertam divitiis, possidendam venirent. Simulque multiforma pomorum genera, aliarumque rerum species, quarum Italia ferax est, mittit, quatinus eorum ad veniendum animos posset illucere. (46) Langobardi lœta nuncia, (47) & quæ ipsi præoptabant, gratanter suscipiunt, deque futuris commodis animos attollunt. Continuò apud Italiam terribilia noctu signa visa sunt, hoc est, ignea acies in cœlo apparuerunt, eum scilicet, qui postea effusus est, sanguinem coruscantes. (48)

C A P.

- (34) Assertioni huic Pauli nostri difficile congruunt ea, que refert D. Gregorius Turon. de Rhemensi populo à lue servato intercedente S. Remigio, Arvernensi ope S. Galli, ac Treverensi S. Nicetii, nisi ad subsequentes annos diram hanc in iis regionibus calamitatem revocaveris.
 (35) Justinus junior Dulcissimi ex Vigilantia Justiniani sorore mense Novembri ejusdem anni DLXV. à Joanne Exscholaftico Patriarcha coronatus suscepit Imperium.
 (36) Quæ Barbarorum incursione diruta, ejusque sedes Episcopalis post victoriam Rotharis ad Scultennam Torcellum translata fuit per Paulum Episcopum. Vitalis hujus fuga ob schisma, de quo infra, & fortasse unus Episcoporum, qui Narsetem diris devoverant, neque alias hic Narses, eti dubitet Baronius, quam Eunuchus ille Patriciusque.
 (37) Modoet. Magotbrensem. Magontiensem. Lind.
 (38) Baronius ad hæc verba scribit. Porro non tanta sibi arrogasse Narsetem virum pium, ut in Episcopos manus imiceret, quisque sicut nisi id jussum ipsi fuit pluribus literis à Pelagio Papa Joannis biscus predecessor, prout quæ recitata sunt superius ipsius Pelagi litera facile demonstrant &c. nempe quas recitaverat anno 556. num. 4. &c seqq.
 (39) Alias bis quoque. Lind. & Amb.
 (40) Alias contraxit. Lind.
 (41) Alias Justinus Augustus. Lind.
 (42) MS. gyneceto. Lind.
 (43) Alias depolare, ac detexere. Lind.
 (44) Amb. Neapolim Campaniæ civitatem. Lind. Neapolim Campaniæ civitatem secedit unde legatos. Modoet. Neapolim Campaniæ civitatem secedit, legatos mox.
 (45) Modoet. pauperrima.
 (46) Adversus hæc pluribus argumentis, quæ hic recensere longum est Eminentiss. Baronius carmine potissimum Corippi probare contendit Narsetem in indignationem Romanorum venire non potuisse, quod jam ante Constantinopolim revocatus à Justiniano, Justini Imp. inaugurationi interfuisset neque inde reversum. At eruditis viris exploratissimum est Narsetes tres uno, eodemque tempore fama illustres fuisse. Spado noster Patricius, atque Italæ Praefectus, Aratii frater alter, de quibus Procopius lib. 2. de bello Gotico cap. 13. Tertius ille, de quo Theophanes ad ann. VI. Justinii, Theophylactus in historia Mauriciana. Secundus ille Aratii frater ceciderat in bello Persico.

D Justiniano Imp. ut Procop. scr. b. lib. 2. c. p. 25. Postremus fortasse ille idem est, de quo Mischel. lib. 17. à Phoca igne crematus, ad quem D. Gregorii Magni datae literæ lib. 1. atque de ipso Corippi carmina; nam optimè convenienter illis, quæ refert Theophanes loco cit. Erat ergo in Italia Justino imperante Narses, atque inde per injuriam revocatus potuit Langobardos accessivise, quod utcumque Græci Scriptores reticuerint, Latini plures cum Paulo nostro asserunt Anastasius Bibl. in vita Joannis III. Hist. Mischel. lib. 17. Mellitus, Idorus Ipalensis, Marius Aventicensis, Sigibertus, aliquie plures. Cedendum itaque contra Baronii sententiam Latinorum testimonio, quibus in re praesenti notior esse potuit Narsetus rebellio, ejusque cum Barbaris amicitia notissima passim à Græcis, & Procopio potissimum narrata. Immoviderant nostri Langobardos ipsos ingentibus præmis paulo ante à Narsete donatos, officiique specie extra Italiam ab illius nepote ductos, utsupra notavi. Atque hinc fortasse iterum irrumptibus Langobardis frequens Italæ rumor de Narseti rebellione, quæ ipso jam mortuo Constantinopoli forsan dissimulata, minimè obstitit quin illius cadaver in urbem regiam recuperetur, inanè viatorum, ac bellicæ virtutis præmium. Neque hominis laudata pietas evincit Narsetem justo dolori minimè indulsiſſe: quippe Bonifacius etiam Comes, qui laudatorem habuit D. Augustinum Vandalo ad occupandam Africam excitavit. Id unum Paulo nostro minimè probaverim Langobardis pomæ, & varias rerum species, quarum Italia ferax est misisse: quippe socii Romanis in bello Gothicō gustaverant pridem, & famem, atque libidinem in Italia explaverant.

E (47) Amb. leti nuncio.
 (48) Alias tali coruſtatione protendentes. Lind. Signa hæc præcessisse Langobardiorum irruptionem testatur D. Gregor. M. dial. 1. 3. cap. 38. Mox enim illa terribilia in celo signa secuta sunt, ut baske, atque acies ignea ab Aquilonis parte viderentur. Mox effera Langobardorum gena de vagina sua labitatione educta in nostram cervicem graffata est. Item Homil. pr. in Evang. Prius quam Italia gentili gladio ferienda traderetur, ignea in celo acies vidimus, ipsumque; qui postea humanæ generis fusiſſus est sanguinem coruscantes.

C A P. VI.

Qualiter Alboin ad suum auxilium Saxones adscivit.

Alboin verò ad Italiam cum Langobardis prefecturus, ab amicis (49) suis vetulis Saxonibus auxilium petit, quatinus spatiostam Italiam (50) cum pluribus possessurus intraret. Ad quem Saxones plusquam viginti millia virorum cum uxoribus simul & parvulis, ut cum eo ad Italiam pergerent, juxta ejus voluntatem venerunt. Hoc audientes Chlorarius, (51) & Sigisbertus Reges Francorum, Suavos (52) aliasque gentes in locis, de quibus iudicem Saxonem exierant, posuerunt. (53)

C A P. VII.

Quomodo Alboin cum Langobardis relicta Pannoniā ad Italiam venit.

Tunc Alboin sedes proprias, hoc est Pannoniā, amicis suis Hunnis contribuit, eo scilicet ordine, ut si quo tempore Langobardis necesse esset reverti, sua rursus arva repeterent. (54) Igitur Langobardi relicta Pannoniā, cum uxoribus, & natis, omnique suppellectili Italiam properant possessuri. Habitaverunt autem in Pannonia annis quadraginta duobus; de qua egressi sunt mense Aprili, per inductionem primam, alio die post sanctum pascha, cuius festivitas eo anno, juxta calculi rationem, ipsis Kalendis Aprilibus fuit, cum jam à Domini incarnatione, anni quingeniti sexaginta octo essent evoluti. (55)

A

C A P. VIII.

Quomodo Alboin ad Italiam fines veniens monte... regis ascendit, & de bisontibus feris.

Igitur cùm Rex Alboin cum omni exercitu suo, vulgique promiscui (56) multitudine, ad extremos Italiam fines pervenisset, montem qui in eisdem locis prominet, ascendit; indeque, prout conspicere potuit, partem Italiam contemplatus est. (57) Qui mons propter hanc, ut fertur, causam ex eo tempore Mons regis appellatus est. Ferunt in hoc monte Bisontes (58) feras enutriiri; nec mirum cùm usque ad Pannoniam pertingat, (59) quæ horum animalium ferax est. Denique retulit mihi quidam veracissimus senex, tale se corium in hoc monte occisi bisontis vidisse, in quo quindecim, ut ajebat, homines, unus juxta alium, potuissent cubare.

B

C A P. IX.

Quomodo Alboin Venetiarum fines ingressus in foro Julii Gisulfum suum Nepotem ducem constituit.

Indeque Alboin cùm Venetiae fines, quæ prima est Italiam provincia, sine aliquo obstante, hoc est civitatis, vel potius castris Foro Juliani terminos introisset, perpendere coepit, cui potissimum primam provinciarum quam cooperat, committere deberet. Siquidem omnis Italia, quæ versus meridiem, vel potius in Euru (60) extenditur, Tyrrheni, (61) sive Adriatici (62) maris fluctibus ambitur, ab occiduo vero & Aquilone, jugis Alpium ita circumcluditur, ut nisi per angustos meatus, & per summa juga montium, non possit habere introitum. Ab orientali verò parte, qua Pannonia conjugitur, & largius (63) patente, & planissimum (64) habet ingressum. Igitur, ut

D

videtur SS. Pontificem ab ipsa potius gentis incurсione, quā à firmata illius dominatione calamatum periodum deduxisse: contra Theophanis chronologia: ait ille, in ipsis calendis Aprilis egressi sunt Langobardi de Pannonia, & secunda Indictione cœperat prædarī in Italia: Tertia verò Indictione dominari cœperunt in Italia. Quis enim sibi persuaserit è Pannonia in Italiam venientes Langobardos tantum temporis impeditisse? Vel si prima Indictione venerant, manus in alterum annum cohibusse? Firmatur etiam Pauli chronologia ex citato Rotharis proœmio: datum quippe Indictione secunda, quæ incidit in annum DCXLIII. post adventum in Provinciam Italia Langobardorum, ex quo Alboinus tunc temporis Rex advent anno septuagesimo sexto, apertissime notat annum DLXVIII. Repugnante verò Paulo nostro huic lectioni lib. 4. cap. 44. ubi legitur septuagesimus septimus, emendanda potius in dicto capite lectionis, quā extendat̄ chronologia placet argumentum. Procopius tandem contra nostrum minimè pugnat, quippe ut supra notavi, et si anno belli Gothici XIV. migrationis Langobardorum in Pannoniā meminerit, res tamen altius repetenda, & ad primos Justiniani annos revocanda, ita ut XLII. annos in ea regione habitaverint.

(49) MS. *inimicis*. Lind.

(50) Alias *spatiostam regionem*. Lind.

(51) Fallitur hīc Paulus, ni forte librarius pro *Guntrammo*,

vel altero quopiam Sigeberti fratre posuerit *Clo-
tarium patrem*, qui parantibus expeditionem Lan-

gobardis minimè superfuit; exciserat enim è vi-

vis anno 561. ut *Marius* in Chronico testatur.

Chlorarii Regis filiam Chlodofindam Alboino uxori

rein supra notavi.

(52) Alias *Suevos*, & sic semper. Lind. ita Mod.

(53) Amb. *introducederunt.*

(54) Alias *reciperent*. Lind.

Doct. Ms. Pagius in sua Critica anno 569. ad hec

Pauli verba: *Humis Marciānus Imper. Daciām,*

quam nūc Transsylvaniā vocātur affigūrat, ut anno

*CCCCLIV. vidūnus, sed post Langobardorum disces-
sum sedes extenderunt usque ad Anisum fluvium, in-
deque Bajoariam summopere affixere &c.*

(55) Eruditorum plures Mari Aventicensis auctoritate,

qui Langobardorum in Italiam irruptionem cum

anno III. Conf. Justini alligavit, in an. DLXIX.

contra Pauli testimonium insignem hanc epochen

rejiciunt. Ego verò iis adhæserim, qui nostro fi-

dem aſſeverant, cum pluribus liqueat argumentis

ex D. Gregorii Magni literis, proœmio legum

Rotharis, & Sigeberti testimonio, haud reluctante

Procopio. Scripterat D. Gregorius Indict. XIII.

lib. V. edit. noviss. doctiss. Bened. Sancti Mauri ad

Constantiam Augustam. *Viginti autem & septem
annos ducimus, quod in hac Urbe inter Langobardorum gladios vivimus, &c ad Phocam Imp. lib. XIII.*

Indict. VI. Qualiter enim quotidianis gladiis, &

quantis Langobardorum incursionibus eccō jam per tri-

gintaquinque annorum longitudinem premiū nullis

explere suggestionis vocibus valemus. Cūunque prima

data sit anno æra Christ. DXCV. detractis XXVII.

ad DLXVIII. revolvimur, eademque ratione se-

cunda, quæ data est DCIII. Mihiq; verosimile

(56) Amb. *promiscui sexus multitudine &c.*

(57) De Pannonia in Italiam descendens Alboinus per conterminas Julias alpes fortasse iter habuit, quæ Gothorum Rex Alaricus venerat, de iis plura Cluverius Italie antiqu. lib. pr.

(58) De iis vide Cluver. Germ. antiqu. lib. 3. c. 47.

(59) Mod. cum usque buc Pannonia pertingat.

(60) MS. Lind. in Corum. Amb. Etruriam.

(61) Pro & Barbari saeculi Scriptoribus passim in usu.

(62) Adriani maris. Lind.

(63) Modoet. locum.

(64) Alias *plenissimum*. Lind.

E

ut diximus, dum Alboin animum intenderet, quem in his locis ducem constituere deberet, Gisulfum, ut fertur, (65) suum nepotem, virum per omnia idoneum, qui eidem strator erat, quem lingua propria Marpahis (66) appellant, (67) Foro Julianæ civitati, & toti regioni illius præficere statuit. Qui Gisulfus (68) non prius se regimen ejusdem civitatis, & populi suscepturnum edixit, nisi ei quas ipse eligere voluisset Langobardorum Faras, (69) hoc est generationes, vel lineas tribueret. Factumque est, & annuente sibi rege, quas optaverat Langobardorum præcipias profapias, ut cum eo habitarent, accepit: & ita demum ductoris honorem adeptus est. (70) Poposicit quoque à rege generofarum equarum greges, & in hoc quoque liberalitate principis exauditus est.

C A P. X.

*Qui Reges eo tempore Franci imperabant,
& de Benedicto Papa.*

His diebus quibus Langobardi Italiam invaserunt, Francorum regnum, mortuo

(65) Hoc verba non leg. in Amb.

(66) Amb. *Macbedonas*.

(67) Suidas Στράτης εἰδος αξιόματος, officium autem tale, ut dominum in equum sustolleret, equumque duceret. Spartanus: Καὶ illum in equum strator suis levaret, pugione latus confudit. Constantinus Magnus καὶ ρεπόντες τὸν χαλίγρων τὸν ἵππου εἰναι σπάτηρος ὀφρίζειον ἐποίησαν. Unde etiam Equisstratores, & Protostratores dicti. Auctor vite Cypriani: Venerunt ad eum principes duo, unus strator officii Galerii Maximi proconsulis, qui Alpafio Paterno successerat, & alius equistrator à custodis ejusdem officii &c. De protostratoribus videndus Cyprianus. Sed & stratores hi dicebantur, ut ante citatum exemplum indicat, & hæc inscriptio vetus

D. M.

M. ANTONIUS
HEUTUCAS AN
TONIO. FOR
TUNATO. STA
TORI. AUGUSTO
RUM ALUMNO
BENEMERENTI
FECIT.

Quid autem illud Marpahis sit, planè subodorare nequeo: veriorem puto lectionem MS. codicis, in quo Marbais legitur, qui sic dictus est, quod justificationem, & imperium habeat in equos; sicut sculpsitis, quod in legum transgressores. Mar equum stemnam else pauci non sciunt, unde etiam MarshalK equarum servus. Nam scalk servum significat, non Germanis modo, sed & Getis, quos certum est Germanico idiomate usos, in eorum libris sic legitur, in Cantico Simeonis, quod vidi apud Illust. Josephum Scaligerum: Fra leitais scalk theinana. Nunc dimittis servum tuum. Apud hunc nostrum autem Paulum stratorem eundem esse, quem Galli grand Escuier dicunt, vir magnus putabat, cuius opinionem hic apponere vilum est. Lind.

In pacto leg. Salicæ Marestalcus distinguitur à Stratore itaut primo equorum cura commissa fuerit, alter sternendis tantum equis, & domino adducendis operam daret.

(68) Alias Sigulfus. Lind.

(69) Fara vox etiam in leg. Langob. legitur tit. 64. §. 1.
De eo quod cum fara migrare permisum &c. Lind.

Alias pharas hoc est generationes tribueret ad habitandum. Itaque annuente rege, quas optavit Lang. &c. Lind. & Mod.

(70) Hinc plerique deducunt eximie dignitatis in Italia institutionem, primumque Gisulfum ducem afferunt, ea notione, qua vulgo utimur.

(71) Alias Heribertus. Lind.

(72) Alias Chilpericus. Lind.

(73) Alias Senones, & ita Mod.

(74) Alias Sigibertus. Lind. Sibipertus. Mod.

(75) Annū mortualem Chlotarii cap. 6. hujus libri notavi. De ipsis filiis, hoc habet Gregor. Turon. Tom. I.

A jam rege Chlotario, ejus filii quadrifariè regebant divisum, primusque ex his Aripertus (71) sedem habebat apud Parisios, secundus verò Guntramnus, civitati præsidebat Aurelianensi: tertius quoque Hilpericus, (72) cathedralm habebat apud Sueffionas, (73) in loco Chlotarii patris sui: quartus nihilominus Sigisbertus, (74) apud urbem regnabat Mettensem. (75) Hoc etiam tempore, Romanam Ecclesiam vir Sanctissimus Benedictus Papa regebat. (76) Aquilejensi quoque civitati, ejusque populis Beatus (77) Paulus Patriarcha præserat. Qui Langobardorum barbariem metuens, ex Aquileja (78) ad Grados insulam confudit, secumque omnem suæ thesaurum Ecclesie deportavit. (79) Hoc anno (80) superiori hyeme, tanta nix in planicie cecidit, quanta in summis Alpibus cadere solet. Sequenti verò estate, tanta fertilitas extitit, quanta nulla ætas asseveratur meminisse. Eo quoque tempore, comperta Huni, qui & Avares, morte Chlotarii regis, super Sigisbertum ejus filium irruunt. Quibus ille in Turingia occurrens, eos juxta Albim (81) fluvium potentissime superavit, eis-

C lib. 4. cap. 22. quæ Paulus excerpit. Sic inter se bi quatur, id est Cbaribertus, Guntramnus, Chilpericus, atque Sigibertus divisionem legitimam faciunt. Deditque fors Cbariberto Regnum Clildelerti, sedemque babere Parisiis, Guntramno verò Regnum Cildomeris, ac tenere sedem Aurelianensem, Chilperico verò Regnum Chlotacharii patris ejus, cathedralisque Sueffionas babere; Sigiberto quoque Regnum Tbedorici, sedemque babere Rhenensem. In editione Forbeniana haec notata leguntur. De divisione autem Regni aliter differit Gregorius Turon. lib. 4. cap. 24. ubi dicit non Senonas, sed Sueffionas: nec Mettenenses, sed Remen. nec Aripertum, sed Cbaribertum primum filiorum Chlotarii. Sabellicus autem Emead. 8. lib. 5. dicit quid Paribis Arripertus maximus natu regnabit, in Aurelianensi Guntramnus, Chilpericus in Sueffionibus, in Mettenibus Sigibertus.

D (76) Anno DLXVIII. quo Langobardi in Italiam venerant Joannes hujus nominis III. Pontificatum gerebat, illiusque successor Benedictus I. cognomento Bonosus creatus est anno DLXXXIII. In errorem traxerat Paulum Anastasius, qui haec habet: Benedictus, natione Romanus, ex patre Bonifacio, sedit annos quatuor, menses duos, dies quindecim. Ejusdem tempore gens Langobardorum invaserit totam Italiam, simulque & famæ nimia, ut etiam multitudo castrorum se tradiceret Langobardis, ut temperare posset inopiam famis. Quæ non de tempore adventus, ut Paulus habet, sed de latiori dominatione, ut indicant verba illa totam Italiam sunt accipienda.

(77) In M. non leg. in editione Forbeniana non legit. merito quidem non convenit enim Schismatricorum Principi Paulino, de quo plura apud Eminentiss. Norisium. Hunc falso ferunt à S. Honorato Mediolanensi Episcopo fuisse consecratum, de quo accuratissima dissertatio inter MSS. Codices Biblioth. Ambrosianæ, qua factum est, ut ex antiquo Breviario Ambrosiano error hic, qui diu invulerat expungetur.

(78) Mod. & Lind. *Aquilegia semper*.

(79) Paulinum Aquilejenem Archiepiscopum, non Paulum metu Langobardorum de Aquileja in Gradum insulam exportato Ecclesiæ thesauro migrasse, accuratissime probat Eminentiss. Norisius in sua dis fertar. de V. Synodo, eumdem illum, de quo Pelagii Papæ I. ad Narsetem epistola, ejusque successorem post Probinum, Heliam, auctoritate Pelagii II. sedem etiam in insulam transtulisse, quod & Gradeni Synodo confirmatum. Utini sedet hodie amplissimus Patriarcha, cuius olim latissima jurisdictione integrum quippe regionem à Pan nonia ad Abduam flumen, Rhetiamque II. continebat. De Aquilejeni Patriarchatu multa Baronius, Norisius, aliquique rerum sacrarum Scriptores.

(80) Hæc verba usque ad illa *Sequenti* verò, aliis desunt. Ita erat in Modoet. sed recentiori charactere sunt addita.

(81) MS. Alpen. Alias Alben. Lind. Alben. Mod.

M m m

eisdemque perentibus pacem dedit. (82) Huic Sigisberto de Hispanis adveniens, Brunichil-dis (83) matrimonio juncta est, de qua ille filium Childebertum nomine suscepit. Rursumque Avares cum Sigisberto in locis, ubi & prius, pugnantes, Francorum proterentes exercitum, victoriam sunt adepti.

C A P. XI.

De morte Narsetis.

Narses vero de Campania (84) Romam regressus, ibidem non post multum tempus, (85) ex hac luce subtractus est. Cujus corpus positum in locello plumbeo, cum omnibus ejus divitiis Constantinopolim est perlatum.

C A P. XII.

De Felice Episcopo Tarvisiano.

Igitur Alboin cum ad fluvium Alpem (86) venisset, ibi ei Felix Episcopus Tarvisianus (87) Ecclesiae occurrit. Cui Rex ut erat

(82) Bellum Hunnicum Sigiberti Regis, refert D. Gregor. Turonensis lib. 4. cap. 26.

(83) Athanagildi filia, vide Turonens. lib. 4. cap. 28. de illius nuptiis extat carmen Fortunati. Sed turbat Paulus chronologiam, quae Gallicis Scriptoribus restituta.

(84) MS. de Samnio. Lind. *Carmia*, Amb. mendozae quidem, constat enim ex Anastasio de Campania rediisse Narsetem. Scribit ille. *Ut cognovit Joannes Papa, quia suggestionem suam ad Imperatorem contra Narsetem Senatorem misissent Romanis festinus venit Neapolim: caput eum Joannes Papa rogare, ut reverteretur Romanum. Tunc Narses dixit ei: Dic Sanctiss. Papa, quid mali feci Romanis? Vadam ad pedes ejus qui me misit, ut cognoscas Italia quomodo totis viribus laboravi pro ea. Respondit Joannes Papa dicens: citius ego vadam, quam tu de hac terra egressus fueris. Reversus est ergo Narses cum Joanne Sanctissimo Papa. Hinc Sanctiss. Papa retinuit se in cæmeterio SS. Tiburtii, & Valeriani, & habuit ibi multum temporis, ut etiam Episcopos ibi consecraret. Narses vero ingressus Romanum non post multum temporis mortuus est. Anno labente DLXVIII. vel LXIX. in sequente communi inter Eruditos conjectura, cum in gestis Alboini Regis altum sit de Narsete silentium.*

Haec tenus de Narsete iis veterum testimoniosis, quae jamdiu in vulgus prodierant, nunc etiam addenda quae viri Clar. Benedicti Bacchinii beneficio paulo ante legimus in Agnello, sive Pontificale Ravennate, magni quidem facienda, & quae alibi frustra quæsieris. Pontificale in vita S. Agnelli XXVII. Ravennatis Episcopi. In diebus istius expulsi sunt Franci de Italia per Narsetem Patricium. Et post hoc apparuit stella Comis mensi Augusto usque in Kal. Octobris. Et mortuus est Justinianus Augustus Constantinopoli quadragesimo anno Imperii sui, & luctus ingens ubique fuit, & moror nimis de tali ortodoxo viro. Et apparuerunt signa rubra in celo, & crux Fano igne concrenata est, & multitudine hominum flamma consumpta est; castrumque Cesenatum incendio devoratum est. Tertio vero anno Justini minoris Imperatoris Narjis Patricius de Ravenna evocatus, egressus est cum divitiis omnibus Italia, & fuit Rex XVI. anni, & vicit duos Reges Gotorum, & Duces Francorum jugulavit gladio. Sequitur in vita Petri Senioris XXVIII. Eo anno (nempe II. Indictione, qua Petrus fuerat Roma consecratus) occupata Venetia à Langobardis est, & invasa, absque bello expulsi sunt. Anno quinto Justini II. Imperatoris pestilentia boum, & interitus ubique fuit; post verò deprendat à Langobardis Tusciam, obfederunt Ticinum, quae civitas Papia dicitur: Et mox. Tunc illis temporibus in Cesarea juxta Ravennam à Longino Praefecto palacopiam, (live ut legit Clar. Muratorius) palorum copia in modum muri propter metum gentis extructa est; deinde paulatim Romanus deficit Senatus, & post Romanorum libertas cum triumpho sublata est. A Basiliis namque tempore Consula-

A largissimus, omnes sue Ecclesiæ facultates postulant concedit, & per suum Pragmaticum (88) postulata firmavit.

C A P. XIII.

De hoc eodem Felice, & Fortunato sapientissimo viro.

Sanè quia hujus Felicis fecimus mentionem, libet quoque pauca nos de venerabili, & sapientissimo viro Fortunato rotexere, qui hunc Felicem suum affleverat socium suis. Denique hic de quo loquimur Fortunatus, natus quidem in loco, qui Duplavilis (89) dicitur, fuit, qui locus haud longe à Centenae Castro, vel Tarvisiana distat civitate; sed tamen Ravennæ nutritus, & doctus, in arte Grammatica, sive Rhetorica, seu etiam metrica, (90) clarissimus extitit. Hic cum oculorum dolorem vehementissimum patareretur, & nihilominus Felix iste ipsius socius pari modo oculos doleret, (91) uterque ad Basilicam beatorum Pauli, atque Johannis, quæ intra eandem urbem sita est, perrexerunt, in qua etiam altarium in honorem

tum agentis, usque ad Narsetem Patricium Provinciales Romani, usque ad nitulum redacti sunt. Post hoc vero exierunt Langobardi, & transferunt Tusciam usque ad Ronam, & ponentes ignem Petram pertusam incendio concremaverunt. Et confuscerunt predicti Langobardi Forum Cornelii, & consummata est civitas ab eis. In diebus illis excitata est gens Avorum, in Paxonia deventi sunt. Narseteque Patricius obiit Roma, postquam gesit multis victriciis in Italia cum denudatione omnium Romanorum, Italia in Palatio quievit; nonagesimoquinto vite sue anno mortuus est. En ergo alterum præstantissimum de Narsete, ejusque cum Romanis inimicitia, & obitu testimonium à Scriptore, qui ut in accuratissima sua præfatione, quæ nostræ huic editioni accedit, Muratorius noster probat, anno 839. vixerat, quique non hanc historiam Pauli, ut creditur Bacchinius, sed communia utrique monumenta Langobardicarum rerum viderat, ut ex varietate narrationis mihi persuadeo, & infra notabitur. Annum igitur emortualem Narsetis obfitionem Ticinii præcessisse constat; dum Langobardi Tusciam deprendabantur, Agnellus enim iii verbis à Basiliis namque tempore altius repetit res Narsetis, Romanorumque fortunas, quæ sub eodem Patricio penitus exciderant, justaque inimicitiae causas praebant. Optimè igitur convenit inter Anastasiū, & Agnellum, cum potuerit Narsete è Ravenna, unde revocatus fuerat in Campaniam se recipere, moxque Romam, ubi è vivis excessit ferme centenarius, eaque gravis aetate, quam doctiss. Baroniū calculo facto designabat. Hoc unum in Agnello mihi non bene notum: *Italia in palatio quievit, quæ de sepulcro illius intelligenda, nisi pro Constantinopoli irreperit Italia.*

(85) Alias paulo post. Lind.

(86) Alias Blavem, Plavem. Lind. Plavem. Amb. Plavem. Modoet. que lectio cæteris præstat. Cluver. Ultra Silim annem, Altinumque, & Tarvisum opida Plavis est annis in primis Italia magnus, vulgo nunc adcolis Italii la Piave Germani di Pleis dictus.

(87) Modoet. Tbarusiana. De hoc Felice sibi carissimo Fortunatus in suo carmine

*Quæ mea Tarvisus residet, si molliter intras
Illiustrem Socium Felicem, quæso, require
Cui mecum lumen Martinus reddidit olim &c.*

(88) Hoc est rescriptum, vide Mabillon. de re diplomatis pag. 19. Glos. Du-Chefne hoc verbo. Cæterum notanda Regis humanitas, quæ forsan animos Itariorum in ipso adventu ad se trahere conabatur.

(89) Qui & Duplavilis vicus ad Plavim annem inter Tarvisum, & Cenatam Reginoni memoratus Chronic. lib. 1. & ipsi Fortunato poeta cuius de patria Cluverius fuisse autumat in edito colle ad laevam annis ripam, ubi nunc vulgari appellatione vicus S. Salvadore.

(90) Alias Geometrica. Lind. & Mod.

(91) Alias curumdem dolore laboraret. Lind.

norem beati Martini confessoris constructum. propinquam habet fenestram, in qua lucerna ad exhibendum lumen est constituta, de cuius oleo, mox sibi isti, (92) Fortunatus scilicet & Felix dolentia lumina terigerunt: Illico dolore fugato, sanitatem quam optabant, adepti sunt. Qua de causa Fortunatus in tantum beatum Martinum veneratus est, ut reliqua patria, paulo ante quam Langobardi Italiam invaderent, (93) Turonis ad ejusdem beati viri sepulchrum properaret. Qui sibi, ut in suis ipse carminibus refert, illuc properandi per fluentia Menti, (94) & Rounam, perque Osopum & Alpem Julianam, perque Agustum (95) castrum, Dravumque & Byrrum fluvios, ac Briones & Augustam civitatem, quam Virgo & Lech (96) fluentant, iter fuisse describit. (97) Qui postquam Turonum (98) juxta votum proprium advenerit, Pictavis pertransiens (99) illic habitavit, multorum ibidem sanctorum gesta, partim profsa, partim metrali oratione conscripsit. Novissime in eadem civitate primum presbyter, deinde Episcopus ordinatus est. (100) atque in eodem loco digno tumulatus honore quiescit. Hic beati Martini vitam quatuor in libris Heroico versu contexuit, & multa alia, maximèque hymnos singularum festivitatum, & præcipue ad singulos amicos versiculos, nulli poëtarum secundus, suavi & diserto sermone composuit. Ad cuius ego tumulum, cum illuc orationis gratia adventassem, hoc Epitaphium rogatus ab Apro, (101) ejusdem loci Abate, scribendum contexui.

Ingenio clarus, (102) sensu celer, ore suavis,
Cujus dulce melos pagina multa casit;
Fortunatus apex vatuum, venerabilis actu,

- (92) Alias postquam fratres isti. Lind. & Mod.
(93) Alias Italianam invaderem, ipsius sanctissimas reliquias in Gallia fitas visitare deciderit: quod iter suum per flumina, montes, vallis, oppida, pagos, ipse in carminibus suis dilucidè describit. Qui postquam &c. Lind.
(94) Alias fuita Tiliamenta, & Reunam. Alias Reuniach. Lind. Mod. per frumenta alia Monti, & Rounam per Osopum. Arab. properanti Reunam, oxt. non leg.
(95) Alias Agustum. Lind.
(96) Alias Lecha. Lind.
(97) Hoc omnia restituenda ex lectione Cluverii Ital. antiqu. pag. 199. properandi per fluente Tiliamenti, & Reunam, per Osopum, & Alpem Julianam, perque Agustum castrum, Dravumque, & Byrrum fluvios, ac Briones, & Augustam civitatem, quam Virgo, & Lech fluentant, ex ipsa restituta lectione Fortunati lib. IV. de vita S. Martini.
Pergis ad Augustam, quam Virgo, Lycusque fluentant
Illi offa sacra venerabore martyris Afræ.
Si vacat ire viam, neque te Bajoarius offas;
Quæ vicina sedent Breonum loca perge per Alpes
Ingredivs rapido quæ gurgite volvitur Oenus.
Inde Valentini benedicti templa require;
Norica rura petens, ubi Byrrus vertitur undis.
Per Dravum itur iter, quæ se castella supinat:
Heic montana sedens in colle superbit Agustum.
Hinc peto rapti vias, ubi Julia tendunt Alpis
Altius adiungens, & mons in nubila pergit.
Inde Foro Julii de nomine principis exi,
Per rupes Osope tuas, quæ latitut unda,
Et superinflat aquis Reunia Tiliamenti.
Augustam beic intelligi Vindelicorum Auguspurg. apud quom duo flumina Licus, & Virgo, vulgo nunc sunt Lech, & Vierach, binc Vipitenum oppidum nunc est Sterzingen: Byrrus amnis nunc Aicha in Aisacum apud vicum Pyrbach confluens Lettatum, & Loncium, atque Agustum sunt bodie Lutach, Lientz, & Innenben. Tiliamentum, sive Tilavemptus amnis vulgo nunc Tagliamento. Reunia caffellum nunc Ragonia in Tilavempti sinistri ripa. Osopum, sive Olupum ad idem flumen in eminenti tasso castellum aliud, quod nomen retinet Osopo. Alpem Julianam hic falsò Paulum vocasse Noricas alpes pluribus contendit cit. Cluverius.
(98) Alias Turonos. Lind.

A

Ausonia genitus hac tumulatur humo.
Cujus ab ore sacro sanctorum gesta priorum
Discimus: hæc monstrant carpere lucis iter.
Felix quæ tantis decoraris Gallia gemmis.
Lumine de quarum nox tibi tetra fugit.
Hos modicos promsi plebejo carmine versus,
Ne tuus in populis sancte lateret honor.
Redde vicem misero, ne judice spernar ab equo
Eximus meritis posce beate precor.
Hæc paucis de tanto viro, ne ejus vitam sui
cives funditus ignorarent, delibavimus; nunc
ad historiæ seriem revertamur.

C A P. XIV.

B

Quonodo Alboin Venetiarum provinciam
cepit.

C

Igitur Alboin Vincentiam, Veronamque, & reliquias Venetiæ civitates, exceptis Patavio, & Montesilicis, (103) & Mantua, cepit. Venetia enim non solum in paucis insulis, quas nunc Venetias dicimus, constat; sed ejus terminus à Pannonia finibus usque Adduam (104) fluvium procelatur. Probatur hoc Annalibus libris, in quibus Pergamus civitas esse legitur Venetiarum. Nam & de lacu Benaco in historiis ita legimus. Benacus lacus Venetiarum, de quo Mintius fluvius egreditur. (105) Eneti (106) enim licet apud Latinos una littera addatur, Græcè laudabiles dicuntur. Venetiæ etiam Histria connectitur, & utræque pro una provincia habentur. Histria autem ab Histro flumine cognominatur, quæ secundum Romanam historiam, amplior quam nunc est, fuisse perhibetur. (107) Hujus Venetiæ Aquileja civitas exti-

(99) Amb. adv. viens. Lind.

(100) Negarunt nonnulli Venantium Fortunatum fuisse Pictavensem Episcopum contra Pauli testimonium at liquidè conitat ex relatis per Pagium anno 568. num. 4. in sua critica ad Baronium, immo invocatum fuisse in litaneis Monasterii S. Cypriani extra muros Pictavensis. Illius in Gallia peregrinationem Locutis. vir anno 565. notat.

(101) Ita MS. alias a presbytero. Lind. in Mod. rogatus ab ejusdem loci Ab.

(102) Hi verius in Alcensiana editione desunt. Lind. in Mod. recentiori manu sunt addita.

(103) MS. & Augustana editio: Exceptis Patavium, & Montesilicis, & Mantuanam. Lind. vitiata lectione ut infra patebit.

(104) Alias ad Luan. Lind.

(105) Sunt verba Servii, & Isidori orig. lib. 13. cap. 19. Benacus hodie Lago di Garda.

(106) Alias Henetum enim licet apud Latinos aspiratio in u. veritatis Græci laudabilem dicunt. Lind.

Enetus enim licet apud Lat. una sit. ad. Graci laudabilem dicunt. Mod.

Cluverius lib. 1. Ital. antiqu. pag. 129. relatis Servii verbis. Inde venit quidam Aenetus Rex, qui Venetiam tenuit, à cuius nomine Venetiam dictam postea Vicetiam nominaverunt. Hæc addit: Servius dicto loco an scripsit Aenetus Rex, & Venetiam equidem adhuc dubito, & facile suspicer, uti Gallorum trans Alpes populus promiscue apud autores legit. modo Aedui, modo Hedui &c. Sic apud Servium quoque vocabula ista Henetus, & Venetiam, postea ab exscriptoribus facta Aenetus, atque Aenetium: nisi apud Paul. Diac. malum grammaticum potius, quam vistoricum bonum ita scriptum fort; Eneti licet apud Latinos una litera addatur græcè laudabiles dicuntur &c. Unam ille literam intelligit u. quia Latinis dicebantur Veneti, qui Gracis Eneti. At laudabilis, siue prædicabilis, græcè non dicebatur Eneti, sed zivēs à voce primitiva aīos, que laudem, & encomium significat. Vera quidem hæc, at aspera Grammaticorum more; nec pro Paulo pugnantibus deerunt exempla in aliis vocibus diphthongo contra rationem scilicet pronunciationis affinitate variata. Sed quorū ista?

(107) Probat hæc laudat. Cluverius, qui veteres Histriæ plurimis pro more veterum testimoniis designat.

E

exitit caput, pro qua nunc Forum-Julii, ita dictum, quod Julius Cæsar negotiationis forum ibi statuerat, habetur.

C A P. X V.

De Liguria secunda Italie provincia.

Non ab re esse arbitror, si etiam ceteras Italie provincias breviter adtingamus. Secunda provincia Liguria, (108) à legendis, id est, colligendis leguminibus, quorum satis ferax est, nominatur, (109) in qua Mediolanum est, & Ticinus, (110) quæ alio nomine Papia appellatur. Hæc usque ad Gallorum fines extenditur. Inter hanc & Suaviam, (111) hoc est, Alemannorum patriam, (112) quæ versus septentrionem est posita, duæ provinciæ, id est Rhetia prima, & Rhetia secunda, inter Alpes consistunt, in quibus propriè Rheti habitare noscuntur.

C A P. X VI.

De quinta Italie provincia, quæ Alpes Cottiae appellantur, & de sexta, quæ Thuscia dicitur.

Quinta verò provincia Alpes Cottiae (113) dicuntur, quæ sic à Cottio Rege, qui Neronis tempore fuit, appellatae sunt, hæc à Liguria in Eurum (114) versus, usque ad mare Tyrrhenum extenditur, ab occiduo verò Gallorum finibus copulatur. In hac Aquis, (115) ubi aquæ calidæ sunt, Dertona, & monasterium Bobium, Genua (116) quoque & Saona (117) civitates habentur. Sexta provincia Tuscia est, quæ à thure, quod populus illius superstitione in sacrificiis deorum suorum incendere solebat, sic appellata est. (118) Hæc habet intra se Circum versus, Aureliam, ab Orientis verò parte Umbriam. In hac provincia Roma, quæ olim totius mundi caput extitit, est constituta. In Umbria verò quæ istius in parte ponitur Perusium, & lacus Clitorius, Spoletumque (119) consistunt. Umbria autem dicta est, quod imbribus superfuerit, quum aquosa clades olim populos devastaret.

- (108) Alias secunda igitur post Venetiam est Liguria. Lind.
 (109) Iterum insultat Cluver. his verbis. *De cetero non id unde genti inditum, parum compertum habeo, fabula quippe sunt, & nugamenta putida, quæ barbari jam seculi grammatici de eo adnotarunt, in quibus Paul. Diac. Reliqua vide lib. i. cap. 7.*
 (110) Alias Ticinum. Lind. & Mod.
 (111) Mod. Sueviam.
 (112) Alias provinciam. Lind. & Mod.
 (113) Alias Coccia, Coccio, & sic semper. Lind.
 (114) MS. in Corum. Lind. in quorum. Amb.
 (115) Alias copulatur in aquis. Lind.
 (116) Jenua. Mod.
 (117) Alias Savona. Lind.
 (118) Quasi à rō à bīor à sacrificando.
 (119) MS. Spoletium. Alias Spoletinum. Lind.
 Id Plinius lib. III. cap. XIV. Solinus cap. VIII.
 Servius ad XII. Virg., & Isidor. orig. IX. cap. II.
 (120) Alias Siterum. Lind. Siterem. Mod.
 (121) Mod. Neapolim.
 (122) Alias Salermum. Lind.
 (123) Amb. Briccia, quæ ita à regione.
 Nominis etymologiam à Jornande fortasse accepit Paulus; at meliorem vide in Geographis.
 (124) Alias Pestum, & Lamum. Lind.
 (125) Alias extensa. Lind.

A

C A P. XVII.

De Campania Italia septima provincia, & de Lucania, sive Britia, quæ est octava.

Septima quoque provincia Campania, ab urbe Roma usque ad Siler (120) Lucania fluvium perducitur, in qua opulentissimæ urbes, Capua, Neapolis, (121) & Salernus, (122) constitutæ sunt. Quæ ideo Campania appellata est, propter uberrimam Capuae planitiem; ceterum ex maxima parte montuosa est. Porro octava Lucania, quæ nomen à quadam luco accepit, à Silere fluvio inchoat cum Brutia, (123) quæ ita à reginæ quandam sue nomine appellata est, usque ad fretum Siculum, per ora maris Tyrrheni, sicut & duæ superiores, dextrum Italie cornu tenens, pertinet, in qua Pestus, & Lanius, (124) Casianum, & Consentia, Rhegiumque sunt posse civitates.

B

C A P. XVIII.

De Appenninis Alpibus, quæ nona est Italie provincia, & de Aemilia, quæ est decima.

C

Nona denique provincia in Appenninis Alpibus nuncupatur, quæ inde originem capiunt, ubi Cottiarum Alpes finiuntur. Haec Appennina Alpes per medianam Italiam pergentes, (125) Tusciam ab Aemilia, Umbriamque à Flaminia dividunt. In qua sunt civitates, Ferronianus, (126) & Montepellium, (127) Bobium, & Urbinum, nec non & oppidum quod Verona appellatur. Alpes autem Appennine (128) dictæ sunt à Punicis, (129) hoc est, Hannibale, & ejus exercitu, qui per easdem Romanam tendentes transitum habuerunt. (130) Sunt qui Alpes Cottias, & Appenninas, unam dicant esse provinciam: sed hos Victorini revincit Historia, (131) quæ Alpes Cottias per se provinciam appellat. Decima porro Aemilia, à Liguria incipiens inter Appenninas Alpes, & Padi fluente, versus Ravennam pergit. Hæc locupletibus urbibus decoratur, Placentia scilicet Parmaque, Regio, & Bononia, Corneliique foro, cujus castrum Imolas (132) appellatur. Extiterunt quoque qui Aemiliam & Va-

D

- (126) Alias Ferromanum. Lind.
 (127) MS. Monsbelium. Alias Mombellus. Lind. Monsbellum. Mod.
 (128) Alias Apennina. Lind.
 (129) Alias à Pennis. Lind.
 (130) Adductis Isidori, & Servii locis, unde forsan hoc Paulus excipit merito Cluverius exclamat. Ecquid bos boines ullam Italie cognitionem habuisse dixeris & ecquid Romanas historias de bello Hannibalico umquam legisse credideris? *Vix arbitror; quippe qui tam rudis, imperitusque rerum Rom. esse potest, qui ignorat, quo tractu sint Penninæ, sive ut alii scripserunt Poeninæ Alpes, quas Hannibal cum Punico suo exercitu ferro, igni, acetoque rupisse tradidit nempe, quæ nunc vocatur mons Jovis, sive alio nomine Mons D. Bernardi.*
 (131) MS. Lind. Victoris, & ita in Amb. alias Sed tales dictores revinctant bistoria, & ita Mod.
 Ita impressi libri. Sed in MS. Victoris legitur. Est autem Sextus Aurelius Victor, cuius hec verba in excerptis Imp. Rom. in Nerone Pontum in ipsa provincia Polemonis Reguli permisso redigit, à quo Polemoniacus Pontus appellatus est, itemque Cottias Alpes Cottio Rege mortuo. Lind.
 (132) Alias Imola. Lind.

E

Ieriam, Nursiamque unam provinciam dicerent; sed horum sententia (133) stare non potest, quia inter Aemiliam & Valeriam, Nursiamque, Tuscia & Umbria sunt constituta.

C A P. XIX.

De Flaminia undecima Italiae provincia, & de Piceno, quae duodecima computatur.

DEHINC undecima provinciarum est Flaminia, quae inter Appenninas alpes & mare est Adriaticum posita; in qua nobilissima urbium Ravenna, & quinque aliæ civitates consistunt, Graeco vocabulo Pentapolis (134) dictæ. Constat autem Aureliam, Aemiliamque, & Flaminiam, à confratis viis, quæ ab urbe Roma veniunt, (135) & ab eorum vocabulis, à quibus sunt constratae, talibus nominaibus appellari. Post Flaminiam duodecima Picenus (136) occurrit, habens ab austro Appenninos montes, ex altera verò parte, Adriaticum mare. Hæc usque ad fluvium Piscarium (137) pertinet, in qua sunt civitates, Firmus, Asculus, (138) & Pinnis, & vetustate consumpta Adria, quæ Adriatico pelago nomen dedit. (139) Hujus habitatores cùm à Sabinis illuc properarent, in eorum vexillo picus confudit, atque hac de causa Picenus nomen accepit. (140)

C A P. XX.

De Valeria, & Nursia, quae pro tertiadecima ponitur, & Samnio, quae est decimaquarta.

PORRÒ tertia decima provincia Valeria, cui est Nursia annexa, inter Umbriam & Campaniam, Picenumque consistit, quæ ab oriente Samnitum regionem attingit. Hujus pars occidua, quæ ab urbe Roma initium capit, olim ab Etruscorum populo, (141) Etruria dicta est. Hæc habet urbes, Tyburim, Carsilis, (142) Reate, Furconam, (143) & Amiternum, regionemque Marsorum, & eorum lacum qui Fucinus appellatur. Marsorum quoque regionem, ideo intra Valeriam provinciam estimo computari, quia in catalogo provinciarum Italie minimè ab antiquis descripta est. Si quis autem hanc per se provinciam esse vera ratione comprobaverit, hujus rationabilis sententia modis erit omnibus tenenda. Quarta decima Samnum, intra Campaniam, & mare Adriaticum, Apuliamque à Piscaria incipiens habetur. In hac sunt urbes, Theate, (144) Aufidena, Hisernia, (145) & antiquitate consumpta Samnum, à qua tota provincia nominatur, & ipsa harum provinciarum caput ditissima Beneven-

A tus. (146) Porrò Samnites nomen accepere olim ab hastis, (147) quas ferre solebant, quæque Græci Samia appellant. (148)

C A P. XXI.

De Calabria, & Apulia, & Salento, quæ decimaquinta provincia appellatur.

QUINTA decima provinciarum est Apulia, cum sociata sibi Calabria, intra quam est regio Salentina. Hæc ab occidente vel Africo habet Samnum, & Lucaniam: à solis verò ortu Adriatico pelago finitur. Hæc habet urbes satis opulentas, Luceriam, Sepontum, (149) Canufium, Agerentiam, Brundisium, & Tarentum, & in sinistro Italæ cornu, quod quinquaginta millibus extenditur, aptam mercimonii Hydruntum. Apulia autem à perditione nominatur, citius enim ibi solis fervoribus terræ videntia perduntur.

C A P. XXII.

Sexta decima provincia Italiae Sicilia est. Septima decima Corsica, octava decima Sardinia.

SEXTA decima provincia Sicilia insula computatur, quæ Tyrrheno mari, seu Jonio alluitur, (150) de Siculi ducis proprio nomine nuncupatur. (151) Septima decima Corsica. Octava decima Sardinia ponitur, quæ utræque Tyrrhenis fluctibus ambiuntur. Porrò Corsica, à duce suo Corso, Sardinia à Sarde (152) Herculis filio nominatur.

C A P. XXIII.

Ob quam causam aliqua pars Italiae, Cisalpina vocatur Gallia.

CERTUM est tamen Liguriam, & partem Venetiae, Aemiliam quoque, Flaminiamque, veteres Historiographos Galliam Cisalpinam appellasse. Inde est quod Donatus Grammaticus in expositione Virgilii, Mantuanum in Gallia esse dixit. Indeque est quod in Romana historia legitur, Ariminum in Gallia constitutum. Si quidem antiquissimo tempore, Brennus Rex Gallorum, qui apud Senones urbem regnabat, cum trecentis millibus Gallorum Senonum ad Italianam venit, eamque usque ad Seno-Galliam, quæ à Gallis Senonibus vocitata est occupavit. Causa autem cur Galli in Italianam venerint, hæc fuisse describitur. Dum enim vinum degustassent ab Italia delatum, aviditate vini illecti, ad Italianam transferunt. Horum centum millia non longè à Delphos insula properantes, Græcorum gladiis extincta sunt. Alia verò centum millia in Galatiam (153) ingressa, primùm Gal-

lo-

E (147) Alias accepere olim à Samnio colle, quem primum infederant. Lind.

(148) Ita MS. & Augustana editio. Puto tamen legendum quas Græci οὐδείς appellant Hesychius: Σαννῖτης, οὐρανοὶ βαρβαρεῖς, quam lectionem Plinius confirmat lib. 3. cap. XII. Samnitum, quos Sabellos & Græci Samitas dixerunt, coloniam Bovianum vetus &c. Lind. Ex his Plinius verbis, aliisque veterum Historicorum arguit, Cluverius Samnites non ab hastis, sed à Sabinis dictos, vide lib. III. Ital. antiq. pag. 648.

(149) Alias Sipontum. Carvissimum. Lind.

(150) Amb. abluitur.

(151) Nominis etymologiam insulæ celebratissima melioribus veterum testimoniis aliunde recentiores ducunt, eamque vulgarissimam quisque novit.

(152) Alias Sardo.

(153) Alias Galatiam. Lind. Galitiam. Amb.

Nnn

(133) Alias sed eorum sententia, quia mendax sit in multis probatur. Lind. & Mod.

(134) MS. & alii, Quæ graeco vocabulo Pentapolis appellantur. Lind.

(135) Alias ad urbem Romam ducunt. Lind.

(136) Alias Picenum. Lind.

(137) Alias Piscariam. Lind. & Mod.

(138) Alias Firmum, Asculum, Pinnis, quæ jam vetustate consumpta est, & Adria. Lind. & Mod.

(139) Non ab hac Hadria Piceni, sed ab altera ad Padi ostia contendit Cluver. nomen accepisse Hadriaticum mare.

(140) Ita Feltus, & Strabo. Alii à Pico Saturni filio.

(141) Alii hæc verba defunt. Lind.

(142) Alias Carsulos, vel Carsiolis. Lind. Carsiolis. Mod.

(143) Alias Furcamum, vel Furconium. Lind.

(144) Alias Theata. Lind.

(145) Alias Esernia, quæ est antiquitate consumpta. Lind.

(146) Alias Beneventum. Lind. Tom. I.

Io-Græci, postea verò Galatæ appellati sunt. Et hi sunt quibus doctor gentium scripsit Epistola Paulus. Centum millia quoque Gallorum, quæ in Italia remanserunt, Ticinum, Mediolanumque, Pergamum, Brexiāmque conseruantes, Cisalpine Galliæ regioni nomen dederunt. Istique sunt Galli Senones, qui olim urbem Romuleam invaserunt. Sicut enim dicimus Galliam Transalpinam, quæ ultra Alpes habetur: Sic Galliam hac parte quæ infra Alpes est, vocitamus Cisalpinam.

C A P. XXIV.

Quare Italia sic vocatur, ut quid etiam Ausonia, vel Latium dicitur.

ITALIA quoque quæ has provincias continet, ab Italo Siculorum duce, qui eam antiquitus invasit, nomen accepit. Sive ob hoc Italia dicitur, quia magni in ea boves, hoc est, Itali habentur. (154) Ab eo namque quod est Italus, per diminutionem licet unâ literâ additâ, alterâ immutata, vitulus appellatur. Italia etiam Ausonia dicitur, ab Ausono Ulyssis filio. Primus tamen Beneventana regio hoc nomine appellata est, postea verò tota sic cœpit Italia vocitari. Dicitur quoque etiam Latio Italia, pro eo quod Saturnus Jovem filium suum fugiens, intra eam invenisset latebram. Igitur postquam de Italiae provinciis, vel ipsius nomine, intra quam res gestas describimus, sufficienter est dictum, (155) nunc ad historiæ ordinem redeamus.

C A P. XXV.

Quomodo Alboin Mediolanum ingressus est.

Alboin igitur Liguriæ introiens, indictione ingrediente tertia, tertio Nonas Septembris. (156) sub temporibus Honorati Archiepiscopi, Mediolanum ingressus est. Dehinc universas Liguriæ civitates, præter has quæ in littore maris sunt positæ, cepit. Honoratus verò Archiepiscopus Mediolanum deferens, ad Genuensem urbem confugit. (157) Paulus quoque Patriarcha, annis duodecim sacerdotium gerens, ab hac luce subtractus est, regendamque Ecclesiæ Probino reliquit.

A

C A P. XXVI.

Quomodo Ticinensis civitas tribus annis obsessa est, & quia Langobardi Tusciam invaserunt.

TICINENSIS eo tempore civitas ultra tres annos obsidionem perferens, se fortiter continuit: Langobardorum exercitu non procul juxta eam ab occidentali parte residente. Intervim Alboin ejectis militibus invasit omnia, usque ad Tusciam, præter Romanam, & Ravennam, vel aliqua castella, quæ erant in littore maris constituta. (158) Nec erat tunc virtus Romanis, ut resistere possent, quia & pestilenta, (159) quæ sub Narsete facta est, plurimos in Liguria, & Venetiis extinxerat, & post annum, quem diximus fuisse ubertatis, famæ nimia ingruens, universam Italiam devastabat. Certum est autem tunc Alboin multos secum ex diversis, quas vel alii reges, vel ipse ceperat, gentibus ad Italiam adduxisse, unde usque hodie eorum in quibus habitant vicos, Gepidos, Bulgares, Sarmatas, Pannonios, Suavos, Noricos, sive aliis hujuscemodi nominibus appellamus.

C A P. XXVII.

Quomodo Alboin Ticinum ingressus est.

C

AT verò Ticinensis civitas post tres annos, & aliquot menses obsidionem perferens, tandem se Alboin, & Langobardis obsidentibus tradidit. In quam cum Alboin per portam, quæ dicitur Sancti Johannis, ab Orientali urbis parte introiret, equus ejus in portæ medio concidens, quamvis calcaribus stimulatus, (160) quamvis hinc inde ab stratore (161) verberibus cæsus, non poterat elevari. Tunc unus ex eisdem Langobardis, (162) taliter regem allocutus est, dicens: Memento domine Rex, quale votum vovisti. Frange tam durum votum, & ingredieris urbem. Verè etenim Christianus est populus in hac civitate. Siquidem Alboin voverat, quod universum populum, quia se tradere noluisset, gladio extinguqueret. Qui postquam tale votum dirumpens, civibus indulgentiam promisit, mox equus ejus consurgens, ipse civitatem ingressus, nulli læsionem inferens, in sua promissione permanxit. Tunc ad eum omnis populus in palatum, quod quondam Rex Theudericus construxerat (163) concurrens, post tantas animum miseras, de spe jam fiducia futura, cœpit relevare. (164)

C A P.

D

Triennalem (scribit ille) fuisse Papiae obsidionem apud omnes Scriptores constat, Platina etiam hoc attestans in vita Joannis III. Alboino Rege cum exercitus parte urbem acerrimè premente, ac diu, no[n]tue infirmam, & ne de civitate liberanda cogitare Longinus, aut Imperator posset, alteram exercitus partem Alboinus Padum traxicere, & in Amilienæ, & Tuscæ populos arma vertere jussit: uno itaque tempore, unaque gente exagitata tribus in regionibus Italia fuit, nullo duce, aut exercitu Longobardico furori cæstra opponente.

(154) Ex Facto sumptum. Lind.

(155) Universæ Italiae partitionem antecedentibus capitibus à Paulo designatam scio pluribus esse improbatam, utpote veteribus Provinciarum divisionibus non omnibus locis respondentem. Atqui variis variis temporibus fuisse Italiae provincias peritus quisque antiquitatis minimè negaverit, lacunamque penè immensam in historia, labente Romano Imperio. Hinc argumentum pro nostro sumpterum ejusdem regionis homine, qui viciniorum sibi rerum statum novisse debuerat; Cautumque velim iis tantum argumentis oppugnari, quæ veterum testimonii fulciantur. Doctissimi viri jam diu plures disputatione, eisque notata referre operosissimum quidem fuisset, & quod ratiōnē lectoribus ad historiam properantibus ferret, eaque de causa consulto prætermisi.

(156) Alias ad Nonas Septembris. Lind. & Mod.

(157) Annales Mediolanenses S. Honoratum ad Januenses fugisse ferunt dolore actum, quod auctor fuisse tradidit Alboino civitatis, quam contra pacatum ferociissimus Rex diripuerat.

(158) Optimè quidem hoc loco Pauli mentem est assequutus Bernardus Saccus in sua historia Ticinensi.

E

(159) Alias pestis inguinaria. Lind.

(160) Amb. quamvis binc inde hastarum verberibus cæsus.

(161) Mod. à traçtorio.

(162) Paulo aliter à Scriptoribus rerum Ticinensis urbis deditio refertur, ac Dalmatium Presbyterum pietate sua, & miraculo iratum Alboini animum compescuisse.

(163) De palatio Theuderici fusiū Agnellus in vita Sancti Petri Senioris XXVIII.

(164) Ascensione editio: post tantam miseriam de spe jam fidens cœpit animum ad meliora levare. Augustana arrī n̄ relevare habet revelare. Lind.

CAP. XXVIII.

Quomodo Alboin, postquam tribus regnavit annis, consilio suæ coniugis, ab Helmichis interfactus est.

Qui Rex postquam in Italia tres annos, & sex menses regnavit, insidiis suæ conjugis interemptus est. (165) Causa autem imperfectionis ejus, hæc fuit. Cum in convivio, ultra quam oportuerat, apud Veronam letus resideret, cum poculo, quod de capite Cunimundi regis sui saceri fecerat, regina ad bibendum vinum dari præcepit, atque eam ut cum patre suo lætanter biberet, invitavit. Hoc ne cui videatur impossibile, veritatem in Christo loquor, ego hoc poculum vidi in quadam die festo, Ratchis (166) principem ut illud convivis suis ostentaret, manu tenentem. Igitur Rosemunda ubi rem animadvertisit, alcum concipiens in corde dolorem, quem compescere non valens, mox in mariti necem, patris funus vindicatura exarsit. Consiliumque mox cum Helmichis, (167) qui regis Schilpor, (168) hoc est armiger, & collactaneus erat, ut regem interficeret, iniit. Qui reginæ persuasit, ut ipsa Peredeo, (169) qui erat vir fortissimus, in hoc consilium adsciret. Peredeo (170) cum reginæ suadenti tanti nefas consensum adhibere nollet, illa se noctu in lectulo suæ Vestiaræ, cum qua Peredeo stupri consuetudinem habebat, supposuit, ubi Peredeo rem nescius veniens cum regina concubuit. Cumque illa, patrato jam scelere, ab eo quereret, quam se esse existimaret, & ipse nomen suæ amicæ, quam esse putabat, nominasset, Regina subjunxit: Nequaquam ut putas, sed ego Rosemunda sum;

A inquit. Certè nunc talem rem Peredeo perpetrata habes, ut aut tu Alboin interficias, aut ipse te suo gladio extinguat. Tunc ille intellectus malum quod fecit, & qui sponte noluerat, (171) tali modo in regis necem coactus assensit. Tunc Rosemunda, dum se Alboin meridie sopori dedisset, magnum in Palatio silentium fieri præcipiens, omnia alia arma subtrahens, spatham illius ad lectuli caput, ne tolli, aut evaginari posset, fortiter colligavit, & juxta consilium Helmichis Peredeo (172) imperfectorem, omni bestia crudelior, introduxit. Alboin subito de sopore expergefactus, malum quod imminebat intelligens, manum citius ad spatham porrexit, quam strictius religatam extrahere non valens, apprehenso tamen scabello suppedaneo, se cum eo per aliquod spatium defendit. Sed heu proh dolor, vir bellicosissimus, & summæ audacie, nihil contra hostem prævalens, quasi unus de inertibus (173) imperfectus est, uniusque mulierculæ consilio periit, qui per tot hostium strages bello famosissimus (174) exitit. Cujus corpus cum maximo Langobardorum fletu, & lamentis, sub cujusdam scalæ adscensu, quæ palatio erat contigua, sepultum est. (175) Fuit autem staturâ procurus, & ad bella peragenda toto corpore coaptatus. Hujus tumulum nostris in diebus Giselbertus, (176) qui dux Veronensum fuerat, aperiens, spatham ejus, & si quid in ornatu ipsius inventum fuerat, abstulit. Qui ob hanc causam vanitate solita apud indoctos homines, (177) Alboin se vidisse, jaclabat.

CAP.

(165) Hæc verba postquam tres annos, & sex menses regnavit, negotium dederunt Baronio, Camillo Peregrino, alisque pluribus in constitendo anno emortuali Regis Alboini. Laudatissimus Peregrinus in sua Historia Princip. Langobard. disserit. de annis ducatus Zotonis in Carolum Sigonum insurgit ob distinctam duplicum epochen adventus Langobardorum in Italiam, eorumque Regni constituti; nihil minus adhuc Sigonio adhaerendum, quem vir Clar. Bacchinius in disserit. hilt. chronolog. ad vitam Petri Senioris Ravenn. Episc. vindicavit, ut sensus sit post captam ab Alboino Papiam regni Langobardici annos à Paulo numerosos, quod &c alterum testimonio probatur, Sigiberto potissimum, & Hermanno contracto, qui ut Pagius notavit, in fufiori chronicò scribit Alboinum occupatam Papia ibi sedem regni statuenter III. annos, & sex menses in Italia regnasse, quæ mente accipiens etiam Turonensis lib. 4. cap. 35. minimè cum Baronio corrigendus.

(166) Alias Raticbis. Lind.

(167) Alias Helmiges. Lind. Helmigis. Mod.

(168) Magnorum virorum hoc munus erat. Nam de Narsete scribit Corippus, eum armigerum fuisse Justiniani lib. II.

Armiger interea domini vestigia lustrans

Eminet exsus super agmina vertice Narses.

Europalata eos Συνεπής vocat: Procopius ut puto δορυφόρος. Ita enim de Odoacre lib. I. belli Getici ex MS. Illust. Jolephi Scaligeri ἦν δέ τις εἰς αὐτὸς Οδόζηρος οὖσα, εἰς τὸν βασιλεῖον δορυφόρος πελῶν, nisi potius ibi δορυφόρος domesticos velis interpretari, nam ita hi dicebantur. Socrates lib. I. cap. XIII. οἱ δορυφόροι τις, οἱ οἰκεῖοι καλῶν βασιλέων de his lib. XII. Cod. tit. XVII. & ibi Jacob. Cujacius J. C. Fit etiam in notitia Imper. Romani Armigerorum mentio: *Armigeri propugnatores seniores, Armigeri propugnatores juniores.* Sed illi diversi ab his tuere: quemadmodum & apud Gunterum lib. 7. Armigeros vulgares tantum milites esse puto, vel satellites, nam eos veteres Grammatici armigeros interpretantur. Sed & apud Paulum nostrum arr. n. Scilpor, schilphor legere

D mallum, quæ vox Germanis usitata. Lind.
(169) Alias Peredum. Lind. Peredum, qui erat vir fortis, in hoc consilium afficeret. Peredus &c. Mod.
(170) Mod. Peredus temper. Mod.
(171) Modoet. Tunc ille intellectus, quod fecit, & quod sponte &c.
(172) Alias juxta consilium initum Peredum, & Helmigem interfices. Lind. Peredus, & Helmichis. Mod.
(173) MS. de inertibus. Al. de inertibus. Lind. ut in Mod.
(174) Alias fortunatissimus. Lind.
(175) Agnellus in Pontif. Ravennate, & vita Petri senioris paulo aliter occisi Alboini historiam refert Peredum solum criminis, ut Paulus habet, minime novit, occiditque, vel ab ipso reluctantate Helmige narrat, metu patrati adulterii a Rosemunda Regina in tantum scelus adacto. In cæteris convenit cum Paulo nostro, additique: *Supratisque Rex interfecitus est. Voluerunt Langobardi hunc macerimere homicidan, & Regnam cum eo, sed nocturnum consilium, venit Veronam donec furor peccati concuerit. Sed jurgantes fortiter Langobardi contra eam, depopulato palatio cum multitudine Gebuderum, & Langobardorum mense Augusto Ravennam venit, & bonificè à Longino Praefecto suscepit eum omni ope regia.* Ex iis appetet de loco actæ tragedia minime cum Paulo convenire Agnellum, nisi forte Alboinus in villa prope Veronam occisus sit: neque de fuga, quæ Longini favore in nostro, ut cap. seq. in Agnello Gepedium suorum, & Langobardorum factione Rotundæ facilis fuit. Marius. Amo IV. Consulatus Justini Junioris Augusti Indictione V. Albusnus Rex Langobardorum à suis, id est Helmiges cum reliquis, consentiente uxore sua Verona interfecitus est, & suprascriptus Helmiges cum reliquis consentiente uxore sua Verona interfecitus est, & suprascriptus Helmiges cum antedicta uxore iussus, quām sibi in matrimonium sociaverat, & omni thesauro, tam quod de Pannonia exhibuerat, quam quod de Italia congregaverat, cum parte exercitus Ravenna se Reipublica tradidit.

(176) MS. Gisipert. Lind.

(177) Alias indoctos homines purgando Alboinum id jussisse jaclabat. Lind.

C A P. XXIX.

Quia Helmichis regnare voluit, sed non potuit.

Ligitur Helmichis extincto Alboin, regnum ejus invadere conatus est: sed minimè potuit, quia Langobardi nimium de morte illius dolentes, eum moliebantur extinguere. Statimque Rosemunda Longino Praefecto Ravennæ mandavit, ut citius navem dirigeret, quæ eos (178) suscipere posset. Longinus tali nuncio lætus effectus, festinanter navem direxit, in quam Helmichis cum Rosemunda jam sua conjugæ, noctu fugientes ingressi sunt, auferentesque secum Albsuindam (179) regis filiam, & omnem Langobardorum thesaurum, velocius Ravennam pervenerunt. Tunc Longinus Praefectus suadere coepit Rosemundæ, ut Helmichis interficeret, & ejus se nuptiis copularet. Illa, ut erat ad omnem nequitiam facilis, dum optat Ravennatum domina fieri, ad tantum perpetrandum facinus assensum dedit, atque dum Helmichis se in balneo ablueret, egredienti ei (180) de lavacro, veneni poculum, quod salutis esse asseverabat, propinavit. Ille ubi sensit se mortis poculum bibisse, Rosemundam, evaginato super eam gladio, quod reliquum erat bibere coëgit. Sicque Dei omnipotentis judicio imperfectores iniquissimi uno momento perierunt.

C A P. XXX.

Quomodo Longinus post eorum mortem Albsuindam cum Langobardorum thesauro Imperatori direxit: & de Peredeo, quomodo in Constantinopolim leonem occidit.

His ita peremptis, Longinus praefectus Albsuindam cum Langobardorum thesauris Constantinopolim ad Tiberium Imperatorem direxit. (181) Affirmant aliqui etiam Peredeum pariter cum Helmichis, & Rosemunda Ravennam venisse, atque exinde cum Albsuindam Constantinopolim directum esse, ibique in spectaculo (182) populi coram Imperatore leonem miræ magnitudinis occidisse. Cui, ut ferunt, ne aliquid malignum in regia urbe, quia vir fortis (183) erat, moliretur, jussu Imperatoris oculi evulsi sunt. Qui sibi post aliquod tempus duos cultellos aptavit, quibus in utrisque suis manicis absconsis, palatum petuit, at-

A que se quædam ad Augusti utilitatem, si ad eum intromitteretur locuturum promisit. Ad quem Augustus duos sibi familiares, qui ejus verba susciperent, patricios misit. Qui cùm ad Peredeum venissent, ille ad eos, quasi aliquid eis secretius dicturus propriè accessit, atque ambos utraque manu (184) gladiis, quos absconsos habebat, fortiter vulneravit, ita ut statim in terram corruerent, & expirarent. Sic Samsonis illius fortissimi ex aliqua parte non absimilis, suas injurias ultus est, & pro amissione duorum lumen, duos Imperatori viros utilissimos interemit.

C A P. XXXI.

De regno Cleph, qui secundus regnavit.

Langobardi vero apud Italiam, omnes communis consilio Cleph (185) nobilissimum de suis virum, in urbe Ticinensis sibi regem statuerunt. (186) Hic multos Romanorum viros potentes, alios gladio extinxit, alios ab Italia exturbavit. (187) Iste cùm annum unum & sex menses, cum Massana (188) sua conjugæ, regnum obtinuisse, à puero de suo obsequio gladio jugulatus est. (189)

C A P. XXXII.

Quomodo duces Langobardorum per decem annos sine rege fuerunt, per quos Italia subjugata est.

Post cujus mortem Langobardi per annos decem regem non habentes sub ducibus fuerunt. Unusquisque enim ducum suam civitatem obtinebat. Zaban Ticinum (190) Uvallari Bergamum: Alachis Brixiam: Euin Tridentum: Gisulfus Forum-Julii. Sed & alii extra hos in suis urbibus triginta duces fuerunt. (191) His diebus multi nobilium Romanorum ob cupiditatem (192) imperfecti sunt, reliqui vero per hostes (193) divisi, ut tertiam partem suarum frugum Langobardis persolverent, tributari efficiuntur. Per hos Langobardorum duces septimo anno ab adventu Albuin, & totius gentis, spoliatis Ecclesiis, Sacerdotibus imperfectis, civitatibus subratis, populisque, qui more segetum excreverant, extinctis, exceptis his regionibus, (194) quas Albuin ceperat, Italia ex maxima parte capta, & à Langobardis subjugata est. (195)

(178) Alias se & Helmigem. Lind.

(179) Alias Albsuindam, &c sic infra. Lind. & Mod.

(180) Alias egredienti mortis poculum, quod salutare afferuit propinavit. Lind.

(181) Amb. ad Imperatorem direxit. Agnellus loco cit. Tunc Longinus Praefectus abstulit omnes Langobardorum thesauros, & cunctas opes regias, quas Rosemunda de Langobardorum regno attulera, iuxta cum Rosemunda, & Alboini Regis filia ad Justinum Imp. Constantinopolim transmisit; & gavissus est Imp., & auctor Praefecto plurima. Justino Imp. non Tyberio illius successore sublatum è vivis Alboinum ceteri omnes afferunt, expertaque superius notata chronologia. Hinc emendanda Pauli lectio.

(182) Amb. conspectu.

(183) Mod. magna virtutis.

(184) ambos cultris illis è manda tractis gravitor ita sauvicavit, ut statim in terram corruentes expirarent. L. fortiter ita sauvicavit &c. ut supra Mod.

(185) Mod. Cleb. Lind. Clobem, seu Clebem.

(186) Extincto Alboino, & cum ipso regia ipsius profapia Clephonem sibi Regem statuerunt Langobardi in ordine XIII., supplendus enim catalogus Rotharis, qui Andoinum, five Audoinum pretermisserat, vel ut ipse mihi persuadeo amanuensis vito in citatis doctis. Sigonii schedis minimè legitur.

(187) Mala quæ sub Alboino, Clephone Regibus, ac XXX. Ducibus Italìs illata sunt, videre est in libris dialog., & epist. D. Gregorii Magni, Gregorii Turonensis, aliorumque illius & vii Scriptorum, eaque levitatem monumeta collegit Baronius ad an. 573.

(188) Afane. Mod. Messina, vel Anfare. Lind.

(189) Sævitia nempe sua odium in te, atque arma traxerat, acta tragedie modus intercidit.

(190) Mod. Zaban Ticinum, Alboin Mediolanum, Uvallari Pergamum, Alachis Brixiam, Eoin Trentum. Zabanus Ticinum, Alboinus Mediolanum. Lind. Vallarus Bergamum, Comus Trentum, seu Tridentum. Lind. Eoin Trid. Amb.

(191) Gummarith alter Langobardorum Dux à D. Gregorio M. memoratur ad Populonium Etrurie lib. dialog. 2. cap. II.

(192) Alias ob cupiditatem ducum. Lind.

(193) Alias boſpites. Lind. partes. Mod.

(194) In MS. totum hoc caput ita legebatur. Itaque mortuo Cleph, per decem annos absque Regi fuere Langobardi: tantummodo duces praerant. Lind.

(195) Non septem annis ab adventu Aduini, sed longo plus tempore in Italia gratae sunt Langobardi, ut ex allatis testimoniis confit, idque Paulus ex Gregorio Turonensi in historiam suam transtulit illius verba male interpretatus.

Explicit Liber Secundus de Gestis Langobardorum.

INCIPIT LIBER TERTIUS

DE GESTIS LANGOBARDORUM.

C A P. I.

*Quia Duces Langobardorum ad prædandum
in Gallia directi sunt.*

IGitur aliquanti ex ducibus Langobardorum, cum valido exercitu Gallias ingrediuntur. (1) Horum adventum vir Dei Hospitius, qui apud Niceam (2) erat inclusus, Sancto sibi revelante Spiritu, longè ante prævidit, ejusdemque urbis civibus quæ mala imminerent prædictis. Erat enim vir ille magna abstinentiæ, & probabilis vitæ, qui constrictus carnem (3) catenis ferreis, induito defuper cilicio, solo pane in cibo cum paucis dactylis utebatur. In diebus autem quadragesimæ, radicibus herbarum Ægyptiarum, quibus Eremitæ utuntur, (4) exhibentibus sibi negotiatoribus, (5) alebatur. Per hunc dominus magnas virtutes operari dignatus est, quæ scripto habentur in libris venerabilis viri Gregorii Turonensis Episcopi. (6) Igitur vir iste sanctus adventum Langobardorum in Gallias hoc modo prædictis. Venient, inquit, Langobardi in Gallias, & devastabunt civitates septem, eo quod increverit malitia eorum in conspectu Domini. Est enim omnis populus perjuriis deditus, furtis obnoxius, rapinis intentus, homicidiis promptus, in quibus non est justitiae fructus. Non decimæ dantur, non pauper alitur, non tegitur nudus, non suscipitur hospitio peregrinus. Ideo hæc plaga ventura est super populum istum. Monachis quoque suis præcipiens dixit: Abscedite vos à loco isto, auferentes vobiscum quæ habetis. Ecce enim gens appropiat (7) quam prædicti. Dicentibus illis, Non relinquamus te sanctissime pater, ait. Nolite timere pro me. Futurum est enim ut injurias inferant mihi, sed non nocebunt usque ad mortem.

A

C A P. II.

*De Langobardo qui beatum Hospitium
extinguere voluit.*

DIscedentibus autem monachis, advenit exercitus Langobardorum. Qui dum cuncta quæ repererat, vastaret, ad locum ubi vir sanctus inclusus erat, pervenit. (8) At ille per fenestram turris se eis ostendit. Illi verò circumneentes turrim, dum aditum quærerent, per quem ad eum ingredi possent, & minimè inventirent, duo ex eis adscendentes rectum discooperuerunt illud. Et videntes eum cinctum (9) catenis, indutumque cilicio, dicunt: Hic malefactor est, & homicidium fecit, ideo in his ligaminibus vincitus tenetur. Vocatoque interprete, (10) sciscitantur ab eo quid mali fecerit, ut tali supplicio artaretur. At ille fatetur se homicidam esse, omniumque criminum reum. Tunc unus extracto gladio, ut ejus caput amputaret, (11) mox ejus dextra in ipso ictu dirigit, (12) nec eam ad se potuit revocare. Qui relictum gladium terræ dejecit. Hæc videntes socii ejus, clamorem in coelo (13) dederunt, flagitantes à sancto, ut quid eis agendum esset, clementer insinuaret. Ipse verò imposito salutis signo, arenæ brachium sanitati restituit. Langobardus autem qui sanatus (14) fuerat, & ad fidem Christi conversus, statim clericus, deinde monachus effectus est, atque in eodem loco, usque ad finem vitæ suæ, in Dei servitio permanit. Beatus verò Hospitius dum Langobardis Dei verbum loqueretur, duo duces, qui eum venerabiliter audierunt, incolumes patriæ redditi (15) sunt; quidam verò, qui ejus verba despicerant, in ipsa provincia miserabiliter perierunt.

C

C A P. III.

*Quomodo Langobardorum exercitui Amatus
Patricius bellum intulit, & quomodo
ab eisdem vincitus est & occisus.*

IGitur devastantibus Langobardis Gallias, Amatus (16) Patricius provinciæ, (17) qui Gun-

D

quæ D. Gregorius Turonensis, & Paulus noster de S. Hospitio narrant, qui Langobardorum irruptionem prædicterat. Hoc igitur ordine recitui debent omnia, quæ de Langobardis in Galliam irrumptibus ex D. Greg. Paulus noster exscriptis.

(1) D. Gregor. Niciam.

(2) Amb. constrictis ad carnem catenis. Modoet. constrictus à carne.

(3) Amb. Ægyptii. Mod. Eremita utebantur.

(4) Ex his D. Greg. verbis Ruinarius, & Mabillon. frequentissima eo tempore Gallos inter & Ægyptios commercia deducunt.

(5) Hist. Franc. lib. VI. cap. VI. Lind.

(6) Amb. appoperat.

(7) Modoet. cuncta, quæ repererant devastabant, ad locum ubi vir sanctus erat pervenerunt.

(8) Amb. vinculum.

(9) Alias vocatumque in partem interrogant. Lind. vocatumque interpretem sciscitantur. Mod.

(10) Alias amputaret dextram erigit; sed ejus dextra mox &c. Lind.

(11) Mod. in ipso ictu suspensa diriguit.

(12) Mod. cælum.

(13) MS. renatus. Lind.

(14) Mod. reducti.

(15) qui super Celsi successor extiterat, inquit D. Gregor. lib. 4. cap. 42.

(16) Alias Patricius Provincia Alemannica. Lind.

Ooo

(1) Varias Langobardorum irruptiones in Gallias ante Sigeberti Regis mortem accurassimè pro more suo distinguit Pagius in critica Baron. ad an. 575. Primam asserit Mummulo Patriciatum Provinciæ gerente, qui Amato ejusdem dignitatis viro à Langobardis victo, necatoque successerat, ut refert D. Greg. Turonens. lib. 4. cap. 36. & 37. In ea vita Langobardi ad civitatem Ebredunensem, & Saxones postmodum Langobardorum Socii in territorio Regiensis civitatis ad Stablonem vicum, Alboino regnante.

Alteram à Fredegario in epit. cap. 68. & Mario in chronico relatam, Talaondo, & Nuccione ducibus Langob., qui à Vviolico, & Theudofredo Guntramni ducibus victi fuerunt: annus à Mario notatur his verbis: Clebus Rex Langob. à pueru suo interfactus est, & eo anno iterum Langobardi in valle ingressi sunt, & Clusas obtinuerunt, & in Monasterio SS. Acacienianum diebus multis habitaverunt, & postea in Bacci pugnam contra exercitum Francorum commiserunt, ubi penè ad integrum interfetti sunt, pauci fuga liberati. Quæ licet à Mario in an. VIII. Conf. Jutini, & Ind. VII. referantur, optimè vir Clar. emendata chronologia ad annum DLXXVII revocavit. De hac irruptione Paulus noster minimè verba facit.

Postremam, quæ Amo, Zaban, & Rhodano ducibus superiori excepit: eoque tempore gesta sunt Tom. I.

E

Guntramno Regi Francorum parebat, contra eos exercitum duxit, commissoque bello terga vertit, ibique extincus est. Tantamque stragem tunc Langobardi de Burgundionibus fecerunt, ut non possit colligi numerus occisorum. Ditatique inestimabili præda, ad Italiam revertuntur.

C A P. IV.

Quomodo Langobardi Galliam ingressi à Mummulo Patricio sunt devicti.

Quibus discedentibus Ennius, (18) qui & Mummulus, accersitus à Rege Patricius honorum emeruit. Irruentibus iterum Langobardis in Gallias, & usque Mustiascalmes (19) accendentibus, qui locus Ebredunensi adjacet civitati, Mummulus exercitum movit, & cum Burgundionibus (20) illic proficiscitur. Circumdatisque Langobardis cum exercitu, factis etiam concisis per devia silvarum, (21) irruit super eos, multosque ex eis interfecit. Nonnullos verò cepit, & regi suo Guntramno direxit. Langobardi quoque his patratis, ad Italiam sunt regresi.

C A P. V.

Quomodo Saxones cum Langobardis in Italiam venerunt.

POst hæc Saxones, qui cum Langobardis in Italiam venerant, in Gallias perrumpunt, (22) & intra territorium Rhegense, idest, apud Stablonem (23) villam, castra constituunt, discurrentes per villas urbium vicinarum, diripientes prædas, abducentes captivos, vel etiam cuncta vastantes. Quod cum Mummulus comperisset, super eos cum exercitu irruit, multosque ex eis interfecit, ac donec nox finem faceret, cedere non cessavit. Ignaros enim repererat homines, & nihil de iis quæ acciderant autumantes. Mane autem facto statuunt Saxones exercitum, præparantes se fortiter ad bellum, sed intercurrentibus nunciis pacem fecerunt. Datisque muneribus Mummulo, relictis captivis, & universa præda, ad Italiam revertuntur.

C A P. VI.

Quomodo Saxones cum uxoribus, & parvulis suis iterum Galliam ingressi sunt.

IGitur regressi Saxones in Italiam, assumtis secum uxoribus, atque parvulis suis, cum omni suppellestili, rursum ad Gallias deliberrant venire, (24) scilicet ut à Sigisberto rege suscepisti, ejus poñint adjutorio ad patriam remeare. Certum est autem hos Saxones ideo ad Italiam cum uxoribus, & parvulis advenisse, ut

(18) Amb. Emius. Mod. Eunius, ut leg. in D. Greg.
(19) Alias *Musiam Scalmes*, vel *Musciā Scalmes*. Lind. *Musias Scalmes*. Amb.
Ad D. Gregor. varias lectiones notavit Ruinartus in cod. Corb. *Musicascalmes*. Bec. *Musiascalmes*.
(20) Alias *Fraxis*. Lind. servanda prima lectio, ut habet D. Gregor.
(21) Gregor. Turon. lib. 4. cap. 22. *aetisque codicibus per diuertia viarum*. Lind.
(22) in Gallias perrumpunt, non leg. *hæc* in Amb.
(23) Alias *Stablonem*. Lind.
(24) Mod. redire.
(25) Alias tempus messium erat colligendarum, metentes, ac triturantes frumenta comedebant. Lind. & ita Mod.
(26) Alias dicit. Lind.

A in ea habitare deberent. Sed quantum datur intelligi, noluerunt Langobardorum imperii subjacere. Sed neque eis à Langobardis permisum est in proprio jure subsistere, ideoque æstimantur ad suam patriam repedasse. Hi Gallias ingressuri, duos ex se cuneos faciunt, & unus quidem cuneus per Niceam urbem, alter verò per Ebredunum ingressus est, illâ revertens viâ, quam anno superiore tenuerat. Hi quia tempus messium (25) erat, colligentes, ac triturantes frumenta comedebant, ac suis animalibus ad esum præbebant. Deprædabantur pecora, sed nec ab incendiis abstinebant. Qui cum ad Rhodanum (26) amnem pervenissent, ut transmeato eo regno se Sigisberto conferrent occurrit eis Mummulus cum valida multitudine. Tunc illi viso eo valde timentes, datis pro redemptione sua multis auri numismatibus, Rhodanum transire permissi sunt. Qui dum ad Sigisbertum regem pergunt, multos in itinere negotiatione sua deceperunt, venundantes regulas æris, (27) quæ ita nescio quomodo erant coloratae, ut auri probati, atque examinati speciem simularent. Unde nonnulli hoc dolo seducti, dantes aurum & æs accipientes, pauperes sunt effecti. Pervenientes tandem ad regem Sigisbertum, ad locum unde prius egressi fuerant, redire permissi sunt.

C A P. VII.

C*Quomodo Saxones de patria sua Suavos, & alias gentes, quæ ibi residencebant, expulerent.*

Qui dum ad suam patriam venissent, invenierunt eam à Suavis, (28) & aliis gentibus, sicut supra commemoravimus retineri. Contra quos insurgentes, conati sunt eos destruere, (29) ac delere. At illi obtulerunt eis tertiam partem regionis, dicentes: Simul possumus vivere, & sine collisione communiter habitare. Cumque illi nullo modo acquiescerent, dehinc obtulerunt eis medietatem; post hæc duas partes, sibi tantum tertiam reservantes. Nolentibus autem illis, (30) obtulerunt cum terra etiam omnia pecora, tantum ut à bello cessarent. Sed nec ius (31) Saxones adquiescentes, certamen expetunt, atque inter se ante certamen, qualiter uxores Suavorum dividerent, statuunt. Sed non eis ut putabant, evenerit. Nam commissio prælio, viginti millia ex eis interempta sunt. Suavorum verò quadringenti octoginta ceciderunt, reliqui verò victoriam capiunt. Sex millia quoque Saxonum, qui bello superfuerant, devoverunt se, neque barbam, neque capillos incisuros, nisi se de hostibus Suavis ulciscerentur. (32) Qui iterum pugnam aggredientes, vehementer adtriti sunt, & sic à bello quieverunt.

C A P.

(27) Alias *trahreas*, & *laminas æris pro aureis*: erant enim ita nescio, quo fuso coloratae. Lind.
(28) Alias *Suevis*. Lind. & Mod.
(29) Mod. *extradere*.
(30) Alias *nolentibus Saxonibus*. Lind.
(31) Amb. loc.
(32) Non prætermisit hoc Tacitus de moribus Germanorum: ejus hæc verba: *Aliis Germanorum usurpatum, yara, & privata cuiusque audentia, apud Catatos in consensem vertit, crinem, barbamque submittere, hec nisi boſte caso excire votum, obligatumque virtuti oris babitum*. Extat quoque simile votum in narratione de Apollonio Tyrio: quam si quis tanti fecerit legit ibi. Lind.

CAP. VIII.

Quomodo tres duces Langobardorum, hoc est, Amo, Zaban, & Rhodanus, à Mummulo derūti sunt.

Post haec tres Langobardorum duces, id est, Amo, Zaban, (33) ac Rhodanus, Gallias irruperunt. Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam, usque Machovillam, (34) quam Mummulus munere Regis meruerat, accessit, ibique tentoria fixit. Zaban vero per Diensem (35) descendens urbem, usque Valentiam venit. Rhodanus autem Gratianopolim aggressus est. Et Amo quidem Arelatensem debellavit provinciam, cum urbibus quae circumstet sunt, & usque ad ipsum Lapideum campum, qui adjacet urbi Massiliensi, accedens, universa que reperire poterat depopulatus est. Aquinensis (36) autem obsidionem parans, viginti duabus libris acceptis argenti, ab eodem loco discessit. Rhodanus quoque & Zaban, pari modo incendiis, & rapinis, loca ad quae accesserant demoliti sunt. Quae cum Mummulo Patrio perlata fuissent, cum valida manu veniens primum cum Rhodano, qui Gratianopolim debellabat, confixit, & multos de ejus exercitu peremit, ipsumque Rhodanum lancea vulneratum, ad montium excelsa fugere compulit. Qui exinde cum quingentis viris, qui ei remanserant, per devia silvarum prorumpens, ad Zaban, qui tunc Valentiam urbem obsidebat, pervenit, eiusque omnia quae acta fuerant, nunciavit. Qui pariter dum ad Ebredunensem urbem omnia deprædantes venissent, ibi eis Mummulus (37) cù in numero exercitu occurrit, commissisque prælio eosdem vicit. Tunc Zaban & Rhodanus Italiam repetentes, Secusium (38) devenere. Quam urbem Sisinnius magister tunc militum, à parte retinebat Imperatoris. Ad quem puer (39) Mummuli adveniens, literas ei directas à Mummulo porrexit, eumque citius adventare dixit. Quo comperto Zaban & Rhodanus exin-

A de mox ad propria discesserunt. His auditis Amo, collecta omni præda, Italiam redditurus proficiscitur, sed resistentibus nivibus, prædam ex magna parte relinquens, vix cum suis Alpinum tramitem erumpere potuit, & sic ad patriam pervenit.

CAP. IX.

Quomodo Franci Anagnis castrum Langobardorum ceperunt, & quomodo Ragilo comes à Francorum duce Chramniche occisus est.

B His diebus advenientibus Francis, Anagnis castrum, quod super Tridentum, in confinio Italie positum est, se eisdem tradidit. Quam ob causam comes Langobardorum de Lagare Ragilo (40) nomine, Anagnis (41) veniens deprædatus est. Qui cùm de præda reverteretur, in campo Rotiliano ab obvio sibi duce Francorum Chramnicis, cum pluribus è suis peremptus est. Qui Chramnicis non multum post tempus Tridentum veniens devastavit. Quem subsequens Evin (42) Tridentinus Dux, in loco qui Salurnis dicitur, suis cum sociis interfecit, prædamque omnem, quam ceperat, excussit. Expulsique Francis Tridentinum territorium recepit. (43)

CAP. X.

De morte Sigisberti Francorum Regis; & de nuptiis Evin ducis.

C Hoc tempore Sigisbertus Rex Francorum occisus est, fraude Hilperici germani sui, cum quo bellum inierat. Regnumque ejus Childebertus ejusdem filius adhuc puerulus, cum Brunichilde (44) matre regendum suscepit. (45) Evin quoque Dux Tridentinorum, de quo præmisimus, accepit uxorem filiam Garibaldi Bajoariorum regis. (46)

CAP.

D (42) Alias Eovis, & sic infra. Lind.

(43) Francorum in Italiam contra Langobardos excursus iste à Signio int. an. 577. merito recensetur, de locis hoc capite memoratis, vide Cluvenium in sua Italia.

(44) Brunichilde. Lind. & Mod.

(45) Hæc item à Gregorio Turon. acceperat Paulus, belumque inter Sigebertum, Guntramnum, & Chilpericum, vide lib. 4. Sigebertum à duobus sicariis cultro veneno infectis è vita sublatum constar arte Fredegundis Chilperici Regis uxoris, quod & Sanctus Germanus ante prædixerat Sigeberto, monens ne Chilperico fratri mortem parancio in foveam caderer, quam fecisset. Communi literatorum calculo annus emortualis Sigeberti DLXXV. numeratur.

(46) Fusi narrat Joannes Aventinus in Ann. Bojor.

E Fraude Fredegunda uxoris Hilperici à duobus perfugis Sigebertus mitil minus mitem, quippe ab eisdem fratribus consilia exploratus, confodatur. Exercitus sine duce, quo quemque timor tulit fugâ dilapsus est. Brunylda capta, Hildebertus impubis imminentि pericolo ereptus à Gundovalda duce in Germaniam abducitur: in Mediomaticum urbe Rex salutatur: & intra: Porro Theodeberti filius Gariovalda Sigeberti mortem divulgit, Tessalonum simul perisse dicitans. Deinde ducatum Bajoarie intercipit, Bojor in sua verba jurare cogit, & quo augustinor foret (contempta Hildeberti pueritiae, Hilperici & Guntrammi Regum Francia ignoravi, quod stupris, luxuque perditi, mutuis insuper si ipsos vulneribus conficerent) Regem se appellat. Deinde ut opes firmaret suas Langobardorum proceres affinitate sibi jungit: dat in matrimonium Evin duci Tridentino suam, alteram Theodolindam nomine &c. Utvario Regi Langobardorum despendet.

- (33) Alias Laban, & sic semper. Gregorius Turon. cum Raban vocat. Lind.
 (34) Alias Macbonem villam. Lind. Macbaovillam. Mod. quæ lectio vet. cod. Corb., & Bellov. hift. Franc. D. Greg. ut observat Ruinartus hoc loco.
 (35) Hæc lectio Ruinarto probatur in notis ad D. Greg. qui hoc addit: alii Deensem, quod permido est. Namque Dia, seu Dea Vorientiorum civitas episcopalis etiammunc celebris. Tamen Bellov. babet Virduensem, & Corb. Virdunensem, quamquam prima manu scriptum fuisset Virsunensem; sed correctio ejusdem est avi, ac codex MS. Et quidem Freberus in marg. monet in MS. scilicet Palatino baberi Virduensem. Unde Valeius existimat duo banc urbem nomina babuisse, latum unum, Deam scilicet, alterum gallicum, quod est Virdunum &c.
 (36) Alias Aquensis. Lind.
 (37) Alias Mummulum cum exercitu occurrentem babuerunt, commissisque prælio ab eodem victi sunt. Lind.
 (38) Alias Segusium. Lind. vulgo Suze ad Duriam amnem.
 (39) ad quem puer à Mummulo missis literas pertulit Mummulum adventare significantes. Lind.
 Pueri vox sic posita posteriorum temporum Scriptoribus nil aliud, quam famulum denotat ea notione Sidonius usus est lib. 1. epist. 11. Si venatione ruita procedit, arcum lateri immettere citra gravitatem regiam judicat. Quem tamen, si cominus avem feramque venanti monstres, aut vianti deus obtulerit (sic lego ex MS., qua aliquando usus, sceda. vulgo venanti monstres, aut vianti) manui post tergum reflexa puer inserit, nervo loroue fluctuantibus. Lind.
 (40) Alias Largare Ragilo. Sed & ita in MS. legitur: quam ob causam Comes Langobardorum id... volens Ragilo nomine Anagnis veniens deprædatus est eam. L.
 (41) Alias ad Magnos, & sic infra quoque Lind.

C A P. XI.

De morte Justini minoris.

PER hæc tempora apud Constantinopolim, ut supra præmissum est, Justinus minor regnabat, (47) vir omni avaritiae deditus, contemptor pauperum, senatorum spoliator. Cui tanta fuit cupiditatis rabies, ut arcas juberet ferreas fieri, in quibus ea, quæ rapiebat auri talenta congereret. (48) Quem etiam ferunt in hæresim Pelagianam dilapsum. (49) Hic cùm à divinis mandatis aurem cordis averteret, justo Dei judicio, amissio rationis intellectu, amens effectus est. (50) Hic Tiberium Cæsarem adscivit, (51) qui ejus palatum, vel singulas provincias gubernaret; hominem justum, utilem, strenuum, sapientem, eleemosynarium, in iudiciis æquum, in victoriis clarum, & quod his omnibus supereminet, verissimum Christianum. Hic cùm multa de thesauris, quos Justinus aggregaverat, pauperibus erogaret, Sophia Augusta frequenter eum increpabat, quod Rem publicam redegisset in paupertatem, dicens: Quod ego multis annis congregavi, tu infra paucum tempus prodige dispergis. Ajebat autem ille: Confido in domino, quia non deerit pecunia fisco nostro, tantum ut pauperes eleemosynam accipiant, ut captivi redimantur. Hoc est enim magnum thesaurum facere, dicente domino; Thesaurizate vobis thesauros in cœlo, ubi neque ærugo, neque tinea corrumpt, & ubi fures non effodiunt, nec furantur. Ergo de his quæ tribuit dominus, congregemus in cœlo thesauros, & dominus nobis augere dignabitur in sæculo. (52) Igitur Justinus cum undecim annis (53) regnasset, amentiam quam (54) incurrebat, tandem cum vita finivit. Bella sancæ per Narsensem Patricium Gothis, vel Fran-

A cis illata, superius per anticipationem diximus, hujus temporibus gesta sunt. (55) Denique & cùm Roma temporibus Benedicti Pape, vastatibus omnia per circuitum Langobardis, famis penuria (56) laboraret, multa millia frumenti navibus ab Ægypto dirigenς (57) eam suæ studio misericordiæ relevavit.

C A P. XII.

De principatu Tiberii Constantini, & de bonis aëtibus ejus.

MORTUO ergo Justino, Tiberius Constantinus, Romanorum regum quinquefimus, sumxit Imperium. Hic cùm, ut superius diximus, sub Justino adhuc Cæsare palarium regeret, (58) & multas cotidie eleemosynas faceret, magnam ei dominus auri copiam subministravit. (59) Nam deambulans per Palatium, vidit in pavimento domus tabulam marmoream, in qua erat crux dominica sculpta, & ait: Crucem domini, (60) qua frontem nostram & pectora munire debemus, (61) ecce eam sub pedibus conculcamus. Et citius dicto jussit eandem tabulam auferri. Desossaque tabula, atque erecta, inveniunt subter & aliam hoc signum habentem, qui & ipsam jussit auferri. Qua amota, reperiunt & tertiam, jussuque ejus cum hæc fuisset ablata, inveniunt magnum thesaurum, habentem supra mille auri centenaria. Sublatumque aurum, pauperibus adhuc abundantius quam consueverat, largitur. (62) Narres quoque patricius Italiæ, cùm in quadam (63) civitate, intra Italianam, domum magnam haberet, cum multis thesauris ad supra memoratam urbem advenerit. Ibique in domo sua occulte cisternam magnam fodit, in qua multa millia centeniorum auri, argenteique reposuit. Interfectisque omnibus consciis, uni tantummodo feni

- (47) Justinum juniores anno DLXV. Imp. suscepisse notavi lib. 2. cap. 4. Eminentiss. Norissi conjecturam sequutus in aurea dissert. de V. Synodo.
 (48) Hæc iisdem fere verbis Hist. Miscel. lib. 16., quæ fortasse ab eodem Paulo fuerunt inserta.
 (49) Legerat hoc Paulus in D. Gregor. Turonensi, qui solus hæresim Justino exprobavit.
 (50) Justinum ob plures acceptas clades in phrenesim incidisse Gracis, Latinisque illius avi Scriptoribus narratur. Evagrius lib. 5. cap. 12. addit Sophie Augustæ legationem ad Choiroen Regem Persarum de viri sui calamitate conquerentis, inducias quæ à victore petentis. Morbo elatus Justinus in Biduarium fratrem suum irruit, injuriisque lacepsivit; sed lucido post mentis usu respiscens iterum honestavit. Abbas Biclariensis, qui tunc temporis Constantinopoli degebatur in suo chronico, haec scribit: *Justinus Imp. gravi infirmitate concutitur, quæ infirmitas ab aliis quidem cerebri moto, ab aliis demonum vexatio putabatur.* Iisque Baronii sententiam firmaverim ad Justinum hunc II. ea referentis, quæ D. Gregor. Turonensi. in lib. de glor. Martyr. cap. 6. narrat, per virtutem sancti Freni, quod maximum nunc felicissimæ hujus Metropoleos decus, & præsidium, ab illusionibus dæmonum Imperatorem Justinum liberatum.
 (51) De anno quo Tiberius Cæsar adoptatus fuit à Justino, &c ad Imp. vocatus pluribus post Baronium disputatione Eruditæ argumento potissimum ducto è lapide Romano, quem Boetianum appellant, ac tandem universorum fermè consensu DLXXIV. assignatus est, dies adhuc in incerto. Rei actæ largissimum testimonium in Evagrio lib. 5. cap. 13. Cedreno, Greg. Turon., Miscel., aliisque passim. Hoc unum differunt inter se, quod alii Joanne Patriarcha, cæteri Eutychio astante, atque universo Senatu Tiberius adoptatus fuerit; at in omnibus reponendum est Joannes, quippe constat S. Eutychium tunc temporis exulē ab ipso Tiberio fuisse postea revocatum.

- (52) Alias in cælo. Lind.
 Hæc item in Greg. Turon. & Miscel. ferè ad verbum.
 (53) Alias XII. Lind. & ita Mod. quæ lectio vero propius accedit, quippe non undecim tantum annos regnavit Justinus, sed communi Eruditorum calculo duodecim, menses decem, depositusque fuit die V. Octobris anni DLXXVIII. ut ex Norio recentiores.
 (54) Alias amentia quam incurrebat, tandem vitam fecit Lind. & Mod.
 (55) Noster his verbis ea quæ superius narravit manifestè revocat; at nos chronologis ordinem suis locis notavimus.
 (56) Alias violentia. Lind.
 (57) Alias dirigenς Tiberius. Lind.
 (58) Inde Curæpalati vocati lib. 1. C. de Comit. & Trib. Scholar. De his bene Corippas de laudibus Justinii lib. I.
*Cum magni regeres divina palatia patris,
 Par extans curis, solo diadema dispar,
 Ordine pro rerum vocitatus Curæpalati.*
 Agathias eos solūmmodo Curatores, dicitos scribit lib. V. Αὐτοὶ μὲν τὸ ὄνταν αἴσια πεπημένοι,
 καὶ τρόπῳ τὸ ὄφοντα τίθεσθαι, καὶ τοιμήσιαν τὸ βασιλίους αἰχνύτης καὶ κυμάτων αἴρεις εὐλιχότε. Καρπίσσες δὲ πάντας καλάσσοι φυκιώτες. Formulam eorum vide apud Caffiodorum lib. VII. Lind.
 (59) Alias suppeditavit miro quodam judicio. Lind.
 (60) Ruinarius ad D. Gregor. Turon. optimè notavit leg. C. Theodos. qua Impp. prohibuerant ne Crux Domini in solo signaretur.
 (61) Tertullianus de corona Militis cap. 4. Ad omnem progressum, atque promotum ad omnem aditum, ad exitum, ad vestitum, ad calceatum, ad lavacra, ad mensas, ad lumina, ad cubilia, ad sedilia, quacumque nos excusatio exercet, frontem Crucis signacula terimus. Lind.
 (62) Hæc omnia Greg. Turon. & Miscel.
 (63) Amb. in quadam Italia civitate.

seni hæc per juramentum ab eo exigens, commendavit. (64) Defuncto vero Narsete, supradictus senex (65) ad Cæfarem Tiberium veniens, dixit: Si inquit, mihi aliquid prodest, magnam rem tibi Cæsar dicam. Cui ille: Dic ait quod vis, proderit enim tibi, si quid nobis profutrum esse narraveris. Thesaurum inquit, Narseti habeo reconditum, quod in extremo vitæ positus celare non possum. Tunc Cæsar Tiberius gavisus, mittit usque ad locum pueros suos, præcedentem verò senem hi sequuntur attoniti. (66) Pervenientesque ad cisternam, deopertam ingrediuntur. In qua tantum auri vel argenti repertum est, ut per multos dies vix à deponentibus potuisset evacuari. Quæ ille penè omnina secundum suum morem erogatione largiflua dispensavit egenis. (67) Hic cum Augustalem coronam accepturus esset, (68) eumque juxta consuetudinem ad spectaculum circi populus expectaret, insidias ei præparans, ut Justinianum, Justini nepotem, (69) ad dignitatem Imperatoriam sublimaret, (70) ille per loca sancta prius procedens, dehinc vocato ad se Pontifice (71) urbis, cum Consulibus, ac Præfectis Palatium ingressus, indutus purpurâ, diadema te coronatus, throno imperiali impositus, cum immensis laudibus in regni gloria confirmatur.

(64) Alias puerulo, qui juramentum ab eo obstrictus erat commendavit. Lind. & Mod.

(65) Alias supradictus puer jam senex eff. Ius. Lind.

(66) Post v. pueros suos, hac alias delunt. Lind.

(67) Integrum hanc de Narseti thesauro narrationem à D. Gregorio Turonensi Paulus noiter accepit, & ipse fortasse author Hist. Mscel. atque Anastasius Bibliothecarius. Græcis Historicis ne verbum quidem, eaque de causa communiter inter fabulas numeratur; At meo quidem judicio, quidquid de thesauro quisque sibi persuadeat, malo utus est argumento Pagius, ut Paulum nostrum erroris evinceret, hæc scribens. Secundò fabulosum, quod idem Paulus lib. 2. cap. 11. de Narsete tradit, cum scilicet Roma ex bac luce subtrahum esse, ejusque corpus positum in locello plumbeo cum omnibus ejus divitiis Constantinopolim esse perlatum. Si enim Narses, ut postea refert Paul. lib. 3. cap. 12. cum multis thesauris Constantinopolim advenit, ilisque occulte cisternam magnam fudit, in qua thesaurum suum reposuit, ac in ea urbe defunctus sit, ut idem balat, quomodo Rome mori potuit, omnesque ejus divitiae Constantinopolim Româ perferriri. At pace tanti viri Paulus noiter minimè sibi contradicit; quippe si bene sensum narrationis ejus teneo, non Constantinopoli thesaurum absconditum scribit, sed in quadam civitate intra Italiam, atque ut in Amb. legitur Italiæ, unde postmodum, mortuo Narsete, Constantinopolis est allatus, eoque sensu accipiendus Gregorius Turon. cuius eadem serè sunt verba. Ceterum laudat Narsetus pietati servorum cædem non consentire dicendum est, eti latini Scriptoribus tanto viro avaritia nota inauratur.

(68) Anno scilicet DLXXVIII. quo Justinus è vivis excesserat.

(69) Justinianus Germani filius Romano exercitu dux à Tiberio præpositus.

(70) Optimè de hoc ritu Europalata, μετὰ δὲ τὸν, ὁ νέος βασιλέως ἐπὶ συντρίψι καθεδεῖς ἐπαγέμει τὸν ὄφος, καὶ φαινεται πάσι τοῖς κάτωτεν ἰσαυτεοῖς πλήθεσι. καπίχασται δὲ τῷ μὲν ἀμφοδεῖ τὸν αὐτοῖς τῷ βασιλέως καὶ τῷ εἰς ἀναγορόντοις, εὖν ζῶντι, καὶ ὁ πατριάρχης. τῷ δὲ εἰς πλαγίους καὶ ὄπισθεν, οἱ ἐξεισαστοι ὑπερέχοντες. ἡγεμονεύοντες, σεβασμούτορες, εὖν οἴσιν. οἱ δὲ μη, οἱ κρείττονες καὶ ἀγενέσεοι τῷ αρχόντων: οἱ δὲ εἰς εἰσι πατήρ, καὶ μὲν τοῖς αὐτοῖς ἀμφοδεῖς ὁ ἀντιμοίρος τῷ αξιωματιών τῷ τῷ αρχόντων μετὰ τῷ πατριάρχῃ. τῷ δὲ γε ὄπισθεν, ὃς ἐπούει. Corippus lib. 2.

*Quatuor ingentius clypeis sublimius orbem
Ad tollunt lechi juvenes, manibusque levatus
Ipse ministrorum supra stetit.*

Plura lege apud Petrum Pythœum J. C. advers. lib. 2. cap. 6. Post levationem verò à Patriarcha ungebatur. Europalata. Menē δι τοῦτο επαγέμει μὲν δ. Tom. I.

A Quod ejus adversarii audientes, nihilque ei, qui in Deo spem suam posuerat, officere valentes, magno sunt confusione pudore cooperti. Transactis autem paucis diebus, adveniens Justinianus, pedibus se projectit Imperatoris, ob meritum gratia, quindecim ei auri centenaria deferens. Quem ille secundum patientia suæ ritum colligens, sibi in Palatio adserere jussit. (72) Sophia verò Augusta immemor (73) promissionis, quam quondam in Tiberium habuerat, (74) insidias ei tentavit ingerere. Procedente autem eo ad villam, ut juxta ritum Imperiale triginta diebus ad vindemiam jocundaretur, (75) vocato clam Justiniano voluit eum sublimare in regno. Quo comperto Tiberius cursu veloci (76) Constantinopolim regreditur, apprehensamque Augustam omnibus thesauris spoliavit, (77) solùm ei victus quotidiani alimentum (78) relinquens. Segregatisque pueris ejus ab ea, alios de fidelibus suis posuit, qui ei parerent, mandans ut nullus prorsus de anterioribus, ad eam haberet accessum. (79) Justinianum verò verbis solummodo increpatum, tanto in posterum amore dilexit, ut filio ejus filiam suam promitteret, rursumque filio suo filiam ejus expeteret. Sed hæc res quam ob causam nescio, minimè ad effectum pervenit. (80)

Hu-

C τοῖς βασιλέως, δ, τι ἀν φορῇ ἐπὶ κεφαλῆς. Λέσις ὅτι πάντες ὅσοι διάσπονται ἐν τῷ ταφῷ αποκαλύπτεσθαι τὰς κεφαλὰς ἴσανται. ο δὲ πατριάρχης χειρὶς σαυκούσιας τὴν κεφαλὴν τῷ βασιλέως τῷ θεῖ τούτῳ, εἰπεῖσθαι μετάλη τῷ φονῷ τῷ, ἀγιος. Liutprandus lib. VI. Miro ornatus, miroque apparatu suscepitus ab eod. in Summ. Pontific. Et. inclinacione suæ pit Imperii. Ideoque sapientissime hæc ita juncta videbis, in regem sublimatus, uniculusque. Lind.

(71) S. nempe Eutychio Patriarcha Const., qui non diu post Joannis Scholastici mortem anno DLXXVII. experiente univerlo populo, clarusque miraculis in suam sedem ab ipso Justino, ac Tiberio tuerat restitutus.

(72) Hæc iterum Paulus cum ceteris omnibus in praesenti capite narratis à D. Gregor. Turon. pene ad verbum in suam transtulit historiam.

(73) Mod. mendax.

(74) Alias Tiberio fecerat. Lind.

(75) Non novum hoc apud historicos, maximè illos qui Imperatorum vias scriperunt. Non solùm autem vindemiarum tempore ferierant, sed & messium: de his agitur Cod. Theod. de feriis lib. 2. Omnes dies iubenus esse juridicos, illos tantum manere feriarum dies fas erit, quos geminis mensibus ad requiam taloris indulgentius annus accepit, astros ferioris mitigandis, & autumni fastius decerpens. Nam tunc temporis caulfam agere, aut dicam aliqui scribere, legibus non licet, quod & Statius tangit: lib. IV. hilvarum.

*Certe jam latia non miscent jurgia leges,
Et pacem piger amus labet, missisque reverse
Limisere forum, nec jam tibi turba rerum
Vestibulo, querulique rogant extre clantes.*

Minutius Felix in Octavio. Ad vindemiam s. r. i. e. judicariam curam laxaverant. Post electionem quoque Imperatoris feriari moris erat. Europalata: Δίκαια δὲ ἐρεψης κατέπει, η τλείνει, η ἐγγύει ελαττατούσιν (οὐδὲ γάρ εἴτε νεομονιόνος αριθμός καμερῶν. αλλ' οταν ἀν βασιλέως ἐρεψεται παντάς).

(76) Amb. velociſſimo.

(77) Amb. spoliatam.

(78) vicitur quotidiam, & amissum relinquens. L. & M.

(79) Caulam cur Sophia Augusta post mariti obitum fit averlata Tiberium paulo altera narrat Histor. Mscel. lib. 17. ex Zonara fortasse; nempe ciam acclamatum effit Anastasia Augusta, tu vincas; salva Domine quos imperare jussisti iratam esse rei novitatem, qua sive decidat le Augustam, uxorenque Tiberio futuram, ipsius namque matrimonium ignorabat, quod vix credibile in Imperatore.

(80) De maximo clementia Tiberii exemplo dubitacionem injiciunt, quæ à Græcis auctoribus narrantur de Justiniano: constat enim Tiberium, abrogata illius porcitate, quod in Persas non eadem, qua

Ppp prius

Hujus exercitus ab eo directus Persas (81) potentissimè debellavit, victorque regrediens, tantam molem prædæ, cum viginti pariter Elephantis detulit, ut humanæ crederetur posse sufficere cupiditati. (82)

CAP. XIII.

*De aureis quos Hilperico Imperator d̄rexerit ,
& de Beato Gregorio .*

AD hunc Hilpericus (83) Francorum Rex
suos legatos dirigens, multa ab eo orna-

prius fortuna uteretur, Mauritium suffecisse cumque de tempore vix liquido constet. Simocata enim lib. 3. cap. 15. vivo adhuc Justino, Evagrius lib. 5. cap. 19. & Biclariensis inter Latinos habent Tiberius post mortem Justini cim jam Imperiale coronam gestaret, Justiniano potestatem abrogavit, facilius mini persuaserim utraque de causa conjurationis nempe, ac desidiae Mauritium Justiniano fuisse subrogatum.

- (81) Alias in Persia missus, Persas potentissimè debellavit.
Lindenb.

(82) Hæc Justiniani de Chosroe Rege , Persisque victoria narratur à Theophylacto lib. III. cap. XII. &c seq. Theophane , aliquique Grecis Scriptoribus ad superiores tamen annos est revocanda nempo ad DLXXV. Ex nostris Biclaricenis ad ann. IX. Justini . Cofstroes Persarum Imp. cum nimia multitudine exercitus ad vasundos Romanorum terminos promovet : cui Justinianus dux Romana militia , & Magister militum Orientis à Tiberio destinatus bellum parat : & in campos , qui inter Daras , & Nezinios ponuntur , forti pugna congressus , babens secum gentes fortissimas , qua barbaro sermone Hermam nuncupantur , memoratum Imperatorem bello superat . Quo cum suo exercitu in fugam verso , castra ejus pervadit , & Provincia Persida fines victor Justinianus vasbat , exuviasque eorum pro triumpho Constantinopolim dirigit XXIV. elephantos inter cetera , qui magnum spectaculum Romanis in urbe Regia exhibuerunt.

(83) Alias Copticus . Lind.

(83) Alias *Comptonia*. Lind.
 (84) Alias *nunmos*. Lind.
 (85) Amb. *habentes quadrigam &c.*
 (86) Alias *equum*. Lind. & Mod.

(87) Ad hæc tempora revocanda su

nander Protector edit. Regia

δε τὸ πάτερν ἔπος Τιβερίς Κ

σιλας, εν τη Θράκη ξωπονέχων τη Σχλαβίσων εθνος μεχρι πουχλισίδων έκαπον 8CC. Οτι ό Καϊσαρ ἔσεις κατε την Ιταλίαν χρυσόν συχνόν, ἀχρι κεντητωρίων τριάκοντα, ἀπινγε δι τη Παυφρούριος ἐνομα, αξέιματα βασιλίεντα παπή ἐκοιτάπει εἰς τὴν πρεβυτήρας Ρώμης. καπά δή την βασιλίδια τηνικαῦτα ἀφιγμένος ἐπὶ πότη, ἐφ' ὁ δεσποις τῷ Καϊσαρι προσαγαγέν, τῇ Ιταλίᾳ ἐπεπτυχυμένη της οἵη Λογγιβάρδων ἐπιδρυκής ἐπαιμάω. ό δή Καϊσαρ, ἐπειδικτῶν δὲ πολεμων ὁ Γερτικός ἄπαντα λό, κατιστεῖτο δόλος. ἐκῆσε δρατίαν ἀχ οἵσις τε λό ἐπτεμπειν. οὐδὲ μάλιστα τῇ ἦν κατι κατε την ἐσφέρων πολεμητία γε αυτῷ ἀναιδόκει. χρίματα δέ ἀλλας ἐπέδωκε Παυφρούριον, ἐφ' ὁ τινάς οἵη ηγεμόνων τῷ Λογγιβάρδων ἐθνες (ἀπώς γε ἔσαι αυτῷ διωστε) πείστο τῷ κέρδος ιμικραν τῷ μεταβαλέθωσι αἱ Ρωμαίας ἔξα τῇ κατ' αυτές διωσάσι. κατι πότε τῇ Ιταλίᾳ μη ἐνοχλήν. πότε δέ κατε την ἔω πολεμησόντων, κατι τη Ρωμαϊκήν ἐπικράτειαν ἐπικράτειαν απετέννυτο δέ οἵη Λογγιβάρδων, οια είκις. την ἐπορχαν ἰέναι, κατι τινάς οἵη φραγγικῶν ηγεμόνων διζ της οἵη χοημάτων ἐπιδώτεων ἐτηρίσαθαι. κατι παύτη σελεύσιο τε κατι ἐκτρίψαι οἵη Λογγιβάρδων την διωσιν.

*Circa quartum Imper. Tiberii Constantini annum centum
fere millia Sclavorum in Thraciam irruperunt &c.
Cæsar misit in Italiam magnam auri quantitatem us-
que ad centum tringinta pondo, que Pamphronius no-
mione, dignitate Patricius a seniori Roma ad Impera-
torem attulerat. Is tunc ad regiam venerat, ut pre-
cibus à Cæsare impetraret, ut Italiam à Langobar-
dorum excursionibus oppressam in libertatem vindica-
ret. Cæsar verò, cui omnia præ bello Persico nullius
momenti erant, quippe qui totus in illud incumberet,
exercitum mittere non potuit, neque bellum in Orien-
te, & in Occidente simul sibi gerendum statuit, sed
pecunias dedit Pamphronio, quibus si qua posset, ali-
quos Langobardorum persuaderet ad Romanos transfre-
re cum eorum exercitu, & Italiam minime turbare.
Si Langibardi renuerent, ut virissimile erat, bellatum*

A **menta , aureos (84) etiam singularum librarum suscepit , habentes (85) ex una parte effigiem Imperatoris , & perscriptum in circulo , TIBERII. CONSTANTINI. PERPETUI. AUGUSTI. & ab alia parte habentes quadrigam , (86) & adscensorem , continentes scriptum : GLORIA ROMANORUM . (87) Hujus in diebus Beatus Gregorius Diaconus , qui post Papa exitit , cum esset Apocrisiarius , apud eandem regiam urbem , (88) Morales libros composuit , (89) Eutychiumque ejusdem urbis Episcopum , de resurrectione errantem , in conspectu ejusdem Augusti superavit . (90) Hac etiam tempestate Fa-**

foris ire, Francorum Ducum aliquos mercede sibi socios adjungere, & bac ratione Langobardorum potentiam latefactaret, atque infringaret.

- (88) Varie discussum est inter Eruditos, quo Pontifice S. Gregorius M. Apocrisarii Sedis Apostolicae munere Constantinopolim fuerit legatus. Melior tamen conjectura probatur ea, qua Eminentissimus Norisius, Pelagium II. asserit hoc ei muneris injunxisse, atque in S. R. E. Cardinalem Diaconum legisse initio sui Pontificatus, & imperii Tiberii Caesaris. Apocrisarii munus passim in retum Graecarum Scriptoribus occurrit, caque officii summa, ut procurandis Ecclesiae negotiis apud Imperatorem vacaret, quod &c in glossariis notatur. Vir Clar. Bacchinius in Pontif. Ravennate ad vitam Joannis Rom. animadvertisit ex epistola ejusdem D. Gregorii ad Caftorum, delegata Exarchis Imperatoris potestate, Ronanos Pontifices suos etiam Apocrisarios Ravennam misisse. Exstat ad D. Gregor. Pelagii II. epistola data IV. Nonas Octobris Indict. III. Christi anno DLXXXV. dum Constantinopoli Apocrisarii munere fungeretur ad res Langobardicas hoc tempore cognoscendas aptissima, eamque in supplementum Pauli nostri de Baronio excerpit.

*Pelagius Episcopus dilecto filio Gregorio
Venerabili Diacono.*

Omnia quidem qua necessaria fuerant per Honoratum Notarium tibi curavimus indicare, quam cum fratre, & Coepiscopo Sebastiano ad dilectionem tuam direximus: Ut quia in illis partibus ad Ravennam usque nunc cum viro glorioſo domino Docio Patricio fuit, ipſe ſua relatione ſtudeat te de omnibus informare: vel si necessaria judicaveris, poſſis domino Imperatori ſuggerere, quia tanta calamitatis, ac tribulationes nobis a perfida Langobardorum illatae ſunt contra proprium iurijurandum, ut nullus poſſit ad referendum ſufficere. Predictum autem fratrem Sebafſianum quomodo ſuſcepferimus, vel quali apud nos te ſuggerente fuerit charitate, ipsius poteris relations cognoscere. Qui etiam jam promiſt nobis, neceſſitates, vel pericula totius Italiae piissimo D. Imp. ſuggerere.

Loquimini ergo & tractate pariter, quomodo nostris celester possitis subvenire periculis: quia ita tac coangustiata est Respubl. ut nisi Deus prissimi in cardine Principis inspiraverit, ut instam filia misericordiam suis famulis largiatur, & super illam diaconi, vel unum Magistrum militum, & unum ducem dignetur concedere, in omni jimus angustias desficiat, quia maxime partes Romane omni praesidio vacuatae videntur.
Et Exarchus scribit nullum posse nobis remedium facere: quippe qui nec ad illas partes custodiendas se testetur posse sufficere. Imperet ergo illi Deus nostris velociter periculis subvenire antequam nefandissima gentis exercitus loca, quae à Republica detinentur, Deo filii contrario (quod alijst) prævaleant occupare &c. Harum literarum stimulis, & D. Gregorii opera gesta esse, quæ supra notavi ex Menandro cederem, nisi metachroni simi vitio argueret.

- (89) Verius dixisset scribere incepit , quippe Moralium libros Constantinopoli reversus absolvit .
 (90) De S. Eutychii errore idem S. Gregorius comment. in Job. vers. & rursus circumdabor pelle mea, enarratis iis , que scripserat Patriarcha de Resurrectione , nempe futuram absque palpabili carne , subdit . Tunc itaque de bac re in longa contentione perduicti , gravissima cœpimus à nobis similitate resilire . Cum pia memoria Tiberius Constantinus Imper. secretò me , & illum suscipiens , quid inter nos discordia versaretur agnovit , & utriusque partis allegationes persans , eundem librum , quem de Resurrectione scripsérat , suis quoque allegationibus destruens , deliberavit , ut flamamis cremari debuisset . A quo ut egrissi

Faroald (91) primus Spoletanorum dux, cum Langobardorum exercitu Classem (92) invadens, opulentam urbem, spoliatam cunctis divitiis nudam reliquit. (93)

C A P. XIV.

De morte Probini Patriarche.

Mortuo verò apud Aquilejam Patriarcha Probino, (94) qui Ecclesiam unum rexerat annum, eidem Ecclesie Sacerdos Helias praeficitur.

C A P. XV.

*De morte Tiberii Constantini Augusti,
& de Imperio Mauritii.*

Tiberius igitur Constantinus, postquam Imperium septem rexerat annis, (95) sentiens sibi diem mortis imminere, unà cum con-

simus, me agritudo valida, eudem verò Eutycium agritudo, & mors protinus est sequuta &c. Unde facile annum actae disputationis conjicere licet, nempe ultimum S. Eutychii, qui fatalis etiam Tiberio fuit.

(91) Alias Faroaldus. Lind.

(92) Fidem adstruit Paulo Agnellus in vita S. Joannis XXXII. Agilulphi Regis tempore Ravennatis Ecclesie Episcopo. Scribit ille. *Hic autem agunt quidam cives civitatem Clasis ab hostili populo ope multa Ecclesia tribus vicibus emit; non solum civitatem, sed & habitantes in ea cum suburbanis suis omnibus ut factum suum emit.* Quæ licet in Faroaldi tempora quadratè non convenient, subsequentem infelissimæ urbis fortunam declarant.

(93) Hic inferenda sunt, quæ refert Mabillonius tom. II. vet. analect. ex subscriptione in calce Collectanei ex libris S. Augustini per Eugipium Presbyterum, & Abbatem Lucullanensem excerpti, quæ ita legitur. nempe Reduce Neapolitanæ urbis Episcopo. *Et eo jubente ego Petrus Notarius S. Ecclesia Catolice Neapolitanæ, ut potui, emendavi sub die iduum Decembrium, Imperatore Lomino nostro Tiberio Constantinopolis Agusti anno septimo, post Consulatum eiusdem Agusti anno tertio. Indictione quindecima, obidentibus Langobardis Neapolitanam civitatem. Iruptionis Langobardorum in Transiberinam Italiam, & Neapolitanæ urbis obsidionis sub XXXVI. Dicibus minimè Paulus meminit; sed infra cap. XXXIII. hæc scribit. Circa hac tempora putatur esse factum, quod de Autbari Rege refertur. Fama est enim tunc eudem Regem per Spoletium Beneventum pervenisse, eamdemque regionem cepisse, & usque etiam Regium extremam Italia civitatem vicinam Sicilia perambulasse, clarissimamque urbem à Joanne tantum Confino invasam refert infra lib. IV. cap. 35. At ni fallor consentaneum allato testimonium subdorare licet in Constantino Porphyrogenito eti tantopere à Peregrinio in sua dissertat. de tempore instituti Ducatus Beneventani exagitato; ipseque Paulus id minimè sibi, ut par erat, exploratum aperte fatetur; unde mancam illius historiam evincere possimus, non tamen supplere, deficientibus antiquarum rerum uberioribus monumentis.*

Ad Tiberii tempora revocavit etiam ex Anastasio Bibliothecario, aliisque Latinis Scriptoribus Langobardorum impetum in ipsam Romanam Sigonius, hæc scribens. *Proximo anno (nempe 579.) Longobardi communis confilio Etruriam, quæ in dictione Romanorum remanserat invadere, & si res prospèrè cederet, ipsam demum adoriri Romanam decrevere. Quare contractis undique copiis infesto agmine in fines irruperunt, ac populationibus effusè factis, agrisque latigine, ferroque vastatio oppida Romane dictioris aggressi sunt. Eo impetu Sutrium, Polimartium, Orta, Tudertum, Ameria, Perusia, Luceoli, & alia vix ostentata oppugnatione addulsa. Et infra: Longobardi inde spe certiore, sive præla, sive victorie Romane illecti in agrum Romanum processerunt, ac pecoribus, quæ adipisci potuerunt, abatis, sœde in homines etiam, arboreis, ac segetes, & tecta occurrentia severierunt, ac denum urbi ipsi castra admoverunt. Erat ursus non solum sine præficio, sed etiam sine Duce, quodque calamitatem civitatis augebat, ne frumentaria quædam rei si diutius sustinenda obſidio effet affarim erat, quod & continua Langobardorum invasions*

A filio Sophiæ Augustæ, (96) Mauricium genere Cappadocem, (97) virum strenuum, ad imperium elegit, ornataisque suam filiam regalibus ornamentiis ei eam tradidit, (98) dicens: (99) Sit tibi imperium meum cum hac puella concessum, utere eo felix, memor semper ut æquirate, & justitia deleteris. Hæc postquam dixit, de hac luce ad æternam patriam (100) migravit, (101) magnum luctum populis de sua morte relinquens. Fuit enim summa bonitatis, in eleemosynis promptus, in judiciis justus, in judicando cautissimus, nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate complectens, omnes diligens, ipse quoque est dilectus à cunctis. (102) Quo defuncto Mauricius induitus purpurā, redimitus diademate, ad circum processit, acclamatisque sibi laudibus, (103) largitus populo munera, (104) primus ex Grecorum (105) genere in Imperio confirmatus est.

C A P.

agrestes in agris sine periculo versari non patarentur, & ea aestate messum ribil faciunt, & priorum annorum inopia ipsa Ecclesia borrea jam prope funditus exbausisset. Quod cum Benedictus Pontifex pro sua prudentia corneret, extemplo literas ad Tiberium misit, orans ut si agrorum vadationi, atque Urbis obsidioni olviam ire pre longo marium, ac terrarum intervallo non posset, saltem se inopia, ac famis impendit periculo libraret, ac magnum frumenti numerum mari ad Urbem submitteret. Quod postquam accepit Tiberius, continuo naves onerarias in Agyptum ad coemendum frumentum ire, atque inde Romanam contendere jussit. Interim Longobardi cum tentate Urbis oppugnatione sapientis à muris Romanorum virtute repulsi minus opinione profecissent, Urbem obsidione cinxerant &c. Frumento tandem in Ostie portum allato, atque inde Romanam quamquam contra tendentibus Langob. enecto, de relinquenda ii obsidione cogitarunt, ac Romanis potentibus inducias concederunt.

(94) Nomen Probini, aliis deest. Lind.

Notanda vetustissima Patriarchæ appellatio.

(95) Nempe quatuor annos, mensis decem, & dies totidem solis, ceteros cum Justino patre.

(96) Quonam pacto Sophia Aug. quam supra rebellatem dixerat, in gratiam Imp. redierit, id omnino reticuit Paulus.

(97) Arabissum Cappadocie oppidum patriam habuit Mauricius genere Romanus.

(98) Alias eidem nuptum dedit. Lind.

Chronicon Alexandrinum Data illi nempe Mauritio in uxorem à Tiberio novo Constantino filia Constantina XIV. Augusti. Zonaras annual. 14. edit. Regiae Paris. f. 72. addit Tiberium sentientem ex phthisi mortem sibi imminentem Charitonem filiam Germano, Constantinam Mauritio in matrimonium dedisse, & utrumque Cæsarem appellasse. Inde Mauritium Imp. coronari jussisse.

(99) Vi morbi non pronunciavit ipse orationem Tiberius, sed ipsius jussu Joannes Rhetor, qui Quæstoris munere fungebatur: eam pluribus refert Zonaras lib. 18. cap. 6. elegantissimam sanè pioque dignam Imperatore. D. etiam Greg. Turon. unde Paulus hæc habet, aliquique plures.

(100) Aliis deest. Lind.

(101) Altera post orationem die.

(102) Sunt verba D. Greg. Turon. lib. 6. cap. 30.

(103) Alias laudibus, & plausibus. Lind.

Exempla ejus rei abunde in vitis Imperatorum habentur. Corippus

Laudibus innumeris regnantum nomina tollunt

Justino vitam tercentum vocibus optant.

Augusta totidem Sophie plebs tota reclamat

Mille canunt laudes vocum discrimine mille.

Justinum, Sophiamque pares duo lumina mundi

Esse ferunt: Rognate pares in sacula dicunt.

Felices annos dominis felicibus orant.

Insonuit vox illa diu, tandemque quietvit. Lind.

(104) Bis hoc siebat in electione Imperatoris à Senatorii ordinis viro, vocabanturque ea missilia ἐπικόμβια. Europalata φίττονται αἱ τὸν λαὸν ἀλέγοντις ἐπικόμβια. οἵτι δὲ πολέμων. τυμπανοῖς τονισματα χρυσῷ μὲν τρίᾳ, αργυρῷ δὲ ποσαῦται, καὶ τρίᾳ ὅτι ὁβόλων περισταντες, φίττονται αἱ τὸν τλῆθος. Lind.

(105) Alias in Grecorum Imperio confirmatus. Lind.

C A P. XVI.

De Regno Authari, & quanta securitas ejus tempore fuit.

ATVERÒ Langobardi, cùm per annos decem sub potestate ducum fuissent, tandem communi consilio Authari Clephonis filium supra memorati principis, regem sibi statuerunt. (106) Quem etiam ob dignitatem Flavium appellaverunt, quo prænomine omnes, qui poltea fuerunt, Langobardorum reges feliciter usi sunt. Hujus in diebus ob restorationem regni, duces qui tunc erant, omnem substantiarum suarum medietatem regalibus usibus tribuunt, ut esse possit unde Rex ipse, sive qui ei adhærerent, (107) ejusque obsequiis per diversa officia dediti, alerentur. (108) Populi tamen aggravati, per Langobardos hospites (109) partiuuntur. Erat sanè hoc mirabile in regno Langobardorum, nulla erat violentia, nullæ struebantur infidiae. Nemo aliquem injustè angariabat, (110) nemo spoliabat. Non erant furta, non latrocinia, unusquisque quò libebat, securus sine timore pergebat. (111)

C A P. XVII.

Quomodo Childebertus Italiam introivit, sed facta pace discessit.

HOCTEMPORE Mauricius Imperator, Childeberto regi Francorum quinquaginta millia solidos per legatos suos ob hoc direxit, ut cum exercitu super Langobardos irrueret, eosque de Italia exterminaret. (112) Qui cum

(106) Anno DLXXXVI, cum Pagio Antaris electionem assigno, pluribus in diversam sententiam euntibus, qui ut subsequentium rerum chronologiam servare posint, annos Ducum contra Pauli testimonium ad minorem numerum perstringere coguntur, vel ut Sigonius, & Baronius habent ad antecedentem an. electionem retrahunt. Abbas Biclarensis in Chronicō. *Anno Leovigildi XIII. Longobardi in Italia Regem sibi ex suo genere eligunt vocabulo Antharic, cuius tempore & milites Romani omnino sunt coi. Annus vero Leovigildi XIII. Chr. DLXXXVI. minime respondet, si cum ipso Pagio numeretur. Eminentissimus Baronius ex D. Gregorio proximum Antharic electioni miraculum clavis Sancti Petri narrat, quod subsequentibus fortasse annis accidit.*

(107) Alias ad. Lind. & Mod.

(108) Ex legib⁹ Langobardis, quid simile conjicere licet, de tributis Regi debit⁹, quæ tertio quoque anno in Palatum inferebantur, ut Gualla scribit. Quod & notasse memini virum eruditissimum Sinapium, editis in arte Medica libris laudatum, in suis MSS. commentarijs, in quos totius ferme antiquitatis selectissimos flores congesit. Eos Excellentis. Comes Carolus Arachintus genio, doctrinaque sua servavit; & in florissimam bibliothecam congesit. Sinapius enim frequenti literatorum hominum infelicitate pressus, eo fortunæ injuriæ miseriarium venerat, ut in hoc Mediolanensi Nosocomio vita functus, commentarios hosce suos, unicam hereditatem, prius occupantibus reliquerit.

(109) Amb. pro Langobardis bosphorus.

(110) *Nec aliquem iuste angariabant, nominem spoliabant.*

Modoet.

Glossarium *Angaria* Ἀγγαρία, αὔγαρία, ἀγγαρία. Inde angariare verbum, & Angarianus, qui agrum locat, ut angariam accipiat, ut habetur in veteribus glossariis, que docti viri de angariis, & parangariis scriperunt non compilo, quin potius letores ad eorum libros remitto. Lind.

(111) Adversus hoc Eminentissimus Baronius ann. 585. *Hoc Paulus: sed Longobardus etipse sua genti nimium favit: non ita cateri, qui hoc tempore vixerit, præstissim verò Gregorius Papa, qui saepe ob ingentia ab eisdem sclera perpetrata, ipsos Longobardos gentem nefandissimam nominat, compluraque de sidem refert, qua contraria omnino iis, qua à Paulo narrantur esse noscuntur. Non negaverim tamen sub Antharic Rege Langobardorum saevitiam tempestate novam Regni formam, qua prioribus deprationibus fortasse cessatum, cautumque ne Lan-*

A innumeræ Francorum multitudine, in Italiā subito introivit. Langobardi verò in civitatibus communientes se, intercurrentibus legatis, oblatisque muneribus, pacem cum Childeberto fecerunt. Qui cùm ad Gallias remeasset, cognito Imperator Mauricius, quia cum Langobardis fœdus inierat, solidos, (113) quos ei ob Langobardorum detrimentum (114) dederat, replete cœpit. Sed ille suarum virium potentia fretus, pro hac re nec responsum reddere voluit.

C A P. XVIII.

De expugnatione Brexelli, & de fuga Doctrulfi ducis.

HIS ita gestis Authari Rex Brexillum civitatem, super Padi marginem sitam, expugnare aggressus est, in quam Droctulf (115) dux à Langobardis confugerat, seque partibus Imperatoris tradens, sociatus militibus Langobardorum exercitui fortiter resistebat. Iste ex Suavorum, hoc est, Alemannorum gente oriundus, (116) inter Langobardos creverat, & quia erat forma idoneus, ducatus honorem meruerat. Sed cùm occasionem ulciscendæ suæ captivitatis repperit, contra Langobardorum illico arma surrexit. (117) Adversus quem Langobardi gravia bella gesserunt: tandemque eum cum militibus, quos juvabat exuperantes, Ravennam cedere compulerunt. Brexillus capta est, (118) muri quoque ejus ad solum usque destructi sunt. Post hæc Authari Rex cum Smaragdo Patricio, qui tunc Ravennæ præterat, usque in annum tertium pacem fecit. (119) C A P.

gobardos homo Italis ut ante moletus liberiori jure belli uteretur, quippe jam de retinenda Italia Langobardi cogitabant, captisque munitionibus urbibus, astictaque universa gente merito sperabant. Nisi forte venientis in Italiā Childeberti fama perciti novum sibi præsidium sub uno Rege paraverint, ac mitices effecti Italos à Francis dividere tentaverint.

(112) Baronius ex Cedreno hanc Mauriti legationem ad Childebertum Francorum Regem, ejusque in Italiā expeditionem, in anno tertio illius Imperii narrat, eumque respondere asserit Chr. DLXXXVIII. Gregorius vero Turonensis in anno Childeberti Regis nono, qui cum Pagio DLXXXIV. responderet. Extant apud Du-Chefne in sua collectione Scriptorum Francorum epistolæ ad Childebertum Regem direclæ occasione istius expeditionis, & alterius, de qua Nostræ infra: primas duas ad hanc pertinere judico, alteram ad postremam, de qua cap. XXX. In iis legimus plura, quæ nosfer pretermis à Græcis contra Langobardos acta, expugnationem scilicet Mutinae, Altini, ac Mantuae, necnon ditionem Parmae, Rheygi, & Placentiæ dum Graci ad eas obsidendas proficerentur.

(113) Alias solidorum. Lind.

(114) Alias expulsionem. Lind.

(115) Alias Droctulfus. Lind. & Modoet.

(116) Hæc verba non leg. Item sequentia: erat forma idoneus ducatus honorem meruerat: sed cum. Lind.

(117) Modoet, contra Langobardos illico in arma surrexit.

(118) Modoet, Brexillum vi capta est.

(119) Pacem inter Antharium Regem, & Smaragdum precessisse annum DLXXXVI., argumento est epistola I. Pelagii II. ad Episcopos Istræ, quam dicto anno datam communiter affirmant. In ea hæc leguntur,

Pelagius Ec.

Dilectissimis fratribus Elia, altisque Episcopis Ec.

Quod ad dilectionem vestram fratres, sicutque carissimi nostra tardius scripta dirigimus, non malevolè voluntatis, aut dissimulationis, vel negligenter fuisse creditur: sed sicut noſis, temporalis qualitas, & hostilis necessitas battebunt impeditivit. Nam sicut ait L'ominus per Prophetam: Numquid obliviscetur mulier filium utri sui? Non ergo credatur nos viderum noſtrorum in divisionem non cum gravi fletu, ac gemitu doluisse: sed utinam carissimi, illuminet Dominus oculos cordis vestri; ut noſtri cordis gemitus pro vobis vide pos-

CAP. XIX.

De morte Doctulfi, & quali Epitaphio honoratus est.

HUJUS sanè Droctulfi, de quo præmisimus, adminiculo, sæpe Ravennatum milites, adversum Langobardos dimicarunt. Extractaque classe Langobardos, qui Classe (120) urbem tenebant, hoc adjuvante pepulerunt. Cui cùm vitæ explesset terminum, honorabile sepulchrum ante limina beati Vitalis martyris tribuentes, tali ejus laudes epitaphio extulerunt:

Clauditur hoc tumulo, tantum sed corpore,
Droctulf. (121)

Nam meritis tota vivit in urbe (122) suis.
Cum Bardis (123) fuit ipse quidem, nam gente

Suavis; (124)

Omnibus & populis inde suavis erat.

Terribilis visu facies, sed mente benignus; (125)
Longaque robusto pectore barba fuit.

Hic & amans (126) semper Romana & publica signa,

Vastator gentis adfuit ipse suæ.

Contempsit (127) caros, dum nos amat ille, parentes,

Hanc patriam reputans esse Ravenna suam.

Hujus prima fuit Brexelli (128) gloria capti.

Quo resiliens cunctis hostibus horror erat.

Qui Romana potens valuit post signa (129) juvare
Vexillum primum Christus habere dedit.

positis. Quis enim, sicut ait beatus Apostolus, infirmatur, & ego non infirmor & quis scandalizatur, & ego non uor? & alibi. Quia si patitur unum membrum compatiuntur omnia membra. Postea ergo quæam Deus omnipotens pro felicitate Christianissimorum Principum, per labores, atque solitudinem filii nostri excellentissimi Smaragdi Exarchi, & Chartularii sacri Palatii pacem nobis interim, vel quietem donare dignatus est: cum omniſ ſolicitudine festinamus praefata ad vos scripta dirigere &c.

Ex hac ejusdem Pontificis altera epistola de rebus Langobardicis ad Aunarium, sive Aunaharium Episcopum Altisiodorensem, ut afferit Sirmundus in sua collect. Concil. Gallican. qua dictum Episcopum rogavit, ut Francorum Reges à Langobardorum confederatione divelleret, eaque ad superiora XXXVI Dicum tempora revocanda est, utpote data anno DLXXX. vel sequenti, iuxta lectionem Sirmundi. Ex ea ceterisque passim notatis evincens Paulum nostrum summis tantum labiis, ut est in dicterio, Langobardicam historiam gustasse, & maxima rerum gestarum momenta silentio preterisse. Idque manifestius appetet ex altero veterum Græcorum insigne monumento his Mauritiis temporibus inferendo ex Theophylacto, ac Theophane, quibus post clarissimam Romanorum de Persis victoriā ad Martyropolium, altera de Langobardis memoratur ad ipsam veterem Romam, ut appellant recentiorum temporum Græci Scriptores Paus. &c., scribit Theophylactus lib. 3. cap. 4. τοις δὲ μηδὲ Λαγγοβαρδοῖς ἀνταχεῖσθαι. Roma vetus Langobardorum impetus retundit, & Theophanes anno 580. secundum Alexandrinos πέτρη τῷ ἑταῖρῳ Στρατεύματι. εἰ δὲ Λαγγοβαρδοῖς κατὰ Ρωμαῖον πόλεμον ἤπειρον. Hoc tempore mense Septembri, Indictione sexta Langobardi cum Romanis bello configunt. Praecesserit verò inducias hoc capite memoratas hæc Romanorum vitoria, et si Græcorum characteres huic tempori non bene convenient, probabilis fortasse conjectura.

(120) Amb. Classem.

(121) Alias Droctulfus corpore solo. Lind.

Amb. pro Droctulf. Doctrow.

(122) Alias orbe. Lind.

(123) Mod. Vadis.

Al. Ex validis fuit ipse quidem, nam gente Suave
Ortus adhuc juvenis captus ab hoste fuit. Lind.

(124) Amb. Suevus.

(125) Alias corda benigna. Lind.

Tom. I.

A Inde etiam retinet dum Classem fraude (130)

Feroaldus

Vindicer ut Classem, classibus arma parat.
Puppibus (131) exiguis decertans amne Badri-

no, (132)

Bardorum innumeris vicit & ipse manus.
Rursus & in terris Avarem superavit Eois.

Conquirens dominis maxima palma suis.

Martyris auxilio Vitalis fultus ad istos

Pervenit, victor sæpe triumphat ovans.

Cujus & in templis petiit sua membra jacere,
Hæc loca post mortem bustis habere juvat.

(133)

Ipse sacerdotem moriens petit ista Johannem,
(134)

His reddit terris cuius amore pio.

CAP. XX.

*De Sacerdotio Pelagi Papæ, & errore
Helie Patriarchæ.*

DENIQUE post Benedictum Papam, Pelagius Romanæ Ecclesiæ Pontifex, absque iufione Principis ordinatus est, eo quod Langobardi Romam per circuitum obſiderent, nec posset quisquam à Roma progredi. (135) Hic Pelagius Helie Aquilejeni Episcopo, nolenti tria capitula Calcedonensis Synodi fuscipere, Epistolam satiis utilem misit, quam Beatus Gregorius, cùm esset adhuc Diaconus, conscripsit. (136)

CAP.

(126) Alias arma sequens semper Romana. Lind.

(127) Amb. contemnit.

(128) Amb. Brexilli.

(129) Alias præsigna. Lind.

(130) Alias classem classibus arma
Arms opponit mania nostra diu. Lind. & Mod.

(131) Alias

Lango bic Bardorum vires contrivit opeſque

Ipsorum titulis clarus ad aſtra datuſ

Martyris auxilio &c. Lind.

(132) Mod. Brandmo.

(133) Alias fauſa futura putans. Lind.

(134) Alias moriens bac dona petivit

Quis exaratis letus ad aſtra abiit. Lind.

(135) Anno DLXXVII. Pelagius ad Pontificatum ascen-dit, ac de illius electione hec habet Anastasius, unde fortasse Paulus: ordinatur alſque iuſſione Principis, eo quod Langobardi obſiderent civitatem Romanam, & multa vaſatio ab eis fieret in Italie.

(136) Aquilejeni Schismatis historia, quam rebus Langobardicis Paulus noster intexit, altius puriori è fonte repetenda, ne cum ipso in maximos errores, quos infra cum viris doctrina, & purpura clariſſimis, Baronio nempe, ac Norisio, suis locis notabo. Damnato Pelagianorum Principe Origenne, qui Rufinum Monachum Aquilejeniem errorum propagatorem in Occidente habuit, nova turbarum & calamitatum ſeries incepit. Quippe Theodorus Cæſareus Cappadocum Metropolita, cognomento Aſcides, Origenis defensor acerrimus, Justinianum per ſummam fraudem decepit, ſuadens Acephalos ad ſubscribendam Synodum Chalcedonensem adduci poſſe ſi tria tantum capitula, quibus offendebantur corrigeret. Acephalorum gens Alexandria nata erat, ſcribit Norisius: plurimi enim ab Alexandrino Antiphite, quod Chalcedonensem Synodum admiserat rebellantes, cum ſine capite dogmatizarent, Acephali dicebantur. Capitula verò haec propoluſit Theodorus nempe Si damnetur Theodorus Episcopus Mopsuestenus Nestorii magister, cuius laudes babentur in epiftola Ibae Praefuti Edifem in Synodo Chalcedonensi recitata. Dein ſi prohibeantur libri Theodoreti contra XII. capitula Sancti Cyrilli in Epifinio Synodo conſecrata, quos libros Patres Chalcedonenses non condemnarant contenti dicto contra Nestorium à preſente Theodoreto anathemate. Tandem ſi rejiciatur memorati Ibae epiftola ad Marinum Perſam, in qua laudat Theodorum, S. Cyrillum accuſat, ac Epifiniam Synodum late citra examen præcipitit com-

Q99

C A P. XXI.

De bello Childeberti contra Hispanos.

INterea Childebertus Rex Francorum, bellum adversum Hispanos gerens, eosdem acie superavit. Causa autem hujus certaminis ista fuit. Childebertus Rex Ingundem sororem suam Herminigildo, Lewigildi Hispanorum

tra Nestorium sententia insinuat. Theodora Augusta, que palam Acephalis studebat id ipsum Justiniano inculcat. Sed eo consilio ut ubi semel Chalcedonensis Concilii correctio in aliquibus fieret, jam universem ejusdem auctoritas collaboretur. Annuit his Princeps, atque anno DXLIII. ut contendit Noris. primum hoc adversus tria capitula edictum emisit, cui subscrispere Patriarche, tenuente Stephano Diacono Vigili apocrifario. Hinc jurgia & lites ac mox divisa in partes Ecclesia, nam Oriens quidem edictum Justiniam repererat, Occidentales, Illyrici, Itali, Galli, Hispani, Africani, pro tribus Capitulis depugnabant. Motus ingentibus tumultibus Imp. plena Synodo questionem in Regia urbe decidendam curavit, sub Acephalorum Sectae conciliandæ specie Episcopos ad Synodum factis divalibus congregans, Vigiliumque Pontificem ad se accersivit. Hic de urbe Roma in Siciliam navigans, &c inde Constantinopolim, honore summo a Justiniano exceptus contra Acephalos decretum illico promulgavit, & Mennam Constantinopolitanum Patriarcham à communione suspendit, quod plurimos Episcopos ad subsignandum Justiniani decretum compulisset. Mox verò mutata sententia, ad eumdem judicatum scripsit, & propugnata hucusque tria capitula damnavit. Lætus Imp. novo edicto hæc iterum publicavit, sed frequentibus Occidentalibus Ecclesiis sordidum compertum est ex Vigili judicato lites auctas, nullamque spem nisi in OEcumenica Synodo ad quam Episcopi accedere jussi. Interim Vigilius judicatum è Mennæ manibus repetit, quo integra Patribus in Concilio causa foret, & trium capitulorum questioni velut inducis facte. At earum impatiens Theodorus librum contra tria capitula edidit, & Imp. suscit, ut recusantibus Occidentalibus ad Synodum accedere, edictum ipse contra tria capitula publicaret, quod & fecit, Orientalibus Episcopis factionis sua premo donatis, ac cæteris damnationi capitulorum minimè subscribentibus exilio mulctatis. Adversus hæc Vigilius, ut par erat, insurgens, in Imp. iram incidit, quam ut vitaret è Placidianis ædibus ad Ecclesiæ S. Petri in Ormisda configuit, indeque accepto securitate Sacramento in Placidianas ædes iterum rediit; sed cum violatam fidem in dies cognosceret, Chalcedonem transfretavit, rursusque accepta fide Constantinopolim revocatus à Justiniano mitius est habitus, & fidei professionem à Menna Patriarcha, Theodoro Casareensi Episcopo, aliisque ad bonam frugem redeuntibus accepit, revocatis etiam Imperatoris edictis, ut res integra ad Synodum deferretur, quæ tandem anno 553. Constantinopolis habita CLXV. Patribus in ea sedentibus. Vigilius adeste recusavit, & scripto libello, quem vocant Constitutum, acta Synodi exauferavit: quod pari numero Patrum ex Oriente, atque Occidente congregandam fuisse contenderet; sed admittente Justiniano cuncta in Synodo V. sunt absoluta, atque inter cætera, quæ longum esset hic recensere, tria capitula damnata. Mutata iterum sententia Vigilius Synodum approbavit, & Constitutum, aliaque prius pro tribus capitulis scriptis derogavit, ac postmodum Romam redux in itinere mortuus est.

Vigilio successor Pelagius hujus nominis I. Justiniani persuasione tria capitula damnans in Italorum odium, ut Vigili memoria, incidit: quia jam sibi plutes persuaserant novo decreto Sacrosanctæ Chalcedonensis Synodi auctoritatem labefactari. Venetiarum, & Istriæ Episcopi supra cæteros refragabantur, & schismate facto in partes secesserant adeo Pelagius per Narsetem Patricium, & Pra-

A regis filio, in conjugium tradiderat. Qui Herminigildus prædicione Leandi (137) Episcopi Hispalensis, (138) atque adhortatione fuisse conjugis, ab Arriana Hæresi, qua pater suus languebat, ad catholicam fidem conversus fuerat, quem pater impius, in ipso sacrato Paschali Dei, (139) securi percussum interemerat. (140) Ingundis verò post mariti & martyris funus, de Hispaniis fugiens, dura Gallias repedare vellet, in manus militum incidens, qui in limite (141) adversum Hispanos, Gothosque residuebant, cum parvo filio capta, atque

B fectum vi cogere tentaverit repugnantes ad recipiendam Synodum. At illi Narsetem ipsum diris devoverunt, quod supra notavi, & Paulino Aquilejensi Patriarcha, ut Paulus habet, instigante, provincialem conventum habuere, atque in eotria capitula à Chalcedonensibus Patribus non damnata à quoquam proscribi posse negarunt. Mortuo interim Justiniano, Justinus successerat, qui laceratas schismate provincias, novisque in dies excitatas quæstiones videns, edictum fidei publicavit, optimo consilio, sed inani eventu, revocatoque de Italia Narsete Schismatici Veneti animosiores facti, advenientibus Langobardis statim adhaeserunt, ut hoc etiam armorum presidio insolentius insurgerent, nullisque monitus Joannis III. qui Pelagio I. successerat, Benedicti, & Pelagi II. ad bonam mentem revocari potuerunt, quamquam horum postremus in ipsis beneficissimus fuerit ob translaram sedem in insulam Gradum, quod & Paulus narrat: probat enim Noris in eadem Gradiensi Synodo, qua Pelagio acclamatum est, contra V. Synodum iterum à Schismaticis Episcopis juratum. Post hæc, pacis Langobardos inter, & Smaragdum inducis, Pelagius ad Schismaticos converitus modis omnibus eos ad Ecclesiam revocare curavit, pluresque dedit epistolas ad Eliam, quarum primam supra notavi, aliisque recitavit Baronius, eas verò à S. Gregorio conscriptas Paulus noster testatur, eti Pontifex beatif. in suis epistolis, ubi de Pelagi notatis literis mentionem facit, id modestissima causa reticuerit.

C Pelagius datis ad Heliam narratis literis cum surdis canero se intelligeret, abjecto calamo armata manu cum Schismaticis agendum ratas, scribit Noris, contra eosdem Smaragdum Patricium concitavit. Illi verò datis Mauricio Imp. precibus id obtinuerunt per literas ad Smaragdum das ut nullatenus quemquam Sacerdotum pro causa communionis inquietare presumeret, quæ sunt verba libelli ad Imper. sub Gregorio transmissi, in quo cùm legantur hæc Dum Smaragdus gloriatus Chartularius Patrem nostrum S. mem. Heliam Archiepiscopum Aquilejeni Ecclesia pro causa ipsa pluribus contristaret, manifesti erroris evincitur noster cùm de Helia scribat nolenti tria capitula Chalcedonensis Synodi suscipere, cùm ipse pro tribus capitulis turbatis schisma ficeret.

D (137) Alias Heleandri. Lind. & Mod.

(138) Mod. Hispanensis.

(139) Amb. dñs.

E (140) Hæc item narrat D. Gregorius cognomento Magnus lib. 3. dialog. cap. XXXI. & Gregor. alter Turonensis Historia Franc. lib. 5. cap. 39. qui hæc de Ingunde S. Hermenegildi uxore. Sed Ingundis Sigeberti Regis filia cum magno apparatu in Hispanias directa ab avis Goisuntba (erat enim Brunichildis Sigeberti Regis uxoris mater, quam ex Athanagido Rege priore marito suscepit) cum gaudio magno suscipitur, quam nec passa est in Religione Catholicæ diu commorari, sed ut rebaptizaretur in Ariana heresi blandis caput sermonibus inicere, sed illa viriliter relutans caput dicere: sufficit satis me ab originali peccato Baptismo salutari somel abundant fuisse, & S. Irmitatem in una equalitate esse confessam &c. Hæc illa audiens iracundia furore sensa adprehensam per comam capitis puellam in terram conlidit, & diu calcibus verberatam, ac sanguine cruentatam iussit expoliari, & piscina insuergi, sed ut afferunt multi numquam animum suum à fide nostra reflexisse.

(141) Alias qui limitem Hispanum adversus Gotbos protegebant. Lind.

que in Siciliam deducta est, (142) ibique diem clausit extremum. Filius vero ejus Imperatori Mauricio Constantinopolim est transmissus. (143)

C A P. XXII.

De Francorum exercitu, qui in Italiam venit.

RUsum Mauricius Augustus, legatos ad Childebertum mittens, eum (144) ut contra Langobardos in Italiam exercitum dirigeret persuasit. Childebertus existimans suam adhuc germanam (145) apud Constantinopolim vivere, legatis Mauricii aquiescens, ut suam posset sororem recipere, iterum adversum Langobardos Francorum exercitum ad Italiam direxit. Contra quos dum Langobardorum acies properarent, Franci, & Alamanni dissensionem inter se habentes, sine ulla lucri conquisitione, ad patriam sunt reversi.

C A P. XXIII.

De aqua diluvio, & miraculo, quod factum est in Basilica Sancti Zenonis.

EO tempore fuit aqua diluvium in finibus Venetiarum & Liguriae, seu ceteris regionibus Italae, quale post Noë tempus creditur non fuisse. Factæ sunt lavinae (146) possessionum, seu villarum, hominumque pariter & animalium magnus interitus. Destructa sunt itineraria, dissipatae sunt viæ, tantumque Atesis (147) fluvius tunc excrevit, ut circa Basileam Beati Zenonis martyris, (148) quæ extra Veronensis urbis muros sita est, usque ad superiores fene-

(142) In Africa periisse Ingundem scribit citat. Gregor. Turon., neque de illius tuga cum Paulo concordat. Scribit ille. *Igitur ut superius diximus Ingundis à viro cum Imperatoris exercitu derelicta, dum ad ipsum Principem cum filio parvulo duceretur, in Africa defuncta est, & sepulta.* Quæ D. Gregorii narratio, mea quidem sententia, vero proprius accedit: constat enim à S. Hermenegildo Constantiopolim ad Mauricium Imp. S. Leandrum ablegatum fuisse, ut auxilia contra motam Arianaum perlequationem impetraret, ibique mentiorum Episcopum cum D. Gregorio Magno amicitiam iniisse: idemque Turonensis Gracorum arma S. Hermenegildo fœderata narravit, lib. V. cap. XXXIX. haec addens. *At ille, nempe Leuvigildus, datis Praefecto Imp. triginta mil. soldorum ut se ab ejus solatio revocaret, commoto exercitu contra eum venit: Hermenegildus verò vocatis Grecis contra patrem egreditur, relicta in urbe conjugé sua. Cumque Leuvigildus ex adverso veniret, relictus à solatio, cum videret nibil sibi prævalere posse, Ecclesiam qua erat propinquæ exp. tñ. &c.*

Ceterum S. Hermenegildi Martyrium superveniente Paschalis festivitas die, ut refert D. Gregor. M. contra Baroniū sententiam anno DLXXXV. recentiores assignant, testimonio potissimum Ab. Bicaliensis. Scribit ille. Anno III. Mauricii, qui est Leuvigildi XVII. annus, Hermenegildus in urbe Tarracensi à Sibarto interficitur. Franci Galliam Narbonensem occupare cupientes cum exercitu ingressi &c. Cuius expeditionis ineminit etiam D. Gregor. Turon. dicto lib. 8. cap. 28. Leuvigildus verò Hermenegildum filium suum, quem ante dicta mulier batur morti tradidit. *Quibus de causis commotus Guntibrammus Rex in Hispanias destinat &c.* eoque loco notandum hanc, quam Paulus Childeberto expeditionem tribuit, Gunthrammo ejus patruo assignasse: nisi fortasse uterque in Hispanos irruit, & ut Valerius contendit duo fuerint post Martyrium Sancti Hermenegildi cum Hispanis Francorum bella. De Ariani Leuvigildi perleccutione, vide Chronic. Gothorum Isidori era DCVIII.

(143) Vide in appendice ad hist. Franc. D. Gregor. Turonensis varias epistolas Childeberti, & Brunichildis ad Athanagildum S. Hermenegildi filium das, atque ad Imp. aliquos, cum ille Constanti-

Tom. L

A stras aqua pertingeret, licet (149) Beatus Gregorius post Papa scriptis, in eandem Basileam aquam minimè introisse. (150) Urbis quoque ejusdem Veronensis muri ex parte aliqua eadem sunt inundatione subruti. Facta est autem hæc inundatio, sexto decimo Kal. Novembri. (151) Sed & tantæ coruscationes & tonitrua fuerunt, quantæ fieri vix æstivo tempore solent. Post duos quoque menses, eadem urbs Veronensis, magna ex parte incendio concremata est. In hac diluvii effusione in tantum apud urbem Romam fluvius Tyberis excrevit, ut aquæ ejus super muros urbis influerent, & maximas in ea regiones occuparent. Tunc per alveum ejusdem fluminis, cum multa serpentum multitudine, Draco etiam miræ magnitudinis per urbem transiens, usque ad mare descendit. Subsecuta statim est hanc inundationem gravissima pestilentia, quam inguinariam appellant. Quæ tanta strage populum devastavit, ut de inæstimabili multitudine, vix pauci remaneant. Primumque Pelagium Papam, virum venerabilem perculit, & sine mora extinxit. Deinde pastore interempto, sese per populos extendit. (152)

C A P. XXIV.

De Pontificatu Beati Gregorii, & clade, que tunc Romæ facta est.

IN hac tanta tribulatione Beatissimus Gregorius, qui tunc Levita erat, à cunctis generaliter Papa electus est. Qui dum septiformem Letaniam fieri ordinasset, intra unius horæ spatium, dum hi Dominum deprecarentur, octoginta

nopoli degeret, quibus antiquitatum peritissimi PP. Congregationis S. Mauri editionem suam illustrarunt.

(144) Mod. ei.

(145) Mod. sororem.

(146) Alias lacuna. Lind.

Glossæ Isidori: *Lavina lapsum inferens*, legituretiam apud D. Hieronymum. Apud Diaconum quoque in continuatione Historia Europæ lib. XVIII. factæ sunt lacuna possessionum, seu villarum, legendum facta sunt lavina possessionum, seu villarum. Nam vulgata lectio plane corrupta. Lind.

(147) Mod. Adexis.

(148) Mod. atque Confessoris.

(149) Amb. licti & sicut B. Gregorius &c.

(150) Amb. aqua minime introierit.

(151) Alias inundatio Kal. Novembri. Lind. & Mod.

De utraque Tyberis, & Athénis inundatione D. Gregor. Magnus lib. 3. dialog. cap. XIX. qui miraculum exundantium aquarum ad Basileam S. Zenonis, presente Rege Antharico factum afferit. Annun ex altero Gregorio Turonensi conjiceret licet lib. 10. cap. 1. Scribit ille. Anno XV. Childeberti Regis (qui Christi DLXXXIX.) Diaconus nofer ab urbe Roma cum Sanctorum pignoribus veniens sic retulit, quid anno superiori mensis non tantâ inundantiâ Tyberis fluvius urbem Romanam obtexxit, ut ades antiquæ diruerent, borrea etiam Ecclesia subversa sint, in quibus normulla tritici modiorum milia perire. Multitude etiam serpentum cum magno dracone in modum trabis valide per biujus fluvii alveum in mare descendit &c. Eminentissimus Baroniū draconem fuisse putat unam ex repentibus bestiis miræ magnitudinis, quas Plinius *loas* appellat, aliquando in regionibus prope Tyberim visas.

(152) Hæc Paulus de Gregor. Turon. qui loco citato sequitur. Subsecuta est de vestigio clades, quam inguinariam vocant: nam medio mense XI. adventus primum omnium iuxta illud quod in Ezechiele Propria legitur, à Sanctuario meo incipite, Pelagium Papam perculit: quo defuncto magna strages populi de hoc morto facta est. Pelagi verò Pontificis obitum anno DXC. pluribus firmar docti. Pagius in sua critica, quæ mihi Chronologie perpetuus filius, nisi aliter manifesta ratio suadeat.

Rrr

ginta ex eis subito ad terram corruentes, spiritum exhalarunt. Septiformis autem letania ideo dicta est, quia omnis urbis populus a Beato Gregorio in septem partes deprecaturus Dominum est divisus. In primo namque choro, fuit omnis clerus; in secundo, omnes Abbates cum monachis suis; in tertio omnes Abbatissae cum congregationibus suis; in quarto omnes infantes; in quinto omnes laici; in sexto universae viduae; in septimo omnes mulieres conjugatae. (153) Ideo autem de Beato Gregorio plura dicere obmittimus, quia jam ante aliquot annos ejus vitam, Deo auxiliante, texuimus. In qua quæcunque dicenda fuerant, juxta tenacitatis nostræ vires, universa descripsimus. (154)

C A P. XXV.

Quomodo Beatus Gregorius Anglos convertit.

Hoc tempore idem Beatus Gregorius, Augustinum, & Mellitum, & Johannem, cum aliis pluribus monachis timentibus Dominum, in Britanniam misit, (155) eorumque predicatione ad Christum Anglos convertit.

(153) Anno D XC. die III. Septembris D. Gregorius Pontifex consecratus, crastante quidem inguinaria peste, quæ Pelagium sustulerat. Quæ de litaniis refert Paulus notus ab altero Gregorio Turonensi exscriptis, ut indicat ordo personarum, & locorum, unde Septiformis litania ducta est, qui minime respondet alteri ab ipso Gregorio Magno distributo in suo sermone hoc tempore habito, cuius initium *Cōportebat fratres carissimi*, ut noravit Eminentissimus Baronius, cui placuit conjectura repetitas fuisse ordine vario litanias, eaque de causa Gregorii etiam ordinem varium notatum.

(154) Extat adhuc D. Gregorii Magni vita per Paulum nostrum descripta, quæ scriptis ejusdem S. Pontificis præponitur in postrema castigationi editione PP. Benedictinorum S. Mauri.

(155) Non uno eodemque tempore D. Gregorius Augustinum, & Mellitum in Angliam misit. Extant in registro epist. lib. VI. Indict. XIV. anno Christi D XC VI. plures D. Gregorii epistolæ, quibus Augustinum Theoderico, & Theodeberto Regibus Francorum, & Brunichildi Reginæ, itemque variis Galliæ Episcopis, & Abbatibus commendat. Quo tempore data etiam & altera ad Episcopum Alexandrinum Eulogium, qua calamitatem à Langobardis passas dolet his verbis. *Quanta autem nos à Langobardorum gladiis in quotidiana nostrorum citiorum deprædatione, vel detractione, atque interitus patinur, narrare recusamus: ne dum dolores nostros loquimur, ex compunctione, quam nobis impenditis, vestros augeamus.* Libro vero XI. Indict. IV. commendat Mellitum, & Laurentium Presbyterum ad Augustinum missos. Occasione dictarum epistolarum pluribus disperatum est, præcipue inter Scriptores rerum Francicarum, at perbelli soluti sunt nodi in adjunctis notis ad easdem in laudata edit. PP. Benedict. Vide etiam Pagium anno 596.

(156) Defuncto Helia Aquilejensi Patriarcha, Severus, ut narrat Paulus, ei succedit, quem pro tribus capitulis acerrime pugnantem Smaragdus ad Gradum veniens in Ecclesia cepit, ac militari licentia injuriis, & verberibus facessitum secum Ravennam deduxit, ubi coram Archiepiscopo tria capitula damnare coactus fuit, atque una cum Severo Johannes Parentinus, Severus Tergelinus, ac Vindemius Genensis Episcopus capti, qui & tria capitula damnare coacti. Ad pleniores illustrationes præsentis capituli addam verba doctissimi Norisii. *Hic Pauli Diaconi textus corrigendus, qui cùm dicat tres Episcopos cum Seviro Ravennam deductos, postea in fine capituli edit. Grotii eos veluti quinque recenset hoc pacto: Severus, Parentinus, Johannes Patricius, Vindemius, ac Joannes; nam ita pror-*

A

C A P. XXVI.

De morte Helie Patriarchæ, & sacerdotio Severi.

His diebus defuncto Helie Aquilejensi Patriarcha, postquam quindecim annos sacerdotium gesserat, Severus huic succedens regendam sucepit Ecclesiam. (156) Quem Smaragdus Patricius veniens de Ravenna in Grados, per semetipsum a Basilica extrahens, Ravennam cum injurya duxit, cum aliis tribus ex Histria Episcopis: idest, Johanne Parentino, & Severo, atque Vindemio, (157) nec non etiam Antonio jam sene Ecclesiæ defensore. Quibus comminans exilia, atque violentiam inferens, communicare compulit Johanni Ravennati Episcopo trium Capitulorum damnatori, qui tempore Papæ Vigilii, vel Pelagii, à Romana Ecclesiæ desciverat societate. Exempto vero anno, à Ravenna ad Grados reversi sunt. Quibus nec plebs communicare voluit, nec ceteri Episcopi eos receperunt. Smaragdus Patricius à Demetrio non iustè corruptus, (158) successorem Romanum Patricium accipiens, Constantinopolim remeavit. Post hæc facta est Synodus decem (159) Episcoporum in Mariano, (160) ubi receperunt Severum Patriarcham Aquilejensem dan-

C

sus legendum est Severus Tergelinus, Joannes Parentinus, Vindemius. Idem vero Scriptor ibidem ait de Smaragdo, vi illos in Joannis Ravennatis sententiam adegit: Quibus, inquit comminans exilia &c. Ita Catholicum Episcopum, ac Romana fidei vindicem ob historiam ignorantiam ab Apostolica Sede rebelle fingit &c. De bac Severi captivitate bac scribunt Schismatichi ad Mauricium: Post hoc ordinato in S. Aquilejensi Ecclesia Beatiss. Archipiscopo nostro Severo, quo contumelia illata sint, & quibus injuriis, ac cede corporali fusi sunt, & qua violentia ad Ravennatem civitatem fuerit perductus, atque redactus in custodiā, quibusve necessitatibus oppressus, atque contritus fuerit, potuit ad Lumen nostri piis aures sine dubio pervenire. Ex quibus passi errare Sigillum dum scribit Smaragdum ob captum, vexatumque Severum a Mauricio ex Italia revocatum, dato eidem successore Romano Patricio; nam Schismatichi hoc minime reticuerunt, neque an factum Imperatori immutisset subdubitasse. MS. Aquilejensis Smaragdum uti Sacilegum a Demone invasionem fuisse comminuntur, bac enim Schismatichi publicabant, queis plerum in errore detinente &c.

Interim ubi per Istriam, ac Venetas vulgatum est Severum, ac collegas Ravenna tria capitula condemnasse, eorum præsentiam singuli quique fugiebant, nec ante communioni Ecclesiastice admissi sunt, quam in Synodo iterum pro tribus capitulis cautionem dato Sacramento præstarent. Indicta autem fuit Synodus Mariani, quod munitissimum modo Venetorum oppidum est stagni Adriatici maris ferè circumdatum in Forjulensi littore ad Celmam amnum situm. Decem Episcopos ei convenisse scribit Paulus &c. Nomina vero Episcoporum in editis libris ita recensentur Petrus de Altino clarissimus, Ingenuinus &c. ut supra. At si decem convenere, cur novem tantum Schismatistarum nomina exprimuntur? Et hic error in codicem irreperit; nam clarissimus male apponitur, us epithetum Petro Altinati, est enim nomen Episcopi Concordiensis, qui anno 529. alteri Synodo interficit. Itaque hoc parato legendum Petrus de Altino, Clarissimus de Concordia. Laurentius etiam Bellunensis dici debet, neque enim Lunensis Episcopus in Liguria ad Macram erat suffraganeus Aquilejensis Metropolita, & in altera Synodo proxime habita scribitur Laurentius Bellunensis: est autem Bellunum Venetia urbs. Porro omnes ferè illi Episcopi Synodo anni 529. nomen dederant. Tarvisius tamē, & Vicentius tunc non adfuere, & Solario Veronensi Junior subrogatus fuerat.

(157) Cetera usque ad punctum aliis deflunt. Lind.
(158) Mod. à domino iustè corruptus. Alias Smaragdus aetatem Patricius iustè corruptus &c. Lind.
(159) à decem, non legitur in Mod.
(160) Mod. Mauriano.

D

E

dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicarat Ravennæ. Nomina verò Episcoporum, qui se ab hoc schismate cohibuerunt, hæc sunt: Petrus de Altino clarissimus, Ingenuinus de Sabione, Agnelius Tridentinus, Junior Veronensis, Horuntinus (161) Vicentinus, Rusticus de Tarvisio, Fontejus Feltrinus, Agnellus de Acilio, Laurentius de Lunensis. (162) Cum Patriarcha autem communicaverunt illi Episcopi: (163) Severus, Parentinus, Johannes Patricius, Viudemius, & Johannes. Hac tempestate Rex Authari ad Histriam exercitum misit, cui exercitu Euin (164) Dux Tridentinus præsul. Qui post prædas, & incendia, facta pace in annum unum, magnam pecuniam Regi detulerunt. Alii quoque Langobardi in Insula Amacina, (165) Francionem magistrum militum, qui adhuc de Narsfetis parte fuerat, & jam se per viginti annos continuerat, obsidebant. Qui Francio post sex menses obsidionis suæ, Langobardis eandem insulam tradidit, ipse verò ut optaverat, (166) dimissus à Rege, cum sua uxore, & supellestile Ravennam properavit. Inventæ sunt in eadem insula divitiæ multæ, quæ ibi de singulis fuerant civitatibus commendatae. (167)

C A P. XXVII.

Quomodo Rex Authari sororem Childeberti in matrimonium accepit.

AT verò Flavius Rex Authari, legatos ad Childebertum misit, petens ejus germanam suo matrimonio sociari. Cùmque Childebertus acceptis muneribus à Langobardorum legatis, suam germanam eorum Regi se daturum promisisset, advenientibus tamen Gothorum de Hispania legatis, eandem suam germanam, eo quod gentem illam ad Fidem Catholicae conversam fuisse cognoverat, repromisit. (168)

C A P. XXVIII.

Quomodo Franci in Italiæ introierunt, & à Langobardis devicti sunt.

INTER hæc legationem ad Imperatorem Mau- ricium direxit, mandans ei, ut quod prius

(161) Amb. Horocius. Mod. Heronius. Lind. Herentius.

(162) Amb. Beldunensis, Maxentius Julianus, & Adrianus Polensis.

Mod. Velunensis, Maxentius Vilicensis, & Adrianus Polensis.

Lind. Velunensis, Maxentius Julianus, & Adrianus Polensis.

(163) Amb. scilicet Severus &c.

(164) Alias Eoimus. Lind.

(165) Amb. Amencia, alias Amicina, al. Cumacina, ut in Mod. quæ lectio castigatior, quippe sermo est de insula in Lario lacu XX.mil.pas.ab urbe Como.

(166) Alias obtulerat. Lind.

(167) Gesta hæc omnia Carolus Siginus anno 587. narrat; si verò pseudosynodus in Mariano sunt subsequuta, ut Paulus innuerit videtur, ad subsequentes annos sunt revocanda.

(168) Alias eorum Regi promisit, legationemque ad Imperatorem &c.

Anno 587. Autharis legationem ad Childebertum Regem, ut Chlodofuindam Sororem sibi in matrimonio daret exceptit, altera Reccaredi Gothorum Regis S. Hermenegildi fratri, qui Leuvigildo patri succeserat, Regnumque institutione S. Leandri ab Ariana peste purgaverat: ejus legationis meminit S. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 16. 25. & 28. unde repetere licet difficultates, quas ob mortem Ingundis, quæ Reccaredo etiam imponebatur, datis decem solidorum millibus Brunichildi, & Childeberto legati sustulerunt. Chlodofuinda verò an Reccaredo uxor fuerit, non bene li-

Anon fecerat nunc contra Langobardorum gentem bella susciperet, atque cum ejus consilio (169) ab Italia removeret. Qui nihil moratus exercitum suum ad Langobardorum debellationem in Italianam direxit. Cui Authari Rex & Langobardorum acies non segniter obviam pergunt, proque libertatis statu fortiter configunt. In ea pugna Langobardi (170) victoriam capiunt, Franci vehementer cæsi, nonnulli capti, plurimi etiam per fugam elapsi, vix ad patriam revertuntur. Tantaque ibi strages facta est de Francorum exercitu, quanta nusquam alibi memoratur. (171) Mirandum sanè est, cur Secundus qui aliqua de Langobardorum gestis scripsit, hanc tantam eorum victoriam præterierit, cùm hæc, quæ præmisimus de Francorum interitu, in eorum historia hisdem ipsis penè verbis exarata legantur.

C A P. XXIX.

Quomodo Rex Authari in Bajoarium perrexit, ut suam sponsam videret.

Flavius verò rex Authari legatos post hæc ad Bajoarium misit, qui Garibaldi eorum Regis filiam sibi in matrimonium peterent. Quos ille benignè suscipiens, Theudelindam (172) suam filiam Authari se daturum promisit. Qui legati revertentes cum hæc Authari nuntiassent, ille per semetipsum suam sponsam videre cupiens, paucis secum, sed expeditis ex Langobardis adhibitis, unumque sibi fidelissimum, & quasi seniorem secum ducens, sine mora ad Bajoarium perrexit. Qui cùm in conspectu Garibaldi regis, juxta morem legatorum, introducti essent, & is qui cum Authari quasi senior venerat, post salutationem verba, ut moris est, intulisset, Authari cum à nullo illius gentis cognosceretur, ad regem Garibaldum propinquius accedens, ait: Dominus meus Authari rex, me propriè ob hoc direxit, ut vestram filiam ipsius sponsam, quæ nostra domina futura est, debeam conspicere, ut qualis ejus forma sit, meo valeam domino certius nuntiare. Cùmque rex hæc audiens filiam venire jussisset, eamque Authari, ut erat satis eleganti forma, tacito nutu contemplatus esset, eique per omnia

quer: Baddo enim Regina ejus uxor III. Toltrano Concilio subscrivit nisi fortasse, ut Marianus rer. Hispan. lib. 6. cap. I. assert, ea mortua, Chlodofuindam duxerit; at repugnant chronologice notæ diicti Concilii, ut Pagus animadvertisit.

(169) Amb. consilio eos ab Italia &c.

(170) Alias ita ut Langobardi vincirent omnes. Galli autem vehementer afflicti, et si multi capti, plurimi tamen per fugam elapsi. Lind.

(171) Hæc etiam de Childeberto in Italianam expeditionem meditante narrat plures cit. Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20. additque Childebertum eidem Reccaredi legato Felici, quem ad Gunthramnum patrum, ut de petito matrimonio deliberaret, ablegabat, in mandatis etiam dedisse, ut ab eo paranti sibi expeditionem in Italianam impetraret auxilia, ad quæ Gunthramnus Non possum, inquit, in Italianam exercitum meum dirigere, ut ultra eos morti tradam: gravissima enim tuas Italianam nunc devastat. Cobibe re tamen non potuit ardentem estate, atque defiderio juvenem, paternæ quippe ditioni recuperandæ inhibebat. De illius exercitus clade idem Gregor. lib. 9. cap. 25. Commotis ducibus, cum exercitu illuc abeuntibus configunt pariter. Sed nostris valde cœsis, multi prostrati, nonnulli capti, plurimi etiam per fugam lapsi, vix in patriam redierunt. Tantaque ibi sunt strages de Francorum exercitu, ut olim Jamilis non reculatur. Eaque clades communiter anno DLXXXVIII. notatur.

(172) Amb. Teulindam.

nia satis complacuisset, ait ad regem: *Quia* talem vestræ filiæ personam cernimus, ut eam meritò nostram reginam fieri optemus, si placet vestræ potestati de ejus manu, sicut nobis postea factura est, vini poculum sumere præoptamus. Cùmque rex id fieri debere annuisset, illa accepto vini poculo, ei priùs qui senior esse videbatur propinavit. Deinde cùm Authari, quem suum esse sponsum nesciebat, porrexisset, ille postquam bibt ac poculum reddebet, ejus manum nemine animadvertente digito tetigit, dextramque suam sibi à fronte per nasum, ac faciem produxit. Illa hoc suæ nutriti rubore perfusa nunciavit. Cui nutrita sua ait: *Iste nisi ipse Rex & sponsus tuus esset, te omnino tangere non auderet.* Sed interim fileamus, ne hoc patri tuo fiat cognitum. Re enim vera digna persona est, quæ tenere debeat regnum, & tuo sociari conjugio. Erat autem tunc Authari juvenili ætate floridus, statura decens, candido crine (173) perfusus, & satis decorus aspectu. Qui mox à Rege commeatu accepto, iter patriam reversuri (174) arripiunt, deque Noricorum finibus festinanter abscedunt. Noricorum siquidem provincia, quam Bajoariorum populus inhabitabat, habet ab oriente Pannionam, ab occidente Suaviam, à meridie Italiam, ab aquilonis verò parte Danubii fluente. Igitur Authari cùm jam prope Italæ fines venisset, secumque adhuc, qui cum deducebant, Bajoarios haberet, erexit se quantum super equum cui præsidebat potuit, & toto annisu securiculam, quam manu gestabat, in arborem quæ proximior aderat fixit, eamque fixam reliquit, adjiciens hæc insuper verba: *Talem Authari feritam (175) facere solet.* Cùmque hæc dixisset, tunc intellexerunt Bajoarii, qui cum eo (176) comitabantur, eum ipsum Regem esse Authari. Denique post aliquod tempus, cùm propter Francorum adventum, perturbatio Garibaldo Regi advenisset, (177) Theodelinda ejus filia cum suo germano, nomine Gundold, ad Italiam confugit, seque adventare Authari sponso nuntiavit. Cui statim ille ob-

(173) Alias flava cæsarie. Lind.

(174) Alias cum suis in Italiam reversus est, Noricorum finibus festinanter abscedens. Lind.

(175) Alias iustum, seu feritam. Lind. Feritatem. Amb. Ferita est plaga, sive iustum. Sic explicatur in legibus Langob. Tit. III. §. V. Tit. X. §. III.

(176) Mod. cum eo erant, & comitabantur eum, ipsum &c.

(177) Verebatur enim Childebertus ne Boji, qui ejus tributarii erant ea Regum affinitate ad Langobardos deficitcerent. Garibaldo Tassilonem successisse constat: incertum an ipse adveniente Childeberto ad Autharim fugerit, vel in bello perierit.

(178) Anno DLXXXIX.

(179) Alias aruspicina peritum. Lind.

(180) Sed fata nequeunt immutari, hæc aliis desunt. Lind.

(181) Amb. Constantinopolim.

(182) Alias Constantinopoli legatione perfunditus cum eidem Regi &c. Lind.

(183) Mod. ulturum se.

(184) Hæc quæ Paulus more suo trunca narrat fusiū recensenda. Childebertus ad Mauritium legatos dixerat Bodegisilum, Evantum, & Gripponem. Hi Carthaginem appulerant, atque unus è famulis Evantii monile mercatori abstulerat. Mercator cùm sua precibus repetere non potuisset, vi famulum retinens, gladio ab eodem occisus est. Cognita cæde Praetorius, comitante militum caterva statim ad legatos venit, rixaque inter eos orta, legati Bodegisilus, & Evantius à militibus occisi. Tum Grippo violata gentium jura, & pacis fœderis querens ad Mauritium venit, qui se legatum Childeberti mortem ulturum promiserat. De frequentibus legationibus Childeberti ad Mauritium plura sunt monumenta in historiis Grecorum, & Francorum.

A viam cum magno apparatu nuptias celebratus in campo Sardis, qui supra Veronam est, occurrens, eandem cunctis lætantibus in congiu- gium Idus Majas accepit. (178) Erat autem tunc ibi inter ceteros Langobardorum duces, Agilulf dux Taurinensis civitatis. Quo in lo- co cùm perturbato aëre lignum quoddam, quod in regiis septis situm erat, cum magno tonitruorum fragore vi fulminis iustum fuisset, habebat tunc Agilulf quendam de suis aruspiciem puerum, (179) qui per artem Diabolica- cam, quid futurum portenderent iustus fulmi- num, intelligebat, qui secrètè cùm Agilulf ad requisita naturæ resideret, eidem dixit: *Mulier ista, quæ modò regi nostro nupsit, tua non post multum tempus conjux futura est.* Quod ille audiens, caput se ejus amputaturum, si hac de re amplius quid diceret, comminatus est. Cui ille: *Ego quidem inquit, occidi possum, sed fata nequeunt immutari,* (180) nam certè ad hoc ista in hanc patriam femina venit, ut tuis debeat nuptiis copulari. Quod ita quoque post factum est. Hoc tempore, quam ob causam incertum, Ansul cognatus regis Authari, apud Veronam est interfectus.

C A P. XXX.

Quomodo iterum Francorum exercitus in Italiam venit.

C **H**ac etiam temestate Grippo legatus Chil- deberti regis Francorum, cùm à Con- stantinopoli (181) remeasset, (182) & eidem regi suo, quomodo honorificè ab Imperatore Mauricio suscepimus fuisset, nunciasset; & quia injurias, quas apud Carthaginem perpetratus fuerat, Imperator ad voluntatem Childeberti re- gis ultum iri (183) promisisset, (184) Childebertus confessim iteratò in Italiam exercitum. Francorum cum viginti ducibus ad debellan- dam Langobardorum gentem direxit. E quibus ducibus, Andwaldus, (185) & Olo, & Cedinus, (186) eminentiores fuerunt. Sed Olo cùm im- portunè ad Bilitonis (187) castrum accessisset,

ja-

(185) Alias Aldoaldus, & Holo, & sic semper. Lind. & Mod.

(186) Greg. Turon. Cbedimus.

(187) MS. Libitionis. Lind.

Philipus Cluverius in sua Ital. antiqua lib. I. cap. XIV. ut Caninos campos, & Bilitonis oppidum certius investigaret, hæc de Gregorio Turonensi, quæ ad Pauli nostri illustrationem conducunt re- petiit. *His à Grippone Childeberto relatis* (nempe quæ suprà notavi) *confessim exercitum in Italiam commoveri jubet: ac viginti duces ad Langobardorum gentem debellandam dirigit. Adpropinquantes autem ad terminum Italie, Andwaldus cum VI. ducibus dextram petit, atque ad Mediolanensem urbem advenit, ibique enim in campestria castra posuerunt. Olo autem dux ad Bilitonem bujus urbis castrum, in campus situm Caninis, importune accedens, jaculo sub papilla sauciatus cecidit, & mortuus est.* *Eli autem cum egressi fuissent in preda, ut aliquid rictu adquirerent, à Langobardis irruebibus passim per loca prosternebantur.* Erat autem stagnum quoddam in ipso Mediolanensem urbis territorio, quod Ceresum vocant, ex quo parvus quidem fluvius, sed profundus egreditur. Super bujus laci litus Langobardos reside- re audierant. *Ad quem cum appropinquassent, priusquam flumen, quod diximus, transferant à litora illo, unus Langobardorum, stans Lorica protectus & galea, contum manu gestans, vocem dedit contra Francorum exercitum dicens.* *Hodie apparebit cui Divinitas obtinere victoriam praefet.* *Iunc pauci transentes contra Langobardorum bunc, decertantes profraverunt eum, & ecce omnis exercitus Langobardorum in fugam versus preterit.* *Hi quoque transentes flumen, nullum de iis reperiunt; nisi tantum recognoscentes apparatus castrorum, ubi vel focos habuerant, vel tentoria fixerant.* *Cianque nullum de iis deprehendi- fum;*

Jaculo sub mamilla fauciatus cecidit, & mortuus est. Reliqui verò Franci cùm egressi fuissent ad prædandum, à Langobardis irruentibus passim per loca singula prosternebantur. At verò Andualdus, & sex alii duces Francorum, ad Mediolanensem urbem advenientes, ibi eminus (188) in campestribus castra posuerunt. Quo loco ad eos Imperatoris legati venerunt, nunciantes adesse exercitum in solatio eorum, dicentesque: quia post triduum cum eisdem veniemus. Et hoc vobis erit signum, cùm videbitis villæ hujus, quæ in monte sita est, domus incendio concremari, & fumum incendii ad celos usque sustolli, noveritis nos cum exercitu, quem pollicemur, adventare. Sed exspectantes Francorum duces (189) diebus sex juxta placitum, nullum ex iis, quos legati Imperatoris promiserant, venisse contemplati sunt. Cedinus autem cum tredecim ducibus (190) lèvam Italiam ingressus, quinque castella cepit, à quibus etiam sacramenta exegit. (191) Per Placentiam verò exercitus Francorum usque Veronam venerunt, & deposuerunt castra plurima per pacem post sacramenta data, (192) quæ se eis tradiderant, nullum ab eis dolum existimantes. Nomina autem castrorum, quæ diruerunt in territorio Tridentino, ista sunt: Tesana, Maletum, (193) Semiana, (194) Appianum, (195) Fagitanæ, Cimbra, (196) Vitianum, Brentonicum, Volenes, (197) Ennemase, & duo in Alsuca, & unū in Verona. (198) Hæc omnia castra cùm diruta essent à Francis, cives universi ab eis ducti sunt captivi. Pro Ferruge (199) verò castro, intercedentibus Episcopis, Ingenuino de Savione, (200) & Agnello de Tridentino, data est redemptio, pro capite uniuscujusque viri solidi

A sexcenti. (201) Interea Francorum exercitum, cùm esset tempus astivum, propter inconsueti aëris incommoditatem, dysenteriæ morbus graviter exagitare coepit, quo morbo plures interierunt ex eis. Quid plura? Cùm per tres menses Francorum exercitus Italiam pervagaretur, nihilque proficeret, neque se de inimicis ulcisci posset, eo quod se in locis firmissimis contulissent, neque regem adtingere valeret, de quo ultio fieret, qui se intra Ticinensem urbem munierat, ut diximus, infirmatus aëris intemperantia, (202) ac fame constrictus (203) redire ad propria destinavit. Qui revertentes ad patriam, intantum famis penuriam (204) perpessi sunt, ut prius vestimenta propria, insuper etiam & arma ad coëmendum (205) victum præberent, quam ad genitale solum pertingerent. (206)

C A P. XXXI.

Quomodo Rex Authari Beneventum perrexit.

C Irca hæc tempora putatur esse factum quod de Authari rege refertur. Fama est enim tunc eundem regem per Spoletium (207) Beneventum pervenisse, eandemque regionem cepisse, & usque etiam Regium extremam Italiam civitatem vicinam Siciliæ perambulasse. Et quia ibidem intra maris undas columna quædam esse posita dicitur, usque ad eam equo sedens accessisse, eamque de hastæ suæ cuspide tetigisse dicens: Usque hic erunt Langobardorum (208) fines. Quæ columnæ usque hodie dicitur persistere, & Columna Authari appellari. (209)

C A P.

D colle apud Brenta ripam situm, ex cuius nomine collegio vitiosum esse apud Paul. Diac. vocabulum Vitianum, pro quo alia exemplaria habent longè corruptius Brixianum; nisi quod figura literæ X. proprius accedit ad u. quam t. Appianum supra Tridentum vulgo nunc appellatur Altiano. Semiana vulgo nunc inter Alsugam, & Feltriam apud Cismonem annem, dicitur Mean.

Inter hoc & Feltriam est vicus vulgari vocabulo Faiān. is forte fuerit Facitana. Hinc verò Volenes is bauis dubie vicus est, qui vulgo nunc apud Atbesim supra Veronam prope Clusam, dicitur Volagne, & Volargne. Postremi illius loci, qui vocatur in vulgaris Paulis exemplaribus in Ferruge, nescio an non corruptum sit vocabulum à vero genuinoque Verruca, quod eidem Cluverio Castel della Pietra.

(199) Amb. Femigero.

(200) Al. de Salvone, & Aginello de Tridento. Lind. ita Mod. cui Agnello. Amb. Saviano.

Cluver. capit. cit. Locus Sublacione, sive Sublavione ex itineri ductu, atque intervallo deprehenditur fusse circa oppidum Brixen in citeriori Alpium lateri ad flumen Aisacum situm, episcopatus titulo conspicuum Paulo Diac. Lang. rer. lib. III. cap. XXVI. episcopale bis in oris memoratio oppidum Sabio: cuius vocabulum postea cap. XXXII. est Savio &c. Est bodie oppidulum X. circiter millia passuum à Brixena distans, vulgari vocabulo Saben. unde episcopalem scđem translatam esse Brixenam armatae horum locorum testantur. Is igitur locus extra controversiam est antiquum illud oppidulum Sabio, seu Savio.

(201) Al. solidus unus usque ad solidos sexcentos. Modoet. Amb. & Lind.

(202) Al. exercitus ut dixi labefactus aeris intemperie. L.

(203) Mod. fame constrictus exercitus &c.

(204) Al. famis violentiam. Lind.

(205) MS. comedendum. Lind.

(206) Hæc penè ad verbum ex D. Greg. Turon. lib. 10. cap. 3.

(207) Al. Spoletum. Lind. Spoletinum. Mod.

(208) Aliis deest. Lind.

(209) Ad hæc Camillus Peregrinus in sua Dissertat. Quando Ducatus Beneventanus fit institutus. Et quidem non est, qui nesciat Scriptores, si quando res parvum, aut nō sibi exploratas enarrare contingat, fame

S. I. tunc

(188) Amb. onnes.
(189) Amb. Luces exercitum diebus &c.
(190) M. tredecim millibus. Lind.
(191) Amb. Iequitur Pervenit etiam exercitus Francorum usque Veronam, & deposuerunt &c.

(192) Alias Post sacramenta autem data, gentes, quæ se eis credidabant perempta sunt, nullum ab eis dolum existimantes. Lind. & Mod.

(193) Alias Maletum, Sermosanum. Lind.

(194) Mod. Sermosana. Amb. Sermiana.

(195) Amb. Api panis.

(196) Alias Cimbra, Britianum, vel Brixianum. Lindenb. Mod. Britianum.

(197) Al. Belones, al. Balonesene, Mase. Lind. & Mod.

Amb. Volaernes.

(198) Ad hæc Cluverius Ital. antiqua lib. I. cap. XV. Ex his pleraque esse trans Atbesim in Rbetorum agro, sequenti capite patebit. Pro istis vocibus Volenes, Ennemase, alia exemplaria habent; Balonesene, & Masse. Ego ferè conjecterim scriptum fuisse Volenes, & Masse: quorum illud trans Atbesim postea monstrabo: in Benaci ripa media regione inter Brentinum, & Brentonicum, bodieque dicitur oppidum Masse. Et infra cap. seq. Le Cimbra nibil plane liquet. Tesana vulgo bodie vocatur Tessina inter Feltriam, & Tridentum. Medium bis intercedit Vrianum in edito Tom. I.

C A P. XXXII.

De Zottone primo Beneventorum duce.

Fuit autem primus Langobardorum dux (210) in Benevento nomine Zotto, qui in ea principatus est per curriculaviginti annorum. (211)

C A P. XXXIII.

Quomodo Authari Rex legatos ad Guntramnum misit, & de ejus mirabili visione.

In terea Authari rex legationem verbis pacificis ad Guntramnum regem Francorum, patrum scilicet Childeberti regis, direxerat, a quo legati iidem jocundè suscepisti, sed ad Childebertum, (212) qui ei nepos ex fratre erat, directi sunt, ut per ejus nutum, (213) pax cum gente Langobardorum firmaretur. (214) Erat autem Guntramnus iste, de quo diximus, rex pacificus, & omni bonitate conspicuus. Cuius unum factum satis admirabile, libet nos huic nostræ historiæ breviter inserere, præsertim cum hoc Francorum historia neverimus minimè contineri. Is cùm venatum quodam tempore insilvamisset, & ut solet fieri, hac illacque discurrentibus sociis, ipse cum uno fidelissimo tantum suo remansisset, gravissimo somno depresso, caput in genibus ejusdem fidelis sui reclinans, obdormivit. De cujus ore parvum animal, in modum reptilis egressum, tenuem rivulum propter (215) discurrebat, ut transire

tunc illas tribuere, suamque solere deponere fidem; quem morem à Paulo servatum (ut interim alterum ejus consilium diffidulem, de quo paulo posse) baud difficultate conjectura; certo enim certius noluit ille constanti sententia affirmare, quod de columna Autbaris vulgo blaterabant Beneventani fragmentum, que quovis alio casu, sive à Regis, sive ab alterius viri nomine cum tale optimissem cognomen, ejusmodi fabulam sonniarunt, ansam nacti opportunam, quoniam Langobardi universam ferè possidentes Italiam, ultra fretum in Sicilian non traicerunt unquam, atque suarum Dynastiarum terminos defixis demonstraverunt columnis, alignandoque ad Rbegium posita columnæ fines prescripsit regionis. At hæc utcumque optimi judicii minimè Paulo fidem abrogant; quinimmo ex ipso Autharis tempore frequentiores postmodum Langobardis marches repeterem.

(210) Non leg. in Modo.

(211) Nullus in Paulo nostro locus occurrit, qui gravius literatis viris negotium dederit, quam præsentis capituli: ex eo enim investigantes initium Beneventani Ducatus in diversas quique sententias abierrunt. Primus qui sibi quæstionem hanc propofuerit Antonius Caraccioli in suo propylæo ad IV. Chronologos ab ipso editos nactus dubitandi occasionem ab Herchemperto in catalogo Ducum Beneventi, qui aperte tradit ab ipso anno 568. quo Langobardi cum Alboino Rege Italiam sunt ingressi Zotonis Ducatum initium habuisse, & Leone Ostiensi lib. I. Chronic. Cassin. cap. 48. qui cùm narrat urbem eam à Symbatico Græcorum Patrio captam anno 891. addit Ducatum Beneventum durasse annis 320. unde iis detrachis de 891. ad annum Christi 571. revolvebatur, earumque opinionem firmat argumento potissimum epistola D. Gregorii Magni ad Joannem Ravennatorem Episcopum Indiæ X. quæ designat annum 592. cùmque in ea Arorges, qui Paulo Arichis, Zotonis in ducatu successor, nominetur, & ex Paulo constet eumdem à Rege Agilulpho, ut est illius conjectura non multò posse quam ille regnum inuit, videlicet eodem anno 591. vel summum anno seq. 592. concludit non posse dari, uti sancè dandi sunt, Duci Zotonis annos 20. nisi ab anno 592. retrocedendo devenimus ad annum 571. Non placuit hæc ratio Camillo Peregrinio in citata sua disserit de tempore In-

A posset satagere coepit. Tunc isdem in cuius gremio quiescebat, spatham suam vagina extam, super eundem rivulum posuit, super quam illud reptile, de quo diximus, ad partem aliam transmeavit. Quod cùm non longè exinde, in quoddam foramen montis ingressum fuisset, & post aliquantum spatii regressum, super eandem spatham præfatum rivulum transmeasset, rursus in os Gunthramni de quo exierat introivit. Gunthramnus post hæc (216) expergescitus, mirificam se visionem vidisse narravit. Retulit enim apparuisse sibi in somnis, quod fluvium quendam per pontem ferreum transisset, & sub monte quodam introisset, ubi multa auri pondera aspexisset. Is verò in cuius gremio caput tenuerat, cùm dormisset, quid de eo viderat, ei per ordinem retulit. Quid plura? Effossus est locus ille, & inestimabiles thesauri, qui ibidem antiquitus positi fuerant, sunt reperti. De quo auro ipse rex postmodum ciborum (217) solidum miræ magnitudinis, & magni ponderis fecit, multisque illud pretiosissimis gemmis decoratum, ad sepulchrum Domini Hierosolymam transmittere voluit. Sed cùm minimè potuisset, idem supra corpus B. Marcelli martyris, quod in civitate Cavallone (218) sepultum est, ubi sedes regni illius erat, poni fecit, & eft ibi usque in præsentem diem. Nec est usquam ullum opus ex auro effectum, quod ei valeat comparari. Sed nos his breviter, quæ relatu digna erant, contactis, ad historiam revertamur.

C A P.

stitutionis Ducatus Beneventani, utque Caraccioli fundamenta everteret Leonis potissimum Ostiensis lectionem ex MS. Casinensi dubiam fecit, assertaque in MS. Codice non 320. nec 318. sed trecentos triginta legi, ut in Veneta, & Parisiensi editione. Hinc allatis Constantini Porphyrogenette verbis lib. de adm. imp. cap. 27. longius excutit, atque ducatus institutionem ante adventum Alboini in Italiam vix audet affirmare, primos illos Langobardos Romanorum in exercitu Narreti socios à Procopio memoratos auctores indicans. Eamque conjecturam viro acerrimi judicij miror tantum impotuisse, cùm ex ipso Procopio exiguis illorum numerus appareat, & quod magis est, idem auctor est extra Italiam ab ipso Narrete sub honori specie fuisse amandatos, ne in sociorum res ulterius irrumperent. Utcumque tamen se res habeat inclinat animus ad Caraccioli argumentum ex epistola D. Gregorii illius sive Scriptoris, quæcumque fuerit Ostiensis lectio, neque urgent ea, quæ addit vir doctis. ad Chronicon Ducum Beneventi in sua comparatione annorum dictorum Ducum cum era Christiana, quippe nodos omnes jam ante solvit D. Benedictus Bacchinius in Pontific. Raven. dissertat. de ætate Petri Senioris &c. sua nova comparatione cum Camillo Peregrinio, quæ vide. Inclinat etiam animus cum Caracciolo arguimento Neapolitanæ obsidionis, quæ supra notavi Tiberio Cæstare Imperante, qua cognoscimus Langobardos in Transylvaniam Italiam excurrisse longe prius, quæ Paulus noster ex vulgi rumore sibi persuaserit.

(212) *suscepisti, ac ad Childebertum.* Amb. & Lind.

(213) *Al. votum.* Lind.

(214) Vide D. Gregor. Turon. lib. 10. cap. 3.

(215) *Mod. qui prope.*

(216) *post hec de somno expergescitus.* Mod.

(217) Poculi genus est in modum foliorum colocationum factum, ut interpretatur Scholiares Horatii Porphyrio ad illum ferm. lib. 2. Od. 7. versum

Obliviosa lavia Maffico

Ciboria expla

Hesychius ειβασιον, αιγυπτιων ουρανος επι τοπι.

(218) Amb. Cabillone. Mod. Cabillone. Lind. Cabillone, ab ipso Gunthramno Rege fundatum.

CAP. XXXIV.

De morte Authari regis, & de regno Agilulfi.

Interim dum legati Authari regis in Francia morarentur, rex Authari apud Ticinum Novas Septembres veneno, ut tradunt, accepto moritur, postquam sex regnaverat annos. (219) Statimque à Langobardis legatio ad Childebertum regem Francorum missa est, quæ Authari regis mortem eidem nunciaret, & pacem ab eo expeteret. (220) Quod ille audiens, legatos quidem suscepit, pacem verò in posterum se daturum promisit. Qui tamen prefatos legatos post aliquot dies promissa pace absolvit. Reginam verò Theudelindam, quæ satis placebat Langobardis, permiserunt in regia consistere dignitate, suadentes ei, ut sibi quem voluisset (221) ex omnibus Langobardis virum eligeret, talem scilicet, qui regnum regere utiliter posset. Illa verò consilium cum prudentibus habens, Agilulfum ducem Taurinatum, & sibi

(219) Mortuus Antharis Rex anno DXC. quo D. Gregorius Magnus ad Pontificatum electus, extat illius epistola ad universos Italiz Episcopos, Indict. IX. ex qua impium Autharis Regis edictum paulo ante quam moreretur cognoscimus: in ea legitur. *Quoniam nefandissimus Antbarit in hac, quæ nuper explora est, Paschali solemnitate Langobardorum filios in Fide Catholicæ baptizari prohibuit: pro qua culpa cum divina Majestas extinxit, ut solemnitatem Pascha alterius non videret etc.*

(220) Mod. expellaret.

(221) Mod. ut quem ipsa vellet.

A virum, & Langobardorum genti regem elegit. Erat enim isdem vir strenuus, & bellicosus, & tam formâ, quam animo ad regni gubernacula coaptatus. Quem statim (222) regina ad se venire mandavit, ipsaque ei obviam ad Lauvellum oppidum properavit. Qui cum ad eam venisset, (223) ipsa sibi post aliquot verba vinum propinari fecit. Quæ cum prior bibisset, residuum Agilulfo ad bibendum tribuit. Is cum reginæ accepto poculo manum honorabiliter osculatus esset, regina cum rubore subridens, non debere sibi manum osculari (224) ait, quem osculum sibi ad os jungere oporteret. Moxque cum ad suum basium erigens, ei de suis nuptiis, deque regni dignitate aperuit. (225) Quid plura? Celebrantur cum magna lætitia nuptiæ: suscepit Agilulfus, qui erat (226) cognatus regis Authari, inchoante jam mense Novembres regiam dignitatem. Sed tamen (227) congregatis in unum Langobardis, postea mense Majo, ab omnibus in regnum apud Mediolanum levatus est.

(222) Cui regina statim ad se, ut mandarat venienti obviam ad Lauvellum oppidum properavit, & accepto poculo vinam propinari fecit. Lind.

(223) juxta se eum sedere fecit, atque post aliqua verba vinum etc. Lind.

(224) sibi manum, sed os osculari. Lind.

(225) Alias deque Regni dignitate adeunda decretum suum aperuit. Lind.

(226) Mod. fuit. Amb. fuerat.

(227) Al. sed tunc paucis tantum congregatis in unum Langobardis, postea mense Majo etc.

Explicit Liber Tertius de Gestis Langobardorum:



INCH

INCIPIT LIBER QUARTUS

DE GESTIS LANGOBARDORUM.

C A P. I.

*Quod Agilulfus rex pro captivis legatos
in Franciam misit.*

Confirmata igitur Agilulfi (qui & Ago dictus est) (1) regia dignitate, causa eorum, (2) qui ex castellis Tridentinis captivi à Francis ducti (3) fuerant, Agnellum Episcopum Tridentinum (4) in Franciam misit. Qui exinde rediens aliquantos captivos, quos Brunihildis (5) regina Francorum ex proprio pretio redemerat, revocavit. Evin (6) quoque dux Tridentinorum ad obtainendam pacem ad Gallias perrexit, qua & impetrata regressus est.

C A P. II.

De siccitate quæ eodem anno fuit, & de locustis.

Hoc anno fuit siccitas nimium gravis à mense Januario, usque ad mensem Septembrium, & facta est magna penuria famis.

(1) D. Gregorio Turonensi *Paulus etiam nuncupatur lib. 10. cap. 3. Veneri legati, inquit, mortuum Aptbarium Regem munciantes, Paulumque in ejus locum substitutum*, indeque nominis mutationem factam putat Eminentissimus Baronius, quod ad Catholicos veniens Agilulfus, ut infra narratur, hoc novum sibi asumperit.

(2) Al. ad redimendos eos, qui Tridento captivi &c. Lind.

(3) Mod. deduci.

(4) Agnello iste Tridentinus Episcopus cum Schismatisca in causa trium capitulorum Romano Pontifici, Catholicisque adverfabatur: Gradensi, & Marianensi pseudosynodis subscrispsit, atque suggestioni Schismaticorum ad Mauricium Imp., ut notavit Eminentissimus Norisius.

(5) Al. Bruneciblids. Lind.

(6) Al. Eotius, vel Ennius. Lind.

(7) Alias penuria amone, & famae valida &c. Lind.

(8) Al. fruticesque. Lind.

(9) Supplenda Pauli etiam hoc loco historia ex registro epist. D. Gregorii Magni: inter eas enim datas inductione X. plures occurunt, quibus Ariulphi Dux in Romanos impetum Sanctissimus Pontifex dolet, eique modis omnibus occurtere tentat, epist. quæ in ordine novis. PP. Benedictinorum S. Mauritius ad Veloce Magistrum militum data, hec scribit. Et pridem expressimus gloria vestra, quia milites illuc erant parati venire: sed quoniam inimicos congregatus, & buc discurrere epistola vestra significaverat, hec eos hic causa retinuit. Nunc vero utile est vobis, ut aliquanti illic milites transmittantur, quos gloria tua admonere, & bortari, ut parati sint ad laborem studeat. Et occasione inventa, cum gloriofis filiis nostris Maurilio, & Vitaliano loquere, & quaecumque vobis, Deo adjutore, pro utilitate Republica statuerint, facite. Et si luc vel ad Ravennates partes nec dicendum Ariulphum cognoveritis excurrere, vos à dorso ejus ita sicut virus decet fortes labore: quatenus opino vestra ex laboris vestri qualitate amplius in Republica, Deo auxiliante, proficiat &c. altera vero in ordine XXIX. ad ipios Maurilium, & Vitalianum data, qua sibi Ariulphum ad urbem Romam excurrere nunciatum fuisse scribit, idipsum hortatur, ut à tergo insistant, & sequent. XXX. ad eosdem de dubia Suanensium fide, quos ad Ariulphum descivisse argumento erant ipsius Langobardi ducis literæ, sedulò monet, paratumque illius exercitum si ad Urbem excurrere cognoverint, ut loca Ducis depraedentur invitat. Et in quadragesima sexta ad Joannem Ravennatem Episcopum idipsum lachrymis repetit scribens. *Quod multis scriptis vestra beatitudinis minimè ref-*

A (7) Venit quoque & magna locustarum multitudine in territorium Tridentinum, quæ majores erant quam ceteræ locustæ. Hæ, mirum dictu, herbas paludesque (8) depastæ sunt, segetes verò agrorum exiguè contigerunt. Sequenti quoque anno pari nihilominus modo adventarunt. (9)

C A P. III.

Quod rex Agilulfus Minulfum occidit, & de rebellione Gaidulfi, & Ulfari.

His diebus Agilulfus rex occidit Minulfum (10) ducem de insula sancti Juliani, (11) eo quod se superiori tempore Francorum ducibus tradidisset. Gaidulfus (12) verò Pergamentis dux in civitate sua Pergamo rebellans contra regem se communivit; sed datis obsidiibus pacem cum eo (13) fecit. Rursum se Gaidulfus, in insula Comacina reclusus. Agilulfus verò rex in eandem Comacinam insulam ingressus, homines Gaidulfi (14) exinde expulit, & thesaurum, quem ibidem à Romanis positum invenit.

C pondi, non hoc torpori meo, sed languori deputate: quia peccatis meis facientibus, eo tempore quo Ariulphus ad Romanam urbem veniens, alias occidit, alius detruncavit, tanta messtria afflictus sum, ut in colicam molestiam caderem. Nec sola ducis Ariulphi saevitia S. Pont sicem dolore maximo afficeret: sequitur ille in dicta epistola, quæ supra certas Romanæ rei hoc tempore faciem exhibet. Valde autem mirabar quid esset, quid illa milie motissima sollicitudo vestra sanctitatis huic urbi, messtria que necessitatibus minimè prodebet: sed scriptis vestris discurreribus agnosco vos quidam sollicitate agere, sed tamen apud quem agere possitis non baleo. Peccatis ergo hoc meis deputo, quia iste qui nunc interest, & pugnare contra inimicos nostros dissimulat, & nos facere pacem vetat, (Romanum Patricium intelligit) quoniam jam modo. etiam si velit facere, omnino non possumus, quia Ariulphus exercitum Autbari, & Nordulphi belens eorum sibi dari precaria desiderat, ut nobiscum aliquid loqui de pace dignetur &c. & infra: Si quando tamen est aliquis cum eo (neimpe Romano Patricio) locus obtinendi, agat apud eum fraternitas vestra, ut pacem cum Ariulpho, si ad aliquid parum possumus faciamus: quia miles de Romana urbe tulitus est, sicut ipse novit. Theodojaci vero qui hic remanerunt, rogari non accipiunt, vix ad murorum quidem custodiā se accommodant: & destituta ab omnibus civitas, si pacem non balet, quomodo subsistat. Et infra: De Neapolitana vero urbe Excellentissimo Exarcho instanter imminentē vobis indicamus, quia Arigis, ut cognovimus cum Ariulpho se fecit, & Republica contra fidem venit, & valde infidulatur eidem civitati, in quam si celeriter dux non mittatur omnino jam inter perditas babetur. Ariulphum vero eundem illum fuisse Spolctinorum ducem seq. cap. XVII. à Paulo memoratum ambigu non posse crediderim, illiusque victoriam ad Cameratum haec omnia sublequutam fuisse.

D (10) Al. Menulfum. Lind.

(11) Al. S. Julii. Lind.

(12) Al. Gaidulfus verò Bergomensis dux in civitate sua Bergamo. Lind.

(13) Al. cum rege. Lind.

(14) Alias auxiliaris Gaidulfi. Lind.

E Homines hic eo significaru accipiendi, quo apud Jur. Consult. sic apud Capitolinum in Pertinace: Tam lucri cupidus fuit, ut apud vada Sabatia mercatus exercuerit Imperator per burines suos; non aliter quam privatus solebat. Sic apud Symmachum bono meus, epist. XXVII. lib. III. epist. LIV. lib. V. Vide D. Cujacum observationum lib. VIII. cap. XIV. Lind.

invenerat, Ticinum transtulit, Gaidulfus vero iterato Pergamum contagiens, ibique ab Agilulfo rege obtentus, (15) rursus in gratiam receptus est. Rebellavit quoque dux Ulfari (16) contra Agilulfum regem apud Tarvisum, & obfessus captusque est ab eo.

C A P. IV.

De peste apud Ravennam, & de bello Childeberti cum filio Hilperici.

Hoc anno fuit pestis inguinaria iterum apud Ravennam, Grados, & Histriam nimium gravis, sicut & prius ante triginta annos extiterat. (17) Hoc etiam tempore Agilulfus rex cum Avaribus (18) pacem fecit. Childebertus quoque bellum gessit cum consobrino suo Hilperici (19) filio, in quo prælio usque ad triginta millia hominum cæla sunt. Fuit autem tunc hyems frigida nimis, qualem vix aliquis prius recolebat fuisse. In regione quoque Briosum sanguis de nubibus fluxit. Et interim fluvii (20) quasi rivuli crux emanaverunt.

C A P. V.

Quod codicem dialogum Beatus Gregorius Theudelinda regina direxit.

His diebus sapientissimus, & beatissimus Papa Gregorius Romanæ urbis, (21) postquam alia multa ad utilitatem sanctæ Ecclesie scripsérat, etiam libros quatuor de vita Sanctorum composuit, (22) quem codicem Dialogum, id est, duorum locutionem, quia eum colloquens cum suo diacono Petro ediderat, appellavit. Hos igitur libros p̄fatus Papa Theudelinda reginæ direxit, quam sciebat utique & Christi fidei deditam, & in bonis actibus (23) esse præcipuam.

(15) Alias captus. Lind.

(16) Al. Ulfaris dux Tarvisinus contra Agonem, seu Agilulfum. Lind.

(17) Plures inguiniam pestem per varias Italiam regiones grafsatam fuisse, tum ex Paulo nostro, cum ex aliis nostrarum rerum scriptoribus liquidò constat.

(18) Al. Abbaribus, & sic infra. Lind.

(19) Al. Hilperici. Lind.

(20) Al. & intra Rheni fluvii aquas rivulus crux emanavit. A. & L. al. & interni fluvii rivulus aquas crux emisit. Al. & Materna fluvii &c. Lind.

(21) Al. Rom. urbis Episcopus. Lind.

(22) Anno scilicet anno Christianæ DCCXIII. vel DCCIV. ut ex ipso dialogorum libro desumitur, lib. enim III. cap. 19. legimus ante hoc ferè quinqueannum, quando apud banc Romanam urbem alveum sium Tiberis egressus est, & lib. 4. cap. 26. in ea quoque mortalitate, qua ante triennium banc urbem vehementissima clade vastavit. Inundationem ex D. Gregor. Turonensi anno DLXXXIX. & inguiniam pestem DCC. notavi; unde varias has temporum notas minimè accommodaveris, nisi protracta longius peste, extrema illius tempora SS. Pontificem intellexisse credideris. Alteram vero chronologiam notam habemus ex epist. ejusdem, S. Pontif. ad Maximianum Episcopum Syracusanum, qua scribens, aliqua de miraculis Patrum, qua in Italia facta, eundem rogat, ut ea quorum meminit indicet; cùmque data sit ea epistola Indict. XI subsequenti anno editos dialogos optimè conjiciatur.

(23) Alias artibus. Lind.

(24) Mod. sublimitates.

(25) Extat adhuc Diploma Regis Agilulphi in tomo V. Bullarii Cassinensis, & apud Ughellum in sua Italia Sacra, quo S. Columbanus Abbat, & sociis habitantibus ad Basilicam S. Petri in valle Bonsensi possidenda cessit ab omni parte per circui-

Tom. I.

A

C A P. VI.

De bonis actibus ejusdem Theudelinda regina.

Per hanc quoque reginam multum utilitatis Dei Ecclesia consecuta est. Nam penè omnes Ecclesiarum substantias (24) Langobardi, dum adhuc gentilitatis errore tenerentur, invaserunt; Sed hujus salubri supplicatione Rex permotus, & catholicam fidem tenuit, & multis possessiones Ecclesie Christi largitus est (25) atque Episcopos, qui in depressione, & abjectione erant, ad dignitatis solite honorem reduxit.

B

C A P. VII.

Quod Tassilo à Childeberto Francorum rege rex ordinatus est.

His diebus Tassilo (26) à Childeberto rege Francorum apud Bajoarium rex (27) ordinatus est. (28) Qui mox cum exercitu in Sclavorum provinciam introiens, patratâ victoria ad solum proprium cum maxima præda remeavit.

C

C A P. VIII.

Quod Romanus Patricius civitates, quas Langobardi tenebant invasit, & quia rex Agilulfus Maurisiorum ducem occidit, & quis cum beato Gregorio, & Romanis facem fecit.

Hac etiam tempestate Romanus Patricius, & Exarchus (29) Ravennæ, Romanum properavit. Qui dum Ravennam revertitur, recepit (30) civitates, quæ à Langobardis tenebantur, quarum ista sunt nomina: Sutrium, Poli-

D

tum milliaria quatuor, sive culto, sive inculto. Datum Mediolani in Palatio sub die IX. Kal. Aug. Regni nostri felicissimi octavo per Indictionem quintam. In his tamen chronologicis notis errorem irreprobis dicendum est; nam si Agilulphus, ut Paulus noster supra cap. ultimo libri tertii scribit, suscepit inchoante jam mense Novembri Regiam dignitatem; sed tamen congregaris in unum Langobardis, postea mense Mayo ab omnibus in Regnum apud Mediolanum levatus est, utcumque illius Regni epocha initium habeat, vel ab inchoata, vel à confirmata Regia potestate, octavus regni ejus annus in indictionem quintam incidisse non potuit: ex epistola enim D. Gregorii liquidò constat postremum Pascha vivo Anthario Rege celebratum ad annum DCC. esse referendum, eoque anno octava Indictione decurrebat; quamobrem Agilulphus post Septembrem, inchoata jam indictione nona, & suscepit Regnum, & in eo fuit confirmatus, atque inde si numerus annorum regni ejus ad octavum ducatur, in indictionem primam, non verè quintam, ut in editis legitur, veniemus. Extant etiam alia Regis Adaloaldi diplomata, quibus hoc Agilulphi confirmatur, eaque infra norabimus.

(26) Mod. Taxillo.

(27) ↗ Rex non leg. in Amb.

(28) Anno scilicet DCCV. ut Sigebertus, & Hermannus Contractus in chronicis.

(29) Glossarium Grecolatinum ιερού προcerος, principes.

Lind.

Exarchi appellatio viris eruditis quasi ἀρχων πρίncipe. Summi fuit nomen Magistratus, qui vices Imperatoris in provinciis gerebat, legimus Exarchos Italiæ, Africa &c. Exarchus Italiæ Ravennæ residebat, unde fuit etiam appellatus. Longinus à Justino Imperatore contra Langobardos missus primus hoc nomen in Italia, & auctoritem habuit.

(30) Mod. retinuis.

Tet

limarium, Horta, Tudertum, (31) Ameria, Perusia, (32) Luceolis, & alias quasdam civitates. Quod factum cum regi Agilulfo nuntiatur esset, statim Ticino egressus cum valido exercitu civitatem Perusium petiit, ibique per dies aliquot Mauritionem (33) ducem Langobardorum, qui se Romanorum partibus tradiderat, obsedit, & sine mora captum, vita privavit. Hujus regis adventu in tantum Beatus Gregorius Papa exterritus est, ut ab expositio ne templi, de quo in Ezechiele legitur, desisteret, sicut ipse quoque in suis homiliis refert. (34) Rex igitur Agilulfus rebus compositis (35) Ticinum repedavit. Nec multum post, suggestente maximè Theudelinda regina sua conjuge, sicut eam Beatus Gregorius suis epistolis saepius admonuit, cum eodem sanctissimo Papa Gregorio, atque Romanis, pacem firmissimam pugnit, eidemque reginæ, idem venerabilis sacerdos, pro gratiarum actione (36) hanc epistolam direxit.

C A P. IX.

Epistola Beati Gregorii ad Theudelindam reginam.

Gregorius Theudelinda regina Langobardorum. Quia excellentia vestra ad faciendam pacem studiosius, & benigne se sicut solet impenderit, renunciante filio nostro Probo abate, cognovimus. Nec enim aliter de Christianitate vestra confidentum fuit, nisi quia in causa pacis laborem & bonitatem vestram omnibus monstraretis. Unde omnipotenti Deo gratias agimus, qui ita eorum vestrum sua pietate regit, ut sicut fidem rectam tribuit, ita quoque placita sibi vos semper operari concedit. Non enim, excellentissima filia, de sanguine, qui ab utraque parte fundendus fuerat, parvam te credas adquisisse mercedem. Ex qua re voluntati vestre gratias referentes, Dei nostri misericordiam deprecamur, ut bonorum vobis vicem

A in corpore & anima, hic & in futuro compenseret: Salutantes vos præterea paterna dilectione bortamur, ut apud excellentissimum conjugem nostrum illa agatis, quotinus Christianæ reipublicæ societatem non renuat. Nam sicut ex vos scire credimus, multis modis est uile, si se ad ejus amicitiam conferre voluerit, Vos ergo more vestro que ad gratiam partium pertinent semper studete, atque ubi causa mercedis se dederit, elaborate, ut bona vestra amplius ante omnipotentis Dei oculos commendetis.

C A P. X.

Item ejusdem Epistola ad Agilulfum regem.

Gregorius Agilulfo regi Langobardorum. Gratiæ excellentia vestra refiero, (37) quia petitionem nostram audientes, pacem, quam (38) utrisque esse partibus credebamus profuturam, sicut de vobis confidentiam habuimus, ordinatis, ex qua re excellentia vestra prudentiam, & bonitatem. (39) valde laudamus, quia pacem diligendo, Deum vos, qui auctor est ejus, amare monstrastis. Nam si (quod absit) facta non fuisset, quid agi debuit, (40) nisi ut cum peccato, & periculo partium, miserorum rusticorum sanguis, quorum labor utrisque proficit, funderetur. Sed ut prodeesse nobis eandem pacem quemadmodum à nobis facta est, sentiamus, paterna charitate vas salutantes petimus, ut quotiens occasio se dederit, ducibus vestris per diversa loca, & maximè in his partibus constitutis, vestris praecipiat exemplis, (41) ut hanc pacem sicut promissum est pure (42) custodian, & occasiones sibi aliquas non querant, unde aut contencio quadam, aut ingratitudo. (43) nascatur, quantum voluntati vestre gratias agere valeamus. Latores vero presentium literarum, sicut revera homines vestros, in eo quo decuit (44) affectu suscepimus, quia justum fuit, ut viros sapientes, & qui pacem factam Deo propitio nunciarunt, cum caritate & suscipere, & dimittere deberemus. (45)

C A P.

(31) MS. Hortestuder. Al. Hortam Faider. Lind.

(32) Al. Perusium. Lind.

(33) Al. Mauritionem. Lind. & Mod.

(34) D. Gregorii verba prefat, in lib. II. super Ezechiel. *Quia multis curis prementibus Ezechielis Propheta librum coram charitate vestra totum per ordinem perscrutari non licuit: bonis desideriis placuit parere, ut saltem extrema ejus visio, quæ ei facta est de adiicio in monte constituto, que & cunctis est visionibus ejus obscurior, exponi debuisset. Et quidem voluntati vestra me parere necesse est. Sed duo sunt quae hac in re perturbant animum meum, unum quod bac eadem viujo tanta obscuratio nebulis tegitur, ut vix in ea aliquid intellectu interlucente videatur. Aliud quod jam Agilulphum Langobardorum Regem ad oblationem nostram summopere sustinuentem Padum transisse cognovimus; unde pensate fratres carissimi in caliginosis & mysticis sensibus penetrare quid valeat mens misera timoris sui perturbationibus occupata &c. recitata vero homilia XXII. haec ait. Nemo autem me reprobendat, si post hanc locutionem cessavero, quia, sicut omnes cernitis, nostra tribulationes excreverunt. Undique gladius circumfusi sumus, undique imminens mortis periculum timemus. Alii detrunctis ad nos manibus redeunt, alii capti, alii interempti nunciantur. Jam cogor linguam ab expositione retinere: quia tamen animam meam vita mea &c.*

(35) Alias extinto Mauricionis. Lind. & Mod.

(36) Amb. gratia Religionis.

(37) Mod. referimus.

(38) Mod. pacem, quæ utrisque est partibus profutura &c.

(39) Al. veritatem. Lind.

(40) Al. babuit. Lind.

(41) Lind. & Mod. epistolis.

(42) Amb. summopere.

(43) Al. sedition. Lind.

(44) Mod. debuit.

(45) Ex registro epist. D. Gregorii appetat has datas in dictione II. At si sequenti mense Januario apparuit stella cometes, & Joannes Archiepiscopus Ravennæ mortuus est, isque anno DXCV. ut Baro-

nus, & ex Agnello Bacchini contendit, è vivis sublatus est, ad superiores annos firmata Langobardos inter & Romanos pax effet revocanda. Minime vero acceptam hanc chronotaxin revertam argumento potissimum alterius epistola ejusdem S. Pontificis ad Innocentium Africa Præfatum lib. X., data sub sequente indictione III. in qua scribit. Cognoscentes igitur quale studium in preparandis dromonibus gesseritis sollicitudinem vestram desiderato nuntio, relevamus, indicantes cum Langobardorum Rege usque ad mensem Martium futura quartæ Indictionis, de pace, propitiante Domino convertisse. Quæ si retineatur ignoramus, quia idem Rex obtulisse postea nunciatus est, licet adhuc habeatur incertum. Cumque in ea pacem ad proximam quartam indictionem sancitam fuisse aperte conset, datas etiam antecedenti IL gratulatorias ad Agilulphum, & Theodolindam necessariò dicendum est ex brevitate temporis, qua nondum constabat de valetudine Regis. Ex ea etiam epistola cognoscimus pacis conditiones, quas minimè Paulus recensuit, eamque fuisse pretio comparatam ex eodem lib. epist. facile quis arguet, atque ad id fortasse respiciunt, ea quæ ad Constantiam Augustam scribit. Viginti autem jam & septem annos ducebimus, quid in hac urbe inter Langobardorum gladios virimus. Quibus quam multa bac ab Ecclesiis quotidianis diebus ergantur, ut inter eos vivere possimus, suggestura non sunt. Sed breviter indico, quia sicut in Ravenna partibus Dominorum pietas apud primum exercitum Italia Sacellarium babet, qui causis supervenientibus quotidiana expensas faciat, ita & in hac urbe ex causis talibus eorum Sacellarius ego sum. Et tamen bac Ecclesia, quæ uno, eodemque tempore clericis, Monasteris, pauperibus, populo, atque insuper Longobardis tam multa indeareretur expendit, ecclesie adhuc ex omnium Ecclesiæ premitur afflictione &c. Quantum vero laboris, & studii impenderit SS. Pontifex ad eam, reluctantibus Gracis, comparandam, plures aliae indicant epist., quas longum est hic recitare.

C A P. XI.

De stella comete, & morte Johannis Episcopi, & Evin ducis, & de Bajoariis.

Intra hæc sequenti mense Januario, apparuit stella cometa manè & vespere per totum mensem. Eo quoque temporis mense (46) defunctus est Johannes Archiepiscopus Ravennæ, cuius in locum Marianus (47) civis Romanus substitutus est. Evin quoque dux in Tridento mortuo, datus est eidem loco dux Gaidoaldus vir bonus, ac fide catholicus. Hisdem ipsis diebus Bajoarii usque ad duo millia virorum super Sclavos irruunt, superveniente Cacano (48) omnes interficiuntur. Tunc primum caballi silvatici, & bubali in Italiam delati, Italæ populis miracula fuerunt.

C A P. XII.

De morte Childeberti Francorum regis, & de bello Avariorum cum Francis, & de transitu Guntrammi regis.

Hac etiam tempestate Childebertus rex Francorum atatis anno vigesimo quinto cum uxore propria, sicut fertur, vi venenæ extinguitur. (49) Huni quoque, qui & Avares dicuntur, à Panonia in Turingiam ingressi, bella gravissima cum Francis gesserunt. Brunichildis tunc regina cum nepotibus adhuc puerulis Theudeberto (50) & Theuderico regebat Gallias, à quibus accepta Huni pecunia, revertuntur ad propria. Mortuus quoque est Gunthramus rex Francorum, (51) regnumque illius Brunichildis regina suscepit, cum nepotibus adhuc parvulis filiis Childeberti.

C A P. XIII.

Quia Cacanus legatos ad Agilulfum misit, & de pace cum Gallicino patricio.

Per id tempus Cacanus rex Honorum legatos ad Agilulfum Mediolanum mittens, pa-

(46) Amb. eo quoque tempore.

(47) Ita etiam appellatur in decreto Gratiani, ceteris Marinianus defuncti Joannis Romani nepos extant ad utrumque plures D. Gregorii epistole, quas omnes diligenter recensuit Vir Clar. Bacchinius ad Pontif. Ravennæ.

(48) Amb. Cacano Rege.

(49) Anno videlicet labente DXCVI. ut ex epistolis D. Gregorii ad Theodericum, & Theodebertum eius filios recte collegit Baronius. Hermannus Contraetus longè aliter ac noster illius obitum narrat Childebertus, inquit, Rex Francorum fortis, & strenuus, filius Sigeberti XXI. anno Regis, atatis vero XXV. veneno, ut ajunt, à conjugé accepto moritur. Brunichildis avie tutelæ, ut noster habet, filii ejus crediti sunt. Vide Fredegarium cap. 16.

(50) Mod. Theodeberto, & Theoderico, semper.

(51) Amb. Burgundionum.

Guntramno Burgundie Regi superfitem fuisse Childebertus contra Baronii sententiam jam liquido constat: legitimus erum apud Fredegarium Regnum ejusdem Childebertus assumptus, & apud Greg. Tur. lib. 4. de Miraculis S. Martini cap. 37. Tempore quo post obitum gloriissimi Regis Gunthramni Childebertus Rex Aurelianensem urbem adiit &c. de illius obitu Fredegarius cap. 13. Anno XXXIII. Regni Gunthramni quinto Kal. Aprilis ipse Rex moritur, sepultusque est in Ecclesia S. Marcelli in Monasterio, quod ipse construxerat. Ex his, atque solari eclipsis per eundem Fredegarium narrata superiori anno Bollandiani successores clarissimi Henschenius, & Papebrochius in præliminari exegesi de genealogia Regum Dagobertinorum ad tomum III. men-

A cem cum eo fecit. Romanus quoque Patricius moritur, cui Gallicius succedit, & cum Agilulfso rege pacis concordiam iniit.

C A P. XIV.

De pace Agilulfii cum Francis, & de morte Zangrufi, & Warnecautii.

Hoc etiam tempore (52) Agilulfus cum Theuderico rege Francorum pacem perpetuam fecit. Post hæc Agilulfus rex rebellatem sibi Zangrufum Veronensem ducem extinxit. Gaidulfum (53) quoque Pergamenensem ducem, cui jam bis pepercera, peremit: pari etiam modo & Warnecautium (54) apud Ticinum occidit.

C A P. XV.

De peste apud Ravennam, & mortalitate apud Veronam.

Subsequenti tempore rursus Ravennam, & eos, qui circa oram maris erant, pestis gravissima vastavit. Sequenti quoque anno mortalitas valida populos Veronensem attrivit. (55)

C A P. XVI.

De signo sanguineo in caelo, & bello Francorum inter se.

Tunc etiam signum sanguineum in caelo apparuisse vidum est, & quasi hastæ sanguineæ, & lux clarissima per totam noctem. Theudibertus rex Francorum eo tempore cum Clothario (56) patrulee suo bellum gerens, ejus exercitum vehementer affixit. (57)

C A P.

sis Martii ann. emortualem Gunthramni DXCII. firmarunt. Ceterum piissimi Regis virtutes ita clauerunt, ut in album Sanctorum relatus fuerit, eique sacer dies XXVIII. Martii, ut videre est in cit. actis SS. Bollandii.

Quæ vero ad Langobardos nostros pertinet, hoc etiam tempore a Paulo non integrè relata, silentio minime prætereunda Cotroneensis urbis expugnatio, ingenique captivorum numerus abductus anno DXCVI. ut ex epistola D. Gregorii Magni colligere possumus: ea data est ad Theotistam Patriciam, quæ S. Pontifici, ut & ceteri plures, magnum auri pondus ad redimendos captivos largita fuerat. Vide lib. VII. Indict. XV.

(52) Hac etiam tempeste. Mod.

(53) Al. Gaidulfum quoque Bergensem. Lind.

(54) Al. Vernecaustum. Lind. & Mod. Varnecantum. A.

(55) Hac eadem ferme Pontif. Riven. in vita S. Mariniani XXX. cap. II. Istius igitur temporibus circa comorantes marina litora, maximèque in bac crutate Ravenna gravissima peste vastati sunt, & voluntato anni circulo Veronenses crues valida mors consumpxit. Post hoc visum est terrible in caelo signum, & velut boves sanguinei per totam noctem dimicantes, & lux clarissima iufrata est.

(56) MS. Lotario, & sic infra quoque Lind. servanda editorum lectio.

(57) Bellum inter Theodebertum Austrasie, ac Theodericum Burgundie Reges contra Clotharium II. Neustria Regem narrant Fredegarius in Chronic. cap. 20. Aimoinus lib. 3. cap. 88. eique narratam à Paulo Meteororum apparitionem parem faciunt, atque in annum DC. incidisse communiter firman-

CAP. XVII.

De morte Ariulfi ducis Spoletani, & de ducatu Thudelapii.

Sequenti anno Ariulfus dux, qui Faroaldo (58) apud Spoletum successerat, moritur. Hic Ariulfus cum bellum contra Romanos in Camerino gessisset, victoriāque patrasset, requiriāre a suis hominibus coepit, quis vir ille fuerit, quem ipse in illo bello quod gesserat, tam strenuē pugnantem vidisset. Cui cūm sui viri responderent, se ibi nullum aliquem fortius facientem, quām ipsum ducem vidisse, ille ait: Certè multum & per omnia me meliorem ibi alium vidi, qui quotiens me adversæ partis aliquis percutere voluit, ille vir strenuus me semper suo clypeo protexit. Cūmque dux ipse prope Spoletum, ubi basilica beati martyris Sabinī (59) sita est, in qua ejusdem venerabile corpus quiescit, advenisset, interrogavit cuius hēc tam ampla domus esset. Responsum est ei à viris fidelibus, Sabinum ibi martyrem requiescere, quem Christiani quotiens in bellum contra hostes irent, solitum haberent (60) in suum auxilium invocare: Ariulfus verò cūm adhuc esset gentilis, ita respondit: Qui potest fieri

recentiores. Suscepimus infigante potissimum Brunichilde Theodeberti, & Theoderici avia infelicem Clothario exitum habait. Pugnatū quippe in Senonensium ditione ad fluvium Aroanem, hand procul à Dromello vico: Ibi, scribit Fredegarius dictio cap. XX. exercitus Clotbarii gravissimè trucidatus est. Ipsaque cum his, qui remanserunt, in fugam verso pagos, & civitates ripa Sequana, qua se ad Clotbarium tradiderant depopulantur, & vacantur. Civitates rupta nimis, plurimas captiōrum ab exercitu Tbeuderici, & Tbeudeberti exinde deducuntur. Clotbarii oppressus vellet nolle per passionis vinculum firmavit, ut inter Sigonam, & Ligerim usque mare Oceanum, & Britannorū līmitem; pars Tbeuderici baberet, & per Singonam & Isaram Ducatum integrum Dentelini usque Oceanum mare Tbeudebertus recuperet. Duodecim tantum pagi inter Isaram, & Sigonam, & mare litoris Oceani Clotbario remanserunt.

(58) Al. Farualdo. Lind.

(59) Mod. Sabini Episcopi.

(60) Al. præsidium haberent, ac cum propterea in suum auxilium vocarent. Lind.

(61) Al. alter eorum Thudelapius nomine vicitur potius ducatum suscepit. Lind.

(62) Celebris est doctorum Scriptorum conatus, inquit Bachinius in dissertat. historicō-chronolog. de ecclæ Petri Senioris &c. ad Pontif. Raven., ut Paulum Vuarnefridi cum Leone Ostiensi, & Ostiensem ipsum cum Ostiensi componant, ubi de Monasteriis Caffinensis per Langobardos eversione, & de temporis spatio, quod inter ejus desolationem, & Petronaci overā factam restorationem effluxit. Disceptatum est pluribus per Camillum Peregrinum in chronologia Ducum Beneventanorum, Abbatem Angelum à Nuce, Bollandum, Mabillonum, Bacchinium, aliasque præstantissimos viros, quorum argumenta singula hic enumerare longissimum esset. Ex iiii ad Pauli nostri emendationem potius, quām illustrationem satis fuerit carissime veteriora hujus rei monumenta, ex quibus evincitur ad superiora tempora contra Pauli testimoniū insignem hanc celebrimi Monasterii eversionem esse referandam. Ævo proximior immo acta tragodie testis Gregorius Magnus lib. dialogorum II. cap. XVII. hēc habet, cūm de prædicatione S. Benedicti loquitur. Vir quidam nobilis Theoprobus nomine; ejusdem Benedicti Patris fuerat admonitione conversus &c. Hic cūm quadam die ejus cellam fuisse ingressus, hunc amarissime sicutem reperit. Cumque diu subsisteret, ejusque non finiri lacrymas videret, nec tamen ut vir Dei consueverat orando plangeret, sed moriendo, quamcumca causa tamī luctus existere inquisivit. Cui vir Dei illipso respondit. Omne hoc monasterium quod construxi, & cuncta que Fratribus preparavi omnipotenter Dei iudicio gentibus tradita sunt. Vix tamen

A ut homo mortuus aliquod viventi auxilium praefet? Qui cūm hoc dixisset, equo desiliens, eandem basilicam conspecturus intravit. Tunc aliis orantibus, ipse picturas ejusdem basilicæ mirari coepit. Qui cūm figuram beati martyris Sabinī depictam conspexisset, mox cum juramento affirmavit dicens, talem omnino eum virum, qui se in bello protexerat, formam habitumque habuisset. Tunc intellectum est beatum martyrem Sabinum eidem in prælio adjutorium contulisse. Igitur mortuo Ariulfo, duo filii Faroaldi superioris ducis inter se propter duca- tum decertantes, unus ex ipsis (61) qui cūm victoriā adeptus esset, nomine Theudelapius, ducatum suscepit.

B

CAP. XVIII.

De prædicatione facta à Langobardis in canobio Sancti Benedicti.

Circa hēc tempora (62) canobium beati Benedicti patris, quod in castro Cassino situm est, à Langobardis noctu invaditur. Qui universa diripientes, ne unum quidem de monachis tenere potuerunt, ut prophetia venerabilis Benedicti patris, quam longè ante prædictarū compleretur, qua dixit, *Vix apud Deum obti-*

C
obtnere potui, ut mibi ex hoc loco anima concederetur. Cuius vocem tunc Theoprobus audierit: nos autem certamus, qui destrutum modò à Langobardis canobium scimus. Nocturno enim tempore, & quiescentibus Fratribus super illic Langobardis ingressi sunt, qui diripientes omnia, ne unum quidem hominem illuc tenere potuerunt &c. Anastasius Bibliothecarius in vita Pelagii II. fugientis, inquit, ex Canobio Fratres Romani profecti sunt atque ex concessione S. Pelagi Pepe II. & Tiberii Mauriti Imperatoris iuxta Lateranense Patriarchium Monasterium construerunt, & ex eo fortasse Leo Ostiensis in Chron. Caffin. lib. pr. cap. 2. Fratres Romani profecti sunt, atque ex concessione Romani Pontificis Pelagi, qui tunc Sedi Apostolica præteri- gressa Lateranense Patriarchium Monasterium construerunt, ibique per centum & triginta annos, quod Caffinense Monasterium destrutum permanuit, habitarunt. Ad perficuum horum explicationem omnium vice referam verba doctissimi Mabillonii in annal. Benedictinis libro VII. Caffino tum præter Bacchus abbas, successorem in regendo apud Lateranum gregi Caffinensi fortius Valentianum, qui annis multis teste Gregorio Lateranensi Monasterio profuit. Unus hic locus sufficit emendanda communis nostrorum sententia, qui banc eversionem anno supra quingentesimum octogesimo nono ponunt. Gregorius quippe dialogos suos scribere aggressus est anno nonagesimo tertio. Jam vixit tum deserat Valentianum, qui multis annis ante hoc est annis minimum decem, Lateranensis Monasterio præfuerat. Ergo longe ante annos decem eversum fuerat Caffinense Monasterium, & Monaci inde fugati, quibus Pelagius continentem Lateranensi Basilica locum ad construendum Monasterium concesserat anno utique circiter octogesimo, qui quartus erat ejus pontificatus annus. Nec resert quod Gregorius ejus successor, dialogorum librum secundum scribenti, nupera dicatur hoc eversio. Nuper enim apud Gregorium non semel accipitur pro decem, immo & pro viginti annorum spatio, ut duo ejus loca manifeste probant, à me alias relata in notis ad hunc Gregorii locum &c. De Leonis vero testimonio infra haec habet cap. III. Corrigendus in eo predictus auctor, quod subdit Caffinates apud Lateranum perserverasse per centum & decem annos, quod Caffinense Monasterium destrutum permanuit, alius codex habet centum & triginta annos: sed utroque diminuto temporis intervallo: cūm à Pelago secundo, cuius Pontificatu bac eversio contigit, ad Gregorium III., quo Pontifice Sacri Cœnobii à Petronace instauratio facta dicitur, à Leonis anni ferè CXL. intercesserint. Verum Gregorii III. loco substituendus est Gregorius II. qui cūm anno DCCXV. pontificatum inerit, annis minimum CXXXV. Caffinensis Monasterii ruina p. securauit &c.

D

E

obtinere potui, ut ex hoc loco mihi animæ concederentur. Fugientes quoque ex eodem loco monachi Romam petierunt, secum codicem sanctæ regulæ, quam præfatus pater composuerat, & quædam alia scripta, nec non pondus panis, & mensuram vini, (63) & quicquid ex supellecili subripere poterant, deferentes. Cæterum post beatum Benedictum Constantinus, post hunc Simplicius, post quem Vitalis, ad extremum Bonitus congregationem ipsam rexit, sub quo hæc destructio facta est.

C A P. XIX.

De morte Zottonis, & ducatu Arichis.

Mortuo igitur Zottone Beneventanorum duce, Arigis (64) in loco ipsius à rege Agilulfo missus successit, qui ortus in Foro Julii fuerat, & Gisulfi Foro Juliani ducis filios educarat, eidemque Gisulfo consanguineus erat. Ad hunc Arigis extat epistola beati Gregorii Papæ in hunc modum directa. (65)

C A P. XX.

Epistola beati Gregorii Papæ ad eundem Arichis.

Gregorius Arigis (66) Duci. Quia sic de gloria vestra, sicut revera de filio nostro confidimus, petere à vobis aliqua fiducialiter provocamus, arbitrantes, quod minimè nos (67) patiemur contristare, (68) maximè in tali re, unde vestra anima multum poterit adjuvarī. Indicamus autem (69) propter ecclesiæ beatorum Petri ac Pauli, aliquantas nobis trabes necessarias esse, & ideo Sabino subdiacono nostro injunximus, de partibus Briccorum (70) aliquantas incidere, & ut

(63) De iis in Regula D. Benedicti cap. 39. & 40. Emina vini mensura dicitur, de qua curiosa multi, quæ non sunt hujus loci.

(64) Al. Arichis. Lind. & Mod. al. Arigo.

Ex subsequenti Beneventani Ducis iuccessione, hic etiam firmatur chronotaxis annorum instituti Ducatus Beneventani, quam supra libro III. capit. XXXII. cum Caracciolo exhibui; nam si Zoto principatus est Beneventi per curricula viginti annorum, & successorem habuit Arigim, ut noster vocat, vel Arcibim, ut Chronic. Dicum Beneventi, vel Aricbim, ut Anonym. Cassinensis, vel deum Arogem, ut D. Gregorius Magnus, jam liquidū conitat ex epistola dicti S. Pontificis ad Joannem Episcopum Ravennatem, cuius verba recitavi, Indict. X. anno scilicet D. N. Iesu Christi DXCL, quo data est, Arichim ad Principatum Beneventanum jam elatum fuisse, atque Neapolitanæ civitati cum Ariulpho alio duce infidias parasse: cùmque Paulus noster Agilulphi Regis beneficio principatum accepisse scribat, necessariò dicendum paulo post regis inaugurationem id accidisse: unde si retro numerum XX. annorum duxeris jam ad Caraccioli tempora venies, quantum licet in tanta rerum caligine: neque turbant ea, quæ doctis. Peregrinus ex recentioribus Chronologis opponit: major enim ejusdem sevi Scriptoribus habenda fides, nec argumentum ab ipso Paulo nostro deductum: nempe Zotonis ducatus initia ex tempore Antharii Regis esse revocanda, quia noster hujus regis acta narrans de Zotide verba facit: frequentissimum illi quippe fuit multa per anticipationem referre, ut ipse non uno in loco profensus est.

(65) Data est Indict. V. vide lib. XII. num. XXIII. edit. Patrum Benedict. S. Mauri.

(66) Amb. Aricb.

(67) Amb. vo. MS. L. neminem vos.

(68) Amb. contristari.

(69) Amb. & Mod. autem vobis propter Ærc.

(70) Amb. & Mod. Briciorum. Lind. al. Brixiorum, al. Brixianum.

(71) Amb. deducere, nec leg. verbum debet.

(72) Amb. accinariis.

Tom. I.

A usque ad mare in locum aptum trahere (71) debat. Et quia in hac re solatiis indiget, salutantes gloriam vestram, paterna caritate petimus, ut actionariis (72) vestris, qui in loco sunt deputatis, (73) ut homines, qui sub eis sunt, cum bobus suis in ejus transmittere solatiū debeant, quatinus vobis concurrentibus, melius quod ei injunxi- mus possit perficere. Nos enim promittimus, quia diu res perfecta fuerit, dignum vobis xenium, (74) quod non sit injuriosum, (75) transmittimus. Nam scimus nos considerare, & filius nostris, qui bonam nobis voluntatem exhibent, respondere. Unde iterum petimus gloriose fili, ut ita facere. debeatis, ut & nos possimus vobis esse pro præstito beneficio debitores; & vos mercedem pro Sanctorum Ecclesias habeatis.

C A P. XXI.

De captivitate filie regis Agilulfi, & quia rex Agilulfus Cacano artificem direxit.

His diebus capta est filia regis Agilulfi, cum viro suo Godescalco nomine, de civitate Parmensi, ab exercitu Gallicini patricii; & ad urbem Ravennatium sunt deducti. (76) Hoc quoque tempore misit Agilulfus rex Cacano regi Avarorum artifices ad faciendas naves, cum quibus isdem Cacanus insulam quandam in Thracia expugnavit.

C A P. XXII.

De basilica beati Johannis in Modicia, quam Theudelinda regina edificavit.

P er idem quoque tempus Theudelinda regina basilicam beati Joannis Baptiste, quam in Modicia (77) construxerat, (78) qui locus su-

(73) Mod. demandetis.

(74) Mod. exemplum.

(75) Amb. indignum.

(76) Pontif. Raven. in vita Mariniani XXX. Episcopi hæc ex Paulo fortasse repetit. *Capta est inter bac Agilulphi Regis filia cum Godescalco viro suo ab exercitu Callinici Patricii de civitate Parmense, & in banc urbem Ravenne capti ducti sunt, & infra: Igitur, ut diximus, semper bellum fuit inter Ravennenses, & Langobardos, & discordia grandis propter filiam suam, qua capta à Ravennatisbus fuerat. Et propter ipsam tram civitas Cremona à prædicto capta & destruta est Rege, & Mantua minis vexata est, & disrupta.*

(77) Amb. Modica. al. Modoetia, & ita alibi quoque L. Tristanus Calchus Hist. Mediol. lib. IV. Modoetiam vulgus appellat; que tamen dictio à Paulo usurpatur. Nos verò innatum inscriptione saxi vetustissimis literis ad hunc modum ibidem insculpti

C. SERTORIUS L. F. OUF. VETERANUS
LEG. XVI. CURATOR. CIVIUM. OMN. OR.
MOGUNTIACI.

Opulentum oppidum est, & Lambro alluitur.
eoque lapidis arguento Moguntiacum oppidum appellatum fuisse contendit. Notanda tamen in eo lapide varia lectio Romanor. pro omn. or., & Apianum, unde Gruterus exscriperat, eundem hic Mediolani ad S. Victoris legisse. Balthasar Fidelis Modoetiensis Basiliæ Archipresbyter in libro quem ad Leonem X. Pontif. Max. scripsit, Modiciam à censu modicitate appellatam fuisse purat, & Calcho de veteri Moguntiaci nomine subscrivit: utcumque se res habeat Ennodio lib. VI. epistol. X. Moditia dicitur, ut animadvertiscatur doctis. Fontaninus in sua dissertat. de corona ferrea. Ego verò in veteris chartulis omnibus noni, & decimi saeculi apud eximium antiquitatis, bonarumque literarum cultorem Comitem Donatum de Sylva, & in ipso Archivio Basiliæ Modoetiensis promiscuè Modiciam, & Modicam legi.

(78) Que sequuntur solummodo in Ascensiana editione habentur, construxit pro se, & pro viro suo, & pro filiis, ac filiabus, & cunctis Langobardis Italiensibus, ut ipse S. Joannes pro nolis interpellator sit ad Do-

Vuu mi-

supra Mediolanum duodecim millibus adest, dedicavit, multisque ornamentiis auri, argenti; decoravit, prædiisq; sufficienter ditavit. (79) Quo in loco etiam Theudericus quondam Gothorum rex palatum (80) construxit, pro eo quod aestivo tempore locus ipse, utpote vicinus Alpibus, temperatus, ac salubris existit.

CAP. XXIII.

De palatio quod construxit.

IBi etiam prefata regina suum (81) palatum condidit, in quo aliquid & de Langobardorum gestis depingi fecit. In qua pictura (82) manifestè ostenditur, quomodo Langobardi eo

minum Deum nostrum Jesum Christum pro nobis, nos omnes unanimiter pollicemur illi omni anno in die Nativitatis sua, hoc est VIII. Kalendas Iulii de nostris facultatibus transmissuros honorifice ad oraculum ejus ut per illius interpellationem habeamus iuramen Domini nostri Jesu Christi tam in bello, quam in aliis locis omnibus, quocumque ituri sumus. Ab illo ergo die in omnibus actibus eorum coepérunt invocare Sanctum Joannem, ut illi præberet auxilium in virtute Domini nostri Jesu Christi, & illi omnes permanebant illesi: vicesque extiterunt super cunctos adversarios suos. Locus autem ille supra Mediolanum duodecim millibus est; quem Regina dedicandum curavit, multisque ornamentiis auri, & argenti mirifice decoravit, prædiisque ditavit, familiasque, & possessiones multas eidem loco addidit in honorem S. Joannis Baptiste. Dicamus assertiōnēm scripturae Theodelinda Regine unicum filio suo Adalvaldo Rge S. Joanni patrō suo de dono Dei, & de dotibus chartulam sue donationis, quam in suorum praesentia scribere fecit. Si quis quolibet tempore banc testem voluntatis sue corruprit, in judiciū extremi die cum Iuda traditore damnetur. Ordinatio vero ejus talis fuit. De rebus S. Joannis nullo modo se debet aliquis intromittere, nisi tantum Sacerdotes, qui ibi deserviant die, ac nocte, tamquam famuli ac famula, qui ibi subiecti sunt communiter debeat vivere. Quoniam vero in MS. & Augustana editione deerant, ideo in textum recipere nolui. Lind.

In MS. Modoetensi leguntur, paucis hisce variantibus. vers. ut ipse S. Joannes, ita sequitur sit intercessor pro cunctis Langobardis ad Dominum, & illi vocerunt inter se unanimiter maiores natu cum Rege suo, & unde cum Theodelinda Regina, atque dixerunt Si S. Joannes &c.

Vers. adversarios eorum, sequitur. Qui locus ille supra Mediolanum XII. mil. adest, dedicavit, multisque ornamentiis auri, & argenti mirifice decoravit, prædiisque ditavit, familias, ac possessiones multas in eodem loco subjugavit in honore S. Baptiste Joannis. Dicamus assertiōnēm Scripturae Theodelinda Regina &c.

(79) Quād maximē (scrit idem Fidelis) Langobardi hoc templum coluerint, cuppæ, corona, crues, tabula aurea smaragdi, byzantib; electoriis, carbunculis, margaritis, aliisque innumeris lapillis ornata, altaris magni palla cum aurea, tum argentea, & sypbus ille admirabilis optimi sapphyri, atque alia regia ornamenta relicta restantur. Hæc omnia in insigni Cimeliorum ejusdem Basilicæ servantur adhuc, perpetua Langobardicæ pietatis monumenta, eaque pluries DD. Canonorum beneficio non sine ingenti animi gaudio curiosè spectavi. Placet hic regias coronas è suis archetypis expressas in adverso folio exhibere. Primam quidem non tam auro, quam terrea lamina decoram: eam ex uno Dominicæ passionis clayo confectam loci hujus incolæ firmissimè tenent, solemnique cultu Crucis appositam singulis annis populorum pia venerationi colendam exponunt, de illa Sigonius lib. I. de Regno Italæ anno 591. Autores Mediolanenses patrios sequuti amales afferunt coronam ei, nempe Agilulphi, impositam fuisse, à Theodelinda Regina institutam, auream illam quidem, verum circulo ferreo interiore intextam, unde post ferrea corona nomen Italico Langobardorum Regno emittat.

Agilulphi Regis alteram, quam figura Domini nostri Jesu Christi, elevata in signum crucis dextra, & sinistra librum apertum tenentis, mystico Graecorum A. & Ω. signatum: à lateribus figure Angelorum, & XII. Apostolorum per spatia

A tempore comam capitis tondebant, vel qualis illis vestitus, qualisve habitus erat. Siquidem cervicem (83) usque ad occipitum radentes nudabant, capillos à facie usque ad os dimisso habentes, (84) quos in utramque partem in frontis discrimine dividebant. Vestimenta vero eis erant laxa, & maximè linea, qualia Angli-saxones habere solent, ornata institis latribus, vario colore contextis. Calcei vero eis erant usque ad summum pollicem pene aperti, (85) & alternatim laqueis corrigiarum retenti. Postea vero coepérunt hos (86) uti, super quas (87) equitantes tubrugos birreos (88) mittebant, sed hoc de Romanorum consuetudine traxerunt. (89)

CAP.

columnis distincta: eam extrema superiori parte pyropi, & smaragdi LXV. circum exornant, fine ullis radiis, aut liliis, pondo unciarum XXI. den. XII. quod etiam notavit Mabillonius in itineri Italico pag. 212., inferiori vero inscripto lemmate AGILULE. GRAT. DI. VIR. GLOR. REX. TOTIUS. ITAL. OFFERET. SC. JOHANNI. BAPTISTÆ. IN. ECCL. MODICIA, amplissimo quidem titulo imperantibus adhuc ejus evo in Italia per Exarchos suos Graecis Imperatoribus, quæ Ducatus Romanus, Exarchatus Ravenna, atque Neapolitanorum fines protendebantur. Pendet ab ea corona crux aurea gemmis, & marcaritis ornata unciarum XXIV. den. XIV.

Postremam Theodolindæ vocant, nullo tamen inscripto lemmate, auream pariter, smaragdis ornatam pondo unciar. XIV. denar. XIX. Pendet etiam ex ea crux altera pondo unc. XV. den. VII. gemmis ab utroque latere splendens.

Coronas hasce cum suis crucibus, & cetera notabilia dona itidem representat marmorea tabula supra majorem Basilicæ januam, barbaro quidem saeculo insculpta, ut informes figure sati indicant, & præcipue veluti demissus de Christi Domini stomacho Jordanis fluvius, unde aquas hauiisse ad baptizandum D. Joannem Baptistam exprimere voluerat artifex infelicissimus. A latere insculpta corona tres, totidemque pendentes ab ipsis crucibus, itaut hoc unum in citata Clar. Fontanini dissertatione minimè probaverim cap. IX. §. IV. Coronam ferream semper sua Cruce fuisse substitutam: aliis enim duabus in Modoetensi lapide parem aspicio: neque oculatissimo viro id vitio vertendum, quippe Romæ scribens ad Modoetensem Basilicam non acceserat; sed nunc observasse juvabit, ne fastidiosis quibusdam irrisoribus ejus argumentandis contra ocularem antiqui lapidis aspectum aliquando stomachum faciat. In eo etiam insculpta visitur aurea gallina cum pullis suis, & vasculi plures, ejusdem Regis Theodelinda, ac Langobardorum munificientia dona, eamdem prorsus formam exhibentia, quam singula in Cimeliorum re ipsa nunc servant, itaut ex archetypis delineata tunc temporis fuisse dubitari non possit.

(80) Mod. palatum magnum.

(81) Mod. sibi.

(82) Verba & de Langobardorum gestis depingi fecit. In qua pictura, al. defunct Lind. Mod. in quo aliquid de Langobardorum gestis manifestè ostenditur.

(83) Mod. Seque de cervice.

(84) Etiam hoc Gothis usitatum fuit. Sidonius Apollinaris lib. I. epist. II. Aurum legula, sicut mos gentis est crimum superjacentium flagellis operiuntur, ubi flagellis criminis significantur cirri, commune Germanorum ornamentum; unde etiam cirtigeri vocantur, ut optimè docuit Vir Clarissimus, & nunquam sine laude loquendus Justus Lipsius in notis ad Germaniam Taciti, ubi & quadam de vestitu Germanorum addit, quæ opere pretium legit. Lind.

(85) Mod. & Lind. ad pollicem pedis aperti.

(86) Planè Germanicum vocabulum Lind. latine tibialis. Vide glof. Du-Cange.

(87) n̄ quas non leg. in Mod.

(88) Isidor. etymolog. lib. XIX. cap. XXII. Tibracas vocatos dicunt, quod tibias, braccasque tegant. Lind. Glossario lanae oreæ, oreis, aut calceis coriaceis superimponi solita. Byrrus coloris rufi.

(89) Amb. de Romana, non de sua consuetudine traxerat.


CORONA AUREA AGILULPHI REGIS




NUMISMA




LIUTPRANDI



CORONA AUREA VULGO FERREA DICTA




CORONA AUREA THEODOLINDAE REGINAE



Tom. I. Pag. 460.





C A P. XXIV.

De subversione Patavine urbis.

Usque ad hæc tempora Patavium civitas fortissimè militibus repugnantibus Langobardis rebellavit. Sed tandem injecto igne tota flammis vorantibus concremata est, & jussu regis Agilulfi ad solum usque destructa est: milites tamen, qui in ea fuerant, Ravennam remare permitti sunt.

C A P. XXV.

De pace facta cum Avaribus, & quæd Langobardi Histriam sunt ingressi.

Hac tempestate Agilulfi legati regressi à Cacano, pacem perpetuam factam cum Avaribus (90) nunciarunt. Legatus quoque Cacani cum eis adveniens ad Gallias perrexit, denuncians Francorum regibus, ut sicut cum Avaribus, ita pacem habeant cum Langobardis. Inter hæc Langobardi cum Avaribus, & Sclavis, Histriam fines ingressi, universa ignibus, & rapinis vastaverunt.

C A P. XXVI.

De nativitate Adaloaldi filii Agilulfi, & invasione montis Silicis.

A Gilulfo quoque regi tunc nascitur filius de Theudelinda regina, in Modicie (91)

(90) Al. Avaribus Humis. Lind.

(91) Amb. semper Modica.

(92) Al. Adaloald, al. Adaloaldus, &c sic infra. Lind.

(93) Al. Constantino, & Avante, qui fuit strator &c. L.

(94) Mauricium Imperiale annos XX. menses tres, dies aliquot Eriditis exploratissimum, itemque apud veteres plorosque Scriptores annos incompletos pro completis numeratos fuisse, ut Paulus noster hoc loco. Zonaras in annal. nullam incepti anni rationem habuit in imperio Mauricij, scribit enim Εθαν δὲ Μαυρίκιος εἰναὶ ἔτη καὶ τριῶν, ἀκούει βασιλέως εἰναὶ τριῶν. Mortuus est Mauricij anno etatis sexagesimo tertio Regni vigeſimo. Exente scilicet Novembri anni DCII. Indictione VI. jam inchoata. Horribilem infelicis Imp. obitum, quem plures Græci Scriptores narrant ex Chronicis Alexandrino repetimus Expartio δὲ Μαυρίκιος Τιβερίας μετὰ τῆς γυναικὸς καὶ ὄχη πάντων αὐτῷ εἰς τὴν ἁγίου Αὐγούστου πλησίον Πρανέτη, καὶ τῇ αὐτῇ τῇ αὐτῷ μηνὶ ἡμέρᾳ τρίτῃ ἐσφάγη πλησίον Χαλκηδόνος αὐτὸς Μαυρίκιος Τιβερίας, καὶ Πέτρος, Ιωσήνος, καὶ Ιωσήνιανος, καὶ Πέτρος δὲ ὁ αδελφὸς Μαυρίκιος Κυροπαλάτης ἦν, συζεύθας καὶ αὐτὸς, ἐσφάγησεν δὲ εἰς διαδόμενος πλησίον τῇ αὐτῇ. Κωνσταντῖνος ὁ λεόδης αὐτὸν επέρχων γενομένος πρωτοποιὸν, καὶ λογοθέτης, καὶ παράποτος ἦν ὅρμοισθε, καὶ Θεοδόσιος ὁ γῆς Μαυρίκιος, καὶ Κομεντίολος ὁ πατρίκιος, καὶ γραπτάτης, καὶ αὐτὸς ἐσφάγη πάρα πλησίον τῇ αὐτῇ Κώνωνος πρὸς θαλάσσαν, καὶ τὸ σώμα αὐτὸν ἐγένετο κωδωνοτον. Comprehensus vero Mauricij Tiberius cum uxore, & uero Liberis in ade S. Automoni iuxta Praemetum, & XXVII. die ejusdem mensis, feria tertia occiditur ad Chalcedonem ipse Mauricij Tiberius, ac Petrus, Justinianus, & Justinianus. Et Petrus Mauricii germanus Curopalata captus & ipse. Interfecti sunt in Diadromo ad Acritam Constantinum Lardis ex praefecto fabius Praetorio Logothetes, & Curator Hormisili, filius præterea Mauricii Theodosius, & Commenticulus patricius, & militia præfetus casus est trans urtem ad S. Coronis propter mare.

Jesus est filiorum suorum mortem aspicere, cumque ultimum nutrix subripuisse, ac in illius locum filium suum morti tradendum supposuisse, non tulit Imp., dolumque indicavit, ea saepius verba pronuncians *Justus es Domine, & reclusum judicium tuum*. Vide Theophilactum, qui spectaculum projectorum in mare cadaverum, & ad litus plu-

A palatio, qui Adaloaldus (92) est appellatus. Sequenti tempore, Langobardi castrum montis Silicis invaserunt. Per idem tempus repulso apud Ravennam Gallicino, rediit Smaragdus, qui prius fuerat Ravennæ patricius.

C A P. XXVII.

De morte Mauricii Imperatoris.

Igitur Mauricius Augustus postquam uno & viginti annis rexit imperium cum filiis Theodosio, & Tiberio, & Constantino à Foca, (93) qui fuit strator Prisci Patricii, occiditur. (94) Fuit autem utilis reipubl. (95) Nam sæpe contra hostes dimicans, victoriam obtinuit. Huni quoque, qui & Aares appellantur, ejus virtute devicti sunt. (96)

C A P. XXVIII.

De Gaidaldo, & Gisulfo ducibus, & de baptismo Adaloaldi.

Hoc anno Gaidaldo (97) dux de Tridento, & Gisulfus de Foro Julii, cum antea à regis Agilulfi societate discordarent, ab eo in pace recepti sunt. Tunc etiam baptizatus est prænominatus puer Adaloaldus, filius Agilulfi regis, in sancto Johanne (98) in Modicia, & suscepitus de fonte est à Secundo servo Christi de Tridento, cuius sæpe fecimus mentionem. (99) Fuit autem festi Paschalis dies eo tempore septimo Idus Aprilis. (100)

C A P.

ries fluctibus actorum extremam tragœdiæ scenam accessisse narrat. Laudes Mauricii frequentissime apud Historicos Græcos, quibus tamen avaritia notatur, qua petrum à Cacano in singulos captivos milites dimidium aureum tradere reculavit; quamobrem Cacanus barbara ferocia, XII. mil. numero, omnes occidit.

(95) Amb. utilis reipublica, s.d. avaritia deditus nimia.

(96) Bella inter Mauricium, & Cacanum Avarum Regem fusiū narranti plures Græci Scriptores, Theophylactus, Nicephorus, Zonaras, Manasses, Cedrenus, & Auctor Chronicæ Alex. inter Latinos Historia Miscella lib. XVII. ex Theophane.

(97) Al. Gandoaldus. Lind.

(98) Al. in Ecclesiæ S. Joannis. Lind. & Mod.

(99) Maximus Annalium pater Baronius putat eundem istum Secundum fuisse illum Secundinum Abbatem, ad quem plures D. Gregorii datae sunt litteræ. Erat, inquit, iſe Abbas magni nominis inter Longobardos existens, ut ex aliis iſiſus Gregorii literis ad Theodolindam Reginam datis apparet, buncque iſum apud Paulum Diaconum (errone puto librariorum) non Secundum, sed S. cuiusdam invenimus nominatum, à quo fuisse baptismatum fuisse Theodolinda Regine Adaloaldum idem affirmat, non alio titulo iſum, quām servum Dei appellans, & patria Tridentum, ubi idem auct̄r agit de ejus obitu. Citat eum ipse frequenter: nam ab eo scriptam esse de Longobardis historiam tradit &c. At in ipsa etiam D. Gregorii epistola ad Theodolindam lib. XIV. Indic. VII. edit. novis. in MSS. omnibus legi Secundum notavit Guisanvillæus. In ea cognoscimus libraria in causa trium capitulorum scriptisse, ad quem ut subtilius responderet D. Gregorius Regina petierat: sed hic morbum causatus Synodus, quæ tempore Justiniani facta fuerat, pro responso interim ad cognoscendam auctarum rerum leriem transiñs. Dona etiam varia post hæc, quibus demerere tantum virum conatus est, quem seruēt contineare potuisse Langobardos in communione Catolica, ut scribit Baronius laudatus anno 599. num. XV. & XVI. Occubuisse serunt Tridenti anno circiter DCXV. Vide Vossium de Hist. lat. &c.

(100) VII. Id. Aprilis, in Mod. & aliis non leguntur. Anno scilicet DCIII. quo Pascha septimo Idus Aprilis celebratum fuit. Indictione VI. currente de nato Adaloaldo Theodolinda gratulatus est D. Gre.

C A P. XXIX.

De captu Cremonæ, & Mantuae, & de morte filia regis, & de bello Francorum.

ERAT autem iis diebus adhuc discordia Langobardis cum Romanis propter captivitatem filiae regis. Qua de causa Agilulfus rex egressus Mediolano mense Julio, obsedit civitatem Cremonensem cum Sclavis, quos ei Caninus rex Avarorum in solarium miserat, & cepit eam duodecimo Kalendas Septembbris, & ad solum usque destruxit. Pari etiam modo expugnavit Mantuam, & interruptis muris ejus cum arietibus, (101) dans veniam (102) militibus qui erant in ea, revertendi Ravennam, ingressusq; in eam die Iduum Septembrium. (103) Tunc etiam partibus Langobardorum se tradidit castrum, quod Vulturina (104) vocatur. Milites vero Brexillum (105) oppidum igni cremantes, fugerunt. His ita patratis reddita est filia regis à Smaragdo Patricio, cum viro, & filiis, ac rebus cunctis: factaque est pax mense nono, (106) usque ad Kalendas Aprilis, indictione octava. (107) Filia vero regis mox à Ravenna Parmam

D. Gregorius citata epistola, hæc scribens additis muneribus: *Scripta quæ ad nos dudum à Genuenibus partibus transmisstæ, gaudii vestri nos fecere participes: propterea quod omnipotens Dei gratia & filium vobis donatum, & quod valde Excellentia vestra est laudabile, catholica eum fideli novimus sociatum. Nec enim de Christianitate vestra aliud credendum fuerat, nisi id sudere vos, ut quem divino munere suscepistis, Catholica restitutionis auxilio munieratis: ut & Redemptor noster familiarem te suam famulam cognosceret, & Langobardorum genti novum Regem in timore suo feliciter enutriret. Unde oramus omnipotentem Deum, ut & vos in mandatorum suorum via custodiat, & eundem excellentissimum filium nostrum Adulorvaldum in suo faciat amore proficeret: quatenus sicut hic inter homines jam magnus est, sic quoque & bonis aëribus ante Dei nostri oculos sit gloriōsus: & infra post ea, que de Secundo notavi: Excellentissimo autem filio nostro Adulorvaldo Regi transmittere phylacteria curavimus, id est crucem cum ligno sancte crucis Domini, & letionem S. Evangelii tibea Persica inclusam. Filie quoque mea sorori ejus tres annulos transmisisti duos cum hyacinthi, & unum cum albia: que en peto per vos dari, ut apud eos nostra caritas ex vestra Excellentia conditatur. Paterua preterea caritate persolventes salutationis officium, petimus ut Excellentissimo filio nostro Regi conjugi vestro, pro nobis de facta pace gratias referatis, atque ejus animum, sicut consuevisti, ad pacem de futuro per omnia provocatis: quatenus mercedem populi innocentis, qui in scandalo perire poterat, ante conspectum Dei inter multa bona, quæ agitis, invenire possitis.*

(101) Amb. Avaribus.

(102) MS. viam. Lind.

(103) Amb. & Mod. ingressus est in eadem Id. Septembr.

(104) Al. Vulturina. Lind.

Cluverius ad hæc Pauli nostri verba, hæc habet: *Heic quum Vulturina castrum cum Patavio, Monte Silicis, Mediolano, Cremona, Mantua, ac Brixello communeretur; miror ego quid Blondo, & alii in mentem venerit, cur id ad Addue in Larium lacum influxum traxerint, indeque Vallem Tellinam initio dictam Vulturinam, contenderint: quum ea à Tellio castro id cognomenti ferat. At castrum illud Diaconi, sive Vulturina, ut quedam babent exemplaria, sive, ut alia Vulturina, seu denique, quod forte rechit, Vulturia dicendum sit, nullus alius est locus, quam qui tenuis nunc vicus inter Cremonam, & Brixellum, simus Padi ripæ à regione Caneti adpositus est, vulgari vocabulo Valdoria.*

(105) Al. Brixellum. Lind.

(106) Al. mensis novem. Lind.

(107) Anni scilicet DCV. Congruit huic Pauli historiæ datum recitatæ D. Gregorii epistola, Indict. VII. nempe post mensem Septembbris anni DCIII. cuius etiam anni mensis Novembri, nonus à D. Gregorio Turonensi, aliquique annum à mense Martio inchoantibus appellato, pax cum Langobardis est

A rediit, (108) & ob difficultatem partus periclitata, statim (109) defuncta est. Hoc anno Theudebertus, & Theudericus reges Francorum, adversus Clotharium patrum suum dimicarunt, in quo certamine ex utraque parte multa millia ceciderunt.

C A P. XXX.

De transitu beati Gregorii Papæ, & ejus sanctitate.

TUNC etiam beatus Gregorius migravit ad Christum, cum jam Focas per indictionem octavam anno regnaret secundo. (110) Cujus in locum ad Apostolatus officium Sabinianus est ordinatus. Fuit autem tunc hyems frigida nimis, & mortuæ sunt vites penè in omnibus locis. Messes quoque partim vastatae sunt à muribus, (111) partim percussæ uredine evanuerunt. (112) Debuit etenim tunc mundus famem sitimque pati, (113) quando decedente tanto doctore, animas hominum spiritualis alieniores penuria, sitisque ariditas invasit. Libet me sanè pauca de ejusdem beati Gregorii Papæ scriptis, quandam Epistolam huic opusculo insere-

inita in annum fermè, ac dimidium.

(108) Amb. rediens ob difficultatem &c. Mod. Parmam rediit, que ob difficultatem &c.

(109) & statim in Amb. non legitur.

C (110) Non bene Paulus secundum annum Imperii Phocæ cum morte D. Gregorii per indictionem octavam illigavit: constat enim sub finem anni DCII. Phocam imperare coepisse, currente sexta Indictione, ex his Chronicis Alexandrinis verbis καὶ τῷ Νοεμβρίῳ μηνὶ τῆς αὐτῆς Ἰνδικτίωνος, επανάστατο γένοντες Μαυρικῖοι παρὰ Φαρᾶν σφαγίᾳ, μετὰ τῆς σφαγῆς. καὶ Μαυρικῖος μὲν Τιβέριος σωζόμενος τῷ γυναικὶ Κανχαρίνῃ καὶ πατέρῳ θ' απέστη δ. μὲν ἀρρενοῖ, Θεοδοσίῳ, Τιβέριῳ, Πέτρῳ, Πλάύλῳ, Ιεζίνῳ, καὶ Ιασιντίῳ, καὶ τρισὶ θηλαῖσι, Ανασσαῖᾳ, Θεοκτίσῃ, καὶ Κλεοπάτρᾳ φύλαν τῇ καὶ τῷ Δίᾳ μηνὶς, καὶ τῷ Ρωμαίῳ Νοεμβρίῳ, τῇ νυκτὶ τῇ ἐπὶ καὶ σφαγανοῦσις παρασκευῇ. Φωκᾶς δὲ τῇ καὶ τῷ μηνὶ μηνὸς πιμέρᾳ σφράξθη ὑπὲπο Κυριακῶν πατριαρχὴ Κανχαρίνου πατέρων ἡς τὸν σεβάστιμον οἰκον τῇ ἁγίᾳ Ιωάννῳ ἐν τῷ ἐβδόμῳ, τῇ καὶ τῇ φιθέργων μηνὸς, μηρέρᾳ κυριακῇ αποκλίθειν ἐν Κανχαρίνου παπόλαι καθεδρᾶς ἢς ὄχημα απὸ τῷ ἐβδόμῳ παστερών διδ τὸς χρυσῆς πόρπης, καὶ τῷ Τευχερίων εὐβολᾷ, καὶ τὸς μάστις ὅλης ἵως τῷ παλατίῳ, μηνὸς ὅλως αὐτισάνως, αὐλαὶ πάντων ἀφημάντων. Novembri mensē ejusdem Indictionis (nempe sextæ) Phocas cum exercitu contra Mauricium seditionem mouit: & Mauricius Tiberius cum uxore Constantina, & novem liberis, sex maribus, nempe Theodore, Tiberio, Petro, Paulo, Justino, & Justiniano, & tribus virginibus Anastasia, Theodore, & Cleopatra XXII. mensis Dū, qui Romanis est November, noctu illiciente iam XXIII. die, qui fuit feria sexta, fugit. Phocas autem XXIII. ejusdem mensis feria sexta à Cyriaco Patriarcha Constantinopolitano in aede veneranda S. Ioannis, que est in Hebdomo inauguratus, XXVI. die dicti mensis die Dominicō ab Hebdomo per Auream portam, & Troadejas porticus, medianique urbem totam, usque ad Palatum, nemine resistente, sed cunctis applaudentibus curru velutius Constantinopolim ingressus est. Sanctus vero Gregorius mortuus est, & sepultus in Basilica B. Petri Apostoli ante Sacram die XII. Martii, ut Anastasius habet, anno DCIV. septima indictione: cùmque secundus Phocas imperii annus compleetus fuerit mense Novembri ejusdem anni DCIV. octava quidem decurrebat indictione, sed anno emortuali S. Gregorii minimè respondens.

(111) Verba partim vastatae sunt à muribus, aliis desunt. Lind.

(112) Anastasius in Sabiniano. Eodem tempore fuit famæ in civitate Romana gravis. Facta autem pace cum gente Langobardorum, & jussit aperiri borea Ecclesia, & uandari frumentum populo &c. Ex quibus manifestius apparet frigus, & sterilitatem, ex qua famæ ingens, in anno DCV. notandum esse, cum prima hyems post Gregorii obitum sedente Sabiniano fuerit.

(113) Amb. fame sitique perire.

ferere, ut possit liquidibus agnoscī, quām humiliis iste vir fuerit, quantāque innocentia, & sanctitatis. Hic denique cūm accusatus apud Mauritium Augustum, ejusque filios (114) fuisse, quōd Malcum quendam Episcopum in custodia pro solidis occidisset, scribens pro hac re Epistolam Sabiniano (115) suo apocrisiario, (116) qui erat apud Constantinopolim, inter cetera sic ait. *Unum est quod breviter suggeras serenissimis dominis nostris, (117) quia si ego servus eorum in mortem Langobardorum me misere voluissim, bodie Langobardorum gens, nec regem, nec duces, nec comites haberet, atque in summa confusione divisa esset. Sed quia Deum timeo, in mortem cuiuslibet hominis me misere formido. Marcus autem isdem Episcopus neque in custodia fuit, neque in aliqua afflictione, sed die (118) qua causam dixit, & abductus est, (119) nesciente me, à Bonifacio notario in domum ejus ductus est, ibique prandedit, & honoratus est ab eo, & nocte subito mortuus est. Ecce quante humilitatis (120) vir iste fuit, qui cūm esset summus Dei Pontifex, se servum hominum (121) nominavit? ecce quanta innocentia (122) qui nec in morte Langobardorum, qui utique & incredibili erant, & omnia devastabant, sese voluit (123) admisere.*

C A P. XXXI.

De regno Adaloaldi, & de pace facta cum Franciis.

Igitur sequenti aestate mense Julio (124) levatus est Adaloaldus rex super Langobardos apud Mediolanum in Circo, in præsentia patris sui Agilulfi regis, astantibus legatis Theudeberti (125) regis Francorum, & despontata est

(114) Alias filium. Lind.

(115) Amb. Savino; sed servanda editorum lectio constat enim epistolam hanc scriptam fuisse ad Sabinianum Diaconum, eundem illum, qui Gregorio in Pontificatu successit.

(116) Isidorus in Glossis: *Apocrisiarius minister Romane Ecclesiæ à secretis, legatus à secretis.* Eorum sapientissime in libris J. Consultorum mentio fit. Dicabantur etiam *Adresponsi*. Novel. XXV. cap. I. *Habeat item Adresponsum, sive Apocrisiarium.*

(117) Mod. *Domo nostro.*

(118) Al. sed die quod me causam nesciente à Bonifacio &c. Lind.

(119) Verba & abductus est, non leg. in Mod.

(120) Amb. *innocentia.*

(121) Al. se servum nominavit. Lind. cūm esset Summus Pontifex se servum nominavit &c. Mod.

(122) Amb. *quanta innocentia vir iste fuit.*

(123) Amb. *mouerat.*

(124) Anni D. N. J. C. DCV. indictione octava.

(125) Filia etiam hæc Theodeberti Regis Adaloaldo nondum trimo despontata in puerili aestate fuisse ex Theodeberti patri aestate bene colligitur; Is enim tunc temporis viꝫ annum vicesimum attigerat, ut ex annal. Francorum.

(126) Verba Regis Francorum, & despontata est eidem regio puer filia Regis Theodeberti, in aliis defunt. Lind.

(127) Ad hoc verba respiciunt quæ Fredegarius in suo Chronico scriptis num. XLV. ad historiam nostram illustrandam optimè convenientia. Langobardorum gens quemadmodum tributa XII. millia solidorum ditioni Francorum annis singulis dissoluebant referant: vel quo ordine duas civitates, Augustam & Siuum cum territoriis ad partem Francorum cassaverant non abscondam. Defuncto Cleopo summo Principe, duodecim Duces Langobardorum XII. annis sine Regibus transferant: ipsoque tempore, sicut supra scriptum legitur, per loca in Regno Francorum proruperunt. Ea presumptione in compositione Augustam & Siuum civitates, cum integro illorum territorio, & populo partibus Guntbrannum tradiderunt. Post bac le-

A eidem regio puer filia regis Theudeberti, (126) & firmata est pax perpetua cum Francis. (127)

C A P. XXXII.

Bellum Francorum cum Saxonibus.

Eodem tempore Francis cum Saxonibus pugnantibus, magna strages ab utrisque partibus facta est. Apud Ticinum quoque in basilica beati Petri Apostoli, Petrus cantor fulmine ictus.

C A P. XXXIII.

De pace facta cum Smaragdo Patricio, & de captis Tuscis civitatibus.

Sequenti denique mense Novembrio, rex Agilulfus pacem (128) fecit cum Smaragdo Patricio in annum unum, accipiens à Romanis duodecim millia solidorum. Civitates quoque Tusciae, hoc est Balneum regis, (129) & urbs vetus à Langobardis invasa sunt. Tunc etiam mense Aprili, & Majo, apparuit in cœlo stella, quam Cometem dicunt. Dehinc Agilulfus rex iterum (130) fecit pacem cum Romanis tribus annis.

C A P. XXXIV.

De morte Severi Patriarchæ, & de sacerdotio Johannis, & Candidiani.

His diebus defuncto Severo Patriarcha, ordinatur (131) Johannes Abbas Patriarcha in Aquileja vetere, cum consensu regis, & Gisolfi ducis. In Grados quoque ordinatus est Ro-

Dgationem ad Mauritium Imp. dirigunt. Hi XII. duces, singulique Legatarios destinant, pacem & patrocinium Imperii petentes. Idemque & alios Legatarios XII. ad Guntbrannum, & Clildebertum destinant, ut patrocinium Francorum, & defensionem bantenses, XII. millia solidorum annis singulis bis duabus Regibus in tributa implerent; vallem cui nomen Ametegis partibus Guntbranni cassantes, bis legatis, ubi plus congruebat, patrocinium sibi firmarent. Post hec integra devotione patrocinium eligunt Francorum. Nec mora, post permisso Guntbranni, & Clildeberti tunc Autbarium Ducem super se Langobardi sublimant in Regnum. Alius Autbarius, idemque Dux cum integro suo Ducatu se ditioni Imperii tradidit, ibique permanxit. Et Autbarius Rex tributa, que Langobardi ad partem Francorum spondiderant, annis singulis reddidit. Post ejus distessum filius ejus Ago in Regno sublimatus, similiter similem dinostratur. Anno XXXV. Regni Clotarii, legati tres nobiles ex genere Langobardorum, Agilulfus, Pompeius, & Gauto, (al. Guto) ab Agone Rege ad Clotarium Regem destinantur petentes, ut illa XII. millia solidorum, quos annis singulis Francorum arariis dissoluebant, debuissent cassare, exhibentes ingeniosè secretus III. millia solidos: ex quibus Vuarnacbarius mille, Gundelodus mille, & Clucus mille accepserant. Clotario verò XXXV. millia solidorum missim exibebant, quos confilio suprascriptorum, qui occulte xenati fuerant, Clotarius accept, & ipsa tributa ad partem Langobardorum cassavit, & amicitiam perpetuam cum Langobardis sacramentis, & pactis firmavit. Cortigenda hic plura, que Fredegarius de Langobardis rebus non bene comperta recitat, nempe Agilulphum Authario filium fuisse, ac XII. tantum Duces defuncto Clephonie Langobardis imperasse Mauricii tempore. At quæ in Francia gesta sunt eundem novisse non inficiabor.

(128) Al. *indicias.* Lind.

(129) Mod. *Balneus Regis.*

(130) Anno scilicet DCVI.

(131) Mod. ordinatus est in ejus loco Johannes &c.

Romanis (132) Candidianus antistes. (133) Rursum mense Novembrio, & Decembrio, stella Cometes apparuit. Candidiano quoque defuncto apud Grados ordinatur Patriarcha Epiphanius, (134) qui fuerat primicerius notariorum (135) ab Episcopis, qui erant sub Romanis; & ex illo tempore cœperunt duo esse Patriarchæ. (136)

C A P. XXXV.

De invasione Neapolitana civitatis, & de morte Eleutherii falsi Imperatoris.

HAc ætate Joannes Confinus invasit Neapolim, quem de eadem civitate non multos post dies Eleutherius patricius expulit, eumque interfecit. (137) Post hæc isdem Eleutherius patricius eunuchus imperii jura suscepit. Qui dum à Ravenna Romanam pergeret, in castro Luceolis à militibus interfactus est, ca-

(132) Mod. & Lind. *Romanus.*

(133) Expunctis de libri III. cap. XXVI. erroribus, quos noster ibi plures cumulaverat non alio de fonte, quam ex libris ipsis Schismaticorum, ea quæ post Maranensem pseudosynodum gesta sunt, ex doctis Noris prosequar, acta D. Gregorii in eadem causa recensens, qui Pelagio successit, & non minuti cura revocandis ad Ecclesiam Schismaticis incubuit. Initio enim Severum Aquilejensem Episcopum datæ coram Joanne Ravennate Archiepiscopo fidei prævaricatorem Romam cum ceteris Schismaticis Episcopis vocavit, ut epist. lib. I. additis divalibus iussionibus, quas impetraverat. Severus iis acceptis collegas evocat, habitaque ab iis, qui Langobardorum ditioni suberant tumultuaria synodo, ea fuit sententia, ne quis Romanum accederet, datisque literis ad Mauricium, Romanæ Sedis judicium declinare statutum est. Intervenit à Severo congregatis Istræ Episcopis, in unam pariter sententiam itum est, ut à Pontifice Cæstrem appellarent, datisque literis, Mauricium commentis suis eò adduxerunt, ut ad Gregorium, & Romanum Exarchum recriberet, ne molestia eisdem inferretur, verebatur enim ne vi adhibita Istros, qui suis adhuc partibus adhærebant ad Langobardos proniores faceret. Quousque Romanus Exarchatum tenuit nulla spes Gregorio Schismaticos corrigendi, neque dum Callinicus in eadem permanxit auctoritate, donec isto Constantinopolim revocato, Smaragdus iterum in Italiam venit, quem ex præterita benè gestæ rei memoria in Severum & Schismaticos, suis literis iterum provocavit. Occiso inter hæc Mauricio, quem nunquam sibi faventem habuit Gregorius, Phoca imperante meliores animo spes jam conceperat, cum paulo post ad superos abiit. Ceterum nec Severus Aquilejensis diu superstes; nam & ipse anno 605. fatus concessit, & quia, ut scribit Joannes Diaconus à Noris, recitatus in vita S. Gregorii cap. 38. ad unitatem Sanctæ universalis Ecclesiæ redire non meruit, ad secundendum quoque sue ipsius diacessos unitatem Romanum Pontificem sua recordia suscitavit, adeout ab ipso illius obitus tempore Aquilejensis diacessis in duos Metropolitanos, Catholicorum videlicet, & Schismaticorum divisa sit, neque potuit postmodum, licet omnes generaliter ad unitatem de Schismate repudaverint, ad pristina conjunctionis unionem usque baetum resormari. Gradenibus enim Catholicis, Aquilejensis Schismaticum Episcopum expertentibus, utrique parti iuus acceperit, Candidianus Ariminensis Catholicis, Joannes Abbas Schismaticis, Candidianum Exarchus, Joannem Agilulphus tuebantur; constat enim ex regestro epistol. D. Gregorii quām accepti in ejus aula Schismatici forent; immo jam rumor erat ad eosdem Theodolindam Reginam descivisse, qua de causa multas ad eam literas dedit, ut lib. 3. Reg. & aliam, quam supra retuli, cùm de nato Alaudaldo gratulatus est.

Ceterum quæ hic noster addit de ordinato Joanne Schismatico cum consensu Regis, & Gisulphi ducis in Aquileja vetere, leguntur etiam in chronicis Danduli ab Ughello relato, ex quo ut Noris, aliquique notant, exploderadus Martianus, quem successo-

A putque ejus Constantinopolim Imperatori delatum est. (138)

C A P. XXXVI.

De pace facta cum Imperatore.

HAc etiam tempestate misit rex Agilulfus Stabilianum (139) notarium suum Constantinopolim ad Focam (140) Imperatorem. Qui rediens cum legatis Imperatoris, facta pace annuali, Agilulfo regi iidem legati imperialis munera obtulere.

C A P. XXXVII.

De Foca Augusto, & ejus nece, & Imperio Eraclii.

FOcas igitur, ut præmissum est, extincto Mauricio, ejusque filiis, Romanorum regnum

B rem Severo facit. Marciano, scribit Dandulus, successit Candidianus Patriarcha in ipsa supra scripta Metropoli Gradeni. Sub cuius tempore per consensum Agilulphi Regis Longobardorum, Gisulphus Dux per vim Episcopum in Foro Julii ordinavit Joannem Abbatem. In quo tres Episcopi consenserant, Deo sibi contrario, & ordinaverunt &c. sedit an. V.

C (134) Al. Epiphanius. Lind. Anno DCXV. ut communiter cum Ughello: de eodem hæc Dandulus. Hic natione Istræ de oppido Humagi, vir catholicus, & scriptoris divinis sat eruditus, presbyter & notarius bujus sedis ab Helia Patriarcha factus, in Concilio Gradeni officium sibi commissum sufficienter exercuit, & à Severo Patriarcha postea Primicerius notariorum constitutus est, nunc vero ab Episcopis, Clero, & Populo, qui in devotione Romanorum existabant, Patriarcha in Grado electus, & consecratus est, & propterea Gradenis deinde appellatus.

D (135) Primicerius nihil aliud est, quām princeps; vel primus; quemadmodum Primicerius Numerorum, Tabulariorum: sic etiam dicebatur Secundicerius, Tertiocerus. Nicephori Gregora temporibus hæc appellatio desit, & primicerium dominum appellarunt. Sic ipse scribit Hist. Rom. lib. VII. pag. 109. ἐν βοιωτίᾳ καὶ τῷ θεῷ αἰχνῆς, ἀρτὶ μεγάλῃ περιμέτρῳ, μέγαν κυρίον ὄνομα γενεῖται. De origine nominis diversi diversa sentiunt: alii dictos putant quasi prima cera, hoc est albo, sive catalogo inscriptos, alii & certius productionem tantum vocis esse, nihilque præterea significare. Lind.

E (136) Non à tempore ordinati Epiphanii, sed Candidiani, & Joannis, ut citatis Joannis Diaconi verbis optimè probat Noris.

(137) Amb. Eleutherius Patricius Eunucus imperii jura suscepit.

(138) Anafatius Bibliothecarius in S. Deusdedit. Eodem tempore venienti Eleutherius Patricius, & Cubicularius Ravennam occidit omnes, qui in nece Joannis Exarchi, & Judicis Reipublice fuerant mixti. Hic venit Roman, & suscepimus est a Sanctissimo Deusdedit Papa optimè. Qui egressus de Roma venit Neapolim, qui tenebatur a Joanne Compino Intarta, (sive ut alii legunt Antarta). Qui Eleutherius Patricius pugnando ingressus est Neapolim, & interfecit tyramnum, reversusque est Ravennam, & data roga militibus, pax facta est in tota Italia. Et in Bonifacio V. S. Deusdedit succelsore. Eodem tempore ante dies ordinationis ejus Eleutherius Patricius, & Eunucus factus intarta assumpsit regnum, & veniente eo ad civitatem Romanam, in castrum, quod dicitur Lucolis, ibidem à militibus Ravennatis interfactus est. Cuius caput ductum est Constantinopolim ad præfissimum Principem. Ex his actis rei seriem perspicue noscimus, immo & tempus paullo letius, quām noster habet indicatur: quippe Sede vacante, ante ordinationem Bonifaci, Eleutherius rebellis & ipse ut Joannes Confinus occisus fuerat, anno scilicet DCXVIII. Vide quæ notavit Camil. Peregrinus in dissertat. finium Ducatus Benevent. ad Merid. pag. 33.

(139) Al. Stabilianum. Lind.

(140) Amb. Focam.

gnum invadens, per octo annorum curricula principatus est. (141) Hic rogante Papa Bonifacio statuit sedem Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ caput esse omnium Ecclesiarum, (142) quia Ecclesia Constantinopolitana, primam se omnium Ecclesiarum scribebat. (143) Idem alio (144) Papa Bonifacio petente iussit in veteri fano, quod Pantheon vocabant, (145) ablatis idolatriæ sordibus, Ecclesiam beatæ semper Virginis Mariæ, & omnium martyrum fieri, ut ubi quondam omnium non deorum, sed dæmonum cultus erat, (146) ibi deinceps omnium fieret memoria sanctorum. (147) Hujus tempore Pafini, & Veneti (148) per Orientem, & Egyptum civile bellum faciunt, ac se mutua cæde prosternunt. Persæ (149) quoque adversus rempublicam gravissima bella gerent.

- (141) Non completos tamen: quippe anno DCII. XXIII. Novembri coronatus fuerat, ut supra notavi, & eodem teste Chronico Alexandrino anno Christi DCX. ut communiter numerant eruditæ, mense Octobri feria secunda, Heraclius in Imperatorem inauguratorum est.
- (142) Mod. statuit sedem Rom., & Apost. Eccl. primam esse, cum prius Constantinopolitana &c. scriberet.
- (143) Anastasius in Bonifacio III. unde tortasse Paulus. *Hic obtinuit apud Phocam Principem, ut Sedes Apostolica B. Petri Apotholi caput esset omnium Ecclesiarum, idest Ecclesia Romana, quia Ecclesia Constantinopolitana primam se omnium Ecclesiarum scribebat.* Celeberrima hæc in Annalibus Ecclesiasticis quæstio de titulo ecclæmenici, sive universalis, quem sibi per summam ambitionem arrogare conatus fuerat Joannes cognomento Jejunator Constantinopolitanus Episcopus, D. Gregorii M. temporibus, eaque novario, quæ suas altius radices habebat, ut tentatum nempe toties Primum, adversantibus Romanis Pontificibus, firmaret in Sede Constantinopolitana, S. Pontificem adeo, ut par erat, offendit, quod vix ab Ecclesiastica censura in Joannem ipsum, religiosum aliquo virum, temperaverit. Extant plures de hac re in illius registro epistole ad Apocryfarium suum, ad Joannem ipsum, ad Alexandrinum, & Antiochenum Episcopos, ad Augustam, & ad Mauritium Imperatorem, quas inter XX. libri quinta cit. editionis, plura continent argumenta, quibus novam hanc appellationem concusserit: inani tamen conatu quoad Mauritius imperavit, apud quem Joannes Episcopus plurimum gratia pollebat; At his omnibus varia sorte de hac vita sublatis, Bonifacius hujus nominis III. qui Gregorio post Sabinianum successit, id à Phoca Mauricii successore tandem obtinuit sedente in Constantinopolitana Sede Cyriaco, ut editio proposito sanciverit decere ejusmodi nomen Romanam tantum Ecclesiam, ifique soli convenire Romano Pontifici, ut diceretur Universalis, non autem Episcopo Constantinopolitano, ut referat Eminentissimus Baronius. Anno Christi DCVL apud quem hoc anno ex Theophane repetitas vide simultates inter Phocam, & Cyriacum, quibus motum Imp. hæc in odium edidisse putat celebratissimus Auctor.
- (144) Al. eodem. Lind.
- (145) Amb. antea vocabatur.
- (146) Mod. ag:batur.
- (147) Anastasius item in S. Bonifacio IV. Eodem tempore petiit à Phocate Princeps templum, quod appellatur Pantheon, in quo fecit Ecclesiam S. Mariae semper Virginis, & omnium Martyrum. De hujus celeberrimi templi dedicatione, quod etiam nunc Rome visitur vulgari appellatione S. Maria della Rotonda, vide Pabrochium in Vita S. Bonifacii IV. ad diem XXV. mensis Maii, & Pagium ann. 607. num. III.
- (148) Ita vocabantur factiones aurigarum, de quibus vide Plin. lib. VII. cap. XXXIII. Suetonium in Domitiano cap. VII. Tertullian. de spectaculis cap. IX. Cassiodorum lib. III. variar. epist. XII. Suidam, Isidorum, Cedrenum initio Imper. Roman. Lind.
- (149) Al. Per se. Lind.
- (150) & destruentes Ecclesias Sanctas, profanantesque inter &c. Amb.
- (151) Al. veterum ornamenta locorum, & communium, etiam vexillum Sanctum Dominica Crucis asporta-

A tes, multas Romanorum provincias, & ipsam Hierosolymam auferunt; & destruentes Ecclesiæ, sancta quoque profanantes, (150) inter ornamenta locorum sanctorum, etiam vexillum dominice crucis abducunt. (151) Contra hunc Focam Eraclianus, (152) qui Africam regebat, rebellavit, atque cum exercitu veniens, cum regno, vitaque privavit: remque publicam Romanam, ejusdem filius Eraclius suscepit regendam. (153)

C A P. XXXVIII.

De morte Gisolfi ducis, & de prædatione Foroulianæ urbis, & cæteris malis, quæ Langobardi ab Hunis sunt perpetratae.

Circa hæc tempora rex Avarorum, quem suâ lingua Cacanum (154) appellant, cum in-

B dnu-
runt. Lind. & ita Mod. & Amb. sed non legitur à veterum.

Etat hic Paulus Hierosolymam à Cosrhœ Rege captam cum annis Imperii Phocæ illigans: constat enim ex Theophane, atque auctore Chronico Alexandrini, Heraclio imperante, indictione II. quæ in annum DCXIV. incidit, insignem hanc calamitatem accidisse, quæ nullibi fuius, quam in ipso Chronico Alexandrino, cuius verba repetimus.

IND. β', δ' μετά ὑπ. Heraclius αὐγύστας τῷ γ'
Καὶ ἀπὸ εὗρηται τὸ Ιαναρία μυνός γράφεται βασιλεῖας
Ηρακλεῖα νέα Κονζαντίνη ἡ τοις β'.

Tέττῳ τῷ ἐπει τεκμήτη μήνα Ιούνιου ἀπαύγαντι ἀξιον
ἡμέν σύνεβε πάθεος. μετὰ γέρε πολλῶν τῆς ἀναπολῆς
πόλεων ἥλω καὶ Ιερουσαλήμ υπὸ Περσῶν, καὶ σφά-
ζονται πολλαὶ χιλιάδες ἐν αὐτῷ κληρικῶν, μοναχῶν,
μοναστρῶν παφθεῖν. Επιπέραται τῷ δεσμοτικὸν μηδ-
μα, καὶ οἱ περιβόηται τῷ θεῷ νοοῦ. καὶ ἀπλῶς πάν-
τα τὰ τίμια καθαρίσται. τὰ σεβόμενα τὰ σαρρᾶ ἔν-
δοι σωὶς ἵεροις σκάνεσσιν ἀναρριμένως θοιν λαμ-
βάνεται παρὰ Περσῶν, καὶ Ζαχαρίας πατριάρχης,
καὶ αὐχετάλως γίνεται. καὶ πάντα τὰ τοῦ πολλῷ
χρόνῳ ὑπὲ ὁ δλω μηνί, αὐλὴ ἐν ἡμέραις ὀλίγαις
συμβέβηκε.

Καὶ τῇ id' Γορπιαία μυνός, καὶ Ρωμαίας Σεπτεμ-
βρία μυνός τῆς τρίτης Ιουνιτάνως, ἐν τῷ τριτῷ ὑψώ-
στη ἀποδεχθεῖς τῷ ζωωποῷ σαρρῷ στίμιος ποσσῆς, καὶ
ἀντὶς σωματότεραις αὐτῷ ἐν τῷ αὐγυστάτῃ μεγάλῃ ἐκ-
πλεσίᾳ τεμοθεῖς παρὰ Νικήτη πατρικίον. καὶ τῇ τῇ
τῇ ὑπερβερετίᾳ καὶ Ρωμαίος Οχυρωθεῖς μηδὲ, μέ-
ρη γ', τῇ ετοὶ κυριακήν νοετί, πινέχθη ἡ τιμία λόγχη
αὐτῷ τῷ σύγιον τοπων. Ενὸς τῷ ἐπηγγύειον τῷ καπα-
ράτῳ Σάρβαρα μετὰ τὸ ληθῆναι αὐτῶν παρὰ αὐτῶν,
δεσμότος αὐτῶν τῷ μυημονθεῖτι Νικήτα. καὶ δύοντας
αὐτῷ τῇ κυριακῇ ἐκρύπτην ἐν τῷ αὐγυστάτῳ μεγάλῳ
εκκλησίᾳ ὃς πινέχθη. καὶ τῇ τρίτῃ, καὶ πινέχθη
προστεκτήθη υπὸ αὐτῶν, πέμπτη δὲ καὶ παρασκευή
ὑπὸ γυακῶν.

Ind. II. Her. IV. post Conf. Heraclii Aug. III.
A XXII. Januarii scribitur: Imp. Heraclii junioris
Constantini anno II.

Hoc mense Junio malum nobis accidit eternis lacrymis
prosequendum. Preter alias enim multis Orientis ci-
vitates etiam Hierosolyma à Persis capta est, multis
milliis in ea Clericis, Monachis, Sacris virginibus
occisis. Incenditur Dominicum sepulchrum, nobilissi-
maque Dei templum. Et ut verbo dicam, preciosa
omnia evertuntur. Veneranda Crucis ligna unà cum
sacris vasis, quorum immensus fuit numerus à Per-
sis auferuntur. Ipse Zacharias Patriarcha captivus
ducitur. Atque bac omnia non longo fæcla sunt tem-
pore, sed intra paucos dies accidere.

XIV. Goripæi mensis, qui Romanis est September,
III. Indictione, in tertia vitalis Crucis Exaltatione
accepta est sacra spongia, que unà cum vitali Cruce
exaltatur in magna Ecclesia Missa ab Niceta patri-
cio XXVIII. Hyperberetai, sive Oktobris, die Sab-
bati, ex nocte, quæ precedit Dominicam, veneranda
lancea è sacris Hierosolymorum locis allata est, quam
quidam familiaris execrabilis Sarbara, acceptam à
barbaris, dedit Niceta, de quo diximus. Et statim
die Dominicæ in Maximo & Sanctissimo Templo pro-
clamata est, simulac illata est. Tertia & quarta fe-
ria à viris adorata est, quinta & sexta à fæminis.

(152) Heraclius etiam appellatur pater Imp. Heraclii in
Chron. Alexandrino.

(153) Anno DCX.

(154) Avarorum Reges Cacanos appellatos fuisse, passim
in Historicis testimonia.

numerabili multitudine veniens, Venetiarum fines ingressus est. Huic Gisulfus Forojulianus dux cum Langobardis, quos habere poterat audacter occurrit. Sed quamvis forti animositate contra immensam multitudinem bellum cum paucis gereret, undique tamen circumseptus cum omnibus suis penè extinctus est. Uxor verò ejusdem Gisolfi, nomine Romilda, cum Langobardis qui evaserant, sive eorum uxori-bus, & filiis, qui in bello perierant, intra murorum Forojuliani castri munitiv septa. (155) Huic erant filii Taso, & Caco, (156) jam adolescentes, Rodoaldus verò & Grimoaldus, adhuc in puerili ætate erant constituti. Habebat verò & filias quatuor, quarum una Appa, (157) alia Gaila vocabatur, duarum verò nomina non tememus. Communierant se quoque Langobardi & in reliquis castris, quæ hiis vicina erant, hoc est, in Cormones, (158) Nomaso, Osopo, (159) Artenia, Reunia, (160) Glemona, (161) vel etiam in Ibligine, (162) cujus positio omnino inexpugnabilis existit. Pari etiam modò, & in reliquis castellis, ne Hunis, hoc est Avaribus (163) præda fierent, se communiere. Avares verò per omnes Forojulianorum fines discurrentes, omnia incendiis, & rapinis vastantes, Forojulianum oppidum obsidione claudunt, & totis viribus expugnare moluntur. Horum rex idest Cacanus, (164) dum circa muros armatus cum magno equitatu (165) perambularet, ut qua ex parte urbem facilis expugnare posset inquireret, hunc Romilda de muris prospiciens, cùm eum cerneret juvenili ætate florentem, meretrix nefaria concupivit, eique mox per nuntium mandavit, ut si se in matrimonium sumeret, ipsa eidem civitatem cum omnibus qui aderant traderet. Quod rex barbarus audiens, eidem, malignitatis dolo, quod mandaverat se facturum promisit, eamque in matrimonium spopondit accipere. Illa verò nihil morata, portas Forojulienis castri aperuit, & ad suam cunctorumque qui aderant perniciem hostem (166) introduxit. Ingressi verò Avares cum rege suo Forum-julii, universa, quæ invenire poterant, rapinis diripiunt. Ipsamque urbem flammis concremant, universos quos repellerant captivos abducunt, fallaciter tamen eis promittentes, quod eos unde digressi fuerant, Pannoniæ in finibus collocarent. Qui cùm patriam revertentes, & ad campum quem sacrum nominant pervenissent, omnes qui jam in majori

A ætate constituti erant Langobardos, perimere gladio statuunt: mulieres verò & parvulos captivitatis sorte dividunt. Taso verò (167) & Caco, seu Rodoaldus filii Gisolfi, (168) & Romilda, cum hanc Avarorum malitiam cognovissent, statim ascensis equis fugam arripiunt. E quibus unus Grimoaldum puerulum fratrem suum, dum existimaret, ut potè parvulum, super equum currentem (169) se tenere non posse, melius dicens eundem gladio perimere, quam captivitatis jugum sustinere, eum occidere voluit. Cùm igitur ut eum percuteret lanceam elevasset, puer lacrymans exclamavit, dicens: Noli me (170) pungere, quia possum me super equum tenere. Qui injecta manu eum per brachium apprehendens, super nudum equi dorsum posuit, eundemque ut se contineret (171) hortatus est. Puer verò frenum equi manu arripiens, fugientes germanos & ipse secutus est. Quo comperto Avares, mox ascensis equis eos persecuti sunt, & reliquis veloci fuga evadentibus, Grimoaldus puerulus, ab uno eorum qui velocius cucurrerat capit, nec tameneum suus comprehensor (172) gladio ferire propter parvitatem ætatis dignatus est, sed sibi eundem potius servitum reservavit. Cùmque eum (173) ad castra revertens apprehenso ejusdem equi freno reduceret, deque tam nobili præda exultaret, (erat enim ipse puerulus elegantis forma, micantibus oculis, lacteo crine perfusus,) qui cum se captivum trahi doleret, ingentes animos angusto (174) in pectore versans, ensem qualem in illa ætate habere poterat vagina exemit, seque trahentem Avarem, (175) quantulo annis valuit, capitis in vertice percussit. Moxque ad cerebrum iactus perverniens, hostis ab equo dejectus est. Puer verò Grimoaldus verso (176) equo fugam latabundus arripiens, tandem fratribus junctus est, eisque liberatione sui nuntiata, insuper hostis interitu, inæstimabile gaudium fecit. Avares verò omnes Langobardos, qui jam in virili ætate erant, gladio perimunt, mulieres verò & parvulos captivitatis jugo abducunt. Romildam verò, quæ totius malitiae caput extitit, rex Avarum (177) propter jusjurandum sicut ei spönderat nocte una quasi in matrimonio habuit, novissimè verò duodecim Avaribus tradidit, qui eam per totam noctem vicibus sibi succedentes libidine vexarent. Postmodum quoque palum in medio campo configi præcipiens, eandem in

B

C

D

- (155) intra muros Forojuliani castri monii septa est. Mod.
 (156) Al. Cato, & sic infra. Lind.
 (157) Al. Pappa. Lind. & Mod.
 (158) Al. Conibona. Lind.
 (159) Mod. Nemasapo. Amb. Hemas Osopo, al. Nemas.
 al. Memaso Osopo. Lind.
 (160) Al. Reunari. Lind.
 (161) MS. Glemonia. Lind.
 (162) Al. in Bilige. Lind. & Mod. al. Miblige.
 Cluverius in Italia antiqua ad hunc Pauli locum.
 Osopum item castellum, sive Osopium, seu Osopum
 (sic scilicet varia exemplaria Pauli Diac. loc. voca-
 bulum variant) ad idem flumen, bodieque vulgo di-
 citur Osopo supra Reuniam in nativo, eminentique
 saxo circumiectis campus conspicuum.
 Prope sunt Artenia, & Glemona castella: quorum
 illud nunc Artegna patria lingua vocant incola; hoc
 verò Ghemonia, & corruptius Gemona &c.
 Nemasum ejusdem Pauli Diac. ex vicinitate baile-
 mus enarratorum conjicio esse eum vicum, qui ad Fel-
 lam flumen, baud ita procul à Tilavempti confluen-
 te, & Ventione opido, vulgo nunc dicitur Mazo.
 Sed exemplaria Diaconi vobementer hic variant, alia
 quidem babent Nemaso, alia Nomaso, alia Hemas,
 quedam Nemas, & nonnulla Memaso, ex quibus
 plerique tamen babent primam syllabam Ne. Me-

- moratur iterum lib. V. cap. XXII. Apud Nemas
 castrum, quod non longè à Foro Julii distat ex-
 tinctus est.
 Reliquum illud castellum Ibiligo, aliis in exemplari-
 bus est Ibiligo, & in nonnullis Biligo, videtur esse is
 vicus, qui, infra Tercentum opidum in dextra Turri
 fluminis ripa situs, è regione supradictorum castello-
 rum, vulgo nunc vocatur Biliris.
 (163) Al. Avaribus, seu Bavariibus. Lind.
 (164) Al. jam dictus Cacanus. Lind.
 (165) Mod. armatus cum exercitu perambularet.
 (166) Mod. bunc.
 (167) Verba & parvulos sorte captivitatis dividunt. Taso
 verò al. non leguntur. Lind.
 (168) Al. caterique Gisolfi, & Romilda filii. Lind.
 (169) equum sè tenere. Amb.
 (170) Amb. Noli frater mi me pungere &c.
 (171) Amb. & Mod. eundemque ut si posset sè &c.
 (172) Al. tamen eum comprehensem. Lind.
 (173) Al. Cimque hostis ad castra revertens apprehenso ejus-
 dem equi freno eum reducendo, de tam &c. Lind.
 (174) & angusto non leg. in Amb. item vagina.
 (175) Al. inque hostis praearatis caput quantulo annis valuit
 percussit. Lind.
 (176) Mod. non leg. verso.
 (177) Al. Avarorum, & ita semper. Lind.

in ejus acumine (178) inseri mandavit, (179) hæc insuper exprobrando inquiens, talem te dignum est maritum habere. Igitur dira proditrix patriæ tali exitio periit, quæ amplius suæ libidini, quam civium & consanguineorum saluti prospexit. Filii verò ejus non matris libidinem secutæ, sed castitatis amori studentes, ne ab Avaribus contaminarentur, crudorum pullorum carnes sibi inter mammas sub fascia posuerunt, quæ ex calore putrefactæ odorem foetidum exhalabant. Cùmque eas vellent Avaræ contingere, non sustinentes foetorem, putabant eas naturaliter ita foetere, procul ab eis cum execratione recedentes, atque dicentes, omnes Langobardas foetidas esse. Hac igitur arte Avarum libidinem puellæ nobiles evadentes, & ipsæ castæ servatæ sunt, & utile servandæ castitatis, si quid tale foemina contigerit, mandaverunt exemplum. (180) Quæ postea per diversas régiones (181) venundatae, juxta nobilitatem suam dignis sunt nuptiis potitæ. (182) Nam una earum Alamannorum regi, alia verò dicitur Bajoiorum principi nupsisse. (183)

C A P. XXXIX.

De Genealogia Pauli Warnefridi.

Exigit verò (184) locus, postposita generali historia, pauca etiam privatum de mea, qui hæc scribo, (185) genealogia retexere, & quia res ita postulat, paulò superiùs narratio- nis ordinem replicare. Eo denique tempore quo Langobardorum gens de Pannoniis ad Italiam venit, Leuphis (186) meus abavus, ex eodem Langobardorum genere cum eis pariter adventavit. Qui postquam aliquot annos in Italia vixit, diem claudens extremum, quinque ex se genitos filios adhuc parvulos reliquit, quos tempestas (187) ista captivitatis, de qua nunc diximus, comprehendens, (188) omnes ex castro Forojuliensi, in Avarum patriam exules deduxit. Qui cùm per multos annos in eadem regione captivitatis miseriam sustinuissent, & jam ad virilem pervenissent ætatem, cæteris quatuor, quorum nomina non retinemus, in captivitatis angustia persistentibus, quintus eorum germanus, nomine Lupicis, (189) qui nostrar postea proavus extitit, inspirante sibi (ut credimus) misericordiæ autore, captivitatis jugum abjicere statuit, & ad Italiam, quæ gentem Langobardorum residere meminerat, tendere, atque ad libertatis jura studuit repedare. Qui cùm iter aggressus fugam arripuissest, tantum pharetram, & arcum, & aliquantulum cibi propter viaticum gerens, nesciretque omnino quæ pergeret, ei lupus adveniens comes itineris, & ductor factus est. Qui cùm ante eum pergeret, & frequenter post se respiceret, & cum stante subsisteret, atque cum pergente præiret, intellexit sibi eum divinitus datum es-

A se, ut ei iter quod nesciebat ostenderet. Cumque per aliquot dies per montium solitudines hoc modo pergerent, panis eidem viatori, quem exiguum habuerat, omnino defecit. Qui cùm jejunans iter carperet, & jam fame (190) tabefactus defecisset, tetendit arcum suum, & eundem lupum, ut eum in cibum sumere posset, sagittâ interficere voluit. Sed lupus ictum servientis præcavens, ab ejus visione elapsus est. Ipse autem, recedente eodem lupo, nesciens quæ pergeret, insuper famis (191) penuriâ nimium debilis effectus, cùm jam de vita desperaret, sese in terram projiciens obdormivit, videtque quandam virum in somnis talia sibi verba dicentem: Surge, qui dormis: arripe viam in hanc partem contra quam pedes tenes; illac etenim est Italia, ad quam tendis. Qui statim surgens, in illam partem, quam in somnis audierat, pergere coepit: nec mora, ad habitaculum hominum (192) pervenit. Erat enim Sclavorum habitatio in illis locis. Quem cùm una mulier jam vetula vidisset, statim intellexit eum fugitivum esse, & famis penuria laborare. Ducta autem misericordiâ super eum, abscondit eum in domo sua, & secretò paulatim ei viatum ministravit, ne si ei usque ad saturitatem alimoniam præberet, ejus vitam funditus extinguqueret. Denique sic competenter ei pastum præbuit, (193) quoisque ipse recuperatus vires accipere potuisset. Cùmque eum jam validum ad iter faciendum vidisset, datis ei cibariis, ad quam partem tendere deberet, admonuit. (194) Qui post aliquot dies Italiam ingressus, ad domum in qua ortus fuerat pervenit. Quæ ita deserta erat, ut non solum tectum non haberet, sed etiam rubis, & sentibus plena esset. Quibus ille succisis, intra eosdem parietes vastam ornum (195) reperiens, in hac suam pharetram suspendit. Qui postea consanguineorum, & amicorum suorum muneribus ditatus, & domum reædificavit, & uxorem duxit, sed nihil de rebus, quas genitor suus habuerat, exclusus jam ab iis, qui eas invaserant longa & diurna possessione, conquerere potuit. Iste, ut jam superiùs præmisi, exitit meus proavus. Hic etenim genuit avum meum Arichim, Arichis verò patrem meum Warnefrid, Warnefrid ex Theudelinda conjugé sua genuit me Paulum, meumque germanum Arichim, qui nostrum avum cognomine retulit. His paucis de propriæ genealogiæ serie delibatis, nunc generalis historiæ revertamur ad tramitem.

C A P. XL.

De ducatu, & de morte Tasonis, & Saconis.

Mortuo, ut diximus, Gisulfo Forojuliensi duce, Taso & Cacco filii ejus eundem ducatum regendum suscepserunt. Hii suo tempore Sclavorum regionem, quæ Zellia (196) ap-

(178) Mod. *cacumine*.

(179) Receptum etiam hoc genus supplicii Slavis fuit. Helmoldus Historia Sclavorum cap. LIII. *Quanta enim mortuum genera Cbrisicolis intulerint, relatu difficultè est, cum bis quidem viscera extorserint palo circumducentes, bos cruci affixerunt irridentes signum Redemtionis nostræ.* Lind. Tunc primum hoc tormenti genus in Italia visum plures notaverunt.

(180) Al. *utilem formam*. Lind.

(181) Amb. *provincias*.

(182) Amb. *petite*.

(183) Gailam Gariobaldo Bojorum regulo nupsisse scribit Joannes Aventinus in annalibus gentis illius.

(184) Amb. *Exigit verò nunc locus &c.*

(185) Verba qui hæc scribo, non leg. in Amb.

Tom. I.

(186) Amb. & Mod. *Leuphis*, al. *Leubis*. Lind.

(187) Mod. *tempestate*.

(188) Mod. *comprehensor*.

(189) Mod. *Leuphis*. A. *Leupigis*. L. *Leubis*, vel *Leupbis*.

(190) *non leg. in Mod.*

(191) Mod. *panis*.

(192) Mod. *lominis*.

(193) Al. *Sicque competentem ei viatum præbuit, donec vires recuperaverit.* Lind.

(194) Amb. *animavit*.

(195) Amb. *intra eosdem parietes statim reperiens*.

(196) Amb. & Mod. *Cagellia*. Lind. *Aglia*.

Regio Pannonia superioris, quæ nunc Ciliensis Comitatus dicitur, vel Zemblynensis a Zemblin oppido, pars est Regni Hungariae superioris.

Yyy

appellatur, usque ad locum qui Medaria dicitur, possederunt. Unde usque ad tempora Ratchis (197) ducis, iidem Sclavi pensionem Foro Julianis ducibus persolverunt. Hos duos fratres Gregorius Patricius Romanorum in civitate Opitergio dolosa fraude peremit. Nam promittens Tafoni, ut ei barbam, sicut moris est, incideret, eumque sibi filium faceret, (198) ipse Taso cum Caccone germano suo, & electis juvenibus (199) ad eundem Gregorium nihil mali metuens (200) advenerit. Qui mox cum Opitergium cum suis esset ingressus, statim isdem Patricius civitatis portas claudi precepit, & armatos milites super Tafonem, ejusque socios misit. Quod Taso cum suis compriens, audacter se ad prælium preparavit, ultimumque sibi data pace valedicentes, per singulas civitatis plateas hac illaque dispersi, quos cunque obvios habere poterant trucidantes, (201) cum magnam stragem de Romanis fecissent, ad extremum etiam ipsi perempti sunt. Gregorius verò Patricius propter jusjurandum quod dederat, caput Tafonis sibi deferri jubens, ejus barbam sicut promiserat perjurus abscedit. (202)

C A P. X L I.

De Grasulfo duce Foro Juliano, & de adventu Radoaldi, & Grimoaldi in Beneventum.

His ita peremptis, (203) dux Foro Julianus Grasulfus Gisulfi germanus constituitur. Radoaldus verò & Grimoaldus, despectui du-

A centes sub patrui sui Grasulfi potestate (204) degere, cum essent jam prope juvenilem æatem, ascensā navicula remigantes ad Beneventi fines pervenient. Exinde ad Arichim (205) Beneventanorum ducem, suum quondam pædagogum, properantes, ab eo gratissimè suscepit, & filiorum loco sunt habiti. Hiis temporibus mortuo Tassilone duce Bajoariorum, filius ejus Garibaldus, in Agunto (206) à Sclavis devictus est, & Bajoariorum termini deprendantur. Resumptis tamen Bajoarii viribus, & prædas ab hostibus excutiunt, & hostes de suis finibus pepulerunt. (207)

C A P. X L I I.

De facta pace cum Imperatore, & Francis, & depopulatione Histriae, & morte Gundualdi.

REx verò Agilulfus pacem cum Imperatore in annum unum, itemque in alterum faciens, cum Francis quoque iterato pacem renovat. (208) Hoc nihilominus anno Sclavi Histriam interfectis militibus lacrimabiliter deprendati sunt. Sequenti quoque mense Martio defunctus est apud Tridentum Secundus servus Christi, de quo sèpe jam diximus, qui usque ad sua tempora succinctam de Langobardorum gestis composuit historiolam. (209) Eo tempore rex Agilulfus cum Imperatore iterato pacem composuit. Occisus quoque est hiis diebus Theodericus rex Francorum, & facta est pugna gravissima inter eos. (210) Gundualdus etiam Theu-

(197) Amb. Ratigis.

(198) Al. Nam cum promitteret Tafoni barbam ut moris est incidere, eumque filium fateretur &c. Lind.
Morem hunc veterum eruditissime Hadrianus Vallesius explicat in suis notis ad Berengarium, ubi quid Romanis esset barbatorias celebrare pluribus exemplis indicans, hæc addit. Manseros & apud Christianos prisci moris vestigia. Adolescentem enim radendum deducebant in Ecclesiam parentes, & propinqui, amicique, & per Presbyteri, vel etiam Episcopi ministerium primam lanuginem posituro fausta precebat. In libro Sacramentorum Gregorii Papa cum oratione ad capillaturationem reperitur, & oratio ad barbas tondendas, qua talis est: Deus cuius spiritu creatura omnis incrementis adulta congaudet, exaudi preces nostras super hunc famulum tuum Ill. juvenilis etatis decore latantem, & primis auspiciis attendendum, ut in omnibus protectionis tuae munitus auxilio, celestem benedictionem accipiat, & praesentis vita præsidis gaudeat & eterna. Et Proceres quidem eligebant aliquem magna dignitatis virum, cuius filii manus prima barba cederetur. Sic Taso Langobardus dux Foro Julianum Gregorium Patricium, & Exarcum Ravenna eam in rem elegerat, à quo per fraudem & perfidiam est interemptus. Quippe jure jurando politicus erat Gregorius se Tafoni barbam sicut moris erat incisurum, eumque sibi filium facturum &c. ut Paulus in libro IV. de gestis Langobard. ex quo apparat cuius manu primam barbam posuisset, ei fuisse filii adoptivi loco. Prima barba tonsio & festivis simul convivis apparatus, tum propinquis & amicis dari soliti, dies quoque ipsa, qua barba ponebatur, barbatoria vocabatur. Vide plura apud eundem.

(199) Al. electis muneribus ad eundem Opitergium cum suis esset ingressus, statim dictus patricius &c. Lind.

(200) Amb. suspicans.

(201) Mod. per singulas civitatis plateas prout poterant &c. alias per singulas civitatis plateas in se arruentes trucidantes, cum magna &c. Lind.

(202) Rem aliter narrat Fredegarius in Chronico ad annum IX. Dagoberti Regis, qui DCXXXI, vel ut ipse fortasse numerat DCXXX., responderet. Inueniat ipse Arioaldum accepto statim Regno de occidendo Tafone, non ForoJulii, sed Tusciae Duce cogitase; inde sequitur. Eo anno Charoaldus Rex Langobardorum Legatos ad Hisacium Patricium secretis mittens, rogat ut Tafonem Ducem provincie Toscane, quo poterat ingenio interficeret. Hujus beneficij vicissitudine tributa, que Langobardi

de manu publica (id est Imp.) recipiebant tria centenaria auri annis singulis, unde unum centenarium atri Charoaldus Rex partibus Imp. de presente cassaret. Hisacius Patricius hoc audiens, tractabat quibus ingenis hæc potuisset implere. Tafonem ingeniosè mandans, dum in offensa Charoaldi Regis erat, cum ipso amicitias oblegaret: ipse verò contra Charoaldum Regem ei auxiliaretur. Tali preventus est fraude, Ravennam pergit. Hisacius ei obriam mandans pro timore Imperatoris Tafonem cum suis infra muros Ravenne urbis armatum non audiebat recipere. Cumque Taso credens arma suorum foris urbem relinquens, in Ravennam fuisse ingressus, statim qui fuerant preparati super Tafonem irruunt, & ipsum & suos totos, qui cum eo venerant interficiunt. Charoaldus Rex unum centenarium auri, sicut promiserat partibus Hisaci, & Imperii cassavit: duo tantum centenaria deinceps à parte Langobardorum à Patricio Romanorum annis singulis impletur. Unus centenarius centum libras auri capit. Post hoc continuo Charoaldus Rex moritur. Amonius Hist. Francor. et si Fredegarium transcribere solet, de occido Tafone lib. 4. cap. 32. cum Paulo nostro concordat.

(203) Amb. peractis.

(204) Amb. imperio. al. sub patrui sui potestate, nec leg. Grasulfi. Lind.

(205) Al. Ratibis. MS. Lind. Arcbis. Amb. & Mod.

(206) Al. in Magunti. Lind.

(207) Plura de Sclavis, aliisque gentibus, quæ varias hoc tempore regiones occupaverunt nobis à Paulo servata sunt, quæ nullibi legimus. Aguntum Norici oppidum ab Aquileja XC. millia passuum, à Julio Carnico LX. dissitum. Vide Antonini itinerary.

(208) Amb. pacis concordiam renovavit.

(209) Vide quæ notavi supra cap. XXVIII. num. 99.

(210) Al. inter Francos. Lind.

Anno XVII. Regni Theoderici novissimum hoc bellum inter Thodebertum, Clotharium & Theodericum gestum fuisse Fredegarius in suo chronicō testatur, ideoque anno Domini DCXIII. alligatur. Pugnatum est apud Tolbiacum, victusque Theodebertus Coloniani se recepit. Persecutus est eum Theodericus, captumque suorum proditione ad aviam Brunechildem direxit. Hec illum fieri Clericum rogavit. At non post multos dies impie nimis post Clericatum perimi jussit, scribente Jona in vita S. Columbani. Occisi post eum fuere duo ipsius filii Clotharius, & Meroveus puer, eliso ad petram cerebro.

Theudelindæ reginæ germanus, qui erat dux in civitate Astensi, nemine sciente auctorem mortis ipsius, hoc ipso in tempore sagitta istus interiit. (211)

C A P. XLIII.

De morte Agilulfi, & de regno Adaloaldi, & ejus expulsione, & regno Arioaldi.

IGitur Agilulfus rex, qui & Ago est appellatus, postquam viginti & quinque annos re-

(211) Fuis hæc idem Fredegarius, qui secundas Theudolindæ nuptias cum Agone Rege narrans, primas cum Anthario, vel ignoravit, vel, utpote brevi tempore dissolutas, consulto p̄t̄tenivit. Ago, scribit ille, Rex Langobardorum accepit uxorem Gundoaldi, & Gundoaldi germanam, nomine Theudelindam, ex genere Francorum (alius Bajoariorum) quam Cildebertus babuerat desponsatam. Qui eam cim consilio Brunecilda postposuit, Gundoaldus cum omnibus rebus se cum germana Theudelinde in Italiā transtulit, & Theudelindam in matrimonium Agoni tradidit. Gundoaldus de gente nobili Langobardorum accepit uxorem, de qua duos filios habuit bis nominibus Gundebertum, & Haribertum. Ago Rex filius Autbarii Regis de Theudelinde babuit filium nomine Odoaldum, & filiam nomine Gundelergam. Dum Gundoaldus à Langobardis nimium diligenter, fatione Agonis Regis, & Theudelinde, cim ipsum jam zelo teneret, ubi ad ventrem purgandum in faldaone sedebat, sagitta sauciū moritur. Ex his plura convenient cum Paulo nostro; at laudatam insigni pietate Theodolindam in tam laevum facinus contra fratrem consenisse, ut Fredegarius innuere videtur, apud eundem sit fides; nisi ed Gundobaldi regnandi libido excesserit, ut in Regem cognatum suum, ipsamque sororem insurgetur, meritaque dederit poenas. Id vero notandum, quod de Childeberto narrat, Brunecildis consilio, a patetis cum Theodolinda nuptiis distracto. Altera hanc historiam habet noster, quem ceteri sequuntur.

(212) Al. Adaloaldo, & sic semper. Lind.

(213) Natus erat Adaloaldo anno DCIII & Fuit festi Paschalis dies eo tempore septimo Idus Aprilis, ut Paulus habet, itaque annos jam tredecim numerabat.

(214) Anno scilicet DCXVI quippe levatus in Regnum anno DXCL cùm annos XXV. regnaverit, mors illius huic anno est alliganda, non subsequenti, ut Siegerbertus in Chronico. Doctis. Pagius id firmat etiam diplomate Regis Adaloaldi ejus filii, ac successoris, favore Monasterii Bobiensis apud Ughellum tom. IV. quod legitur, Datum Ticino in Palatio sub die VIII. Kal. Aug. anno felicissimi Regni nostri sexto indictione nona feliciter. Nam, scribit ille, si anno DCXXI. Indictione nona in signito sextum Regni annum numerabat, profecto hoc anno ante diem XXVI. Julii Regnum capesset.

(215) Amb. donationes.

(216) Id religiose Regis tribuendum: extat etiam aliud diploma ejusdem Regis Adaloaldi favore Monasterii Bobiensis apud Ughellum loco citato tom. 4.

(217) Fredegarius in suo Chronico num. XLIX. plura quām Paulus noster de Adaloaldo narrat. Ipsaque anno XL., inquit ille, Clobbarii Adaloaldus Rex Langobardorum filius Agoris Regis, cim patri suo successit in Regnum, legatum Maurici Imperatoris nomine Eusebium ingeniosè ad se videntem benignè suscepit. Imunctus in balneo nefcio quibus unguebat, ab ipso Eusebium persuaderetur: & post inunctionem ne quicquam aliud, nisi quod ab Eusebium bortabatur, facere non poterat. Persuasus ab ipso, ut primates nobiliiores cunctos in Regno Langobardorum interficeret ordinaret. Quod cim jam, vel XII. ex eis, nullis culpis extantibus, gladio trucidasset, reliqui cernentes eorum esse vita periculum.

L. Charoaldum Lucem Taurinensem, qui germanam Adaloaldi Regis babebat uxorem, nomine Gundelergam omnes Seniores, & nobilissimi Langobardorum gentis conspirante consilio in Regnum elegunt sublimandum. Adaloaldus Rex veneno bausto interist. Charoaldus statim Regnum arripuit. Hanc Adaloaldi mentis eversionem arte venefica procuraram ex pari forte Arichis filii, quam infra Paulus refert, ingenio suo conjecterat Eminentiss. Baronius, firmatque Fredegarius, qui nobis emendandi Pauli rationem præbet; emendandus tamen & ipse eo in loco, quo imperium Mauricii cum anno quadragesimo Regni Chlotarii II. conjungit, cuius vi-

A gnaverat, diem clausit extremum, relicto in regno filio suo Adaloaldo (212) admodum puero, (213) cum Theudelinda matre. (214) Sub hiis ecclesiæ restauratæ sunt, & multæ dationes (215) per loca venerabilia largitas. (216) Sed cum Adaloaldus evera mente insaniret, postquam cum matre dececum regnaverat annis, de regno ejus est, & à Langobardis in ejus loco Arioaldus substitutus est. (217) De cuius regis gestis, ad nostram notitiam minimè aliquid per-

B vē-

ce reponendus Heraclius. Notavimus enim anno DCII. Mauritium à Phoca illius successore necatum fuisse, & Clotharii quadragesimus annus incidit in annum Christi DCXXIV. ut ipse numerat Fredegarius, XLV. Regni annos à morte Chilperici patris eidem assignans, incompleros rāmen ut observat Pagius ex Aimoino, qui XLIV. tantum à dicto tempore regnasse scribit. Quod vero pertinet ad Langobardos nostros, Paulum inter & Fredegarium optimè convenire crediderim de tempore, quo Aladoaldus, mente, Regnoque occidit; quippe, si decem anni ab obitu Agilulphi numerentur cum nostro, ad DCXXVI. veniemus, bienio post quām Aladoaldum Eusebius unguento infecerat, tantumque temporis intercessisse probabilis conjectura, quoque XII. jam ducibus trucidatis, reliqui periculum sibi metuentes Arioaldum, quem Fredegarius Charoaldum appellat, veneno fustulerint.

C Verum in figendo Regni Arioaldi initio durior contatus. Catus Pagius in sua Critica ad annum DCXXVI. contra recentiores omnes Chronologos, immo & Paulum nostrum, vivente adhuc Aladoaldo regnasse Arioaldum contendit, argumento epistolæ Honori Pontificis Romani ad Iacum Ravennæ Exarchum, incerto anno dato, ut afferit Baronius, qui eas ita recitat. Delatum est ad nos, Episcopos Transpadanos Petro Pauli filio suadere conatos esse, ut Adalualdum Regem desereret, Arioaldoque tyramo se applicaret. Quamobrem quia Petrus travis corum consilii respuit obedire, & sacramenta Regi Agoni Adalualdi patri praesita, (nempe quando Adaloaldo levatus est in Regnum vivente patre apud Mediolanum in Circu) Sancte cupit servare, & quia hoc Deo, & boniibus est ingratum, ut qui tale facinus vindicare deberent eorum ipsi suæores existant: rogamus vos, ut postquam Adalualdum divino in regnum, ne speramus, auxilio reduxeritis, predictos Episcopos Romanum mittere velitis, ne scelus huiusmodi impunitum relinquerimus. Addit ad hoc Pagius. Præterea Jonas, qui hoc tempore vivebat in vita S. Bertulfi, qui anno DCXXVII. Sancto Attala in Abbatiam Bobiensis succeditum XI. tradit Bidelphum Monachum Monasterii Bobiensis missum fuisse à Sancto Attala Abate Bobiensi ad Ticinum urbem, ibique obrium babuisse Arioaldum Regem Langobardorum: & infra: Bertulfum, postquam Sancto Attale in Abbatiam Bobiensis succedit, regnante Arioaldo Romanum ad Honorum vniisse.

D Hinc ad Aladoaldum redens contendit eundem fuisse in regnum restitutum, argumento diplomatum, quibus Monasterio Bobensi bona per Agilulphum patrem donata confirmat. Data sunt, primum ad Attalam Abbatem, Ticino in Palatio sub die octavo Kal. Augusti felicissimi Regni nostri sextodecimo, per Indictionem quintamdecimam. Alterum ad Bertulfum Abbatem, Papie sub die XVI. mensis Augusti anno Regni nostri feliciter XVII. per Indictionem primam. Eaque vide apud Ughellum in Italia Sacra, & tomo II. bullarii Cassinensis. Ego vero, et si doctissimo viro subscriperim, ubi occupatum vivente Aladoaldo ab Arioaldo Regnum asserit, eoque sensu Fredegarii mentem acceperim, cim scribat omnes seniores, & nobilissimos Langobardorum gentis conspirante consilio in Regnum elegit sublimandum, & postmodum illius obitum narret; de restituто in Regnum Aladoaldo minimè consentio, contra Pauli, & Fredegarii historiam: iis enim contestibus, Regis dementiam, illius obitus exceptit, nec diplomatum datis deferendum est, cim in epocha Regni Aladoaldi minimè consentiant, ut oculatissimus vir, aliquique plures notaverant, immo Aladoaldo cum Pagio in Regnum restituto, universa chronotaxis convulsa minimè congrueret cum annis Regis Rotharis, quos infra ex illius prologo certius notatos compieremus. Affigno itaque initium Regni Arioaldi post DCXXIV. qui Clotharii XL. annus, & cum Paulo duodecim

vénit. (218) Circa hæc tempora beatus Columbanus ex Scotorum (219) genere oriundus, postquam in Gallia in loco qui Luxovius (220) dicitur, monasterium construxerat, in Italiam veniens à Langobardorum rege gratarter exceptus est, cœnobiumque, quod Bobium appellatur, in Alpibus Cottis ædificavit, quod quadraginta millibus ab urbe dividitur Ticinensi. Quo in loco & multæ possessiones à singulis principibus sive Langobardis largitæ sunt, & magna ibi facta est congregatio monachorum. (221)

C A P. XLIV.

De morte Arialdi, & regno Rothari, & quia dux Arichis filium suum Ajonem ad regem direxit.

Igitur Arioaldus postquam super Langobardos duodecim annis regnum tenuit, ab hac luce subtractus est. Langobardorum regnum Rothari genere Arodus (222) suscepit. (223) Fuit autem viribus fortis, & justitia tramitem sequens, sed tamen fidei Christianæ non rectam lineam tenens, Arrianæ hæreses perfidia maculatus est. Siquidem Arriani minorem Patrem Filium, Spir-

- cim Regni ejus annos numerans, ipsoisque incompletos, ut ipse non uno in loco numeravit, circa DCXXXVI. æra Christianæ initium subsequentis Rotharis assigno, meliorem chronologiam rationem à posterioribus libertissimè accepturus. Hoc unum certè aseveraverim Paulum nostrum Arioaldi Regis Gundeburgam uxorem Rodoaldo tradidisse, quippe non unico Fredegarii testimonio id evincitur, sed verbis etiam Jonæ in vita Sancti Bertolfi num. XII. Scribit ille. *Ariowaldum generum Agilulpi, cognatum Adalvaldi Secke Ariana credulum, post Adalvaldi obitum Regnum Langobardorum suscepisse, immo sua etiam historia Paulus manefici erroris evincitur, ut infra sequenti capite XLIX.*
- (218) Fatente Paulo gesta Regis Arioaldi minimè novisse, doctis. Baronius quædam collegit, ex Jonæ potissimum libro, eaque vide in Anno DCXXVI., ubi optimè animadvertisit hinc de Theodolinda Regina mentionem nullam occurrere, arguitque jam fatis concessisse celeberrimam Reginam, ante quam filius Arioaldus mentis eversionem pateretur. In Basilica Modoetensi anniversaria preces ad expiationem peccatorum ejus adhuc solenni ritu recitantur XI. Id. Januarii, qui fortasse dies emortualis, utcumque saepius id minimè probent.

(219) Mod. Gotborum, & ita legit al. Lind.

(220) Al. Luxovium. Amb. Mod. & Lind. cui al. Lexovium.

(221) Non bene sibi compertam Paulus noster ævi hujus Langobardorum historiam ingenuè fatetur, & revera chronologicum ordinem turbavit. S. Columbani Abbatis in Italiam adventus ad Agilulphi, non Arioaldi Regis tempora est revocandus: constat enim ex Jona in illius vita post vitam, necatumque Theodebertum, à quo in exiliu, instigante Brunechilde Regina, pullus fuerat, iustrata prædicatione ac miraculis Germania, quo se cum fociis recuperat, in Italiam properasse, ut Sclavos, qui Venetorum regionem tenebant, ad Christianæ Religionis veritatem converteret. Infelicissimi Regis cædem in ipso exitu è Galliis predixerat, futuramque triennio post apertissimè comminatus ferociensis animum nequaquam compescuit. Anno hæc DCXII. facta est, ideoque in Italiam venit regnante Agilulpho, cuius etiam jussu ad Bonifacium IV. Suinnum Pont. de Schismate trium capitulorum prolixam sanè direxit epistolam, paulo post ejus adventum, ut ex ipsa colligo. Ebulliebat enim adhuc post D. Gregorii tempora Schisma, unde Rex minus prosperos Regno suo timebat eventus. Cæterum Agilulphi, & Aladoaldi donationes insigni huic Monasterio jam ante notavi; nec minor subsequentium Regum liberalitas fuit, Liutprandi potissimum. Plura servantur adhuc in ejus Archivo antiqua monumenta, ut non semel me audivisse memini à D. Cœlestino Lorefice Cassinensi Monacho; atque utinam vir doctissimus, & antiquitatum peritia exercita-

A tum quoque Sanctum minorem Patre, & Filio ad suam perniciem dicunt. Nos autem Catholicæ Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, in tribus personis unum & verum Deum, æquali potentia, eademque gloria coſtituimus. Hujus temporibus penè per omnes civitates regni ejus duo Episcopi erant, unus Catholicus, & alter Arrianus. In civitate quoque Ticinensi usque nunc ostenditur, ubi Arrianus Episcopus, apud Basilicam (224) S. Eusebii residens, baptisterium habuit, cum tamen Ecclesia Catholicæ alias Episcopos præsideret. Qui tamen Arrianus Episcopus, qui in eadem civitate fuit (225) Anastasius nomine, ad Fidem Catholicam conversus, Christi postea Ecclesiam rexit. (226) Hic Rothari rex, Langobardorum leges, quas sola memoria & usu retinebant, (227) scriptorum serie composuit, codicemque ipsum Edictum appellari præcepit. Erat autem jam ex quo Langobardi in Italiam venerant, annus septuagesimus septimus, sicut idem Rex in sui edicti testatus est prologo.

C A P.

tissimus eruditorum commodo aliquando in vulgus emittat.

- (222) Al. *Harodus*. Lind. Arodum se dicit etiam ipse Rotharis in suo legum proœmio, ubi majores etiam suos recenseret. Vide lib. I. cap. XIV.
- (223) Annos XII. Regni Arioaldi non ab Aladoaldi morte, sed ab ipsius acclamatione vivo adhuc Aladoaldo Paulum nostrum numerasse puto, itaut ab anno XL. Clotharii, quo Aladoaldus veneno mensis usum amiserat, ad annum Christi DCXXXVI descendamus, cui Regni Rotharis initium est al ligandum, ipsius testimonio: quippe cum in suo legum prologo profiteatur eas edidisse anno Regni sui octavo, Indictione II. anno post adventum Alboin septuagesimo sexto, manifestè annus Christi DCXLIV. indicatur, quo secunda indictione decurebat, & ab anno DLXVIII. quo Langobardi in Italiam venerant septuagesimus sextus numerabatur, non vero septuagesimus septimus, ut librarij vitio in hoc capite legitur, quod emendo, lectione ipsius editi, tam nostra, quam codicis Monasterii Cavensis, ut notavit Camillus Peregrinus in appendice ad lib. I. Hist. Principum Langobard. pag. 229. immo vel ipsa calculi ratione, nam septuagesimus septimus non incidit in indictionem secundam. Octo igitur annos de DCXLIV. deducens ad DCXXXVI. redeo; nec eorum tentativa placet, qui vitium irrepsisse in numeris annorum Regni Rotharis arbitrantur, alios ingenio suo reponentes; nam conitans est MSS. editorumque lectio, atque si tantum liceret, jam in antiquum chaos revolutis, tercia quaque linea in historiæ calami nobis erit usus. Scio neque Sigebertum, neque alios chronotaxi meæ convenire; at mihi præstant semper ejusdem ævi testimonia, è quibus nisi causa cognita discessero.

(224) Hinc uique ad verbum *presideret*, in aliis non leg. Lind.

(225) Al. *civitate præsedit*, fuit &c. Lind.

(226) Anastasius nempe hujus nominis II. Sanctorum albo scriptus, cuius memoria recolitur die XXX. Maii. Synodo generali anni DCLXXIX. sub Agathone Papa subscriptis, & tertio Kal. Junii ann. DLXXX. requievit in Domino, sepultus in veteri Cathedrali Ecclesia Ticinensi. Vide acta SS. Bollandii, & Ughellum in Ital. Sac.

(227) Ideo Rotharis Rex in peroratione legum Langobard. *Inquirentes, & rememorantes antiquas leges Patrum nostrorum*. Vocabantur autem Langobardorum leges *Auricabeones*, quemadmodum Gothorum *Bellagines*. Glosæ Isidori (quas habeo ab Illustrissimo D. Josepho Scaligerio, unico (quod præfiscine dixerim meorum studiorum fautore) Anc' abeo, vel *Auricabeo*, lex Langobardorum. De Geticis Jornandes in eorum gestis: *Physicam tradens* (scilicet Diceneus) *naturaliter propriis legibus vivere fecit*, *quas usque nunc conscriptas Bellagines nuncupant*. Sed quid voces istæ significant, adhuc querendum cencio. Lind.

CAP. XLV.

*De morte Arichis Beneventani ducis,
& ducatu Ajonis.*

AD hunc regem Arichis dux Beneventi filium suum Ajonem direxit. Qui cum Ravennam venisset, Ticinum (228) pergens, ibi ei Romanorum malitia talis potio data est, quæ eum mente excedere ficeret: atque ex eo tempore nunquam pleni, sanique sensus fuit. Igitur cum dux Arichis, hujus de quo diximus pater, jam maturus annis ad diem ultimum propinquasset, sciens filium suum Ajonem non recti esse sensus, Radoaldum, & Grimoaldum jam florem juventutis habentes, (229) quasi proprios filios Langobardis, qui aderant commendavit; eisque dixit, quod melius eos regere isti, quam Ajo filius suus posset.

CAP. XLVI.

De morte Ajonis, & de ducatu Radoaldi.

DEfuncto ergo Arichis, qui ducatum quinquaginta (230) tenuerat annis, Ajo ejus filius Samnitum ductor effectus est, (231) cui tamen Radoaldus, & Grimoaldus, sicut seniori fratri, & domino, per omnia paruerunt. (232) Qui Ajo cum anno, & mensibus quinque Beneventanum ducatum regeret, venientes Sclavi cum multitidine navium longè (233) à civitate Seponto castra posuerunt: Qui occultas foveas circa sua castra facientes, cum Ajo super eos absentibus Radoaldo, & Grimoaldo venisset, eosque debellare vellet, equus ejus in unam de eisdem foveis cecidit, (234) atque irruentibus super eum Sclavis, simul cum aliquantis viris (235) extinctus est. Quod cum Radoaldo nunciatum

Afuisset, citò veniens, eisdem Sclavis propria illorum lingua locutus est. (236) Cumque propter hoc segniores ad bellum reddidisset, mox super eos irruens, magna strage eos prosternens, & Ajonis mortem ultus est, & de illis finibus eos qui remanserant hostes fugam petere coegerit.

CAP. XLVII.

De civitatibus quas Rothari cepit.

IGitur Rothari rex, Romanorum civitates ab urbe Tuscæ Lunense (237) universas quæ in littore maris sitæ sunt, usque ad Francorum fines cepit. Opitergium quoque civitatem inter Tarvisium & Forojulii positam, pari modo expugnavit, & diruit. (238) Cum Ravennatus, & Romanis bellum gessit, ad fluvium Æmiliae, qui Scultenna (239) dicitur: in quo bello à parte Romanorum (240) reliquis terga dantibus, octo millia ceciderunt. Eo tempore magnus Romæ terræ motus factus est, magna que fuit inundatio aquarum. Post haec fuit clades scabierum, (241) ita ut nullus potuisset mortuum suum agnoscere propter nimium inflationis tumorem. (242) Apud Beneventum, verò mortuo Radoaldo duce, qui ducatum quinque rexerat annis, (243) Grimoaldus ejus germanus dux effectus est, gubernavitque ducatum Samnitum annis viginti & quinque. Hic de captiva puella, sed tamen nobili, cuius nomen Ita (244) fuit, Romualdum filium, & duas filias genuit. Qui cum esset vir bellicosissimus, & ubique insignis, venientibus eo tempore Græcis, (245) ut oraculum Sancti Michaëlis Archangeli in monte Gargano situm deprædarentur, Grimoaldus super eos cum exercitu veniens, ultima eos cæde prostravit. (246)

CAP.

Dexercitu Genavam maritimam Allinganum, Variotim, Saonam, Ubitergium, & Lunam civitates littoris maris de Imperio auferens, vastat, rampit, incendio concremans populum diripit, spoliat, & captivitate condemnat, muroque earum usque ad fundamentum destruens vicos bas civitates nominare precepit. At male Opitergium inter civitates ad mare Ligusticum numerat, cuius positionem optimè describit noster: constat enim fuisse inter Plavem, & Lquentiam fluvios in finibus Venetiarum, hodie dicitur Oderzo. At locus fortasse corruptus, ut indicat vocabulum Varicottim, cuius significationem nulli adhuc, quod sciám, divinare licuit.

(238) MS. *Caenum*. Lind.
(229) Turbat equidem quæ doctissimus Peregrinius Paulus nostro ad hunc locum opponit, scribens. *Ipsi viderit Paulus, quo pauci bic Arichis antequam esset Dux, Pedagogus fuit Radoaldi, & Grimoaldi: cinq̄ue in ducatu vixisset annos quinquaginta, illos florem juventutis babentes sibi & filio Ducatus successores instituit, ut tradit cap. seq. nisi eadem significatio id Paulo dictum credamus, qua Peregrinius ipse Erchempero prosectoris etatis juveni pueri appellationem convenire potuisse putat argumento lapidis sui Casapullani. HIC EST POSITUS SECUNDUS PUER Q. VIXIT ANNOS XXII.*
(230) MS. *quinq̄ue*. Lind. nostris ut in edit.
(231) Zottonis L. Beneventanorum Dicis mortem cum anno æra Christianæ DCXI. supra capit. XIX. num. 64. conjunxi, atque illinc annos quinquaginta, quibus Arichis illius successor principatum tenuerat ducens ad DCLXI. cum ipso Camillo Peregrinio accedo.

E

(232) Participes attamen principatus, ut non obscurè hic indicat noster.
(233) Fortassis legendum non longè: quippe cum ad mare fuerit Adriaticum antiqua urbs Apulia Sipontum, facile Sclavi de Venetiarum finibus solventes ad eamdem appulerant.
(234) Al. in unam foveam cecidit, ubi à Sclavis interemptus periret. Supervenient autem Rodoaldus cum uno de eisdem Sclavis propria illorum lingua locutus est. Cumque eos propter hoc facinus saevores ad bellum vidi set mox super eos &c. Lind.
(235) Amb. & Mod. aliquantis alius &c.
(236) Vicini etenim Sclavis olim in Forojuliensi Duca tu, unde Beneventum venerant Radoaldus, & Grimoaldus, ipsorum linguam ab ipsa puerili etate didicisse potuerant.
(237) Al. ab Luna urbe Tuscæ. Lind.
(238) Hæc Fredegarius in suo Chronico Clodovei Regis tempore acta refert post absolutam Gundeborgam, de qua infra. Scribit ille; Crotbarius cum Tom. I.

(239) Al. Sculteria. Lind.
(240) Al. Romanorum reliquis aperte terga dantibus. Lind.
(241) Amb. Scabearium.
(242) Perperam haec Paulus ad Rotharis tempora protrahit, cum ad superiora sint referenda ex Anatolii testimonio in S. Deusdedit, qui diras hanc clades post occisum Joannem Compsinum illico narrat his verbis. *Eodem tempore factus est terramoto magnus mensa Augusto, indictione undecima, seu ut in aliis emendationibus MSS. indictione sexta: quippe nullus S. Deusdedit pontificatus annus in Indictionem undecimam incidit. Post bac secura est clades in populo, percutio Scabierum, ut nullus potuisset mortuum suum cognoscere.*
(243) Al. verba qui ducatum quinque rexerat annis, non leguntur. Lind.
(244) Amb. It.
(245) Al. Saracenis. Lind. & ita Mod.
(246) Ad hunc Pauli locum Camillus Peregrinus in sua dissertat. finium Ducatus Beneventani ad Septemtrionem. Græcis, ait, sacrilega ista cum adscribat, vereor ne imponat nolis Paulus suspecta mibi semper fidei auctor in his, que suorum Langobardorum officere possunt decori, cur enim potius non credam talia ab iis commissa, quos confusat Castrense Monasterium superioribus annis diripiisse, ac Idololatriam, sive Arianam berejim: nam discrepant de hoc auctores,

Zzz ad

C A P. XLVIII.

*De morte Raddoldi ducis, & quia ei in ducatu
Grimoaldus ejus germanus successit.*

AT verò Rex Rothari postquam annos se-
decim (247) & menses quatuor regnum
tenuerat, vita deceps, Langobardorum re-
gnum Rodoaldo suo filio reliquit. (248) Hic
cum juxta Basilicam Beati Johannis Baptiste
fuisse humatus, post aliquantum tempus qui-
dam iniqua (249) cupiditate succensus, ejus
sepulchrum noctu aperuit, & quicquid in or-
namentis ejus corporis reperit, abstulit. Cui
Beatus Johannes per visionem apparet, eam
vehementer exterruit, eique dixit: Cur ausus
es corpus istius hominis contigere? Fuerit li-
cet non recte credens, tamen mihi se com-

*ad annum usque 663. fuisse scelator, nempo Langobardorum Ducatus Beneventani? cum ceterum sit mani-
festum Grecos ex antiquo ritu impenso studio Sancti Michaelis nomen coluisse. Et infra: Credam
igitur verè tunc Gracos cum Langobardis ad Garganum pro ejus loci possessione, sicut pro aliis alibi
frequenter confixis, atque hoc vicitus positus Sacram Archangeli specum diripuisse. Firmat conje-
cturam suam acer ingenio vir pluribus argumen-
tis, & potissimum lectione actorum S. Barbati Episcopi, quae in celebratissimam collectionem
suam contulerunt Bollandius, Henscheniusque. In iis legitur post discessum Constantii Imp. ab
urbe Benevento, de quo infra, Romualdum Du-
cem S. Pontifici, cuius precibus illud contra ho-
stes Beneventani steterant, ingentia munera offe-
rentem, hoc ab eodem audivisse. Si manus tua
salutis vis offire, stude unum impendere sacrificium,
ut B. Michaelis domum, qua in Gargano sita est,
& omnia qua sub ditione Sipontini Episcopatus sunt,
sedi Beatissima Genitricis Dei, cui nunc indigne pra-
sum, in omnibus subdas; & quoniam absque custo-
ribus omnia depravantur, unde nec sedulum illic sa-
crificium persolvi potest, melius à nobis disposita tibi
proficiat in salutem. Cùmque in iisdem actis aperi-
tissimum de Langobardorum idolatria constet ad
ea usque tempora, quibus S. Barbati monitus vi-
peras, corique de arbore pendentis cultum exue-
rant, subodorat Peregrinus ab eisdem sacre cry-
pte desolationem patrata, addens testimonia
Anonymi Cassinensis, & Erchempertii, quibus Cam-
panorum hoc est Langobardorum victoriā ann.
860. de Neapolitis, qui & Gracorum appellatio-
ne venerant, comparatur cum altera, qua olim in
Gargano cīas B. Michaelis Arcangelo ageretur festi-
vitas, correrunt; unde sibi persuaderet victoribus
potius, quam vicitis prædas occasionem fuisse.
Utcumque tamen se res habeat, mea quidem
sententia illius argumenta non adeo tem aperiunt,
ut Paulum nostrum erroris evincamus, præsertim
cum ipse minimè scribat Gracos id facinus com-
misisse, verū unicè tentasse, idque etiam sibi
fortasse persuaserant ex vulgi rumore Langobardi
Sipontini ceteris religione præstantiores, quibus in
maxima erat veneratione Sac. Crypta, jam ante so-
lenni ritu consecrata; unde Gracorum adventum in
deteriorē caufam verterant partium studio emul-
los criminaturi. Ceterum jam ante Romualdi
conversionem plures in Italia Transiberina Lan-
gob. Christianos, eosque Catholicos fuisse, vel
unica Sancti Gregorii epistola ad Arichim Duce-
m evincit; illum quippe filii appellatione donat, &
futuram boni operis gratiam pollicetur, quod
utique homini Ariano, vel Ethnico minimè scrip-
sisset.*

*Nodus omnes rescinderet Modoetiensis, aliorumque
Codicum lectione, qua pro Gracis hoc loco habet
Saracenis; at mihi non dispar labor ex aliis Hi-
storici hoc tempore in Apuliam Saracenorum ad-
ventum repetere.*

(247) Alias quindecim. Lind.

(248) Mortem Rotharis Regis ex ipsius edicti characteri-
bus affingo sub initium anni DCLIII. At initium
Regni Rodoaldi ejus filii, vel ipso vivente parre
constituere cogor cum Benedicto Bacchinio, ut
ad Grimoaldi tempora convenientiam in ipsius edi-

Amendavit. Quia igitur hoc facere præsumpsisti,
nunquam in mean Basilicam deinceps ingressum
habebis. Quod ita quoque factum est.
Quoties enim cùmque voluisset Beati Joannis
oraculum ingredi, statim velut à validissimo
pugili (250) guttur ejus feriretur, sic subito
retro ruerat impulsus. Veritatem in Christo
loquor, hoc mihi ipse retulit, qui hoc ipsum
suis oculis factum vidit.

C A P. XLIX.

De morte Rothari regis, & regno Rodoaldi.

Rodoaldus igitur post funus patris Langobardorum regnum suscipiens, Gundibergam Agilulfi, & Theudelinde sibi filiam in matrimonium sociavit. (251) Hec Gundiberga regina ad instar sue genetricis, sicut illa in Mo-

*Etum, quo Rotharis leges auxit, & explicavit,
ut infra narratur.*

(249) iniqua non legitur in Mod.

(250) Amb. pugillo.

(251) Ab initio hujus capituli usque ad hoc verbum, de-

sunt in Amb.

Notavi supra Gundebergam non Rodoaldo, sed Arioaldo uxorem fuisse testimonio Jonas in vita S. Bertulsi cui maximè deferendum, utpote illius sepi Scriptori. Accedit etiam Fredegarius in suo Chronico, qui non tantum Arioaldo Regi uxorem fuisse scribit, sed & illius successor Rothari, vel ut ipse vocat Chrothario, cum quo non absimilem levitatem passa fuerat, quam cum priore marito ex Adalphi calumnia. Hoc ille scribit. Gundeberga Regina eo quod omnes Langobardi ei fidem cum sacramentis firmaverant, Crotarium (al. Chrothacharium) quendam unum ex ducibus de territrio Brissia ad se venire præcepit, compellens ut uxorem quam balebat relinqueret, & eam in matrimonium acciperet, per ipsam omnes Langobardi cum sublimarent in Regnum. Quod Crotarius libenter consentiens, sacramentis per loca Sanctorum firmans, ne unquam Gundebergam postponeret, nec de bono gradus aliquid minueret, ipsamque unico amore diligens in omnibus bonore præstaret condignè, Gundeberga attrahente, omnes Langobardorum primates Crotarium sublimant in Regnum. Crotarius cum regnare ceperet, multos nobilium Langobardorum, quos sibi senserat contumaces interfecit. Crotarius fortissimam disciplinam, & timorem in omni Regno Langobardorum, pacem seculans fecit. Crotarius oblitus Sacra mentis, qua Gundeberga dederat, tamque in unum cubiculum Ticini in aula Palati retrudit, tamque ad privatum babitum vivere fecit. Quinque annis sub ea retrorsum finitur (al. tenet). Crotarius per concubinas bacchatur affidue. Gundeberga vero eo quod esset Christiana in hac tribulatione benedicebat Deum omnipotentem, jejuniis, & orationibus affidue pervacans.

Quando Deo placuit, cum Aubedo Legatus directus à Chlodoveo (al. Chlothario) Rege causa legationis ad Crotarium Regem Langobardorum usque Papiam cognomento Ticinum civitatem Italia pervenisset, cernes Reginam, quam sepius in legatione veniens viderat, & ab ipsa benignè semper suscepimus fuerat, fuisse retrorsum, quasi injunctum babere exinde inter cetera Crotario Regi suggerit, quod illam parentem Francorum, quam Reginam babuerat, per quam Regnum etiam adsumperat, non debuisse humiliare: multum exinde Reges Francorum, & Franci effete ingrati. Quam Crotarius de praesente reverentiam Francorum babere, jubet egredi foras: & post V. circuitus annos per totam civitatem, & foris, Gundebergare gallo ordine per loca Sanctorum ad orationem adgreditur. (al. egreditur) De villis & opibus fisci quas babuerat Crotarius ei restaurare præcepit. Quid usque diem obitus sui, & gradu dignitatis, & operibus pluribus ditata, regio cultu post feliciter tenet. Aubedo vero à Gundeberga Regina fortiter remuneratur.

Non abs re nostra Pagius rationem assignat ex D. Gregorio Turonensi lib. IV. cap. IX. cur Aubedo Francie Regis Legatus Gundebergam, dicat Regum Francorum parentem, sive consanguineam: fuit quippe Theodolinda filia Garibaldi Duci Ba-
joatæ, qui uxorem habuit Valdetradem, sive Val-
detræ.

Modicia, sic & ista intra Ticinensem civitatem, Basilicam in honorem Beati Johannis Baptiste construxit. Quam mirè ex auro, & argento peplisque decoravit, rebusque singulis optimè ditavit, in qua & ejus corpus tumulatum quiescit. Hæc cùm de criminè adulterii apud virum accusata fuisset, proprius ejus servus Carrus nomine, à Rege expetiit, ut cum eo, qui regina crimen ingesserat, pro castitate (252) fuisse dominus monomachia dimicaret. (253) Qui dum cum criminatore illo singulare certamen inissem, cum cuncto populo astante superavit. Regina verò post hoc factum, ad dignitatem pristinam rediit. (254)

C A P. L.

De morte Rodoaldi regis, & regno Ariperti.

Rodoaldus quoque (ut fertur) dum uxorem cuiusdam Langobardi stuprasset, ab eo interfactus est, postquam septem diebus & quinque regnaverat annis. (255) Huic successit in regni regimine Aripertus, filius Gundualdi, qui fuerat germanus Theudelinde re-

deradam Francias Reginam Theobaldi Austrasias Regis viduam, quam mortuo Theobaldo Clotharius frato suo copulavit; sed increpatus à Sacerdotibus reliquit eam, datus ei Garibaldum Ducem. His addit Theodolindam nepotem etiam fuisse Theodoberti Francorum Regis, qui Vivilgardam Vvalderadas matris sororem uxorem habuerat. Alii Theodolindam filiam fuisse scribunt Raginfrudis sororis Theobaldi Austrasias Regis; indeque coagnationem deducunt, sed ex cit. testimon. erroris arguuntur.

Ceterum jam ante notaverat oculatissimus Baronius ad annum 659. num. 5. errorem Pauli ex ipsa illius historia; quippe si Theodolinda post Agilulphi mariti sui obitum decem annis cum Adaloaldo filio regnaverat, & huic Rodoaldui substitutus est, isque regnavit annis duodecim, & post eum Rotharis sexdecim, & menses quatuor, ad minimum supra quadragesimum etatis annum Gundeberga jam venerat, immo si ab anno DCIII. quo eam D. Gregorius Magnus annulis donaverat, ut in epist. quam recitavi cap. XXVIII. rationem dicamus, jam fermè sexagenariam comperiemus, utcumque dubitare quis possit an donaria S. Pontificis ad Gundebergam, vel alteram Agilulphi filiam Godescalci Parmensis uxorem missa fuerint, cùm nomen in prefata epistola minimè legatur; sed hoc etiam dato, prima temporum ratio & usque excurrit, ut absque Carelli opera Gundebergam ab adulterii criminè purgatissimam reddat.

(252) Al. pro contestatione castitatis sua domina Lind.

(253) Damnabile hoc judicium, aliaque hujus generis, fortunæ potius, quam veritatis experimenta, immo, ut Christianum hominem loqui decet, temerarii ausus, quibus alta Dei iudicia tentantur, ex ipsis Langobardorum legibus in Italia nostra potissimum diu invaluerunt, torque occurrunt exempla, ut inanem operam quis praestaret ea recenlendo.

(254) Copiosius narrat hæc Fredegarius eaque de causa illius verba transcribo. Gundeberga Régina cùm esset pulchra aspèctu, benigna in cunctis, & pietate plenissima, Christiana, eleemosynis larga, precellente bonitate ejus diligebatur à cunctis. Homo quidam nomine Adalulfus ex genere Langobardorum, cùm in aula Palati assidue ad obsequium Regis conversaretur, quadam vice ad Reginam veniens, cùm in ejus staret conspicu, Gundeberga Régina eum scut & ceteros diligens dixit: Honesta statura Adalulfum fuisse formatum. Ille tec audiens. Formam statura mea laudare dignasti, stratu tuo jube me subiungere. Illa fortiter denegans, eumque despiciens in faciem expulit. Adalulfus cernens se vita periculum babere ad Charoaldum Regem protinus currit, petens ut secretius ad fuggerendum haberet locum ubi exponeret. Quis accepto dixit ad Regem: Domina mea Régina tua Gundeberga apud Taisonem Ducem (Tuscia), seu ut ipse paulo ante scriperat in Tuscanâ provin-

A ginæ. Hic condidit apud Ticinum oraculum domini Salvatoris, quod extra portam occidentalem, quæ dicitur Marenca, situm est, quod ornamenti variis decoravit, & substantiis sufficienter ditavit.

C A P. LI.

De morte Heraclii Augusti, & Constantini, qui ei succedit, & regno alterius Constantini.

His diebus defuncto Heraclio Augusto, apud Constantinopolim, (256) Heracleon ejus filius cum matre Martina regni jura suscepit, rexque Imperium duobus annis. Quo vita decadente successit in locum ejus Constantinus germanus ejusdem, alias filius Heraclii, imperavitque mensibus sex. (257) Hoc etiam mortuo, Constantinus ejusdem filius ad regni dignitatem ascendit, tenuique regnum annis octo & viginti.

C A P.

cia agentem) secretius tribus diebus locuta est, ut te veneno interficeret, ipsum conjugatum sublimaret in Regnum. Charoaldus Rex bis mendacim auditum credens, Gundabergam in Caumello (alias Camelli; sed fortassis legendum Laumello, ut in Aimoino) castro in unam turrim excilio trudit. Chlotarius legatos dirigens ad Charoaldum Regem, inquirens, quae de re Gundabergam Reginam, parentem Francorum bumbiasset, ut excilio retrudisset? Charoaldus bis verbis mendacibus, quasi veritate suffiserent respondit. Tunc unus ex legatariis nomine Anfoaldus, non quasi injunctum babuisset, sed ex se ad Charoaldum dixit. Liberare poteras de blasphemia causam banc. Jube illum boninem, qui bujusmodi verba rite multavisse armare, & procedat aliis de parte Reginam Gundaberga, qui quis armatus ad singulare certamen, ut iudicio Dei his duabus confligentibus cognoscatur utrum bujus culpe reputationis Gundaberga sit imoxia, an fortasse culpabilis. Cumque hoc Charoaldo Regi, & omnibus primatis Palati sui placuisse, jubet Adalulfum armatum confitum adire certamini; & de parte Gundaberga procurentibus confitimus Gundaberga, & Hariberto, tomo nomine Pisto contra Adalulfum armatus adreditur. Cumque confixissent certamini Adalulfus a Pittone interficietur. Gundaberga statim exilio post annos III. regressu sublimatur in Regnum. Confer Aimoinum hitor. Francor. lib. IV. cap. X.

(255) Annum DCIV. non superasse Rodoaldum cum Bacchinio puro, ne in duriores scopulos cum ceteris ab ista chronotaxi recedentibus veniam. Qui Pauli mentem repugnare contendunt, quanta sit habenda fides Chronologo hujus notæ dijudicent: Ego pro mea virili, quæ potui notavi, gratias verò me maximas habiturum profiteor iis, qui rectiori viam indicaverint.

(256) Anno DCXLI. vita cessit Heraclius Imperator die XI. mensis Februarii, ut optimè colligit Pagius in sua Critica Historico-chronologica ex Chronicis Orientali cum Nicephoro collato. Turbat hinc Paulus subsequentum Imperatorum successionem. Constat enim Heraclio mortuo Constantinum ejus filium, non verò Heracleonam Imperium suscepisse, eoque post centum ac tribus diebus morbo, ut Nicephorus habet, vel veneno Martine noverat, Pyrrhique Patriarche opera propinato, Heracleonas Martine filius cum matre potestatem obtinuit, habuitque mensibus sex, quibus elapsis Heracleonam, matrem ejus, & Valentinum, quo auctore tumultus exortus fuerat ab Imperio administrando Senatus repulit. Lingua vero Martine absissa, amputatisque Heracleonam naribus, isdemque in exilium actis, Constantem Constantini filium, & Heraclii Nepotem ad Imperii thronum subvehit, ut Theophanes, Cedrenus, & Zonaras narrant. Is imperium annis XXVII. rexit, ut communiter numeratur.

(257) Aliis mensibus septem. Hinc Constantinus &c. Lind.

C A P. L I I.

De Cesara Regina Persarum.

Circa hæc tempora regis Persarum conjunx (258) nomine Cæsara, de Perside exiens cum paucis suis fidelibus, privato habitu propter Christianæ fidei amorem Constantinopolim venit. Quæ ab Imperatore honorifice suscepta, post aliquot dies, ut desiderabat, baptismum consecuta, & ab Augusta de sacro fonte levata est. Quod vir ejus Persarum rex audiens, legatos Constantinopolim ad Augustum (259) direxit, quatinus eidem suam uxorem redderet. Qui ad Imperatorem venientes, verba regis Persarum nunciant, qui suam requirebat reginam. (260) Imperator hæc audiens, remque omnino ignorans, eis responsum reddidit dicens: De regina quam queritis fatemur nos nihil scire, præter quod ad nos hic aliqua mulier privato habitu advenit. Legati vero responderunt dicentes: Si placet vestro conspectui, volumus hanc quam dicitis mulierem videre. Quæ cum jussu Imperatoris advenisset, mox ut eam conspicunt, (261) ad ejus vestigia provolvuntur, eique venerabiliter, quodam eam suus vir requireret, sugerunt. Quibus illa respondit: Ite, renuntiate regi vestro, & domino, (262) quia nisi sicut ego jam credidi, (263) ita & ipse in Christum crediderit, me jam ultra confortem thori habere non poterit. Quid multa? Reversi legati ad patriam, universa quæ audierant, regi nunciant. Qui nihil moratus, cum sexaginta (264) milibus viris Constantinopolim pacifice ad Imperatorem venit, à quo gratanter, & satis dignè (265) susceptus est. Qui cùm universis in Christum Dominum credens, pariter cum omnibus sacri baptismatis unda perfusus, & ab Augusto de fonte levatus, catholica fide confirmatus est. Multisque muneribus ab Augusto honoratus, accepta sua conjuge lætus, & gaudens ad suam patriam repedavit. (266) Circa hæc tempora mortuo apud Forumjulii Grasulfo duce Foroujensi, ducatum Ago regendum suscepit. Apud Spoletum quoque Theudelapio (267) defuncto, Atto eidem civitati duxor efficitur.

(258) Al. *Persorum Regina Cæsarea nomine*. Lind., & ita Mod. qui sequitur *cum paucis suis*.(259) Al. *ad Imperatorem*. Lind.(260) Mod. *uxorem*.(261) Amb. & Mod. *ut eam Legati conspicuerent*.(262) Al. *vestro nuper marito meo*. Lind.(263) Al. *jam in Cœrismum credo*. Lind.(264) Amb. *duodecim*.(265) Al. *multim*. Lind.

(266) Fabula hæc, quæ in Hist. Miscel. quoque concessit, ab illa fortasse nata est, quæ autores habuit Theophyl. Simocatam, & Abbatem Biclarensem ejusdem ævi Scriptores, ad quos è vulgi rumore venerat: Chosroes namque II, vel arte, vel memor accepti beneficii à S. Sergio Martyre, cui pro restituzione sua in regnum votum fecerat, benè se animatum in Religionem Christianam ostendit; at errores suos minimè abjuravit, ut liquidd constat ex epistola S. Gregorii Papa ad S. Domitianum Episcopum Melitinæ à Baronio, aliisque allegata. Plura etiam fabulosiora scripsit de hac re Fredegarius in suo Chronico. Ceterum Chosroes, vivo adhuc Heraclio Imper., iussu filii Siroes lagittis confosus occubuit anno Christi DCXXVII. itaut hæc omnia non cum Imperio Constantis, sed Heraclii fuissent alliganda.

(267) Al. *Theodelapo*. Lind.

C A P. L I I I.

De morte Ariperti, & Godeberti filii ejus, qui ei succedit, & regno Grimoaldi, & interitu Garibaldi ducis.

Igitur Aripertus, (268) postquam apud Ticinum per annos novem Langobardos rexerat, diem obiens, regnum duobus filiis suis adhuc adolescentibus, Bertarido, & Godeberto, (269) regendum reliquit. Et Godebertus (270) quidem Ticini sedem regni habuit, Bertaridus vero in civitate Mediolanensi. Inter quos fratres, facientibus malignis hominibus, discordiæ, & odiorum fomes surrexit, in tantum ut alter alterius regnum invadere conaretur. (271) Qua de re Godebertus Garibaldum Taurinatum ducem ad Grimoaldum Beneventanorum strenuum tunc ductorem direxit, invitans eum ut quantociùs veniret, & sibi adversus germanum suum Bertaridum auxilium ferret, regisque filiam, suam germanam ei se daturum promittens. Sed legatus ipse fraudulenter contra suum dominum agens, Grimoaldum exhortatus est ut veniret, & Langobardorum regnum, quod adolescentes germani dissipabant, ipse arriperet, qui ætate matrus, consilio providus, & viribus fortis existaret. Grimoaldus hæc audiens, mox animum ad regnum Langobardorum obtinendum erexit. Ordinatoque apud Beneventum Romualdo suo filio duce, ipse cum electa manu Ticinum profecturus iter arripuit, ac per omnes civitates, quas obviam habuit, (272) sibi amicos, & adjutores ad regnum percipiendum ascivit. Trasemundum vero comitem Capuanum per Spoletum, & Tusciā direxit, ut per eas regiones Langobardos suo consortio coaptaret. Qui imperata sibi strenue perficiens, ei cum multis adjutoribus, apud Æmiliam (273) in itinere occurrit. Igitur Grimoaldus cum prope Placentiam cum robusta virorum multitudine advenisset, Garibaldum, qui legatus ad eum missus à Godeberto fuerat, Ticinum præmisit, ut eidem Godeberto de suo adventu nuntiaret. Qui ad Godebertum veniens, Grimoaldum cito adventare dixit. Cumque Godebertus ab eo quereret, quo in loco eidem Grimoaldo hospitium præparare deberet, Garibaldus ita respondit, quod dignum esset ut Grimoaldus, qui

(268) Aliis *Aribertus*. Lind.(269) Al. *Bertbari*, al. *Partbarito*, & *Gundeberto*, & sic semper. Lind. & Mod.(270) Amb. *Godibertus* semper.

(271) Sigebertus in Chronico ad annum DCLX. Aripert Langobardorum Regis defuncto, Godebertus, & Bertaridus filii ejus annum agunt, non tam in regno compонendo, quam de regno contendendo; atque anno sequenti Grimoaldus dux Taurinacum Godebertum filium Aripert Regis Langobardorum dolo perimit, & ejus Regnum arripit. Contentanea rerum ordinis narratarum à Paulo post mortem Ariperti, hec unius anni mora antequam Grimoaldus rerum potiretur; cumque vix dubitandi sit locus in statuendo initio Regni Grimoaldi cum ipse profiteatur in suo legum edito mense Julio, indicacionis undecimæ, annum Regni sui sextum currere, siisque Christi Domini erat DCLXVIII., hinc retrocedendo ad DCLXI. quo mors Ariperti est assignanda veniemus. Non animadvertisit hæc Peregrinus, nullaque interposita mora inter mortem Ariperti, & initium Regni Grimoaldi, quod seriùs in sua comparatione statuit, Paulum non bene prochronismi arguit in cit. sua disserat. fin. Ducat. Beneventani ad Septemtrionem.

(272) per quas iter babuit. Mod. viam babuit.

(273) Alias Æmiliam viam. Lind.


qui pro ejus causa venerat, ejusque sororem accepturus esset, hospitium intra palatum haberet. Quod ita quoque factum est. Nam adveniens Grimoaldus, intra palatum hospitium accepit. (274) Idem vero Garibaldus, totius nequitiae feminator, Godeberto persuasit, ut non aliter, quam lorica sub veste induitus, cum Grimoaldo locuturus veniret; afferens, quia Grimoaldus (275) eum occidere vellat. Rursus idem fallendi artifex, ad Grimoaldum veniens dixit, quod nisi se fortiter prepararet, eum Godebertus suo gladio perimeret, afferens Godebertum quando cum eo ad colloquendum veniret, loriam sub veste gestare. Quid plura? Cum ad colloquium die crastino venissent, & Godebertum post salutationem Grimoaldus amplexatus esset, statim sensit quod loriam sub veste gestaret. (276) Nec mora, evaginato gladio eum vitam privavit, regnumque ejus, & omnem potentiam invadens, suæ subdidit ditioni. Habebat autem tunc Godebertus jam filium parvulum nomine Reginber-
tum, (277) qui a Godeberti fidelibus sublatus & occulte nutritus est. Nec eum Grimoald persequi curavit, quippe qui adhuc infantulus esset. Quo audito Bertarius, qui apud Mediolanum regnabat, quod germanus ejus esset extinctus, (278) quanta potuit velocitate fu-

A gam arripuit, atque ad regem Avarum (279) Cacanum pervenit, uxorem Rodelindam, & parvulum filium nomine Cunibertum relinques, quos Grimoaldus Beneventum in exilium direxit. (280) Hiis ita gestis Garibaldus, cuius instigatione, & certamine (281) ista patrata sunt, & non solum haec egerat, sed & fraudem in legatione sua fecerat, dum munera quae deferre Beneventum debuerat, non integra deportasset; talium ergo operum patrator, non diu laetus est. Erat quidam parvus homunculus, ex propria familia Godeberti oriundus, in civitate Taurinatum. (282) Is cum Garibaldum ducem ipso sacratissimo Paschali die ad orationem in Beati Johannis Basilicam venturum sciret, super sacrum baptisterii fontem conscendens, levaque manu se ad columellam (283) tugurii continens, unde Garibaldus transiturus erat, evaginatumensem sub amictu tenens, cum juxta eum Garibaldus venisset, & pertransiret, ipse elevato ense, annisu eundem in cervicem percussit, caputque protinus amputavit. (284) Super quem qui cum Garibaldo venerant irruentes, multis eum iactuum vulneribus occiderunt. Qui licet occubuerit, tamen Godeberti sui domini injuriam insigniter ultus est. (285)

B

- (274) Post verbum factum est, haec aliis desunt. Linden.
mansionem accepit. Amb.
(275) Al. afferens se suspicari, quod eum Grimoaldus &c. Lind.
(276) Al. gestaret, idque ad cedem sui factum causatus, illoco evaginato gladio &c. Lind.
(277) Amb. Reginbertum. Mod. Raupertum. Lind. Ra-
ginpertum, al. Rambertum.
(278) Verba quod germ. ejus esset extictus, aliis desunt.
Lind.
- C (279) Al. Avarum, seu Humorum. Lind. Amb. Avarorum.
(280) Amb. Grimoaldus in exilium direxit.
(281) Al. conamine. Lind.
(282) Amb. Taurina. Qui.
(283) Al. Columnellam. Lind. Columpellam. Amb.
(284) Verba caputque protinus amputavit, non legun.
in Amb.
(285) Modoet. sequitur. Grimoald Regis filiam sumens uxori
rem pariter exercitum ad propria remisit.

Explicit Liber Quartus de Gestis Langobardorum.



INCIPIT LIBER QUINTUS

DE GESTIS LANGOBARDORUM.

C A P. I.

Quomodo Grimoaldus confirmato regno uxorem duxit, filiam Ariperti regis.

Confirmato itaque Grimoaldus regno (1) apud Ticinum, non multo post tempore jam dudum pacatum sibi Ariperti regis filiam, cuius germanum Godebertum (2) extinxerat, duxit uxorem. Beneventanum verò exercitum, cuius auxilio regnum adeptus erat, multis datum munib; remisit ad propria. Aliquantos tamen ex eis secum habitaturos retinuit, largissimas eis tribuens possessiones.

C A P. II.

De fuga Bertaridi, & quomodo ad Grimoaldum reversus est, & iterum in Franciam fugit.

Qui postquam comperit Bertaridum profugum Scythiam petisse, & apud Cacanum demorari, eidem Cacano Avarum regi per legatos mandavit, ut si Bertaridum in suo regno detineret, pacem quam Langobardis, & secum haec tenus habuerat, deinceps habere non posset. Hæc Avarum rex audiens, ascito Bertrido, dixit ei, ut in quam partem vellet pergeret, ne propter eum Avares cum Langobardis inimicitias contraherent. (3) Bertaridus verò hæc audiens, Italiam ad Grimoaldum revertens repetiit, (4) audierat enim eum clementissimum esse. Igitur cum ad Laudensem civitatem venisset, misit ante se ad Grimoaldum regem Hunulfum (5) sibi fidelissimum virum, qui suum ei adventum nuntiaret. Hunulfus verò ad regem veniens, Bertaridum in ejus fide adventare nuntiavit. (6) Hæc ille audiens, fidenter promisit in sua eum fide venientem nihil mali passurum fore. Inter hæc Bertaridus adveniens, ad Grimoaldum ingressus, cum ejus se vestigiis advolvere conatus esset, rex eum

A clementer retinuit, atque ad os suum ad osculumque erexit. (7) Ad quem Bertaridus: Servus tuus sum inquit, sciens te Christianissimum & pium esse, cùm possim inter paganos vivere, fretus de tua clementia, ad tua vestigia veni. Cui rex ut solebat jurando ita repromisit dicens: Per eum qui me nasci fecit, postquam in meam fidem ad me venisti, nihil mali in aliquo patieris, sed ita de te ordinabo, ut decenter vivere possis. Tunc ei in spatio domo hospitium præbens, eum post vitæ laborem, habere requiem jussit, (8) præcipiens eisdem ex publico victum, & quæcunque essent necessaria largius ministrari. Bertaridus verò cùm ad hospitium sibi à rege præparatum venisset, mox ad eum Ticinum civium coepit turmæ concurrere, ut eum vel videreant, vel pristinā notitiā cognitum salutarent. Verum quid non mala lingua irrumperet? Mox namque venientes ad regem quidam maligni adulatores, regi denuntiant, quia nisi Bertaridus citius vitæ privaretur, ipse regnum protinus cum vita perderet; asseverantes ob hoc ad eum totam concurrere civitatem. Hiis auditis Grimoaldus nimirū credulus effectus, & quod promiserat oblitus, in innocentis Bertridi statim necem accenditur, consiliumque init, qualiter eum, quia jam hora tardior erat, in craftinum vitæ privaret. Cui denique ad vesperam diversos cibos, vina quoque præcipua, variaque potionum genera transmisit, ut eum inebriare posset, quatinus multa eadem nocte potatione resolutus, vinoque sepultus, (9) de sua nihil salute cogitare valeret. Tunc unus, qui de ejus patris obsequio fuerat, cum eidem Bertrido ferculum (10) regium attulisset, quasi eum salutaturus, sub mensa caput mittens, eidem secretè, quia rex eum occidere disponeret, nuntiavit: Bertaridus verò statim suo pincernæ præcepit, ut sibi in fiala argentea non aliud quām aliquantulum aquæ propinaret. Cumque hii qui diversi generis potionis ei à rege deferebant, de verbo regis eum rogarent, ut totam fialam biberet, ille in ho-

D

me, & dona mibi maxima promittentes si te subterfugientem, ut dicerent, Episcopum angariarem, & ad Apostolicam Sedem tendentem retinerem, quibus tam nefariam rem renuens dixi: fui aliquando in die juventutis mea exul de patria expulsus sub pagano quodam Rege Humorum degens, qui mit mecum fædus in Deo suo Idolo, ut nunquam me inimicis prodidisset, vel dedisset. Et post spatium temporis veniunt ad Regem paganum sermone inimicorum meorum nuncii, promittentes sibi dare sub jurejurando solidorum aureorum modium plenum, si me illis ad internectionem dedisset. Quibus non consentiens dixit: sine dubio Dii vitam succidant, si hoc piaculum facio irritans paculum Deorum meorum. Ego verò quantumagis, qui Deum verum scio, animam meam protius mundi lucro in perditionem non dabo? Tunc verò S. Pontificem nostrum, & suos socios cum honore & ducibus, sicut eum Dominus, ubique in peregrinatione protegens magnificavit, ad Apostolicam Sedem olim opitam in gratiarum actione remisit.

(4) Amb. ad Grimoaldum revertitur.

(5) Al. Umulfum, & Anulfo. Lind.

(6) Al. ad ejus fidem confugere. Lind.

(7) Amb. atque ad osculum erexit.

(8) præbens, post tantum laborem eis requiem jussit habere.

Amb.

(9) Al. vino somnoque sepultus. Lind.

(10) MS. Lind. poculum.

norem regis se totam bibere promittens, pa-
rum aquæ libabat de argenteo calice. Qui mi-
nistrum dum hæc regi nuntiarent, quod ille avi-
dissimè biberet, rex latus respondit; Bibat
ebriosus ille, cras enim pariter eadem vina,
mixta cum sanguine refundet. Bertaridus verò
Hunulfo citius ad se ascito, de sua morte ei
confilium regis nuntiavit. Qui statim ad do-
mum suam puerum misit, ut sibi lectisternia
afferret, lectumque sibi juxta stratum Bertari-
di fieri præcepit. Nec mora, rex Grimoaldus
suos satellites direxit, qui domum in qua Ber-
taridus quiescebat, ne aliquo modo effugere
posset, custodire deberent. Cùmque cena fini-
ta esset, & egressis omnibus, Bertaridus tantum
& Hunulphus, ac vestiarus Bertaridi remansis-
sent, (11) qui utique ei fatis erant fideles,
confilium ei aperuit, & obsecravit eum ut cùm
Bertaridus fugeret, (12) ipse eum quād diu posset
intra ejusdem cubiculum (13) quiescere simu-
laret. Cùmque ille se hoc facturum spopon-
disset, Hunulphus pannos suos lecticarios, (14)
& culcitram, ursuamque pellem, supra dor-
sum ac cervicem Bertaridi imposuit, eumque
ex consilio quasi rusticum servum extra ja-
nuam impellere coepit, multasque ei injurias
faciens, fuste eum percutere defuper, & ur-
gere non cessabat, ita ut impulsus, atque ictus
asperius ad terram corrueret. Cùmque eundem
Hunulphum regis satellites, qui ad custodiā
positi erant, requirerent quid hoc esset, ser-
vus iste, inquit, nequam lectum mihi in cubi-
culo istius ebrii Bertaridi stravit, (15) qui in tan-
tum vino plenus est, ut quasi mortuus ita cu-
ber. Sed fatis est, quod ejus huc usque amen-
tiam fecutus sum, jam deinceps in vita domini
regis in domo propria manebo. Hæc illi au-
dientes, & vera quæ audierant esse credentes,
leti effecti sunt, & eum pariterque Bertari-
dum, quem putabant servum, quia opertum
ne agnosceretur habebat caput, locum illis
dantes, abire permiserunt. Illis autem abeun-
tibus, vestiarus ille fidelissimus, obserato dili-
genter ostio remansit intrinsecus solus. Hunul-
phus verò Bertaridum de muri angulo, qui est à
parte Ticini fluminis, per funem depositum, ei-
que quos potuit socios conjunxit. Qui arreptis
quos in pastu invenerant equis, eadem no-
ste ad Astensem properant civitatem, in qua
Bertaridi amici manebant. (16) Deinde Bertari-
dus quantociùs Taurinensem urbem petens, ac
post (17) claustra Italæ transgressus, Francorum
ad patriam pervenit. Sicque Deus omnipotens
dispositione misericordi, & innocentem à mor-
te eripuit, & ex animo bona facientem ab of-
fensione regem servavit. (18)

A

C A P. III.
*De clementia Grimoaldi regis in Hunulfo,
& vestiario Bertaridi.*

A T verò rex Grimoaldus dum Bertaridum
in hospitio suo quiescere putaret, ab eo-
dem hospitio usque ad palatium suum acies
hominum hinc & inde astare fecit, ut per eo-
rum medium Bertaridus deduceretur, quatinus
effugere minimè posset. Cùmque à rege missi
venissent, qui Bertaridum ad palatium evoca-
rent, & ad ostium in quo eum quiescere pu-
tabant pulsasset, vestiarus ille, qui introrsus
erat, rogabat eos dicens: Misericordiam cum
eo facite, eumque paululum quiescere finite,
quia adhuc de itinere lassus, gravissimo som-
no deprimitur. Quod cùm illi adquievissent,
hoc ipsum regi nunciaverunt, quia adhuc Ber-
taridus gravi somno quiesceret. Tunc ille: Sic
inquit, hesterno fero (19) vino se adeò opple-
vit, ut adhuc vigilare non possit? Quibus ta-
men præcepit, ut mox eum excitatum ad pa-
latium deducerent. Qui venientes ad januam
cubicali, in quo Bertaridum sperabant quie-
scere, cœperunt acrius pulsare. Tunc vestia-
rius ille rursum eos rogare coepit, ut quasi
eundem Bertaridum aliquantulum adhuc dor-
mire permetterent. Qui irati vociferantes jam
satis ebriosum illum quievisse, mox calcibus
ejusdem cubiculi ostium confringunt, ingressi
que Bertaridum in lectulo requirunt. Quem
cùm non invenissent, ad requisita eum naturæ
residere suspicati sunt. Quem cùm nec ibi re-
perissent, (20) vestiarum illum interrogant,
quid de Bertarido factum fuisset. (21) Quibus
ille fugisse eum respondit. Quem statim capili-
lis apprehensum furentes, eumque ad regis
præsentiam perducentes, fugæ Bertaridi hunc
esse conscient, ideoque morte dignissimum di-
cunt. Quem rex dimitti præcepit, eumque
per ordinem, qualiter Bertaridus effugisset,
inquisivit. Ille regi universa sicut acta querant
retulit. Tunc rex à circumstantibus requisivit
dicens: Quid vobis de homine isto videtur,
qui taliter perpetravit? Tunc omnes una voce
responderunt, eum esse dignum multis suppli-
ciis excruciatum (22) interire. At rex: Per
eum qui me nasci fecit, inquit, dignus est ho-
mo iste bene habere, qui se pro fide sui do-
mini morti tradere non recusavit. Eumque
mox inter suos vestiarios esse præcepit, admoni-
nens eum ut sibi eandem fidem, quam erga
Bertaridum habuerat, servaret: multa se ei
commoda largiturum promittens. Cùm rex re-
quireret quid de Hunulfo factum fuisset, nun-
ciatum est ei, quod in beati Archangeli Mi-
chaëlis basilicam confugium fecisset. (23) Qui
mox

E

introductus, apud quos ara misericordiæ, (ut vul-
go jam notum) constituta erat, quam qui am-
plectebantur, eis vim fieri leges vetabant: ideo
semper locus ille confugis abundabat, ut elegan-
ter Statius scribit Thebaid. lib. XII.

*Semper babet trepidos, semper locus borret egenis
Cætibus, ignota tantum felicibus are.*

Sic etiam ad Principum statuas confugiebant L
unica C. de iis, qui ad Princ. stat. confug., &
hoc erat tutissimum refugium, ut jam viri docif-
simi docuerunt. Confugientes quoque ad signa
militaria tuti erant ab omni læsione: causam pu-
to, quia Imperatorum, & Principum imagines
illis plerumque annexæ. Tacit. lib. I. Annal. Ne-
que aliud periclitanti subsidium, quād castra prima
legionis: illic signa & aquilam complexus, religione
se tutabatur, & ni aquilifer Calpurnius vim extre-
mam arcuisset &c. Ammianus Marcellinus lib. XXV.
Qui fraudum conficius, & noxiorum ad militaria
signa confudit. Lindenb.

- (11) Al. Partbaribus cum suo vestiario remansit. Lind.
(12) Mod. ut cum Hunulfo Bertaridus fugeret.
(13) Mod. quād posset ultra diem intra &c.
(14) Al. lectarios. Lind. lectarios. Amb. leclaricos. M.
(15) Mod. statuit.
(16) & qui adhuc Grimoaldo rebellis extabant. Lindenbr.
Amb. & Mod.
(17) = post in Mod. non leg.
(18) Amb. & Regem ex animo bona facere cupientem ab
offensione servavit.
(19) Al. hesterno cena. Lind.
(20) Verba ad requisita eum naturæ residere suspicati sunt.
Quom cùm nec ibi reperissent, in Amb. & aliis L.
non leguntur.
(21) Al. factum fuisset, remque omnem intellexisset, mox
ad eum &c. Lind.
(22) Mod. & cruciatus.
(23) Sapissime hoc apud Historicos, & alios Scriptores
leguntur. Vide Tit. Cod. de iis, qui ad Ecclesi. con-
fug. Principum autem hic mos ab Atheniensibus

mox ad eum misit, sponte promittens quod nihil pateretur mali, tantum in sua fide veniret. Hunulfus verò talem regis promissionem audiens, mox ad palatium venit, atque ad regis vestigia provolutus, interrogatus ab eo est, quomodo aut qualiter Bertaridus evadere potuisset. At ille cum ei cuncta ex ordine retulisset, rex ejus fidem, & prudentiam collaudans, omnes facultates ejus, & quicquid habere poterat, eidem clementer concessit.

C A P. IV.

Quomodo Grimoaldus Hunulfum, & vestiarium Bertaridi ad eundem Bertaridum remisit.

Cumque post aliquod tempus rex Hunulfum inquireret, utrum vellet ipsis diebus cum Bertarido esse? ille jurejurando ait, cum Bertarido prius se velle mori, quam usquam alibi in summis deliciis vivere. Tunc rex vestiarium illum requisivit, dicens, utrum melius ei esset secum in palatio manere, an cum Bertarido in peregrinatione degere. Qui cum ei similia, sicut & Hunulfus, respondisset; rex eorum verba benignè suscipiens, eorumque fidem collaudans, præcepit Hunulfo, ut quicquid vellet de domo sua tolleret, pueros scilicet & equos, & diversam supellectilem, & ad Bertaridum illæsus properaret. Pari etiam modo, & vestiarium illum absolvit. Qui omnia sua secundum benignantatem regis sufficienter tollentes, cum ejusdem regis adjutorio Francorum in patriam ad suum dilectum Bertaridum sunt profecti.

C A P. V.

Bellum Grimoaldi adversus Francos, & victoria ejus.

Hac tempestate Francorum exercitus de provincia (24) egrediens, in Italiam in-

(24) Mod. *provincia Gallia egredians Italiam &c.*

(25) Amb. *constatim.*

(26) Mod. *Rivulus.*

(27) Mod. *ab Alensem civitate.*

(28) Jam enim animo conceperat de Constantinopoli Romanum Imperii sedem transferre, quippe se invi- sum esse cibibus cernebat ob cæsum fratrem Theodosium, admisso in S. Papam Martinum, & Maximum facinora, & Monothelitarum heresim, ut Zonaras, Theophanes, Cedrenus, aliique Graeci Scriptores affirmant, utcumque in iis de sequenti Langobardico bello mentio nulla occurrat, neque in Anastasio Bibliothecario; at subodore licet ex ipsa necessitate si translationem Imperii de Graecia in Italiam destinaverat, quam nisi de medio sublati Langobardis exequi potuisset. Servata hanc rerum seriem Paulo nostro debemus ex infra citandis Latinorum testimoniis firmatam. Cæterum acta hæc anno decadente DCLXII cognoscimus ex cit. Anattasio Bibliothecario, qui advenisse Imp. in Italiam assertit per Indictionem sextam S. Vitaliano Pontifice, & postmodum quinta die mensis Julii, seria quartâ, indictione supra scripta, Romanum ingresemus tuisce, qui utique characteres anno DCLXIII. convenient, & cum statuta Regni Grimoaldi epocha bene converauunt.

(29) Mod. *ad Iarentum civitatem &c.*

(30) Alias consulturus adit. Lind.

(31) Mod. *diligenterque sciscitans.*

(32) In Ascensione editione ita hæc leguntur: *ut pro hoc ipso Dominum Deum consuleret* (Mod. *Deum supplicaret*, & ille orationem fundens ad Dominum dicebat) *fideliter agebat prompto corde preces ad Dominum fundens*, & dicens: *Domine Jesu Christe Rex Regum, & lumen verum, qui misissi Spiritum Sanctorum in specie ignis in Apostolos tuos transmette Spiritum consolationis tua in os meum, ut possim continentum rectum dare hominibus istis, qui venerunt in tuo nomine ad me.* Eadem borå visa sunt ei tres persone Spirituales, quarum una Archangeli Michaelis, secunda Joannis Baptiste, tertia Apostoli Petri. Tunc unus ex illis dixit ad Solitarium. *Dic Imperatori Constantio, quod ad talen rem, quam habet (Con-*

A trovit: contra quos Grimoaldus cum Langobardis progressus, hac eos arte decepit. Fugere quippe se eorum impetum simulans, castra sua simul cum tentoriis, & diversis pariter referta bonis, præcipueque vini optimi copia, abductis hominibus omnino vacua reliquit. Quod dum Francorum acies advenissent, existimantes Grimoaldum cum Langobardis pavore deterritos castra integra reliuisse, mox læti effecti certatim (25) cuncta invadunt, coenamque affluentissimam instruunt. Qui dum diversis epulis, multoque degravati vino, somnoque quievissent, Grimoaldus super eos post noctis medium irruens, tanta eos cæde prostravit, ut vix pauci ex eis clapsi, ad patriam valuerunt repedare. Qui locus ubi hoc gestum est prælium Francorum, usque hodie Rivus (26) appellatur, nec longè distat ab Astensis civitatis mœnibus. (27)

C A P. VI.

Quomodo Constans Augustus Italianam veniens Beneventum obfedit.

H Iis diebus Constantinus Augustus, qui & Constans est appellatus, Italiam de Langobardorum manu eruere cupiens (28) Constantinopoli egressus per littoralia iter habens, Athenas venit, indeque mare transgressus Tarentum (29) applicuit. Qui tamen prius ad solitarium quendam, qui prophetæ spiritum habere dicebatur, abiit, (30) studiosè ab eo sciscitans, (31) utrum gentem Langobardorum, quæ in Italia habitabat, superare, & obtinere posset. A quo cum servus Dei spatium unius noctis expetisset, ut pro hoc ipso Dominum supplicaret, (32) facto mane ita eidem Augusto respondit: *Gens Langobardorum superari*

D stantio talen rem habet) in corde suo dispositam, domini voluntas adhuc non est. *Gens Langobardorum* quæ in Italia habitant superari nunc ab aliquo non potest, quia *Regina quedam*, que ex alia provincia venit, basilicam in honore Dei, & Sancti Joannis Baptiste construxit in Langobardorum finibus, & ornavit eam facultatibus honorificis, sicutique ut famuli, & famula, & reliqua ibidem Deo servientibus subiecta sint, & Sacerdotes in ipso oratorio (Mod. oraculo) Deo fideliter serviant, & propter hoc ipse S. Joannes pro Langobardorum gente continuè intercedit. Ipse verò gens suppliciter, ac devotè de suis facultatibus in honorem Dei, & S. Joannis Baptiste omni anno in die nativitatis dicti Baptiste domini munera offert ad conservandum ipsum oratorium. (Mod. omnique tempore in die nativitatis sue offert ad ipsum oraculum) *Locus in Modicia dicitur. Verumtamen (Mod. Verè tamen) tibi dicitur sumus in Deo. Veniet tempus & dies, quando ipsum supramemoratum oratorium omnes habitatores terra busus babebunt despectui, & omnes ejus facultates exinde expellent, & famulos, ac famulas, qui ibi subacti (Mod. subiecti) sunt propter facultates eorum sepe affligent, & Sacerdotes, qui nunc ibi Deo serviant die ac nocte inquieti erunt nimis, & auferentur, que eorum sunt. Propter quod ducetur vita eorum in amaritudine. Quando hoc incubabunt, & vos cernetis fieri, certi tunc ipsa gens peribit cum omnibus, que ad illas pertinent, & stabunt in improperiis omnibus gentibus, quæ in circuitu illorum sunt. Et dixit ad eos solitarius: Obscurum clementiam vestram si conversi fuerint ad superiorum promissionem, & conversationem suam, nomine invenient misericordiam & Respondent inquit (Mod. si conversi sunt ad superiorum promissionem illorum, nunquid invenient indulgentiam & dixerunt ad illum) Scis quid Veritas dixit: Convertimini ad me, & ego revertar ad vos. Eadem autem hora à conspectu ejus evanuerunt (Mod. eadem hora nusquam comparuerunt) Facto autem manè ita eidem Constantio Augusto, ut supra scriptum est, per ordinem omnia diligenter revelavit. Tunc Imperator liberiter accepit verba ejus. Quod nos ita factum &c.*

modò ab aliquo non potest, quia regina quædam ex alia provincia veniens, basilicam beati Johannis Baptiste in Langobardorum finibus construxit, & propter hoc ipse beatus Johannes pro Langobardorum gente continuè intercedit. Veniet autem tempus quando ipsum oraculum habebitur despectui, & tunc gens ipsa peribit. Quod nos ita factum esse probavimus, quia ante Langobardorum perditionem, eadem beati Johannis basilicam, quæ utique in loco qui Modicia dicitur est constituta, per viles personas ordinari conspeximus, ita ut indignis, & adulteris, non pro vita merito, sed priorum datione, isdem locus venerabilis largiretur.

C A P. VII.

Quomodo Grimoaldus invitatus à filio suo Romaldo Beneventum advenit.

IGitur cùm, ut diximus, Constans Augustus Tarentum venisset, egressus exinde Beneventanorum fines invasit, omnesque penè per quas venerat Langobardorum civitates cepit. Luceriam (33) quoque opulentam Apulia civitatem expugnatam fortius invadens diruit, & ad solum usque prostravit. Arentiam (34) sàne propter munitissimam loci positionem, capere minimè potuit. Deinde cum omni suo exercitu Beneventum circumdedidit, & eam vehementer expugnare coepit, ubi tunc Romoaldus (35) Grimoaldi filius, adhuc juvenculus ducatum tenebat. Qui statim ut Imperatoris adventum cognovit, nutrictum suum (36) nomine Sesualdum ad patrem Grimoaldum trans Padum direxit, obsecrans ut quantocius veniret, filioque suo ac Beneventanis, quos ipse nutrierat, potenter succurreret. Quod Grimoaldus rex audiens, statim cum exercitu filio latus auxilium, Beneventum pergere coepit.

(33) Amb. *Lucernam quoque opulentam civitatem, & Apuliam oppugnatam fortius.* Lindenb. *opulentam Apulegiam,* in Mod.

(34) Al. *Acerentiam, vel Agerentiam.* Lind., & ita in Amb. & Mod.

(35) Al. *Romualdus, vel Rumualdus.* Lind.

(36) *Glossarium Nutrictus τροφός.* Inscriptio vetus MEMMIA TERTULLA NUTRICIO SUO ET MATRI BENEMERENTI. POSTERISQUE SUIS ET SIBI.

Ulpianus eos lib. de officio Proconsulis, *Educatores vocat.* I. 33. D. de manumis. vindict. Justinianus lib. I. Inst. tit. VI. §. V. aut pædagogum, aut nutrictum, aut educatorem, aut alumnū, quem locum ita expressit Theophylus. Kai νήπιον, ὅτι παιδαράγεις μη εἰσίν, οὐ τροφός, οὐ τροφές, οὐ αλεμώς. In alia inscriptione *Tate* appellantur

TI. CLAUDIO EPAPHRODITO TATAE BENEMER. FECER.

Quod vocabulum etiam apud Europalatam reputatur, ubi τε παιδίον ἀνθρώπος mentio fit. Sed an idem cum hoc sit, non facile dixerim. Lind.

(37) Al. *Et quamvis Romualdus cum Langobardis suis totum exercitum equo marte invadere non auderet, frequenter tamen &c.* Lind.

(38) Hec item de Beneventana obsidione refert antiquus auctor actorum S. Barbati. *Constantinus tum, qui & Constans est appellatus eo tempore Constantinopolitanum regebat Imperium. Qui è Langobardorum manibus Italianam suaque reducere ditioni, sicut olim in precedentium se fuerat potestate, immunera suorum collecta multitudine, mare transgressus, Tarentum penetravit: indeque profectus penè omnes Apulia urbes depopulatus est, pergenisque opulentissimam urbem Luceriam gravissimis præritis cepit, eique omnibus prædonum directis manibus, eam ad solum usque prostravit. De cuius excidio alacer effectus Augustus, concite sua castra movens juxta Beneventi mania collocavit. Nec mora coactato exercitu ad oppu-*

Tom. L.

A **Quem plures ex Langobardis in itinere relinquentes, ad propria remearunt, dicentes: quia expoliasset palatum, & jam non reversurus repeteret Beneventum. Interim Imperatoris exercitus Beneventum diversis machinis vehementer expugnabat, è contra Romoaldus (37) cum Langobardis fortiter resistebat. Qui quamvis cum tanta multitudine congregati manu ad manum, propter paucitatem exercitus, non auderet, frequenter tamen cum expeditis juvenibus hostium castra irrumpens, magnas eisdem inferebat undique clades.** (38) Grimoaldus ejus pater cùm jam jamque properaret, eundem nutritum ejus, de quo p̄m̄fimus, ad filium misit, qui ei suum adventum nunciaret.

B **Qui cùm prope Beneventum venisset, à Grassis captus, Imperatori delatus est. Qui ab eo unde veniret requirens, ille se à Grimoaldo rege venire, (39) eundemque regem citius adventare nunciavit. Statimque Imperator exterritus consilium cum suis iniit, quatinus cum Romoaldo pacisceretur, ut Neapolim posset reverti.**

C A P. VIII.

Quomodo Imperator accepta obside Romoaldi sorore à Benevento discessit.

C **A**ccepit ita obside Romoaldi sorore, cui nomen Gisa fuit, cum eodem pacem fecit. (40) Ejus verò nutritum Sesualdum ad muros duci præcepit, mortem eidem minatus, si aliquid Romoaldo, aut civibus de Grimoaldi adventu nunciaret, sed potius asseveraret eundem minimè venire posse. Quod ille ita se facturum, ut ei præcipiebatur, promisit; sed cùm prope muros advenisset, velle se Romoaldum videre dixit. Qui Romoaldus cùm citius advenisset, (41) sic ad eum locutus est: Constans esto domine Romoalde, & habens fiduciam

D **gnandam urbem cum diversis bellorum machinis, suos Magnates instituit. In qua urbe Romuald, de quo supra retulimus, cum paucis, sed validissimis ineras Langobardis, ibique S. Pater Bartetus morabatur cum illis. Circumdata igitur terribiliter, atque inuiditate ad capiendam eam novis certaminibus perplurimum temporis pugnaverunt. At contra Romuald, ut erat magnanimus, & impetratus ei fortior resistentis, nunc ex muris, nunc per improviam irruptionem, plurimam suorum bestiarum partem attrivit. Nam pro paucitate sui exercitus acies contra eos in patulis pavebat dirigere. Tamen cum expeditis incessanter bīnc atque inde subito inimicorum prostrabat catervas. Sed prefatus Aug. quantoplus sibi illum attentus cernebat obistere, tanto ei ferventius nova certamina obicibat &c. De votato verò in auxilium Grimoaldo patre nulla in iis actis fit mentio.**

(39) Amb. & Mod. *venire dixit.*

(40) **Pugnania hæc invicem sibi notat Peregrinius in cit. dissert. de finib. Princip. Benev. traditam nempe à Duce Romualdo Imperatori obudem Gisam post acceptum nuncium præsto jam sibi adesse cum valido exercitu patrem, Regemque Grimoaldum; at non bene Pauli mentem vir doctiss. est assequutus: econtra etenim noster post datam obudem narrat, Sesualdum, qui a Rege premisus fuerat, ut illius adventum nunciaret ad monia ductum fuisse, ut Romualdo spem auxiliū tolleret: subdoro enim ita inter Graecos, & Langobardos pæcum initum fuisse, ut nisi post certum tempus Grimoaldus opem ferret, se suosque daret Romoaldus: ideoque Graeci, qui Sesualdum ceperant, solita fraude mortem minati, virum ad monia duxerunt, ut suis notus asseveraret Regem minimè venire posse, quod mirabili virtutis exemplo eterna dignus laude Sesualdus facere recusavit.**

(41) **Verba velle se Romoaldum videre dixit. Qui Romoaldus cùm citius advenisset, in Mod. non leg., & ita in al. not. Lind. Amb. velle se Rom. videre. Quid cùm advenisset &c.**

Bbbb

ciam noli turbari, quia tuus genitor citius tibi auxilium præbiturus aderit. Nam scias eum hac nocte juxta Sangrum (42) fluvium cum valido exercitu manere, tantum obsecro, ut misericordiam exhibeas mea uxori, & filiis, (43) quia gens ista perfida me vivere non sinet. Cumque hoc dixisset, iussu Imperatoris caput ejus abscissum est, atque cum belli machina, quam petrariam vocant, (44) in urbem projectum est. Quod caput Romoaldus sibi deferri jussit, idque lachrymans osculatus est, digneque in loculo tumulari præcepit.

C A P. IX.

Quomodo Imperatoris exercitum Nicola Capuanus Comes affixit.

MEtvens igitur Imperator subitum Grimoaldi regis adventum, dimissa Beneventi obſidione, Neapolim proficiſcit. Cujus tamen exercitum Mittola (45) Capuanus Comes juxta fluenta Caloris (46) fluminis, in loco qui usque hodie Pugna dicitur, vehementer attrivit.

C A P. X.

Quomodo Romoaldus Saburrum ab Imperatore missum, cum viginti milibus vicit.

POstquana verò Imperator Neapolim pervenit, uuus ex ejus optimatibus, cui nomen Saburrus erat, ab Augusto, (47) ut fertur, viginti millia militum expetiit, seque cum Romoaldo (48) pugnaturum, victoremque spopondit. Qui cùm accepto exercitu ad locum cui Forinus (49) nomen est advenisset, ibique castra posuisset, Grimoaldus qui jam Beneventum advenerat, hæc audiens, contra eum proficiſci voluit. Cui filius Romoaldus, non est opus, inquit, (50) sed tantum partem nobis de exercitu vestro tribuite. Ego Deo favente cum eo pugnabo, & cùm vicero major utique gloria vestra potentia adſcribetur. Factumque est, (51) & accepta aliqua parte de patris exercitu, pariterque cum suis hominibus contra Saburrum proficiſcit. Qui prius quā belum cum eo iniret, à quatuor partibus tubas inſonare præcepit, moxque super eos audenter irruit. Cumque utræque acies forti intentione pugnarent, tunc unus de exercitu regis nomine Amalongus, (52) qui regium contum ferre

(42) Alijs Sacrum fluvium. Lind.

(43) Amb. cum mea uxore, & filiis.

(44) Sic vocabatur ultimis temporibus, cùm antea Scorpio, vel onager: cuius formam qui nosse avet, legat Ammiani Marcellini lib. XXIII. nam locus nimis longus est, ut hic describi queat. Nicetas Choniates περιβόλια ὄχεα indiget, eisque maximè barbaras gentes, uti idem scribit lib. III. de gestis Alexii Angelii: αλλαζούσαι τα περιβόλια μηχανίους, οἵς ἡχαύροι βίβεροι.

(45) Al. Micola, al. Mirula. Lind. Misla. Mod.

(46) Al. Calbris. Lind.

Ad hunc Pauli locum Camil. Peregrinus loco cit. Fluvium Calorem à Paulo pro Sabato dictum non dubito; quem propè Petrus Diaconus in Auēl. ad Ostiensēm lib. 4. cap. 16. agnoscit hunc locum appellatum Pugna. Laudabili ſanè argumento: nimis acri tamen censura, hæc addit: Sed è Constantium recta, & festinat, ut Paulus peribet, Neapolim recedentem à recta via divertisse, locorum & gefforum confueta est confusio. Præcipitem ſanè hunc Imperatoris recessum, rectumque iter Neapolim versus non video, unde arguere potuerit Peregrinus niſi ex

A erat solitus, quendam Graculum eodem casu utrisque manibus fortiter percutiens, de sella super quam equitabat fustulit, eumque in æra super caput suum levavit. Quod cernens Graecorum exercitus, mox immenso pavore perterritus, in fugam convertitur, ultimaque pernicie cæſus, ſibi fugiendo mortem, Romoaldo, & Langobardis victoram peperit. Ita, Saburrus, qui ſe Imperatori ſuo victoria tropheum de Langobardis promiferat patrare, ad eum cum paucis remeans ignominiam deporavit. Romoaldus verò patrata de inimicis vitoriā, Beneventum triumphans reversus est, patrque gaudium & cunctis ſecuritatem sublatu hostium timore convexit.

B

C A P. XI.

De malis quo Conſtantius Auguſtus Romanis inviuit, & de predationibus, quas ſingulariſſimis regionibus fecit: & quomodo extinctus eſt.

AT verò Conſtantius Auguſtus, cùm nihil ſe contra Langobardos gefliſſe conſipiceret, omnes ſævitiae ſue minas contra ſuos, hoc eſt Romanos retorsit. Nam egressus Neapoli Romanum perrexit. (53) Qui ſexto ab urbe millario Vitalianus Papa cum Sacerdotibus & Romano populo occurrit. Qui Auguſtus cùm ad beati Petri limina perveniſſet, obtulit ei (54) pallium auro textum: (55) & manens apud Romanos diebus duodecim, omnia, quæ fuerant antiquitus instituta ex ære in ornamentiū civitatis deposituit, in tantum, ut etiam basilicam beate Mariæ, quæ aliquando Pantheon vocabatur, & conditum fuerat in honore omnium deorum, & jam ibi per conſeſſionem superiorum Principum, (56) locus erat omnium Martyrum, diſcooperiret, tegulasque æreas exinde auferret, (57) easque ſimul cum aliis omnibus ornamentis, Constantinopolim transmittenret. Deinde reversus Imperator Neapolim, itinere terreno perrexit in civitatem Regium. (58) Ingresusque Siciliam per indictionem septimam, habitavit in Siracusa, & tales afflictiones imposuit populo, ſeu habitatoribus, vel posſessoribus Calabriæ, Siciliæ, Africæ, arque Sardiniae, quales antea nunquam audite ſunt, ita ut etiam uxores à maritis, vel filii à parentibus ſepararentur. Sed & alia multa, & inaudita illarum (59) regionum populi ſunt perpeſſi, ita ut nulli ſpes vitæ remane-

E propria conjectura, quam probabilem licet, tanti non fecerim, ut Paulo fidem sit abrogatura, nota potiſſimum utriusque fluminis positione, ut praefens olim aspexi, ob quam nemo dixerit Conſtantem Benevento Neapolim recedentem enormiter diverſiſſe.

(47) Al. ab eo. Lind.

(48) Al. Grimoaldo. Lind.

(49) Al. Foranus, al. Formis. Lind.

(50) Al. non eſt opus, inquit, pater optime te proficiſſi. Lindenb.

(51) Al. annuente itaque Rege cum parte exercitus in Saburrum egreditur. Lind.

(52) Al. Amelongus. Lind. & Mod.

(53) Amb. peruenit.

(54) Amb. ibi.

(55) Al. pallium auro textile; ſed manens Roma per dies duodecim. Lind.

(56) Phoca nempe Imp. ut ſupra another ſcripferat.

(57) Mod. tegulasque æreas exinde ſimul cum aliis &c.

(58) Al. Regiam. MS. civitatem crivum. Lind.

(59) Amb. barum.

manceret. (60) Nam & vasa & cimelia (61) sanctorum Dei Ecclesiarum, imperiali iusso, & Græcorum avaritiæ sublatæ sunt. Mansit autem Imperator in Sicilia ab indictione septima usq; in duodecimam: sed tandem tantarum iniquitatum poenas luit, (62) atque dum se in balneo lavaret, à suis extinctus est. (63)

C A P. XII.

De imperio Mecetii; & de morte ipsius.

INterfecto igitur apud Siracusas Constante Imperatore, Mecetius (64) in Sicilia regnum arripuit, sed absque Orientalis exercitus voluntate. Contra quem Italæ militiæ milites, (65) alii per Hispaniam, alii per partes Campaniæ, alii verò à partibus Africæ, & Sardiniae (66) venientes, vehementer in Siracusas irruerunt, eumque vitâ privaverunt. (67) Multi ex judicibus ejus detruncati, multique Constantinopolim perducti sunt: cum quibus pariter & falsi Imperatoris caput est deportatum. (68)

C A P. XIII.

Quomodo Sarraueni ab Alexandria venientes Siciliam depopulati sunt, & quicquid Constantius Augustus de Roma abstulerat depredati sunt.

HÆc audiens gens Sarracenorum, quæ Alexandriam, (69) & Ægyptum pervaferat, (70) subito cum multis navibus venientes Siciliam invadunt, Siracusas ingrediuntur, multamque stragem faciunt populorum, vix paucis evadentibus, qui per munitissima castra, & juga confugerant montium. Auserentes quoque prædam nimiam, & omne illud, quod Constantius Augustus à Roma abstulerat ornatum inire & diversis speciebus, sicque Alexandriam reversi sunt. (71)

(60) Amb. alicui spes vita non remaneret.

(61) Amb. & Modoet. vasa sacrata, cimilia SS. Ecclesiærum &c.

Glossarium Καιμίλιον, cimelium. Hesychius Καιμίλια σχάδιο δῆρα, καὶ τὸ απόθετο χρήματα. De priori intelligunt viri docti versum Homeri Iliad. ζ.

— Σὺ δὲ ξένια δῆσαι δέποια.

τολλαδὸν εἰν αφραῖς πατρὸς καιμίλια κάται, Χαλκός π., χρυσός π. πολύχρυσος τε σίδηρος. posterius probat Triphiodorus de Ilii excidio

— Σολλαδὸν δὲ σφήμων

Ηεταῖον θαλάσσην καιμίλιον —

Cassiodorus depositivas pecunias vocat libr. VI. form. VIII. Depositivæ quoque pecunias, que longa etenacitate competentes dominos amiserunt, inquisitione sua nosbris applicantur ararius. Lind.

(62) Mod. tantarum arumnarum, iniquitatumque penas luit.

(63) Syracusis in balneo ab Andrea Troili filio Situla, qua calida infundebatur capiti graviter impacta Constantem occubuisse scribunt Græci, Latinique Scriptores. Anastasius in S. Vitaliano interfectum fuisse narrat XV. die mensis Iulii per Indict. XI. At recentiores reponunt XII., ut legitur in Vvarnefrido nostro, & nonnullis Anastasi MSS. Codicibus, argumento actionis XVIII. sextæ Syndici, in qua XIII. annus Consulatus Constantini Pogonati numeratur, quod optimè demonstrat Constantis mortem post inceptam XII. Indictionem evenisse. Noster verò cùm supra scriperit annos XVIII. eumdem imperasse, incompletos utrosque extremos numeravit, ut alibi passim.

(64) M. Mezentius, insigni formæ decore à Scriptor. laudatus.

(65) Mod. Italia milites.

(66) Al. Sardinia Syracusas venientes eum vita privaverunt.

Lind. & Mod.

(67) Immo & ipse Constantinus Constantis filius è Con-

A

C A P. XIV.

De morte Gise sororis Romoaldi.

Porrò regis filia, quam de Benevento obſiderem nomine Gise sublatam diximus, (72) Siciliam veniens diem clausit extremum.

C A P. XV.

De pluviis, & tonitrus, quo eo tempore nimis factæ sunt.

B

Hoc tempore tante pluvia, tantaque tonitrauerunt, quanta ante nullus meminerit (73) hominum, ita ut innumera hominum, & animantium millia fulminibus effient perempta. Eo anno legumina, quæ propter pluvias colligi nequierant, iterum renata, & ad maturitatem usque perducta sunt. (74)

C A P. XVI.

Quomodo rex Grimoaldus Trasemundum ducem apud Spoleto ordinavit, eique suam filiam in matrimonium tradidit.

C

At verò Grimoaldus erexit Beneventanis, & eorum provinciis (75) à Græcis, apud Ticinum ad palatum suum repedare disponens (76) Trasemundum qui dudum Capuae comes fuerat, (77) & ei ad percipiendum regnum, strenuissime paruerat, (78) datâ ei in matrimonium suâ filiâ, Romoaldi altera sorore, eum post Attonem, de quo superius diximus, apud Spoleto ductorem fecit, indeque Ticinum reversus est.

D

stantinopoli Siciliam venit, occisoque Mezetto, urbem Regiam regrescus Pogonati cognomentura adeptus est, quod scilicet Byzantio solvens tenera adhuc lanugine fuerat, & è Sicilia promissam barbam retulerat.

(68) Vide Anastaf. Bibliothec. in vita Adeodati Pontificis.

(69) Amb. & Mod. quis jam Alexandriam &c.

(70) Heraclio scilicet imperante, ac Cyro Episcopo Alexandrino, quorum temporibus anno DCXXXV. Ægyptus à Romanorum ditione sublatam Saracenum jugo collum subegit.

(71) Hanc Siciliæ cladem à Saracenis illatam cit. Anastasius refert in vita Pontif. Adeodati, qui S. Vitaliano successerat, & cum ejusdem Pontificatu Mezeti mortem illigat; at consentientibus cum Theophane Græcis Scriptoribus hæc accidisse anno secundum Alexandrinos DCLXI. qui à Kal. Septembri anni DCLXIX. Latinis inchoatur, ad Sancti Vitalini tempora communiter retrahuntur.

(72) Al. sublatam ab Imp. diximus. Lind.

(73) Amb. meminerat.

(74) Anastasius hæc post mortem Adeodati accidisse narrat.

(75) Al. Græcorum primitiis. Lind.

Sed retinenda prima lectio, quove sensu sit accipienda, vide apud Camil. Peregr. in dissert. Ducat. Beneventanus in antiquas provincias an tributus pag. 75.

(76) Al. repedavit, postquam disposuerat de Trasemundo, qui dudum Capuae Comes fuerat &c. Lind.

(77) Comes hic est prefetus, ut in notitia Imperii: Comes Ægypti, Comes Isauræ, Africa, Italia &c. ubi & plura de ejus dignitate. Lind. Atque Langobardis Comitum fuerit dignitas, & officium, vide apud eumdem Peregr. in cit. dissertat.

(78) Alius strenuum operam naverat. Lind.

E

C A P.

C A P. XVII.

Quod in ForoJulii post Grasulfum Ago ducatum tenuit, & post hunc eorum duxor Lopus effectus est.

Si quidem, ut superius præmiseramus, Grasulfus Foro Julianorum duce defuncto, successor ejus in ducatu Ago datus, (79) de cuius nomine usque hodie domus quædam intra Forum-Julii constituta, domus Agonis appellatur. Quo Agone mortuo, Foro Julianorum duxor Lopus efficitur. Hic Lopus in Grados insulam, quæ non longè ab Aquileja est, cum equestri exercitu, per strata, (80) quæ antiquitus per mare facta fuerat, introivit. Et de prædata ipsa civitate, Aquilejensis Ecclesie thesauros exinde auferens deportavit. (81) Huic Lupo quando Grimoaldus Beneventum perterritus, suum palatium commendavit.

C A P. XVIII.

Quomodo Lopus dux contra Grimoaldum rebellavit.

Qui Lopus dum rege absente multa infolenter apud Ticinum egisset, quippe quia eum (82) reversurum non aestimaret, revertente rege, sciens eidem ea, quæ non recte geserat, displicere, Forum-Julii petens, contra eundem regem suæ nequitiae conscius rebellavit.

C A P. XIX.

Quomodo ipse dux bellum contra Aves gesit.

Tunc Grimoaldus nolens civile bellum inter Langobardos excitare, regi Avarum Cacano mandavit, ut in Forum Julii contra Lupum ducem cum exercitu veniret, eumque bello protereret. (83) Quod & factum est. Nam veniente Cacano cum magno exercitu in loco, qui Fluvius (84) dicitur, sicut nobis retulerunt seniores viri, qui in ipso bello fuerunt, per tres dies Lupus dux (85) cum Foro Julianis, adversus Cacani exercitum conflixit. Et prima quidem die validum ejus exercitum paucis suis vulneratis prostravit; secunda vero die jam aliquantis e suis vulneratis, & mortuis, pari modo multos ex Avaribus extinxit. Tertia vero die jam pluribus ex suis fauciatis, sive peremptis, nihilominus magnum Cacani exercitum delevit, prædamque copiofam invasit. At vero die quarto tantam super se multitu-

A dinem confpexerunt venientem, ut vix per suam evadere possent.

C A P. XX.

De morte Lupi ducis, & quomodo Aves Foro Julianorum fines deprædati sunt.

IBi itaque Lupo duce perempto, reliqui qui remanerant, sese per castella communiant. Aves vero per omnes eorum fines discurrentes, cuncta rapinis invadunt, vel supposito igne comburunt. Qui cum per aliquot dies hoc facerent, à Grimoaldo eis mandatum est, ut jam à devastatione quiescerent. Qui legatos ad Grimoaldum mittunt dicentes, Forum Julii se minimè relicturos, (86) quam armis propriis conquiſſent.

C A P. XXI.

Quomodo Aves nolentes de Foro Julii exire, Grimoaldi astutia expulsi sunt.

Tunc Grimoaldus necessitate compulſus exercitum coadunari precepit, (87) quatinus Aves de suis finibus exturbaret. In medio itaque campo sua castra contra Avarum hostium componens, (88) cum exercitus partem exiguum haberet, & Cacanus ad eum legatos mitteret, (89) eosdem ipsos, quos habebat diverso habitu, variisque instructos armis, ante oculos legatorum per dies aliquot, quasi novus jugiter exercitus adventaret, frequenter transire fecit. Avarum vero legati dum eundem ipsum exercitum, aliis & aliis modis præterire conspiciunt, (90) immensam Langobardorum multitudinem esse crediderunt. Quibus Grimoaldus ita dixit; Cum omni quam vidiſſis exercitus multitudine (91) statim super Cacanum irruam, & Avarum exercitus (92) disperdam, nisi de Foro Julianorum finibus velociter exierint. His visis, & auditis, legati Avarorum cum haec suo regi nunciassent, mox cum omni suo exercitu ad proprium reversus est regnum.

C A P. XXII.

De Warnefrido filio Lupi.

Denique Lupo hoc modo, ut præmisimus, interempto, Warnefridus (93) ejus filius voluit in loco patris apud Forum Julii obtainere ducatum. Sed metuens Grimoaldi regis vires, fugit ad Sclavorum gentem in Carnuntum, quod corrupte vocant Carantanum. Qui postea cum Sclavis adveniens, quasi ducatum eorum viribus

(79) Amb. successor ei in ducato Adgadus, de cuius &c.
Mod. successor ei in ducatu Ago est constitutus.

(80) Strata est via. Victor Epilcopus de persecutione Vandalarum lib. III. Strata vero, vel semita cadaveribus repleta exbalantium factore mortuorum gradientes vivos omni ex parte necabant. Apud Germanos maximè adhuc in usu est. Lind.

(81) Post translatum ab Aquileja metu Langobardorum in Gradus insulam Ecclesie thesauro, utsupra narravit noster, primus sacrilegas injecerat manus Fortunatus Gradensis Episcopus, qui à Catholicis deficerat, & in castrum Cormones supra Aquilejam ad Arianos se receperat Honorio Summo Pontifice. Heraclius Imperator, hortante Primigenio Catholicoo Episcopo Fortunati successore, aurum, & argentum plus remisit, quam fuerat ablatum, ut scribit Dandulus apud Ughellum in Ital. Sac.

(82) Amb. quippe quem reversurum &c.

(83) Mod. prosterneret.

(84) Al. Fluvius. Lind.

(85) Amb. intra.

(86) Forum Julianis neminem se reliturum, quos armis propriis conquiſſent. M.S. Lind. al. Forum Julii minimè relicturos, ut quod armis propriis conquiſſent &c.

(87) Amb. coadunare caput. Lind. congregare caput.

(88) Amb. & Mod. Abarorum hospitium componens.

(89) Verba & Cacanus ad eum legatos mitteret, non leg. in Amb.

(90) Al. aliis & aliis habitibus, armisque instructum pertransire conspicerent, diversos esse putantes, immensam Langobardorum &c. Lind.

(91) Mod. cum omni bac quam vidisti multitudine &c.

(92) Amb. & Aves disperdam.

(93) Amb. Arnefrid. M.S. Lind. Arnefridus.

bus resumpturus, apud Nemas castrum, (94) quod non longè à Forojulii distat, irruentibus super se Forojulianis, extinctus est.

C A P. XXIII.

De Wectari Forojulianorum duce, & de ejus victoria.

Deinde ordinatus est apud Forumjulii dux Wectari, (95) qui fuit oriundus de Vincentia (96) civitate, vir benignus & populum suaviter regens. Hunc cùm audisset Sclavorum gens Ticinum (97) profectum esse, congregata valida multitudine, voluerunt super Forojulianorum castrum irruere. Et venientes castrametati sunt in loco, qui Broxas dicitur, (98) non longè à Forojulii. Secundum divinam autem dispositionem contigit, ut dux Wectari superiori vespere à Ticino reverteretur nescientibus Sclavis. Cujus Comites cùm ad propria (ut assolet fieri) remeassent, ipse hoc nuncium de Sclavis audiens, cum paucis viris, hoc est cum viginti quinque (99) contra eos progressus est. Quem Sclavi cum tam paucis venire consipientes, irriferunt dicentes, Patriarcham contra se cum clericis adventare. (100) Qui cùm ad pontem Natisonis (101) fluminis, qui ibidem est ubi Sclavi residencebant, propinquasset, cassidem sibi de capite auferens, vultum suum Sclavis ostendit, erat enim calvo capite. Quem dum Sclavi quia ipse eset Wectari cognovissent, mox perturbati Wectari adesse clamitant. Deoque eos exterrente plus de fuga, quam de prælio cogitant. Tunc super eos Wectari cum paucis quos habebat irruens, tanta eos strage prostravit, ut ex quinque milibus viris vix pauci qui evaderent remanerent. (102)

(94) Alias *Neumasum*. Lind.

Vide quæ notavi supra lib. 4. cap. 38. num. 162.

(95) MS. Lind. *Juveclari*, & sic infra quoque.

(96) Al. *Vincentia*. Lind.

(97) Alias *Ticinum ad Regem profectum*. Lind.

(98) Cluver. lib. I. Ital. antiq. pag. 201. *Hic locus pluri numero vocabulo Broxae*, quo situ ad Natisonem amnum fuerit incertum est: supra Forumjulii tamen fuisse versus Carantanum Sclavorum regionem, quem nunc *Carinthia* dicitur, verisimile est.

(99) Mod. *vigintiduo*. Lind. *vigintifex*.

(100) Mod. *Patriarcham cum transitu Clericorum adventare*.

(101) Amb. *Natisionis*.

De Natione fluvio ejusque cursu, & illius ab altero Natissa nomine differentia plura eruditissime concessit Cluverius in sua Ital. antiq. lib. I. pag. 185. ibique scribit. Pontem Natisonis fuisse apud vicum *Tertium*, quo loco mola frumentaria anni imposita conspicitur; eamque conjecturam optimis firmat argumentis, quæ hic oneri essent.

(102) Mancum esse Pauli nostri hunc locum potius mihi persuadeam, quam hæc adeo incredibilia scripsisse: vix enim quinque millibus hædis jugulandis vigintiquinque fortissimi viri uno impetu satis fuissent.

(103) Al. *Landberi*. Lind.

(104) Al. *Rodoaldus*. Lind.

(105) Auctor vita Sancti Barbari Episcopi apud Bolland. Theodoradam Romoaldo Beneventano Duci jam ante adventum Constantis traditam fuisse scribit, eamque, hortante S. Episcopo, cùm Beneventus ab Imp. ob sideretur, marito idola subripuisse, quæ cum nostro minime conveniunt, anno saltetem ob sidionem subsequenti matrimonium contractum affirmante. Auctori vita S. Barbari ad stipulari vi-

Tom. I.

A

C A P. XXIV.

De morte Wectari, & quomodo ei Laudaris successit, & de Rodoaldo, qui post eum ducatum tenuit.

Post hunc Wectari Laudari (103) apud Forumjulii ducatum tenuit. Quo defuncto, ei Rodoaldus (104) in ducatum successit.

C A P. XXV.

Quomodo Grimoaldus filiam Lupi ducis Romoaldo suo filio sociavit.

B

Mortuo igitur, ut diximus, Lupo duce, Grimoaldus rex filiam ejus nomine Theuderadam, suo filio Romoaldo, qui Beneventum regebat, in matrimonium tradidit. (105) Ex qua tres filios, hoc est Grimoaldum, Gisulfum, (106) nec non & Arichis (107) genuit.

C A P. XXVI.

Quomodo Grimoaldus de suis contemptoribus se ultus est.

C

Rex quoque Grimoaldus de omnibus illis qui eum quando Beneventum profectus fuerat deseruerunt, suas injurias ultus est.

C A P. XXVII.

Quomodo Grimoaldus Forum-populi expugnans delevit.

D

Sed & Forum-popilii, (108) Romanorum civitatem, cuius cives eidem adversa quædam intulerant Beneventum proficisci, miserosque illius (109) euntes, & redeuntes à Benevento saepius læserant, hoc modo delevit. Quadragesimorum tempore per Alpem Bardonis (110) Tusciā ingressus, nescientibus omni

E

detur alter anonymous vita S. Sabini octavo saeculo scripta apud eundem Bolland. die IX. Februarii: scribit iste cap. V. Eodem quoque tempore Langobardorum Regni gubernacula sustinebat Grimoalt, qui filium suum Romoalt Beneventi principem instituit, eique Lupi, qui ex nobili prosapia extiterat, filiam nomine Theodoradam, quam modo meminimus, in matrimonium dedit. Romoalt defunctus eam ad regendum Samnitum populum cum parvo filio reliquit. Ex quibus facile colligi potest eodem tempore, quo Grimoaldus filium suum Beneventorum Ducem instituit, eidem & uxorem tradidisse. Cæterum laudatur Theodorada pietas, quæ in honorem S. Canusini Episcopi visione, ac miraculo monita templum erexit, ejusque corpus marmoreo condidit sepulcro, altaris tegmina auro, gemmisque decoravit.

(106) Mod. *Agisulfum*.

(107) Mod. *Aribit*. al. *Aribitum*. Lind.

(108) Al. *Forumpopuli*. Lind.

(109) Missi sunt legati, leg. Franc. lib. 4. cap. 7. lib. 4.

cap. 12. & alibi. Lind.

(110) De Alpe Bardonis, & Berceto infra lib. 6. cap. 58. memorato Cluverius dict. lib. I. pag. 293. Quovent situ utrumque nomen fuerit arguit ex Chronicis Casinensis lib. I. cap. 9. & Liutprandi lib. I. cap. II. ex quibus asserit. Montis transitum nullum esse alium, quam per quem celebrissimo bodeque itinere, ex Macra annis valle ab opidis Sarzana, Ula, Villafranca, & Ponte Tremulo transtinet ad Bercetum, unde porro iter ferri per Forum Novum ad Parmam urbem. Romanorum etiam duces olim ex bac exercitus ducti afferre supra ad Mutillum Bojorum castrum docui; sed hunc Bardonis montem Ligures tunc Aquani tenebant.

cccc

nino Romanis, in ipso Sacratissimo Sabbato Paschali, super eandem civitatem, eā horā, qua baptismus siebat, inopinatē irruit, tantamque occisorum stragēm fecit, ut etiam Diaconos ipsos, qui infantulos baptizabant, in ipso sacro fonte perimeret. Sicque eandem urbem dejecit, ut usque hodie paucissimi in ea commaneant habitatores.

C A P. XXVIII.

De odio quod Grimoaldus adversus Romanos habuit.

ERAT quidem Grimoaldo contra Romanos non mediocre odium, pro eo quod ejus quondam germanos Tassionem, & Cacconem (111) in sua fide decepissent. Quam ob causam Opitergium civitatem, ubi ipsi extinti sunt, funditus destruxit, eorumque qui ibi aderant (112) fines, Forojulianis, Tarvisianisque & Cenetenibus divisit.

C A P. XXIX.

De Bulgarum duce Alzecone, & quomodo in Benevento cum suis ordinatus est.

PER hæc tempora Bulgarorum dux, Alzeco nomine, incertum quam ob causam à sua gente digressus, Italiā pacificè introiens, cum

(111) Al. *Tassonem, & Catonem*. Lind. & Mod.

(112) Mod. *habitaverant*, al. *babuerant*. Lind.

(113) & loca, non legitur in Amb.

(114) Al. *preiōsa* Lind.

(115) Amb. *Sepimum*, al. *Sepiam*. Lind.

(116) Al. *Esernam*. Lind.

(117) Al. alias multas cum suis &c. Lind.

(118) Optimè notavit Camillus Peregrinius de Bulgariis in Italiam adventu non convenire Historiam Miscellam cum Paulo nostro. Hæc in ea libro XIX. leguntur. Temporibus autem Constantini, qui in Occidente regnavit, cim Orbatus dominus jam dictis Regionis Bulgariae, seu Contragorum vitam comutaret, ac filios quinque relinqueret, testatus est neullo modo à mutua cobalitatione separarentur, ipsique nulli alteri nationi servirent. Post breve autem tempus mortis illius in divisionem venientes quinque filii ejus altrimsecus sequestrati sunt unū cum populo, quem unusquisque ditio sua subiectum babebat. Et primus quidem filius ejus, qui dicebatur Butbajas, mandatum proprii custodiens patris, in progenitorum suorum terra permanit &c. Enumeratis inde cæteris quatuor, eorumque migrationibus, de quinto, cuius nomen reticuit, hæc habet: alter vero baud procul ab urbe Ravenna in Pentapolim veniens sub Christianorum imperio factus est. Paulo adtipulatur Ignotus Cassinensis ab eodem Peregrinius editus, qui continentis serie plures historias narrans n. III. hæc scribit. *Alzecus Vulgarius cum bonib[us] ad habitandum suscipitur, Gracorum, Romanorumque Langobardi gentes superantes totam simul Beneventi possident patriam.* Suspiciatur ex his Peregrinius cum Ignotus auctor in unum locum contulerit Alzeconis adventum, & Langobardorum de Græcis, atque Romanis ingentem victoriā, qua scilicet Beneventanam regionem latissimè obtinuerunt, Constantis nempe tempore, ut apertissimè noster asserit, suspicatur inquam à Beneventano Duce, atque illius patre Rege Grimoaldo contra Græcos in subsidium accersitos fuisse, immo à Ravennæ agris, in quibus primum hospitio accepti fuerant ad novas sedes abductos ibi regia beneficentia confedisse. Non recesserim ego nihilominus à nostro parum fidens Ignoto, res multas, longoque tempore diffitas in unum veluti fasciculum colligenti, utcumque placeat conjectura de Ravenna in Beneventanam regionem Bulgarios migrasse, desolatam fortasse Græcorum furore regionem iterum restaurauros.

(119) Al. pro Duce Gaſtaldum &c. Quid sit jam ab aliis notatum legitur sçpē in legibus Langobardorum. Lind.

A omni sui ducatus exercitu, ad regem Grimoaldum venit, ei se servitum, atque in ejus patria habitaturum promittens. Quem ille ad Romoaldum filium suum Beneventum dirigens, ut ei cum suo populo loca (113) ad habitandum concedere deberet præcepit. Quos Romoaldus grataanter excipiens, eisdem spatioſa (114) ad habitandum loca, quæ usque ad illud tempus deserta erant, contribuit, scilicet Sepianum, (115) Bovianum, & Iserniam, (116) & alias (117) cum suis territoriis civitates, (118) ipsumque Alzeconem mutato dignitatis nomine de duce Gaſtaldum (119) vocari præcepit. Qui usque hodie in hiis, ut diximus, locis habitantes, quamquam & latinè loquuntur, (120) lingue tamen proprie uolum minime amiserunt.

C A P. XXX.

Quia extincto tyranno Mecetio, Constantinus in locum Constantis Augusti Romanorum princeps effectus est.

IGUR extincto, ut diximus, apud Siciliam Constante (121) Augusto, punitoque qui ei successerat Mecetio (122) Tyranno, Romanorum regnum Constantinus Constantii Augusti filius suscepit regendum, Romanisque principatus est annis decem & septem. (123) Constantini sanè temporibus Theodorus Archiepi-

D Accuratiū præ ceteris laudatus Peregrinius in dissertation. *Duc. Beneventanus in antiquas provincias an tributus*, ubi explicata civili Gaſtaldorum protestate, de militari differens, Jacobum Cujacium lib. I. de feudis §. si verò Gaſtaldi, urbes à nostro memoratas, Alzeconi jure Gaſtaldie, non perpetuū, & propriè in feudum; sed temporare, ac quasi actoris loco datas aſerentem ita caſtagat. *Haud inquam viro sane doctissimo confidiam*; nam minimè ſimplex, & una dumtaxat, ſed multiples ac mixta, ut dictum eſt fuit Gaſtaldorum prærogativa. Et inſuper nec Alzecus, ſicut Ducis dignitatem, & nomen depofuerat, ita vel acceptas ad incolendum urbes & oppida, vel ſua gentis, translatio ſui Gaſtaldatus anno, dimiſſe videtur curam: cim Paulus aperte affirmet, Bulparos ſueptas ſides ad ſuam uisque etatem incoluisse, qui in iis locis habitantes, quamquam etiam latine loquenter, lingua tamen proprie uolum minimè amiserunt: nec amiserunt (ego addam: peculiarem babere ex propria gente Gaſtaldum). Roruit itaque, me arbitrio, Rex Grimoaldus nomen Lucis permittere Alzecu, non quid perpetuum ei nolle dare Gaſtaldatum: ſed quid ille ſub Beneventano Duce conſtituendus primitivam reiūne non poſſet dignitatem; qui namque cum eſet aduena, temporaneam in locis perpetuo jibi ſuique inhabitandis accipere debuiffet Dynastiam? Ego vero, etià Cujacio minimè diſceſſerim in iis, que pertinent ad jura Gaſtaldatus ejus generis, de quibus sermonem habuit, Alzeconis variam fuſſe ſpeciem opinor, nihilque illi commune cum ceteris Gaſtaldis præter nomen, eumque revera jure perpetuo feudum habuiffe, depolito ducis nomine: ne par Romualdo domino ſuo, à quo beneficium acceperat, haberii poſſet.

E (120) Hoc eſt communi, popularique Italico ſermone, ut interpretatur hunc locum cit. Peregrinius; nam ſic latine loqui apud Dantem Aldigerum, Petraracham, & Boccacium dicti ſunt, qui baud priſca, & Latiani, ſed uifupata nunc nobis Italis lingua uelabuntur. Otto etiam Frising. de gestis Friderici II. cap. 13. eadem verbi uetus eſt acceſſione, cum Langobardos Italos ab Latini ſermonis eleganția laudat.

(121) Mod. *Constantino*.
(122) Al. *Meretio*, al. *Mozentio*. Lind. *Mezotio*. Amb.
(123) Mod. *decem & octo*. Amb. *decem & novem*, uterque corrupte, ſervandaque hīc eſt editorum lectio Græcis enim & Latinis Historicis conſtat Constantiū Pogonatum decem & septem annis impeſraſſe: obiit initio mensis Septembriſis, Indictione XIV. teſte Anastasio in Joanne V.

piscopus, (124) & Adrianus abbas (125) viri sequè doctissimi, à Vitaliano Papa missi in Britanniam, plurimas Ecclesias Anglorum doctrinæ ecclesiasticae fruge foecundarunt. E quibus Theodorus Episcopus (126) peccantium judicia, quantis scilicet annis pro uno quoque peccato quis poenitere debeat, mirabili, & discreta consideratione descriptis. (127)

C A P. XXX I.

De stella Comete, & de operibus Papæ Doni.

IN sequenti post tempore (128) mense Augusto, à parte Orientis stella Cometes apparuit nimis fulgentibus radiis, (129) quæ post in semetipsam reversa disparuit. (130) Nec mora, gravis pestilentia ab eadem parte orientis secura, Romanum populum devastavit. Hiis diebus Donus Papa Romanæ Ecclesie locum, qui Paradisus dicitur, ante basilicam beati Apostoli Petri, candidis magnis marmoribus mirificè stravit. (131)

C A P. XXX II.

Quomodo Bertarius ad regnum Saxonum in Britannia ire dispositus.

Hac tempestate Francorum regnum apud Gallias Dagobertus regebat, (132) cum quo rex Grimoaldus pacis firmissimæ fœdus inierat. Cujus Grimoaldi vires Bertarius etiam apud Francorum patriam constitutus metuens, egressus è Gallia, ad Britanniam Insulam, Saxonumque regem properare disponit.

(124) Cantauriensis, de quo Beda in histor. lib. IV. cap. I. ordinatus est à Vitaliano Papa anno Dominica Incarnationis sexcentesimo si.xagesimo octavo, sub die septima Kalendarum Aprilium: & ita unà cum Hadriano sexto Kalendas Junias Britanniam missus est.

(125) Monasterii S. Augustini Cantauriensis, de quo cit. Beda lib. 4. cap. 2. Cooperator Theodori in verbo Dei, & qua litteris sacris simul & secularibus abundantanter ambo erant instruti, congregata discipulorum cetera, scientia salutaris quotidie flumine in rigidis eorum cordibus emanabant: ita ut etiam Metrica artis, Astronomica, & Arithmetica Ecclesiastica disciplinam inter sacrorum apicum volumina suis auditoribus contraderent. Sanctorum albo Hadrianus Abbas inscribitur, ejusque memoriam colunt Anglicanae Ecclesie IX. Januarii, vide acta SS. Bolland. ad dict. diem.

(126) Amb. & Mod. *Archiepiscopus*.

(127) Liber hic appellatur *Penitentiale* ejusque summaria capita refert Spelmannus in collectione Conciliorum Anglie. MS. aservatur in Bibliotheca S. Benedicti Cantrabigenis, edidit etiam & alia scripta quæ Labbeus tomo VI. sue collectionis Conciliorum vulgavit. Adversus Monothelitas Concilium celebravit: ejus vitam Mabillonius exhibet saeculo II. Benedictino. Ad superos transit die 19. Septembris anni 1690. teste Beda lib. 5. cap. 8.

(128) AL. In secundo post anno. Lind.

(129) AL minus fulgentibus radiis, que diversa postmodum diripiuit. Lind.

(130) De comete isto Beda lib. 4. cap. 12. Anastasius in Dono. Hic dum esset electus per Augusti mensem apparuit Stella à parte Orientis à galli cantu, usque manū per menses tres. Cujus radix cælum penetrabant. In cuius visione surgentis omnes provinciae, & gentes mirabantur, que posse in semetipsam reversa disparuit. Pro quo capitulo & maxima mors à parte Orientis subsequuta est. Cumque Doni electio recentiorum accuratori calculo anno DCLXXVI alligetur, cometes apparito in annum sequentem incidit, eti Chronologi fermè omnes inter se dissentiant.

A

C A P. XXX III.

De morte Grimoaldi regis, & de reverzione Bertaridi, & regno ejus.

AT vero Grimoaldus cum nono die post phlebotomiā (133) in suo palatio constitutus, accepto arcu columbam sagitta percutere nitus esset, ejus brachii vena dirupta est: Cui, ut ferunt, medici venenata medicamina supponentes, eum ab hac funditus privaverunt luce. (134) Hic edicto, quod Rothari rex composuerat, aliqua quoque capitula legis, quæ ei utilia visa sunt adjecit. (135) Fuit autem corpore prævalidus, audaciæ primus, calvo capite, barba prominenti, non minus confilio quam viribus decoratus. (136) Sepultum est autem ejus corpus in basilica beati Ambrosii confessoris, quam dudum ipse intra Ticinensem construxerat civitatem. Hic post mortem Ariperti regis, expleto jam anno uno & mensibus tribus, Langobardorum regnum invasit, regnavitque ipse annis novem, (137) relieto Garibaldo filio suo, quem ei Ariperti regis filia genuerat, rege adhuc puerilis ætatis. Igitur, ut dicere coeparamus, Bertarius egressus de Gallia navem ascendit, ut ad Britanniam insulam ad regnum Saxonum transmearet. Cumque jam aliquantum per pelagus navigasset, vox à littore audita est inquirentis utrum Bertarius in eadem nave consisteret? Cui cum responsum esset, quod Bertarius ibi esset, ille qui clamabat subjunxit: Dicite illi, revertatur (138) in patriam suam, quia tertia dies est hodie, quod Grimoaldus ab hac subtractus est luce. Quo auditio Bertarius statim post se reversus est, veniensque ad littus inventire personam non potuit, quæ ei de Grimoaldi

(131) Hæc item Anastasius in Dno. Hic atrium B. Petri Apostoli superioris, quod est ante Ecclesiam in quadriporticum magnis marmoribus stravit. Paradisus autem erat media pars atrii subiecta gradibus Ballicæ, & circumdata quadriportico, ut allatis veterum testimoniis obliervat Valefius in notis ad carmen panegyricum de laudibus Berengarii.

(132) Hic Pauli locus Mabillonio in prefatione partis primæ saeculi quarti Benedictini lucem præbuit ad investigandam Dagoberti II. restitutionem in Austrasia Regnum, ob quam scriptores fermè omnes rerum Francicarum maximè laborant. Constat enim Dagobertum S. Sigeberto patre Austrasia Rege ad superos vocato, Grimoaldi malitiâ, qui Majordomus dignitate, tutor pupillo datus fuerat, in Hiberniam exilio pulsus, ut filio suo Regnum traderet, atque inde, operâ potissimum S. Vilfridi Eboracenſis Archiepiscopi revocatum fuisse. Annus restitutionis non bene liquet. Mabillonius, inquam, cum noſter Dagoberto Regnum tribuat ante mortem Grimoaldi, quam ab illius edicto & ipſe anno DCLXXI assignat, ante hunc annum restitutum fuīse putat. Negant alii Paulo fidem, & pro Dagoberto Clotharum III, vel Chidericum reponunt pluribus innixi argumentis, quæ non sunt hujus loci, tam ob eorum numerum, quam varietatem, singulorum fermè Scriptorum arbitrio, & conjectura. Rem fusius pertractarunt Valefius, Cointius, & Henschenius in exegesi, & disserat. de tribus Dagobertis, aliisque plures. Mihi satis fuerit hæc obiter notasse.

(133) flebotomum. MS. Lind. fleuotomum. Amb.

(134) Amb. *Vita*.

(135) De iis supra dixi. Vide leges Langob.

(136) Mod. aptus.

(137) Mortuus anno DCLXXI. ut ex ipsius edicti prologo, & hoc Pauli testimonio, cui accedit Sigebertus in Chronico novem, & ipse Regni annos Grimoaldo assignans.

(138) Amb. ut revertatur &c.

D

E

aldi morte nunciavit. Unde arbitratus est, non hunc hominem, sed divinum nuncium fuisse. Exindeque ad patriam rediens, (139) cum ad claustra Italæ venisset, jam ibi omnia obsequia Palatina, omnemque regiam dignitatem, cum magna Langobardorum multitudine preparata esse reperit. (140) Exinde itaque Bertarius Ticinum reversus, exturbato Garibaldo puerulo à regno, (141) ab universis Langobardis mense tertio post mortem Grimoaldi in regnum levatus est. Erat autem vir pius, fide catholicus, justitiae renax, pauperumque largissimus nutritor. Qui statim Beneventum milis, exindeque Rodelindam suam conjugem, & Cunibertum (142) filium suum revocavit.

C A P. XXXIV.

De monasterio quod construxit, vel quod regina ejus edificavit.

Qui ut regni jura suscepit, in loco illo, qui à parte fluminis Ticini est, unde ipse olim fugerat, monasterium quod Novum appellatur, domino & liberatori suo, (143) in honorem sanctæ virginis & martyris Agathæ construxit. (144) In quo multas virginis aggregavit, rebusque diversis pariterque ornamentis (145) eundem locum ditavit. Regina vero uxor ejus Rodelinda basilicam sanctæ Dei genitricis extra muros ejusdem civitatis Ticinensis, quæ ad Perticas appellatur, opere mirabili condidit, ornamentiisque mirificis decoravit. Ad Perticas autem locus ipse ideo dicitur, quia ibi olim perticæ, id est trabes erectæ steterant, (146) quæ ob hanc causam juxta morem Langobardorum poni solebant. (147) Si quis enim in aliquam partem, aut in

(139) Amb. *tendens.*(140) Amb. & Modoer. *præparatam se reperit expectare.*
Itaque Ticinum reversus &c.(141) Al. *Grimoaldi puerulo à Regno.* Lind.Amb. *puero &c.*(142) Amb. *Cunicpertum.*(143) Al. *liberatori suo Deo.* Lind.(144) *Ticinensis rerum Scriptores ob eam causam S. Virginis Agathæ sacram hoc templum à Bertarido constructum ferunt, quod nocte præcedente festum ejusdem S. Virginis per civitatis mœnia è regione annis demissus, Grimoaldi furorem declinaverit. Extat adhuc insigne sacrarum virginum Monasterium vulgari appellatione ab adjacenti clivo S. Agathæ in Monte olim Ordinis Sancti Benedicti, nunc Sororum S. Clarae Conventuum, cuius variam fortunam vide in Papia sacra P. Romualdi à S. Maria. In fronte hujus templi legitur hec epigraphe, Pertbaritus Longobardorum Rex templum hoc S. Agathæ Virg. & Mart. dicavit anno Coristi DCLXXIII. Hoc in sacro gynæceo Cuniperga Cuniperi Regis filia, & Bertharidi nepos Abbatissæ dignitate claruit, ut ex fragmento epigraphes in illius tumulo legitur*

**DISCE QUI VELIS NOSCE --- QUID TEGIT
TUMULUS ISTE VERNA --- QUALIS
EST IMAGO PRETIOSO CLAUDITUR SA-
XO, ERGA QUOS IM----- HIC ADIN-
STAR NIVIS MEMBRA SOLVUNTUR HO-
NESTA, QUIQUI EJUS CUNIBERGÆ MA-
TRIS DEI ANCILLA R. SUAVIS ISTA FUIT
RLA --- HÆC FUIT SPECIE PULCHR. s.
INTER FOEMINAS PULCHRA. VIDUIS
PUP. FACIE SERENA, OCULIS VERNAN-
TIBUS QUIDEM HUJUS LUCI FRONTE
NUBIS INSCIA, LABIIS FLUENTIBUS
MELLA. PRÆFUIT VIR---- VERE PA-
TRIS NATA CUNICPERTI OPTIMI RE-
GIS. HUNC HUIC--- CUJUS IN SE TO-
TUM GESTAVIT FILIA VULTUM, QUÆ
AB HA--- ET IN QUA PATERNA DUL-
CEDO VIGUIT MENTIS, ET DICAT QUID
TESTATUR MODO VIRGINUM COLLE-
GIUM SACRUM CHRISTO SUE.**

A bello aut quomodounque extinctus fuisset, consanguinei ejus intra sepulchra sua perticamfigebant, in cuius summitate columbam ex ligno factam ponebant, quæ illuc versa esset, ubi illorum dilectus obiisset; Scilicet ut sciri posset in quam partem is qui defunctus fuerat quiesceret.

C A P. XXXV.

De Bertarido, & regno Cuniberti filii ejus.

Igitur Bertaridus cum solus per annos septem regnasset, octavo jam anno Cunibertum filium suum in regno consortem ascivit, cum quo pariter per decem annos regnavit.

C A P. XXXVI.

De rebellione Alachis prima, & quomodo in gratiam rediit.

Cumque in magna pace degerent, & ex omni parte in circuitu tranquillitatem haberent, surexit contra eos filius iniquitatis, Alachis (148) nomine, per quem in regno Langobardorum perturbata pace, maximæ populorum factæ sunt strages. Hic dum dux esset in Tridentina civitate, cum comite Bajoariorum, quem illi Gravionem dicunt, (149) qui Bauzanum (150) & reliqua castella regebat, confixit, eumque mirifice superavit. Qua de causa elatus, etiam contra regem suum Bertaridum manum levavit, atque se intra Tridentinum castellum rebellans communivit. Contra quem rex Bertaridus progresus, cum eum extrinsecus obsideret, inopinatè subito Alachis cum suis civitatem (151) egressus, regis castra pro-

(145) *Alias possessomibus.* Lind.(146) *Consulendi de hoc ritu ii, quibus de pristina literatura (ut verbis Septimii utar) antiquus memoria tenor residet. Ego nil simile scio.* Lind.

Accedit etiam ad Pauli testimonium recentius alterum Aulici Ticinensis in Hist. Gall. his verbis. *Sunt inter alia tria cæmeteria antiquissima toto orbe veneranda, que fuerunt antiquitus multo ampliora quam modo: videlicet Cæmeterium SS. Gervasi, & Protasi, quod usque ad tertium murum, & fossas civitatis extenditur; Cæmeterium S. Joannis in Burgo, & Cæmeterium S. Marie in Pertica, in cuius medio est capella S. Adriani, in qua sepulti fuerunt Longobardorum Reges, & alii nobiles multi. Hoc cæmeterium fuisse dicitur unum de quatuor principalibus Mundi, & ideo de longinquis partibus eligebant ibi Nobiles sepulturam facientes super sepulchra sua plantari singulas perticas cum aliquo signo, per quod unusquisque suam discernet sepulturam: binc est quid adhuc dicitur vulgo Ecclesia Sanctæ Marie in Pertica. De situ hujus cæmeterii, & Ecclesiæ, vide quæ differunt citatus Author in Papia sacra.*

(147) *Verba sequentia usque ad illa factam ponebant, aliis defunt.* Lind.

(148) Amb. & Mod. semper Alalis.

E (149) Al. *Gravium.* Vide leg. Salicas. Lind. Benè Paulus noster Gravionum dignitatem, & officium patrem facit Langobardorum comitibus. Plures in legibus Salicis eorum occurrit mentio, ut animadvertisit doctri. Lindenbrogius. Ex recentioribus D. Eccardus in suis notis ad dictas leges, & ad Catechesin Teotiscam hujus vocis originem investigavit, atque à verbo *ratus* deduxit, quod explicat *eminere*; nam, ei Graviones sunt judices provinciales. Alii à *grau* *camus* deducunt: utraque tamen etymologia in eamdem officii rationem concurrit. Ex hoc verò Pauli nostri loco notandum preter civilem potestatem, militarem quoque Gravionibus fuisse.

(150) Ambrof. *Bauganum.* Notissimum emporium sub Athesis, & Aragis confluente nobis Bolzano.(151) Amb. *de civitate.*

protrivit, regemque ipsum fugam petere compulit. Qui tamen postmodum faciente Cuniberto (152) regis filio, qui eum jam olim diligebat, in regis Bertaridi gratiam reversus est. Qui rex cum eum interficere aliquotiens voluisse, Cunibertus ejus filius hoc fieri semper prohibuit, reputans eum de reliquo fidelem existere. Nec destitit apud patrem obtinere (153) quin etiam ei ducatum Brixiae contribueret, reclamante saepius patre, quod in suam hoc Cunibertus perniciem faceret, qui hosti suo ad regnandum vires praebaret. Brexiana denique civitas magnam semper nobilium Langobardorum multitudinem habuit, quorum auxilio metuebat Bertaridus Alachis potentiorum fore. His diebus Rex Bertaridus in civitate Ticinensi portam contiguam palatio, quae & Palatinensis (154) dicitur, opere mirifico construxit.

C A P. XXXVII.

De morte Bertaridi, & regno Cuniberti.

Qui cum decem & octo annis, & primū solus, & post cum filio regnum tenuisset, ab hac luce subtractus est, (155) corpusque illius juxta basilicam Domini Salvatoris, quam Aripertus ejus genitor construxerat, sepultum est. Fuit autem statuta decens, corpore plenus, mitis per omnia, & suavis. At vero Cunibertus rex Hermelindam ex Saxonum Anglorum genere duxit uxorem. Quae cum in balneo Theodotem puellam ex nobilissimo Romanorum genere ortam, eleganti corpore, & flavis, (156) prolixisque capillis penè usque ad pedes decoratam vidisset, ejus pulchritudinem suo viro Cuniberto regi laudavit. Qui ab uxore hoc libenter audire dissimulans, in magnum tamen puellæ exarsit amorem. Nec mora, venatum in silvam, quam Urbem appellant, perrexit, secumque suam conjugem Hermelindam venire præcepit. Qui exinde noctu egrediens Ticinum rediit, & ad se Theodotem puellam venire faciens, cum ea concubuit. Quam tamen postea in monasterium, quod de illius nomine intra Ticinum appellatum est, misit. (157)

(152) Amb. Cunicerto semper.

(153) Mod. precibus obtinere. Al. apud patrem onerare precibus. Lind.

(154) Amb. & Mod. Platinensis. Al. Placensis. Lind.

(155) Amb. substitutus est. Non est sibi confitans Paulus in Bertaridi Regis annis enumerandis; antecedenti quippe cap. XXXV. decem & septem tribuit; hic decem & octo, amanuensium puto vitium; nisi fortasse hic etiam anni extreimi sint incompleti. Sigebertus in Chronico decem & septem assignat, eti Regni Bertaridi initium anno uno prævertat, quod cum anno DCLXXI. sit adscribendum, illius mors in DCLXXXVIII. incidisse oportet.

(156) Amb. fluxis.

(157) Monasterium S. Mariæ Theodotis vulgo nunc della Posterla. Servat adhuc Theodotis cuiusdam memoriam, immo & alterius hujus nominis Deo sacre virginis antiquus sepulchralis lapis in eadem Ecclesia, qui sic legitur

Celicula sic demum ejus prosapiam texam
Mater vixit Virginum per amos plures,
In grege Dominico pascens oviculas Christi,
Quas fovens docuit, arguit, correxit, amat.
Invidus ne perderet ejus ex oīibus quemquam
Frontem rugatam tenens, erat quibus peccore pura
Cujus alitinebant à flagellis placida manus:
In tribuendo dapes egenis dapsiles erant.
Moribus ornata prodens, fastrix, atque honesta
Patiens, magnanimis corde, dextraque pia:
Decibat sic, denique tali ciam ex stirpe veniret
B.... oīo ex novilli crescens, ut fluvius fonte
Tom. I.

A

C A P. XXXVIII.

Quomodo Alachis palatum Cuniberti invasit.

A Lachis vero jam dudum conceptam ini-quitatem parturiens, annitentibus Aldone, & Grausone (158) Brexianis civibus, sed & aliis multis ex Langobardis, oblitus tantorum beneficiorum, quae in eum rex Cunibertus impenderat, oblitus etiam jusjurandi, quo ei se fidelissimum esse spoponderat, cum Cunibertus abesset, regnum ejus, & palatum intra Ticinum positum invasit. Quod Cunibertus ubi erat audiens, (159) ad insulam, (160) quae intra lacum Larium non longe à Como est, con-fugit, ibique se fortiter communivit. Facta est autem magna tribulatio omnibus qui eum diligebant, & maximè sacerdotibus, & clericis, quos omnes Alachis exosos habebat. Erat autem eo tempore Ticinensis Ecclesie Episcopus vir domini Damianus, sanctitate preci-piuus, liberalibus artibus sufficienter instructus. Is cum Alachis palatum invasisse consiperet, ne quid ab eo ipse vel sua Ecclesia adversi pareretur, Thomam diaconum suum, sapientem scilicet, & religiosum virum ad eum misit, per quem eidem Alachis benedictionem sancte Ecclesie sue transmisit. Nunciatum est Alachis Thomam diaconum ante fores astare, benedi-cionemque ab Episcopo detulisse. Tunc Alachis, qui, ut diximus, omnes clericos odio habebat, ita inquit ad suos. Ite dicite illi: Si munda femoralia habet, intret; sin autem aliter, foris contineat pedem. Thomas vero cum hos sermones audisset, ita respondit: Nunciate ei quia munda femoralia habeo, quippe qui ea hodie lota (161) indutus sum. Cui Alachis: Ite iterato, & dicite illi (162) quia ego non dico de femoralibus, sed de iis quae intra femoralia habentur. Ad haec Thomas ita respondit. Ite dicite illi: Deus solus potest in me in hiis causis reprehensionem invenire, nam ille nullatenus potest. Cumque eundem diaconum Alachis ad se ingredi fecisset, asperè satis & ob-jurgando locutus est cum eo. Tunc omnes cle-ricos, & sacerdotes pavor, & odium (163) ty-ran-

D

.... extra saga, genitorum extitit magna.
Si ad cursus rerum, & praesentis studia seculi
Tendatur oratio multa sunt qua possimus dici.
Per te semper Virgini viscitur pulchrum delubrum
Ausferens vetusta, instauras vilia cuncta.
Namque domicilia sita Cornuio ridunt
Vultu intuentum præcellentes mania prisca
Nec sunt in Orbe tales, præter Palatia Regum:
Nec SS. Ecclesias, qua vibrans fundamine claro
Et piis exequantur O. N. I. à cunctis coluntur.
Hoc ergo Tebedota alumnis sua Tebedota
Cui reliquisti nomen, dignitatem, cathedram
Nimis cum lacrymis afflito pectora Domna
Lapidatus sarcophagorum ornans excollui pulchris
Denos duosque circiter amos degens....
Egregia vita spiracula clausit.....

E

D. P. S. II. D. mensis Aprilis, indictione Tertia.
Nec probo literalium notarum explicationem ab auctore Papia sacra ad annum 926. eas referente; quippe is annus indictione XIV. non vero tertia notabatur. Ego puriori legerim de Pecunia sua; sed Langobardico ingenuè fateor me non ita fa-cile expedire posse. Videant alii peritiores.

(158) Amb. Gufone.

(159) Amb. audiens, statim ad insulam &c.

(160) Al. in insulam qua non longe à Comacino lacu est confugit. Lind.

(161) non lota, non leg. Amb.

(162) Amb. & Mod. Alachis iterum mandavit: ego non dico &c.

(163) non odium, non leg. Mod.

Dddd

ranni invasit, & estimantes se ejus feritatem tolerare omnino non posse. Cœperuntque amplius (164) Cunibertum desiderare, quoniam pervaforem (165) regni superbū, execrationi haberent, sed non diu ejus feritas, & cruda barbaries pervasum regnum obtinuit.

C A P. XXXIX.

Quomodo Cunibertus rursus suum palatium ingressus est.

DEnique cùm die quadam solidos super mensam numeraret, unus tremissis (166) de eadem mensa cecidit, quem filius. Aldonis adhuc puerulus de terra colligens, eidem Alachis reddidit. Ad quem Alachis sperans puerulum parum intelligere, ita locutus est: Multos ex iis genitor tuus habet, quos mihi in proximo si Deus voluerit daturus est. Qui puer cùm vespere domum ad patrem regressus esset, eum suus genitor requisivit si quid in (167) illo die rex locutus fuisse. Ille patri omnia ut facta fuerant, (168) & quod sibi rex dixerat nunciavit. Audiens hæc Aldo vehementer pertimuit, fratremque suum Grausonem ascitum, (169) ei omnia quæ rex malignè locutus fuerat nunciavit. Qui mox cum amicis, & hiis quibus credere poterant, consilium inierunt qualiter Alachis tyraunum regno privarent, (170) priusquam ipse eis aliquam lesionem facere posset. Qui maturius ad palatium profecti, ita Alachis dixerunt: Quid dignaris in civitate residere, ecce omnis civitas, & universus populus tibi fidelis existit, & ebriosus ille Cunibertus ita dissolutus (171) est, ut jam ultra nullas possit habere vires. Egredere, & vade in venationem, & exerce te cum juvenibus tuis, nos autem cum reliquis fidelibus tuis defendemus tibi hanc civitatem. Sed & ita tibi repromittimus, ut in proximo in initio tui Cuniberti caput afferamus. Qui eorum verbis persuasus, civitatem egressus, atque ad Urbem vastissimam silvam profectus est, ibique se jocis, & venationibus exercere coepit. Aldo verò, & Grauso eentes ad lacum Commacenum, ingressisque navem, ad Cunibertum profecti sunt. Ad quem venientes, ejus pedibus provoluti, se contra eum nequiter egisse profisi sunt, eique quid Alachis malitiosè contra eos locutus fuerat, vel quale ipsi ad ejus perditionem consilium eidem dederunt, nunciaverunt. Quid plura? Fleverunt pariter & inter se sacramenta dederunt, diem statuentes in quo Cunibertus veniret, ut ipsi civitatem Ticinensem contraderent. Quod & factum est. Nam die statuto Cunibertus Ticinum adveniens ab eis libentissimè suscepitus, palatium suum ingressus est. Tunç omnes cives, & præcipue Episcopus, sacerdotes quoque & clerici, juve-

nes & senes, certatim ad eum concurrentes, omnesque cum lacrymis amplexantes, Deo gratias de ejus reverione inæstimabili gaudio repleti conclamabant. Quos omnes ille ut potuit consolans osculatus est. Nuncius subito ad Alachis pervenit, adimplesse Aldonem, & Grausonem quod ei promiserant, & caput Cuniberti attulisse, & non solum caput, sed & totum corpus, eumque affirmans in palatio sedere. Quod ille audiens animo consternatus est, multaque contra Aldonem, & Grausonem furibundus, & frendens comminans, exinde egressus, per Placentiam ad Austriam rediit, (172) singularisque civitates partim blanditiis, partim viribus sibi socias ascivit. (173) Nam Vincen-tiam veniens, contra eum ejus cives egressi bellum paraverunt, sed mox vieti ejus socii effetti sunt. Inde exiens Tarvisium pervasit, par modo etiam & reliquas civitates. (174) Cùmque contra eum Cunibertum exercitum colligeret, & Forojuliani in ejus auxilium juxta-fidelitatem suam vellent proficiisci, ipse Alachis ad pontem Lquentiæ fluminis, quod à Forojulii quadraginta octo millibus distat, & est in itinere Ticinum per gentibus, in sylva quæ Capulanus dicitur latens, cùm Forojulianorum exercitus sparsim veniret, omnes eos sicut veniebant jurare sibi conipulit, diligenter cavens ne aliquis ex hiis retro reversus ve-nientibus hoc aliis indicaret. Sicque omnes à Forojulii venientes ejus sunt sacramentis astri-cti. Quid plura? Cum omni Alachis Austria, è contra Cunibertus cum suis venientes (175) in campo, cui Coronatæ nomen est, (176) castra posuerunt.

C A P. XL.

Bellum Alachis adversus Cunibertum.

Ad quem Cunibertus nuncium misit, man-dans ei, ut cum eo singulare certamen iniret, nec opus esset utrorumque exercitum fatigari. Ad quæ verba Alachis minimè con-senit. Cui cùm unus genere Tuscus ex suis ei persuaderet, virum bellicosum, fortemque eum appellans, ut contra Cunibertum auden-ter exiret, Alachis ad hæc verba respondit: Cunibertus quamvis ebriosus sit, & stupidi cordis, tamen satis est audax, & miræ fortitudinis. Nam tempore patris ejus, quando nos eramus juvenculi, habebantur in palatio ber-bices (177) miræ magnitudinis, quos ille supra dorsum eorum lanam apprehendens, extenso brachio à terra levabat, quod ego facere non poteram. Hæc ille Tuscus audiens, dixit ad eum: Si tu cum Cuniberto pugnam inire sin-gulari certamine non audes, me jam in tuo adjutorio socium non habebis. Et hæc dicens, proripuit se, & statim ad Cunibertum confu-git, & hæc ipsi nunciavit. (178) Convenerunt ita-

- (164) Amb. & Mod. Cœperuntque tanto amplius &c. quan-to pervaforem.
 (165) Al. pervaforem, al. quando majori superbū inva-sorem Regni execrationi haberent. Sed non multum diu feritas, & cruda barbaries vi invasum Regnum obtinuit. Lind.
 (166) unus ei tremisse. Amb. & Mod. al. triens. MS. Lind. tremens.
 Tremissis genus nummi. Etiam in leg. Langobard. tit. 101. §. 62. leg. Bojoariorum tit. 3. §. 1., & alibi. Lind.
 (167) Amb. ei.
 (168) Mod. ut facta fuerant nota fecit. Audiens &c. & ita Lind.
 (169) fratrem suum Grausonem affatus omnia &c.
 (170) Al. Regno vitaque privarent. Lind.
 (171) Mod. desolatus. Al. desertus, & desitutus. Lind.

- (172) Amb. & Mod. Hisbriam semper, & ita legit alias Lindenbrog. Nec hæstandum videtur quin His-briam reponamus ex lectione eorum quæ sequuntur.
 (173) Mod. socians associavit, & junxit.
 (174) Al. reliquas civitates ut contra Cunibertum exercitum colligeret, utque Forojuliani in ejus auxilium &c.
 (175) AL Quid plura? Alabis & tota Istria contra Cuni-bertum cum suis venientes in campo &c. Lind. His-bria hic iterum habent Mod. & Amb.
 (176) Ad Abdæ fluminis ripas positus, ut ex capite se-quenti manifestè appareat.
 (177) Glofsar. πρόσωπον αριόν. Verbella, ovis verbix. Sic scriptum est apud Licinius Rufin. tit. de Abigeato-ribus. Leg. Francic. lib. I. cap. LXXV. & pa-sim in istis legibus. Lind.
 (178) Amb. hoc ipse illi nunciavit.

itaque, ut diximus, utræque acies in campo Coronatæ. Cùmque jam prope essent ut se contingere deberent, Zeno diaconus Ticinensis Ecclesæ, qui custos erat basilicæ beati Johannis Baptistæ, quæ intra eandem sita est civitatem, quam quondam Gundiberga regina construxerat, cùm nimium diligeret regem, & metueret ne rex in bello periret, ait ad regem: Domine rex, omnis vita nostra in tua salute consistit; si tu in bello perieris, omnes nos iste tyrannus Alachis per diversa supplicia extinguet. Placeat itaque tibi consilium meum. Da mihi apparatus armorum tuorum, & ego vadam, & pugnabo cum isto tyranno. Si ego abiero, tu recuperabis causam tuam; si verò viceris, major tibi quia per servum tuum viceris, (179) gloria ascribetur. Cùmque hoc rex se facturum esse denegaret, cœperunt eum (180) pauci qui aderant, ejus fidèles cum lachrymis depofcere, ut ad ea quæ diaconus dixerat, assensum præberet. Viñctus tandem, ut erat pii cordis, eorum precibus, & lachrymis, loricam suam, & galeam, atque ocreas, & cetera arma diacono præbuit, in que sua persona eum ad prælium direxit. Erat enim ipse diaconus ejusdem stature, & habitus, ita ut cùm fuisset de tentorio armatus egressus, rex Cunibertus esse putaretur ab omnibus. Commisum est itaque prælium, & totis viribus decertatum. Cùmque Alachis ibi magis intenderet ubi regem esse putaret, Cunibertum se extinxisse putans, Zenonem diaconum interfecit. Cùmque caput ejus amputari præcepisset, ut levato eo in conto, Deo gratias acclamarent, sublata casside clericum se occidisse cognovit. Tunc furibundus exclamans: Heu me, inquit, nihil egimus, quando ad hoc prælium gessimus ut clericum occideremus. Tale itaque nunc facio votum, ut si mihi Deus iterum victoriam dederit, quod unum puteum de testiculis impleam clericorum.

C A P. X L I.

Item bellum Cuniberti, & Alachis, & de victoria Cuniberti, & quomodo triumphans Ticinum ingressus est.

IGitur Cunibertus perdidisse suos conspiciens, (181) statim se eis ostendit, omniumq; corda

(179) Mod. *quia servus tuus vicerit &c.*

(180) *à eum, non leg. in Mod.*

(181) Al. *suos ferè viatos ad fugam spectare conspiciens.* Lind.

(182) Al. *cianque jam propinqua acies essent, & se utraque ad pugnandum conseruent &c.* Lind. Amb. *pro con-*

tingerent, leg. conjungerentur.

(183) Amb. & Mod. *Cianque ab Alachis sui deposcerent.*

(184) Notandum hic mos veterum Langobardorum Pa-
tronos gentis suæ in contis pingere solitos. Pre-
cipuus illorum cultus in S. Michaelem Archangelum
præter tempa in ejus honorem excitata, & historica plura monumenta, testes adhuc sunt

A sublato pavore ad sperandam victoriam con-
fortavit. Instruuntur iterum acies, & hinc Cunibertus, inde Alachis ad belli certamina præparantur. Cùmque prope essent, ut se utræque acies ad pugnandum congerent, (182) Cunibertus ad Alachis iteratò in hęc verba mandavit. Ecce quantus populus ex utraque parte consistit, quid opus est, ut tanta multitudine pereat? Conjungamus nos ego & ille singulari certamine, & cui voluerit Dominus de nobis, dare victoriam, omnem hunc populum salvum, & incolumen possideat. Cùmque Alachis sui hortarentur (183) ut faceret quod Cunibertus illi mandavit, ipse respondit: Hoc facere ego non possum, quia inter contos suos sancti Archangeli Michaëlis, ubi ego illi juravi, imaginem confuncio. (184) Tunc unus ex illis præ pavore, inquit, cernis quod non est, & tibi jam tardè est modò ista meditari. Conseruntur itaque acies perstrepentibus buc-
cinis, & neutra parte locum dante, maxima-
populorum facta est strages. Tandem crudelis tyrannus Alachis interiit, & Cunibertus adju-
vante Domino victoriam cepit. Exercitus quoque Alachis, comperta ejus morte, fugæ sub-
sidium arripuit, è quibus quem mucro non-
percultit, Addua fluvius interemit. Caputque Alachis detruncatum, cruraque ejus succi-
funt, informeque tantum, truncumque cadaver remansit. In hoc bello Forojulianorum exer-
citus minimè fuit, quia cùm invitus Alachis jurasset, propter hoc, nec regi Cuniberto, nec Alachis auxilium tulit, sed cùm illi bellum commisissent, ipsi ad propria sunt reversi. Ig-
tur Alachis hoc modo defuncto, rex Cuniber-
tus corpus Zenonis diaconi, ante fores basili-
cæ beati Johannis, quam ipse erexerat, mirificè sepeliri mandavit. Ipse verò regnaturus (185) cum omni exultatione, & triumpho vi-
ctoriæ, Ticinum reversus est.

D

E

nummi ab ea gente signati sacra illius imagine hastam & contum deferentis. Duos nuper aureos unius formæ exhibuit mihi vir literarum aman-
tissimus Hieronymus Antonius Reyna à Regiis Rationibus, rei monetariae peritia & officio præ-
stantissimus, eosque in Luitprando Rege descriptos dabimus. Argenteos etiam ejusdem formæ habuit Camillus Peregrinus, & utrosque à Beneventanis Dynastis excusos afferit ea fortasse conjectura, quod apud eosdem vicina Gargani montis religio frequentiorem S. Michaelis cultum reddiderit.

(185) Amb. *regnator.*

Explicit Liber Quintus de Gestis Langobardorum.

INCI-

INCIPIT LIBER SEXTUS

DE GESTIS LANGOBARDORUM.

C A P. I.

*Quomodo Romoaldus Tarentum cepit, & quomodo
Theuderada monasterium Sancti
Petri edificavit.*

Dum ista apud Langobardos trans Padum geruntur, Romoaldus Beneventanorum Dux, congregata exercitus multitudine, Tarentum expugnavit, & cepit, parique modo Brundusium, & omnem illam quæ in circuitu est latissimam regionem suæ ditioni subjugavit. Conjunx quoque ejus Theuderada, (1) eodem tempore foras muros Beneventanae (2) civitatis, Basilicam in honorem Beati Petri Apostoli construxit, quo in loco multarum ancillarum Dei coenobium instituit. (3)

C A P. II.

De morte Romoaldi, & quomodo corpus Beati Benedicti ad Gallias delatum est.

Romoaldus quoque postquam sedecim annos ducatum gessit, ab hac luce subtraetus est: (4) post quem ejus filius Grimoaldus tribus annis Samnitum populos rexit. (5)

(1) Mod. *Theodorata*.

(2) Aliis deest & *Beneventana*. Lind. & Mod.

(3) Mod. *constituit*.

(4) Hi verò anni (benè scribit Bollandus in commentario prævio ad vitam S. Sabini Episcopi Canusini) à morte patris, non à tempore quo is Regnum invasit numerandi videntur. Nam si anno demum DCLXIV. aut DCLXV. post Grecos à Beneventi obfusione depulso, casum Humorum operâ Lupum, bos ipsorum Foroijuli ejetlos, data Romoaldo est conjux, secundum jam aut tertium in principatu annum agenti, qui fiet verisimile, filio, qui nomijs triennium patri superstes fuit, iunctam matrimonio Vvigilindam filiam Bertaridi adhuc penè puerō (ut infra narrat Paulus) Deinde sequentium Ducum chronologia optime constabit, si Romoaldi exordium anno DCLXXI. quo mortuus est pater, vel DCLXXII. statuamus alias vacillatura. Successit itaque Grimoaldo vita functo anno Christi DCLXXI. imperavitque annis XVI.

(5) Sequitur laudatus Bollandus. Ei (nempe Romoaldo) subrogatus anno DCLXXXVII. Grimoaldo filius adhuc adolescentis sub cura Theodorada matris, ut in vita S. Sabini cap. 5. num. 16. dicitur &c. cùmque triennio in ducatu vixerit, ejus obitus anno DCXC. est alligandus.

(6) Al. *Vvinilinda*. Lind. *Vvinolinda*. Mod.

(7) Alias *Partbariti*. Mod. non legit & *Regis*.

(8) Grimoaldo Grimoaldi Regis nepoti Gisulfus defuncti Ducus frater successit anno dicto DCXC. congruitque firmata per Bollandum chronotaxis cum iis, quæ de ipso Gisulfo scribit Anastasius in Joanne VI., & noster infra cap. XXVII., unde illius obitus post decem & septem ducatus annos in DCCVII. incidit; atque hæc ideo distinctius notavi, ut subsequentium rerum chronologia clarius emergat.

(9) Al. *Vvimpurga*, al. *Vvimpurge*. Lind. MSS. nostris *Vvimpurga*.

(10) Al. *Monte*. Lind.

(11) Amb. *Cassini*.

(12) Amb. & Mod. *requiescit ab aliquantis &c.*

(13) Al. *Ceromannorum*, vel *Aurianensem*. Lind. Ambr. *Celmannorum*, vel *Aurelianensem*. Mod. *Celmannorum*, vel *Aurianensem*.

(14) S. nempe Aigulfus Monachus, idemque *Martyr*, de quo vide Acta SS. Bollandii, & Mabillonii à Mummulio illius Abbate missus, cui Cenomanni socii facti sunt, ut Adrevaldus in sua historia translationis scribit, & Franci mordicus contendunt.

A Huic in conjugio sociata fuit Wigilinda (6) soror Cuniberti, filia Bertaridi (7) regis. Defunctoque Grimoaldo Gisulfus ejus germanus ductor effectus est, præfuitque Benevento annis decem & septem. (8) Huic sociata fuit Winiberta, (9) quæ ei Romoaldum peperit. Circa hæc tempora, cùm in castro (10) Cassino, (11) ubi beatissimi Benedicti sacrum corpus requiescebat, (12) aliquantis jam elapsis annis, vasta solitudo existeret, venientes de Cenomannicorum, vel Aurelianensem (13) regione Franci, (14) dum apud venerabile corpus pernoctare (15) se simulassent, (16) ejusdem venerabilis patris, pariterque ejus germanæ venerande Scholastice ossa auferentes, in suam patrìam asportaverunt. Ubi singillatim duo monasteria in utriusque honorem (17) beati Benedicti, & sanctæ Scholastice constructa sunt. Sed certum est nobis os illud venerabile, & omni nectare suavius, & oculos semper cœlestia contuentes, cetera quoque membra quamvis in cinerem defluxa, (18) remansisse. Solum etenim singulariter Dominicum corpus non vidit corruptionem. Ceterū omnia Sanctorum corpora, in æternam postea gloriam reparanda, corruptioni subiecta sunt; his exceptis, quæ ob divina miracula sine labe servantur. (19)

C A P.

(15) Frequentissima apud veteres Christianos hujus verbi acceptio pro nocturnis precibus ac psalmodiis, de quibus D. Hieronymus, Tertullianus, aliisque.

(16) Amb. *simularent*.

(17) Amb. *in utrorumque honorem, hoc est Beati &c.*

(18) A. & in cinerem non leg. MS. Lind. *ilibata remansisse*. Mod. *catera quoque membra quamvis defluxa remansisse*.

(19) Celeberrimam ex hoc Pauli nostri capite controversiam de translatione corporis S. Abbatis Benedicti, ejusque sororis Scholasticae Casinates inter & Floriacenes Monachos, immo inter Italos nostros & Gallos multoties refricatam præstantissimi viri jamdiu pertractant. Attamen hic locus, quem ad suas quicunque partes trahere studet, ex meo instituto meam expetit qualecumque animadversionem. Quamobrem id unicè mihi necessariò tribuens, reliquam controversiæ partem è subsequentium Historicorum monumentis, vel Sum. Pontif. Bullis, Imperatorum, Regumque diplomatis excitaram, & si quæ sunt alia ad causam conducentia, in tanto assertionum confictu, peritioribus explicandam libentissimè relinquo. Refugit enim (ut Baronius, cuius ego non sum dignus vocari discipulus, in hac eadem re jam ante scripserat) refugit, inquam, *animus tam densus bujus controversie adire fininetur*.

Itali nostri Leonis Ostiensis auctoritate Pauli sensum ita explicandum contendunt, ut in prima orationis parte quæ tunc temporis de translatione corporis S. Benedicti circumferebantur ex vulgi ore referat; in secunda vero ea quæ sibi ex veritate comperta fuerant. Scribit Ostiensis in suo Chronico Casinatis cap. XLIV. *Qui verò Pauli Diaconi veracis utique & insignis Historiographi testimonio super hoc (nempe translat. corp. S. Benedicti, & Sch.) se fulciri existimat, noverint consuetudinem banc esse rerum gestarum Scriptoribus, ut in narratione sua opinionem vulgi sequantur. Nam & apud Lucam B. Maria Joseph patrem Domini appellat dicens: Ego & pater tuus dolentes querebamus te, & apud Marcum Herodes pro eo quod puerilla caput Baptista quaerierat dicitur contristatus, quod utrumque nequaquam verum fuisset nemo qui nesciat.* Addit ad hæc Laurentius Cassinensis in suo libello de vera exist. corp. S. Benedicti in Cassinensi Ecclesia pag. mihi 316. argumenta plura, ut Ostiensis explicationem firmet; ex quibus cùm solidiora Nuceus in appendices II. & III. ad Leonem ipsum, typis Romanis excusas, contrulerit, istius referam verba. *Mirum*

CAP. III.

*De Rodoaldo duce Foro-juliano, & de Ansfrit
qui ejus ducatum invasit.*

AT verò Rodoaldus, quem apud Forum-julii præmisimus ducatum tenuisse, cùm ab eadem civitate abesset, Ansfrit (20) de castro Reunia (21) ducatum ejus absque regis nutu pervasit. Quo comperto Rodoaldus in-

rum autem, scribit Nuceus, videri queat (quod notavit Lauretus) Pauli Vvarnefidi auctoritate Adversarios nisi. Cum Paulus postquam translationis, seu surreptionis memoriam suis inferisset commentariis, continuo subdat. Sed certum nobis est os illud venerabile, & omni nectare suavius, & oculos semper cœlestia contuentes, cetera quoque membra (nota) quamvis in cinerem defluxa remansisse: quo verborum circuitu quis non videt Paulum planè corrigeret, ac refutare narrationem, quam ex aliorum utique monumentis, non enim suo ovo id accidisse refertur, prius exscripterat & fortassis id scripserat & vulgaverat antequam apud Cassinates de rei veritate sincerius edoceri potuisset: unde id postea retractavit subiectens certum ipsi & Cassinatibus suis se integrum Benedicti corpus Cassini remansisse. Quippe non cineres tantum; sed os & oculos, & cetera, hoc est membra. Non ergo surrepta. In tertia vero appendice iterum argumentatur. Nam quod ex Pauli Diaconi testimonio regeritur, satis superque in precedenti nostra dissertatione rejectum est. Quid enim per os & oculos semper cœlestia contuentes animo percipere potuit Paulus; nisi catvariā tunc constarem cum cavo oculorum? Quid per cetera membra, nisi corporis universam compagem? Quod enim subdit licet in cinerem defluxa, non afferendo, sed permittendo, & ex mente Gallorum loquitur, quasi diceret. Quamvis vobis concedam in cineres membra defluxisse, communis ea est mortalium conditio; folus quippe Sanctus Sanctorum non vidit corruptiōnem. Cujus vi comparationis aperte indicat per membra cinerea aliud non intelligere voluisse, quam non incorrupta, sed in cineres sensim abeuntia, qua cinerum appellatione non infreenter accipi solere norunt eruditī &c.

Galli contra, pro quibus acerimè hucusque pugnauit viri doctissimi, quos in sua dissertatione recensuit eorum postremus Mabillonius seculo II. Benedictino, in hanc fermè sententiam hunc locum explicant, conceptis Mabillonii verbis. Paulus, scribit ille, S. Benedicti ossa Gallis concedit, sed membra in cineres defluxa Cassinatibus vindicat. Quia membra? os & oculos, & cetera id genus, id est carnea, quamvis in cinerem defluxa. Cetera, inquam, præter ossa, quae ante Gallis adsignaverat. Quippe nulla Cassinatibus membra concedit nisi in cinerem defluxa. Non ergo ossa, que non facile in cinerem resolvantur. Unde cum Paulus in lib. VI. cap. XL. ait Petronacem ad sacrum corpus B. P. Benedicti pervenisse, vel membra in pulvrem soluta synecdochicōs intelligit, vel potius tumulum ipsum, ex loquendi modo figurato, quo continens pro re contenta accipitur. Verum ita sit, Paulus priorem sententiam retractaverit: certè quia membra dicit remansisse Cassini, ea in cinerem defluxa affirmat &c. & infra. Denique certum est Paulum, non quidem secularem, sed jam Monachum in ipso Monasterio Cassinensi scribenda historia sue dedisse operam, quod patet tum ex hoc loco, ubi ait: sed certum est nobis os illud &c. remansisse, tum ex lib. I. cap. XXVI. ubi postquam S. Benedictum, quem suum ipsius Patrem identidem appellat, pluribus commendavit, de Marco Poeta ac Monacho, hoc scribit. HUC autem, hoc est in Cassini Montem perveniens, in magna se semper continentia coartavit. Et hæc omnia ex Marci Poeta carmine sumpsi, qui ad eundem Patrem HUC veniens &c. & paucis interpositis. Certum est hunc egregium Patrem vocatum cœlitus ob hoc ad hunc fertilem locum, ut hic multorum Monachorum, sicut & nunc Deo præsule facta est, congregatio fieret &c. Concludit tandem Mabillonius. Maneat ergo fixum Paulum non ex vulgi opinione, non ex ignoratione, sed ex sua & suorum Cassinatum sententia tum recepta locutum fuisse, dum Gallis ossa S. Benedicti, Cassinatibus cineres attribuit, nec unquam sententiam retractasse.

Hæc argumenta quæ Paulum nostrum respiciunt integra fermè retuli, ne partium studio teneri vi-

Tom. I.

AHistriam fugit, ac deinde navigio per Ravennam Ticinum ad Cunibertum regem pervenit. Ansfrit verò non contentus ducatum Forojulianensium regere, insuper contra regem Cunibertum rebellans, regnum ejus invadere voluit. Sed comprehensus in Verona, ad regem ductus, evulsius oculis in exilium retrusus est. Forojulianorum autem ducatum post hæc, Ado frater Rodoaldi loci servatoris (22) no-

mi-

B

derer; at minimè dissimulanda est lectio codicum nostrorum MSS. qui pro verbo *Requisibat* editorum, clare, atque sine ulla vitiâ scripture suspicione habent *REQUIESCIT*: eaque lectio concordat cum altero ejusdem Pauli capite, XXVI. nempe libri I. ubi legimus. Denique cum divina admonitione à Sublacu in bunc ubi requiescit locum per quinquaginta fere millia adveniret &c. Si vero genuina hæc fuerit, ut ex antiquo præsertim Ambrosiano codice, cuius specimen in hac nostra editione exhibuimus, persuadere mihi non temere possem, jam Paulum nostrum Italos, & Cassinatibus suis faventem haberemus: Quinimmo ex altera subsequenti nostrorum Codicum lectione argumenta Gallorum enervata conciderent, si vere, ut est in Ambrosiano, & Modoetiensi, Paulus scripserat: Sed certum est nobis os illud venerabile, & omni nectare suavius, & oculos semper cœlestia contuentes, cetera quoque membra, quamvis defluxa remansisse. Quippe sensus esset (nisi fortasse hallucinor) pro comperto habuisse Paulum in Cassino servari corpus S. Benedicti, nempe os, & oculos, & cetera membra, quamvis defluxa, hoc est sua compage soluta: atque is ideo insigniora illa membra designavit, ut sacram pignus magnificaret: continebat enim os illud omni nectare suavius, & oculos semper cœlestia contuentes. Nec satis conitare puto quod Mabillonius absolute asseruit, Paulum nostrum postquam Monachum induerat in Cassino Monte hanc Langobardorum historiam scripsisse, quamquam vir doctissimus digna ingenio suo utatur conjectura, quippe scrupulus adhuc restat ex Leonis Ostiensis cap. XV. sui Chronicæ, ubi de accusato Paulo verba faciens, Carolum Regem in virum scientissimum misericordia motum ita proceres suos alloquutum fuisse narrat: dicere quid super hoc vobis videtur: at illi julete, inquit, ut eruantur ejus oculi, ne aliquando alias aliquid contra vos literas dirigat. Et ubi, vel quando, ait Rex, tam in ignem Historiographum, aut Poetam inventire valebimus? Ergo antequam accusatus historiam Paulus scripserat, testimonio Leonis, Vvarnefidi ex proximioris, qui bene illum noverat, multaque nobis de illius vita, gestisque servavit, quæ alibi frustra quæsierimus. Mettersum quidem Episcoporum historiam Paulus scripserat: ut quis homo præsertim Gallus tanti fecerit, ut in admirationem traheret, ejusque merito iram excuteret? Accedit etiam vetustius alterum ab Hilderico Abate non obscurum argumentum in epitaphio, quo Magistri vitam, & memoriam celebravit: in eo legimus

Divino instinctu regalis protinus aula

Ob decus & lumen patriæ te sumpsit alendum:

Cum tua pof Tibriderem populis & Regibus altis

Tunc placida cunctis vita, studiumque maneret:

Omnia Soplia cepisti culmina sacra,

Rege monente pio Ratibis, penetrare decenter,

Plurima captasses dignè cum dogmata: cuius

Replendens cunctas, superis ut Pœbus ab astris

Arcticas rutilo decorasti lumine gentes.

Quibus, ni mea fallit sententia, Langobardorum historiam innuit. Hinc sequitur Pauli monachatum describens

Hæc sint jam nimium fluvi di cum gloria seculi &c. resque in eo statu ab eodem gestas enumerat, ut in integra illius epitaphii lectione ante nostram editionem. Atque inde conjecterim ipso Rachis Rege hortante scribendæ historiæ primam manum admovisse, utcumque in Cassino monte fractis Langobardorum rebus fortassis absolverit. Sed plura iam oneri essent.

(20) Al. Aufridus. Lind.

(21) Al. Reuma. Lind. sed servanda prima lectio, ut alibi notavi.

(22) Al. servationis. Lind.

Loci Servatores sunt qui mittuntur à præfectis prætorio, vel comitibus, vel præsidibus juris dicendi causa, ut explicat D. Cujacius observationum lib. III. cap. XIV. Lind.

Eccc

mine per annum, & menses septem gubernavit.

C A P. IV.

De Synodo, que apud Constantinopolim facta est, & de epistola Damiani Episcopi.

DUm hæc in Italia geruntur, hæresis apud Constantinopolim orta est, quæ unam in Domino nostro Jesu Christo voluntatem, & operationem asseverabat. (23) Hanc autem hæresim excitarunt Gregorius (24) Patriarcha Constantinopolitanus, Macarius, (25) Pyrrhus, Paulus, & Petrus. (26) Quam ob causam Constantinus Augustus, centum quinquaginta Episcopos congregari fecit: (27) inter quos etiam fuerunt legati sanctæ Romanae Ecclesie, missi ab Agathone Papa, Johannes Diaconus, & Johannes Portuensis Episcopus, (28) qui omnes eandem hæresim damnaverunt. Eâ horâ tanta aranearum telæ in medio populi ceciderunt, ut omnes mirarentur. Ac per hoc significatum est, quod fortes hæreticæ pravitatis depulsæ sint. (29) Et Gregorius quidem Patriarcha correctus est, ceteri verò in sua defensione (30) perseverantes anathematis ultione perculsi. (31) Eo tempore Damianus Ticinensis Ecclesie Episcopus, sub nomine Mansueti Mediolanensis Archiepiscopi, hac de causa satis utilē, recteque fidei Epistolam composuit, quæ in præfata synodo non mediocre suffra-

- (23) Monothelitarum hæresis, in Oriente initium habuit non his temporibus, ut noster asserit, sed vel ab ipso Christi anno DCXVI. eruditorum dissertationibus plurimi investigatum. Hoc tempore, scilicet anno DCLXXX. Sexta Synodus ad eam extirpandam S. Agathone Summo Pontifice, atque imperante Constantino Pogonato coacta fuit. Extant illus acta, quæ Baronius supplenda contendit scriptis Anastasii Bibliothecarii in vita dicti Pontificis.
- (24) Mod. Georgius, & sic infra: eaque lechio genuina: Constat enim Georgium Constantinopolitanum Patriarcham Sextæ Synodo cum Macario interfuisse, duo præcipua Monothelitarum capita: Georgius meliore contilio ab errore resipuit, ut Paulus etiam infra narrat.
- (25) Antiochenus Episcopus maximus ille falsarius, qui latè per Synodum sententiâ ab honore decidit Pontificatus.
- (26) Et hi quoque Constantinopoli Patriarchæ. Vide Zonaram, & Theophanem.
- (27) Numerus Episcoporum (scribit Baronius) qui Synodo interfuisse dicuntur, diversus à diversis Auctoriibus ponitur: ducentos octoginta novem habent Annales Gracorum, tam apud Cedrenum, quam apud Theophanem. Ptolemaeus in epistola, sive libello de Synodi numerat centum septuaginta, centum verò quinquaginta Paulus Diaconus. Theodorus Balsamo ponit centum septuaginta & unum. In ultima autem actio ne ejusdem Synodi numerantur subscripti omnes Episcopi cum Legatis, Presbyteris, & Diaconis centum sexaginta sex: verum ipso Synodi exordio longè minor numerus habetur, quod Episcopi omnes tanta brevitate temporis minime pervenire potuerint Constantinopolim. His addo Anastas. in S. Leone II. CL. Patres & ipsum numerantem.
- (28) Alias Episcopos Tulenesis. Lind. Anastasius Pontificios Legatos Constantinopolim ab Agathone missos Synodi celebrandæ causa, suscep tis divalibus Dono prædecessori suo missis ita nominat: Et direxit Abundantium Paternensem, Joannem Reginatum, & Joannem Portuensem Episcopos, Theodorum, & Georgium Presbyteros, Joannem Diaconum, & Constantium, Theodorum Presbyterum Ravennatum, atque religiosos servos Dei Monachos &c. Hi ab Imperatore honore maximo accepti fuerunt, atque dimissi, fraudem Macarii in Synodo detexerunt, & rectam Romanorum Pontificum fidem optimè vindicarunt.
- (29) Hæc item ex nostris narrant Anastasius, & Histor. Miscella.
- (30) Mod. diffensione.

A gium tulit. (32) Recta autem & vera fides hæc est, ut in Domino nostro Jesu Christo, sicut duæ sunt naturæ, hoc est, Dei & hominis, sic etiam duæ esse credantur voluntates, sive operationes. Vis audire de eo quid deitatis est? Ego, inquit, & pater unum sumus. Vis audire quid humanitatis? Pater major me est. Cerne secundum humanitatem eum in nave dormientem; cerne ejus divinitatem, cùm Evangelista ait, Tunc surgens imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Hæc est sexta synodus universalis, Constantinopoli celebrata, quæ Græco sermone conscripta, temporibus Papæ Agathonis, exequente, ac residente Constantino principe intra septa palati sui. (33)

C A P. V.

De Eclipsi lunæ, & solis, & de pestilentia que Romæ, & Ticini facta est.

His temporibus per indictionem octavam Luna eclipsin passa est. Solis quoque eclipsis eodem penè tempore, hora diei quasi decimâ, quinto Nonas Majas effecta est, (34) moxque subsecuta est gravissima pestis tribus mensibus, hoc est, Julio, Augusto, & Septembrio: Tantaque fuit multitudo morientium, ut etiam parentes cum filiis, atque fratres cum sororibus, bini per feretra positi, apud urbem Romam ad sepulchra deducerentur. (35) Par etiam

- (31) Amb. & Mod. perseverantes anathematizati sunt divina ultione perculsi.
- (32) Eminentissimus Baronius in notis ad Martyrologium Paulum nostrum erroris arguit hoc loco, quod asserat S. Damianus Papiensem Episcopum epistolam scripsisse nomine Mansueti Archiepiscopi Mediolanensis ad Constantinopolitanam Synodum contra Monothelitas, cùm in Concilio Romano sub Agathone reperiatur subscriptus Magnus, non autem Damianus Episcopus Papiensis. Sed (respondet Ughellus communiter probatus) si vir peritissimus rerum Ecclesiasticarum rectius bac vice calculos posuisset, advertissetque Magnum Popilensem se subscriptisse, non Papiensem, Anastasiumque, qui eo Concilio interfuerat processisse tunc nostrum Damianum Papiensem Episcopum, non adeò demissus fuisset Paulum Diaconum, qui eam epistolam attribuit Damiano Episcopo, qui per id tempus tantum Presbyter erat, illamque epistolam dictaverat amo, antequam succederet Anastasio, qui etiam ipse Romani Concilii decretis subscriptisse repertus. Nec tamen Paulo Diacono dandum vitio est si duxerit jam referre dixisse an Presbyter, an Episcopus Damianus epistolam illam conficerit: gravi enim Historico facile fuit unius anni morulam contempsisse ab exarata epistola.
- (33) Quod vulgo Trullus, vel Trulla appellabatur, & ut alii scribunt Tholus à forma superimpositæ testudinis.
- (34) Lunaris hujus eclypis meminit etiam Anastasius in Agathone his verbis: Indit. VIII. Luna eclypsim pertulit mense Junio, die XXVIII. Sed Pagi in Critica-chronolog. ex Calvisio in opere Chronologico reponit XVIII. feria secunda ineunte, hora tantum dimidia post mediam noctem, anno Christi DCLXXX., in quem incidit VIII. inditio. Solarem vero, quam hic narrat Paulus, idem Calvisius probat præcessisse lunarem, factamque anno precedenti die XIII. Julii, feria quarta, horas quatuor post meridiem.
- (35) Similia de peste que Romæ, atque in suburbis, & castris hoc tempore graffata est penè ad verbum habet Anastasius in S. Agathone. Ticinum etiam Regiam Langobardorum urbem eadem calamitate desolatam addit Paulus, donec allatis ab urbe Roma B. Sebastiani Martyris reliquiis, atque altare constituto in Basilica B. Petri ad vincula, dira lues cessavit. Appellationem S. Petri ad vincula urique Romæ, ac Ticinensi basilica commune in eam sententiam traxisse puto doctis, Baronium, aliquoque, ut ab hoc Pauli capite dedicatio alta.

etiam modo hæc pestilentia Ticinum quoque depopulata est, ita ut cunctis civibus per juga montium seu per diversa loca fugientibus, in foro & per plateas civitatis herbae, & frumenta nascerentur. Tuncque visibiliter multis apparuit, quia bonus & malus angelus noctu per civitatem pergerent, & ex iussu boni angeli, malus angelus, qui videbatur venabulum manu ferre, quotiens de venabulo ostium cujuscunque domus percussisset, tot de eadem domo die sequenti homines interirent. Tunc per revelationem cuidam dictum est, quod pestis ipsa prius non quiesceret, quam in Basilica Beati Petri, quæ ad Vincula dicitur, Sancti Sebastiani Martyris altarium poneretur. Factumque est, & delatis ab urbe Roma Beati Sebastiani martyris reliquiis, mox ut in jam dicta basilica altarium constitutum est, pestis ipsa quievit.

C A P. VI.

Quomodo per antiquum hostem Aldoni, & Grausonem nunciatum est, quod eos Cunibertus occidere vellet.

Rex verò Cunibertus, dum post hæc cum stratore suo, qui lingua propriâ Marpahis dicitur, consilium iniret in civitate Ticinensi, quomodo Aldonem, & Grausonem vitâ privare deberet, repente in fenestra, juxta quam consistebant, una de majusculis musica confedit. (36) Quam Cunibertus cultello ut extingueret percutere volens, ejus tantum pedem abscondit. Aldo verò, & Grauso, dum ad Palatium regis consilium nescientes venirent, cum basilicæ sancti Romani martyris, quæ prope Palatium sita est, (37) propinquassent, repente eis obvius quidam claudus uno pede truncato factus est, qui eis dixit, quod eos Cunibertus, si ad eum pergerent, occisorus esset. Qui hæc audientes, magno timore correpti, post altarium ejusdem basilicæ confugerunt. Moxque Cuniberto regi nunciatum est, quod Aldo, & Grauso in basilicam Beati Romani martyris confugissent. Tunc Cunibertus stratorem suum arguere coepit, ut quid consilium suum prodere debuisset. (38) Cui suus strator ita respondit: Domine mi rex, tu scis, quia postquam hoc consiliati sumus, ego à tuo conspectu non exivi, & quomodo hoc alicui dicere potui? Tunc rex ad Aldonem, & Grausonem misit, interrogans eos, ad quid in lo-

altaris ad honorem S. Sebastiani Martyris in Romana S. Petri ad vincula basilica repetatur, adspulante potissimum varia lectione, quam in margine adnotaverat ad ea verba ab urbe Roma, quorum vice posuit ad urbem Romanam, ut fensus sit à cœtum allatum fuisse in Urbem corpus S. Sebastiani, ut interpretatur Sagonius lib. 2. de Regno Italicæ: ea verò neque in Lindebroganis, neque in nostris MSS. occurrit. Ticinensis rerum Scriptores uno ore asserunt S. Damianum Episcopum, quem paulo ante noster memoravit, S. Martyris reliquias à Romano Pontifice imprestasse, & solemnni pompa, erecto in ejus honorem altari in Ecclesia S. Petri ad vincula collocasse, addito voto, quo se, Clerumque adstrinxit, ut tribus diebus ante festum, iploque festo die Episcopus cum Clero solemnibus inititutis supplicationibus accederet sacra facturus. Asserit etiam Baronius extare adhuc in Romana Basilica ex musivo opere imaginem ejusdem Sancti, ut verè nostris etiam diebus aspicitur, promissa barba, unde commune pictorum error arguitur; At ego licet de Romani Altaris antiquitate discordare non ausim: facile quippe in ea calamitate paulo ante hoc Ticinente dedicatum fuit, hic Paulum de Ticinensi loquutum fuisse crederem, doctissimique viri conjectura subscrivo; ab eo usque tempore propa-

A cum sanctum confugium fecissent? Qui respondentes dixerunt, quia nunciatum est nobis, quod nos dominus Rex occidere veller. Iteratò rex misit ad eos, sciscitans quis fuit ille, qui eis nunciaverit, mandans, ut nisi ei nunciatorem proderent, ejus gratiam invenire non possent. Tunc illi sicut factum fuerat, regi narraverunt (39) dicentes, claudum hominem obvium se habuisse, qui unum pedem truncatum habebat, & genu tenus crure ligneo utebatur: & hunc fuisse sui interitus nuncium. Tunc intellexit Rex, muscam illam cui pedem truncaverat, malignum spiritum fuisse, & ipsum sui secreta consilii prodiisse. (40) Qui statim Aldonem, & Grausonem in sua fide de eadem Basilica suscipiens, eisdem culpam pepercit, & in reliquum eosdem in loco habuit filiorum. (41)

C A P. VII.

De Felice Diacono Grammatico.

Eo tempore floruit in arte Grammatica Felix, patruus Flaviani præceptoris mei, quem in tantum Rex dilexit, ut ei baculum argento, auroque decoratum, inter reliqua suæ largitatis munera condonaret.

C A P. VIII.

De Johanne Bergomensi Episcopo.

Per idem quoque tempus Johannes Episcopus Bergomensis Ecclesie, vir miræ sanctitatis extitit. Qui cum regem Cunibertum in convivio dum sermocinarentur offendisset, rex ei ad hospitium revertenti equum ferocem & indomitum, qui immenso fremitu super sedentes terræ allidere solebat, præparari fecit. Cui cum Episcopus supersedisset, ita mansuetus extitit, ut eum blando incessu usque ad domum propriam deportaret. Quod rex audiens, & Episcopum ex eo die honore debito coluit, & ei ipsum equum, quem sua sessione dedicaverat, dono largitus est. (42)

C A P. IX.

De stella obscura, quæ tunc apparuit, & de eructatione Vesuvii montis.

Hac temestate noctu stella juxta vergilias, (43) cœlo sereno, inter Domini natalem,

&

gatam ad posteros tunc religionem, ut petit tempore ad eam propulsandam S. Martyris nomen invocetur.

(36) Alias de aviculis musica confedit. Lind.

(37) Verba qua prope palatium sita est, non leg. in Amb.

(38) Al. auius est. Lind.

(39) Amb. mandaverunt.

(40) Amb. secreti nuncium fuisse.

(41) Amb. & Mod. fidelium.

(42) Interfuit S. Joannes Episcopus Bergomensis Concilio Romano contra Monothelitas sub S. Agathone Papa, & cum Cuniperto Longobardorum Regi (scribit Ughellus) Duce Grimoaldo, quem ab Arriana secta traduxit ad Cbrisum, unicè carus est, ab iisdemque in favorem sua Ecclesia quamplura privilegia retulisset, denum cum Cuniperto contra Alacium Ducem Tridentum Arriana secta sequacem profectus ad bellum, ab improspéro fortuna eventu irreparabili cum Rege detrimento accepto, bauit longè à Bergamo post exquisita tormenta, carcereisque squalorem ob Catholicam fidem à superbo impioque viatore cæsus est in ipso D. Alexandri templo, ibique tumulatus &c.

(43) Amb. vigilias, ut in editis Anastaïi exemplaribus: placet prima lectio; nam quæ ῥαϊδις; Græcis, Vergilie Latinis dicuntur notissima Stellæ.

& theophaniam, apparuit, omnimodo inumbrata, veluti cum Luna sub nube est constituta. Post hæc mense Februario, (44) die media, stella ab occasu exiit, quæ cum magno fulgore in partes orientis declinavit. Dehinc mense Martio Vesuvii eructavit incendium. (45) per dies aliquot, & omnia videntia circumquaque præ pulvere, & cinere illius exterminata sunt.

C A P. X.

Quomodo gens Sarracenorum Africam cepit, & Carthaginem diruit.

Tunc Sarracenorum gens infidelis, & Deo inimica, ex Ægypto in Africam (46) cum nimia multitudine pergens, obfessam Carthaginem cepit, captamque crudeliter depopulata est, & ad solum usque prostravit. (47)

C A P. XI.

De morte Constantini, & regno Justiniani, & victoria ejus de Sarracenis.

Intra hæc Constantinus Imperator apud Constantinopolim moritur, & ejus minor filius Justinianus Romanorum regnum suscepit, cuius per decem annos gubernacula tenuit. (48) Hic Africam à Sarracenis abstulit, & cum eisdem pacem terra marique (49) fecit. (50) Hic Sergium Pontificem, quia in erroris illius synodo, quam Constantinopoli fecerat, favere, & subscribere noluit, misso Zacharia protospatario suo, (51) jussit Constantinopolim deportari. Sed militia Ravennæ, vicinorumque partium, jussa principis nefanda con-

A temnens, eundem Zachariam cum contumelias ab urbe Roma, & injuriis pepulit. (52)

C A P. XII.

Quomodo Leo Justiniani in exilium trufi regnum invasit.

Contra hunc Justinianum Leo Augustalem dignitatem arripiens, eum regno privavit; Regnumque Romanorum tribus annis regens, Justinianum exulem in Ponto servavit. (53)

C A P. XIII.

Quomodo Tiberius Leonem superans, & in carcerem conjiciens, Imperator effectus est.

Rursumque Tiberius contra hunc Leonem insurgens, (54) regnum ejus invasit, eumque toto quo ipse regnavit tempore, in eadem civitate in custodia tenuit. (55)

C A P. XIV.

Quomodo Papa Sergius Aquilejensem Synodum, nolentem sanctam quintam Synodum suscipere, correxit.

Hoc tempore Synodus Aquilejæ facta ob imperitiam fidei, quintum universale concilium (56) suscipere diffidit, donec salutaribus Beati Papæ Sergii monitis instructa, & ipsa cum ceteris Christi Ecclesiis annuere consentit. (57) Facta autem est hæc Synodus Constantinopoli, temporibus Vigilius Papæ, sub Ju-

sti-

versia, sed plures anno Christi DCXCL assignant. Vide Baronium anno sequenti, ubi causas omnes refert cur Sergius Synodo subscribere recusavit.

(53) Exacto anno decimo Imperii, ut scribit Nicephorus, Justinianus II. à Leontio Patricio, quem noster Leonem appellat, ab Imp. exturbatus est. Hunc Justinianus Orientalibus copiis Praefectum honore privaverat, & integro triennio in custodia habuerat: mox dimissum Græcia præficerat. Memor Leontius injuriarum, juvante Callinico Patriarcha, quem Imp. paulo ante occidi manda- verat, in Justinianum insurgit, exosumque populi ob nimiam saevitiam facile deponit, lingua, nasoque mutilatum in Chersonensem urbem deportat. Justiniano ab ea calamitate cognomen Ribi-notmeti, græco vocabulo est additum.

(54) Amb. rebellans.

(55) Apsumarus militari favore in Imperium sublimatus, mutato nomine Tiberius appellatus, comitate navalی classe, quæ ab Africa postquam eam Saraceni occupaverant re infecta redibat, Constantinopolim veniens Leontium anno Imperii sui tertio cepit, nasoque mutilatum in Monasterio Dalmatæ servandum militibus tradidit, ut Theophanes, & Zonaras narrant.

(56) Alias qua tunc universale Concilium. Lind.

(57) Hec Paulus ad verbum ex Beda lib. VI. de statibus mundi, & firmat Anastasius in Sergio, hoc scribens. Hujus temporibus Aquilejensi Ecclesia Archiepiscopus, & Synodus qua sub eo congregata est, qui Sanctum quintum universale Concilium utpote errantes suscipere diffidebant, ejusdem Beatissimi Papa monitis, atque doctrinis instruisti, conversi sunt, idemque venerabile Concilium cum satisfactione suscep- runt. Et qui prius sub erroris vitio tenebantur, do-ctrina Apostolica Sedis illuminati cum pace confor- miter veritati ad propria relaxati sunt (vel ut alias legitur reverti sunt). Id autem quo pacto evenerit fuisse explicat Eminentissimus Norisius, ex quo præcedenti lib. IV. cap. 34. Schismatis historiam usque ad divisionem Aquilejensis Diocesenos repetit. Prosequitur laudatiss. Auctor cap. I. §. VI. ea quæ per Schismaticos gesta sunt post Agilulphi mortem, cum Theodolinda Regina, accepta à

D.

- (44) Addit Anastasius & diem, nempe post Natale S. Valentini.
- (45) Mod. *Vesuvius eructavit per Dr. A. Bebius eructavit.* Ita Lindenbrog. & edita Anastasi vita Pontiff. Cùmque est auctor hæc eveniente referat sub Benedicto II., unicus illius annus in Pontificatu, nempe Christi DCLXXXIV. designatur. At hæc non bene Paulus illigat cum irruptione Saracenorum in Africam, de qua capite sequenti.
- (46) *ex Ægypto, & Africa.* Mod. & Lind.
- (47) Abdulmelicus Caliphæ post subiectam Arabiam Felicem Hasanum ad hanc expeditionem dimisit, eumque Ducus Occidentis titulo insignivit. Is Carthaginem obfisione cinxit, & impressione facta occupavit, murosque nobilissimæ urbis ad solum usque deltrixit, anno Christi DCXCVI. ut ex Noweirio Arabe firmat Pagius in dicto anno.
- (48) Constantinus Pogonatus ex Anastasi testimonio in Joanne V. defunctus est initio mensis Septembri XIV. Indict, quæ ab eo mense incepérat, anno Christi DCLXXXV. Successorem in Imp. reliquit Justinianum hujus nominis II. annos sexdecim viii attingentem, ut scribunt Theophanes, Zonaras, & Nicephorus, neque alia de causa Paulus minorem appellat, nisi legendum sit: & ejus filius Justinianus minor &c.
- (49) Mod. & Lind. *trans maria.*
- (50) Pacem hanc Scriptores omnes Byzantini, & præci- pue Theophanes, Romane Reipublicæ valde perniciosem improbant, quod Justinianus dimisissi Mardaitis Imperii vires frigerit.

- (51) *Spatharii erant corporum cultodes.* Cedrenus: ὅτι σπαθάριος, ὁ σωματωφύλακτος εἰσήν. Inde Protopspatarius. Europolara: Ο πρωτωσπάθαρος λέγεται, ὅτι λαζαρί μὲν τὸ ταλαιπωρεῖται πρῶτον καὶ σπαθαρίων παραμονῆν: νῦν δὲ αὐδημίσιαν ὑπερεσταν ἔχει. Lind.
- (52) Fuisse hæc narrat Anastasius in Sergio. Trullana hec Synodus quinisepta etiam appellata paucis post annis celebrata fuit in Trullo magni palatii Constantinopolitani, ad supplendam, ut Græci præferabant, Quintam & Sextam Synodos, in quibus nulli canones editi erant ad disciplinæ restauracionem, & reformationem morum. De anno celebrazione illius maxima inter eruditos contro-

stiniano principe, contra Theodorum, & omnes haereticos, qui beatam Mariam solum hominem, non Deum & hominem genuisse affirmabant. In qua Synodo catholice est institutum, ut beata Maria semper virgo, Θεοτόκος diceretur, (58) quia sicut catholica fides habet, non hominem solum, sed verè Deum, & hominem genuit.

C A P. XV.

De Theodaldo rege Anglorum, quomodo Roman veniens baptizatus est, statimque obiit.

His diebus Cedoaldus rex Anglorum Saxonum, qui multa in sua patria bella gefserat, ad Christum conversus Romanam prope ravit. (59) Qui ad Cunibertum regem veniens, ab eo mirificè suscepimus est: is cum Romanam per venisset, à Sergio Papa baptizatus, Petrusque est appellatus, & adhuc in albis constitutus, (60) ad regna cœlestia migravit. Cujus corpus in Basilica beati Petri sepultum est, & hoc super se epitaphium descriptum habet:

D. Gregorio Mag. V. Synodo, monitisque satis edicta Catholicis manifesto adhaesit, unde Firmianus, Petrus, Providentius, aliique Istræ Episcopi ad nos accesserunt, eoque exemplo nonnulli Venetiæ Antistites sub Langobardorum ditione constituti, solis Aquilejensibus in rebellione perverantibus, eo potissimum tempore, quo pauci admodum in orbe universo V. Synodum recipere recusabant. Schismaticis paulopost sub Adaloaldo Rege accessit Agrestinus ille Monachus Luxoviensis Monasterii, qui per Aureum ejusdem Regis Notarium ad S. Attalam Bobiensem Abbatem literas mittere non erubuit, ad detestandum schisma sollicitatus. Postremò Fortunatus Episcopus Gradiensis, quem supra notavi ad Schismaticos aufugisse, sublato Gradiensi Ecclesiæ thesau-ro. Hac perdurasse schisma usque ad notata ferme Sergii tempora indubie demonstrant. At uterque citatus Cardinalis observat sub Martino Papa Aquilejensem Antistitem anno DCXLIX. Synodo Lateranensi interfuisse, itemque sub S. Agathone subscrispsisse literis ad Imperatorem datis, & cum eo plures ipsius Episcopi suffraganei. At non unica hæc difficultas: emergit altera ex Pauli nostri verbis, immo Bedæ, quem ille transcripsit, scilicet: an Synodus quæ in hoc Pauli capite Aquileja facta dicitur eadem illa sit quæ Pelagii Papæ I. tempore, an altera iterum Sergii tempore coacta. Priorem sententiam sequuntur Bardonius, & Norisius, postremus ea potissimum nixus conjectura quod ex illo adverbio donec non obscurè colligatur, quod ille error, ac pravum de Synodo V. judicium diu ante Sergium apud Aquilejenses invaluerat. Alteram Bollandus in notis ad vitam S. Honorati, Pagius in Critica-chronol. ad annum Christi 699. Sc alii plures. Palladius junior in historia Forojuliensi vernacula scripta Bedæ, ac Pauli nostri lectionem corrigit, & loco Sergii Pelagium reponit, itaut ad primos accedit, sed huic, Bedæ, & Pauli nostri codices repugnant. Bollandius incongruum credidit, Sergium Synodum illam correxisse dici, quæ 150. & amplius annos præcesserat, Pagiusque putat Paulum Bedæ proximiorem illius mentem tenuisse, maximè cum citatis Anastasii verbis, sub Aquilejensi Episcopo, qui Sergii tempore sedebat, Synodus coacta dicatur, congruitque temporis ratio cum Pauli chronotaxi hæc ad Tiberii Absimarii tempora referentis. Inter omnes convenit schisma quod Vigilio Papa factum est sub Sergio tandem, Deo juvante, cessasse.

(58) MS. Lind. *semper virgo, non sicut Theodorus dicebat, sed sicut Catholica &c.*

(59) Cedoaldum, quem vocat noster, Beda Cedvald, Cedvallam, vel Ceadvallam nominat, & Angli quos recenset Baronius ad annum DCLXXXIX. Cedvalradum. Nonnulli Britannorum, non vero Tom. I.

A Culmen, opes, sobolem, pollutia regna, triumphos,

Exuvias, proceres, moenia, castra, lares:

Quæque patrum virtus, & quæ congeserat ipse

Cedoald armipotens, liquit amore Dei, (61)

Ut Petrum sedemque Petri rex cerneret hospes,

Cujus fonte meras sumeret almus aquas, (62)

Splendificumque jubar, radianti carperet haustu,

Ex quo vivificus splendor ubique fuit, (63)

Perspiciensque alacer recidiva præmia vite,

Barbaricam rabiem nomen & inde suum.

Conversus convertit ovans, Petrumque vocari

Sergius antistes jussit ut ipse pater.

Fonte, renascentis quem Christi gratia pur-

gans, (64)

Protinus albatum vexit in arce poli. (65)

Mira fides regis, clementia maxima Christi,

Cujus consilium nullus adire potest.

Sospes enim veniens supremo ex orbe Britan-

ni, (66)

Per varias gentes, per freta, perque vias.

Urbem Romuleam vidi, templumque veren-

dum

Aspexit Petri, mystica dona gerens.

Candidus inter oves Christi sociabilis ibit,

Corpo nam tumulum, mente supernatenet.

Com-

Saxonum Regem fuisse contendunt, quos inter Sanderus ab eodem Cardinale citatus, ilque Paulum erroris arguit, quem, si revera fuisse, in Bedam vertere debuerat, cum ex eo noster hæc de Cedwalla Rege, ut alia plura exscriperat: ad emendationem Galfridi auctoritate nituntur, qua ut se Baronius expediatur, tres uno tempore Cedvallas ex ipso Beda recenset; primum, eumque Regem Britonum anno DCXXXIII. alterum a Beda memoratum anno DCLXXVIII. diversum a nostro, quicque successorem habuit postremum Cedvallam. Verum Alfordus (ut notavit Pagius in Critica) anno LCLXXXVII. num. X. ostendit Cardinalem doctissimum falli tam in numero, quam in patria, & genere Cedvallarum: Duo enim tantum Cedvalla fuere, & Cedvalla secundi successor, non Cedwalla, sed Ina, seu Ine appellatus fuit. Ex duabus Cedvallis unus revera Britannus, alter Saxon fuit, nec solum titulo tenus Saxonum Rex, quia Saxonem debellavit, ut arbitratur Baronius, sed quia de regio Saxonum genere editus est, ut Scriptores Angli constanter assertunt. Annum baptismatis Cedvallæ ita notat citatus Beda: Pontificatum agentis Sergio, baptizatus est die Sancto Sablati Paschalis, anno ab Incarnatione Domini sexagesimo ocluagefimo nono: & in alibi adiuc positus, languore corruptus, duodecimo Kalendarum Majarum die solutus est à carne &c. Martyrologio Anglicano Cedwallæ Regis nomen inscribitur, & inter sanctos numeratur.

(60) Causa hujus ritus explicatur distinctione IIII. Tit. quare cand. vest. trad. Christ. Post baptismum traditur Christianis vestibus candida, que significat innocentiam, & puritatem Christianam, quam post ablatas veteres maculas studio sanctæ conversationis immaculatam servare debet ad representandam ante tribunal Christi. Cuncti vero renati altis induuntur vestibus ad ministerium resurrecti Ecclesie. Item utuntur baptizati albis vestibus, ut quorum prima nativitas faciem vetusti erroris pannus fuscaverat, babytus secundæ regenerationis gloria preferat indumentum; tegitur enim post sacramunctionem caput ejus mystico velamine, ut intelligat se diadematate Regni & sacerdotali dignitate potiri. Huc pertinent l. 5. C. Theodos. de spectacul. illa verba: Quinque dies, quamdiu celestis lumen lavaci imitatio novam sancti baptismatis lucem vestimenta reflectantur. Lind.

(61) Baronius notavit Anglos, qui Cedvallam Cedvaldradi nomine vocant, versum hunc ita legere:

Rex Cedvaldradus liquit amore Dei.

(62) Al. Cujus fonte sacras sumeret albus aquas. Lind.

(63) Amb. Ex quo vivificus fulgor ubique fuit.

(64) Al. Unda renascentem (qua Christi gratia) purgans.

Lind.

(65) Al. in alta poli. Lind.

(66) Hospes enim vires suæ ex urbe Britannia. Lind.

Fff

Communis magis sceptorum insignia credas,
Quem regnum Christi promeruisse vides. (67)

C A P. XVI.

Quomodo regnum Francorum apud Gallias sub
majoribus domus regis esse cœperit.

Hoc tempore apud Gallias Francorum regibus à solita fortitudine, & scientia degenerantibus, hi qui majores domus regalis esse videbantur, (68) administrare regni potentiam, & quicquid regibus agere mos est, cœperunt, quippe cum cœlitus esset dispositum, ad horum progeniem Francorum transvèhi regnum. (69) Fuitque eo tempore major domus in regio Palatio Arnulfus, vir ut postmodum claruit, Deo amabilis, & miræ sanctitatis. Qui post gloriam sæculi Christi servitio se subdens, mirabilis in Episcopatu extitit, ac demum Eremiticam vitam eligens, leprosis universa præbens obsequia, continentissimè vixit. De cuius mirabilibus apud Metten-

(67) Post versus hosce, quorum auctor fertur Sanctus Benedictus Mediolanensis Archiepiscopus, de quo infra, capite XXIX. Beda refert & alteram soluta oratione inscriptionem, tempe. **HIC DEPOSITUS EST CÆDVALLA, QUI ET PETRUS REX SAXONUM SUB DIE DUODECIMO KALENDARUM MAJARUM INDICTI SECUNDA, QUI VIXIT ANNOS PLUS MINUS TRIGINTA, IMPERANTE DOMINO JUSTINIANO PISSIMO AUGUSTO, ANNO EJUS CONSULATUS QUARTO, PONTIFICANTE APOSTOLICO VIRO DOMINO SERGIO PAPA ANNO SECUNDO.**

(68) *Glosæ Isidori: Architrichinus major domus: dicitur etiam Provisor Regis aula, vel Præfetus palati. Cedrenus eum προστάτην vocat; cuius locum, quia unicè huc facit, totum adscribam. In Leone Iconomacho pag. 373. Ισοπίτης δέ, ὅτι ἔθετο ἡγεμονία τοῦ καταγένεως αὐτοῖς, καὶ μηδὲν διοικεῖν τὸν τόπον ἀλλογενούς εἰδίειν καὶ πίνειν. Καὶ δέ τοι πλήν προστάτης εἴπει πάντες τῷ ἔθνει, καὶ προστάτην τούτοις, καὶ αὐτοτροχικῶν οὐ ποτὲ αὐτῶν, διαρρέειν τοῦ καταγένεως, καὶ αὐτοιδόντων αὐτοῖς, ἔχει δέ προστάτην γνωστὸν αὐτῷ, καὶ τῷ ἔθνει αὐτὸν τοῖναι τῷ πράγματι. Annales Francorum à P. Pithœo J. C. editi. Reges quidem dicebantur, sed potestas Regis tota apud Majorem domus babebatur, excepto quid obcharta & privilegia Regis nomine scriberantur. & in Martis campum, qui Rex dicebatur, plauso lobis trabentibus vestitus, atque in loco eminenti sedens, semel in anno a populis visus, publica dona solemniter sibi oblata accipiebat, flante coram Majore domus, & qua deinceps eo anno agenda essent populis amuntiante. Sicque Rege domum redente, cetera Regni negotia Major domus administrabat. Lind.*

Post pugnam Textricianam Scriptores rerum Francicarum notant ad Majores domus regiam auctoritatem fuisse delatam, itaut: *Exin Reges (ut scribit Erchanbertus) nomen, non bonorem babere cœperunt. Quibus tamen ubi constitutum fuerat, virtus erat exuberans, custodiaque jugis erga illos babebatur, ne aliquid iure potestatis agere possent. In ea pugna, quæ anno DCLXXXVI. communiter tribuitur, Theodoricus Rex vicit, & Bertharius pessimi consilii auctor profligatus est, Pippinus S. Arnulfi nepos ad altiorem potentiam elevatus. Hinc turbatam à nostro chronologiam observare licet; cum enim jungat S. Arnulfi tempora cum obitu Cœdvalæ Regis, qui anno DCLXXXIX. è vivis excelerat, quando Pippinus Heristallenensis Majordomus hoc munere fungebatur, & ad annum usque DCCXIV. cum vita dimisit. S. verb Arnulfus jam ante annum DCXIV. quo ad episcopatus ordinem promotus in Regia Francorum Regum floruerat, nescio an Majordomus dignitate, quam Fredegarius Pippino tribuit, eti S. Episcopum consiliorum participem faciat. Hoc unum Paulo concederim, vel ab eo tempore Francos Reges in defidiam sensim incidisse, quod & Eghinardus in vita Caroli Magni scribit. Merovingorum, de qua Franci Reges creare soliti erant, usque*

A sem Ecclesiam, ubi Episcopatum gesit, liber extat, ejusdem miracula, & vitæ abstinentiam continens. Sed & ego in libro, quem de Episcopis ejusdem civitatis conscripsi, flagitante Angilramno (70) viro mitissimo, & sanctitate præcipuo, præfata Ecclesiae Archiepiscopo, de hoc sacratissimo viro Arnulfo, quædam ejus miranda (71) composui, quæ modò superfluum duxi replicare.

C A P. XVII.

De morte Cuniberti regis, & regno filii ejus Liuberti.

B **I**ntra hæc Cunibertus cunctis amabilis princeps, (72) postquam duodecim annos Langobardorum regnum post patrem solus obtinuit, tandem ab hac luce subtractus est. (73) Hic in campo Coronatæ, ubi bellum contra Alachis (74) gesit in honorem Beati Gregorii (75) martyris monasterium construxit. Fuit autem vir elegans, & omni bonitate conspicuus,

C in Chilericum Regem, qui jussu Stephani Rom. Pontificis depositus, ac detonsus, atque in Monasterium tritus est durasse perhibetur: qua licet in illo finita posset videri, tamen jamdum nullus vigor erat, nec quidquam in se clarum, præter inane Regis vocabulum præferebat, &c cetera, quibus infelicem Regum tunc temporis conditionem, non secus, ac Erchanbertus describit.

D (69) Ad ea respicit hic Paulus, quæ in libro de Episcopis Mettensis scriperat Caroli Magni genus ab hoc S. Episcopo deducens, cui & Carolum tri-nepotem facit per Anchisum S. Arnulfi minorem filium, Pippinum Heristallensem, Carolum Martellum, & Pippinum Brevem Caroli Magni patrem, qui, ut ipse in eodem libro scribit, Langobardorum gentem bis jam à patre devictam, altero eorum Rege, cui Desiderius nomen erat capto, altero que dicitur Aldegis, & cum genitore suo (fortasse addendum regnabat) Constantinopolim pulsò, universam Italianam sine gravi prælio sua subdidit dominio, & (quod raro fieri affulet) clementi moderatissima victoria temperavit. Hæc de S. Arnulfi filiis, & nepotibus exploratissima, licet aliqui tertium eidem filium Vualtchilum nomine, S. Vuandregisili Abbatis patrem adscribant: de parentibus magna inter viros eruditos controversia, de qua vide Mabillonum sacul. II. Benedictin. in vita ejusdem Sancti, & stemma gentilitium ejusdem ad initium ejusdem tom. 1.

E (70) **A**l. Angelramno, al. Ageltramo. Lind. Mod. Angelramno. Amb. Angelramno.

(71) Amb. miracula.

(72) Amb. & Mod. cunctis amabilissimus, postquam &c.

(73) Mortem Bertrandi Regis Cuniberti patris lib. V. cap. XXXVII. n. 15. in ann. Christi DCLXXXVIII. incidisse notavi, cùmque noster asserat Cunibertum post mortem patris duodecim annos regnasse, illius obitus cum anno Christi DCC. est alligandus.

(74) Al. Alabin. Lind.

(75) Amb. habet Georgii, ut in aliis etiam editionibus, quibus Baronius utebatur, isque ad hunc Pauli locum notavit: Monasterium a Cuniberto Rege construētum, in Suburbis Ferraria possum credi, nobile illud & vetustissimum sub hac S. Martynis Georgii appellatione, eumque sequutus est Mabillonius in saeculo Bened. pag. 600. tom. I.; sed viri doctissimi non animadverterunt ad ea, quæ noster habet de campo Coronatæ, tibi extructum fuisse Monasterium haud obscure narrat; illum quippe lib. V. cap. XL. ita designat, ut ad Abdiam fluvium possum fuisse dubitari non possit, in itinere ab Histria Ticinum venientibus, eaque positione longè à Ferraria diffitum. Exet adhuc ad Pontem Aureolum pagus nomine Coronate, vulgo leviter corrupto vocabulo Corrate, in latissimis campis ad Abdiam fluvium. Incolae servant adhuc Langobardicæ victoriz memoriam, siisque frequens in S. Georgium cultus. Quidni credam & ibi olim conditum fuisse Monasterium?

euus, audaxque bellator. Hic cum multis Langobardorum lachrymis, juxta basilicam Domini Salvatoris, quam quondam avus ejusdem Aripertus construxerat, (76) sepultus est, regnumque Langobardorum Liutberto filio adhuc puerilis etatis reliquit, cui tutorem Ansprandum virum sapientem, & illustrem contribuit. (77)

C A P. XVIII.

De Raginberto duce Taurinensium, quomodo superato Liutberto regnum invasit, & eo anno occubuit.

DEHINC elapsis octo mensibus, Ragunbertus dux Taurinensium, quem quondam Rex Godebertus cum exinguueretur a Grimoaldo reliquerat parvulum, de quo & superius diximus, cum valida manu veniens adversus Ansprandum, & Rotharit Bergomensium ducem, apud Novarias conflixit, eosque in campo exuperans, regnum Langobardorum invasit, sed eodem anno mortuus est. (78)

C A P. XIX.

Quomodo Aripertus regnum invasit, & Liutbertum vivum comprehendit, & postea extinxit.

TUNC filius ejus Aripertus, (79) iterum bellum parans, pugnavit cum Liutberto

(76) In urbe regia Ticinensi, ubi legitur adhuc in eadem Basilica apud Cassinenses Monachos fragmentum epitaphii ad illius tumulum appositi, quod refert doctis. Murator. noster in lib. Antiquitatum Estenium part. pr. cap. X. pag. 73.

Aureo ex fonte quiuersunt in ordine Reges
Avus, pater, hic filius bejulandus tenet
Cuningpert florentissimus ac robustissimus Rex,
Quem dominum Italia, patrem, atque pastorem,
Inde fletile maritum jam viduata gemet.
Alia de parte si originem queras
Rex fuit avus, mater gubernacula temuit Regni
Mirandus erat forma, pius: mens, si requiras
Miranda

Exst apud eundem Muratorium epitaphium alterum Regine Raginhrude positum Ticini in atrio S. Marie ad Perticas; sed illius memoriam in Paulo nostro non inveni. Rattrude S. Rachisi filie, qua cum matre Tasia non longe a Casino Monte Monasterium condidit puellarum, meminit Leo Ostiensis cap. VIII: an ad eum pertineat inscriptio illa mihi non satis persuaserum, multoque minus cui Regum uxor fuerit divinare velim: retinuit enim Paulus nomina uxorum Adaloaldi, Arioaldi, Rotharis, Ariberti I., Grimoaldi, Liutberti, & Ariberti II. Lapis ita est inscriptus

Condita priorum
Raginhruda piis semper
Memoranda loquillis
De vita cunctorum quam
Mors surgentibus amis
Abstraxis subitè regalia scanna tenentem,
Qua licet in paucis finisset iura diebus,
Taliter ornabat concessi exordia Regni,
Templa Dei venerans, Sacerdoteisque Ministros
Eccliesia Sancto devota colebat honore
Purpureas cotiens simul & diadematate vestes
Deposuit famulans Christo in paupere certe
Sicque suis manibus jejuna ministrat egenis
Ut regale decus viliis mutaret amictus
Las mis. . . recreavit inanes.

(77) Mod. constituit. Sigebertus in Chronico ad annum DCXGIX. cum Paulo nostro scribit: Mortuo Cuniperib Langobardorum Rege Laisperib filius ejus puer in Regnum succedit. Ansprandum babens tutorem. Sed is auctor initium Regni ejus, ut antecedentium Regum, anno uno anteverit, & recte cum nostra chronotaxi concordat Hermannus Contractus Cuniberti mortem anno DCC. assignans.

(78) Paulo item adstipulatur Sigebertus anno DCG. Ragunbertus dux Taurinensium Ansprandum tutorem Regis Laisperbi bello superat, & anno uno regnat, qui pro incompleto accipendus est itaut anno DCXI. Ragunberti obitus ab utroque auctore affigetur, reluctante solùm in Sigeberto continuatus unius anni errore.

(79) Alias Tunc filius Godeberti Regis nomine Aribertus, Rex factus est, iterum bellum parat. Lind. & Mod. qui pro Ariberto, semper habet Ariperto.

(80) Al. Totone, al. Zitone, & Tarzone. Lind.

(81) Al. Pharaons, vel Pharon. Lind. Farone.

A rege apud Ticinum, cumque Ansprando, & Ottone, (80) & Tazone, nec non & Rotharit, ac Farone. (81) Sed omnes hos bello exuperans, Liutbertum infantulum vivum in bello comprehendit. (82) Ansprandus quoque fugiens, in insulam se Commacinam communivit.

C A P. XX.

Quomodo Rotharit apud Bergamum regnans, ab Ariperto captus, vitaque privatus est.

AT verò Rotharit dux, Bergamum civitatem suam rediens, regnum arripuit. Contra quem rex Aripertus cum magno exercitu proficisciens, expugnatā primū & captā Laude, (83) Bergamum (84) obsedit, eamque cum artibus, & diversis belli machinis, (85) sinè aliqua difficultate oppugnans mox cepit, comprehensumque Rotharit pseudo-regem, (86) ejus caput, barbamque radens, (87) Taurinis in exilium retrusit, quique ibidem post aliquot dies peremptus est. Liutbertum verò, quem ceperat, pari modo in balneo vita privavit.

CAP.

(82) Pugna hec Ariperti hujus nominis II. Langobardorum Regis, ejusque de Liutperio Rege victoria lucem accipit ab iis, quo doctissimus Baronius excerptis ex vita S. Bonitii Exepiscopi Arvernensis, & hic ad ubiōrem historiam copiam transcribo: Denique in Italianam ingressus (S. nempe Bonitus) à Rege Longobardorum & devote, & amanter acceptus est: qui cum viri Dxi colloquis frueretur, audiuit ad se referri urbem (Ticinum) ab exercitu obſideri. At ille mox exiliens, jubet suos arma caſſere, secumque contra boſtes dimicatores esse paratos ad pugnam. Conversus autem bumiliter ad virum Dei: Quæſo te pater, inquit, ut pro me Domino preces offeras. Nam mibi res est cum boſtibus meis. Liceat mībi tua intercessione ex illi palmarum referre. Mox inde urbem egressus prælium cum boſtibus inīit. Adeò verò partibus Ariperti (ita enim ille Rex Longobardorum vocabatur) favit victoria, ut multis cœſis atque prostratis, Rege quoque in inguine vulnerato & capto, cum magno tristudio ad virum Dei redierit, eique pro precium illius suffragiis gratias agens, denuo ſe ejus orationibus commendarit multa cum humilitate, & in Regno suo res necessarias illi præberi curaverit.

(83) Al. expugnata Laude Pompeja. Lind.

Mod. expugnata Laude &c.

(84) Al. Pergamum, al. Bergomum. Lind.

Amb. Pergamum, & Pergamenem semper.

(85) Variae harum machinarum appellations. Erant enim quas λόγις vocabant earum sic meminit Cedrenus pag. 644. εἰνδὲ δὲ σχιλιαὶ εἰς λύγων ἔχοντες, βούταις βύρραις ἀριθμοῖς ἀκεπτασμέναις, καὶ τροχὸς ἔχονται υπὸ τῆς θύρας βασαζόνται κινῶνται βάσις (λόγις τῆς πιστίας κατονομάζεται μηχανής) λαῖς πλήνται δικέλλας φέρονται καὶ σκαπτανται, καὶ ἀλλα γεωργικὰ ὄργανα, πῶν καὶ μηχάνην υποθέται τῆς λόγιας, καὶ τῆς τάχεος προσαρισταὶ &c. Erant etiam quae dicebantur clīται. Auctor vite Karoli Magni a P. Pithoo J. C. editus. Preparaverunt clīται ad debellandum pro virtute castrum. Alia quoque genera Turpinus enumerat cap. IX. Septimo mense aptatis juxta murum petrariis, & mangatellis, & trois. Mangatellis significari putabat vir doctus eas machinas, quas Galli Mantellos, seu Mantelletos vocant, idest vineas. De reliquis judicet lector. Lind.

(86) Al. Rotaribum, & Frodonem Regem. Lind.

(87) Mos erat priscus captivos, & bello vicos radere, quod & Sidonius Apollinaris tangit lib. VIII. epist. IX.

Sic tonso occipiți senex Sicamber,
Postquam vicit es, elicis retrorsum
Cervicem ad veterem novos capilos

& alibi in eodem Scriptore. Sic capio versum Ovidii
Jam tibi captivos mittet Germania crines,
Culta triumphata munere gentis eris.

Morem autem hunc multis ante seculis etiam apud alias gentes usitatum fuisse puto, conjecturam ducens ex Deuteronom. cap. XXI. ubi de puella captiva ait: Qua radet casariam & circumcidet ungues, & deponet uestem, in qua capta est &c. Sed & supplicii genus erat caput tondi; unde saepissime illa verba leguntur decalvari, verberarique. Cedrenus in Justino pag. 320. Τοτας αὐτοις καὶ τοις

2000-

C A P. XXI.

Quomodo Ansprandus in Bojoarium fugiens, cum Theudeberto eorum duce permanxit.

Misit quoque exercitum adversus Ansprandum in Insulam Commacinam. (88) Quo comperto Ansprandus fugit Clavennam, deinde per Curiam Rethorum civitatem venit ad Theudebertum Bojoariorum ducem, & fuit cum eo per novem annos. (89) Exercitus vero Ariperti, insulam in qua Ansprandus consugrat, invadens, ejus oppidum diruit.

C A P. XXII.

Quomodo Aripertus Ansprandi uxorem, filiumque ejus, & filiam diversis modis deturpavit, & quomodo Luitprandum ad patrem suum in Bojoarium ire permisit.

Rex igitur Aripertus confirmato regno, Sigibrandum Ansprandi filium oculis privavit, omnesque qui ei consanguinitate juncti fuerant, diversis modis afflixit. Minorem quoque Ansprandi filium Liutprandum in custodia tenuit, quem quia despicabilem (90) personam, & adhuc adolescentulum esse perspexit, non solum in ejus corpore vindictam aliquam minimè ingessit, sed eum, ut ad patrem suum pergeret, abire permisit. Quod Dei Omnipotentis nutu factum fuisse, qui eum ad regni gubernacula preparabat, dubium non est. Igitur Liutprandus ad patrem suum in Bojoarium profectus, ei de suo adventu inestimabile gaudium fecit. Uxorem vero Ansprandi Theuderadam (91) nomine, Rex Aripertus comprehendi fecit. Quæ cùm se voluntate foeminea Reginam futuram esse jactaret, naso, atque auribus abscessis, decore suæ faciei deturpata est. Pari etiam modo & germana Liutprandi, nomine Aurora, (92) deformis effecta est.

C A P. XXIII.

Quomodo apud Gallias major domus Anschis Arnulfi filius tunc erat.

Hoc tempore apud Gallias in Francorum regnum, Anchis (93) Arnulfi filius, qui de nomine Anchisæ quondam Trojani creditur appellatus, sub nomine majoris domus, gerebat principatum. (94)

- κερατίνη κήρας, καὶ γυναιῶν ὄντων επικαθίσας, διδ μέσης τῆς πόλεως οὐρανοβόλετε. Ubi etiam vides asino eum impositum: usitatum enim hec antiquis fuit, suppicio jamjam astiendos, asinis, aut aliis animalibus impositos, in spectaculum per plateas ducere. Agathias de Gabaræ interfectoribus lib. IV. καὶ οἱ μὲν ετοῖ τοῖς ὄφεσιν ἔμενοι, καὶ αὖτε τοῖς λαυφόροις περιενεγκάρτητες, μέγιστον δέουται τοῖς Κόλχοις ἀνακαὶ τλήσποι ἀξιον διαβάσας. Sic Nicetas Choniates Andronicum camelō impositum narrat lib. II. μεθ' ἡμέρας δέ τινες καὶ τὸν ἐπεροῦν διδούσαται εἰς φύτεται, καὶ καθεδῆται ἐπὶ καμήλας φορισθέντες, διὰ τῆς αἰγαίας θρησκευτῶν. Sed haec sunt alterius loci. Lind.
- (88) Al. insulam Commacinam. Illi vero per Coriam Riedonum civitatem venit ad Theodebertum. Lind. & M.
- (89) Ex his Pauli verbis, aliiisque sequenti cap. XXXV. quibus annum nonum à fuga Ansprandi conjungit cum decimo Theodeberti, Paginus in critica ad ann. DCCXII. initium tetrarchia Theodeberti. Ducus colligit, & cum inveniente anno DCCII. conjungit, fugam vero cum exeunte, itaut altera Ariberti victoria de Liutberto bene cum eodem anno inveniente alligetur.
- (90) Al. quem quia villem sibi personam babuit, & adhuc adolescentem esse conspexit, non solum in corpus ejus non servit &c. Lind. & Mod.
- (91) Amb. Theodorata.
- (92) Amb. Arina. Mod. Aurora. MS. Lind. Aurora.
- (93) Al. Ambis. Lind. Mod. Ansisi. Amb. Anfis.
- (94) Hæc item leguntur in libro de Episcopis Mettensis, a P. ulo nostro scripta; nam fortasse Francos & Troja deductos ipse quoque legerat in historiis gentis illius, & Caroli Magni generi plaudens ubique recantavit. Notandus tamen praesenti ca-

C A P. XXIV.

De morte Aldonis apud Forumjulii, & ducatu Ferdulsi, qui a Slavis occisus est.

Mortuo quoque apud Forumjulii Aldone, (95) quem dixeramus loci servatorem fuisse, Ferdulsi ducatum suscepit, qui de partibus Liguriæ (96) extitit homo lubricus, & elatus. Qui dum victoriæ laudem de Slavis (97) habere cupiens, (98) magna sibi & Forojulianis detrimenta invexit. Is præmia quibusdam Slavis dedit, ut exercitum Slavorum in eandem provinciam sua adhortatione immitterent. Quod ita quoque effectum est. Causa autem magnæ in eadem Forojulii provincia perditionis ista fuit: Irruerunt latrunculi Slavorum super gregem, & pastores ovium, quæ in eorum vicinia pascebantur, & de eis prædas abegerunt. Subsecutus est hos rector loci illius, quem Sculdahis (99) lingua propriâ dicunt, vir nobilis, animoque & viribus potens, sed tamen eosdem latrunculos assequi non potuit. Cui exinde revertenti, dux Ferdulsi obviam factus est. Quem dum interrogaret, quid de illis latrunculis factum esset, Argaid (100) ei (sic enim nomen habebat) eosdem fugisse respondit. Tunc ei Ferdulsi indignans, ita locutus est. Quando tu aliquid fortiter facere poteris, qui Argaid ab Arga nomen deductum habes? (101) Cui ille, maximâ timulatus irâ, ut erat vir fortissimus, ita respondit: Sic velit Deus, ut non antea ego & tu Ferdulse (102) examineas de hac vita, quam cognoscant alii, quis ex nobis magis est Arga. Hæc cùm sibi invicem vulgaria verba locuti fuissent, contigit non post multos dies, ut exercitus Slavorum, pro quorum adventu Dux Ferdulsi præmia dederat, cum magnis viribus adventaret. Qui cùm castra in summo montis vertice posuissent, & penè ex omni parte difficile esset ad eos accedere, Ferdulsi dux cum exercitu veniens, (103) cœpit eundem montem circuire, ut per loca planiora super eos posset irruere. Tunc Argaid de quo præmisimus, ita Ferdulfo dixit: Memento dux Ferdulse, quod me esse inertem, & inutilem dixeris, & vulgari verbo Arga vocaveris. Nunc autem ira Dei veniat super illum, qui posterior è nobis ad hos Slavos acceperit. Et hæc dicens, verso equo per asperitatem montis, unde

pote continuatus illius error ex antecedenti S. Arnulfii præpostera chronotaxi quippe Anchis, vel Ansegisus, ut alius dicitur, ante filium Pippinum ad superiora tempora est retrahendus.

(95) Al. Adone. Lind. & ita Mod. & Amb.

(96) MS. Lind. qui de partibus Liguriæ laudem &c.

(97) Amb. & Mod. Slavis semper.

(98) Amb. & Mod. cupit.

(99) MS. Lind. Schuldaiizo, al. Sculdabem. Mod. Sculdabus.

Habet sepe hec vox in legibus Langob. Tit. CXV.

§. Si quis Schultlais, aut actarem Regis occiditur Legibus Langobardorum Luitprandi Regis tit. XX.

§. I. & alibi. Servatur etiam nunc in plurimis Germania locis. Lind.

In additionibus etiam ad leg. Salicas §. XIV. Et si Gastaldius, aut Sculdaiizo, vel loci præpositus, ubi docti. Eccardus Heiscien est quætere, exigere, & sculd debitum Hinc compositum Sculdabus, Scultetus Belg. Schout, Germ. Schultheis, & Schultzæ quæstorem, aut exactorem propriè designat. Glossa veteres: Sculdabus, pedaneus judex.

(100) Arga ait ei (sic enim nomen habebat) num Slavos frustra securus es? qui eosdem fugisse respondit. Lind.

(101) Legum Langobardorum tit. CXX. §. I. De eo qui alii arga dixerit. Si quis alium arga per furorem clamaverit, & negare non poterit, & dixerit, quid per furorem dixisset, tunc juratus dicat, quid eum arga non cognoverit. Nec dum exolevit hæc apud Germanos vox, quam ego è Greco deductam puto, nam illi οὐδὲν, pigrum, & socordem, dicunt. Lind.

(102) Amb. & Mod. ego & tu Dux Ferdulse.

(103) Amb. & Mod. supervenient,

unde gravis erat ascensus, ad castra contendere cœpit Slavorum. Ferdulfus verò opprobrium ducens, si non ipse per eadem difficilia loca super Slavos irrueret, eum per aspera quæque & difficilia, inviaque loca secutus est. Quem suus exercitus turpe ducens ducem non sequi, subsequi & ipse cœpit. Videntes itaque Slavi eos per devexa (104) loca supervenire, præparaverunt se viriliter, & magis lapidibus, ac securibus, quam armis contra eos pugnantes, penè omnes dejectos equis pereverunt, sicque victoriam non viribus, sed casu adepti sunt. Ibi omnis nobilitas periit Foro Julianorum, ibi Ferdulfus dux cecidit, ibi & ille qui eum provocaverat extictus est. Tantique ibi viri fortes per contentionis malum, & imprudentiae (105) debellati sunt, quanti possent per unam concordiam, & salubre consilium, multa millia sternere æmolorum. Ibi tamen unus è Langobardis nomine Munichis, qui pater post Petri Foro Julianorum, & Ursi Cenensis ducum extitit, solus fortiter & viriliter fecit. Is cùm de equo dejectus esset, & eum unus de Slavis subito invadens ejus manu fune colligasset, ipse manibus ligatis lanceam ab ejusdem Slavi dextera extrahens, eum cum ipsa percussit, & ligatus per aspera se loca dejiciens evasit. Hæc ideo vel maximè in hac posuimus historia, ne quid alicui per contentionis malum simile contingat.

C A P. XXV.

De ducatu Corvuli apud Forumjulii, qui à rege exceccatus est.

Mortuo itaque Ferdulfo duce hoc modo, in ejus loco ordinatus est Corvulus, qui paucum tempore ducatum tenens, dum regem offendisset, evulsi oculis dedecorosè vixit.

C A P. XXVI.

De Pemmo Foro Julianorum duce, & de nativitate trium filiorum ejus.

DEincepto verò Pemmo ducatum promeruit, qui fuit homo ingeniosus, & utilis patriæ. Hic patre genitus Billonense, qui de Belluno fuerat: (106) sed propter seditionem quam illic fecerat, in Forumjulii post veniens, ibi pacificè vixit. Hic Pemmo habuit conjugem Ratbergam nomine. Quæ cùm esset facie rusticana, sæpe maritum deprecabatur, ut se dimissa aliam uxorem duceret, quam tanti

(104) Mod. diversa.

(105) Amb. imprudentiam.

(106) Al. Billone, qui de Billone non fuerat, sed propter &c. L.

(107) Al. Abiſtulfum, al. Aſtulfum. Lind.

(108) Al. gnavitas. Lind.

(109) Al. dux Orſuram. Lind.

(110) Al. Hirpinum, atque Auxinium. Lind.

(111) Restituit Baronius vitiatam horum nominum letionem, ac pro Sura, Soram, pro Hirpinos, Arpinum, pro Arcos, Arcanum reponit: loca, ut ipse patria Soranus ait, parum inter se distantia, & adhuc notissima. De hac Gisolfi Ducus deprædatione Anastasius in Joanne VI. Gisolfus Lux gentis Langobardorum Beneventi, cum in omni sua virtute in Campaniam veniret, incendia, & deprædationes multas exercet: ciamque captivos non paucos cepisset, & usque ad locum qui Horrea dicitur, fossatum fecisset, nullusque exitisset, qui ei potuisse resistere: denominatus Pontifex, missis Sacerdotibus cum Apostolicis donariis, universos captivos de eorum manibus redemit, & illum cum suo stolo ad propria repedare fecit. Acta hæc laudatus Cardinalis anno DCCIL putavit, nec ego illius chronotaxim quo ad hanc

Tom. I.

A ducis conjugem esse deceret. Sed ipse, ut erat vir sapiens, plus ejus mores, & humilitatem, verecundamque pudicitiam, quam corporis pulchritudinem, sibi complacere dicebat. De hac ergo conjuge tres Pemmo filios, hoc est, Rat-chis, & Ratchait, & Ahistulfum (107) viros strenuos genuit. Quorum nativitas (108) humilitatem matris ad gloriam erexit. Qui Dux congregatis omnium nobilium qui in bello, de quo diximus, obierant filiis, sic eos cum suis natis pariter nutritivit, ac si & ipsi ab eo geniti fuissent.

C A P. XXVII.

De Gisulfo Beneventanorum duce, quomodo Suram, & alia castra invasit.

Hac denique ætate, Gisolfus Beneventano-rum ductor, Suram (109) Romanorum civitatem, Hirpinos, (110) atque Arcem, pari modo oppida cepit. (111) Qui Gisolfus tempore Johannis Papæ, cum omni sua virtute Campaniam venit, incendia, & deprædationes faciens, multos captivorum cepit, & usque in locum, qui Horrea dicitur, castrameras est, nullusque ei resistere potuit. Ad hunc Pontifex missis Sacerdotibus cum Apostolicis donariis, universos captivos de eorum manibus redemit, ipsumque ducem cum suo exercitu, ad propria repedare fecit.

C A P. XXVIII.

De donatione quam Aripertus Romanæ Ecclesie fecit, & de duabus Anglorum regibus.

Hoc tempore Aripertus rex Langobardo-rum, donationem patrimonii Alpium Cottiarum, (112) quæ quondam ad jus pertinuerant Apostolicæ Sedis, sed à Langobardis multo tempore fuerant ablatae, restituit, & hanc donationem aureis exarataam literis, Romam direxit. His etiam diebus duo reges Saxonum, ad vestigia Apostolorum Romam venientes, sub velocitate ut optabant defuncti sunt.

C A P. XXIX.

De Benedicto Mediolanensi Archiepiscopo.

Tunc quoque venit Benedictus Archiepisco-pus Mediolanensis Romanam, & causam egit pro Ecclesia Ticinensi. Sed vixit est, eo quod à priscis temporibus Ticinenses Episcopi à Romana fuerant Ecclesia consecrati. (113)

Fuit

Gisolfi excursionem loco movere autem ex conti-nenti Anastasi narratione.

(112) Amb. Guttiarum. Vide Anastas. in Joanne VII. Bedam, Adonem Viennensem, & Hermannum Contractum, & quo insignis hæc donatio cum anno DCCVII. alligatur.

(113) MS. Lind. Ticinensis Episcopatus Roma fuerat Ec-clesia consecrata.

Antiquissimæ hujus controversiæ rationes, quibus Mediolanenses Archiepiscopi Metropolitanorum jura in Ticinenses Episcopos exercere irritu conatu non semel sibi asseverarunt, clamantibus integrum libertatem Ticinensis, accuratissime collegit V. C. Ludovicus Antonius Muratorius noster in aurea sua dissertatione, quam appendicis no-mine apposuit ad tom. I. Anecdotorum: in eam penitiora veterum monumenta vir antiquitatum peritissimus, & publico bono amantissimus collegit, quæ commentarii vices reperident ad hunc Pauli locum. Extat etiam peculiaris alter libel-lus auctore P. Eustachio a S. Ubaldo, utrumque consulat lector; nam præpositus notarum modus tanta non patitur.

G g g

Fuit autem isdem venerabilis Benedictus Archiepiscopus, vir egregius sanctitatis, de quo per universam Italiam bona opinio fama flagravit.

C A P. XXX.

De morte Trasemundi Spoletoni ducis, & ducatu filii ejus Faroaldi.

IGitur defuncto Trasemundo (114) duce Spoletonorum, Faroaldus ejus filius in loco patris est subrogatus. Denique Wachilapus (115) germanus fuit Trasemundi, & cum fratre pariter eundem rexit ducatum.

C A P. XXXI.

De Justiniano Imperatore, quomodo iterum regnum invasit, & suos rebelles occidit.

AT verò Justinianus qui amissis principatu in Ponto exulabat, (116) auxilio Terebelli (117) Bulgarum regis, regnum rursus recipiens, eos qui se expulerant, patricios occidit. Leonem (118) quoque, & Tiberium, qui locum ejus usurpaverant, (119) cepit, & in medio Circo coram omni populo jugulari fecit. Gallicinum verò (120) Patriarcham Constantinopolitanum erutis oculis Romam misit,

(114) Al. *Trasimuldo*. Lind.

(115) Mod. *Vulchilla*. Al. cum quo *Vvolcbila* ejus frater eundem rexit ducatum. Lind.

(116) *exulaverat*. Mod.

(117) Al. *Trebella*. Lind.

(118) Al. *Leontium*. Lind.

(119) Leontum nemepe, qui Justinianum, Tiberium, qui Leontium imperio exturbaverant: cum his Heraclius Tiberii frater, aliisque plures ex primis urbibus. Vide Cedrenum, Zonaram, Theophanem, aliquoꝝ Græcos Scriptores, ex Latinis Anastasium in Joanne VII. Histor. Miscell. lib. XX. ubi hæc leguntur. Anno VII. Imperio Absimari &c. Justinianus cum ad Regiam urbem unde cum Trebelli venisset, cum subiectis Bulgaris castrametatus est ad portam Carœ, & usque ad Blacernas, & per tres dies alloquens eos, qui erant de civitate conviciis deboneſtabatur ab illis, qui eorum nec sicutem verbum admittabant. At verò Justinianus cum paucis contribubilibus bello excepto per aqueductum ingressus, & tumultum excitans fodiendo urbem obtinuit, & post paululum tabernaculum in palatio Blacernarum tendet.

Igitur Imperii sui primo anno, id est quo imperium suum Justinianus recepit, multa dona Trebelli tribuens, simul & regalia vasa, dimisit eum in pace. Ceterum Absimarus urbem Apolloniadem fugiens adiit: inseguitionem tamen perpessus apprebenditur, & ad Justinianum deducitur. Porro Heraclius vincitus à Tbrace adductus est cum omnibus qui ei opitulabantur, quos in muro omnes suspendio interfecit. Cum autem ad Mediterranea destinasset, multos ex eis inventos tam actores, quam privatos, similiter interemit. Porro Absimarum, atque Leontium vincitos cæteris per totam urbem pomicis fecit deboneſtari. Cumque luci equiſtres agerentur, ipſeque in solo reſideret, duelli ſint publici tratti, & projeſti proni ad pedes eius: quorum ille colla usque ad ſolutionem primi bravii calcavit, univerſa plebe acclamante Super apidem & basiliscum ambulasti, & conculcaſti leonem, & draconem. Et ita bos destinatos in viario animantium capitum animadversione punivit &c.

(120) Alias *Callinicum*, & ſic infra. Lind.

(121) & remisit, non leg. in Mod. Tempus migrationis Constantini Pontificis ad urbem C. P. ex Anastasio dicimus. Scribit ille in vita ejusdem. Hisdem temporibus misit suprafatus Imp. ad Constantinum Pontificem, per quam jussit eum ad regiam ascendere urbem. Qui Sanctis. viri jussis imperialibus obtemperans, illlico navigia fecit parari, quatenus iter aggredieretur maritum, & egressus est à portu Romano die V. mensis Octobris, Indictione LX. &c. quæ exente anno DCCX. currere incepérat.

ACyrumque Abbatem, qui eum in Ponto exalem aluerat, Episcopum in loco Gallicini constituit. Hic Constantinus Papam ad ſe venire jubens, honorifice ſuscepit, ac remisit. (121) Quem prostratus in terram pro suis peccatis intercedere rogans, cuncta ejus Ecclesiæ privilegia renovavit. (122) Qui cum exercitum in Pontum mitteret ad comprehendendum Philippicum, quem ibi relegaverat, multum eum ifdem venerabilis Papa prohibuit, ne hoc facere deberet, ſed tamen inhibere non potuit. (123)

C A P. XXXII.

Quomodo Philippicus Justinianum permit, & Augustale decus invasit.

EXercitus qui missus contra Philippicum fuerat, ad partem Philippici ſe coactulit, eumque Imperatorem fecit. Qui Constantino-polim contra Justinianum veniens, cum eo ab urbe milliario duodecimo pugnavit, vicit, & occidit, regnumque ejus adeptus est. Imperavit autem Justinianus cum filio Tiberio in hac ſecunda vice, annos ſex, (124) quem Leo in expulſione illius naribus detruncavit. Qui poſt iterum assumto imperio, quotiens deflucentem guttam rheumatis manu deteruit, (125) peneto-

(122) Mod. *condonavit*. Anastasio ubi hæc item leguntur renauit.

(123) Motus est Justinianus in Chersonenses, quod ſibi exulanti paraviffent infidias, & ut ſevillimi erat animi, expedita contra illos clasfe, praeceperat ut universi gladio trucidarentur, quod nomine refiſteſt factum est, ſolis infantibus ad captivitatem ſervatis. Clafis in reditu prope Byzantium tempeſtate fracta: inde ab Imperatore in primos misera gentis, & innoxios infantes crudelissime ſævitum est, ut Theophanes, Cedrenus, aliqui Græci narrant Scriptores. His minimè contentus altero anno classem iterum paravit, ut omnia Chersonensium ſedicia ſolo ſquaret, & arato proſcindere. Metu perculsi, qui à cude ſupererant Chersonenses, Chajani Gazarorum Principis auxilio freti, ab Imp. manifesto rebellarunt, & cum iis Elias Spatharius, atque Bandanes genere Pergeamus filius Nicephori, qui mutato nomine Philippicus appellatus imperium attipuit. Huic Justinianus cædum, & tonum, atque feretiſ viuſculis alligatum in Cephaleniam infulam relegaverat, quod ex pseudo-monachi vaticinio imprudenter ſibi ſummam rerum potestatem pollicitus fuerat: mox utrumque revocarum clasſi praeficerat. At accendentibus iis ad Chersonenses, Justinianus audita rebellione primum in Elii familiā iram explevit, inde classem ad capiendum Bardanem direxit; ſed cum in militum manus venire non potuifet, ii, vel metuentes re infecta ad Imp. redire, vel, ut in Agathonis Diaconi peroratione legitur, fanatico quodam tumultu inſiantes, Philippicum acclamantes, contra Justinianum eamdem classem imperante Philippico moverunt. Acta hæc dum Conſtantinus in urbe Regia moraretur facile ab universo Scriptorum consenuſ elicimus, eumque mitiora conſilia ſuggeſſisse auctor est noſter, unde ſupplendus Anastasius in vita ejusdem Pontificis.

(124) Modoet. *amis ſep̄t̄*; ſed ſervanda editorum lec̄tio, eti Baronius octo etiam annos Justiniano poſt recuperatum imperium affiget; nam error evincitur ex Anastasio, qui poſquam Conſtantini Pontificis reditum in urbem ſequutum fuifſe ſcribat die XXIV. mensis Octobris Ind. X. ſequitur. Poſt menses tres lugubre muncium inſauit quod Justinianus Christianissimus Imp. & Orthodoxus Imp. trucidatus eſt; unde anno DCCXL non dum completo, Indictione X. à Septembri ejusdem inchoata, Justinianus è vivis ſublatus eſt, cùmque anno DCCV. reſtiturus fuerit, ut ſupra notavi, ſextantum annos iterum imperavit.

(125) Al. guttam emanantem manu deteruit. Lind. & Mod.

totiens aliquem ex iis, qui contra eum fuerant, jugulari præcepit. (126)

C A P. XXXIII.

De obitu Petri Archite, & Sacerdotio Sereni.

Mortuo denique his diebus Patriarcha Petrus, Aquilejensis regimen Ecclesie suscepit Serenus, qui fuit vir simplicitate præditus, & ad Christi servitium pronus. (127)

C A P. XXXIV.

Quomodo Philippicum Anastasius superavit.

AT verò Philippicus, qui & Bardanis datus est, postquam in imperiali dignitate confirmatus est, Cyrum, de quo dixeramus, de Pontificatu ejus, ad gubernandum monasterium suum, Pontum (128) redire præcepit. Hic Philippicus Constantino Papæ literas pravodogmatis direxit, quas ille cum Apostolicæ Sedis consilio (129) respuit. Et hujus rei causa fecit picturas in portico Sancti Petri, que gesta sex sanctarum Synodorum universalium retinunt. Nam & hujusmodi picturas, cùm haberentur in urbe regia, Philippicus jussicerat auferri, (130) statuitque Populus Romanus, ne Heretici Imperatoris nomen, aut chartas, aut figuram solidi susciperent. Unde nec ejus effigies in Ecclesiam introducta est, nec nomina ad Missarum solemnia prolatum. (131) Hic cùm annum unum & sex menses regnum gessisset, (132) contra eum Anastasius, qui & Artemius dictus est, insurgens, eum regno expulit, oculisque privavit, nec tamen occidit. Hic Anastasius literas Constantino Papæ Ro-

(126) Addit Theophanes sevissimum Imp. quoties à prandio, vel cena surgeret aliquem morti tradidisse, ita ut Catholica religionis laudem innumeris cædibus deturaverit.

(127) Ex hoc Pauli capite emendanda in Ughello Aquilejensem Patriarcharum chronologia, ibi enim Petrus ante annum DCXGIV. non producitur, & hic manifestè noster ascribit eundem anno DCCXI. è vivis excessisse; unde ante hunc omnino reposuerunt Agathonem, & male tributam schismati notam à Petro deleverim: etenim si Sergio Roma. Pontif. sedente schisma cessavit, ut inter Historicos convenient, quomodo Petrus, qui sub Constantino Sergii, post utrumque Joannem VI. & VII. ac Sisinnium, successore sedebat, in schismate perseverasse dicetur? multoque minus laus huc Sereno tribuenda, quam alter ante ipsum, & fortasse hic Petrus si revera sedere coepit anno DCLXX. abjurato errore sibi comparaverat. Neque Serenus Synodo interfuit, que Aquilejæ celebrata est (si tamen satis id constare creditur, ut supra notavi) cùm salutaribus B. Papa Sergii monitis infructis, & ipsa (Aquilejensis) cum ceteris Chriti Ecclesiis amicure consentit. Sereno quidem convenient, quo refert idem Ughellus de pallio à S. Gregorio II. eidem rogante Liutprando rege transmisso: & hortatoria epistola ne jura Grandensis Ecclesie invadere tentaret. De hac vide quo notavit doctis. Lucentius ad eundem Ughellum.

(128) Al. deest ad Pontum. Lind. In Beda lib. VI. de etat. mundi legitur, atque inde fortassis hoc noster exscriptis. Cyro ejus, Joannem quendam improbatum, & prava opinionis confutans in locum ejus promovit, scribit Theophanes in Chronico. Philippicus enim Stephani Abbatis discipulus, qui fuerat Macarii, vix ad Imp. elevatus sextæ Synodo contrariam heresim profecitus ita insanire coepit, ut ejusdem VI. Synodi imaginem ab amis jam aliquot prope, ac inter quartam, sextamque scbolam in Imperialis Palatii usibulo expostam dejici jussit: alioquin inquiens non sufficiens ingredi in Regiam non sicut &c. ut legitur in peroratione Agathonis Diaconi à Com-

A mam per Scholasticum Patricium, & Exarchum Italie direxit, quibus se fauorem Catholicæ fidei, & sancti sexti Concilii prædicatorem esse declaravit. (133)

C A P. XXXV.

Quomodo Ansprandus auxiliante sibi Theudeberto cum Bojoariis Aripertum superavit, & de morte Ariperti in flumine: & de fuga germani ejus Quiberti, & regno Ansprandi, & Luitprandi filii ejus.

IGitur postquam Ansprandus apud Bojoarium (134) jam novem expletis annis exulasset, promoto tandem Theudeberto decimo anno Bojoariorum ductor exercitu venit Italiæ, pugnavit cum Ariperto, & facta est ex utraque parte multa strages populorum. Sed quamvis ad extremum nocte prælium diremisset, certum tamen est, Bojoarios terga præbuuisse, & Ariperti exercitum victorem ad castra remeasse. Sed dum Aripertus in castris manere noluisset, sed potius Ticinum civitatem introisset, & suis hoc facto desperationem, & adversariis audaciam præbuit. Qui postquam in civitatem ingressus est, & sensisset quia pro hoc facto suum exercitum offensum haberet, mox arrepto (135) consilio ut in Franciam fugeret, quantum sibi utile duxit, è Palatio aurum sustulit. Qui dum trans fluvium Ticinum gravatus auro natare voluisset, ibi corruens suffocatus aquis extinctus est. Cujus in crastinum diem corpus inventum, in Palatio ornatum, (136) ac deinde ad Basilicam Domini Salvatoris, quam antiquitus Aripertus construxerat, perlatum ibique sepultum est. (137) Hic in diebus quibus

re-

• beffio vulgata, unde lucem accipiunt, quo narrantur, de Synodis in portico S. Petri à Constantino depictis.

(129) Amb. Concilio.

(130) Al. jussicerat deleri & Sanctorum statuas, & imagines ex omnibus templis eradi, jussitque ut de Homopisio Romanus Clerus Constantinopolitana Ecclesia consentiret. Quapropter statuas cum Papa populus Romanus. Lind. At nihil de prima lectione mutandum, ut ab imperito quadam in ita factum puto. Repugnantibus MSS. nostris, & notissimæ historiæ chronotaxi.

(131) Hec item Beda loco citato. Anastasius in Constantino addit ex hoc Romanorum decreto civile bellum exortum fuisse, recusantibus plerique Petrum Ducem ab Imperatore datum recipere: sed illico Pontificis opera sedatum, paulopost nunciata morte Philippici penitus extinctum.

(132) Theophanes, & Zonaras, aliisque à Paulo nostro dissentient, & Philippico annos duos Imperii tribuunt, sed jam ante notaverant viti doctissimi ex aliis etiam historicis monumentis à Paulo minime recedendum. Baronius exhibuit apertissimos characteres in actis publicis de miraculo sanatus puellæ arreptitæ imagine S. Anastasii. Pagius addit & aliud testimonium ex citata peroratione Agathonis Diaconi, qua Philippicum ipso S. Pentecostes Sabbato XI. Indictionis (anno DCCXIII.) comprehensum, excœcaratumque cognoscimus, atque inde ad illius initium retrocedendo vera quo Paulus assert comperiemus.

(133) Vide Anastas. in Constantino.

(134) Amb. Bajoarium semper.

(135) Amb. accepto.

(136) Al. ordinatum, & ita Mod. al. in palatum perlatum. Lind.

(137) Anno DCCXII. Aripertum è vivis sublatum fuisse, manifestè probant ratio temporis, quo Regnum tenuit, & initium Liutprandi Regis: is enim eodem anno, quo Aripertus excessit, regnare cepit, ut Paulus, aliisque scribunt eti Sigebertus id referat ad annum DCCX. Paulo in reliquis consentiens. Ansprandus, ait ille, cum Bajoaritis Italiæ repetit; cum Aripertb configit, eoque fugiente,

regnum tenuit noctu egrediens, & hac illaque pergens, quid de eo à singulis civitatibus diceretur, per semetipsum explorabat, ac diligenter qualem iustitiam singuli judices populo suo facerent, investigabat. Hic advenientibus ad se exterarum gentium legatis, vilibus coram eis vestibus, sive pellicis utebatur, utque minus Italie insidiarentur, nunquam eis pretiosavina, (138) vel ceterarum rerum delicias ministrabat. Regnavit autem cum patre Ragunberto, (139) sive solus, usque ad annum duodecimum. Fuit quoque vir pius, eleemosynis deditus, ac iustitiae amator. In cujus temporibus, terrae ubertas nimia, sed tempora barbarica. Hujus germanus Guntbertus (140) eo tempore in Franciam fugiens, ibidem usque ad suæ mortis diem permanxit. Huic fuerunt filii tres, quorum qui major natu exitit, Raginbertus nomine, nostris in diebus Aurelianensem civitatem rexit. Post cujus Ariperti funus, Ansprandus (141) Langobardorum regno potitus, tres mentes solummodo regnavit: Vir per omnia egregius, & cuius sapientiae rari æquandi sunt. Cernentes Langobardi hujus interitum, Liutprandum ejus filium, in regali constituunt solio. Quod Ansprandus dum adhuc viveret audiens, valde lætatus est. (142)

C A P. XXXVI.

Quomodo Theodosius Anastasium superavit, & regnum invasit, & de inundatione Tyberis.

Hoc tempore Anastasius Imperator classem in Alexandriam contra Sarracenos direxit. Cujus exercitus ad aliud versus consilium,

& in fluvium demerso, Regnum Langobardorum recipit: Ansprando post tres menses mortuo, Liutprandus filius ejus regnat annis XXXII. Baronius hoc loco Paulum hallucinatum scribit, & Aripertum non annos XII. sed tantum VIII. regnasse. Verum Cardinalis doctis. initium Ariperti loco suo moverat, atque inde regnum ipsius decurtauerat. Liutprandi vero initium ab hoc anno demonstrant characteres in charta relata à Margarino tom. II. bullarii Cassinenis, qua data dicitur anno regni ejus nono decimo, die Kalendarum Decembrium, Indictione XII. qua annus DCCXXXI. à Kal. Septembris notatur. Ego addo & aliam donationis facta à Senatore filio Albini, & Theodolinda ejus uxore Monasterio Monialium intra urbem Ticinensem erecto in propria donantium domo, quam integrum dabimus Deo annuente in collectione diplomatum. In ea legitur: *Regnante Domino nostro Liutprando viro Excellentissimo Rege anno in Dei nomine tertio. V. Calendarum Decembrium, Indictione tertiadecima.* Cùmque indictione tertiadecima annus DCCXV. notetur, primus Regni Liutprandi DCCXII. in hac pariter indicatur. Similes chronologice nota in diplomate Liutprandi apud Ughellum tom. I. pag. 411.

(138) Mod. pretiosam canam.

(139) Al. Ragimberto, & ita in Amb. al. Godiberto, seu Tangiberto, quem solus &c. Lind.

(140) Mod. Gumpertus.

(141) Al. Lansprandus, & sic infra. Lind.

(142) Ansprando adhuc vivo Liutprandus ejus filius in regno successor datus est à Langobardis dum imminentem illius obitum cognoscerent, postremum hoc officii genus in optimum Regem perfolventibus. Ticini sepultus est Ansprandus in Sacello D. Adriani Martyris, quod ipse construxisse fertur. Tumulo haec epigraphes inscripta.

*Ansprandus honestus moribus, prudentia pollens,
Sapiens, modestus, patiens, sermone facundus
Adstantibus qui dulcia faci mellis ad instar
Singulis promebat de pictore verba
Cuius ad arborem spiritus dum pergeret axem
Post quinque undecies vite sue circiter annos
Apicem reliquit regni præstantissimo nato*

A (143) ab itinere medio Constantinopolitanam urbem regressus, Theodosium orthodoxum inquirens, Imperatorem elegit, atque coactum in folio imperii confirmavit. Qui Theodosius apud Aream (144) civitatem Anastasium gravi pælio vicit; datoque sibi sacramento, eum clericum fieri, ac presbyterum fecit ordinari. Ipse verò ut regnum accepit mox in regia urbe, imaginem illam venerandam, in qua sancta synodus erat depicta, & à Philippico fuerat dejecta, (145) pristinum in locum erexit. His diebus Tyberis fluvius ita inundavit, ut alveum suum egressus multa Romanæ fecerit exitia civitati; ita ut in via lata (146) ad unam & semis staturam ex crescere, atque à porta Sancti Petri usque ad pontem Milvium (147) aquæ se distendentes conjungerent.

C A P. XXXVII.

De gente Anglorum, & rege Francorum Pipino, & bellis ejus, & quia ei Karolus suus filius succedit.

His temporibus multi Anglorum gentis nobiles & ignobiles, viri & feminæ, duces & primates, (148) divini amoris instinctu (149) Romam venire consueverunt. Apud regnum Francorum tunc temporis Pipinus obtinebat principatum. (150) Fuit autem vir miræ audaciæ, qui hostes suos aggrediendo statim conterebat. Nam supra suum quandam adversarium Rhenum transgressus, (151) cum unotantum satellite suo irruit, eumque in suo cubiculo residentem cum suis trucidavit. Bella quoque multa cum Saxonibus, & maximè cum Rathodo (152) Frisionum rege, fortiter gessit. Hic

Liutprando inclito & gubernacula gentis.

Datum Papia die Iduum Junii Indictione decima.

Atque hinc etiam firmatur Regni Liutprandi epochæ citatis characteribus conveniens, immo & prologo ejus edicti in legibus Langobardorum, ut notavit Eminentissimus Baronius.

(143) Al. aliud adversis eum capiens consilium ab itinere medio &c. Lind.

D Amb. ad alium veniens consilium &c.

(144) Amb. & Mod. Niceam, ita quoque Lind. eaque lectio emendatori: constat enim ex Græcis, Latinisque Scriptoribus Anastasium in urbem Nicæam confugisse, ibique frustra se contra Theodosium munivisse, ut Theophanes anno Incarnationis Alexandrinos DCCVII. narrat, Niphorus, Cedrenus, Historia Miscella, & Anastasius in Gregorio II. De anno quo Theodosius Imperator est dictus vix adhuc liquet: Pagii mihi arridet, sententia hæc omnia, scilicet Tyberis inundationem, & initium Theodosii uno tempore à Paulo alligata, invictis rationibus ad annum DCCXVI. referentis.

(145) Amb. in qua sanctæ Synodus erant depicta, & à Philippico fuerant dejecte. Anastas. loco citato: in qua sanctæ erant sex Synodi depictæ &c.

(146) Amb. Lateranensi, sed servanda prima lectio, ut peritus quisque Regionum urbis noverit.

E (147) Amb. Molviæ.

(148) Amb. duces, & privati, & ita in aliis. Lind.

(149) A. & M. insinuū de Britamia Romam &c. & ita Lind.

(150) Notavit Pagius Pippinum hunc Heristallum post pugnam Textricianam principatum totius Francie occupasse, ac Majorem domus trium regnorum suis, atque inde ab anno scilicet DCLXXXVII. originem potentia Pippini deduxit ad annum usque DCCXIV., quo non diu post occisum Grimoaldum filium è vivis excessit.

(151) Mod. per Hinum fluvium, qui juxta Danubium fluit transgressus &c. & ita leg. al. Lind.

(152) Amb. Ratpodo. Lind. al. Raboto. Annalista Metensis eum vocat Radbodium, Beda Radbodium vixit is à Pippino anno circiter DXC. Filiam suam nomine Theudsindam Grimoaldo Pippini filio in matrimonium dedit.

Hic & alios filios habuit, sed ex his Karolus præcipius extitit, qui ei post in principatu succedit. (153)

C A P. XXXVIII.

Quomodo Liutprandus Rex Rotharit suum rebellum occidit, & de audacia ejusdem regis.

AT verò Liutprandus rex cùm in regno confirmatus esset, eum Rothari ejus consanguineus perimere voluit. Is enim convivium ei in domo sua apud Ticinum præparavit, in qua domo viros fortissimos, qui regem convivantem extinguerent, armatos abscondit. Quod cùm Liutprando nunciatum fuisset, eum ad palatium suum evocari præcepit; quem, sicut ei dictum fuerat, loricam sub veste induitum ipse manu pertractans reperit. Qui Rotharit cùm se detectum cognovisset, statim post se exiliens spatam evaginavit, ut regem percuteret. Econtra rex suum ensem vagina exemit. Tunc unus è regiis satellibus, nomine Subo, Rotharit à tergo comprehendens, ab eo in fronte vulneratus est. Super quem Rotharit & alii insilentes eum ibidem occiderunt. Quatuor verò ejus filii qui non aderant, ubi inventi ibi perempti sunt. Fuit autem Rex Liutprandus vir multæ audaciæ, ita ut cùm eum duo armigeri ejus occidere cogitarent, & hoc ei perlatum fuisset; in profundissimam silvam cum eis solus egressus est, (154) mox evaginatum gladium contra eos tenens, eisdem quia eum occidere cogitaverunt impropperavit. Quod ut facere deberent hortatus est. Quisstatim ejus pedibus provoluti, ei sunt cuncta quæ machinati erant professi. Et de aliis quoque similiiter fecit. Sed tamen confessis, mox tantæ malitiæ culpam pepercit.

(153) Pippino filii fuere Drogo, & Grimoaldus ex Ple-crude, Carolus & Childebrandus ex Alpaide. Carolus cognomento Martellus post patrem summa rerum potitus est, præmortuis jam ante Drogone, ac Grimoaldo.

(154) Amb. *ingressus est.*

(155) Amb. & Mod. *populum Romoaldus ejus filius regendum suscepit.* Lind. al. leg. *suscepit, pro sublimavit.*

Revcanda in hunc locum sunt quæ Paulus de Gisulfo I. scripsit cap. II. hujus libri annos ducatus ejus enumerans, qui, si post Grimoaldi triennium initium habuerunt, ab anno DCXVII. sunt deduci usque ad DCCVII. itaut Liutprandum Regem Gisulfus non viderit. Turbat ordo historiæ Pauli, in qua cum rebus à Liutprando gestis obitus Gisulfus alligatur, sed plures id in ejus historia quisque notaverit.

(156) Al. *Petronas.* Lind.

(157) Leo Ostiensis in sui Chronicæ lib. I. cap. IV. Gregorium hunc tertium designat; sed, ut supra lib. 4. cap. XVIII. num. 62. notavi, pro tertio secundus est reponendus, argumento vita S. Vuillibaldi Eistetenis Episcopi, quam primus ad hanc rem adduxit Camillus Peregrinus in sua serie Abbatum Cassinensis: eidem subscripterunt Bollandus in S. Gregorio II. Angelus à Nuce in suo excursu chronologico ad Leonem Ostiens. nu. 481. & seqq. Mabillon. in an. Bacchinius in dissert. de ætate Petri senioris, aliquie. Petrus Diaconus ad Zacharias Pontificis tempora Petronacis in Cassinum adventum refert; sed noster huic manifestè repugnat. Ad Peregrinii argumentum addit Mabillonius, & cultum Cassinatum in S. Gregorium II., Tom. I.

A

C A P. XXXIX.

De morte Gisulfi ducis Beneventani, & ducatu filii ejus Romoaldi.

DEfuncto itaque Gisulfo Beneventanorum duce, Samnitum populus Romoaldum ejus filium ad regendum se sublimavit. (155)

C A P. XL.

Quomodo Beatus Petronax, monasterium Sancti Patris Benedicti apud Cassinum reparavit, & de Monasterio Sancti Vincentii.

B

C

D

E

Circa hæc tempora Petronax (156) civis Brexiæ urbis, divino amore compunctus, Romam venit, hortatuque tunc Gregorii (157) Apostolicæ Sedis Papæ, Cassinum castrum pettit, atque ad Sacrum Corpus Beati Patris Benedicti perveniens, ibi cum aliquibus simplicibus viris, (158) jam ante residentibus, habitare cœpit, qui eundem venerabilem virum Petronacem sibi seniorem statuerunt. (159) Hic non post multum tempus, cooperante misericordia, & suffragantibus meritis Beati Benedicti patris, jamque evolutis fere centum & decem annis, (160) ex quo locus ille habitatione hominum destitutus erat, multorum ibi monachorum, nobilium, & mediocrium, ad se concurrentium pater effectus, sub sancto regulæ jugo, & beati Benedicti institutione, reparatis habitaculis vivere cœpit, atque hoc sanctum coenobium in statum, quo nunc certinatur, erexit. Huic venerabili viro Petronaci in sequenti tempore Sacerdotum præcipius, & Deo dilectus Pontifex Zacharias plura adiutoria contulit, libros scilicet (161) Sanctæ Scripturæ, & alia quoque quæ ad utilitatem monasterii pertinent; insuper & regulam, quam Beatus Pater Benedictus suis sanctis manibus conscripsit, paterna pietate concessit. (162) Monasterium verò Beati Vincentii martyris,

non verò III. & rationem temporis, XXXII. nempe annorum, quibus Petronax instaurato Cassinensi Monasterio presul, eaque retrocedendo a tempore Optati Petronacis successoris an. DCCLII. à Stephano II. ad Aistulfum Regem Langobardorum legati, circa DCCXX. venit, quo in Pontificatu sedebat S. Gregorius hujus nominis II.

(158) Simplicium virorum appellatione heremita interpretatur Nuceus ad hæc verba, quæ in suum Chronicon lib. I. cap. IV. penè ad verbum transcriptus Leo, hoc unum addens, Petronaci socios a Gregorio datos aliquantos de Lateranensi congregati Fratres, eam scilicet quæ fugatis è Cassino Monachis S. Pelagii Papæ II. & Tiberii Mauriti Imp. concessione juxta Lateranum coaluerat.

(159) atque ab eisdem fratribus in Abbatem prælatus: Scribit Leo cit. cap.

(160) Numerum CX. annorum legit Nuceus etiam in MS. Codice Leonis Ostiensis lit. B. Breviorem etiam numerum notarunt Adrevaldus Floriacensis de mir. S. B. lib. 1. cap. 113. & Ab. Uspergensis in Chronicæ. Leonis codex alter signatus A., & editio Veneta, ipsaque Parisiensis Nucei habet CXXX. Regestrum Petri ab ipso citatum CXX. ar in omnibus cum Mabillonio reponendi ad minimum CXXXV. Bacchinius loco cit. Paulum parachronismi excusare tentat, sed & ipse sibi parum fidens in aliorum venit sententiam.

(161) Amb. etiam.

(162) Sacrum hunc Regulæ Codicem anno DCCCXCVI. incendio crematum fuisse cum Teanensi Monasterio auctor est Leo lib. I. cap. 48. Nuceus tamen postremum libri caput ab igne servatum in suo Callinensi Monasterio gratulabatur nu. 497.

H h h

tyris, quod juxta Vulturni Fluminis fontem, situm est, & nunc magna congregatione refulget, à tribus nobilibus fratribus, hoc est, Tato, Taso, & Paldo (163) jam tunc adificatum, sicut viri eruditissimi Autberti ejusdem monasterii Abbatis, in volumine quod de hac re, composuit, scripta significant. (164) Superstite sanè adhuc Beato Papa Gregorio Romanæ Sedis, Cumanum castrum à Langobardis Beneventanis pervasum est; sed à duce Neapolitano noctu superveniente, quidam ex Langobardis capti, quidam perempti sunt; castrum quoque ipsum à Romanis est receptum. Pro cuius castri redemptione, Pontifex septuaginta libras auri, sicut primitus promiserat, dedit. (165)

C A P. X L I.

Quomodo defuncto Imperatore Theodosio, Leo ei successit in regno.

Inter hæc defuncto Imperatore Theodosio, qui uno solummodo imperium rexerat anno, ejus in locum Leo Augustus subrogatur. (166)

C A P. X L I I.

Quomodo Karolus Francorum princeps Reginfridum superavit.

A pud Francorum quoque gentem Pipino vitâ exempto, ejus filius Karolus, (167) de quo præmiseramus, licet per multa bella,

(163) Nomina Tato, Taso, & Paldo, non leguntur in Amb., Modoetensis habet Tassone, Catone, & Tato. Lind. Rbasone &c. ut in Mod.; sed nihil varianum ab editorum lectione: constat enim illustres hosce fratres generis nobilitate, ac mortum splendore ita fuisse appellatos. *Hi ex nobili genere orti, & jure consanguinitatis propinqui erant, utpote ex duobus fratribus. Paldo quidem ex uno, Taso vero & Tato ex altero procreati*, ut narrat S. Autpertus Abbas in vita S. Paldonis. Relicta Beneventana urbe, paternisque opibus ad S. Thomam Farfensis Monasterii instauratorem conseruerunt, eoque monente ad Vulturni fluminis ripam Monasterium S. Vincentii non sine miraculo construxerunt. In eo S. Paldo primus Abbas, qui suscepit Sacri Canobii regimen an. ab Incarnat, Domin, DCCVII. sub S. Papa Sisinnio: Secundus Taso, postremus Tato. De iis plura in citata vita apud Ughellum, Bolland., & Mabillon.

(164) Memoratam S. Paldonis vitam à S. Autperio Abate ejusdem Monasterii S. Vincentii scriptam innuit Paulus: eam publici juris fecit Ferdinandus Ughellus tom. 6. Italia Sacra. Ceterum de insigni Monasterio S. Vincentii hæc Nuceus ad Leonem Ostiensem num. 495. *Dicit hoc Monasterium à Cassinensi duodecim plus minus passuum milibus; crevitque ad amplissimam opulentiam & sanctitatem. Nunc undique solitudinem spirat, & borromem, omni Monachorum cultu desitutum, Abbati tantum, ut vocant; Commendatario commissum &c.*

(165) Vide Anastasium in S. Gregorio II, & Baronium ad an. Christi DCCXV.

(166) Minimè vero defuncto Theodosio. Regnavit is quidem anno uno, ut noster haber; sed vivens, lumenque se imperio abdicavit. Θεοδόσιος δὲ τῷ τῷ ἡγεμονίᾳ χληροὶ γεγονότες τῷ σταύλῳ τοῦ πολέμου τοῦ αὐτοῦ εἰναι τοῖς διηγέζετο. Theodosius autem cum filio ejus clericorum albo ad scripti reliquum vita in pace transegere, inquit Theophanes. Occasionem repetit Nicephorus à corrupto Reipublicæ statu, quo impunè bellis, undique lacelebat, irruentibus in Regiam urbem terra, marique Saracenis. Quibus rebus, cognitis tam militia Prefecti, quam civiles Magistratus, cùm Theodosii imperitiam animadverterent, neque tantis hostium viribus sustinendis parem esse scirent, instare atque bortari cuperunt, ac Imperio se se abdicaret, ac tutò se in ordinem cogi pateretur. Nec conditionem abnuit ille, sed anno Imperii ventente sponte se abdicavit &c.

A & certamina, de manu Reginfridi (168) principatum sustulit. Nam cùm in custodia teneatur, divino nutu eruptus aufugit, (169) ac primum contra Reginfridum, cum paucis bis terque certamen init, (170) novissimè eum apud Vinciaccum (171) magno certamine superavit. Cui tamen unam, hoc est, Andegavensem civitatem ad habitandum concessit. (172) Cunctam verò Francorum gentem, ipse gubernandam suscepit. (173)

C A P. X L I I I.

Quomodo Liutprandus Rex donationem Ecclesie confirmavit, & quomodo filiam Theoberti in conjugium accepit.

EO tempore Liutprandus rex, donationem patrimonii Alpium Cottiarum Romane Ecclesie confirmavit. (174) Nec multum post idem regnator Guntrudam filiam (175) Bojoriorum ducis, apud quem exularat, in matrimonium duxit, de qua unam solummodo filiam genuit.

C A P. X L I V.

Quomodo Faroaldus classem invasit, & quia Theudo Bojoriorum dux ad Apostolorum limina Romanum venit.

CPer hæc tempora Faroaldus Spoletanorum ductor Classem (176) Ravennatum civitatem invasit: (177) sed jussu regis Liutprandi,

(167) Cognomento Martellus Pippini Heristalli filius.

(168) Al. Reginfridi, &c sic infra. Lind.

(169) Continuator Fredegarii cap. 104. *Hic diebus Carolus Dux à prefata feminâ Plectrude sub custodia detentus Dei auxilio liberatus est. Ea Pippino cum Alpaide Caroli Martelli matre uno tempore, duplice conjugio uxori, Theudoaldo ex Grimoaldo filio nepotem, Majorem domus, Aufstratorum auxilio, & auctoritate sua tuebarur, Carolo infensa. Theudoaldo, paulo post pugnam sylvæ Cottæ mortuo, Ragenfridus apud Neufastos Major domus constitutus est, eaque belli causa cum Carolo.*

D (170) Primo prælio inter Carolum, & Ragenfridum pugnatum est in loco, qui dicitur Ambula à flumine Ambula, vulgo Ambles, anno DCCXVI. Secundo in loco nuncupato Vinciaco in pago Camerensi anno sequenti XII. Kal. April. Continuator Fredegarii cap. 106. postremo in pago Sueffionensi anno DCCXIX. cit. auctor cap. 107.

(171) Al. Provinciam. Lind. & Mod. *Vincentiacum. Amb.*

(172) Verba Cui tamen unam, hoc est Andegavensem civitatem ad habitandum concessit, al. deflunt Lind.

(173) Pagius in Critica-chronolog. Baron. anno DCCXIX. Paulus recte quidem scribit Carolum tribus præliis de manu Reginfridi Principatum Francorum sustulisse, sed perperam ait. Novissimè eum apud Vinciaccum &c. Pugna enim Vinciacenfis secunda fuit non tertia. Preterea Carolus non nisi anno DCCXXIV. ciuitatem Andegavensem Reginredo concessit. Id ex Annalista Metteni, aliisque Francicarum rerum Scriptoribus firmissimè probat &c.

E (174) Anatal. in S. Gregorio II. Eo tempore Liutprandus Rex donationem patrimonii Alpium Cottiarum, quam Arripertus Rex fecerat, bicque repeterat, admonitione tanti viri, vel increpatione redditam confirmavit. Post hoc de lunari eclipti, & adventu Theudonis Bajoiorum Regis; de quo cap. sequenti, quamobrem ante DCCXVI. eodem auctore donatio hæc est retrahenda.

(175) Al. filiam Theoberti. Lind.

Amb. filiam Theoperti. Mod. Theoperti.

(176) Al. classe. Lind.

(177) Non semel tentaram Langobardorum armis Ravennam sub Rege Liutprando facile arguimus ex subsequenti cap. XLIX. & Anastasio, cui nulla de Faroaldi invasione mentio; sed tam nostro, quam Anastasio, concinniori, quam par erat stylo, hoc tradentibus, integrum rerum seriem reddere mihi quidem impossibile.

di, eadem Romanis reddita est. Contra hunc Faroaldum ducem, filius suus Trasemundus insurrexit, cumque clericum faciens, locum ejus invaserit. (178) His diebus Theudo Bojororum gentis dux, orationis gratia Romam ad Beatorum Apostolorum vestigia (179) venit. (180)

C A P. XLV.

Quod defuncto Sereno Patriarcha, Calixtus regi men Ecclesiae suscepit; & de bello Pemmonis adversus Slavos.

A Pud Forumjulii igitur, sublato è rebus humanis Patriarcha Sereno, Calixtus vir egregius, qui erat Tarvisianæ Ecclesiae Archidiaconus, annidente Liutprando principe, Aquilejensem Ecclesiam regendam suscepit. (181) Quo, ut diximus, in tempore, Pemmo Forojulianis præterat Langobardis. (182) Is cùm jam nobilium, quos cum suis natis nutrierat, filios ad juvenilem perduxisset ætatem, repente ei nuncius venit, immensam Slavorum multitudinem, in locum qui Lauriana (183) dicitur adventasse. Cum quibus ille juvenibus super eosdem Sclavos tertio irruens, magna eos clade prostravit, nec amplius ibi aliquis à parte Langobardorum cecidit, quā Sigwaldus, (184) qui erat jam ætate grandævus. Iste namque in superiori pugna, quæ sub Ferdulfo facta est, duos filios amiserat. Qui cùm prima & secunda vice, juxta voluntatem suam se de Sclavis ultus esset, tertia vice, prohibente duce, & aliis Langobardis, non potuit inhiberi, sed ita eis respondit: Jam satis, inquit, meorum filiorum mortem vindicavi, etiam si advenierit, latus suscipiam mortem. Factumque est; & ipse solus in eadem pugna peremptus est. Pemmo verò cùm multos inimicorum prostravisset, metuens ne aliquem suorum amplius in bello perderet, cum eisdem Sclavis in eodem loco pacis concordiam iniit, atque ex illo jam tempore magis ac magis cœperunt Sclavi Forojulianorum arma formidare.

(178) Faroaldi hujus Dicis tempore Farfense Monasterium à Langobardis antea dirutum opera Sancti Thomæ Mauriennæ Presbyteri iterum instauratum fuit, atque in historia 900. Monachorum à Saracenis decollatorum multa huic Monasterio Faroaldus iste concessisse dicitur.

(179) Al. *vestibula*. Lind.

(180) Anno DCCXVI. Theudonis II. Bajoariorum Dicis peregrinatio tribuenda ex Anastasio, qui eam cum lunari eclipsi ejusdem anni alligat, ut supra notavi. Accidit enim die XIII. mensis Januarii, feria secundâ, post horam quintam à meridie, ut scribit Calvinius in opere chronologico. Ceterum Theudo hic ille est, quem S. Rudbertus Salisburgenus Episcopus ad fidem Christianam convertit.

(181) Anno circiter DCCXXX., ut afferit Ughellus. Ad eundem S. Gregorii II. literæ à Baronio ex chronicô Danduli relate anno DCCXXIX.

(182) Amb. & Langobardis.

(183) Al. *Laurina*. Lind.

(184) Al. *Sivaldus*. Lind. *Sicualdus*. Mod.

(185) Alius *Sora*. Lind. *Anastas*. Bibliothec. in Codic. Regio Mazarin. & Thuan. habet *Agarenorum gena à loco, qui Cepta dicitur, ex Africa transfretantes Hispaniam ingressi* &c. ferè ad verbum cum nostro. Addit hoc unum: Eudoni victoriam non sine miraculo daram, divisis in milites spongiis, quas anno precedenti S. Gregorius cum benedictione misserat, de quo Flodorus etiam lib. de Pontiff. Roman.

(186) Al. *habitatores perpetui ingressi sunt*. Lind.

A

C A P. XLVI.

De adventu Saracenorum in Hispaniam: & quomodo eos Karolus, & Eudo in Gallia superaverunt.

EO tempore gens Saracenorum in loco qui Septem (185) dicitur, ex Africa transfretantes, universam Hispaniam invaserunt. Deinde post decem annos cum uxoribus, & parvulis venientes, Aquitaniam Gallie provinciam, quasi habitaturi ingressi sunt. (186) Karolus siquidem cum Eudone Aquitanæ principe, tunc discordiam habebat. Qui tamen in unum se conjungentes, contra eosdem Saracenos pari consilio dimicarunt. Nam irruentes Franci super eos, trecenta septuaginta quinque millia Saracenorum interemerunt. Ex Francorum verò parte, mille & quingenti tantum ibi ceciderunt. Eudo quoque cum suis super eorum castra irruens, pari modo multis interficiens, omnia devastavit. (187)

B

C A P. XLVII.

Quomodo Saraceni Constantinopolim obsederunt, & à Bulgaribus devicti sunt.

C

Hoc etiam tempore eadem Saracenorum gens cum immenso exercitu veniens, Constantinopolim circumdedit, ac per continuum triennium obsedit, donec multa instantia ad Deum clamantibus civibus, plurimi eorum fame, & frigore, bello, & pestilentia perirent, ac sic pertæsi obsidionis, (188) abscederent. Qui inde egressi Bulgarum gentem, quæ est super Danubium, (189) bello aggrediuntur. Et ab hac quoque victi, ad suas naves refugiunt, quibus cum altum peterent, ingruente subito tempestate, plurimi etiam merris, sive contritis navibus, perierunt. Intra Constantinopolim verò, trecenta millia hominum pestilentia interierunt.

D

C A P.

(187) Baronius ex *Chronico Pithœi*, seu, ut communiter vocant, ex *Annalibus Fuldenis*, & *Continuatori Fredegarii*, quibus accedunt *Annalista Metensis*, aliique recent. Saracenos in Gallis ex Hispaniis ab ipso Eudone in odium Caroli vocatos narrat, insignemque victoriam, qua Rex perfidæ gentis Abdirama occisus est, communi calculo cum anno DCCXXV. illigavit. At Pagius anno 732. nu. 1. & seq. Putat *Continuatorum Fredegarii*, qui iussu Childebrandi Caroli fratris historiam scriplerat, ob redintegratas post victoriam Carolum inter & Eudonem inimicitias, in odium Eudonis, vocatos ab eodem Saracenos scriptisse, adductisque pluribus horum temporum Scriptoribus tum in Baronia ipso, cum in Paulo & Anastasio errorem notat, diversa enim cum Saracenis prælia simul miscent, & victoriam, quæ anno DCCXXXII. obvenit, cum anno DCCXXV. male illigant.

(188) Al. ac si per tempus obsidionis &c. al. ac si perterriti ab obsidione. Lind. ac si à parte sua obsidomis. A. Beda, quem transcriptis totidem verbis Paulus, habet ut in edipo: id tantum à nostro additum de peste C. P. urbis. Anno DCCXVII. ex Theophane colligimus Regiam urbem Saracenos obse disse, arre infecta, multisque acceptis cladibus anno sequenti discessisse, itaut Beda simul & nostro hoc loco sit emendandus. Liberatæ urbis memoriam notavit Baronius ex *Menologio Graeco*. Extat etiam oratio historica in *Auctario Bibliothecæ Patrum* tomo II.

(189) Amb. *super Danubium posita*.

E

C A P. XLVIII.

Quomodo Liutprandus rex corpus Beati Augustini Ticinum adverxit.

Liutprandus vero audiens quod Sarraceni depopulata Sardinia, etiam loca illa ubi osca Augustini Episcopi, propter vastationem Barbarorum olim translata, & honorifice fuerant condita, foedarent, misit eo, & dato magno pretio, accepit, & transtulit ea in urbem Ticinensem, ibique cum debito tanto patri honore condidit. (190) His diebus Narnia civitas a Langobardis pervasa est. (191)

C A P. XLIX.

Quas civitates Romanorum Liutprandus rex invasit, & de deterioribus factis Leonis Augusti.

Eo tempore rex Liutprandus Ravennam ob-sedit, Classem invalidit atque destruxit. (192)

(190) Paulo adstipulatur Beda in libro de sex statibus Liutprandum Regem e Sardinia corpus D. Augustini Hipponensis Episcopi Ticinum transtulisse: annum translationis quamplures frustra investigarunt. Mabillonius in Muiai Italici tomo I. ex ejusdem Regis diplomate relato in Chronico MS. Archivii Ecclesiae S. Petri in Cœlo aureo putavit ejusdem Regis anno primo id factum; sed in Annalibus animadvertisit Basilicam illam inter adiaticas ab hoc Rege connumerari, unde in tanta temporis angustia magnificum opus absolument ibique reconditum S. Augustini corpus vix credibile. Baronius alia utitur conjectura, &c in annum DCCXXV. remisit, quod hoc anno Beda translationis narratione libro suo finem fecerat. Rei gesta seriem ex Petri Oldradi Epistola recenset, sed illa inter suppositias jamdiu est amanda. Non minor doctorum hominum conatus post inventionem sacri pignoris die prima Octobris anni MDCXCV. circa illius, ut ajunt, identitatem. Doctissimus noster Saxius dissertationes plures de hac ie diligentia sua collegit, & in Ambrosianam Bibliothecam contulit, XXXIV. diverorum auctorum in utramque partem aduentibus calamis. Hos inter D. Joannes Gaspar Berretta Caffinensis, cui Lindenbrogianam Pauli editionem deboeo, & doctrinæ penitioris frequentissimas delicias. Is peculiari libello rem integrum exegit.

(191) Al. hæc verba Narnia civitas &c. usque ad finem cap. defunt. Lind.

Amb. & Mod. habent, &c in Amb. pro Narnia, legitur Narina. Anastasius in S. Gregorio II. ubi hæc cum Ravennæ obsidione, de qua in cap. sequenti, conjungit bene habet Narnia.

(192) Alias obedit classe, atque destruxit; sed vitiata lectione, ut in Anastasio loco cit. Ibi legendum: castrum persuadens Clases, captos abstulit plures, & opes abstulit innumeratas. Ravennam anno DCCXXVI. a Liutprando occupatam communiter scribunt. Modum aëre rei ab uno tantum discimus Agnello in S. Johanne XXXIX. Raven. Ep. Et Liutprandi Regis regnum Langobardorum regentis (Græcorum more genitiyo utus, pro ablativo abisoluto) ab ipsis exercitu prædicta civitas coronâ cincta, & devasta est, à suis decepta civibus, simulata fraude à porta, que dicitur Vicus salutaris, que erat juxta fluvium Pantheim. Omnes cives cucurserunt illuc, unus autem ex illis infensus suis civibus, promissa pecunia allatis clavibus, subductis modis Portæ, que pergit ad vicum Leprosum, ubi est pons ex basibus factus, reseratis clausulis, omnibusque patefactis portis inimici ingressi civitatem, & eam subverterunt. Nam iudicio Dei ipse qui insidiator suorum civium fuit, & pile claustra aperuit, quamprimum tigni stipite perfojus interit &c. Capti Urbe Gregorius Pontifex ad Vener. Duxem eas literas dedit, quæ recenset Baronius anno prædicto, eorumque opera Græcis iterum restitutam innuit noster intra cap. LIV.

(193) Non unus Paulus Patricius S. Pontifici paraverat infidias, nec semel ipse: incitabar enim iussionibus suis Leo Isaurus, quod sibi sacras in imagi-

A Tunc Patricius Paulus ex Ravenna misit, qui Pontificem interimerent. (193) Sed Langobardis pro defensione Pontificis repugnantibus, Spoletanis in Salario ponte, (194) & ex aliis partibus Langobardis Tuscis resistentibus, consilium Ravennatum dissipatum est. Hac tempestate Leo Imperator apud Constantiopolim sanctorum imagines depositas incendit. Romano quoque Pontifici similia facere, si imperiale gratiam habere vellet, mandavit, sed Pontifex hoc facere contempsit. (195) Omnis quoque Ravennæ exercitus, vel Venetiarum, talibus jussis uno animo restiterunt, & nisi eos prohibuisset Pontifex, Imperatorem super se constituere fuissent aggressi. (196) Rex quoque Liutprandus castra Aemilia, Foronianum, (197) & Montem Bellum, (198) Buxeta & Perficta, Bononiam & Pentapolim, Auxinumque (199) invasit. Pari quoque modo tunc & Sutrium pervasit; (200) sed post aliquot dies, iterum Romanis redditum est. (201) Per idem tempus Leo Augustus ad pejora pro-gres-

nes furenti Apostolica fortitudine resistet.

(194) Al. Solaropara. Lind.

(195) Ex Anastasio narrata fusiū repeate, quæ occasione mandatorum Leonis in Italia evenerunt, cœde-que illustrium virorum, tam in Campania, quam in partibus Ravennæ: alti, quippe consentientes im-pietati Imperatoris, alii cum Pontifice, & fidelibus se tenentes in partes discesserunt. Sacrarium ima-ginum destructores munieribus ad se trahete Langobardos nitebantur: sed hi religionis zelo cum Romanis una se quasi fratres fidei catena confixerunt, desiderantes cuncti mortem pro defensione Pontificis suæ gloriae. Hinc frequentes hoc tem-pore inimicitæ, ac reconciliationes Romanos inter & Langobardos, non alia de causa, ut mihi persuadeo, nisi ut Græcis communibus inimicis pro necessitate temporis resisterent: eorumque fra-tis viribus, jam Langobardi armis iterum in Ro-manos insurgebant.

(196) Græci Scriptores injuria Romanos Pontifices accusant, Italiam populos contra Leonem Imp. excita-tes, itaut ab Imperio defecerint. At hæc Pauli verba quibus concors est Anastasius ex diametro, ut dicimus, oppositum evincent.

(197) Fenonianum. Amb. & Mod. al. Fenorianum. Lind.

(198) Mod. Montem vellum. Lind. Pellum.

(199) Amb. & Mod. Auximumque.

D De iis Cluver. Italiam antiquæ lib. I. Opidum Bu-xeta, quod pluralis numeri est vocabulum in ipsa Aemilia regione est prope Padum circa Cremonam, vulgari nunc vocabulo Busseto. Perficta item opidum, sive castrum memoriam antiqui nominis servat, vulgo nunc S. Giovanni in Perficto dictum, ab eodem via Aemilia latere VIII. circiter millia à Mutina. Meminit ejus etiam Chronicon Caffinense lib. I. cap. §7. tis verbis. In comitatu Mutinensi, fundo, qui Perficta dicitur. Ab altero via latere, quid Apenninum spectat, bauld procul à Bazano, atque Saviniano opidum est castrum Mons Pellius, vulgo nunc Monte Veglio, & Vejo adpellatum. Foronianum castrum dubito an is locus fuerit, qui nunc vicus apud Nuram flumen supra Placentiam vulgo dicitur Fugliano, sive Fuliniano: & vobementer suspicor scriptum fuisse ab ipso Paulo Diacono Foronovanum castrum: quod opidum antiquitas dice-batur Forum novum: nunc autem vulgo Fornuovo apud Tari, Cervique amnum confluentes X. mil. pas. à Parma diffitum &c.

(200) Mod. Pari modo quo tunc & Sutrium pervasit.

(201) Plura de occupato, restitutoque Sutrio narrat Anastas. in S. Gregorio II. Eadem tempore per XI. Indictionem dolo a Langobardis pervasum est Sutriense Castrum, quod per centum quadraginta dies ab eisdem Langobardis possessum est. Sed Pontificis multis continuis scriptis, atque commonitionibus ad Regem missis, quamvis multis datis munieribus, saltim om-nibus suis nudatum opibus, castrum, donationem BB. Apostolis Petro, & Paulo antefatam emittens, Longobardorum Rex restituit, atque donavit. Hinc annum actæ rei cognoscimus, nempe DCCXXVIII, quo indictione XI. currebat. Post hæc supplendus est notus ex eodem Anastasio res gestas Indictione XII. narrante, quas consultò fortasse Paulus pre-terit

gressus est, ita ut compelleret omnes Constantiopolis habitantes tam vi, quam blandiciis, ut deponerent ubicunque haberentur imagines tam Salvatoris, quam Sanctæ ejus Genitricis, vel omnium Sanctorum, easque in medium civitatis incendio concremari fecit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri præpediebant, (202) aliquanti ex eis capite truncati, alii corporis parte multati sunt. Cujus errori Germanus Patriarcha non consentiens, à propria sede depulsus est, & ejus in loco Analtius presbyter ordinatus est.

C A P. L.

De Romaldo Beneventano duce, & Gisulfo filio ejus.

Romoaldus denique dux Beneventi, uxorem fortitus est, Guntbergam nomine, quæ fuit filia Auronæ Liutprandi regis sororis. De qua filium genuit, quem nomine sui patris Gisulfum appellavit. Habuit rursus post hanc & aliam conjugem, nomine Ravigundam, (203) filiam Gaidoaldi Brexiani (204) ducis.

C A P. LI.

De inimicitiis Pemmonis contra Calixtum Patriarcham.

Gravis sanè per idem tempus inter Pemmonem ducem, & Calistum Patriarcham discordia rixa surrexit. Causa autem hujus discordia ista fuit. (205) Adveniens anteriore tempore Fidentius Episcopus de castro Juliensi, (206) cum voluntate superiorum ducum intra Forojuliani castrum muros habitavit, ibique sui Episcopatus sedem statuit. Quo vita decedente, Amator in ejus loco (207) ordinatus est. Usque ad eundem enim diem superiores Patriarchæ, quia in Aquileja propter Romanorum incursionem habitare minimè poterant, sedem non in Forojulii, sed in Cormones (208) habebant. (209) Quod Calisto, qui erat nobilitate conspicuus, satis displicuit, ut in ejus dioecesi, cum duce & Langobardis habitaret Episcopus, & ipse tantum vulgo sociatus vitam duceret. Quid plura? Contra eundem Amatorem Episcopum egit, eumque de Forojulii expulit, atque in illius domo sibi habitationem statuit. Hac de causa Pemmo dux, contra eundem Patriarcham, cum multis nobilibus Langobardis

territ. Fœdus nempe initum inter Eutychium Patricium, & Liutprandum, ut congregatis exercitibus Rex subjeceret Duces Spoletam, & Beneventam, & Exarctus Romanam, & que pridem de Pontificis persona iussus fuerat (nempe ut occideretur) impleret. Qui Rex Spoletem veniens suscepit ab utrisque Ducibus Sacramentis, atque obsidibus, cum tota sua cohorte in Neronis campum successit. Ad quem egressus Pontifex, eique presentatus, fuduit, ut potuit Regis mollire animum commonitione pia, ita ut se prosterneret ejus pedibus, & promitteret se nulli infirre lesionem: atque sic ad tantam compunctionem pii monitis flexus est, ut que fuerat induitus exueret, & ante corpus Apostoli poneret, mantum, armillas, & crucem argenteam. Post orationem factam obsecravit Pontificem, ut memoratum Exarctum ad pacis concordiam suscipere dignaretur, quod & factum est.

(202) Amb. perpediabant.

(203) Amb. Ranigundam. Lind. Raingundam, & Ragnmundam.

Tom. I.

A consilium iniit, apprehensumque eum ad castellum Pontium, (210) quod supra mare stum est, duxit, indeque eum in mare præcipitare voluit. Sed tamen, Deo inhibente, minimè fecit; intra carcerem tamen eum retentum, pane tribulationis sustentavit. Quod Rex Liutprandus audiens, in magnam iram exarsit, ducatumque Pemmoni auferens, Ratchis ejus filium in ejus loco ordinavit. Tunc Pemmo cum suis disposuit, ut in Sclavorum patriam fugeret: sed Ratchis ejus filius à Rege supplicando obtinuit patri veniam, eumque in regis gratiam reduxit. Accepta itaque Pemmo fiduciâ quod nihil mali pateretur, ad regem cum omnibus Langobardis, cum quibus consilium habuerat, perrexit. Tunc rex in judicio residens, Pemmonem, & ejus duos filios Ratchait & Ahistulfum, Ratchis concedens, eos post suam sedem confistere præcepit. Rex vero elevata voce, omnes illos qui Pemmoni adhaerent, nominativè comprehendere jussit. Tunc Ahistulfus dolorem non ferens, evaginato penè gladio regem percutere voluit, nisi eum Ratchis suus germanus cohibuisset. Hoc modo iis Langobardis comprehensis, Hersemar, qui unus ex eis fuerat, evaginato gladio, multis inseguientibus, ipse se viriliter defensans, in Basilicam beati Michaëlis confugit. Ac deinde solus regis indulgentia impunitatem meruit, ceteris longo tempore in vinculis excruciatis.

C

C A P. LII.

Bellum Ratchis contra Sclavos.

Ratchis denique apud Forumjulii dux, ut dixeramus, effectus, in Carniolam (211) Sclavorum patriam, cum suis ingressus, magnam multitudinem Sclavorum interficiens, eorum omnia devastavit. Ubi cum Sclavi super eum subito irruissent, & ipse adhuc lanceam suam ab armigero non abstulisset, eum qui primus ei occurrit, clavâ, (212) quam manu gestabat, percutiens, ejus vitam extinxit.

D

C A P. LIII.

Quomodo Rex Liutprandus Pipino Karoli regis filio capillum totondit.

Circa haec tempora Karolus princeps (213) Francorum, Pipinum (214) suum filium ad Liutprandum direxit, ut ejus juxta morem capillum susciperet. Qui ejus cæsariem incidens,

- E
- (204) Al. Brixian. Lind.
 - (205) Al. discordia fuit Fidentius Episcopus Forojuliensis. Anteriori tempore de voluntate superiorum Ducum intra Forojuliani castrum muros hababant. Lind.
 - (206) Amb. Juliani. Mod. Forojuensi.
 - (207) Mod. Episcopus.
 - (208) Al. in Commune. Lind. & Mod.
 - (209) Julianum Episcoporum antiquam sedem Julii Carnici vulgo nunc Zuglio ex hoc Pauli capite contra Baronii sententiam restituit Eminentissimus Norisius in sua dissertatione de V. Synodo cap. 9. §. 4. invictisque rationibus ostendit Forumjulii peculiarem Episcopum non habuisse, at ibi precardi Julianensem reseedisse, idque Ughellus etiam non animadvertit: sed error expunctus est in additione Episcopatum antiquorum, quam: vide.
 - (210) Amb. Notrum.
 - (211) Al. Carmolam. Lind.
 - (212) Al. elevata securi, quam manu &c. Lind.
 - (213) Mod. Rex.
 - (214) n. Pipinum, al. deest. Lind.

Illi

dens, ei pater effectus est, multisque eum datum regis muneribus, genitori remisit. (215)

C A P. LIV.

Sarraceni rursum Gallias repetentes à Francis superantur, & quomodo Liutprandus in solatium Francorum ivit.

DER idem tempus Sarracenorum exercitus, rursum in Galliam introiens, multam devastacionem fecit. Contra quos Karolus non longè à Narbona bellum committens, eos, sicut & prius, maxima cæde prostravit. (216) Iterò Sarraceni Gallorum fines ingressi, usque ad Provinciam venerunt, (217) & capta Arelate, omnia circumquaque demoliti sunt. Tunc Karolus legatos cum muneribus ad Liutprandum regem mittens, ab eo contra Sarracenos auxilium poposcit. Qui nihil moratus, cum omni Langobardorum exercitu in ejus adjutorium properavit. Quo comperto gens Sarracenorum, mox ab illis regionibus aufugit. Liutprandus verò cum omni suo exercitu ad Italiā rediit. Multa idem regnator contra Romanos bella gessit, in quibus semper victor extitit, præter quod semel in Arimino, eo absente, ejus exercitus cæsus est, & alia vice

(215) Notavi supra lib. IV. cap. XL. num. 198. veterum hunc morem incidenti capillos ab Hadriano Valerio illustratum: eidem addendus hic Mabillo-nius in praefatione prima partis saeculi III. Benedictini, ubi observat morem hunc, qui Græcis etiam fuit: nam Constantinus Pogonatus *mallo-nes capillorum*, hoc est cirros, seu cincinnos à Græco μαλλάς, Justiniani, & Heraclii filiorum ad Benedictum Papam II. direxit, teste Anastasio: observat, inquam, morem hunc Pippino primū fortalite introductum apud Reges Francorum, atque inde capillos in orbem compositos gestasse, ut in cereis Carolo-vingorum iconibus capilli in orbem æquati ad humeros usque apparent: nam antea Agathiae testimonio, qui superiori saeculo vixerat, Iolemne erat Regibus iis intonsam habere comam à pueris.

(216) Non tribus tantum his præliis à Carolo Martello cum Saracenis bellatum, in Aquitania nempe, Narbona, & Provincia, sed & in aliis etiam Galliae partibus, variisque temporibus, ut ex rerum Francicarum Scriptoribus appetet. Insigniores victorias noster memorat. Eghinardus in vita Caroli Magni, de Carolo Martello loquens primas duas his verbis, & ipse narrat. *Carolus &c. Saracenos Galliam occupare tentantes duobus magnis præliis, uno in Aquitania apud Pictavium, altero juxta Narbonam apud Byrram fluvium ita devicit, ut in Hispaniam eos redire compelleret.* Narbonense prælium, quod anno DCCXXXVII. gestum, fusè describitur a Continuatore Fredegarii in sua appendice. Postremum in Provincia ab Eghinardo præteritum narrant Annales Mettensis, Continuator idem Fredegarii, & Annales Nazariani anno DCCXXXIX. Eadem interfuisse Liutprandum Regem omnes consentiunt, atque in ipsius epitaphio legitur

*Leinceps tremuere feroce
Usque Saraceni, quos dispuuit impiger, ipsos
Cum premerent Gallos, Carolo poscente juvari.*

(217) Cætera qua sequuntur usque ad verba: *Qui Gisulfus cum propter statem &c. in A. desiderantur.*

(218) Mod. benedictionem.

(219) Al. caperent. Lind.

(220) Tam pauca delibavit Paulus ex rebus à Romanis feliciter gestis, ut vix aliquid ad historiæ usum vertere liceat, quodque magis dolendum, à Scriptoribus aliis supplere minime possumus, nullo, quod sciam, de his verba faciente. Anastasius multa quidem ad Langobardicas res conductientia præbuit, sed & ipse memoratas in hoc capite silentio præterivit.

(221) De rebellione Trasemundi Ducis à Rege Liutprando, plura scripsit Anastasius, quam Noster. Postremas ille res à S. Gregorio III. gestas descri-

A cùm apud vicum Pilleum, rege in Pentapolitane demorante, magna multitudo horum, qui regi munuscula, vel xenia, vel singularum Ecclesiasticalia dona (218) deferebant, à Romanis irruentibus cæsa, vel capta est. Rursus cùm Ravennam Hildebrandus regis nepos, & Peredo Vincentinus dux obtinerent, irruentibus subito Veneticis, Hildebrandus ab eis captus est, Peredo viriliter pugnans occubuit. In sequenti quoque tempore Romani solita elatione turgidi, congregati universaliter, habentes in capite Agathonem Perusinorum ducem, venerunt ut Bononiam comprehendenter, (219) ubi tunc Walcaro, Peredo, & Rothari, morabantur in castris. Qui super Romanos irruentes, multam de eis stragem fecerunt, reliquosque fugam petere compulerunt. (220)

C A P. LV.

De Trasemundo duce Spoletoano, & Gisulfo Beneventano, & Gregorio, & regno Hilprandi.

His diebus Trasemundus contra regem rebellavit. Super quem Rex cum exercitu veniens, ipse Trasemundus Romanam fuga pettit. (221) In cuius loco Hildericus ordinatus est.

Mor-

C bens narrat in S. Zacharia Gregorii successore. *Hic inventit totam Italiam provinciam valde turbatam &c. persequente Liutprando Longobardorum Rege ex occasione Trasimundi Ducis Spoletoini, qui in hac Romana urbe, eodem Rege persequente refugium fecerat. Et dum à prædecessore ejus beata mem. Gregorio Papa, atque à St. pbano quondam Patricio, & Duce, vel omni exercitu Romano predictus Trasemundus redditus non fuisset, obfessione facta, pro eo ab eodem Rege ablata sunt à Romano ducatu civitates quatuor, idest Ameria, Hortas, Polimartium, & Blera. Et sic idem Rex ad suum palatium egressus per mensem Augustum Indictione VII. Trasemundus verò Dux, babito consilio cum Romanis, collectoque generali exercitu Ducatus Romani, ingressi sunt per duas partes in fines ducatus Spoletoani. Qui continuo timore duci pro multitudine exercitus Romanii eidem Trasimundo se subdiderunt Mariscani, & Forconi, atque Balvenses, seu Primenses. Deinde ingressi per Sabinensem territorium venerunt in Reatinam civitatem. Qui Reatini continuo & ipsi se subdiderunt. Exinde pergentes ingressi sunt Spoletorum per mensem Decembrem prædicta Indicti. Addit Paulus infra tunc extinctum à Trasimundo Hildericum, qui in illius locum à Liutprando suffectus fuerat. Eratque magna turbatio inter Rom., & Longobard. quoniam & Beneventani, & Spoletorum cum Romanis tenebant. Sed dum idem Trasemundus Spoletinus Dux noluit implere, qua prædicto Pontifici, & Patricio simul & Romanis promiserat pro recolligendis quatuor civitatibus, qua pro eo perierant, & aliis, qua sponderat capitula: & prænominate Rex ad motionem contra Ducatum Romanum se prepararet: in his prædictis b. m. Gregorius Papa divina vocazione ex hac luce subtractus est, & divino nutu prænominate Santis. Zacharias in Pontificatum est electus &c. Misericordia legatione apud jam dictum Regem Longobaldum illi prædicavit. Cujus S. Viri admonitionibus inclinatus, prænominate quatuor, quas à Ducatu Romano abstulerat civitates reddere promisit. Dumque motione militum facta ad comprehendendum Trasemundum Ducem Spoletinum conjungeret se, exhortatione S. Viri exercitus Romanus in adjutorium prædicti Regis egressi sunt. Et dum ipse Trasemundus suam deceptionem conspiceret, egressus est Spoletoana civitate se prædicto tradidit Regi. Is cum Clericum fecit, addit Paulus seq. cap. LVII. At in his Anastasi numeralibus notis error irrepli: quippe si mense Augusto, Indictionis VII., quæ anno DCCXXXIX. decurrebat, Liutprandus à Romano ducatu in suum palatium reversus est, jam secundo mense, nempe Aprili ejusdem anni, quo Carolus, teste Continuatore Fredegarii, in Provinciam properavit, bello huic adesse non potuit, nisi quis putaverit, quod vix possibile, tam brevi tem-*



Tom. I. Pag 509.



Mortuo autem Romualdo juniore Beneventanorum duce, qui viginti & sex (222) ducatum tenuerat annis, Gisulfus ejus filius adhuc parvulus remansit. (223) Contra quem aliqui insurgentes, eum moliti sunt extinguere. Sed Beneventanorum populus, qui suis duxoribus semper fidelis extitit, eos peremerunt, sui ducis vitam servantes. Qui Gisulfus cum propter etatem puerilem idoneus ad tantum populum regendum non esset, Liudprandus rex Beneventum tunc veniens, eum exinde abstulit, & apud Beneventum suum nepotem Gregorium ducem ordinavit. Cui in matrimonio uxor sociata Giselberga nomine fuit. Ita rex Liudprandus rebus compositis, (224) ad suum solium remeavit: Gisulfumque suum nepotem paterna pietate erudiens, ei Conibergam, (225) nobili ortam progenie, in matrimonium juxxit. Ipse rex eo tempore in languorem decidens, morti approximavit. Quem Langobardi vita excedere existimantes, ejus nepotem Hildeprandum foras muros civitatis, (226) ad Sanctæ Dei genitricis Ecclesiam, quæ ad Perticas dicitur, in regem levaverunt. (227) Cui dum contum, sicut moris est, traderent, in ejus conti summitate, cucus avis volitando veniens, infedit. (228) Tunc aliquibus prudentibus hoc portento visum (229) est significari, ejus principatum inu-

A tilem fore. Rex autem Liudprandus cum hoc cognovisset, non æquo animo accepit: Tamen de infirmitate convalescens, eum regni sui confortem habuit. Evolutis dehinc aliquot annis, Trasemundus qui Romam fugerat, Spoletum rediens, Hildericum extinxit, rursumque contra regem rebellionis audaciam sumvit.

CAP. LVI.

Quia mortuo Gregorio Gothschalcus in Benevento dux factus est: & quomodo rex Liutprandus bellum in Pentapolii gessit.

B **A**T verò Gregorius dum apud Beneventum annis septem ducatum gessisset, vita exemptus est. Post cujus obitum Godeschalcus dux effectus, annis tribus Beneventanis præfuit; (230) cui in conjugio uxor sociata nomine Anna fuit. Rex ergo Liudprandus talia de Spoleto, sive Benevento audiens, rursum cum exercitu Spoletum petiit. Qui Pentapolim veniens, dum à Fano civitate (231) forum Sempronii pergeret, in silvam quæ in medio est, Spoletani se cum Romanis sociantes, magna incommoda regis exercitui intulerunt. Qui Rex in novissimo loco Ratchis ducem, & ejus fratrem

temporis curriculo duobus his bellis expeditum, Saracenico primum, inde Romano Ticinum remeasse. Insuper mense Decembri, quo Trasemundus Spoletum ingressus est eadem septima indictione non currebat, sed octava, ut bene plures notaverunt. Ex ipso igitur Anastasio locum corrigo, & pro septima, octavam Indictio. X. narrans, & predicti quatuor civitates, quæ ipse ante biennium per obsessum factam pro predicto Trasemundo Duce Spoletino abulerat &c. redonavit. Hinc anno DCCXL. illigo Urbis obsitionem, & sequenti XLI. mortem Hilderici, Trasemundi restitutionem in ducatu, Beneventanorum rebellionem, ac legationem ad Carolum à Sancto Gregorio III. missam, ut auxilio esset Romanis contra Langobardos; tunc enim Liutprandus talia de Spoletio, sive Benevento audiens rursum cum exercitu Spoletino petit, ut scribit noster cap. sequenti. Anno tandem DCCXLII. Trasemundi ditionem, Zachariae cum Liutprando colloquium, & urbium restitutionem, ut narrare prosequitur Anatal. loco cit.

(222) Mod. septem.

(223) Ejus initium supra capit. II. num. 8. cum anno DCCVII. coniunxi, ergo an. circiter DCCXXXIII. Romualdus è vivis excessit.

(224) Al. rebus Beneventanis compositis. Lind.

(225) Amb. Scaunipergam.

Ita vocat eam Ostiensis lib. I. cap. V. laudarque pia fœmine pietatem, qua templum idolorum in Castro Casino constructum in honorem B. Petri dedicavit.

(226) Al. muros Ticinensis civitatis. Lind.

(227) Annum quo Hildeprandus in Regni consortium cum Liutprando est vocatus designat instrumentum in Archivio Lucensi à Fiorentino in comment. de rebus ad Comitiss. Mathildem spect. lib. 3. Ughello in Italia Sacra, aliisque relatum his chronologicis notis. Regnante Domino Liutprando Excellentissimo Rege, Regni ejus vigesimo quarto, & Excellentissimo nepote ejus Domino Hilprando Rege anno primo, mensis Martio, Indictione quarta, quæ Christi anno DCCXXXVI. in cursu fuit. Mabillonius in Musaeo Italico, & tom. 2. Sac. Bened. exhibet ejusdem Hildeprandi Regis diploma. Actum Ticini in palatio sub die II. Kal. April. anno felicis Regni nostri nono per Indictionem XII. hoc est anno DCCXLIV. quo Liutprandus è vivis excessit. Ex concordia istarum notarum nil hesitandum puto quin Paulum confuso temporum ordine plura tradidisse dicamus. Nam Liutprandi morbus, & Hildebrandi confortium in Regno, praecesserant Trasemundi rebellionem, cum qua

C presenti capite cuncta copulavit. In illius tam excusationem ejus mentem ita interpretor, ut ubi presenti capite de Romualdo Beneventano verba facit, ad priora tempora illius retrahenda sit oratio, quod & indicat ipse in fine iis verbis Evolutis debinc aliquot annis Trasemundus &c. iisque ad continuationem inceptæ historiæ iterum reddit, ac postmodum cap. LVII. aboliuit, ab Anatali tempore minimè recedens, nam utrique Trasemundi finis paulo ante obitum Liutprandi.

(228) Haec sive conto, de quo hic sermo, traditi Langobardici Regni veteribus signo pugnant acerrime qui Modoetiensis corona vetustatem à Gregorianis temporibus, ejusque Langobardorum Regibus impositionem ante Caroli Magni successores impetrunt, inaugurationem Regiam per solam hastæ traditionem ex hoc loco indicantes. Penitioris antiquitatis thesauros dissertationibus suis in alterutram partem de hac re in medium adduxerunt V. Cl. Muratorius noster to. II. Anecdotorum, & Fontaninus peculiari libello, Blondi, Sigonii, Cointii, Mabilionii, aliorumque judicia expendentes. Non est locus hic eorum argumenta repetere, neque animus in partem venire. In gratiam eruditorum imaginem lapidis in eadem Modoetiensi Basilica positi è posteriori parte ambonis vulgandam curavi: in eo sedentis Regis coronatio representatur adstantibus Clericis, & proceribus gentis.

(229) Amb. Tunc aliquibus prudentibus viris bac portentum visum. Cætera usque ad finem capitinis desiderantur.

(230) Godeschalci hujus Beneventani Dicis, qui successor habuit Gisulfum II. meminit etiam Leo Ostiensis lib. I. cap. V. eumque sequenti cap. VIII. inter Gregorium, dictumque Gisulfi non recensuit, cum extremos tantum Pontifices, & Duces eo loco notaverit, ut bene animadvertis ibidem Nuceus. Hujus tamen rationem temporis, quo Duces isti Beneventani præfuerunt, minimè probbo. Cùmque Romualdi initium anno DCCVII. alligaverim, ejusdem annos XXVI. numerans ad DCCXXXIII. venio, quo Gisulfum II. etate adhuc puerili ducatu exturbatum puto. Inde Gregorii septem annis numeratis, ut noster habet, initium Godeschalci anno DCCXL. tribuo, ejusque triennio expletio restitucionem Gisulfi II. paulo ante DCCXLIV. repono, quo Liutprandus Rex è vivis excessit: meamque rationem ob id potissimum cum Paulo convenire puto, quod is restitucionem Gisulfi extremis Liutprandi temporibus narrat.

(231) Alias dum à Fano Fortuna forum Sempronii peteret. Lind.

trem Ahistulfum, cum Foro Julianis constituit. (232) Supra quos Spoletani, & Romani irruentes, aliquos ex eis vulneraverunt. Sed tamen Ratchis cum suo germano, & aliquibus viris fortissimis, omne illud pugnae pondus sustinente, viriliterque certantes, multisque trucidatis, se suosque inde, praeter, ut dixi, paucos sauciatos exemerunt. Ibi quidam Spoletanorum fortissimus, Berto nomine, nominative Ratchis acclamans, armis instructus super eum venit. Quem Ratchis subito percutiens, equo dejecit. Cumque ejus socii eum perire vellent, eum pietate solita fugere permisit. Qui manibus, pedibusque reptans silvam ingressus evasit. Super Ahistulfum verò in quodam ponte duo fortissimi Spoletani à tergo venientes, unum eorum adversa cuspide feriens, de eodem ponte dejectus; alterum verò subito ad eum conversus, vita privatum post socium merita. (233)

C A P. L V I I .

Liuſprandus quid Spoleti egerit. Godeschalcus audiens adventum ejus Beneventum, fugiens à Beneventanis extinctus est.

AT verò Liuſprandus Spoletum perveniens, Trasemundum ducatu expulit, eumque clericum fecit. Cujus in loco Agibrandum (234) suum nepotem constituit. Cum verò Beneventum properaret, Godescalcus, auditio ejus adventu, navem concendere, atque in Græciam fugere molitus est. Qui postquam uxorem & cunctam supellestilem suam in navim imposuisset, & novissimè ille ascendere vellet, irruentibus Beneventanis Gisulfi fidelibus, extinctus est. Uxor sanè illius, cum omnibus quæ habebat, Constantinopolim perlata est.

C A P. L V I I I .

Idem quid Beneventi egerit. De Baodolino miraculis sanctitatis viro. Huic par Theudelapius, & Petrus Ticinensis Episcopus.

Tunc Rex Liuſprandus Beneventum perveniens, Gisulfum suum nepotem iterum in loco proprio (235) ducem constituit. Rebusque ita compositis, ad suum Palatum remeavit. Hic glorioſissimus Rex multas in Christi honore, per singula loca ubi degere solebat, basilicas construxit. Hic Monasterium Beati Petri, quod foras muros Ticinensis civitatis situm est, & Cœlum aureum appellatur, instituit. In summa quoque Bardonis alpe,

(232) Uterque hic frater in Langobardorum solium defuncto Liuſprando electus fuit; sed Ratchis, abdicato Regno, in Cassinensi Monasterio Sanctitatis coronam promeruit.

(233) Al. vita priuavit, & fluvio immersit. Lind.

(234) Al. Anſfrandum. Lind.

(235) Alias pristino. Lind.

(236) Non conditorem, sed auctorem Monasterii Berceti in Monte Bardonum Liuſprandum regem ex gestis Moderamni Episcopi Redonensis a Frodoardo narratis lib. I. cap. XX. probat optimè Mabillo-nius in annalibus tom. II. an. DCCXVIII. illudque in honorem S. Abundii Martyris antea constructum, postea in honorem S. Remigii, cuius reliquias è Remensi Monasterio Moderamus in Italiam contulerat, & miraculo monitus ibidem depofuerat, ita Liuſprandus regia liberalitate per suum diploma bonis, & ædificiis ditavit, ut à nostro conditoris loco habeatur.

AMonasterium, quod Bercetum dicitur, ædificavit. (236) In Olonna nihilominus suo prohaſtio, (237) miro opere in honorem Sancti Anastasi martyris, Christo domicilium statuit: in quo & Monasterium fecit. Pari etiam modo multa, per loca singula, divina templa instituit. Intra suum quoque Palatum, oraculum Domini Salvatoris ædificavit, & quod nulli alii reges habuerant, sacerdotes, & clericos instituit, qui ei quotidie divina officia decantarent. Hujus regis temporibus fuit in loco, cui Forum nomen est, juxta fluvium Tanarum, vir miræ sanctitatis, Baodolinus (238) nomine, qui multis miraculis, Christi gratia suffragante, refulsiſ. Qui ſæpe futura prædictit, absencia quoque quasi præſentia nuntiavit. Denique cum Rex Liudprandus in Urbem silvam vena-tum iſſet, unus ex ejus comitibus, cervum sagittâ percutere nifus, ejusdem regis nepotem, hoc est, fororis ejus filium Aufusum nomine, nolens sauciavit. Quod rex cernens, valde enim eundem puerum amabat, cum lachrymis ejus incommodum lamentari coepit, statimque unum ē suis equitem misit, qui ad virum Dei Baodolinum curreret, eumque peteret, ut pro vita ejusdem pueri Christum supplicaret. Qui cum ad servum Dei pergeret, puer defunctus est: cui Christi famulus ad fe pervenienti, ita dixit: Scio quam ob causam veneris, sed illud quod postulas (239) jam fieri non potest, quia puer ille defunctus est. Quod cum is, qui missus fuerat, regi, quod à servo Dei audierat, renuntiasset, rex licet doluerit, quod effectum supplicationis fuæ habere non potuit, tamen quia vir Domini Baodolinus spiritum prophetice habuerit, aperte cognovit. Huic quoque non dissimilis apud Veronensem civitatem Theudelapius (240) nomine fuit, qui inter miranda, quæ patrabat, præſago etiam spiritu, multa quæ erant ventura, prædictit. Eo quoque tempore floruit vita, vel actibus (241) Ticinenſis Ecclesiæ Episcopus Petrus, qui quia regis erat consanguineus, ab Ariperto quondam rege, apud Spoletum exilio fuerat retrusus. Huic beati martyris Sabini Ecclesiam frequentanti, ifdem venerabilis martyr prænuntiavit, quod Episcopus apud Ticinum futurus esset. Qui postea cum id fuisset factum, basilicam eidem beato' martyri Sabino, in solo proprio, apud eandem civitatem construxit. Hic inter reliquias optimæ vitæ, quas habuit, virtutes, etiam virginitatis flore decoratus eniuit. Cujus nos aliquod miraculum, quod posteriori tempore gestum est, in loco proprio ponemus. (242) At verò Liudprandus, postquam triginta & uno anno, septemque mensibus principatum (243) obtinuit, jam ætare ma-

(237) Hæc verba suo prohaſtio, alias defunt. Scriptum est more illi ſæculo uſitato; ſic oſtium dicebant quod nos oſtium, & barenam ἀντὶ τῆς arenam. Prohaſtium ergo eſt προσέπειον, ideſt πρὸς τῆς πόλεως latine suburbanum. Nec aliter hic locus intelligendus. Lind.

(238) Al. Bandolinus. Lind.

(239) Mod. quod poſtulare missus es.

(240) Al. Theolapius. Lind.

(241) Al. vitalibus aethibus. Lind.

(242) Al. ſuo loco in Epifcoporum vitis ponemus. Lind. De S. Petro Ticinenti Episcopo plura Henschenius die VII. Maji, apud eumdem ex Grutero epitaphium, in quo de regia cognitione pariter hæc leguntur.

Inclitus prosapia, Regumque stemmate tangens
Nobilis eloquio, moribus nobilior.

(243) Mod. Regnum.

maturus, hujus vice cursum explevit. (244) Corpusque ejus in Basilica Beati Adriani martyris, ubi & ejus requiescit genitor, sepultum est. (245) Fuit autem vir multæ sapientie, consilio sagax, pius admodum, & pacis amator: Bello potens, delinquentibus clemens, castus, pudicus, orator pervigil, eleemosynis largus,

(244) Annus emortualis Liutprandi Regis DCCXLIV. ab omnibus notatur; itaut in eo minimè sit elaborandum, dies incerta, sed ante Kal. Junii vivere desississe, aperte indicat Anastasius in S. Zacharia, unde supplenda est Pauli narratio. Noster enim omisit postremos Liutprandi conatus in urbem Ravennam, & Cælenatis castri occupationem, quibus acti Eutychius Exarchus, & Joannes Archiepiscopus precibus suis ita S. Pontificem ad opem ferendam illexerunt, ut relicti Româ Ravennam, atque inde Ticinum ad Liutprandum properaverit; ab eoque in vigiliis SS. Apostolorum Petri, & Pauli, benignè, ut par erat exceptus, paternis monitis id tandem obtinuit, ut à bello cessaret, atque prediculus Rex post multam duritatem inclinatus est fines Ravennatis urbis dilatare, sicut primatus detmabantur. Et duas partes territorii Cæfena castri ad partem Reipublica restituit. Tertiam vero partem de eodem castro sub obtenu restringuit, inito constituto ut usque ad Kalendas Junii dum ejus missi à Regia reverterentur urbe, idem castrum, & tertiam partem, quam pignoris causa derelinquit, parti Reipublica restitueret. Acta hec Indictione XI. scribit Anastasius, nempe anno Christi DCCXLIII. Hinc sequitur. Regressus autem (S. Zacharias) in urbem Romanam cum omnibus, qui secum erant, gratias agentes Deo, denuo Natale Beatorum Principum Apostolorum Petri, & Pauli cum omni populo celebravit, & sese in orationibus dedit, petens ab omnipotenti Deo misericordiam, & consolationem fieri populo Ravennatum, & Romano ab infidatore, & persecutore illo Liutprando Rege. Cujus preces non deficiens divina clementia eundem Regem ante diem superiorius constitutum de bac luce subtraxit &c.

(245) Nostris diebus Liutprandi Regis tumulus non in Basilica D. Adriani Martynis, ut Paulus hic scribit, sed in altera S. Petri in celo aureo. Scriptores Ticinenses inde translatum putant; immo iterum loco motum scribunt in eadem Basilica Sancti Petri; quippe olim ad ingressum confessionis columnis quatuor impositus conspiciebaratur, nunc vero ex decreto Sac. Conc. Tridentini humi stratus ante proximam aram S. Severino Boetio dicatam. Hac ibi legitur epigraphes

*Flavius hoc tumulo Lymprandus condidit, olim Langobardorum Rex inclitus, acer in armis Et bello victor, Sutriumque Bononia firmans
Hoc & Arianum, necnon invicta Spoleti
Marnia; namque sibi bac subiecta fortior armis.
Roma suas vires jampridem bac milite multo
Obseffa expavit: deinde tremuere feroces
Ufque Saraceni, quos dispuisse impiger, ipso
Cum premerent Gallos Karolo poscente juvari
Ungarus à solo bac adjutus, Francus, & omnes
Vicini grata degobant pace per omnes.
Rege sub bac fulsis, quod merum est, sancta frequensque
Religio, ut recolunt alpes, Ecclesia quarum
Hanc habuit vincere ipso, & prægrandia templa
Qua vivens struxit, quibus & famosius in orbe
Semper & aeternus laetabit seculo cuncta
Principis Petro celesti bac sedis dictata
Clavigero statuit, celo quam providus aereo
Augustinus ubi bac aliunde abduktus eodem
Rege jacet, cuius doctrinæ Ecclesia fulget.*

(246) Extant adhuc in collectione legum Langobardorum eæ, quas Liutprandus Rex prædecessorum Regum edictis addidit. Immo urbi huic adhuc in usu mensura Liutprandi pes appellata, in stolidiorum controvetus dirimendis usurpata. Lon-

A litterarum quidem ignarus, sed philosophis æquandus, nutritor gentis, legum augmentator. (246) Hic initio regni sui, Bojoariorum plurima castra cepit, plus semper orationibus, quam armis fidens; maxima semper cura Francorum, Avarumque pacem custodiens.

B gum esset singula pietatis monumenta repetere, que Rex inclitus posteris reliquit donationum liberalitate de Monasteriis, & Ecclesiis optimè meritus. Has inter Comendis exhibet regia diploma ta, quibus amplissima prædia dono accepit. Laudatur etiam Liutprandus in inscripto carmine ad lapideum tumuli B. Cumiani Episcopi è S. Columbani familia in Monasterio Bobiensi, ubi haec leguntur.

*Hic sacra Beati Membra Cu-
miani solvuntur
Cujus colum penetrans animas
Angelis gaudet
Iste fuit magnus dignita-
te genere forma
Huic missis Scotis fines ad
Italicos senem
Locatur Elevio Domini con-
tritus amore
Ubi venerandi dogma Colum-
bani servando
Vigilans jejunans indefe-
sus sedule orans
Olimpiadis quattuor
Uniusque circulo ami
Sic vixit feliciter ut felix
Modo credatur
Mitis, prudens, pius, fratribus
Paceficus cunctis
Huic etatis armi fuerunt
Novies dem
Lusbrum quoque umum mensis-
que quatuor simul
At pater egregie potens
Intercessor existe
Pro glorioissimo Lutprando
Rege qui tuum
Pretiojo lapide tymbum
Decoravit devotus
Sit ut manifestum alnum ubi
Tegitur corpus.
Depositus est hic D. Cumianus
Episcopus XIII. Kal. Septemb. Fecit
Joannes Magister.*

C Addam postremò numnum aureum illius imagine signatum, de quo ante sermonem habui Camilli Peregrinii conjecturam sequens in antecedenti tabula ænea pag. 509. insculptum. Quo vero ad Paulum nostrum, qui suam historiam ad subsequentes Reges, Hildeprandum, Rachisium, Aistulfum, & postremum gentis illius Desiderium minimè produxit, repeto verba Erchemerti in ipso initio hist. sue Langobardorum, quibus caulam mutilate narrationis ita rudi stylo exponit. Langobardo rum seriem, egressum, situmque Regni, hoc est originem eorum, vel quomodo de Scandinavia insula egressi ad Pannonicam, & iterum à Pannonia in Italiæ transmigraverunt, Regnumque suscepserunt, Paulus vir valde peritus compendiosa licet brevitate, sed prudenti compofuit ratione extendens milionimus à Gammara, & duobus liberis ejus Historiam Ratclis pane usque Regnum. In his autem non frustra excludit atas loquendi, quoniam in eis Langobardorum deficit Regnum: mos etenim Historiographi Doctoris est, maximè de sua stirpe disputantis, ea tantummodo retexere, que ad laudis cumulum pertinere noscuntur. Si quid vero in hisce meis notis imprudenter exciderit à Catholica veritate alienum, quod abominor, & maxime cavi, omne id irritum, cassum, non scriptum, indictumque volo.

Explicit Liber Sextus, & ultimus de Gestis Langobardorum.

INDEX GENERALIS RERUM, ET NOMINUM,

Quæ continentur in Tomo I.

RERUM ITALICARUM.

A

- A** Basgi ad Euxinum Christiani. pag. 338. A., & 343. A.
 Ablavius Scriptor Gothicus vetustus. 194. A 199. D. 203. A.
 Absimarus contra Leontium Imperator factus. 142. C.
 Adversus eum Justinianus Rhinotmetus olim Augustus insurgit. Ibid.
 Ab eodem Justiniano captus interimitur. 143. D.
 Acheruntia Civitas. 479. B.
 Achilleus in Ægypto Imperator creatus. 69. C.
 Attiaca pugna, ubi Augustus vicit. 49. C. 235. B.
 Adaloaldus Agilulfi Langobard. Regis filius. 461. A.
 Vivente patre Rex creatus. 463. C.
 Post ipsum regnans in insaniam decidit. 469. A.
 Ejus Regni Chronologia. Ibid. C & 470. C.
 Adelgisus Langobardorum Rex profugus Constantinopolim pergit. 163. C.
 Occiditur. 167. E.
 Adelingi nobiles. 419. D.
 Ado Fori Julii Dux. 491. A.
 Adriani Moles Romæ à Gothis oppugnata. 267. E.
 Adriani Papæ literæ & Legati ad Nicenam II. Synodus. 167. C.
 Adrianus post Trajanum Imperator creatus. 61. C.
 Ejus acta. Ibid.
 Obitus. 62. A. 236. A.
 Adrianus Polens Episc. 449. D.
 Adriatici pelagús descriptio. 262. A.
 Aemilianus Imperator. 67. A.
 Aemilianus Tyrannus in Ægypto Imperator creatus. 67. D.
 Aemilia Provincia descriptio. 432. D.
 Aenea navis miranda Romæ servata. 356. C.
 Aetius Bonifacium Africæ Tyrannum deturandum curat. 94. B.
 Varia illius fortuna. Ibid.
 Patriciatum obtinet. Ibid. C.
 Contra Attilam in Hispania pugnat. 97. E.
 Valentiniani jussu trucidatur. 98. D.
 Ejusdem providentia, & virtus contra Attilam. 209. D.
 Agatho Dux Perusinorum. 508. A.
 Agathonis Papæ Legati in Concilio Constantiopolitanus contra Monothelitas. 492. B.
 Agelmundus primus Langobardorum Rex. 413. B.
 Agibrandus, sive Ansprandus, Spoleti Dux. 510. C. & E.
 Agilulphus Dux Taurini. 450. A.
 Rex Langobardorum, & Theudelinde maritus efficitur. 453. B.
 Christi Fidem Catholicam amplexus. 455. A.
 Urbes nonnullas capit, & evertit. 462. A.
 Pacem dat Romanis. 463. B.
 Moritur. 469. A.

- Agnellus Aciliensis Episc. 449. A.
 Agnellus Episc. Trident. 449. A. 451. C. 454. A.
 Ago Dux Fori Julii. 474 D. 482. A.
 Ajo Dux Beneventanus. 471. A.
 Aistulphus Langobardorum Rex infensus Stephano Papæ. 155. C.
 Idem Pemmonis Foro Juliani Ducis filius. 499.
 Alachis Tridenti Dux. 486. B.
 Brixia Dux creatus rebellionem instituit. 487. A.
 Ejus acta contra Cunibertum Regem. 488. B.
 Occiditur. 489. B.
 Alamanni à Juliano Cæsare vici. 76. E.
 Tum à Gratiano. 84. D.
 Vastatis Gallis Italiam invadunt. 67. B.
 Apud Lacum Benacum ingenti clade à Claudio Augusto fracti. 68. A.
 Et à Constantio Cæsare. 70. A.
 A Theudeberto Francorum Rege vici. 382. D.
 Eorum mores. 383. E.
 Templa spoliant, aliaque crudelia gerunt in Calabria. 388. C.
 Qualis olime orum armatura. 390. A.
 Alani Vandalis sociati. 94. B.
 Ab Hunnis devicti. 203. B.
 Alaricus I Visigothorum Rex Italiam invadit. 205. C.
 Stiliconis exercitum prostravit, Romanam capit &c. 91. B. 206. D.
 Moritur. Ibid. B.
 Alaricus II Visigothorum Rex. 214. D.
 Alaricus junior Visigothorum Rex à Francis cæsus. 259. B.
 Albanorum Reges in Italia. 2. B.
 Alboinus Langobard. Rex. 419. A.
 Ejus adolescentis audacia. 420. B.
 Defuncto Patre Regnum suscipit. 424. A.
 Cunimundum Gepidarum Regem interimit. Ibid.
 Narseti contra Gothos fert opem. 425. A.
 Italianam invadit. 428. B.
 Venetiam occupat. 431. B.
 Integrâ ferè Italâ potitur. 434. A.
 Ejus mors. 435. A.
 Albuinda Alboini Langobard. Regis filia. 436 B.
 Aldo, & Grauso præpotentes Brixiae Cives. 487. A. 488. B. 493. B.
 Alexander Magnus quo anno natus. 8. B.
 Alexander Tyrannus Imperium apud Carthaginem occupat. 73. A.
 Alexander Severus Imperator. 66. A.
 Alexandria à Julio Cæsare expugnata. 46. D.
 Alpes Cottiae Provinciar. 432. B.
 Restitutæ ab Ariperto Langobard. Rege Romanæ Ecclesiæ. 499. C. 504. B.
 Allobroges à Romanis vici. 29. D.
 Amalaricus Visigothorum Rex. 220. D.
 A Francis vietus moritur. Ibid. 260. B.
 Amalasuentha Theoderici Regis filia nupta Eu-
 tharico. 220. E.
 A Theodato Rege laqueo deleta. 221. B.

Go-

- Gothorum Regnum arripit.* 248. D.
Cum Justiniiano M. Imp. agit. 250. B.
Necatur. 251. D.
Amalorum apud Gothos illustris prosapia. 199. A.
 215. B.
 Inde ortus Jordanes Historicus. 217. B.
Amator Episc. Julensis. 507. C.
Amatus Patricius Provinciae. 437. C.
Amazones, Gothorum fœminæ, earumque gesta.
 195. D. 196. A.
 Earum regio. 337. C.
Ambiorix Gallorum Dux adversus Julianum Caesarem. 43. C.
Ambrosianæ Bibliothecæ laus. Præf. gen. pag. 8.
Ambrosius Mediolanensium Archiepiscopus eligitur. 82. C.
Justinam Augustam sibi infensam experitur.
 85. C.
Theodosio M. crudelitatis reo Templi aditum negat. 86. D.
Ejus constantia pro Religione. 87. A.
Ameria Civitas Romanis reddita. 456. A.
Amilcar Carthaginensium Dux. 13. C.
Anastasius, qui & Artemius, post Philippicum Imperator. 145. B. & 501. C.
 E solio dejicitur. 502. A.
Anastasius Orientis Imperator. 100. D.
Orthodoxos persequitur. 101. E.
Pessima ejus acta pro Hæreticis. 102. A.
Moritur. Ibid. C. & 240. E.
Anastasius Patriarcha Constantinopolitan. 507. A.
Anastasius Ticinen. Episcopus. 470. A.
Anastasius Bibliothecarius num Auctor Historie Miscelle. V. Præfat. ad eamdem.
Anconæ Urbis descriptio. 285. B.
Obsidetur à Gothis. 357. A.
Ancus Martius Romanorum Rex. 3. D. 226. B.
Anchis Major Domus in Palatio Regum Francorum. 498. C.
Angli, sive Saxones, Britanniam occupant. 96. B.
Angli Brittiam Insulam incolentes olim. 354. D.
 Eorum bellum cum Varnis. Ibid.
 Iidem ad Fidem Christi conversti. 448. B.
 Eorum concursus Romam. 502. B.
Anses, hoc est, Semidei appellati Gothorum Herroes. 198. D.
 Eorum genealogia. 199. A.
Ansfrit Ducatum Forojuliensem invadens cœcat. 491.
Ansprandus tutor Regis Liaberti. 497. A.
 Bello attritus fugere compellitur. Ibid. B.
 Regnum Langobardicum arripit. 501. B.
 Ejus mors. 502. B.
 Sepulchrum. Ibid. E.
Ansprandus Spoleti Dux. 510. C. & E.
Anthemius Occidentis Imperator. 98. D.
 Trucidatur. 99. B.
Antiochus Syriae Rex contra Romanos bellum infaustè agit. 22. A.
 A Phrahate vultus. 28. C.
Antoninus Pius Adriani successor in Imperio. 62. A.
 Ejus acta. Ibid.
 Obitus. 63. B.
Antoninus Verus cum M. Aurelio Imperium regit. 63. C.
 Ejus acta, & mors. Ibid.
Antonius (Marcus) Mutinam obsidet. 47. D.
 Augusto reconciliatur. 48. A.
 Partitur Romanum Imperium cū Augusto. Ibid.
 Cum eodem bella infausta agit ad Actium. 49. C.
 Sibi mortem infert. Ibid. E. 235. A.
Antonius Folch de Cardona Archiep. Valentinus,
 & in Hispanico consenu Præses laudatus.
- Vide Monitum Argelati pag. 7.*
Apennine Alpes Provincia. 432. C.
Apocrisarii Romanor. Pontificum. 442. B.
Apollonius Tyanæus quo tempore floruerit. 55. B.
Appia Via descriptio. 261. B.
Apulia Provincia descriptio. 433. A.
Aquileja ab Attila capitatur, ac incendio deletur.
 97. D. 212. D.
Venetiae caput. 431. C.
Aquilejensis Schismatis Historia. 445. D. 464. B.
 494. E.
Arabum sub successoribus Muhammeti progressus in Christianos. 133. A. 134. A.
 Hierosolymam capiunt. 134. E.
Arabes Leoni Augusto infensi. 149. C.
 Eorum arma contra Christianos sub Constante Aug. Heraclii nepote. 135. D. & seqq.
 Tum sub Constantino Constantis filio. 137. B.
 Cum quo pacem inceunt. 138. B.
 Rursus ad bellum acciti contra eum. 140. D.
Arator Poëta. 179. A. 421. C.
Arborychi, & Franci in unam gentem coalescunt.
 258. A.
Arcadius à Theodosio M. patre Augustus designatur. 85. B.
 Succedit Patri in Oriente. 90. B.
 Ejus mors. 91. A. & 238. A.
Archetas Æthiopum Rex. Ejus mores & amicitia cum Justino II. Aug. 110. A.
Archintus Carolus Comes laudatus. Vide Monitum Argelati pag. 4 & 404.
Ardaricus Gepidarum Rex Attilæ filios, ac Hunnos debellat. 216. A.
Arga convicii vocabulum apud Langobardos.
 498. C. D. & E.
Argelatus Philippus ejus Monitum ad Lect. pag. 1.
Laudatus. Vide Præf. gen. pag. 11. & 404.
Arichis Beneventanor. Dux. 458. B.
 Ejus mors. 471. A.
Arietum militarium descriptio. 266. A.
Ariminum à Romanis conditum. 12. B.
 Gothis ereptum. 283. B.
 Ab ipsis denuo obfessum. 284. E.
 Obsidio soluta. 289. A.
Arioaldus Langobardorum Rex. 469. A.
 Ejus mors. 470. B.
Ariovistus Germanorum Rex. 41. C.
Aripertus Francor. Rex. 429. A.
Aripertus Langobard. Rex. 473. B.
 Mors illius. 474. A.
Aripertus II. Ragumberti Regis filius, Rex Langobardorum. 497. C.
 Ansprandum persequitur. 498. A.
 Ab Ansprando fugatur, & in Ticino perit.
 501. B.
 Ejus virtutes. 502. A.
Ariulfus Spoleti Dux moritur. 458. A.
Arnulfus Major Domus in Francorum Palatio vir sanctus. 496. B.
Arrianam secam sequuti olim Langobardi. 470. A.
Artabasdus Imperator salutatur contra Constantinum Copronymum. 154. B.
 Bellum inter ipsos. 155. A.
 Oculis privatus deponitur. Ibid. E.
Artemius, qui & Anastasius, Imperator. 145. B.
 Depositus Monachum agit. 146. D.
Affyrorum Regum series. 222. C.
Athalaricus Gothorum Rex Paganus. 83. E.
 Constantinopolis moritur. 85. A. 241. C. 248. A.
Athalaricus Ostrogothorum in Italia Rex. 220. E.
 Moritur. 221. A.
Athalus Tyrannus in Africa Imperium usurpat.
 92. D.
Athanaricus Visigothorum Rex à Theodosio Magn. beni-

benignè exceptus. 205. D.
Athaulphus Gothorum Rex. 91. E.
Athaulphus Visigothorum Rex iterum Romam cap- pit. 206. D.
Placidiam sibi conjungit. Ibid.
Galliam petit, ac inde Vandals fugat. 207. A.
Occumbit. Ibid.
Athenæ à Sylla captae. 34. D.
Athesis inundatio immanis. 447. C.
Athlantis Philosophi Chronicon. Præfat. gener. pag. 5.
Attila Hunnorum Rex Romanas provincias va- stat. 96. A.
Immani exercitu in Occidentem irruit. 97. B.
Aquilejam diripit, & cremat. Ibid. D.
Reliqua ejus gesta, & mors. 98. A.
Attilæ potentia, ac Regia. 208. B.
Qualis ejus forma. 209. A.
In Gallias progreditur. Ibid. E.
Nationes diversæ ei sociatae. 210. A.
Teterrimum inter eum, ac Romanos, & Vi- gothos prælium. 211. B.
Aquilejam subvertit, & ad propria redit. 212. A.
A Thorismundo Visigothorum Rege fugatur. 213. B.
Ejus mors, & exequiæ magnificaæ. 215. D.
Filii ejus multi de Regno certant. 216. D.
Attilii Reguli egregia virtus. 14. A.
Atto Spoleti Dux. 474. D.
Ejus mors. 481. C.
Avares sub Chajano Rege Mauricio Aug. infesti. 113. D. & seqq.
Iudem ac Hunni. 128. D. & 424. B.
Pannonia potiti. 428. B.
Pacem cum Langobardis ineunt. 455. B. V. Hunni.
Auduinus Langobardorum Rex. 330. D. 352. A.
Gepidas profligat. 360. A.
Justiniano subsidia mittit. 361. E. 419. A. 424. A.
Augusti varia bella, & victoria. 235. A.
Augustinus Episcopus Hippoensis floret. 84. D.
Eius mors. 94. E.
Ejus corpus Ticinum transfertur. 505. A.
Augustinus Monachus Anglorum Apostolus. 448. B.
Augustus Cæsar, qui & Octavius, Mutinam ab obſidione Antonii liberat. 47. D.
Imperium Romanum cum Antonio partitur. 48. A.
Brutum & Cassium atterit. Ibid. D.
In pugna ad Actium, aliisque in locis Anto- nium devincit. 49. C.
Quo tempore Augustus consalutatus. 50. A.
Alia ejus gesta. 51. A.
Moritur. 52. C.
Augustulus Augustus purpuram exuit. 99. B.
Aurelianus Imperator creatus. 68. C.
Aureolus Mediolani Imperator creatus. 67. D.
Austria Provincia, hoc est Ducatus Forojulianus. 488. A.
Austrigosa Wachonis Langob. Regis uxor. 419. A.
Autharis Langobardorum Rex. 444. A.
Francos prælio fundit. 449. A.
Theudelindam conjugem experit. Ibid. B.
Eam sibi jungit. 450. A.
Beneventum capit. 451. B.
Ejus mors. 453. A.
Autpertus Abbas S. Vincentii ad Vulturnum. 504. A.
Auxentius Arrianus Episcopus Mediolanensis ma- ritur. 82. A.
Auximi obſidio per Belisarium. 294. B.
Ipsum tamdem recipit. 298. B.
A Totila obſidetur. 310. B.
A Langobardis occupatur. 506. B.

Tom. I.

B

B Adjula Gothorum Rex. 242. A.
Bajoariæ Provinciæ fines. 450. B.
Balistarum militarium descriptio. 266. C.
Balneum-Regis Civitas. 463. B.
Bandum, vexillum. 417. C.
Baodolinus vir Sandus. 510. A.
Barbae adolescenti primum radendæ mos antiquus. 468. C.
Basilica S. Johannis Bapt. Modoëtie. 459. C. & D.
478. C.
Ejusdem Ticini. 473. A.
S. Salvatoris. Ibid.
S. Michaëlis Ticini. 477. D.
S. Ambrosii ibidem. 485. B.
S. Mariæ ad Perticas ibidem. 486. C.
S. Petri Beneventi. 490. A.
S. Romani Ticini. 493. C.
Basiliscus Imperator pronunciatus. 239. C.
Belisarius Persas multis præliis edomat. 104. A.
Vandals in Africa impedit. Ibid. D.
Eam Provinciam illis eripit. 105. C.
Neapolim & Romam Gothis. 106. D.
E Justiniani gratia excidit. 110. A.
Restituitur. Ibid. C.
Ejus gesta contra Gothos. 221. C. 241. A.
Belisarius Siciliam occupat. 251. E.
Neapolim obſidet. 254. C.
Ea Urbe per immisso clam milites potitur. 256. B.
Romam recipit. 261. A.
Ipsam tuerit contra Gothos. 263. A.
Cum ipsis dubio Marte confligit. 264. A.
Obſidionem acriter sustinet. 265. B.
Gothos ingenti strage afficit. 268. B.
Ejus ad Justinianum epistola. Ibid. D.
Silverium Papam ex Urbe pellit. 270. B.
Gothos variis præliis fatigat. 271. B.
Inducias cum Gothis init. 280. A.
Constantinus in eum ense ruit. 282. B.
Gothos obſidionem Urbis solvere cogit. 283. A.
Cum Narsete junctus ad solvendam Arimini obſidionem. 288. C.
Difſidet à Narsete. 289. C.
Belisarius Urbinum & universam Æmiliam re- cipit. 291. A.
Auximum obſidet. 294. A.
Theodeberto Francorum Regi redditum ad sua- suadet. 296. D.
Fæſulas & Auximum recipit. 298. A.
Legatos ad Vitigin mittit. Ibid.
Ravennam obſidet. 299. E.
Pacis conditiones rejicit. Ibid.
Ravennam ac Vitigin Regem capit. 300. D.
Ad tyrannidem numquam inducitur. 301. B.
Ejus laudes. 302. C.
Iterum in Italiam missus. 309. D.
Ad Urbem obſidionem liberandam si parat. 317. A.
Belisarius Totilam à destructione Romanæ Urbis deterret. 320. A.
Roman rufus intrat, munit, ac tuerit ab ho- stibus. 321. B.
Indecore Constantinopolim revocatus. 330. E.
Fit Præfectus Prætorio. 355. E.
Benacus lacus. 431. B.
Benedictini Congreg. S. Mauri laudati. Prægen. pag. 9.
Benedictus Monachorum Pater Cassini floret. 107. A
179. D. 421. A.
In eum Pauli Diaconi Carmen. Ibid.
Ejus corpus num in Gallias asportatum. 490. A. & C. 491. A.

LIII

Bene-

- Benedictus I. Papa. 429. A.
 Benedictus Archiep. Mediolan. 499. D.
 Beneventum à Romanis conditum. 12. B.
 Olim Maleventum. 261. B.
 Samnii caput. 433. D.
 A Langobardis captum. 451. B.
 Ejus Ducatus exordium. 452. D.
 A Græcis impugnatum. 479. B.
 Benzii Chronicon. Præfat. gen. pag. 5.
 Bergomum Civitas. 431. B.
 Wallari Dux ibi. 436. C.
 Ab Ariperto Rege captus. 497. B.
 Berretta D. J. Gaspar laudatus. 506. C.
 Bertaridus Langob. Rex Mediolani regnat. 474. A.
 Fugit ad Cacanum Hunnorum Regem. 475. A.
 Italiam rursus repetens Grimoaldo se tradit.
 476. A.
 In Franciam fugit. 477. D.
 Tum ad Anglo-Saxonum Regem. 485. C.
 Revocatus in Italianum Regnum rursus adipisci-
 tur. 486. A.
 Cunibertum filium consortem Regni creat. Ibid.
 Ejus mors. 487. B.
 Bilitioë Castrum. 450. C.
 Blancus Horatius laudatus. V. Monitum Arge-
 lati. pag. 9. & Præf. gen. pag. 11.
 Ejus nota ad Paulum Diaconum. pag. 405.
 Bobiensis Monasterii ædificatio. 470. A.
 Boëtius vir Consularis jussu Theoderici Regis ne-
 catus. 248. A.
 Bombycum ova ex India ad Justinianum Monachi
 ferunt, ac serici conficiendi artem tradunt.
 351. E.
 Bonaccursi Chronicon. Præf. gen. pag. 6.
 Bonifacius armorum dux strenuus Honorio re-
 gnante Africam petit. 93. C.
 Ibi principatum invadit. 94. B.
 Tum Vandals illuc advocat. Ibid. D.
 Extinguitur. Ibid.
 Bonifacius III. Papa. 465. A.
 Bononia à Liutprando Rege occupata. 506. B.
 A Langobardis viriliter defensa. 508. A.
 Bonromæus Fridericus Cardin. laudatus. Præf.
 gen. pag. 8.
 Brenni Gallorum Dux impetus in Romanos. 7. A.
 227. C.
 Brexillum Civitas ad Padum. 444. B. 462. B.
 Britanni à Julio Cæsare bello fracti. 43. A.
 Britannia ab Anglis, sive Saxonibus occupata.
 96. B.
 Illius Insulæ descriptio. 192. D.
 Brittanica, seu Brittia Insulæ descriptio à Pro-
 copio. 354. C.
 Britones à Visigothis vici. 214. B.
 Olim Brittia Insula habitatores. 354. D.
 Brittia, seu Britannia Insula in Oceano Boreali.
 354. C.
 Murus ibi longus. 355. D.
 Brittomarus Gallorum Dux contra Romanos.
 16. C.
 Brixia magnam Nobilium Langobardorum co-
 piam complexa. 487. A.
 Brixie Dux Alachis. 436. C.
 Brundusium à Romualdo Benevent. Duce Græcis
 ereptum. 490. A.
 Brunichildis Sigisberti Francorum Regis uxor.
 430. A. 439. C. 454. A.
 Regnum regit. 457. C.
 Brutus duo Julii Cæsaris interfectores. 47. C.
 D. Brutus Mutine obseßus. Ibid. D.
 Brutus & Caſius Orientem armis vexant, & tam-
 dem sibi mortem consiſcunt. 48. D.
 Bubali in Italianum primum adducti. 457. B.
 Bulgares unde orti, eorumque motus in Christia-
- norum provincias. 138. D.
 A Langobardis prælio vici. 415. B.
 In Beneventana regione habitacula accipiunt.
 484. A.
 Burgundiones à Langobardis proſligati. 438. A.
 Burmannus Petrus de Historia Italica optimè me-
 ritus. Præf. gen. pag. 3.
 Butilinus Alemannorum, sive Francorum Dux
 Gothis se adjungit. 383. C.
 Campaniam, aliasque Provincias vastat. 388. D.
 Ad Capuam in castris se munit. 389. C.
 Prælium cum Narsete committit. 391. B.
 Vincitur, & cæditur. 391. B. 425. B.
 Buxetum à Langobardis captum. 506. A.
- C
- C Aballi silvatici primum in Italianam adducti.
 457. B.
 Cacanus Hunnorum Rex. 457. C. 459. B.
 Pacem cum Langobardis init. 461. B.
 Forum Julii vastat. 466. A.
 Quomodo se egerit in Romildam proditricem.
 467. A.
 Bertaridum profugum excipit. 475. A.
 Tum dimittit. 476. B.
 Forum Julii rursus vastans abire cogitur.
 482. C.
 Cacco Gisulfi Foroju. Ducus filius. 466. A.
 In Ducatu succedit. 467. D.
 Cesarea uxor Persarum Regis Christi Fidem au-
 amplexa. 474. A. & C.
 Calabria Provincia descriptio. 433. A.
 Caligula Tiberio in Imperio succedit. 53. D.
 Judæis infestus occiditur. 54. A.
 Calistus Patriarcha Aquilejen. 505. B. & 507. C.
 Callinicus Patricius. 459. B. 461. A.
 Callinicus Patriarcha Constantinopolit. 500. B.
 Camilli Romanorum ducis acta. 7. A.
 Campania descriptio. 8. B. 228. D.
 Hannibalem deliciis fregit. 21. A.
 Ejus altera descriptio. 432. C.
 Candidianus Gradensis Patriarcha. 464. A.
 Cantabri ab Augusto vici. 51. A.
 Capra mirabili pietate infantem deſtitutum alit.
 289. A.
 Captivos tondere antiquorum mos. 497. D.
 Capua à Romanis recepta. 19. B.
 Caracalla Rom. Imperator. 65. E.
 Caracciolum Antonius laudatus. Præf. gen. pag.
 10.
 Carausius in Britannia Imperium arripit. 69. B.
 Carinus Cari Augusti filius Cæsar. 69. B. 237. C.
 Carniola Sclavorum patria. 507. C.
 Carolus Martellus Major domus Francorum. 503.
 A. 504. C.
 Saracenos bis prælio vincit. 508. A.
 Carolus Magnus. Ejus filia Maria petitur in-
 uxorem Constantino Aug. Eirenes filio. 165. C.
 Et ad eum mittitur. 167. D.
 Is à Leone III. Papa coronatur Imperator. 170. D.
 Ad Eirenum Augustam Legatos mittit. Ibid. E.
 & 171. A.
 Ad eum Michaël Imp. Orientis Legatos pro pace
 mittit. 176. E.
 CAROLI VI. Romanorum Imperatoris laudes.
 V. Monitum Argelati pag. 4. 6. 7. & Præf.
 gen. pag. 11.
 Carthaginenses in Sicilia vici. 12. C.
 Iterum in Africa. 13. A.
 Tum in Sicilia prælio fusi. 14. D.
 Rursus ibi attriti. 15. A.
 Sub Hannibale ingentes Populo Romano clades
 inferunt. 17. B.

- A Scipione in Africa debellati pacem petere co-*
guntur. 20. C.
Carthago à Scipione minore delecta. 24. C.
A Genserico capta. 95. C.
A Saracenis occupata, ac vastata. 494. B.
Carus Imperator. 69. B. 237. C.
Casinense Monasterium à Langobardis spoliatum. 458. B.
Inde asportata offa S. Benedicti. 490. A.
Quid de hac translatione inter Casinates, &
Floriacenses Monachos. 490. C.
A Petronace restauratum. 503. B.
Casini Montis Arx. 421. A. & D.
Cassiodorus Consul, tum Monachus. 179. D.
Historia Gothorum ab ipso scripta. 189.
Quo tempore floruerit. 421. B.
Cassius, & Brutus in mortem ruunt. 48. D.
Catalaunici campi, ubi Attila prælium cum Ro-
manis. 210. D.
Catilinæ conjuratio in patriam compressa. 40. C.
Cato apud Uticam sese perimit. 46. D.
Cavallorum Civitas. 452. B.
Caucasi montis descriptio. 196. B. 337. B.
Cedoaldus Anglorum-Saxonum Rex Romæ bapti-
zatus. 495. B.
Ceneta in Venetia sub Francis. 389. D.
Cenetense Castrum. 430. B.
Centumcellæ Urbs maritima à Romanis recepta. 281. B.
Chajanus Avarum Rex Romano Imperio infestus. 113. E.
Multa ejus prælia. 114. D.
Nova bella movet. 117. B.
Multas urbes capit, & in captivos sevit. 119.
 A. 124. D.
Childebertus Francorum Rex. 220. C. 260. D.
 382. B. 393. A. 430. A. 439. C.
In Langobardos pergit. 444. A.
In Hispanos. 446. A.
Eorum Regi sororem jungit. 449. C. 452. B. 455. A.
Ejus mors. 457. B.
Childericus Vandalorum Rex in Africa Orthodo-
xam Fidem recipit. 102. D.
Chilpericus Francorum Rex. 429. A. 439. C. 442. A.
Chlotharius Francor. Rex. 260. D. 382. B. 393. A.
 424. A. 462. A.
Chlotuinda Chlotarii Francor. Regis filia. 424. A.
Chosroës senior Persarum Rex in Lazos, & Col-
chidem expeditionem facit. 341. C.
Ejus mores. 344. B.
Justinianus I. inducias ab eo turpiter emit. 350. B.
Chosdroës junior Persarum Regno præficitur. 116. D.
Mauricii Aug. amicitiam querit. Ibid.
In Regno firmatur ab eodem. 117. A.
Phocæ bellum movet. 122. A.
Heraclio imperante multas Romanorum provin-
cias capit. 124. C.
Inflatus victoriis pacem negat. Ibid.
Ab Heraclio Aug. fugatur. 126. D.
Aliis præliis frangitur. 127. B. 128. A.
Fugit à facie Heraclii. 129. E.
A Syroë filio interficitur. 131. A.
Christiani sub Nerone prima persecutione afflitti. 55. D.
Eorum persecutio sub Diocletiano. 70. B.
Sub Juliano Apostata. 77. A.
CHRISTUS D. N. quo anno natus. 52. A.
Quo mortuus. 53. B. 235. D.
Chronica Constantiana. Præf. gen. pag. 5.
Galliana, Colonensis. Ibid.
Martiniana nova correctionis. Præf. gen. pag. 6.
Cicero Consul Catilinam Urbe expellit. 40. D.
Ejus mors. 48. B.
Cimbri Romanum Imperium invadunt. 31. C.
A Mario devicti. 32. A.
Cinna bellum civile Romæ urget. 35. B.
Clarissimus Concordien. Episc. 448. E. 449. A.
Classis Civitas à Langobardis spoliata. 443. A.
Ab ipsis occupata. 504. C. 506. B.
Claudianus Poëta Paganus. 89. B.
Claudius Augustus à Senatu appellatus. 67. E.
 237. A.
Claudius Drusus Germanicas gentes subigit. 51. C.
A Tiberio veneno sublatuſ. 53. A.
Claudius Caligula in Imperio succedit. 54. C.
Ejus mors. 55. B.
Cleopatra Ægypti Regina creatur. 46. C.
M. Antonio nubit, & ex Actiaca pugna fugit.
 49. C.
Sibi mortem conciscit. 50. A.
Cleph Langobardorum Rex. 436. B.
Cniva Gothorum Rex Decium Aug. ac Romanos
prosternit. 201. D.
Colloredus Hieronymus Comes, Insubrum Rector,
laudatus. V. Monitum Argelati pag. 6. &
Præf. gen. pag. 12.
Columbanus Abbas Sanctus Bobiense Monasterium
condit. 470. A. & D.
Comacina Insula. 449. B. & D. 454. B. 497. A.
 & C.
Commodus M. Aurelii filius Patri in Imperio suc-
cedit. 64. D.
Ejus acta, & mors. Ibid.
Concilium Aquilejense, Sergio Papa sedente. 494. C
Concilium Constantinopolitanum adversus Mono-
thelitas. 492. A.
Constans Constantini filius in Italia Imperator.
 74. B.
A Magnentio Tyranno peremtus. 75. A.
Constans Heraclii nepos Augustus regnat. 135. A.
Multis spoliatur ab Arabum gente. Ibid. D.
Parum prospera ejus gesta. 136. A.
Necatur. 137. B.
Constans qui & Constantinus Græcor. Imperator.
 478. B.
Beneventanam regionem impugnat. 479. B.
Beneventi obsidionem solvit. 480. B.
Ejus impia facinora. Ibid.
Et mors. 481. A.
Constantianus Justiniani I. Imperatoris Dux Dal-
mata potitur. 253. E.
Constantinopolana Synodus Oecumenica sexta sub
Constantino Aug. 139. D.
Constantinus Papa Constantinopolim profectus.
 500. A. 501. B.
Constantinus M. Cæsar efficitur. 71. A.
Imperium in Britannia capit. Ibid. C.
Maxentium Augustum prælio frangit. 72. C.
Ejus acta, & mores. 73. A.
Mors. 74. E.
Constantinus M. Gothorum copiis usus. 202. C.
Constantinus Constantini M. filius, Imperii parte
assumpta, interficitur. 74. C.
Constantinus Pogonatus Constantis Aug. filius Im-
perator. 137. 484. B.
Pacem init cum Arabum Populo. 138. B.
Synodam Oecumenicam Constantinopoli cele-
brandam curat. 139. D. 492. A.
Moritur. 139. D. 494. B.
Constantinus, qui & Heraclius, Heraclii Aug.
filius nascitur. 124. D.
In consortium Imperii à patre adscitus. Ibid. E.
Post ejus obitum veneno sublatuſ. 134. D.
Constantinus Heraclii filius Imp. Græc. 473. B.
Langobardos bello petit. 478. B.
Constantinus Copronymus Leonis Aug. filius nasci-
tur. 150. A.
Pa-

Patri succedit in Imperio. 154. A.
Ejus bella cum Artabasdo, quem tamdem dejicit. 155. A. & E.
Ejus crudelitas. 156. A.
Immanis sub ipso pestilentia. Ibid.
Contra sacras Imagines furiosus. 157. C. 160. C
Sævior fit in dies. 161. A.
Miserè moritur. 163. B.
Constantinus Leonis Aug. filius Imperator consalutatur. 164. A.
Cum Eirene matre regnat. 165. D.
Ei petitur in uxorem filia Caroli M. Francorum Regis. Ibid. C.
Quæ ad eum mittitur. 167. D.
A matre dejicitur è solio. 168. B.
Rursus & ipse extollitur, matre depressa. Ibid.
Pax inter illos subsequitur. Ibid. D.
Oculis ei avulsis conjuratione matris deponitur. 170. B.
Constantinus Tyrannus, Honorio regnante, Gallias occupat. 92. A.
Extinguitur. Ibid. D.
Constantius Cæsar à Diocletiano creatus. 69. C.
Tum Auguſti titulo auctus. 71. A.
Constantius Constantini M. filius Augustus Orientem regit. 74. B.
Vetranionem dejicit, & Magnentium Tyrannum interficit. 75. C. & D.
Gallum Cæsarem è medio tollit. 76. A.
Studia illius erga Julianum Apostatam. Ibid. C.
Adversus ipsum rebellantem pergens moritur. 77. D.
Constantii Comitis egregia facta in hostes Imperii. 92. D.
Gallam Placidam ducit. Ibid.
Valentiniani III. Aug. pater. 93. A.
In Imperii consortium adscitus moritur. Ibid.
Corinthus à Romanis evertitur. 25. C.
Cornelius Valerianus Gallieni filius Cæsar. 67. C.
Coronatæ campus ex diro prælio celebris. 488. C.
496. B. & D.
Corona aureæ, & Ferrea appellata, Modoëtia. 460. D.
Corsica a Gothis occupata. 359. E.
Corvulus Fori Julii Dux. 499. C.
Crassus Consul Hierosolymam diripit. 44. D.
Occiditur. 45. A.
Cremona à Langobardis eversa. 462. A.
Cumæ Narseti redditæ. 387. C.
Ibi repositus Totila thesaurus. 368. E.
Earum descriptio. 383. E.
Obsessæ à Narsete. Ibid.
Cunibertus Bertaridi Langob. Regis filius exul.
Beneventum missus. 475. A.
Revocatur Ticinum. 486. A.
Consors Regni à patre creatur. Ibid.
Post patrem solus regnat. 487. C.
Alachi in eum insurgente fugit, ac deinde Ticinum recuperat. 488.
Eius victoria de Alachi rebelle. 489. B.
Illius mors. 496. B.
Cuniundus Gepidarum Rex victus, & cæsus à Langobardis. 424. A.
Cuniperi Cuniperti Regis filia. 486. D.
Cyrus Episcopus Alexandriæ Monothelitarum fautor. 132. C.

D

Dacius Mediolanensis Antistes. 107. A.
Al Belisarium legatus. 281. B.
Dagobertus Francor. Rex. 485. C.
Dalmatia à Justiniano I. Imp. recepta. 253. E.
Dalmatius Cæsar. 73. B.

Damianus Episcop. Ticinen. 487. B.
Ejus Epistola ad Synodum Sextam. 492. B.
Danielis Chronicon fabulosum. Præfat. gener. pag. 5.
Dani Erulos ex Insula Scandia expulerunt. 193. A.
Danubii, qui & Hister, descriptio. 198. A.
Decemviri Romæ instituti. 6. C.
Decius Imperator. 66. C.
Submersus moritur. 67. A. 201. D.
Diadumenus Augustus. 65. B.
Dicæneus Gothos scientias edocet. 197. C.
Dictatura quando apud Romanos instituta. 5. C.
Diluvium aquarum in Venetia, & Liguria. 447. B.
Diocletianus Romanor. Imperator creatus. 69. E.
Ejus acta, & mores. 70. A.
Obitus. Ibid. C. & 237. D.
Dionysius Exiguus, quo tempore floruerit. 421. B.
Domitianus Tito succedit in Imperio. 59. C.
Ejus acta, & mors. Ibid.
Donus Papa Basilicam S. Petri ornat. 485. B.
Droctulfus Langobard. Dux. 444. B.
Ejus mors, ac Epitaphium. 445. B.
Duplavilis vicus patria Venantii Fortunati. 430. A.

E

Ebreduensis Civitas Gallæ. 439. A.
Eirene Leoni Augusto Copronymi filio nupta coronatur. 162. E.
Regnat una cum Constantino Aug. filio suo. 165. D.
Caroli M. Francorum Regis filiam suo filio conjugem petit. Ibid. C.
Septimam Synodum Oecumenicam convocandam curat. 167. C.
Constantinum filium dejicit. 168. B.
Rursus & ipsa deprimitur. Ibid.
Eirene rursum Imperatrix pronuntiatur. 168. D.
Filium Constantinum oculis ei avulsis è throno rursus depellit. 170. B.
Adeam Legati Caroli M. Imperatoris. Ibid. D.
171. A.
A Nicephoro Patricio deposita, & in exilium acta. 171. E.
In Lesbum custodienda mittitur. 172. B.
Moritur. Ibid. D.
Eleutherius Patricius Regnum affectans occiditur. 464. B. & D.
Epiphanius Patriarcha Gradiensis. 464. A.
Episcopi duo, alter Catholicus, alter Arianus, in urbib. Langobard. 470. A.
Erericus Ticini Gothorum Rex. 303. D.
Ermanarici Gothorum Regis potentia & victoria. 202. D.
Eruli sub Odoacre Italianam occupant. 99. A.
Scandia populus, expulsi à Danis. 193. A.
AGothis profligati. 203. A.
Eorum sedes & fortitudinis fama. Ibid.
Sub Odoacre Italianam occupant. 214. B.
Erulorum mores, & antiquæ sedes. 286. B.
Vieti à Langobardis ad Gepidas se recipiunt. Ibid.
Tum ad Romanos Christiani facti. 287. A.
Estensis Bibliotheca laus. Præf. gen. pag. 8.
Eucherius Stiliconis filius necatus. 92. A.
Eudoxia Leontii Sophistæ filia à Theodosio minore in uxorem ducta. 93. D.
Eugenius Tyrannus Imperium usurpat contra Valentianum II. eumque perimit. 88. D.
Dirum prælium inter ipsum, ac Theodosium M. Ibid.
Vietus necatur. 89. A.

Evin

Evin Dux Tridenti. 436. C. 439. B. & C. 454. A.
Ejus mors. 457. A.
Euricus Visigothorum Rex. 213. C.
Arvernām, aliasque Gallis Civitates occupat.
Hispaniis & Galliis dominans moritur. Ibid. D.
Europe descriptio à Procopio Historico. 258. B.
Eutropii Romana Historia à Paulo Diacono continuata. V. Præfat. ad Historiam Miscellanam.
Eutychius Patriarcha Constantinopolitanus. 442. A.
Euxini Ponti descriptio. 336. B.
Unde oriatur. 340. B.
Exarchi unde appellati. 455. E.

F

FAbiē gentis magna cædes. 5. D.
Fabii Cunctatoris virtus. 17. A.
Fabrioi Romani Legati virtus. 11. C.
Fames immanis in Italia sub Justiniano I. 291. B.
Romæ. 315. A.
Fara, id est generatio. 429. A.
Faroaldus Spoletanorum Dux. 443. A. 500. A.
Classem Civitatem invadit. 504. C.
E Ducatu dejectus. 505. A.
Faventia Romanis obediens. 386. C.
Faustulus Pastor. 2. B.
Felix Tarvifinus Episcopus. 430. B.
Felix Grammaticus celebris Ticini. 493. B.
Ferdulfus Fori Julii Dux. 498. A.
In bello cadit. 499. A.
Feronianum à Langobardis captum. 506. A.
Fesulæ Belisario redditæ. 298. A.
Fidelius Mediolanensis Præfectus Prætorio in prælio interfectus. 285. C.
Fidentius Episcopus de Castro Juliensi. 507. C.
Flaminia Provincia descriptio. 433. A.
Flavii prænomen à Regib. Langob. adscitum.
444. A.
Florentia à Gothis obsessa, sed frustra. 305. E.
Narfeti redditæ. 384. E.
Florianus Imperator. 68. D.
Fontejus Feltren. Episc. 449. A.
Forum Julii Civitas. 428. C.
Caput Venetiae. 432. A.
Ab Hunnis vastatum. 466. A.
Austriæ appellatione à Langobardis donatum.
488. A.
Forum Popili Civitas deleta. 483. C.
Fortunatus (Venantius) Poëta. 430. A. 431. C.
Franci in Langobardos excitati. 444. C. 447. A.
Ab iis fracti. 449. A.
Iterum in eos movent. 450. C.
Mediolanum usque & Veronam delati. 451. A.
Stant pro Romanis contra Attilam. 209. D.
- 212. B.
Franci Thoringos, & Burgundiones debellant.
260. B.
Amalaricum Regem Visigothorum cedunt.
260. B.
Cum Gothis fædus ineunt. Ibid. D.
Franci sub Theodeberto Rege Italiam invadunt.
295. D.
Barbari eorum mores. 296. A.
Monetam cudere incipiunt. 328. B.
Franci Saxones impetunt. 463. A.
A Grimoaldo vici. 478. A.
Francorum veteres sedes. 258. D.
Cum Theoderico Italia Rege fædus ineunt.
259. C.
Eorum gesta fortia. Ibid.
Francorum jus quoddam in Insulam Brittiæ.
354. E.
Eorum fædera cum Gothis. 359. C.
Tom. I.

Venetæ partem occupant. Ibid. & 361. B.
Gothos juvant. 367. B.
Italiam occupare meditantur. 368. D.
Francorum ditio, ac mores. 381. A.
Eorum pars sub Leuthari contra Gothos in Italia militat. 384. C.
Qualis olim eorum armatura. 390. A.
Fridigernus Gothorum Dux Arrianus Valentis Aug. auxilia poscit. 83. E.
Frisones olim Brittis Insulæ habitatores. 354. D.

G

GAidoaldus Dux Tridenti. 457. A. 461. B.
Gaidulfus Bergomensium Dux. 454. A.
457. A:
Galba contra Neronem Imperium arripit. 55. B.
& E.
Insidiis Othonis occiditur. 56. B.
Galerius Cæsar à Diocletiano creatus. 69. C.
Ejus atta. 70. C.
Augustus creatur. 71. A.
Ejus mors. 71. D.
Galla Placidia Athaulfo Gothorum Regi conjugi sociata. 92. A.
Restituta Honorio fratri. Ibid. E.
Galli Arverni sub Bituito Rege devicti à Romanis. 30. A.
Gallia Cisalpina unde dicta. 433. C.
Gallicinus, seu Callinicus Patricius. 459. B.
461. A.
Gallia à Barbaris afflita. 92. A.
Ab Hypogothis occupata. 94. A.
AVandalis, tum à Gothis occupata. 207. A.
A Langobardis impetitæ. 438. A. 439. A.
Gallienus Valeriani Aug. filius Cæsar creatus,
67. A. 236. E.
Gallorum sub Brenno impetus in Romanos. 7. A.
227. C.
Eorum sub Brittomaro irruptio in Romanos,
& qualis eorum virtus. 16. A.
A Julio Cæsare variis præliis attriti. 41. B.
42. C.
Gallus à Constantio Augusto Cæsar creatus. 75. C.
Tum ejus jussu interimitur. 76. A.
Gallus (Virius) Imperator. 67. A. 201. B.
Garibaldus Bajoariorum Rex. 439. C. 449. B.
Garibaldus Bajoariæ Dux. 468. A.
Garibaldus Grimoaldi Regis filius. 485. B. 486. A.
Garibaldus Taurinæ Dux. 474. B.
Ejus iniquæ fraudes. 475. A.
Mors illo digna. Ibid.
Gastaldi qui olim fuerint. 484. C.
Geberich Gothorum Rex Vandals proficit. 202. B.
Gelimer Vandolorum Rex in Africa à Belisario devictus. 105. A.
Captus Justiniano Augusto sistitur. 106. C.
207. D.
Gelu immane sub Constantino Copronymo. 159. A.
Gensericus Vandolorum Rex Africam invadit.
94. D.
Carthaginem capit. 95. C.
Cum Valentianio III. pacem init. 97. A.
Romam capit, ac diripit. 98. A.
Gensericus Vandolorum Rex Africam potitur. 207. B.
Attilam ad bella incitat. 209. C.
Romam capit. 214. A.
Genua Civitas. 434. D.
Illuc milites Belisarii appellunt. 285. B.
Georgius Patriarcha Constantinopolit. 492. A.
Gepides Sirmium occupant. 94. A.
In Scythia sedem habuere. 194. D.
Daciam incolunt. 198. D.
Gothis consanguineis bella movent. 200. B.

Mm m m Vi-

I N D E X

520

- Vitti abscedunt . 201. B.
 Hunnis, ac Attilæ sociati . 212. B.
 Vitti Hunnis, eorum sedes occupant . 216. C.
 Noricum, & Pannoniam à Justiniano obtinent .
 328. B.
 Eorum dissidia cum Langobardis . 329. A.
 Iterum ad bellum se parant . 352. A.
 Profligantur . 360. A.
 Pacem restaurant . 362. B.
 Gepidarum cum Langobardis inimicitia . 418. A.
 Bellum . 419. A. 424. A.
 Germani variis præliis à Julio Cæsare devicti .
 41. D. 42. A.
 Germania descriptio . 405. A.
 Inde Gothi, Vandali, aliasque nationes in Me-
 ridionales Populos arma tulere . Ibid.
 Germanicæ gentis laus in Historiis suæ Provincia
 edendis . Præf. gen. pag. 1. & 9.
 Germanicus Tiberii filius adoptivus veneno sub-
 latus . 53. A.
 Germanus Justiniani Aug. ex fratre nepos . 326. D.
 Conjurationis in Justinianum absolutus . 328. C.
 Bello in Gothos præficitur . 333. C.
 Ejus repentinus obitus . 334. C.
 Germanus Patriarcha Constantinopolitanus San-
 ctus . 345. E.
 Stat pro sacris Imaginibus contra Leonem Aug.
 152. A.
 A Constantino Copronymo vexatus . 157. B.
 507. A.
 Germanus Altissidorensis Episcopus sanctus . 98. C.
 Geta . V. Gothi.
 Gildo Comes Africam occupat sub Honorio Augu-
 sto, & necatur . 90. B.
 Gisa Grimoaldi Regis filia . 479. B. 481. A.
 Giselbertus Veronensem Dux . 435. B.
 Gisulfus Dux Forojulii . 429. A. 436. C. 459. B.
 461. B.
 Hunnis se opponit, & necatur . 466. A.
 Gisulfus Beneventi Dux . 490. A. 499. B.
 Moritur . 503. A.
 Gisulfus Romualdi Ducis Beneventani filius .
 507. B. 509. A.
 Creatur Dux Beneventi . 510. D.
 Gladiatorium bellum à Romanis in Italia gestum .
 38. B.
 Glycerius Occidentis Imperator . 99. C.
 Godebertus Langobard. Rex Ticini regnat . 474. A.
 A Grimoaldo necatus . 475. B.
 Godeschalcus Dux Beneventi . 509. B. 510. C.
 Gordiani duo Pater, & Filius Imperium arri-
 piunt . 66. C.
 Gordianus nepos itidem Imperator . Ibid. D.
 Gothi Radagaiso Duce Italiam ingressi immuni-
 strage vitti . 91. D.
 Sub Alarico Urbem capiunt, ac diripiunt .
 Ibid. B.
 In Hispania considunt . 92. B.
 Variae illorum nationes varias Romani Imperii
 Provincias occupant . 94. A.
 Sub Theoderico Rege Italiam sibi subjiciunt .
 99. C.
 Gothi ex Insula Scandia primo egressi . 193. B.
 Scythæ partem Pontico Mari proximam sibi
 subdunt . Ibid. D.
 Pene reliquis barbaris sapientiores . 194. D.
 Amazones eorum famina . 195. D.
 Gothos Romani subigere nequeunt . 197. D.
 Dornitiani Aug. exercitum fundunt . 198. C.
 Eorum Heroës, Anses, seu Semidei appellati .
 Ibid. D.
 Ex Gothorum stirpe natus Maximinus Impera-
 tor . 199. A.
 Fœderati cum Romanis primo, tum bella in eos
 agunt . 200. B.

- Gepidas bello superant, ex Gotborum prosapia
 derivatos . Ibid. C.
 Gallieno regnante Asiam depopulantur . 201. D.
 Pro Romanis sub Maximiano, & Constantino
 militant . 202. C.
 Arriano dogmate infecti . 204. C.
 Gothi Anconam obsident . 357. A.
 Magna ibi clade affecti . 358. E.
 Corsicam, & Sardiniam recipiunt . 359. E.
 Vitti à Narsete, cæso Totila eorum Rege . 366. C.
 Eorum crudelitas in Romanos . 367. E.
 Iterum à Narsete fusi Teja Rege interempto .
 369. A.
 Se rursus erigunt contra Romanos . 386. B.
 Gothi obsidionem Urbis solvunt . 283. E.
 Ariminum obsident . 282. E.
 Deinde Mediolanum . 285. D.
 Ab Arimino secedunt . 289. A.
 Urbinum, aliaque Æmilia loca amittunt . 291. A.
 Mediolanum capiunt, ac vastant . 293. A.
 Auximi obsidentur . 294. A.
 Ravennam dedunt . 300. D.
 Post Vitigin varios sibi Reges creant . 301. B.
 Multas Urbes recuperant . 306. E.
 Romam rursus obsident . 311. A.
 Scythæ omnes Gothi . 339. A.
 Gothicæ in Italia belli Historia à Procopio scripta .
 243.
 Gotborum bella civilia, regnante Valente Augu-
 sto . 83. D.
 Gothi ab Hunnis è sua sede pulsi . Ibid. C.
 Valentem Augustum incendio tollunt, & Tbra-
 cias diripiunt . 84. A.
 A Theodosio M. vitti . 85. B.
 Ei se jungunt . Ibid.
 Gotborum alta sub Amalasuntha, & Atalarico
 Regibus in Italia . 241. 248. D.
 Sub Theodato Rege . 250. E.
 Bellum ipsi illatum à Justiniano I. Augusto .
 252. E.
 Configunt cum Justiniani copiis in Dalmatia .
 253. A.
 Neapoli à Belisario obsidentur . 254. C.
 Abiecto Theodato Vitigen eligit Regem . 257. D.
 Dalmatiam tuentur . 262. B.
 Secus Urbem cum Belisario configunt . 263. D.
 Obsidionem Urbis urgunt . 264. D.
 Eorum ingens strages . 268. B.
 Portum urbem occupant . 270. E.
 Varia inter ipsos, ac Romanos prælia . 271. B.
 Numquam ausi violare Tempa SS. Petri, &
 Pauli . 278. C.
 Sua in Italianam jura edifferunt . 280. A.
 Gotborum, & Vandalorum primæ sedes . 339. A.
 Gracchorum seditio Romæ . 28. B.
 Altera ab ipsis excitata . 29. A.
 Gradus Insula . 429. A.
 Gracia Magna quæ olim . 262. B.
 Gravius Johannes Georgius de Rebus Italicis be-
 nemeritus . Præf. gen. pag. 3.
 Grasulfus Fori Julii Dux . 468. C.
 Ejus obitus . 474. C.
 Gratianus Valentianii filius Augustus renunzia-
 tur . 81. D.
 Alamannos prælio fundit . 84. D.
 Theodosium consortem Imperii facit . 85. D.
 A Maximo Tyranno interemptus . Ibid.
 Gratanopolis Civitas Gallæ . 439. A.
 Graviones olim iidem, ac Comites . 486. E.
 Grauso, & Aldo præpotentes Brixia Cives . 487. A.
 488. B. 493. B.
 Gregorii M. epistolæ ad Theudelindam, & Agi-
 lulphum Langob. Reges . 456. B.
 Ad Aricium Benevent. Ducem . 459. B.
 Theo-

R E R U M , E T

- Theodelinde ob natum filium gratulatur.* 462. B.
Ejus obitus. Ibid. A.
Ejus mira virtus. 463. A.
Gregorius M. Papa S. Benedicti Vitam scribit.
 421. A.
Quando Morales Libros scripsit. 442. A.
Papa eligitur. 447. C.
Ejus acta. 448. A.
Anglos ad Fidem Christi convertit. Ibid. B.
Ad Theodelindam Libros mittit. 455. C.
Gregorius II. Papa. 503. B. & E. 506. A.
Gregorius III. Papa Leonii Aug. sacras Imagines
persequenti tributa Italiae prohibet. 151. B.
 152. E.
Gregorius Dux Beneventi. 509. A.
Gregorius Patricius Romanorum. 468. A.
Grimoaldus Gisulfi Forojul. Ducis filius, que
puer fortia gesserit. 466. A.
Beneventum pergit. 468. C.
Dux illius regionis electus. 471. B.
Ad Langob. Regnum adspicit. 474. C.
Illud adipiscitur. 475. B.
Bertaridum receptum necare statuit. 476. B.
Grimoaldus Rex Langobard. clementer agit cum
Bertaridi hominibus. 477. D.
Francos stratagemate vincit. 478. A.
Beneventum filio latus opem pergit. 479. C.
Hunno è Foro Julii pellit. 482. B.
Ejus mors. 485. A.
Grimoaldus II. Beneventan. Dux. 490. B.
Grippas Gothorum Dux. 253. C.
Grippo Legatus Childeberti Francor. Regis ad
Mauricium Aug. 450. C.
Gualvaneus Flamma Histor. Mediol. quot olim
Historiis abundaret. Præf. gen. pag. 5.
Gundeberga uxor Arioaldi Langobard. Regis.
 470. C. 472. B.
Basilicam S. Jobannis Bapt. Ticini ædificat.
 473. A. 489. A.
Gundoaldus Theodelinda Regine frater. 450. C.
Dux Civitatis Astensis. 468. A.
Guntramnus Francor. Rex. 429. A. 438. A. 452. B.
Ejus mors. 457. C.

H

- H**annibal senior à Romanis vicitus. 12. D.
Hannibal Carthaginem Dux Romanos
in Sicilia fundit. 14. C.
Bellum Punicum secundum in eos urget. 16. C.
 230. D.
Variis cladibus ipsos afficit. 17. B. 231. B.
Captæ ab illo complures urbes. 18. A.
Romam petit irrito conatu. 19. A.
Varia deinde ejus fortuna. 20. A.
Ex Italia abit. Ibid. C. 232. C.
A Scipione in Africa vicitus. 21. B.
Ad Antiochum Syriae Regem fugit. 22. A.
Veneno hausto moritur. Ibid. D.
Hasdrubal Pœnorum Dux à Romanis in Sicilia
vicitus. 14. D.
Hasdrubal Carthaginensis à Scipionibus vicitus.
 18. D.
Qui tandem eos interficit. 19. B.
A Scipione Africano fugatur. Ibid. C.
Ad Metaurum vincitur. 20. C.
Helena Constantini Mater Crucem Christi detegit.
 74. A.
Helias Patriarcha Aquileiensis. 443. A.
 445. B.
Ejus mors. 448. A.
Heliogabalus Imperator occisus. 65. C. 236. A.
Helvetii à Julio Cæsare vici. 41. C.
Heracleonas Imper. Græcor. 134. E. 473. A.

N O M I N U M .

- 521
- Heraclius in Africa Imperator pronuntiatur.*
 124. A.
Phoca capto, coronatur Constantinopoli. Ibid. C.
In Chosdroëm Persarum Regem progreditur.
 125. A.
Eum fugat. 128. D.
Variis præliis subinde ejus copias fundit. 127. B.
 128. A.
Ipsa à Syroë ejus filio interfello pacem init cum
Persis, & Crucem Dominicam recipit. 131. A.
Monothelitarum Hæresis sub eo. 132. A.
Ab Arabum Populo, & successoribus Mubam-
meti vexatur. 133. A.
Ægyptum, ac Hierosolymam amittit. 134. B.
Moritur. Ibid. D. 465. A. 473. A.
Hermenegildus Regis Hispan. filius Martyr pro
Fide Christi. 446. A. & D.
Heruli à Langobardis fracti. 417. B. V. Eruli.
Hiero Syracusanus à Romanis vicitus. 229. B.
Hieronymus in Palestina floret. 84. D.
Ejus mors. 93. A.
Hierosolyma à Craffo direpta. 44. D.
Ejus Urbis terribilis obsidio, & captio sub
Tito. 57. D.
Sub Adriano iterum illa exscinditur. 62. B.
Hierosolyma, regnante Heraclio, ab Arabum
populo capta. 134. E.
Tum à Persis occupata. 465. A. & B.
Hierosolymitanum Templum sub Caligula profa-
natum. 54. A.
Hildebertus Francorum Rex. 220. C.
Hildebrandus nepos Liutprandi Regis. 508. A.
Rex Langobard. creatus. 509. B.
Hildericus Spoletanus Dux. 508. B. 509. A.
Hispania à Gothis occupata. 92. B.
Tum à Vandalis. 207. A.
Deinde à Saracenis. 505. A.
Hispani Sertorio Duce variâ fortunâ adversus
Pompejum M. pugnant. 37. A.
Historia Italica post Rom. Imp. declinationem non
negligenda. Præf. gen. pag. 2.
Pauci ejusdem Scriptores post Seculum Sextum.
Ibid. pag. 4.
Historicorum dissensiones. 21. C. & 25. C.
Historicæ Collectiones à quibus factæ. Præf. gen.
 pag. 1.
Histria Venetia connexa. 431. C.
Honoratus Archiep. Mediolan. 434. C.
Honorius Theodosii M. filius Augustus renuntia-
tur. 89. C.
Succedit patri in Occidente. 90. B.
Ejus sinistra fortuna contra Goths. 91. B.
Moritur. 93. D. & 238. A.
Horatius Flaccus Augusto carus. 51. E.
Hormisda Persarum Rex contra Romanos bella-
gerit. 115. C.
Carceri traditur. 116. D.
Horta Civitas Romanis reddita. 456. A.
Horuntinus Episcop. Vicentin. 449. A.
Hosæ tibialia. 460. A.
Hospitius Niceæ reclusus Vir sanctus. 437. A.
Hunni unde orti, eorumque barbari mores. 203. C.
Eorum Rex Attila potentissimus. 208. B.
Eorum prælia in Galliis contra Romanos &
Visigothos. 210. D.
In campis Catalaunicis parum prosperè pu-
gnant. 211. B.
ATHorismundo Visigotho fugati. 213. B.
Eorum bella cum Ostrogothis. 215. C.
A Gepedibus debellati. 216. C.
Hunni, qui & Avares. 424. B.
Pannonia potiti. 428. B.
A Sigisberto Francor. Rege vitti. 429. B.
Adversus Francos bella gerunt. 457. B.
 Hun-

Hunni Forum Julii vastant . 466 A.
 Eorum Reges Cacani appellati . 465 E.
 Iterum affigentes Forum Julii stratagemate
 Grimoaldi abeunt . 482 C.
 Hunnum gens effera Gothos ab antiquis sedibus
 pellit . 83. B.
 A Theodosio M. victa . 85. B.
 Sub Attila Provincias Romanas vastat . 96. A.
 Ab Actio victa . 100. A.
 Justiniano Aug. adhæret . 104. B.
 Hunni appellati Turci . 110. D.
 Et Avares . 128. D.
 Hypogothi Gallias occupant . 94. A.

I

Acobi Laudensis Chronicon . Præf. gen. pag. 5.
 Ildibadus Gothorum Rex creatur Ticini . 301. B.
 Occiditur . 303. B.
 Illyrici à Romanis vici . 14. D.
 Imagines sacras Leo Isauricus Imperator execrari
 incipit . 151. B.
 Tum Constantinus Copronymus . 157. C.
 Pro ipsis Nicenam II. Concilium . 167. D.
 Ingenuinus Sabion. Episc. 449. A. 451. C.
 Ingenuus Tyrannus Imperium occupat . 67. B.
 Ingundis soror Childeberti Franc. Regis , nupta
 Hermenegildo Hispani Regis filio . 446 A.
 Johannes I. Papa à Theoderico Legatus Constanti-
 nopolim missus . 103. D.
 Ab eo in carcerem trusus . Ibid.
 Johannes VI. Papa . 499. B.
 Johannes Patriarcha Aquilejen . 463. C.
 Johannes Ravennas Archiep. 448 B. 457. A.
 Johannes Episc. Bergom. vir sanctus . 493. C.
 Johannes Parentinus Episcopus . 448. A. & C.
 Johannes Portuen. Episcopus . 492. B.
 Johannes Damascenus pro sacris Imaginibus pu-
 gnat . 152. A. 157. E.
 Johannes Tyrannus Imperium invadit . 93. A.
 Johannes Consinus invasor Neapolis . 464. A.
 Johannis Taurinensis Chronicon . Præf. gen. pag. 5.
 Jordanes , seu Jordanis Historicus quo tempore
 floruerit . 189.
 Episcopus , sed minimè Ravennatis Ecclesiæ
 fuit . Ibid.
 Certè Monasticam vitam professus est . 190.
 Jornandes . V. supra Jordanes.
 Jovianus Augustus . Ejus gesta . 80. B.
 Italica Historia post declinationem Imp. Rom. cur
 à nonnullis contempta . Præf. gen. pag. 1.
 Manca in multis . Ibid. pag. 4.
 Italiæ primi Reges . 1. A.
 Italiæ descriptio . 428. C. 431. & seqq.
 Unde sic appellata . 434. B.
 Juba Mauritania Rex à Julio Cæsare devictus .
 46. D.
 Judæi à Tito Vespasiani ingenti clade excisi . 57. D.
 Jugurtha Numidarum Rex à Romanis bello impe-
 titur . 30. C.
 Vincitur . 31. A.
 Juliani Augusti Apostata prima gesta . 75. A.
 Barbarorum ingentes copias frangit . Ibid. D.
 Augustalem dignitatem arripit . 77. A.
 Defuncto Constantio solus regnat . Ibid. B.
 Varia illius acta . Ibid.
 Paganis favet, Christianos persequitur . 78. A.
 In Persas arma movet . 79. D.
 Ab ignota manu percussus vivere desinit . Ibid. C.
 Julianus (Didius) Imperator creatus . 64. D.
 Julii Cæsaris præclaræ gesta adversus Gallos , &
 Germanos . 41. B. 42. C.
 Julius Cæsar Britannis bellum infert . 43. A.
 Iterum Gallis . Ibid,

E X

Romam hostiliter ingressus Dictatorem se facit.
 45. D.
 Contra Pompejum M. progreditur . Ibid. C.
 Illum in Pharsalia frangit . 46. B.
 Alexandriam expugnat . 46. D.
 Jubam Mauritanorum Regem prosternit . Ibid.
 Pompeji filios in Hispania debellat , & Romanum
 regressus necatur . 47. C.
 Junior Episcop. Veronen. 449. A.
 Justina Valentinianni I. Aug. uxor altera, Valen-
 tiniani II. mater . 83. B.
 Catholicis infesta . 85. C.
 Justinianus I. Imperator Legum corpus concinna-
 vit . 179. B.
 Alia ejus gesta . Ibid.
 Bellum Gothicum in Italia suscipit . 251. A.
 Mutuæ ejus , & Theodati Regis literæ . 252. A.
 Ad ipsum Belisarii epistola . 268. D.
 Narsetem in Italiam mittit . 285. B.
 Erulos ad se confugientes recipit . 286. E.
 De pace cum Gothis agit . 293. D. 299. A.
 Belisarium Gothorum victorem triumpho mini-
 mè donat . 302. B.
 Novas copias in Italiam mittit . 306. C.
 Tum rursus Belisarium . 309. D.
 Justinianus I. Justino in Orientali Imperio succe-
 dit . 104. A. 240. D.
 Prima ejus gesta . Leges ab eo latæ . Ibid.
 Africam per Belisarium suæ ditioni subjicit .
 105. C.
 Tum Romam . 106. D.
 Varia illius acta . 108. B. 221. C.
 Moritur . 110. D.
 Justinianus I. Augustus coniurationem in se fa-
 clam deprehendit , & castigat . 327. A.
 Barbaros donis demulcet . 328. A.
 Pacem Totila Goths Regi negat . 332. C.
 De ea cum Chosroë Persarum Rege agit . 344. B.
 Ab ipso inducias turpiter emit . 350. B.
 Narsetem in Italiam ad bellum Gothicum mit-
 tit . 356. A.
 Ad Theodebaldum Francorum Regem Legatum
 mittit . 359. C.
 Ejus variae res gestæ . 420. B.
 Legum corpus ab ipso digestum . 421. A.
 Justinianus II. Imper. Græcor. 494. B.
 Ejus acta . Ibid.
 Imperio recepto ejus crudelitas , & mors . 500. B.
 Justinianus II. Constantini Aug. filius post patrem
 Imperator . 139.
 Varia ejus gesta in Bulgares , & Sclavinos .
 140. A.
 Naso adempto deponitur . 141. C.
 Ejus motus , ut Imperium resumat . 142. C.
 Iterum regnat , & crudelè se præbet . 143. C.
 Ejus immanitas . 144. C.
 Occiditur . Ibid. E.
 Justinianus Justiniani I. Aug. nepos . 441. B.
 Justinus I. Augustus in Oriente Anastasio succedit .
 102.
 Hæreticos auferre cupiens à Theoderico deterre-
 tur . 103. D.
 Ejus pietas , & mors . Ibid. & 240. C.
 Justinus II. Justiniano in Imperiū succedit . 110. D.
 Persis bellum infert . Ibid.
 Ejus mors , ac meres . 111. A. 180. D.
 Justinus II. Imper. 427. A.
 Ejus avaritia , & obitus . 440. A.
 Justinus Philosophus Christianus pro sua Religio-
 ne scribit . 62. D.

K

K Arini Chronicon . Præf. gen. pag. 5. La-

L

L Amisso Langobard. Rex. 414. B.
 Bulgares vincit. 415. B.
Landulphus Sagax num *Auctōr Historie Miscellae.* V. Præfat. ad eamdem.
 Langobardi divisi à Gepidis. 94. A.
Pannoniam incolunt. 107. A.
Justiniano contra Gothos opem præstant. Ibid. D.
Italianam invadunt. 111. D.
Sub Mauricio Romanam Civitatem affligunt. 115. B.
Léone Aug. regnante propinqui Calabriæ. 150. B.
 Langobardi à Narsete in Italianam invitati. 180. C.
A Childeberto Francorum Rege impetiti pacem ab eo impetrant. 181. D.
 Langobardi Herulorum olim vectigales. 286. D.
Tum ipsos vincunt. Ibid.
Eorum dissidia cum Gepedibus. 328. E.
Justinianum in suam partem trahunt. 330. B.
Pax inter ipsos, & Gepedas restaurata. Ibid. C.
Nova inter ipsos inducitæ. 352. A.
Gepedas acerrimo fundunt prælio. 360. A.
Cum eis pacem restaurant. 362. B.
Narseti contra Gothos juncti. 361. E.
Propter in honestos eorum mores domum remissi. 367. A.
Iudem olim appellati Winuli. 408.
Eorum è Scandinavia origo. Ibid.
Quare Langobardi appellati. 411. C.
In Rugorum regionem migrant. 416. A.
 Langobardi Herulos vincunt. 417. B.
Item Suevos. 418. A.
Eorum bella contra Gepedas. 419. A. 424. A.
Narseti contra Gothos opem ferunt. 425. A.
Ab eodem in Italianam acciti. 427. B.
Ferè integrâ potiuntur. 434. A.
Reguntur à Ducibus sublato Alboino. 436. C.
Gallias invadunt. 437. A. & D.
Regem rursus eligunt. 444. A.
Quale eorum Regnum. Ibid. B.
 Langobardi Casinense Cenobium evertunt. 457. B.
Qualis olim eorum habitus. 460. A.
Eorum crudelitas. 463. B.
Pacem cum Romanis ineunt. Ibid.
Arrianam se Etiam sequuti. 470. A.
Eorum Regum numismata. 489. D.
 Langobardicarum Legum Proæmium. 413. D.
 418. A.
Earum primus auctōr Rotharis. 470. B.
 Larius Lacus non longè à Como. 487. B.
 Laudaris Foro Julianus Dux. 483. A.
Lavinæ prædiorum quid. 447. B.
 Laurentius Bellun. Episc. 448. E. 449. A.
 Laus Pompeja ab Ariperto Rege capta. 497. B.
Lazorum regio. 336. C.
Eorum gesta. 341. C.
 Leander Episcop. Hispalensis. 446. A.
Leges Justinianeæ. 421. A.
 Leo M. Papa Attilæ occurrit. 98. A.
Eum deterret. 212. C.
 Leo III. Papa eligitur. 169. E.
Propter Romanorum tumultum ad Carolum.
Francorum Regem fugit, eumque Imperatorem coronat. 170. C.
Legatos ad Eirenem Augustam mittit. 171. A.
 Leo Orientis Imperator post Martianum. 98. D.
Moritur. 99. D.
 Leo Græcor. Imperator Theodosio succedit. 504. A.
 Leo Isauricus Imperator creatur. 146. A. 148. A.
Eius acta ante Imperium. Ibid.
Arabes infestos habet. 149. C.
 Tom. I.

Tiberium Tyrannum dejicit. 150. C.
Dogmata perversa amplectitur, & contra sacras Imagines obloquitur. 151. A.
Germano Patriarcha ob id infensus. 152. A.
Moritur. 153. B. 506. A.
 Leo IV. Constantini Copronymi filius nascitur, & Imperator consalutatur. 157. A. & C.
Eirenem dicit. 162. D.
Patri succedit. 164. A.
Prava ejus acta. 165. B.
Moritur. Ibid. C.
 Leo Patricius, Michaële Curopalate deposito, Imperialem thronum ascendit. 108. C.
 Leontius Imperium invadit, ac deponitur. 142. A.
 494. B.
A Justiniano Rhinotmeto interfectus. 143. D.
 Leowigildus Hispaniarum Rex. 446. A.
Lepidus Antonium cum Augusto conciliat. 48. A.
Triumvir factus, & superbiæ elatus ab Augusto debellatur. 49. B.
Leuga Gallica quot passum. 209. E.
Leutharis Alemannorum, sive *Francorum Dux Gothis* opem fert. 383. C.
Apuliam, & *Calabriam* vastat. 388. E.
Inglorius, & abjectus in *Venetiam* se confert. 389. D.
Libanius Sophista Paganus. 75. C.
Licinianus Valens Augustus. 67. A.
Licinianus Licinii filius Cæsar. 71. D.
Licinius à Galerio Imperator creatus. 71. C.
Eius prælia cum Constantino M. & mors. 73. C.
Ligures impetiti à Romanis. 16. D.
Liguria à peste afflictæ. 426. A.
Eiusdem descriptio. 432. A.
Liguricum bellum Romani agunt. 230. E.
Litania septiformis à S. Gregorio M. Papa perata. 448. A.
Liutbertus Langobardor. Rex. 497. A.
Eius mors. Ibid. B.
Liutprandi Regis bellica acta. 508. B.
Hildeprandum nepotem Regni consortem accipit. 509. B.
Monasteria ab eo condita. 510. D.
Eius mors. 511. A.
Sepulchrum. Ibid.
Liutprandus Ansprandi Langobard. Regis filius. 498. B.
Langobardorum Rex creatur. 502. B.
Eius audacia. 503. B.
Guntrudam uxorem dicit. 504. B.
S. Augustini Corpus Ticinum advehendum curat. 505. A.
Eius bella adversus Græcos. 506. B.
Loci servatores qui olim fuerint. 491. E. 498. A.
Locustæ mortuæ post silentiam invehunt. 29. A.
Earum teterrima incurso. 454. A.
 Lodoïn Rex Francorum. 220. C.
 Lolianus Tyrannus Imperium usurpat. 67. D.
Longinus Præfetus in Italianam à Justinio II. missus. 427. A.
Rosmundam Alboini Regis conjugem recipit. 436. A.
Lucaniae Provinciæ descriptio. 432. C.
Lucenses Narsetem recipere nolunt. 384. E.
A Narsete acrius obfessi. 386. C.
Urbem ei dedunt. 387. C.
Luccolis Civitas Romanis reddita. 456. A.
Luceria Civitas à Græcis eversa. 479. B.
L. Luculli gesta adversus Mithridatem. 38. B.
Lugdunum à Julio Cæsare debellatum. 44. E.
Lunensis Civitas. 471. A.
Lupicis Pauli Diaconi proavus quomodo à captivitate se liberarit. 467. D.
Luporum, scil. machine militaris, descriptio. 266. D. Nnnn Lu-

I N D E X

524

Lupus Forti Iulii Dux. 482. B.
Cum Hunnis congressus cæditur. Ibid. D.
Lupus Trecasinus Præfus sanctus. 98. D.
Luxoviense Monasterium à S. Columbano ædificatum. 470. A.

M

Macedonicum bellum à Romanis peractum. 21. C.
Iterum à Romanis susceptum contra Regem Persicum. 23. C.
Macrinus Imperator. 65. B.
Magnentius Tyrannus Imperiale dignitatem invadit. 74. E.
A Constantio Augusto variis attritus præliis se interimit. 75. C.
Majores Domus in Francia dominari quando cœperint. 496. A.
Majorianus Imperator. 98. D.
Mansueti Archiepiscopi Mediolan. Epistola utilis missa ad Synodum Sextam. 492. B.
Mantua Civitas. 431. B.
A Langobardis capta. 462. B.
Marcelli Martyris sacrum corpus Cavalloni. 452. B.
Marcus Aurelius Antonino Pio in Imperio succedit. 63. C.
Mores illius, & acta egregia. Ibid.
Postremus ejus dies. 64. C.
Martii Coriolani defœctio à Romanis. 5. A.
Martinus Turonensis Episcopus floret. 84. D.
Ejus Vita à Venantio Fortunato scripta. 431. B.
Marianensis Pseudosyodus. 448. B.
Marius bellum civile Romæ urget. 35. B.
In Syllam insurgit. Ibid.
Fugurham Numidarum Regem devincit. 30. D.
In Cimbros mittitur. 31. C.
Eos profligat. 32. B.
In Marsos pugnat. 33. A.
A Sylla fugere coactus. 34. A.
Marius Tyrannus creatus Imperator. 67. C.
Marsi contra Romanos insurgunt. 33. C.
Martianus à Pulcheria maritus, & Imperator pronuntiatur. 96. D.
Ejus mors. 101. C. 239. C.
Martinianus à Licinio Cæsar creatus. 73. C.
Martinus Papa pro Christi Fide Confessor. 136. C.
137. C.
Martini Poloni Chronicon quam varium in MStis.
Præf. gen. pag. 6.
Marinianus Archiep. Ravennas. 457. A.
Marpais appellatus Strator Regis. 493. B.
Mathasuintha Vitigis Gothorum Regis uxoris cum hostibus clam conjurat. 283. D.
Germano fratri Justiniani Augusti matrimonio juncta. 221. C.
Mauricius à Tiberio II. Imperator proclamat. 113. D. 181. C. 443. A.
Persas bello impedit. Ibid.
Vincit. 114. B.
Chajanus Avarum Rex ei infestus. Ibid. 119. A.
Mors ei prædicta. 120. A.
Necatur. 122. B.
Francos excitat in Langobardos. 444. C. 447. A.
449. D. 450. C.
Ejus misera cædes. 461. A.
Mauritio Langobardor. Dux. 456. A.
Maxentius per tumultum Romæ Augustus salutatur. 71. D.
A Constantino M. vietus perit. 72. C.
Maxentius Julian. Episc. 449. D.
Maximinus Imperator. 66. B.
Ex Gothorum semine natus. 199. A.

Ejus gesta. Ibid.
Maximianus Herculius Cæsar. 69. B.
Augustus cum Diocletiano regnat. Ibid. C.
Imperium abdicat. 70. B.
Ejus mors. 71. B. & 237. D.
Maximus Occidentis Imperator. 101. A.
Maximus Cæsar sub Galerio Augusto. 71. A.
Maximus Tyrannus Imperium arripit. 83. C.
Gratianum Aug. cædit. Ibid. D.
A Theodosio Magn. captus Aquileja, ac peremptus. 86. C.
Mecentius Imperio arrepto brevi casus. 481. A.
Mecenas Augusto carus. 51. E.
Mediolanum Romani capiunt. 16. A.
Liguriæ Metropolis ab Attila vastatum. 212. A.
Mediolanum, excepta Roma, reliquas Occidentis urbes amplitudine superans. 281. B. 292. C.
A Gothis obsidetur. 285. D.
Ejus Urbis Cives extrema patiuntur. 292.
Tum se dedunt, ac immanis ibi vastatio. 293. A.
Mediolanum Liguriæ caput. 432. A.
Captum à Langobardis. 434. C.
A Francis impeditum. 451. A.
Mediolanensis Urbis laus. V. Mon. Argel. Praef. gen. pag. 10.
Mediolanenses Palatini Socii de Italica Historia optimè meriti. Ibid.
Medorum Regum series. 223. D.
Mercurius idem ac Wodan Langobardorum Deus. 411. C.
Messalina Claudii Augusti impudica uxor. 34. D.
Michaël Europalates Imperator factus. 176. B.
Ad Carolum M. pro pacemittit. Ibid. E.
In eum Bulgares bella movent. 177. C.
Fugiens Monasterio sese commendat. 178. B.
Michaëlis Archang. oraculum in Monte Gargano. 471. C.
Minulfus Dux de Insula S. Iulii. 454. A.
Miscellæ Historiæ Auctor quis fuerit. V. Præfat.
Mithridates Rex Parthorum multarum gentium vicit. 26. D.
A Romanis bello impeditur. 34. C.
Pacem cum Sylla statuit. 35. A.
Bellum agit adversus Romanos. 38. B. 39. B.
A Pompejo M. superatus. 39. D.
Venenum sibi propinat. 40. C.
Modicia ædificata Basilica S. Johannis Baptista à Theudelinda Regina. 459. C. & D.
Ibi Palatium Theodericus Gothorum Rex ædificavit. 460. A.
Uti & Theudelinda. Ibid.
Adhuc ejus Reginæ donaria, & corona aurea visuntur in eadem Basilica. Ibid. D.
Quanta in veneratione olim eadem Basilica. 478. C.
Modoëria V. Modicia.
Monachi rationem confiendi serici ex India ad Justinianum I. deferunt. 351. E.
Monasterium S. Salvatoris Ticini. 487. B.
S. Petri Beneventi. 490. A.
S. Vincentii ad Vulturnum quando ædificatum. 503. C.
S. Agathe Ticini. 486. B.
S. Gregorii, seu S. Georgii in campo Coronata. 496. B.
S. Petri in Cœlo aureo Ticini à Liutprando Rege ædificatum. 510. D.
Monothelitarum Hæresis à quibus excitata. 132. A.
A Johanne Papa, Theodoro, & Martino anathemate perculta. Ibid.
In Concilio Oecumenico Constantinopoli damnata. 492. A.
Mons Bellius à Langobardis captus. 506. A.
Mons Silicis Castrum. 431. B. 461. A.

Mu-

*Mubamat Pseudopropheta Arabum, seu Sarracenus
norum princeps temporibus Heraclii Aug.
131. A.*
Ejus acta. 133. B.
Ejus mors. 131. E.
*Mubavias Arabum Princeps. Ejus gesta, ac vi-
ctoriae contra Christianos. 134. B. & seqq.*
Pacem init cum eis. 138. B.
*Mummulus Patricius Francorum Langobardos, &
Saxones frangit. 438. A. 439. B.*
Murina obſidio per M. Antonium. 47. D.

N

*Narnia Civitas à Langobardis occupata.
505. A.*
*Narses in Italiam à Justiniano missus contra Go-
thos. 107. D.*
Italiam ab ipsis liberam facit. 108. A.
Thesauros Constantinopolim defert. 112. D.
Persas vincit. 116. D.
Langobardos in Italiam invitat. 180. C.
Ejus alia gesta. 179. A.
*Narses Eunuchus in Italiam à Justiniano missus.
285. B.*
Ejus diffidia cum Belisario. 289. C.
A Justiniano revocatur. 293. D.
Ad Erulos mittitur. 312. D.
Bello contra Gothos in Italia præficitur. 356. A.
*Italiam ingressus exercitum Ravennam ducit.
361. C.*
Pugnam init cum Totila. 364. A.
Victor ibi Narses, Totilas vero occisus. 366. C.
Romam ac aliquot urbes recipit. 367. C.
Tejam Gothorum Regem prælio prostravit. 369. A.
Cumas obſidet. 383. E.
Florentiam recipit, aliasq; Tusciae urbes. 384. E.
Egregiae ejus dotes. 386. D.
Cumas recipit. 387. C.
*Contra Butilinum Francorum Ducem caſtra
metatur. 390. D.*
Eum prælio vincit, ac cedit. 391. B.
Narses laus. Ibid. D.
Ejusdem vittoria de Gothis. 425. B.
De Bucellino Francorum Duce. Ibid.
De Sindualdo Rege Bretonum. 426. B.
Langobardos in Italiam advocat. 427. B.
Ejus mors. 430. A.
Thesauri. 440. C.
Narsetes quot. 427. E.
Neapolis à Belisario capta. 106. D.
Diversi populi in eam invecti. 107. A.
Neapolis à Belisario obſeffa. 254. C.
Capitur. 256. B.
Iterum à Gothis recepta. 307. D.
A Johanne Consino invasa. 464. A.
Nero successor Claudii in Imperio. 55. C.
Teterrima illius acta. Ibid.
Occiditur. Ibid.
Nerva post Domitianum Imperator creatus. 60. A.
Gesta illius, & mors. Ibid.
Nicea, seu Nicia Urbs. 437. A.
*Nicæna II. Synodus Oecumenica pro sacris Imag-
nibus convocatur. 167. D.*
*Nicephorus Patricius contra Eirenen Augustam-
consurgens, Imperator efficitur. 171. B.*
Trucia ejus acta. 172. A. & seqq.
*Ingens ejus avaritia, & vexationes populis in-
latæ. 174. A.*
Occiditur. 175. E.
Noricorum Provincia. V. Bajoaria.
Novatianorum Hæresis unde. 95. C.
Numæ Pompilii acta. 3. A. 225. C.
Numantinorum bellum cum Romanis. 27. B.

Eorum Civitas deleta. Ibid. C.
Numerianus Cari Augusti filius Cæsar. 69. B.
Numidicum bellum à Romanis peractum. 30. C.

O

*Odoacer Herulorum Rex Italiam invadit. 99. E.
239. D.*
Ea capta Regnum novum statuit. Ibid. A.
*Cum Theoderico Gothorum Rege non semel con-
figit. 100. C.*
Ab eo perimitur. Ibid. E. 210. A.
Odoacer Italiæ Rex bellum indicit Rugis. 415. B.
*Eos vincit, ac Feletheum illorum Regem necat.
416. A.*
Italiam occupat. 214. B.
*Theoderico Gothorum Duci se opponit, & cedi-
tur. 248. A.*
Olybrius Occidentis Imperator. 99. B.
Opitergium Civitas. 468. A. 471. B. & D.
A Grimoaldo deleta. 484. B.
Osius Felix laudatus. Præf. gen. pag. 10.
*Ostrogotha Rex Gothorum Romanas provincias de-
populatur. 200. C.*
Gepedas proſtagat. 201. B.
*Ostrogothi, hoc est Orientales Gothi, quando ſic
appellati. 83. B.*
Olim in Scythia poſiti. 195. B. 199. D.
Attilæ sociati. 210. A.
Qui eorum Reges. 215. B.
Hunnis olim ſubiecti. Ibid.
*Pannoniam, & Noricum à Marciano Aug. in-
colendas fuſcipiunt. 217. A.*
Ostrogothorum acta sub Theodemiro Rege. 219. A.
Italia potiuntur. 220. B.
*Otho, ſublato Galba, Imperium arripit, ſequen-
tia necat. 56. B.*
Ovidius in exilium ab Augusto pulſus. 52. C.

P

Acuvius Tragœdiarum Scriptor. 27. D.
Padus per foſſam deductus Ravennam. 205. D.
Pagani Chronicon. Vide Præf. gen. pag. 5.
Pannoniam Langobardi ſibi ſubdunt. 419. A. 425. A.
Hunnis concedunt. 428. B.
*Pantheon Romæ B. Mariæ Virgini dicatum.
465. A.*
A Conſante Aug. ſpoliatum. 480. C.
Papia, que & Ticinum. 432. A.
A Langobardis obſeffa, & capta. 434. C.
Papyrii Cursoris res gestæ. 8. C.
Parma à Francis occupata. 385. D.
Patavium Civitas. 431. B.
Eversa à Langobardis. 461. A.
Paulinus Nolanus Episcopus sanctus. 98. B.
*Paulus, ſive Paulinus Patriarcha Aquilejen. 429. A.
& D. 434. D.*
Paulus Patricius Ravenna. 506. A.
Paulus Diac. Historia Langobardicæ Auctior. 397.
Ejus gesta, ac ſcripta. Ibid. & 398.
Vitam S. Gregorii M. Papæ ſcribit. 448. A.
*Ejus Genealogia, ac majorum calamitates.
467. C.*
Pauli Diac. Liber de Episcopis Mettenſibus. 496. A.
Numis Auctior Historia Miscellæ. V. Præf.
Quid ipſe Eutropio adjecerit. Ibid.
Tumuli ejusdem Epitaphium. 404.
Pauli de la Sala Chronicon. Præf. gen. pag. 6.
Pelagius Papa Benedicti Successor. 445. B.
Ejus mors. 447. B.
*Pelagius Romanus Diaconus legatus ad Totilam-
mittitur. 314. D.*
Ab ipſo ad Justinianum. 319. A.

Pem-

- Pemmo Forojulianorum Dux . 499. D. 505. B.
507. C.
- Pentapolis à Liutprando Rege Græcis erepta .
506. B.
- Perdeus Dux Vicentinus . 508. A.
- Persarum Regum series . 224. D.
- Persarum sub Chosroë in Cholchide expeditio .
341. C.
- Varia eorum gesta . 343. E. & seqq.
- Persæ sub Justiniano I. bello fracti . 104. A.
Sub Tiberio II. 113. D.
- Sub Mauricio . 114. B.
- Sub Phoca multas Romanorum provincias ca-
piunt . 123. E.
- Persæ sub Heraclio multas Romanorum provincias
capiunt . 124. C.
- Ab ipso variis præliis attriti . 127. & 128.
- Pacem cum illo ineunt . 131. A.
- Hierosolyma potiti . 465. A. & B.
- Persarum Regis ad Christi Fidem conversio fa-
bulosa . 474. E.
- Perseus Macedoniæ Rex bellum Romanis infert .
23. C.
- Vincitur . Ibid. D.
- Persecutum à Langobardis captam . 506. B.
- Pertinax Imperator obtruncatus . 64. C. 236. D.
- Perusia à Gothis obessa . 322. B.
Et capta . 330. E.
- Romanis redditæ . 456. A.
- Pestilentia atrox Regnante Constantino Copronymo .
156. A.
- Romæ . 7. D. 26. A.
- In Africa . 29. B.
- Inguinaria Liguriam vastat . 426. A.
- Romam affigit . 447. B.
- Ravennam , & Histriam . 455. A. 457. B.
- Pestilentia teterrima Romæ . 492. B.
- Ticini quoque . 493. A.
- Constantinopoli . 505. C.
- Petri & Pauli Apostolorum Templa Gothi violare
non ausi . 278. C.
- Petronax Brixiensis Casinense Monasterium restau-
rat . 503. B.
- Petrus Apostolus Romam venit . 54. D.
- Sub Nerone Martyrium passus . 55. D.
- Petrus Patriarcha Aquilejen . 501. A.
- Petrus Altinas Episc . 448. E. 449. A.
- Petrus Ticinen. Episcopus vir Sanctus . 510. C.
- Petrus Forojulianorum Dux . 499. B.
- Pharsalicum prælium inter Pompejum M. & Cæ-
sarem . 46. A.
- Philippi de Castro Seprio Chronicon . Præfat. gen.
pag. 5.
- Philippi pater & filius Augusti . 66. A. 236. C.
- Philippus Macedonum Rex à Romanis vicitus . 21. C.
- Philippicus Imperator consalutatur . 144. E.
- Ei prædictum Imperium . 145. A.
- Oculis privatus deponitur . Ibid. B. 501. C.
- Philo Hebreus Historicus . 54. B.
- Phocas , Mauricio Aug. necato , Imperium arri-
pit . 122. A.
- Eius crudelitas . 123. A. & seqq.
- Interficitur à populo . 124. C.
- Phocas Imperator Græcor . 461. A.
- Eius imperium , & mors . 464. B.
- Piceni Provinciae descriptio . 433. B.
- Pippinus Heristallus apud Francos dominatus .
502. B. 504. C.
- Pippinus Caroli Martelli filius . 507. D.
- Rex Francorum . 155. D.
- Piraticum bellum à Pompejo M. peragitur . 39. B.
- Pisæ Narseti redditæ . 384. E.
- Placentia à Gothis obessa . 312. A.
Deditio facit . 314. D.
- Plato quo tempore claruerit . 7. B.
- Plavis fluvius . 430. D.
- Plebis Romanæ discessio à Patribus . 5. D.
- Tribuni Plebis binc instituti . Ibid.
- Plinius Secundus pro Christianis apud Trajanum
intercedit . 61. C.
- Pæni. V. Carthaginenses.
- Polimartium Civitas Romanis reddita . 455. C.
- Pompeji M. prima gesta . 33. B. & C.
- Varia ejus fortuna in bello Hispanico contra
Sertorium . 37. B.
- Piratas , & Mithridatem debellat . 39. D.
- Eius gesta in Asia . 40. A.
- Ex Urbe fugit . 45. D.
- Victus à Cæsare necatur . 46. C.
- Porphyrius , quo tempore vixerit . 66. A.
- Portus Oppidum Romanorum ad fauces Tiberis .
270. C.
- Posthumus Imperiale diadema arripit . 67. D.
- Prasini , & Veneti , factiones aurigarum . 465. A.
& E.
- Priscianus Grammaticus . 421. C.
- Priscus Tarquinius Romanorum Rex . 4. A. 226. B.
- Probinus Patriarcha Aquilejen . 434. D.
- Eius mors . 443. A.
- Probus Imperator efficitur . 68. E.
- Procopii Cæsariensis Libri de Bello Gothic . 245.
- Eius de Libris Sybillinis judicium . 269. E.
- Mittitur Neapolim à Belisario . 277. E.
- Consiliis Belisarium juvat . 294. B.
- Procopius Tyrannus sub Valentiniano . 81. B.
- Prusias Bithyniæ Rex . 23. C.
- Ptolemaeus Aegypti Rex è Regno pulsus . 28. B.
- Alter Ptolemaeus à Julio Cæsare debellatus .
46. B.
- Ptolemaeus Philadelphus quo tempore floruerit .
13. C.
- Ptolemaorum Regum in Aegypto series . 224. B.
- Pulcheria Theodosii minoris soror Martianum
Augustum facit . 96. D.
- Punicum bellum primum . 12. C. 229. E.
- Secundum . 15. C. 230. D.
- Tertium , quo deleta Carthago . 24. C.
- Pyrrhus Epirotarum Rex adversus Romanos . 10. C
- Eos fundit primò , tum ab eis fugatur . 11. C.
229. A.
- Pythagoras quo tempore vixerit . 4. B.

Q

Quintilius Augustus à Senatu appellatus .
68. C.

R

- R Adagius Gothorum Rex immanni exercitu
Italiam ingressus deletur . 91. C.
- Radoaldus Gisulfii Forojul. Ducis filius . 466. A.
- Beneventum pergit . 468. C.
- Dux Beneventanus effectus . 471. B.
- Ragimbertus Godeberti Langobar. Regis filius .
475. B.
- Creatus Dux Taurinensium Regnum Langobar-
dorum invadit , & moritur . 497. A.
- Ranicunda Wachonis Reg. Langob. uxor . 419. A.
- Ratberga Pemmonis Forojuliani Ducis uxor .
499. D.
- Ratchis Dux Forijulii . 468. A.
- Pemmonis Forojuliani Ducis filius . 499. A.
507. A. & C. 509. B.
- Rathodus Frisionum Rex . 502. C.
- Ravenna Urbium nobilissima . 433. A.
- Eiusdem descriptio . 205. D. 248. A.
- A Belisario obessa . 298. E.

Ca-

R E R U M , E T N O M I N U M .

527

- Capitul. 300. D.*
Regillianus Imperium usurpat . 67. D.
Reginfredus Francorum Princeps à Carolo Martello viētus . 504. A.
Rbegium Calabria Civitas . 451. B.
Rbetia prima & secunda . 432. B.
Ricimirus Patricius Alanos prope Bergomum prælio superat . 98. E.
Contra Anthemium Aug. profectus cum trucdat, & Romam capit . 99. B.
Ejus mors . Ibid.
Ricobaldi Chronicon . Vide Præf. gen. pag. 6.
Rodelinda Audoïni Langob. Regis uxor . 424. A.
Rodelinda uxor Bertaridi Langob. Regis . 475. A. 486. A.
Rodoaldus Langobard. Rex . 472. A.
Ejus mors . 473. B.
Rodoaldus Fori Juli Dux . 483. A. 491. A.
Rodulphus Herulorum Rex . 416. B.
A Totone Langob. Rege viētus . 417. B.
Roma à Genserico Vandalo capta, ac direpta . 98. A
Tum à Ricimiro Patricio . 99. B.
Ab Alarico, tum ab Ataulfo capta . 206. D. & E.
A Belisario recepta . 241. B. & 261. A.
Obsidetur à Gothis . 264. B.
Populus eas angustias agrè fert . 265. D.
Ejus obsidio urgetur . 267. A.
Cum Gothis Romani congrediviuntur . 273. D.
A Gothis, obsessa peste, & fame laborat . 277. A.
Commeatus Romanus invecti . 280. E.
Roma obsidione liberata . 283. E.
Iterum à Totila obsessa . 311. D.
Obsessa dira fame vexata . 315. A.
A Totila capitur . 318. A.
Parans vīctor eam solo æquare deterretur à Belisario . 319. A.
Eam rursus intrat Belisarius, munit, ac tueritur ab hoste . 321. B.
Tertio à Totila obsidetur, & rursus capitur . 331. C.
Ab ipso instauratur . 332. B.
Status Urbis . 356. B.
Aeneas navis ibi servata . Ibid. C.
Roma à Narsete recepta . 367. B.
Hinc in Romanos Cives Gothi sœviunt . 368. A.
Romæ, ac Romani Imperii exordium . 2. D. 225. E
Romæ inundatio, ac pestis immanis . 447. A. 502. A
Romanæ Ecclesiæ Aripertus Langob. Rex Alpes Cottias restituit . 499. C. 504. B.
Romani primum sub Regibus . 2. D.
Tum sub Consulibus . 4. B.
Discessio Plebis à Patribus . 5. D.
Unde Tribuni Plebis instituti . Ibid.
Decemviri deinde creati . 6. C.
A Gallis sub Brenno pene debellati . 7. A. 227. C
Samnites evertunt . 9. D.
Sabinos, ac Tarentinos aggrediuntur . 10. A.
A Pyrrho Epirotarum Rege prælio fusi . Ibid.
Tum ipsum profigant . 11. C.
Eorum res gestæ in Sicilia . 12. B.
Africam bello petunt . 13. C.
Illyricos devincunt . 14. D.
Deinde Gallos à Brittomaro duffos . 16. C.
In secundo bello Punico ab Hannibale impetuatur . Ibid.
Variis cladibus ab ipso affecti . 17. B.
Quo in loco tunc eorum fortuna, & virtus forret . 18. B.
Pœnos tandem ad pacem petendam compellunt . 20. C.
Varia eorum gesta præclara . 232. A.
Corinthum evertunt . 25. C.
Pestilentia affliguntur . 26. A.
Tom. I.
- Bellum servile in Sicilia agunt . Ibid. D.*
Numantiam delent . 27. C.
Gracchorum seditione turbati . 29. A.
Jugurtha Numidarum Regi bellum indicunt . 30. C.
Plebs Romana sub Mario ad tumultum excita . 32. B.
Sociali bello agitati . 34. A.
Tum bello civili . 34. D.
Romanorum Regum series . 225. C.
Romanus Patricius, & Exarchus Ravenne . 448. B. 455. C.
Romilde uxor Gisulfi Faroju. Ducis execrandum facinus . 466. A.
Ejus pœna, & mors . Ibid. & 467. A.
Romualdus Grimoaldi Beneventani Ducis filius . 471. C.
Ducatum accipit . 474. C.
Græcis hostibus resistit . 479. C.
Saburrum Græcum Ducem debellat . 480. B.
Tarentum capit, & moritur . 490. A. 503. A.
Romualdus II. Dux Beneventi . 507. B.
Ejus mors . 509. A.
Romuli, & Remi acta . 2. C. 225. C.
Rosemunda Alboini Langobard. Regis conjux eum necandum curat . 435. B.
Ejus mors . 436. B.
Rotharis Leges Langobardicas edit, earumque proemium . 413. D. 418. A. 470. B. & C.
Langobardorum Rex electus . Ibid.
Varias urbes capit, Romanos ad Scutennam frangit . 471. A.
Ejus obitus . 472. A.
Rotharit Bergomensium Dux Regnum Langobard. arripit, & cadit . 497. A.
Ruffinus Præfettus Theodosii M. jussu interemptus . 90. A.
Rugorum Rex Feletheus . 415.
Debellato illo in ejus sedes Langobardi commigrant . 416. A.
Rumetruda Totonis Langobard. Regis filia . 417. A
Ruficus Tarvisin. Episc. 449. A.

S

- S**Abini à Romanis devicti . 10. A. 228. D.
Sabinianus Papa . 462. B.
Sabinus Episc. & Martyr . 458. B.
Saguntum ab Hannibale captum . 16. D. 230. D.
Salinga Wachonis Reg. Langob. uxor . 419. A.
Samnites à Romanis bello petiti . 8. A.
Prælia mutua . 9. D. 228. D.
Samnium Italia Provincia . 433. D.
Saraceni Siciliam invadunt, & spoliant . 481. C.
Carthaginem capiunt, ac vastant . 494. B.
Hispaniam occupant . 505. A.
Sardinia à Gothis occupata . 359. E.
Saxones adjuneti Langobardis ad occupandam Italiam . 428. A.
Gallias petunt . 438. C.
Saxius Hieron. Franciscus laudatus . Præfat. gen. pag. 10.
Saxius Joseph Antonius laudatus . V. Mon. Ar- gel. Præf. gen. pag. 5. 8. & 10. & 413. D.
Scandinavia Langobardorum prima seies . 408. A.
Scanzia, seu Scandia, Insulae descriptio . 192. D.
Gothi inde egressi . 193. A.
Scholastica S. Benedicti sororis ossa num è Casino in Gallias asportata . 490. A.
Scipionis Africani gesta præclara . 19. A. 231. B.
Is Africanus debellat . 20. A.
Tum Syriam . 22. C.
Ejus mors . Ibid. D.
Scipio Africanus minor vir splendide virtutis Pœnos atterit . 24. D. ○○○○ Car-

Carthaginem dedit. Ibid.
Numantiam debellat. 27. C.
Scipio Nasica institutioni Theatri in Urbe obstat.
24. A.
Sclavi a Westari Forojul. Duce fuzati. 483. B.
A Ferdulfo Duce accisi. 498. A.
A Pemmone Duce vieti. 505. B.
Sclaveni Barbari, eorum mores, & gesta. 312. E.
Ilyricum vastant. 324. E.
Alia eorum gesta. 332. D. 335. A.
Sculenna Aemilia fluvius. 471. B.
Scythæ commune nomen Nationū Gotbicarū. 339. A.
Scythæ descriptio, variaeque in ea Gothorum sedes. 194. B.
Sebastiani Martyris Reliquia pestem Ticini fuggant. 493. A.
Secundus Langobardicæ Historiæ Scriptor. 449. A.
461. C.
Ejus mors. 468. B.
Secusum Civitas, nunc Susa. 439. C.
Segericus Gothorum Rex. 92. A.
Senogallia Civitas. 357. A.
Septimius Tyrannus apud Dalmatas Imperator effetus. 68. D.
Serenus Patriarcha Aquilejenis. 505. A.
Sergius Papa à Justiniano II. Aug. divexus. 494. C.
Ejus acta pro Fide orthodoxa. Ibid.
Sergius Constantinopolitanus Episcopus Monothelitarum Hæresim fovet. 132. B.
Damnatur. Ibid.
Serici conficiendi ratio ex India ad Justinianum per Monachos defertur. 351. E.
Sertorius belli civilis incitor. 35. B.
Hispaniam adversus Romanos tuetur. 37. A.
Interficitur. Ibid. D.
Servatores loci qui olim fuerint. 491. E.
Servile bellum in Sicilia. 26. D.
Servius Tullius Romanorum Rex. 4. B. 226. D.
Sesualdi nutricii Romualdi Ducis Benevent. illustre facinus. 479. C.
Severa Augusta Gratiani mater. 83. B.
Severinus Sanctus Noricorum Apostolus Feletheo Rugorum Regi infasta prædictit. 415. C.
Severus Imperator. 98. D.
Ejus gesta. 65. A. 236. D.
Severus Cæsar sub Constantio Augusto. 71. A.
Severus Patriarcha Aquilejenis. 448. A.
Receptus à Suffraganeis suis. Ibid. B.
Ejus mors. 463. C.
Severus Parentin. Episc. 449. A.
Severus Tergestinus Episcop. 448. A. & C.
Sex Pompejus Magni filius ab Augusto profligatus. 48. C.
Occiditur. 49. D.
Sicardi Cremonen. Chronicon. Pref. gen. pag. 5.
Sicilia à Romanis impedita. 12. B.
Iterum ablata Pœnis. 19. C.
Servili bello afflita. 26. D.
A Belisario capta. 251. B.
A Saracenis afflita. 481. C.
Sicilia Italia Provincia. 433. B.
Siculi Totile Gothorum Regi exosi. 314. B.
Sicularum Rerum Scriptores collecti. Pref. gen. pag. 10.
Sigisbertus Francor. Rex. 428. A. 429. A.
Hunnos vincit. Ibid. B. 438. D.
Occisus. 439. C.
Silverius Papa Romam Belisario dedendam curat.
261. A.
Tum suspicionibus abortis ab ipso Belisario relegatur in Græciam. 270. B.
In exilium ob Fidem orthodoxam attus. 107. C.
Smaragdus Patricius Ravennæ. 444. C.

Severum Patriarcham Aquilejen. capram Ravennam trahit. 448. A.
A Dæmone corruptus. Ibid. B.
Ravennam reddit. 461. A.
Sociale bellum in Italia Romanis infectum. 33. A.
Sophia Justini II. uxor Augusta. 110. D.
Tiberium ad Imperiale solium provehit. 112. A.
Ab eo deficiens in ordinem redigitur. Ibid. C.
Sophia Augusta Justini II. uxor. 427. C. 440. B.
Deposita. 441. B.
Stauratius Nicephori Aug. filius Imperator coronatur. 172. E.
A Barbaris vulneratus fugit, patre occiso. 175. B.
Depositus Monasticam induit vestem. 176. B.
Stephanus III. Papa ad Francos pergens Pipinum promovet ad Regnum. 155. D.
Stilico Patricius sub Honorio Augusto dubia fidei. 90. C.
Prava ejus facinora. 91. B.
Gothos irritatos in perniciem Urbis trahit. Ibid.
Occiditur. 92. A.
Ejus perfidia Alaricus Romanam capit. 206. D.
Sublacus à S. Benedicto inhabitatus. 421. A.
Sueri à Visigothis devicti. 213. A.
A Langobardis vieti. 418. A.
Sutrium Civitas Romanis reddita. 455. C.
A Langobardis occupata. 506. B.
Sybillina Oracula in Gothicō bello disseminata.
Procopius non amplectitur. 269. E.
Syllæ furor in Marium, ac in Romanos. 34. D.
Mithridaticum bellum gerit. Ibid.
Sylva Comes Donatus laudatus epist. ad Leet. 401.
Symmachus Papa in discordia electus. 101. E.
Symmachus vir Consularis jussu Theoderici Regis necatus. 248. A.
Syriacum bellum contra Antiochum Regem à Romanis peractum. 20. A.
Syroës Chosdroë Persarum Regis filius in patrem conjurat. 131. A.
Ipsum necat, & Heraclio Aug. Crucem Domicanam reddit. Ibid.

T

TAcitus Romanor. Imperator. 68. D.
Tanaïs fluvii descriptio. 340. A.
Tarentinis bellum à Romanis illatum. 10. C. 228. D.
Tarentum Gothis eruptum. 320. E.
A Romualdo Beneventan. Duce Græcis eruptum. 490. A.
Tarquinius Priscus Romanorum Rex. 4. A. 226. B.
Tarquinius Superbus Romanorum Rex postremus. 4. C. 226. E.
Taso Gisulfi Forojul. Ducus filius. 466. A.
In Ducatu succedit. 467. D.
Ejus mors. 468. A.
Tassilo Rex, sive Dux Bajoariorum. 455. A.
Ejus mors. 468. A.
Tato Langobardorum Rex, ejus bellum contra Redulphum Herulorum Regem. 416. A.
Quem vincit. 417. B.
Ejus mors. 418. A.
Taurinus in Oriente Augustus. 66. A.
Tejas post Totilam Gothorum Rex creatus. 367. C.
Frustra opem Francorum poscit. 368. D.
Romanis ad Cumas se opponit. Ibid.
In prælio occiditur. 369. A.
Terebellus Bulgarum Rex. 500. B.
Tetricus à militibus Imperator factus. 67. C.
Thamiris Getarum Regina, ejus bella contra Cyrum Persarum Regem. 197. A.
Tharasius eligitur Patriarcha Constantinopolis, ejus oratio ad populum. 166. A.

Siu-

R E R U M , E T

N O M I N U M .

529

- Studium pro Nicena II. Synodo.* 167. C.
Theatri institutioni in Urbe Scipio Nasica obstat.
 24. A.
Theomistius Philosopus sub Joviano Augusto.
 80. B.
Theodatus Ostrogothorum Rex Amalasuenthem necat. 221. B.
Occiditur & ipse. Ibid.
Gothorum Rex creatus. 250.
Amalasuentham Reginam capta, & necat.
 251. D.
Cum Justiniano de pace agit. 252. B.
Fidem fallit. 253. C.
Theodosius Gotborum Rex prodigo terrefactus.
 255. E.
Eo abjecto Vitiges Rex creator. 257. D.
Necatur. Ibid.
Theodebalduſ Francorum Rex, ad eum Justinianus Legatum mittit. 359. C.
Theodebertus Francorum Rex. 220. C. 260. D.
Gothis auxiliares copias mittit. 285. D.
Theodebertus Francorum Rex. 382. D.
In Italianam descendens Gothos simul ac Romanos fugat. 296. D.
Legatos ad Vitigem mittit. 298. A.
Eius mors. 359. B. & 382. C. 425. B.
Theodebertus Francor. Rex. 457. C. 462. A.
Filiam suam Adaloaldo Langob. Regi conjungit. 463. C.
Cæsus occumbit. 468. C.
Theodemirus Ostrogothorum Rex. 217. A.
Fratri Walemiri succedit. 218. A.
Eius acta, & mors. 219. A.
Theoderici Orientalium Gothorum Regis prima gesta. 99. C.
Varia illius prælia aduersus Odoacrem in Italia. 100. C.
Tota Italiam potitur. Ibid.
Eius crudelitas in Symmachum, Baetium, & Johannem Papam. 103. E.
Subita morte sublatus. Ibid. & 240. A.
Theodericus Visigothorum Rex fædus cum Romanis init. 97. C.
In prælio contra Attilam cæsus. Ibid. E.
Theodericus Visigothorum Rex in Galliis. 208. C.
Eius filia ab Hunerico Vandalō pessime habita.
 209. D.
Bellum contra Attilam suscipit. Ibid.
In prælio cæsus. 211. C.
Theodericus Gotborum Rex, quo jure Italianam sibi quæsiverit. 280. A.
Eius Palatium Ticini. 434. D.
Theodericus, idem Theodemiris Regis filius natione Ostrogothus obsec pacis Constantinopolim mittitur. 217. B. & C.
Eius acta juvenilia. 218. D.
Patrī in Regno succedit. 219.
A Zenone Aug. ad occupandam Italianam dimittitur. Ibid. B.
Ipsam occupat, Odoacre perempto. 220. B.
Senex moritur. Ibid. E.
Theodericus Gotborum Rex Italianam invadit. 247. B.
Eā potitur. 248. A.
Eius res gesta in Gallia. 259. C.
Eius mors. Ibid. B.
Eius statua labitur. 269. D.
Theodericus II. Visigothorum Rex Suevos in Hispaniis atterit. 213. A.
Moritur. Ibid. D.
Theodorus Archep. Cantuar. 485. A.
Eius Panitentiale. Ibid. & D.
Theodosius M. prima gesta. 85. A. 238. D.
Imperii consors à Gratiano factus. Ibid. D.
Maximum Tyrannum à medio tollit. 86. C.
- In Tessalonicenses crudelis per S. Ambrosium, à Templo repellitur.* Ibid. D.
Praeclara ejus penitentia, ac religio. 87. B.
Dirum prælium inter ipsum, ac Eugenium Tyrannum. 88. C.
Mediolani moritur. 89. D.
Eius mores. Ibid.
Theodosius M. Visigothos sibi sociat. 205. C.
Theodosius junior Arcadii filius in Oriente Imperator. 92. C.
Eius acta. 93. A.
Et mors. 96. D.
Theodosius, Artemio deposito, Imperator factus.
 146. A.
Depositus, & ipse Clericus officitur. 147. C.
Theodosius Anastasii successor in Imperio Græcorum. 502. A.
Se se eodem Imperio abdicat. 504. B.
Theodotes Monasterium Ticini. 487. C.
Theodotis Sanctimonialis Ticini epigraphe sepulchralis. 487. E.
Theophanes num Auctor Miscella. V. Prefat.
Theudebertus Bajoariorum Dux. 498. A. 501. B.
Theudelapius Spoleti Dux. 458. A.
Eius mors. 474. D.
Theudelapius vir Sanctus Verona. 510. C.
Theuderada Ansprandi Langobardorum postea Regis uxor. 498. B.
Theuderada Romualdi Ducis Benevent. uxor
 483. B. 490. A.
Theudelinda Garibaldi Bajoar. Regis filia ab Autari Langobard. Rege in conjugione petita,
 449. B.
Eidem jungitur. 450. A.
Eo defuncto Agilulfum ducit. 453. B.
A Gregorio M. Libros accipit. 455. C.
Eius præclara pro Christi Fide opera. Ibid. A.
Pacem componit inter Romanos, & Langobardos. 456. A.
Modicia Basilicam S. Johannis Baptiste edificat. 459. C. 472. B.
Theudericus Francorum Rex. 382. B. 457. C.
 462. A.
Theudibaldus Francorum Rex, ad eum Legati Gothorum. 382. C.
Eius obitus. 393. A.
Theudo Bajoarie Dux. 505. A.
Thorismundus Theoderici Visigothorum Regis filius. 211. D.
Patri cæso exequias instruit. Ibid.
Attilam rursus fugat, tum necatur. 213. B.
Thule Insula Oceani describitur. 287. D.
Tiberis inundatio immanis. 447. A. 502. A.
Tiberius Cæsar Augusto succedit. 52. E. 235. E.
Christum habendum Deum curat. 53. C.
Tiberius II. Imperator Constantinop. 436. C.
A Justino II. Augustus pronuntiatur. 111. A.
 180. B.
Ei succedit. 112. A.
Contra Persas bellum feliciter agit. 113. A.
Morte sublatus. Ibid. D.
Eius mores. 180. E.
Tiberius II. Imperator Justino II. succedit. 440. B.
Eius virtutes. Ibid. & 441.
Eius mors. 443. A.
Tiberius, qui & Apollinaris Imperium Græcorum usurpat. 494. B.
Ticinenses Episcopi à Mediolanen Archiepiscops jure exempti. 499. D.
Ticinum ab Attila vastatum. 212. B.
Locus munissimus sub Gothis. 285. B.
Ticinum Civitas, qua & Papia. 432. A.
A Langobardis capta. 434. C.
Dux ibi Zaban. 436. C.

Te-

*Totilas Gothorum Rex Italiam invadit, & Romanam
capit. 107. C.*
A Narsete vicitur, ac trucidatus. 108. A.
Totilas II. Gothorum Rex creatur. 304. C.
Romanorum exercitum fundit. 305. C.
Urbes, ac provincias multas recuperat. 306. E.
Neapolim capit. 307. E.
*Totila II. Gothorum Regis benignitas erga Nea-
politanos. 308. A.*
Ad Senatum Romanum scribit. Ibid. E.
*Firmum, Asculum, aliasque Urbes recipit.
311. A.*
Rursus Romanam obsidet. Ibid. D.
Eius in Siculos odium. 314. B.
Romanam capit. 318. A.
Eius moderatio. Ibid. C.
*Solo æquare parans à Belisario deterretur.
319. A.*
*Romanam à Belisario recuperatam frustra impe-
tit. 321. D.*
Perusiam obsidet. 322.
Romanum rursus capit. 331. C.
Ac restaurat. 332. B.
*Gothorum Rex à Justiniano pacem minimè obti-
net. 332. C.*
Siciliam vastat. 333. B.
Eam deserit. 335. B.
Anconam obsidet. 357. A.
Corsicam, & Sardiniam sibi subdit. 359. E.
Narseti se objiciens pugnam init. 363. D.
Terga dat, & vulnere recepto moritur. 366. A.
Totonis, seu Theotonis Villa. 410. A.
*Trajanus à Nerva adoptatus ei in Imperio succe-
dit. 60. B. 235. E.*
Illustria ejus acta. 60. C.
Christianis infensus. 61. C.
Moritur. Ibid.
Trasemundus Spoleti Dux. 505. A.
Liutprando Regi rebellis. 508. B. & C. 509. A.
Trasemundus Comes Capuanus. 474. C.
Spoleti Dux creatus. 481. C.
Eius mors. 500. A.
Tribuni Plebis Romæ instituti. 5. A.
Tridenti Evin Dux. 436. C. 439. B. & C. 454. A.
Troja quo anno capta à Græcis. 2. A.
Tubruji ocrea. 460. A.
Tudertum Civitas Romanis reddit. 456. A.
Tullus Hostilius Romanorum Rex. 3. B. 225. D.
Turci appellati Hunni. 110. D.
Crucem in fronte gerebant, & cur 117. A.
Egressi è Caspiis portis. 159. D.
Turcilingi sub Odoacre Rege Italiam potiti. 214. B.
Turisindus Gepidarum Rex. 419. B.
Eius mors. 424. B.
Tuscia Provinciæ descriptio. 432. C.

V

*V Alens Tyrannus Imperium apud Macedonas
occupat. 67. D.*
Valens Tyrannus Imperio arrepto necatus. 73. A.
*Valens à Valentiniano fratre Augustus renuntia-
tur. 81. B.*
Eius dubia Religio. Ibid. A.
Imperium Orientis tenet. 82. D.
Catholicis multa infert incommoda. 83. B.
Gothos in tutelam recipit. Ibid.
*Valens Imp. Visigothos sub sua ditione recipit.
204. B.*
*Tum ab ipsis prælio attritus cæditur. Ibid. D.
84. A. 238. C.*
Valentia Civitas Galliæ. 439. A.
*Valentinianus I. Augustus renuntiatur. 81. A.
237. D.*

Religionis Catholicæ in eostudium. Ibid. C.
Eius acta, & mors. 82. B.
Valentinianus II. Valentiniani I. filius. 82. E.
*A Maximo Tyranno ex Italia pulsus restituitur.
86. D.*
Ab Eugenio Tyranno insidiosè necatur. 88. D.
*Valentinianus III. Constantii, & Gallæ Placidæ
filius. 93. A.*
Cæsar factus Italianam regendam suscipit. Ibid. B.
*Eudoxiam Theodosii minoris filiam uxorem du-
cit. 95. E.*
*Cum Genserico Rege Vandalarum pacem init.
97. A.*
Aëtium perimit. 98. E.
Eius mors. Ibid. E. & 239. A.
*Valentinianus III. ab Attila dolosis literis tenta-
tus. 209.*
Valerii Provinciæ descriptio. 433. B.
Valerianus Imperator creatus. 67. C.
A Sapore Persa captus. Ibid. D.
Vallia Gothorum Rex. 92. A.
Gallam Placidam Honorio Aug. reddit. Ibid. E.
Cum eo pacem init. 93. A.
Vallia Visigothorum Rex. 207.
Vandalis in Hispania bello moto moritur. 208. A.
Vandali Hispaniam occupant. 94. B.
Tum Africam. Ibid. D.
Romanum sub Genserico diripiunt. 98. A.
In Africa à Belisario debellati. 105. A.
Vandali Hispaniam occupant. 207. A.
Tum Africam, ubi multi eorum Reges. Ibid. B.
Victi sub Justiniano. 207. D.
*Vandali à Gothis vitti in Pannoniam secedunt.
202. C.*
Tum Galliam petunt. 207. A.
An idem, ac Winuli. 406. A.
A Langobardis vitti. 412. A.
Vandalorum, & Gothorum primæ sedes. 339. A.
*Vander Aa Petrus de impressione Rerum Italicae
bene meritus. Præf. gen. pag. 3.*
Varni Populi trans Istrum. 354. C.
Hermegisclus eorum Rex. Ibid. E.
Eorum bella cum Anglis. 355. A.
Venantius Fortunatus Poëta. 430. A.
Venetia Provincia. 428. B. 431. B.
*Eius pars à Francis Justiniano regnante occu-
pata. 359. B. 361. B.*
*Vercingentorix Gallorum Rex adversus Julium
Cæsarem. 43. D.*
*Verona sub Gothis à Romanis capta, & rursus
amissa. 304. E.*
Eadem sub Gothis. 361. C.
Verona Civitas. 431. B.
Ab Athesi inundata. 447. C.
Tum cremata. Ibid.
*Vespasianus contra Vitellium Imperator creatur.
56. B.*
Romanum petit. 57. C.
Eius acta, & obitus. 58. A.
Vesuvii descriptio à Procopio. 278. B.
Altera ejusdem montis descriptio. 368. C.
*Vetranio Tyrannus Imperiale purpuram affu-
mit, ac deponit. 75. B.*
Via Appia descriptio. 261. B.
Vicentia Civitas. 431. B.
Victorinus Galliarum Imperium accipit. 67. C.
Vigilius Papa, vivente Silverio, creatur. 270. B.
Subsidia Romanis obseffis mittit. 314. A.
In exilium trusus. 107. B.
Vindemius Cenensis Episcop. 448. A. & E.
*Virdomarius Gallorum Rex à Romanis cæsus.
16. A. 230. B.*
Virgilius Augusto carus. 51. E.
*Viriatus in Hispania Romanos variis cladibus af-
ficit. 25. B.*
Tan-

R E R U M , E T

Tamdem interimitur. 26. C.
Visigothi, idest *Occidentales Gothi*, quando sic
 appellati. 83. B. 99. D.
In Scythia olim positi. 195. B. 199. D.
Metu Hunnorum se Valenti Aug. subdunt .
 204. B.
Tum contra ipsum bella carent, ipsumque necant.
Ibid. D.
Sub Theodosio in fædus à Romanis recepti. 205. C.
Sub Alarico Italianam invadunt. *Ibid.*
Sub Athaulfo Gallia potiti. 207. A.
Visigothi omnem Galliam obtinent. 259. B.
A Francis in Gallia visti. *Ibid.*
Vitalianus Papa. 480. B.
Britannis Fidem Christi prædicandam curat.
 485. A.
Vitalis Episc. *Altina Civitat.* 427. A.
Vitellius contra Othonem Imperator factus. 56. B.
 & D.
Necatur. *Ibid.*
Vitiges Gothorum in Italia Rex à Belisario vi-
ctus 221. A.
Vitiges Gothorum Rex creatus. 241. A. & 257. D.
Se parat ad bellum adversus Belisarium. 258. A.
Cum Francis fædus init. 260. D.
Vitiges ad Urbem obsidem pergit. 263. D.
Confligit cum Belisario. 264. A.
Legatos ad eumdem mittit. 265. E.
Obsidionem urget. 267. A.
Congreditur cum Romanis. 273. D.
Ab obsidione recedens multa loca munit. 283. E.
Chosroëm Medorum Regem in Justinianum inci-
tat. 293. B.
A Francis & Belisario Legati ad eum missi.
 298. A.
A Belisario capitul. 300. A.
Vivarium Romæ. 268. D.
Ulfaris Dux Tarvisius. 455. A.
Ulfias Episcopus Arrianus Gothorum partem eru-
dit. 83. A.
Umbriæ Provincia descriptio. 432. C.
Volusianus Galli filius Augustus. 67. A.
Urbinum à Belisario capitul. 290. C.
Urbis veteris obſidio per Belisarium. 291. D.

N O M I N U M .

531

Eadem Civitas à Langobardis invaditur. 463. B.
Ursus Cenetenium Dux. 490. B.
Wachilapus Spoletani Ducatus Rector. 500. A.
Wacho Langobard. *Rex.* 417. A.
Walamiris Ostrogothorum Rex cum Attila fæde-
ratus. 210. A.
Ejus alia. 217. A.
Occiditur. 218. D.
Walderada nupta Cuswald Francor. *Regi.* 419. A.
Wectaris Foro Julianus Dux Sclavos in fugam-
vertit. 483. A.
Wigilinda uxor Grimoaldi II. Beneventani Ducis.
 490. A.
Winiberta Gisolfi Beneventani Ducis uxor. 490. A.
Winuli an idem, ac Vandali. 406. A. & seqq.
Iudem ac Langobardi. 408. A.
Wisegarda Wachonis Reg. *Langob.* *filia nupta*
Theodeberto Franc. *Regi.* 419. A.
Witiges. V. *Vitiges.*
Wodan, idest *Mercurius*, olim *Langobardorum*.
Deus. 411. C.

X

X *Antippus Lacædemonum Rex Pœnis auxilia-*
tus Romanas prosternit. 13. C.

Z

Z *Acharias Papa.* 503. C.
Zangrulfus Veronensem Dux. 457. A.
Zeno Aug. *Theodericum Gothorum Regem ad oc-*
cupandam Italianam dimittit. 219. B.
Imperator post Leonem. 99. D. 239. B.
Zeno Diaconus pro Cuniberto Rege fortiter neci se
offert. 489. A.
Zenobia Regina ab Aureliano capta. 68. A.
Zenonis Episcopi Sancti Basilicam Athesis inun-
dans reveretur. 447. C.
Zenus (Apostolus) laudatus. *Præf. gen.* pag. I.
 & 10.
Petrus Catherinus ejus frater laudatus. *Ibidem*
 pag. 10.
Zotto primus Beneventanor. *Dux.* 452. A. 459. B.

F I N I S .



Österreichische Nationalbibliothek



+Z173652607





